10 6/3

LIBRARY OF THE
AMERICAN BIBLE UNION
~~Presented by~~
Purchased
No. ~~577~~ 147
Nov. 3d 1852

J. J. de Kemeczy

LIBER JOBI
CUM
NOVA VERSIONE
Ad Hebræum ſontem
ET
COMMENTARIO
PERPETUO

In quo Veterum & Recentiorum Interpretum cogitata præcipua expenduntur: genuinus ſenſus ad priſcum Linguæ genium indagatur, atque ex filo, & nexu univerſo, Argumenti nodus intricatiſſimus evolvitur.

CURAVIT ET EDIDIT.

ALBERTUS SCHULTENS.

TOMUS SECUNDUS.



LUGDUNI BATAVORUM.
Apud JOHANNEM LUZAC.
MDCCXXXVII.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Duke University Libraries

http://www.archive.org/details/liberjobicumnova02schu

14954.

COMMENTARIUS IN JOBUM.

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

Verſ. 1. ויען איוב ויאמר׃

2 שמעו שמוע מלתי ותהי־זאת תנחומותיכם׃

3 שאוני

Verſ. 1. ET reſpondit Jobus ac dixit.

2 Audite diligentius ſermonem meum; eritque hoc pro conſolationibus veſtris.

3 Fer-

NOTÆ.

Verſ. 1. IMPORTUNIS Amicorum inſtantiis laceſſitus Noſter, eorum Hypotheſin tandem dedita opera refutare aggreditur; atque longius excurrit in *Felicitatem durabilem*, & *perpetuam improborum*, idque tribus gradibus exequitur. *Primo* enim arguit eos opibus, divitiis, deliciis omnibus, circumfluere in familia florentiſſima, & geniales feſtoſque perpetuo dies agere in terris ad ultimam uſque ſenectutem. *Secundo* inſinuat, eos plagis Dei exemtos, εὐθανασίᾳ gaudere, neque infenſum, infeſtumque, Numen experiri; ne in morte quidem, quam placidam admodum obeant; ubi aliis & vita & mors dura fere contingat. *Tertio* inculcat in ipſa quoque morte Felicitatis ſuæ partem iiſdem comitari, cum Honorati & Nobiles in Mauſolæis decumbant; atque jucundam ibi quietem percipiant, cum favore & plauſu publico; citra ullam notam ignominiæ; multo minus pœnæ Divinitus ipſis inuſtæ, ad *horrorem*, & *exemplum* poſteritatis. Hæc tria, varios inter adfectus a Noſtro deducta, opponuntur iis, quæ tanta

 cum

3 Ferte me, ut & ego loquar; & poſtquam cauſam egero, ſubſannatio ſit.

3 שאוני ואנכי אדבר ואחר דברי תליע׃

4 Profecto Ego, ut hominis queſtus meus: quod ſi? quare non impatiens fieret ſpiritus meus?

4 האנכי לאדם שיחי ואם־מדוע לא־תקצר רוחי׃

5 Reſ-

5 פנו־

cum vehementia contenderat *Tſopharus*, contenderant reliqui Socii, Deum *improbos* nunquam non *punire*, atque omni *ignominia* & *clade* adfectos, male perdere; & quidem in hoc præſenti ſeculo, nedum futuro. Exceſſus Amicorum in oculos incurrit. A parte *Jobi* quoque modus non ſervatus, dum omnia hæc ita negat, & in contrarium convertit, ut omne ſupplicium improbitatis in dubium vocare, aut abnegare, videatur. Non tamen indubitaſſe tantæ veritati Noſtrum, multo minus eam negaſſe, pateſcit ex *Cap.* 27: 8. & ſeq. ubi jam non diſputans, & refutans ſocios, ſed veros, & ſedatos, animi ſenſus exprimens circa *ſortem improborum*, inducitur. Hæc ſubmonitio quicquid eſt duri in hoc Capite emolliet, atque juſtos intra fines coërcebit.

Verſ. 2. Audientiam ſibi dari poſtulans Noſter, atque ad novam & diligentiorem attentionem Amicos excitans, eo ipſo oſtendit, ſe cum ipſis pedem preſſius conferre, atque cauſæ ſuæ bonitatem in clariore luce collocare velle. Non ſine aculeo dictum, *Eritque hoc Conſolationes veſtræ*. Eum non aſſecutus *Hieron.* dans, *& agite pœnitentiam*. Non de *Pined.* quaſi nil aliud diceret, quam *id ſibi fore magnæ conſolationi, ſi adflictum audire* dignentur. Multo minus *Bold. Maximam ex verbis meis conſolationem capietis, tantum abeſt ut faſtidium vobis ſim moturus.* Omnino Amicos tangit *Jobus*, quod qui *Conſolari* debuiſſent, cenſuris & declamationibus ſuis vulnera ejus exacerbaſſent. Ita ſolide *Merc.* cum pleriſque; *Eritque hoc* loco *conſolationum veſtrarum*, quas merito a vobis mihi promiſeram. Cl. *Cocc.* aliud ſequitur, notans, *nec Amicos aliud præ ſe tuliſſe, nec Jobum aliter accepiſſe mentem Amicorum, quam quod ipſum conſolari voluerint.* Ergo ſerio dictum cenſet, *ſi me benevole audiveritis, tanti erit, atque omnes conſolationes quas profertis.* Redi ad *Cap.* 20: 1. Cl. *Schmid.* aliquid elimatius adhuc dare voluit, *Oſtendam vobis cujusmodi eſſe deberent conſolationes Veſtræ, quippe qui melius rem intelligo quam vos.* Sed profecto implicat Vir Doctus ſeque, lectoreſque ſuos, dum *Jobo* attribuit ſenſus a præſenti diſputatione valde abludentes; quaſi *Juſtitiam viarum Dei cum improbis* agnoſceret, & nil aliud conquerereretur, *quam quod pios & fideles Deus non adduceret in gloriam, niſi per magnas & graves adflictiones.* Has hypotheſes alieniſſimas eſſe a præſenti conflictu, quivis ſentit. Cum *Ironia* enunciatum, *Eruntque hæ veſtræ conſolationes*, patet ex תליג *ſubſannatione Vſ.* 3. cui huc uſque ſe expoſitum fuiſſe, dolentiſſime indicat. Hoc ipſum ſuſpicionem, ſed leviſſimam, mihi olim movebat, תנחומות ex نخم *luſit*, hic eſſe *Ludificationes.* Prius unice tenendum; quippe certius non tantum, ſed & aculeatius..

Verſ. 3. Omnia plana. Ad תליג tantum levis exiſtit ſcrupulus, quum non *Tſopharum*, ſed omnes ſimul compellari, pateat ex præc. *Vſ.* & re ipſa. Cl. *Cler.* valde oculatus, quum monet excidiſſe forte ו in fine, תליגו. Addit tamen, *Hebræos paſſim numeros miſcere.* Non plus quam alii; utique nunquam ſine cauſa. *Subſannabis* ergo, *qui voles*, quando in orbem nunc recurriſſe video inſtantias veſtras, qui caput meum pro incude habetis. Quid ſi תליג ſit *ſubſtantivum*, *formæ* תגמול, quod & תגמיל, nec non תחנון, quod & תחנין? Nota eſt ex *Gramm. Arab.* formatio perpetua *infin.* 2. *Conj.* تفعيل, quod proprie eſt *Subſt. verba-*

5 פנו־אלי והשמו ושימו יד על־פה׃

6 ואם־

5 Reſpicite ad me; & ſtupeatis attoniti; manumque ori ſuperimponatis.

6 Nam

bale, ad quam normam תלעיג erit *ſubſannatio*; rotundiore hinc periodo, *& poſt actionem meam ſubſannatio.* Quivis veſtrum, ſi poterit, me ſubſannare, & illudere, pergat.

Verſ. 4 Abrupta oratio, & obſcura. In diverſiſſima propterea itum. Cum *Merc.* plerique I. *Num ad hominem querelas inſtituo, ac non potius ad Deum? Quod ſi ergo cum Deo mihi ſermo, non cum homine, non vobiſcum, cur non arctaretur & adfligeretur ſpiritus meus?* Id non valde limpidum. *De Pined.* II. novem recenſens conatus, decimam ſuam hanc ſuperaddit, *ſe merito attentionem poſtulaſſe, quippe qui non de re humana aliqua, ſed plane divina, de providentia* nempe, *deque impiorum ſuppliciis, piorum ærumnis, & juſtitia Dei*, ſit dicturus. Cl. *Schmid.* III. adfine quid habet, quamvis Eum Commentario *de Pinedæ* uſum fuiſſe, nuſpiam appareat. *Num, me quod attinet, ſecundum hominem eſt cogitatio mea? Quod ſi: quare non breviabitur ſpiritus meus?* Hoc ita exponit. *Mea cogitatio de ſorte piorum & impiorum non eſt ſecundum hominem*, & carnalem ſapientiam, *ſed ſecundum doctrinam cœleſtem.* ואם *Si ergo* id ita ſe habet, ut mea cogitatio non ſit ſecundum hominem; *quare non indignarer?* quare non ſuccenſerem vobis, qui me puerilia loqui & ſentire creditis de hiſce? Vides multa poſtulari, ſupplerique, ne ſic quidem magnopere profutura. Ill. *Grot.* IV. ſingularis, ita reddens, *An hominem ego alloquar? Quod ſi* cum Deo mihi ſermo eſt, *cur non breviatur Spiritus meus?* Cur Deus mihi non ſtatim vitam adimit, ſi nempe, ita ut vos dicitis, nec malum evenit ſine culpa, nec culpa manet impunita. Alieniſſima hæc, tum a mente, tum a Lingua. Citatur quidem *Pſ.* 89: 46. pro *genere loquendi*, ſed aliud הקציר ימים *breviavit dies*, aliud *Breviatur Spiritus*, quo *impatientia* & *tædium* ſignatur. Hinc Cl. *Cler.* V. *An non mihi res eſt cum hominibus mei ſimilibus? Utique. Non eſt ergo, cur eorum acerba dicta patienter feram.* Cl. *Cocc.* VI. Dilemma concipit. *Si cum homine mihi queſtus, cur non indigner, hominem ita prævaricari. Si cum Deo, quis vitio mihi vertet, ſi, denegato mihi judicio, animo concidam, & dolentius agam.* Hæc, & alia quæ amputo, ſummam loci difficultatem arguunt. Eum clariorem fore credo VII. ſic converſum, *profecto Ego, ad hominem*, more humano, *querela mea: Quod ſi? cur non tædio adficerer?* vel, *impatientius agerem?* ה mihi jam non interrogat, ſed adfirmat, ut ſæpe. לאדם *ad inſtar hominis*, ad morem hominis, *ſuas ſe querelas fudiſſe* dicens, oſtendit, ſe non ex *contumacia* in Deum, multo minus ex *impietate*, in eas erupiſſe, ſed *anxietate pectoris oppreſſi, laxationem* aliquam *quærentis.* Negat ergo ſe ob *Verba impatientius jacta*, quæ *verba* tantum ſint, tam inclementer debuiſſe increpari, atque pro *obſtinato*, & *impœnitenti*, ad inferos relegari.

Verſ. 5. Duplex poteſt formari nexus. Primo, *Reſpicite ad me*, meoſque infinitos dolores, *& obſtupeſcite manu ori impoſita*; nec erit quod miremini *breviorem* mihi *factum Spiritum*, meque *impatientia, humana* utique, implicitum. Habes hoc pacto adhuc preſſius quid, quam dederat *Merc.* exiſtimans, *attentionem* ſibi *conciliare* hoc argumento voluiſſe Noſtrum; quod merito incommodius viſum *Schmidio.* Is mavult, *Jobum reſpicere ad evidentiam ſuæ demonſtrationis, & doctrinæ.* q. d. *Attendite ea quæ dicturus ſum, & tam clare vobis ſortem piorum & impiorum in hoc ſeculo exponam, ut obſtupeſcatis, & nihil habeatis, quod excipiatis.* Sic *ponere manum ad os*, eſſet *geſtus ſe victum confitentis*; quod & *Coccejo* placebat, ex *Job.* 40: 4. *Mich.* 7: 16. quamvis alio ſenſu; quo *obſtupeſcite* valet, *agnoſcite in me judicium, quod omnem captum exſuperet*; quod iterum ad noſtram mentem ſe facile præbet. Sed *ſecundo* cum *Vſ.* ſeq. magis cohærebit, cumque reliquo filo orationis ſuſcipiendæ, ſi ita aptetur: *Reſpicite ad me, & attonemini manu ori appreſſa. Quod & ego ubi re-*

6 Nam vere ubi recordor, conturbor; & caro mea tremorem corripit.

7 Quare improbi vivunt? edurant? etiam opibus evaleſcunt?

8 Se-

6 ואם־זכרתי ונבהלתי ואחז בשרי פלצות׃

7 מדוע רשעים יחיו עתקו גם־גברו חיל׃

8 זרעם

recordor; *vel commemoraturus ſum*, *horrore totus corripior*, *conturborque. Quare* enim *Impii vivunt* &c. &c. Sic objectum *ſtuporis* ut ſui, ita & Amicorum, conſtituit *proſperitatem improborum &c.* Poſſis השמו hoc adſpectu exponere, *Obſtupeſcatis convicti*, longe aliter ſe rem habere, quam hactenus diſſeruiſtis: atque *admota ori manu confitemini vos vana adverſus me diſſeruiſſe.* Non obſtat huic ſenſui פנו אלי *Reſpicite ad me*, quaſi ſemet *objectum ſtuporis* faceret Noſter, nam formula iſta potius eſt *provocantis*, ut *Cap. 6: 28. Convertimini in me, & obſtupeſcite*, i. e. *faciam ut obſtupeſcatis convicti* &c. Doct. *de Pined.* aliquid de hoc ſenſu ſagaciter jam odoratus fuit; *Attendite*, inquit, *& procul dubio obſtupeſcetis, tum ex mea innocentia adflicta, tum ex improbitate felici aliorum; inde enim procedetis ad Divinæ providentiæ admirationem, & ad ſilentium de illis arcanis concipiendum.*

Verſ. 6. Nimis arguta eſt interpretatio *Kimchii. Etſi his tantis doloribus eſſem liberatus, tamen vel in ſola recordatione eorum totus inhorreſcerem. Quanto magis qui iiſdem jaceam obrutus.* Ne *Merc.* quidem ſatisfacit; *ipſe ego quoties ſubit recordatio mei hujus tanti doloris, non poſſum quin ſim attonitus.* Non recordamur dolorum, quos cum maxime vivos perſentiſcimus. Rectius, quod addit, *ſimul etiam quum ſubit menti quæſtio ſequens, cur vivant impii, ego vero innocens adfligar.* Conſimiliter *de Pined Ego ipſe non poſſum tranquilla & pacata mente, vel memoriam repetere præteritorum malorum, vel impiorum felicitatis recordari.* Prius, ut ſentis, non adeo commodum; poſterius unice quadrat. Solide jam *Schmid. In doloribus conſtitutus Jobus, non recordabatur eorum, ſed noctu diuque in oculis & ſenſibus eos habebat. At rei, qua de locuturus mox eſt, ſæpius in vita ſua, & in hoc maxime ſtatu ſuo, recordabatur.* Iſtoc ſub aſpectu זכרתי ad *præſens* non tantum, ſed & *præteritum* ſeſe referre poſſe fateor. Potiſſimum tamen *præſens* reſpici autumem: quin imo magna me ſuſpicio tenet, זכר non eſſe *recordari*, ſed *commemorare*, atque *in medium proferre*, unde hæc ſententia enaſcitur; *Nam & ego ubi commemoro, ſane conturbor*, mentis impos: *& corripit caro mea tremorem.* Hunc uſum verbi tetigi ad *Cap.* 4: 7. In ultimo membro *Jun.* & *Trem.* per *Ellipſin*, *Apprehenderetur caro mea horrore.* Splendidius foret, quod ſupra dedi *Cap.* 18: 20. *Dirigeſcit caro mea*, ſi vim *intranſitivam* adſciſcere par ſit. Plerique ſtruunt, *Corripit carnem meam tremor*, non curantes diſcrimen generis inter אחז & פלצות. Grandius, *Corripit caro mea tremorem*, quod & *Piſcat.* ac *Schmidio* placitum, per *Hypallagen*, quam vocant: de qua cave ſentias, quod vulgus, quum non ſine graviſſima ratione id genus ſit adſcitum. Longe figuratius certe, *Caro mea apprehendit*, &, quanta quanta eſt, *corripit tremorem*, *in eumque ſemet defigit* quaſi; quam *tremor corripit Carnem meam.* Poſterius nempe *ſubitum*, & *cito evaneſcens* quid: prius *commotionem profundius inſidentem* deſignat. Totum hocce genus enucleatius evolvi mereretur.

Verſ. 7. Arcem jam totius cauſæ invadit Noſter, atque de *improborum rebus feliciſſimis*, *per univerſum vitæ curſum*, *ad extremum uſque halitum*, ea diſſertare incipit, quæ *Syſtema* Amicorum funditus ſubvertant; atque tela in ſe conjecta in ipſos faciant reſilire. Interrogatio per מדוע *Quare*, habet *expoſtulationem*, ſimulque *refutationem.* Sunt qui ad Deum directam velint orationem. Amicos compellari ſtatuunt plerique, *Quare ergo*, ſi veſtra ſtat ſententia, *vivunt*, *vigent*, *florent improbi?* Utrumque conjungere licet; ut primo *objectum attoniti ſui ſtuporis* exprimat No-

8 זרעם נכון לפניהם עמם וצאצאיהם לעיניהם׃

9 בתיהם שלום מפחד ולא שבט אלוה עליהם׃

10 שורו עבר ולא יגעל תפלט פרתו ולא תשכל׃

11 ישלחו

8 Semen eorum ſtabile ante faciem ipſorum cum ipſis: eorum progenies ante oculos ipſorum.

9 Domus eorum pax, nullo pavore: & nulla Dei virga ſuper ipſis.

10 Bos ejus concipit, & non ejicit; excludit facili partu juvenca ejus, & non abortit.

11 Emit-

Noſter, *Quid cauſæ ſit, quod improbis tam fortunatis eſſe contingat*, requirere ſecum ſolitus: utque nunc ſecundo Amicos hinc premat, ab ipſis nodum hunc reſolvi, & cum declamationibus ipſorum conciliari, poſtulans. מדוע *An ſcire licet? An ſciri poteſt?* ex מה & ידוע. *Improbi* hic ſunt *Contemtores aperti Numinis*, ex Charactere *Vſ.* 14. Id ad rem facit, quia tam *turpem* ſaltem ac *profligatum* pronunciare *Jobum* erubuiſſent Amici. *Quare* jam, *ſi momentanea* improbi *felicitas*, hocce genus nefaria arma Cœlo inferens, nihil minus experitur? *Quare* יחיו *Vivunt*? Non ſimplici uſu, ſed fortiore illo *Vivunt* bene, jucunde, feliciter. עתקו *durant*, *durabili & firmo ſtatu permanent.* Nonnulli *veteraſcunt*, vel *ſeneſcunt.* Hoc *Vſ.* 13. juſtiorem locum occupat. *Firmitas corporis*, quam Cl. *Cocc.* intendit, quadrat, nec tamen abſolvit vim verbi, in quo ſimul ineſt *opum*, *fortunarum*, *gloriæ*, *florentiſſimus* & *durabilis ſtatus.* Apud *Arabes* عتق *convaleſcere*, de *corpore*; de *opibus*, de *univerſo ſtatu* alicujus. In גברו חיל major adhuc gradus *vigoris uſque & uſque increſcentis*, ac *prævaleſcentis* ſupra alios. Hæc oppoſita tum aliis *Eliphazi* & *Bildadi* aſſertionibus; tum *Tſophari* noviſſimæ aſſeverationi *Cap.* 20: 6. 7. 8. 9.

Verſ. 8. Familiam eadem Fortunæ indulgentia fovet, & auget, in longos annos. Nam *ſemen* eorum נכון *ſtabile* ac *firmum* una cum ipſis, *ſoſpitate*, *dignitate*, & *honore conſpicuum*; idque לפניהם *ante faciem eorum*, ipſis *lætantibus*, ac *triumphantibus.* Quin imo, ad gloriam, potentiamque, Domus cumulandam, *læta nepotum ſoboles* ipſis ſuccreſcit, quam צאצאים *germinum emicantium* pulcra appellatio offert; male quibuſdam vocem detorquentibus ad *terræ germina*, & *proventum agrorum.* Confutatur quod *Cap.* 15: 30. 31. 32. & *Cap.* 18: 19. & *Cap.* 20: 10. 26. inculcatum; ut ex collatione cuivis pateſcet.

Verſ. 9. Cl. *Schmid. Domum* a *Liberis* diſtinguit, atque ad *ſervos*, *ancillas*, *omnemque rem domeſticam* reſtringit. Id nimis ſedulum. In בתים ineſt generalis notio, aliquid grande ferens, atque *Domos opulentas* deſignans, *potentia*, & *gloria*, eminentes. *Famula turba* talis *Domus*, cum *inſtrumento* & *apparatu* reliquo, in receſſu apparet; non digna ſatis, quæ medium Tabellæ locum impleat, atque gemino charactere eminentiſſimo illuſtretur; *Domus eorum pax* & *incolumitas* ipſa: *cumulatiſſime felices* ac *beatæ*, cum *ſumma* & *conſtantiſſima tranquillitate.* Abſtractum pro concreto. Additur ad majorem Emphaſin מפחד *a timore.* Rectiſſime *Merc. Piſc.* reliqui ferme omnes a præcedenti ita ſejugarunt, ut ſit, *abſque timore*, *extra timorem*, ex uſu *negante* præp. מן; *Domus eorum non ſunt niſi pura puta pax*, *felicitas*, *tranquillitas*, *ſecuritas*, *nullo omnino pavore increpante*, *aut turbante tantam illam ſerenitatem.* Melius ſe facturum credidit Cl. *Schmid.* ſi jugaret שלום מפחד *pax*

a timore, pro *libera a timore.* χάλκεα χευνίων. Abruptior ſtructura fraudi fuit. En ſimillimum *Hab.* 2: 16. *ſatiatus es ignominia*, מכבוד *a gloria*, nulla tibi gloria reliqua, gloria omni tibi detracta. Agmen talium extat.

Verſ. 10. Iterum ſubtilius Cl. *Schmid. Nunc extra domos ad pecora pergit* &c. Hoc eſt ita limare, ut teras, non ut polias. *Domus opulentæ, beatæ, pace ac proſperitate liquidiſſima gaudentis*, argumentum ponitur, *Fœtura abundantiſſima*, quam nihil omnino *impediat*, aut *interrumpat*. Magna autem quæſtio, ſitne hæc *Fœtura* ad Literam intelligenda; de *pecore multiplicato*; an figurate, de *familia ipſa numeroſius lætiuſque propagata*. Hoc antequam diſcutiatur, *Literalis conſpectus* conſtituendus; qui ne ipſe quidem nodis vacat. Nempe prius membrum ita expreſſum a *Vulgato*, *Bos eorum concepit & non abortivit*. LXX. quoque *Bovem fœminam* intellexere, ἡ βοῦς αὐτῶν οὐκ ὠμοτόκησε: nec non *Symm.* οὐκ ἐξέτρωσε; quin & *Aquila*, οὐκ ἐξέβαλε. *Syrus* & *Arabs Taurum* dedere, ſed turbatiſſimo ſenſu, *Taurus tranſiit, & non mugit*, a עָבַר & גָּעָה monente *Boch. Hieroz. part.* I. L. 2. *Cap.* 30. *Chaldæus* a *Tauro* ſtare creditur vulgo, ſed vir ſummus aliter eum exponendum *Ibid.* docuit. *Merc.* ex poſteriore hemiſtichio evinci cenſet, *Bovem maſculum* in priore intendi. Hanc communem *Hebraizantium* ſententiam non rejicere ſuſtinens *Erud. de Pined.* ſuo Interpreti ita ſubvenire voluit, ut *Concipere* hic valeat *gravidare*, non *gravidari*. Id merito exploſum a *Cocc.* cui עבר cum pleriſque valet *imprægnavit*, quam vim ortam putat ab *obſeravit* 1 *Reg.* 6: 21. quod per *imprægnationem valvæ matricis obſerentur*. Acutius quam ſolidius forte; certe alii עבר ſimpliciter dant *inire*; *conſcendere*, a *tranſeundo* anſa ſumta; aliis *facere tranſire* ſemen, pro *imprægnare* commodius viſum. Huic opinioni receptiſſimæ contraitum a *Boch.* p. 291. qui obſervat 1. שור eſſe *Epicœnum*, quod ut ut *Maſculinum* ſemper, tamen ad *vaccam* ſæpe pertineat. *Exod.* 34: 19. *Num.* 18: 17. *Deut.* 15: 19. & 33: 17. *Jud.* 6: 25. &c. 2. עבר ex conſtante uſu *Chaldæorum* adhiberi in *fœmina concipiente*. Exempla compluſcula ibidem appoſita. 3. Palam eſſe יגעיל ad *fœminam* referri; quod געל ſit *rem oblatam reſpuere*, & *cum faſtidio rejicere*; quodque novum ſit, & inauditum, ut uſurpetur pro *ſemen in caſſum ejicere*, ſecundum Vulgarem expoſitionem. Eam ſententiam *Chaldæo* quoque ſediſſe, docte demonſtrat, quem ſic convertit, *Bos ejus prægnans, neque ſemen evomit.* Cl. *Cocc.* in *Lex.* debitum Erudito Nomini deferens honorem, ita diſſentit, ut parum abſit a conſentiente. Cl. *Schmid.* plane *non probandos* ait, qui ſic ſentiunt; quia עבר & יגעיל *maſculina* ſunt. Nec meminit *Bocharti*, nec ejus argumenta legit, quum nullum tangatur, nedum refellatur; eo tantum ſcrupulo obmoto, quem *Boch.* removerat, *Epicœnum* eſſe monens, quod etiam tum quum *Bovem fœminam* deſignat, maneat *maſculinum*. An jam Viri Docti *Epicœna* ignorant? Non attendunt ſaltem, ut patet ex illo Cl. *Cler.* qui laudans *Boch.* tanquam *qui primus h. l. recte ſit interpretatus*, ſubdit tamen, *hoc unum ejus interpretationi poſſe objici*, quod *perſonæ maſculinæ ſequantur*: Librariorum imperitia, aut negligentia, id forte factum inſinuans. Voluiſſet ergo עברה & תגעיל; ſed tunc non *Epicœnum* fuiſſet vocabulum, ſi verbum *fœmininum* ei additum. Id genus *Commune*, ſive *anceps* vocitatur: probe diſtinguendum ab *Epicœno*, quod format *hæc aquila*, in *maſculo*, & *hic paſſer*, *in femella*. Talia ſunt בקר *genus bovinum*, *Boves*. חזיר *porcus*, unde eſſet ad Genium Linguæ, חזיר עבר *porcus concipit*, & יפלט *parit*, non עברה nec תפלט. Specimen illuſtre *Pſ.* 144: 14. אלופינו מסבלים *Boves noſtri onuſti*, pro *onuſtæ*, i. e. *gravidæ*; quamvis alii aliter. Adi *Boch.* 1 *Hieroz.* p. 295. cujus proinde ſententia heic loci vincere videtur, duobus *Hemiſtichiis* inter ſe concinentibus, ita ut prius de *conceptu facili* agat, cui opponatur *ejectio ſeminis e vulva*: poſterius de *partu*, cui *abortio* contraria. Addere potuiſſet ὁ πάνυ, שור *Bovem* cum פרה *juvenca* ſic conjungi, ut prius *Matrem* jam paulo *anno-*

ſio-

ſiorem, poſterius *Juniorem* deſignet. Hinc nova gratia utrique membro accedit, & apparet cur *Mater* nunquam *effœta* veluti dicatur identidem *concipere*, nec *faſtidire*, *delaſſari*, *fatiſcere:* itemque פרה *Vacca juvenis*, non *abortire*, ſed feliciter *novos fœtus eniti.* In contrarium interim tendit Cl. *Guſſ.* ſub עבר, ex 1 *Reg.* 6: 21. eliciens vim *trajiciendi clavum*, quam modeſte adhibitam cenſet ad *initum Tauri* deſignandum. Addit, געל recte utique dici de *Tauro Vaccam faſtidiente mala ſua diſpoſitione.* Idem ſub געל inculcarat. Sub שור etiam aliquid litis movet *Bocharto*, concludens eſſe *nomen ſpeciei*, non *unius ſexus fœminei*; & *accipere verbum*, *adjectivumque maſculinum Exod.* 21: 29, 33. An aliud dixerat *Bochartus*? Omnis quæſtio huc redit, ſatiſne momenti ferat conſtans ille uſus *Dialecti Chaldaicæ*, in *conceptu femellarum*, ad dubitationem de h. l. dirimendam. Id Cl. *Guſſetio*, *Dialectis* parum faventi, nimis leve pondus facit. Aliis grave ſatis videbitur. Res eſt, & manet, controverſioſa, quum *Taurus* bene *implens*, egregie etiam quadret, & עבר non tantum notare potuerit, vigente lingua, *concepit*, ſed & *concipere fecit*, ex nota vi *conj. Pihel.* Verbum יגעיל tunc commodiſſime referri poſſet ad *faſtidium*, & *nauſeam*, ex *laſſitudine*, cui hi fortiſſimi admiſſarii exemti. Non probare poſſum Cl. *Cocc.* quæſitius hocce, *Non facit nauſeationem*; de quo ejus *Lexicon* conſulatur. Magis placeret quod Cl. *Reim.* dat, *non facit ut reſpuat* femella; *ſemen* ſcil. vel *concipiendum*, vel jam *conceptum.*

Ibid. Expendendum porro, *Allegoria* ſit, an *ſimplex & pura oratio.* Poſterius unanimi fere Recentiorum conſenſu tenetur. Prius placuit Veteribus multis, eo inclinantibus etiam *de Pined.* & *Bolduc.* Favet his *Vſ.* ſeq. ubi *numeroſam & lætam turbam infantium* induci omnes agnoſcunt; niſi quod R. *Periz.* & *Schmid.* ad *greges* proprie *dictos* trahant; pro quibus facit, quod de *Liberorum multitudine* jam actum eſſet *Vſ.* 8. ut proinde non ſine quadam *Tautologia* illuc recurreretur. Habes iterum aliquid controverſioſum, quod utrimque paribus ferme momentis trahat retrahatque. Propenſiorem tamen me fateor ad *Allegoricam* rationem, ob *Vſ.* 11. & 12. quos cum *Vſ.* 8. & 9. connectendos nemo facile ambigat; nam ילדים & עוילים ad *fœtus pecudum* referre, nimis violentum. Inde ſentias, non ſine gravi incommodo *Fœturam boum* inſeri in deſcriptionem, quæ in *generis ſeminiſque improbi multiplicationem lætiſſimam* ſeſe diffundit, ad confutandum, quod toties inculcatum erat, de improbi *proſapia extirpanda*, aut *ad* ſummam *mendicitatem redigenda.* Ad iſtum ſcopum nil convenientius pleniuſque, quam adſpectus *Allegoricus* noſtri contextus, qui *Literaliter* explicitus, de *multiplicatione pecoris*, & *armenti*, minus plenus cenſeri poſſet. Quomodo autem cumque שור capiatur, ſive *Fæminine*, ad mentem *Bocharti*, ſive *Maſculine*, locupletiſſimus ſenſus, adſcita *Allegoria*, emerget. Et I. quidem, ſi שור ثور ſignet *Taurum*, ad *Improbos* id referre eſt, tanquam *Admiſſarios* robuſtos, & fortes in Venerem, quos *Taurorum* nomine omnis Lingua deſignat. Huc pertinere videtur *Gen.* 49: 6. עקרו שור *ſubnervarunt Taurum. Ad* eam rationem *Taurus ejus gravidat*, elegantiſſimo flexu, α. eſſet, *ille Taurum agens*, *implet*, *nec delaſſatur.* Eſt phraſis ad *Arabiæ* genium elata. In *Nawab.* p. 178. adduxi ex *Hamaſa*, *Non abactus Dæmon meus*, *neque Volucres mei præ pavore decidui.* Id eſt, *ſemper gero animum indomitum*, *& Dæmonem ago veluti*, *Volucreſque refero capi ac terreri neſcios.* Præcedebat *Ibid.* p. 176. *Abegit muſcam ejus bombantem*, pro, *inſolentiam* & *ſuperbiam ejus*, *qua Muſcæ bombantis inſtar ſe efferebat*, *retudit.* Similiter dixerint, *Taurus ejus conſcendere ſolet*; pro *in Venerem pronus eſt & projectus.* Sed β. latiore ſenſu *Taurus ejus* improbi, extendi poſſet ad ejuſdem *Filios*, & *Nepotes*, qui omnes dicantur ſuas *Buculas* bene *implere*, atque *familiam* prole numeroſiſſima identidem augere. Per *Buculas* autem illas, *uxores* non tantum, ſed & *pellices* intelligerem. Habes aliquid, quod in *Domum improbi*, prout ea *vſ.* 8. & 9. deſcripta, admirabiliter quadrat; abſque Tautologiæ vel minima ſpecie; quum hic ſubſumatur *Maſculorum omnium* in tali familia robur ad ſobolem propagandam, cui *Vaccularum* vigor reſpondeat; quas

11 Emittunt ſicut gregem fœtus eorum; & pueri ipſorum ſaltitant.

12 At-

11 יְשַׁלְּחוּ כַצֹּאן עֲוִילֵיהֶם וְיַלְדֵיהֶם יְרַקֵּדוּן׃

12 יִבְלוּ

quas ſi quis non ad *Nurus*, ſed ad *Filias Nepteſque improbi*, & ipſas ſuis *Tauris traditas*, revocari malit, me diſſentientem non habebit; quum ſic utrumque colon adhuc locupletius reddatur ad *fœturam copioſiſſimam* pingendam. Quod ſi שור II. *Vaccam* exponere quis malit; ex eo quod ſupra præmiſſum, promtiſſima applicatio ad *Matres* hac in familia verſantes; cum quibus פרה *Bucula Junior* conjuncta, vel *pellicum* ſignificationem præbebit; vel iterum *Filiarum*, *Nuruumque*; quæ *Matrum* exemplo fœcundam alvum ſolvant in prolem totis gregibus ſeſe diffundentem quaquaverſum. Apud *Græcos* ſimilia bene multa ſub vocabulis, quibus *Vaccas*, *Buculas*, & *Juvencas* exprimunt. Δάμαλις verbi gratia, & πόρτις, & μόσχος, quin & βοῦς, paſſim ita apud eos qui grandiore cothurno procedunt. *Pind. Pyth.* 4. 253.

Μία βοῦς Κρηθεῖ τε ματὴρ
Καὶ θρασυμήδεϊ Σαλμωνεῖ

Una bos Cretheoque mater
Et audaciſſimo Salmoneo

Eurip. Androm. 711.

Ἡ στεῖρος οὖσα μόσχος οὐκ ἀνέξεται,
Τίκτοντας ἄλλους, οὐκ ἔχουσ᾽ αὐτὴ τέκνα.

Quæ exiſtens ſterilis juvenca, non patietur
Alias parientes, ipſa carens liberis.

Notum illud *Heſiod.* O. & D. 603.

—— χαλεπὴ δ' ὑπόπορτις ἔριθος

Moleſta ancilla vitulis prædita.

Nempe πόρτις & πόρις paſſim pro δάμαλις *vitula*, *juvenca*, & hæc pro Δάμαρ, a *marito domita*, vel *domanda*. Plura congerere haud neceſſe: ex hiſce etiam *Allegoriam* loci noſtri decus ſatis jam relucet.

Verſ. 11. De impiorum *læta* & *laſciva prole* agi, uno fere conſenſu tenetur. R. *Periz.* tamen de *Vitulis* proprie dictis hæc accipienda duxit, ob *Vſ.* præc. quem ad *Literam* intelligendum cenſebat cum pleriſque. Cl. *Schmid.* negans *clarum eſſe quid Perizolidem moverit*, mallet *Verſum hunc capere de multiplicatione gregum*, i. e. *generis ovilli*, *quod bovino nunc*, *ordine optimo*, *adjungatur.* Supra monui nimis ſubtiliter hæc limari a viro Doct. nam non valde ſplendet hæc conſtructio, ad quam recurrere debuit, *Emittunt ſicut gregem*, *ita fœtus eorum*; ubi vult *adſ.* הם ad צאן *grex ovium* referri, non ad *improbos.* Expoſitio etiam non nimis lucida; *in quanta copia emittunt greges*, *in tanta etiam emittunt fœtus gregum*, *quæ ingens eſt felicitas*, *ſi uno partus tempore greges geminentur.* Cl. *Mich.* merito hæc duriora pronunciavit, quam ut aſſenſum invenire queant. ילדים & עוילים omnino ſunt *fœtus improborum* כצאן *ſicut Oves* incredibili copia *emiſſi*, *effuſi* in *paſcua* veluti, ubi *laſcivius ludunt*, atque *exultant*, bonis omnibus adfluentes. Hæc *mollem*, *delicatam*, *laſcivam*, *curis ſolutam*, vivendi rationem ſimul indicant, qua improbi ſeque ſuoſque ſecure paſcunt. Plura addere ſupervacuum. Conferri velim *Cocc.* & *de Pined.* qui hic prolixior. Verbulum debetur יְשַׁלְּחוּ *emittunt*, quod rectiſſime *Merc. libere veluti laxant more ovium per campos emiſſarum.* Cl. *Guſſ.* ſub שלח *Metaph.* putat a *pullulante planta.* Idem viſum Cl. *Mich.* laudanti in hunc uſum *Jer.* 17: 8. & *Pſ.* 80: 12. *Bolducius* inſuper adjecerat vim *emiſſi* i. e. *excluſi partus*. Similiter Cl. *Cler.* *Tam facile pariunt quam oves*, & *capræ.* Poſterius plane inconcinnum, quod הם reflectatur haud dubie ad רשעים *patres improbos.* Prius etiam minus opportunum, quia *Allegoria* non ſervaretur, quæ poſtulat *greges laxatos* & *effuſos ad paſcua perſultanda.* Vides ergo שלח ad-

12 יִשְׂאוּ בְּתֹף וְכִנּוֹר וְיִשְׂמְחוּ לְקוֹל עוּגָב׃

13 יְבַלּוּ בַטּוֹב יְמֵיהֶם וּבְרֶגַע שְׁאוֹל יֵחָתּוּ׃

15 וַיֹּאמְרוּ

12 Attollunt inter tympanum & citharam; & lætantur ad ſonum organi.

13 Ad ſenectam deterunt in bono dies ſuos; & momento in Orcum atteruntur.

14 Et

adferre nunc potius *ſolutam lætamque libertatem*; qua *greges* hi *petulantes* & *laſcivi* gaudent. Si tamen profundius quid velis, *laxatam diſciplinam*, & *educationem* nullis legibus *coërcitam* adjicere licebit; id enim in שלח quoque continetur; quod eſt *laxato freno ſibi permittere aliquem.*

Verſ. 12. Succinit iſti conſpectui *Feſtivitas perpetua*, quam agitare dicuntur, ſive *Patres*, ſive *Filii*, ſive, quod malim, *utrique*. Ad *filios* reſtrinxit *Cocc.* dans, *Geſtitant tympanum* &c. vel &, *Adoleſcunt cum tympano*, &c. ex ſpeciali uſu & נשא ἐπαίρεσθαι *tollere ſe*, *creſcere*. Utraque verſio concinnata ad Lectionem בתף, quam & *Vulgat.* ſequitur, *Tenent tympanum.* Conſimiliter *Chald. Syrus*, *Arabs*, qui habet اخذوا البرابط *Capiunt Barbitos* &c. LXX. Ἀναλαβόντες ψαλτήριον &c. Doct. *Merc.* כתף præfert, ſupplens, *Attollunt* vocem *ſicut tympanum & cithara.* Hoc non alium recipit ſenſum, quam eum, quem Cl. *Schmid.* propoſuit, *ſignificari magnitudinem lætitiæ tantam*, *ut læta quas edunt voces*, *exæquent tympana & citharas*, *vel & ſuperent*, *ita ut hæc inſtrumenta non audiantur præ illorum vocibus.* Maluit ille, *Attollunt ſicut tympanum & citharam.* Utrumque argutius, quam par. Si vel כתף legendum eſſet, cenſerem commodius, *Attollunt* vocem, *tanquam tympano & cithara.* Sed omnino בתף retinendum, *Attollunt* vocem, *inter tympanum & citharam*, ut Doct. *Belgæ* dederunt, ſive *cum* adhibito *tympano.* Adi & Cl. *Mich. Cler. Reim.* &c. ישא pro ישא קול haud inſolens. Vide *Eſaj.* 42: 11. ubi ישאו. *Tollent* & ירננו *tinnulum reſonabunt*, conjunguntur. Cl. *Cocc.* ſuſpicio, de *Filiis* propiore nexu dici, *Adoleſcunt cum tympano*, commendari poſſet per uſum tritiſſimum *Arabiæ* ſub verbo نشأ *Adolevit*, *crevit*, *educatus fuit* inter eos; unde *part. præſ.* ناشي נושא eſt *Adoleſcens* & *Adoleſcentula*; item, *Juvencus* & *juvenca.* Non tamen diſcedo a priore ſententia, cum *Filiis* hic reſumendos eſſe *Patres*, ob *Vſ.* ſeq. ac proinde rectius *Attollunt vocem.*

Verſ. 13. De *Patribus* utique potiſſimum nunc agi, nemo ambigat. Deſcribitur *vitæ curſus felix*, *longus*, *ad ultimam ſenectam protractus*, *cui* εὐθηνία *cumulum ſuperimponat.* יבלו an יכלו legas, parum intereſt, utrumque enim valet *conſumunt:* Prius tamen fortius; quin poſterius, ortum videtur ex eo, quod prioris *elegantia* & *vis* non ſatis perſpecta foret; eſt enim *conſumere ad ultimam* uſque *ſenectam*, & tanquam *deterere*, *terendo efficere ut quid veteraſcat*, *& in ſe evaneſcat abſumtum.* Huc collineabat *Cocc.* monens ad verbum eſſe, *Vetuſtos faciunt dies ſuos* i. e. *ad vetuſtatem producunt dies ſuos.* Signate בטוב *in bono*, quod in genere quidem notat *proſperitatem*, & *jucunditatem* omnem; hic autem ſpecialius quoque amplectitur *hilaritatem conviviorum*, & reliquam *voluptatem* hominis *Genio* ſuo quotidie *litantis.* Vidit, monuitque Erud. *de Pined.*

Ibid. Aliquid dubii incidit ad רגע & יחתו. R. *Salom.* I. a *quieſcendi* notione ſub רגע, itemque נחת *deſcendit*, offert adſpectum qui pri-

prima fronte blandiri queat, *Et in quiete in ſepulcrum deſcendunt*; *citra plagas & caſtigationes*. Similiter *Ab. Eſra*, & *Chald.* nec non LXX. *de Pined.* & *Bolduc.* huc quoque inclinantibus, quamvis *Vulgat.* II. habeat, *Et in puncto ad inferna deſcendunt*; a רגע *Momentum.* Id *Mercero* riſit, reliquiſque fere Doctis Interpr. in hanc mentem, *improbos non lentis, gravibuſve, morbis conflictari, & confici, ſed facillimo genere mortis finiri; atque in ſepulcrum venire.* Ita *Jun.* & *Trem. Piſcat. Belg. Angl. Genev. Diod. Grot. Codurc. Cler. Mich. Crinſoz.* &c. Diſerte ſubmonuit *Merc.* ſe *Inferna* non capere cum aliis de *loco ſupplicii*; quod Noſter hic *nihil de vita futura dicere velit, ſed omni ex parte felicitatem impiorum adverſus Socios demonſtrare, quibus ad cumulum felicitatis & hoc accedat, quod ita ſuaviter tandem expirent.* Cl. *Schmid.* ait, *ſe hac diſputatione Merceri non moveri*, quo minus שאול *infernum* teneat, & quidem ut *Locum ſupplicii*; quaſi mens *Jobi* hæc eſſet III. *Impiis in hac vita concedi felicitatem, quæ duret ad illud uſque momentum quo ad infernum abeunt. Hoc autem admiratione dignum cenſeri a Jobo, quod tales homines qui revera ad infernum deſcendunt, ſuppliciumque meritum, a Deo felicitatem temporalem ſortiantur.* Atqui hoc ipſum *admirationem tollere*, vel *minuere* debuiſſet: prout nos difficultatem, ex proſperitate impiorum oriundam adverſus Dei providentiam, ſic expedimus & refellimus. Semet ergo uno halitu refutaſſet *Jobus*, ſi Colon hocce de *Æterno ſupplicio*, ſtatim *poſt mortem irrogando*, loqueretur. Reliqua quoque ratiocinia, hujus Capitis, & tela in Amicos retorta, hebeſcant neceſſe eſt, ſi *Jobo* talem nunc mentem attribuamus. An ergo nec credidit, nec ſcivit, *quid poſt mortem maneret impios*? Sic cupidius colligerent, quorum *Syſtema* illuc tendit. His ſe arma e manibus erepturum autumavit *Schmid.* Sed non ita defendi ſe poſtulat Veritas; quæ contenta eſt obſervato prudenti *Merceri*, Noſtrum *hic nihil de Vita Futura dicere.* Atqui dicere debuiſſet, inquies, quin non potuiſſet non dicere, ſi revera hæc non ignoraſſet. Recte vero, ni *Affectus* intervenisset, ut ſæpius inculcatum. Adde Amicos *viſibilia hoc in mundo ſupplicia improborum* urgentes, ex iiſque *Jobum* impietatis coarguentes, ex *Viſibili* tantum *ſtatu* fuiſſe refutandos: Iuſtas, Amicos tamen ulterius quoque tetendiſſe, & cum *temporalibus*, *æternas* conjunxiſſe *pœnas*, ex noſtra ſaltem conceſſione, ad *Cap.* præced. Reſpondeo non *directe* id factum, & *diſertius*, ſed *indirecte* & *per conſequentiam*; quum *Acies* eorum *præcipua* in *pœnis viſibilibus* conſiſteret, & quidem quod probe notandum, ut *indiciis ſigniſque iræ futuræ.* Hocce *Syſtema*, minus ſane prudenter digeſtum, impugnat, & funditus ſubvertit, Noſter, argumentis accommodatiſſimis ad victoriam de iis reportandam; quamvis ſi rem ipſam ſpectemus, nihil horum evincere valeat, *improbos* vere in *vita*, aut *morte*, eſſe *felices*; ac non potius cum omnibus hiſce *infeliciſſimos*; tanto videlicet *miſeriores*, quanto magis *indulgentia* Numinis eos fovit, beneficiiſque ſuis cumulavit. Hos interiores, veros, ſinceros, animi ſui ſenſus, circa ſortem improborum, *Jobus* declarabit *Cap.* 27: 7. 8. &c. oſtendetque ſe in *improborum fortunis laudandis* id unice egiſſe, ut Amicorum Argumenta retunderet; tanquam quæ nimis aperte cum Experientia pugnarent. Idem ſatis clare inſinuatum *Vſ.* 16. hujus *Cap.* de quo mox. Non tamen ſcrupulo exemta verſio *Merceri*; nam יחתו invita *Analogia* a נחת *deſcendit*, ducitur; quum *Dageſh* requirat *Thema defect.* חתת *conſternatus fuit.* Hinc *Luth.* maluit, IV. *Et vix momento propter infernum conſternantur.* Id triplici modo exponunt Doctores *Auguſt. Confeſſ.* 1. *ſubita eos morte defungi*, quod cum II. num. convenit ferme. 2. *eos cogitationes inſtantis mortis nunquam admittere, ſed procul abigere venando, ſaltando, hilaria agitando* &c. Huc concedit Doct. *Hofm.* alia adhuc admiſcens extra ſcopum abeuntia. Preſſius, & propius Cl. *Reim.* 3 *haud curans Mortem, & infernum*; utpote *fœdus ſibi cum his contractum* autumantes, *Eſaj.* 28: 15. vel parum creduli hiſce; quippe quibus *Manes Fabulæ.* Hic Character impietatis profligatiſſimæ pulchre quadrat ad *Vſ.* ſeq. & magnopere arrideret, niſi duriuſculum cenſerem שאול pro משאול, *ob infernum*, hinc; illinc ברגע *ad momentum*, pro *parum* aut *nihil* iſto ſenſu, quem Vir Doctiſſ. intendebat. Prius illud, *brevi & levi conſternatione adficiuntur, quum tandem ſenio gravibus moriendum*, magis ad ſe-

14 ויאמרו לאל סור ממנו ודעת
דרכיך לא חפצנו׃
15 מה־שדי כי־נעבדנו ומה־נועיל
כי נפגע־בו׃
16 הן

14 Et dicunt Deo, recede a no-
bis; & cognitione viarum tuarum
non delectamur.
15 Quid eſt omnipotens, ut ſer-
viamus Ei? & quid proficiemus,
quum eum incurſaverimus?
16 Ec-

ſeriem; nec tamen omnino ſatisfacit; quod ab hoc quidem ſermone *Jobi* omnis *conſternatio* improbi abeſſe debeat, non minus ſuaviter morientis, quam viventis, videlicet. Illoſne ergo rem acu tetigiſſe dicemus V. qui dederunt, *momento in fovea conteruntur?* Haud putem ſane: nec vel quale hoc ſit, vel quid ad rem faciat, intelligo. Lucrabimur interim ideam *Conterendi*, quæ Radici חתת eſt *primaria*; *ſecundaria* inde *conſternationis* notione deſcendente, quæ eſt quaſi *mentis contractio* & *contritio*. Senſit Cl. *Cocc.* monens reddi poſſe, VI. *Conteruntur ad infernum* i. e. *locum mortuorum* & *mortis*: & quidem ברגע *Momento*, quod ἐυθανασίας; *Pſ.* 73: 4. Hoc jam cum *num.* II. amiciſſime conſpirat; nullumque ſcrupulum relinquit; quum hæc *contritio* non inferat *conſternationem*, vel *anxietatem*, ſed tantum *diſſolutionem corpuſculi jam feſſi deliciarum*, & *vitæ*; atque *ſponte* velut *defluentis in pulverem*. Optime ברגע *in momento*, præ quo prius *in quiete*, vel *affluentia* potius, ut ex *Origin. Hebr.* repetere eſt, quantumvis adblandiatur forte, languidum; eo quod *res lautæ* priori membro, ut & *Vſ.* 7, cum reliquo filo, ſatis ſuperque ingeſtæ. Supererat ergo *Exitus facillimus*, *facillimæ vitæ coronidem imponens*.

Ibid. Quamvis contractiore mihi velo navigandum ſit, atque ad *Origines* verborum deflectere vix ac ne vix quidem auſim; hic tamen ne quid cuipiam ſcrupuli remaneat, Fontes video recludendos, unde II. & VI. interpretatio coaleſcere veluti; novumque decus loco huic accreſcere queat. In *Camuſo*

حتّه فركه وقشره فانحتّ
والورق سقط كانحتّ والشي حطّه

Verbum חתת *notat confricuit eum & decorticavit*, *conj.* VII. *paſſive uſurpanda*; *folium quoque in* I. *æque ac* VII. *intranſitive dicitur decuti: quin & decutere rem quamcumque*, *eſt eam dejicere*, *vel facere ut deſcendat*. Copioſius adhuc *Gjauhar.* alibi expromendus, unde liquebit חתת eſſe *ſtringendo*, *radendo*, *fricando*, quin & *friando*, *attrivit*, *decuſſitve*, vel & *attritus fuit illis modis*. Habes *Conſternationis* Originem liquidiſſimam: ſimulque cernis, nil luculentius eſſe hac imagine, ſecundum *primigeniam poteſtatem*, qua pingitur *grandæva & feſſa ſenectus* horum hominum, in priori membro eleganter propoſita, tanquam ſub manu *terentis*, aut *fricantis* eos *Mortis*, ſponte *diffluens*, & *in pulverem decuſſa*, ſive *deſcendere juſſa*, abſque ullo cruciatu aut dolore.

Verſ. 14. Enotatur Character *apertæ improbitatis*, quæ contemtum Numinis præ ſe ferat, Deoque vel illudat, vel inſultet. Cl. *Cocc.* tamen, de omnibus *improbis* agi ſupponens, mitigandum duxit, *Ore quidam*; *Opere plurimi*; *Animo omnes qui non amant Deum. Vellent Deum non eſſe*, *ſi ipſis liceret ex voto eſſe* &c. Similiter fere *Merc. Non quod illi in talia verba ſemper prorumpant*; *non eſt enim tam improbus qui ita fere propalam de Deo loqui audeat*; *Verum Sp. S: eorum cogitationes exprimere & detegere voluit.* Cl. *Schmid.* ſibi parum conſtans, notat primo, *dicunt hoc loco non tam eſſe oris*, *quam cordis*, & *facti*; mox ſecundo addit, *Jobum hoc non omnibus impiis tribuere*; *ſed hoc ſaltem velle*; *Et tamen inter illos felices deprehenduntur adeo impii*, *ut Deo dicant*, *Recede a nobis* &c. Quid mihi ſedeat, ad *Vſ.* 7. indicavi; exempla nempe adduci *Hominum perditiſſime improborum*; qui ex principiis *Atheiſmi*, aut *reliquæ profanitatis*, *Religionem*, *virtutemque*, *verba* putant, ut *lucum ligna*, atque omnem cultum Numinis palam deludunt, & explodunt. Hos utique Deus *impro-*

16 Ecce, non in manu eorum felicitas eorum! Conſilium improborum procul abſit a me!

17 Quo-

16 הן לא בידם טובם עצת
רשעים רחקה מני׃

17 כמה

probitatis omnis *Vindex*, vel maxime e terris eradicare deberet, tanquam *peſtes* & *pernicies publicas generis humani*; ſi Amicorum Hypotheſis ſtaret: & tamen hoſce vel maxime ſæpe *florere*, & *proſperari*, omne ſeculum vidit, cum *Joboque* adſtupuere ſanctiſſimi quique, donec in *Sanctuarium* ingrederentur. &c. &c. ut in *Pſ.* 73. pluribus ediſſeritur. Circa nexum uno verbo dicam; non placere, *Et dicent*; non etiam ſatis, *Et dixerunt*: magis illud *Doct. Belg.* aliorumque, *&* tamen *dicunt*: vel, *Atqui dicunt*, ut *Cocc.* Acutiſſime *Angli*, *propterea quod dicunt*; *ut præmium* quaſi *impietatis auferre* dicantur, *perpetuam felicitatem.* Id ſtomacho *Jobi*, adfectuique concitato, conſonum: nec a natura Linguæ abhorrens.

Verſ. 15. Diſtinctius adhuc *Atheiſmi* character conſignatur, מה שדי *Quid eſt?* &c. Id protervius adhuc, quam *Pharaonis* מי יהוה *Quis eſt Jehova?* *Exod.* 5: 2. Nempe hocce *Quid?* *Quid rei?* redit ad *Nihil*, ſecundum illud *Pſaltis*, אין אלהים *Non eſt Deus*, & יהוה לא קראו *Eum qui Eſt*, *Nihil appellitant.* In verbis נועיל & נפגע etiam multa invidia, contemtio, contumelia. Prius, *Et quid proficiemus? quid utilitatis ceperimus?* innuit, oleum operamque planiſſume perditam, quæ in Numine aliquo colendo inſumitur. Alterum, *quod incurramus in illum*, *quod ei precibus occurſemus?* inſinuat, *fruſtra Numen*, quod nullum, *precibus fatigari a ſuperſtitioſis*, qui dum יפגעו *inſtant orando*, & *compellando*, quod nuſpiam eſt, revera יפגעו *offendunt*, *impingunt*, atque *ſemet* ipſos *in caſſum fatigant.* Luſus ex ambiguo; quod פגע *Occurſare*, *offenſare*, utramque poteſtatem amplectatur. Stylus orientis captat id genus acumina; quæ tamen non omnibus forte placebunt. Cui noſtrum hocce nimium, contento ei eſſe licebit ſolo, *Quod incurſemus in Eum?* contemtim prolato, ad *ſuperſtitionem ſe met vanis precibus fatigantem* indicandam, ex mente horum impiorum.

Verſ. 16. *Epiphonema* interſeritur, ſive *Enthymema* potius, cujus prior pars perobſcura. Luſtremus præcipuas ſententias. *Vulgat*: I. *Verumtamen, quia non ſunt in manu eorum bona ſua, conſilium impiorum longe ſit a me.* Id Latini apud *de Pined.* ita explicant, *Non tamen perpetuam eſſe, in eorumque poteſtate ſitam, illam felicitatem; quippe quam ſecum exportare hinc nequeant decedentes; ſed cum lucis uſura ſimul perdant.* Apponit alteram *Ambroſ.* aliorumque, qui ex propiore nexu cum *Vſ.* ſeq. volunt, II. *Inconſtantiam humanæ felicitatis* notari, *etiam hac in vita, in qua Lucerna improborum ſæpius extinguatur*, i. e. *læta fortuna in triſtem commutetur.* Utrumque præſenti diſputationi *Jobi* parum accommodatum; quippe qui nunc, Adfectui indulgens, *propriam* quandam & *perpetuam felicitatem* Improbis adſtruat, ut Amicorum ſyſtema penitus deſtruat & ſubvertat. Hoc obverſatum III. putem *Alexandrinis*, qui negandi partic. omiſſa exhibent, ἐν χερσὶ γὰρ ἦν αὐτῶν τὰ ἀγαθά. Aliter paulo *de Pineda*; Sed Lectionem vitioſam non moramur; ab eaque moram quoque objici nolumus. Ad priorem ſententiam IV. accedit *Merc.* *Non habent in manibus ſuis ſuam*, quod ajunt, *fortunam*, *ut cum evecti ſint*, *putare poſſint ſe nunquam collapſuros.* Addit & ſecundam; *Non ita in ſua poteſtate habent bona ſua, quin cum Domino viſum, omnia amittant: nihil* ſaltem *ſecum ablaturi morientes.* Ergo *Conſilium impiorum procul a me eſt.* *Non æmulor nec invideo illis illam felicitatem.* Atqui in præſenti quidem urebat Noſtrum illa invidioſa Improborum felicitas, quam non *inſtabilem* nunc, ſed *ſtabiliſſimam* utique depingit. Id incommodi evitare ſtudens *Jun.* concipit V. *Occupationem*, *qua utatur* Noſter *ne exiſtimarent eum ad impietatem propterea allectum eſſe, aut in præſentia allici.* Quaſi diceret, *Hæc eo non pertinent, quod aut exiſtimem illos habere auctoritatem in res ſuas arbitra-*

tu

tu ſuo; *aut quod animus meus in ſtudium ejuſmodi rapiatur*; *ſed ut oſtendam vanitatem propoſitionis Veſtræ.* Aſt ea ſic non ſatis oſtenditur; nec intelligo, quid hic ſit, quidve valeat, *Habere auctoritatem in res ſuas arbitratu ſuo.* Videtur idem illud intendi, quod *Calvin.* in concione ad h. l. ponit, *Non ſunt fortunæ ſuæ Domini*, *Deuſque illos ſemper habet in ſua poteſtate*; *& poterit eos omnibus deliciis privare*, *in quibus plenam felicitatem poſitam eſſe putabant.* Quid ad rem? quum probandum ſuſceperit Noſter, improbos *ſtupenda* plane & *invidenda gaudere Felicitate uſque ad extremum vitæ finem*, *qui* & iiſdem *molliſſimus contingat.* Cl. *Cocc* VI. aliquid deſiderari ſentiens, ſenſum ita ampliavit, ut 1. indicetur, *Quicquid habent improbi*, *id eos accepiſſe a Deo & dono habere.* 2. *Non per ipſos ſtare ut retineant*, *vel amittant. Non eſſe* κυρίους. 3. *Non eſſe hoc bonum.*, *quo beati efficiantur*; *quippe qui vera bona*, *propter hæcce falſa*, *rejiciant.* Duo poſtrema a ſcopo abeunt: prius ad rem facit; ut ipſe Deus dicatur *improbos* his *bonis donaſſe*, & *ditaſſe*; *quando non in manu ipſorum* utique *fuerit ſita* illa *tanta*, tamque *cumulata*, *felicitas*; ſed *Dei manu*, & *dono*, *ipſis collata* cenſeri debeat. Hoc *Ab. Eſra* commode רק המקום נתן להם *Solus Deus hæcce illis dederat. Attamen*, vel ſic, *Conſilium improborum procul abeſt a me.* Amplectitur, & preſſius declarat, *Eleg. Crinſoz. Non tamen felicitas eorum ab ipſiſmet provenit*: *proinde conſilium impiorum horrorem mihi incutit.* Hoc eſt, *Quod inexcuſabiles plane hos homines reddat*, *eſt*, *omnem eorum felicitatem ab illo Deo profluere*, *quem agnoſcere*, *& colere*, *nolunt.* Hæc a ſerie non omnino abludunt. Nimis libere VII. *Caſtal. Si non habent in manu ſuum bonum*, *me præterit impiorum conſilium.* i. e. *Non video quo conſilio ita vivant*, *niſi quod vident ſe ita vivendo potiri bonis*: *neque enim ſine cauſa faciunt*, *quæ faciunt. Proinde neceſſe eſt fateamini improbos in hac vita eſſe felices.* Nec verba patiuntur ſenſum; nec talem ratiocinationem facile quis admiſerit. Cl. *Schmid.* VIII. novi ſermonis initium hic ſumi cenſet, negans *hæcce accipi poſſe de iis impiis*, *quos Jobus modo Felices fecerat*; *quia fecerat eos felices uſque ad mortem.* Immutata ergo oratione, *tranſiri* putat *ad contrariam ſortem multorum impiorum*, *quorum Lucernam extinguat Deus.* Senſum hunc exhibet; *Non fieri ex aliqua Dei impotentia*, *quod impii felices ſint*, *nec impios adverſus Eum prævalere*, *ſed ex Liberrima Ejus gubernatione & providentia. Alias enim omnes improbi ſe facerent felices*; *nec Deus impedire poſſet. Atqui conſtat Deum multos tales præcipitare & extinguere.* Habes faciem *num.* II. jam propoſitam; quam pulchriorem ſic factam, nemo dicet; quid enim attinebat adhibere cautionem tam anxiam, *non ex impotentia Dei hanc Felicitatem* impiorum *provenire*, &c. &c. Nimia ſæpe cura ſenſus emaciatur, ubi eum nitidiorem reddere volumus. Vide quoque an concoquere poſſis hocce, *Non poſſunt ſe ipſos felices ſemper præſtare* impii, *Unde & conſilium eorum procul a me.* Quid audio? *transfugiumne feciſſet Jobus*, atque *Virtutem*, *Religionem*, *Deum deſeruiſſet*, ni hæc cauſa obſtitiſſet? Nullum præterea dubium, quin verba hæc melius quadrent pro Clauſula ſuperioribus annexa, quam pro exordio novi ſermonis. Conf. *Cap.* 22: 17. 18. quæque ibi dabuntur. En IX. aliud *Jarchii*, בתמיה cum *admiratione* prolatum, *Nonne in manu eorum bonum eorum*? *Utique.* Ita *Merc.* cepit, ut argutius ſeponens. *Schmid.* hoc dicere cenſet *Rabbinum*, *En*, *verumne eſt quod vos dicitis*, *bonum impiorum non eſſe in manu eorum*? *Nonne contrarium potius manifeſtum*? Mihi de mente R. *Salom.* haud ſatis liquet; ſed liquido adfirmare poſſum, gravem & pulcram fore *Ironiam* X. *Ecce*, *non in manu eorum Bonum eorum*! *En nunc*, quod vos contenditis, *non habere improbos ſtabilem Felicitatem*: *ſed in medio curſu Fortunæ & vitæ beatioris eos Divinitus exterminari*, *in Exemplum aliorum.* Contraria omnia oculis cernere eſt quotidie. *Innumera exempla talium*, *quales ego deſcripſi*: *pauciſſima*, *ac ferme nulla*, *eorum quos vos depinxiſtis*; *plagis omnibus extirpatos*, *cum ſua ſibi prole*, *ac poſteritate.* Conſpectus hic mirifice quadrat ad *Vſ.* ſeq. ubi iſtud כמה *minuere*, quin *negare*, non autem *adfirmare*, mox videbimus. Aliud adhuc XI. *ex Ironia*, mihi ſuccurrit, propius cum præc. *Vſ.* cohærens. *Quid profecerimus quum Eum religioſe coluerimus*? *Ecce*, *non in manu eorum Bonum eorum*! *Scilicet Deus illos nullis bonis mactat*! *Scilicet non Felicitas illis quaſi propria*, *& in Hæreditatem velut a Deo conceſſa*! Sentis *negationem* iſtam *ironicam* fortiſſime *aſſeverare.*

17 Quoties lucerna improborum extinguitur, & venit ſuper eos exitium eorum? funes partitur in ira ſua?

17 כמה נר־רשעים ידעך ויבא עלימו אידם חבלים יחלק באפו׃

18 Fiunt

18 יהיו

בידם ſic duplicem exeret vim; & primo, *in Manu*, erit *poſſidentis ex dono Dei:* ſecundo, *proprium perpetuumque obtinentis*, velut *ex poteſtate* ipſis Divinitus *facta*. Illum arctiorem nexum cum *Vſ.* 15. ſuadet *Cap.* 22: 17, 18. ubi ad hunc locum alludi manifeſtum. Quo aculeo, infra aperietur. הן in *Ironia* adhibitum, dabit *Gen.* 3: 22. Sed non omnis calculus eam ibi admittit: teneatur itaque geminum germanum, ex *Cap.* 8: 19. Libri noſtri: *Ecce hoc eſt gaudium viæ ejus!* Sed vel citra exempla illud *En*, *Ecce*, ſe hoc ſenſu ſatis tutaretur. Expoſitio X. & XI. a VI. quæ reliquis palmam facile aufert, ſolo *tropo* differt, quem decus & pondus habere hac in ſede, clarum. An tamen *Jobi* verum ſenſum declaraverim, alii judicabunt; nam eſt ubi plenius mihimet ſatisfecerim.

Ibid. Ex mente modo expoſita, perfacilis naſcitur anſa ad formulam interſertam rite expediendam. Nervo caret *Ramban* per *præter.* efferens, *Longe abfuit a me tale conſilium quum in Felicitate poſitus eſſem; nec unquam me adverſus Deum ita extuli.* Ne illi quidem qui in *præſenti* enunciant, ſat fortiter, aut apte. Mitto reliquos, ut *Merc. Schmid.* &c. Reſpiciatur tantummodo *num.* VI. & aliquid hiare ſentietur. Non datur *ratio rejecti conſilii* improborum; ſed *pectoris candidiſſimi ſenſus* expromitur, quo *Conſilium improborum faceſſere*, & *procul a ſe eſſe* jubet, *cum deteſtatione ſolemni*; utpote cui nunquam aures vel præbuiſſet ante, vel præbiturus eſſet; *etiamſi* tam *conſtans* tamque *cumulata felicitas improbitatem comitetur*, atque *invitare* videatur. *Abſit* tamen, *procul abſit a me tale conſilium*, cui infinitis partibus optabilius cum virtute, & Timore Dei, *eſſe infelicem*, quam cum vitio, & flagitio, *Feliciſſimum vivere.* Digna *Jobo* vox, ex qua eminet religioſiſſima magnanimitas, ὕπαγε Σατανᾶ dicentis, quum a Tentatore offertur omnis Mundi opulentia. Illi ὕπαγε reſonat, & reſpondet, רחקה in *præterito* enunciatum *vi imperandi*, ex ſolenni more *Arabum*, quo *imprecationes*, & *deteſtationes* hoc flexu proferunt, ad majorem Emphaſin. Ita لعنه الله *Maledixit ei Deus*, pro *Maledicat.* تعست *Lapſaſti*, pro *Lapſes*, *male pereas.* Similiter بعدت *procul abiiſti*, pro *Apage in malam rem.* Hanc ſpecialem vim in רחק indicavi ad *Cap.* 5: 4.

Verſ. 17. Incipit periodus aliquot verſibus deducta; quam multi in contrariam plane mentem tendere volunt, quaſi *infelicitas impiorum* nunc *ſubnecteretur:* aliis in *Felicitate* eorum *filum continuantibus.* Priorem I. ſententiam ex *Vulgato* amplexi fere *Latini* qua Veteres, qua Recentiores; *Ambroſ. Gregor. Philip. Dionyſ. Hug. Gloſſ. Ord. Lyran. de Pined. Vavaſſ. Bolduc. Codurc.* &c. quamvis per omnia haud conſonent. Nam ſunt 1. qui *commutationem fortunæ in vitæ hujus curſu*, ejuſque *volubilem inconſtantiam*, indicari velint, quæ *improbos evectos in altum graviore mox ruina dejiciat.* His *Lucerna obſcurata*, eſt *Felicitas*, vel & *proles extincta*; quod per voculam כמה *Quoties? quam ſæpiſſime* fieri inculcetur. *Codurc.* mavult. *O quam facile!* Aliis valet *O quantum! O quam graviter! Bolduc.* ſomniat alluſum ad *Lampadem ſacram*, *ſuper caput conſultoris ſuſpendi ſolitam*, *cum in Lecto recumberet ad oracula petenda*, *cujus extinctionem exprobraverint Jobo* Amici; *quibuſque nunc reſponderet*, *fateri ſeſe*, *Lucernam impiorum conſultorum juſto Dei judicio ſæpe extingui*; *fateri etiam*, *ſe unum eſſe ex miſeris illis quorum lampas contemta*, *& tabernaculum deſertum*, *quantumvis non ſit impius.* Arena ſine Calce. De *Pined.* 2. per *Lucernam* intelligit ipſam *Vitam*, atque *volubilitatem fortunæ parum cohærere cum præc. obſervans*, germanius cenſet, ut ad *Lucis uſuram impiis ereptam* hæc referantur; quaſi diceret, *Quam ſubito*, *quam miſere* tamen,

men, *extingui ſolent ſæpe hi homines! quam multiplex, quam ſevera eorum punitio in morte!* An ergo *ereptio lucis*, & *vitæ*, non pertinet ad *volubilitatem fortunæ*, & *rerum humanarum*? Debuiſſet potius, quum ſemel Verſioni *Vulgatæ* juſtam cohærentiam deeſſe ſenſiſſet, auſcultare *Mercero*, ita differenti; *At quid neceſſe erat adferre Jobum, quod adverſum ſe potius faciebat; ſociisque, quos impugnat, favebat.* Concludit inde II. ſenſum *de Felicitate improborum* cœptum, *continuari*; ut quum hactenus *actum* eſſet *de proſperitate* totius *Vitæ*, ad *filios*, & *poſteros*, *extenſa*, nunc ſubjungatur, *non puniri eos*, ut ſocii dixerant. Monet dein, כמה nunc de *augmento* ſumi, *Zach.* 7: 3. nunc de *defectu* & *imminutione*, ut ſupra *Cap.* 13: 23. unde ſit, vel עד כמה *usque ad quantum tempus*, *intra quantum tempus*, *quando tandem*? vel *quoties*? ad *ſummam raritatem* denotandam. Prius כמה habet aliquid coacti, quod percipias ex hocce *Merceri*, *Quando tandem? quia ſi tota vita eos florere videas poteritiſne mihi dicere intra quantum tempus ſit extinguenda eorum lucerna, & felicitas ceſſatura?* Poſterius planum, atque a pleriſque *Rabbinorum*, *Noſtrorumque*, *Jun. Piſcat. Belg. Crinſoz.* &c. receptum. Cl. *Cocc.* enucleate, & ſolide, *Rarum eſt, improbos notabiliter puniri. Gradatim hic proceditur, a minoribus, ad majora. Negatur* 1. *vel gaudium eorum extingui, vel conſilia ac cogitationes impediri, vel aliquid triſte ac grave iis occurrere. Nedum* 2. *ut tali ac tanta calamitate obruantur, atque merentur; refuſo in eorum caput, quod in aliis patratum. Multo minus* 3. *ut ſingulari quaſi judicio Dei dolores in portionem ſuam accipiant. Jam ſi hæc rara, non timebunt magnopere improbi; atque hac etiam in parte non erunt infelices. Si autem Felicitas illa frequens, quid ſupereſt, niſi ut obſtupeſcamus? Quod dicemus eſſe judicium Dei in improbos? Nam ſi plerumque infelices eſſent, ac punirentur, raro felices, aliquid ad rem faceret. Nunc contrarium fit. Talis Jobi argumentatio.* Nil evidentius. Et tamen Cl. *Schmidius* priorem ſententiam præferendam duxit, rogans, *ſi hic ſenſus eſſet, ut quid Jobus interpoſuiſſet vſ. præced.* Eſt objectio ſic ſatis ſpecioſa, admiſſa videlicet vulgari illa interpretatione, quam *Merc.* & ex parte etiam *Cocc.* ſequebantur, *Non eſſe fortunam improborum in ipſorum manu, & poteſtate; ſed eam ſubito ipſis eripi poſſe, & ſolere.* Ubi ſemel huc proceſſeris, ulterius pergas neceſſe eſt; unde non mirum Cl. *Mich.* ac *Reim.* præeunte verſione *Luth.* calculum appoſuiſſe; itemque *Grot.* & *Cler.* alias *Mercero* addictiores. Adde & *Calv.* in *Concion.* ad *Job.* ita vertentem, *Quomodo lampas extincta? & dividit Deus funes in ira ſua?* i. e. *fines antiquos reſtituit.* Accedit τὸ כמה *Quoties?* eſſe *Augmenti*, ut *Pſ.* 78: 40. *Quoties rebellarunt ei in deſerto?* O quam ſæpe! ad quam normam & hic *Schmid. Sæpiſſime ſane, ut vix numerus detur.* Mentem *Jobi* hanc eſſe putat: *Dixi hactenus multa de ſorte impiorum felici: quod non de omnibus impiis dictum volo, ſed quibuſdam: hoc enim mihi contra vos ſufficit. Interim ut pergam ad hominum ſortem porro exponendam, Agnoſco quod felicitas & bonum impiorum non ſit in manu eorum; probante id iterum experientia, quæ nobis multoties ſiſtit impios infelices, quorum lucerna extinguitur: ut regula univerſalis ex felicitate, vel infelicitate eorum extrui nequeat.* Ita priorem opinionem utcumque defendi poſſe, monuerat etiam *Merc.* Eam tamen miſſam faciendam his rationibus efficitur. 1. Quod nihil alienius a præſenti conflictu, quam ut *Jobus* ad *ſortem infelicem improborum* deflectat; ſeque ipſum refellat. Sed, eſt cautela, inquiunt Viri Docti; qua occurritur *Nimio*, quod ejus aſſertioni ſubeſſe videbatur; quum *improbis* omnibus *felicitatem talem* dederat. En fontem erroris. At *Jobo* quod 2. probe tenendum, רשעים erant *improbi inſigniti*, & *perditiſſimi*, ut ad *Vſ.* 7. & 14. præſtructum. 3. Tales haud dubie *improbos* intendit Noſter, quales Cenſor, *Cap.* 18: 5. 6. רשעים אור נם ידעך *Etiam lumen improborum extinguetur:* nam id ipſum ita reſumitur, ut refutetur. 4. Si כמה hic non *minuat*, *negetque*, ſed *vehementer augeat* atque *adfirmet*; jam *Lanx* ſaltem *in partem pejorem deprimetur*; & *Jobus* non tam injuſte ab Amicis ſub ſuſpicionem improbitatis erit vocatus. 5. per hanc *Hypotheſin* conturbantur ſequentia; & miris modis ſeſe implicant qui ſecundum eam aliquid explicare nituntur; ut ſuis locis apparebit. Ipſe *Vſ. præced.* quo ſolo Viri Docti huc impulſi, ex noſtra commentatione aliud 6. exigit;

con-

18 Fiunt ſicut palea, ante ventum? utque gluma, quam furatur turbo radens?

19 Deus recondit filiis ejus iniquitatem ejus: rependat ſuper ipſum, & experiatur.

20 Vi-

18 יהיו כתבן לפני רוח וכמוץ
גנבתו סופה :

19 אלוה יצפן־לבניו אונו ישלם
אליו וידע :

20 יראו

continuationem videlicet *felicitatis*, ſive clarius, *Epexegeſin Vſ.* 9. & *Vſ.* 16. prout eam expoſuimus; quam Cl. *Cocc.* rite appellavit *Felicitatem in evaſione pœnarum*.

Ibid. Hoc fundamento jacto, reliqua leni brachio expediam. כמה ita *minuit*, ut *tantum non neget*, ex iis quæ ad *Cap.* 13:23. dedi. *Lucernam reſtinctam* illuſtrabit *Cap.* 18:5. In Vocabulo אידם *exitium eorum*, *adſ. agentis* mallet *Cocc.* quaſi eſſet, *malum in alios patratum*. Simplicius, ut ſit *paſſ. Exitium ipſis inflictum*, vel potius *quo digni ſunt*: quod ipſum quoque τῷ παίν obverſatum, quum ait *Calamitas talis ac tanta atque mereantur.* De vi vocis איד notaverat *Merc.* eam proprie *nubem* dicere, unde ad *perniciem nubis more invectam* tranſitus eſſet factus. Hæc anſa *inundationem* dediſſe videtur *Vulgat:* *Schmidius* a *nube* potius *exitium* ortum ſuſpicatur, quod *faciat diſparere*, ſicut *nubes* aut *vapor diſparet*: aut quod, *ut nubes obſcurat*, ita *calamitas tenebras inducat*. Poſterius redit ad illud *Merceri*; prius nimis coactum. In *Originibus* a *prægravante mole* ſignificationem ductam oſtendetur. Ultimum חבלים *Funes*, *vincula*, *dolores*, item *ſortes hæreditariæ*, a *Merc.* ex poſtrema notione declaratur; ut ſit, *Dividet illis*, & *aſſignabit pro portione ipſorum pœnas* velut *hereditarias*; eadem figura, qua *Tſopharus* clauſerat *Cap.* 20: 29. *Calv. funes* pro *finibus* extra oleas. Commodius *Belg. Cocc.* &c. &c. *Dolores diſtribuit* &c. rectiſſume monente *Schmidio*, *portionis vim in Verbo* יחלק *comprehenſam*, *ut ſit diſtribuit illis pro ſorte ac portione dolores.* Non omittenda hic ſignificatio peculiaris & חבל, *Funis* quæ extat *Cap.* 18: 10. Eo alluſum dubitari nequit. Hi *funes conſtringentes* ergo, *doloreſque ineluctabiles* ſeſe referunt ad mala quæ ibi congeſta ſub eodem Emblemate; *Vſ.* 8, 9, 10. Obſervatio hæc firmat *gradationem inſignem*, quam Cl. *Cocc.* ineſſe docuit, a *minori ad majus pergendo*.

Verſ. 18. Sibi haud dubie plauſerunt in acumine ſuo, quibus talis viſus nexus, *Quoties lux impiorum exſtinguitur* &c. toties *ſunt ut ſtramen*, &c. Vel etiam, *Quoties pereunt*, *cito pereunt ut palea vento acta*, *nec diu languent*, *aut ægrotant.* Nullus tamen in hiſce lepor, nullus vigor. Plerique repetendum cenſent כמה *Quoties*? vel ſaltem *interrogationem* per hunc *Vſ.* continuant, vel in hanc, vel in illam ſententiam, quam *Vſ.* præc. inchoarant. Ita *Merc.* I. *Quando* tandem? vel, *Quoties id accidit*, *ut ſint tanquam palea ante ventum*? &c. &c. Cum ſimplici interrogatione *Cocc. Fiunt ut ſtipula coram vento*? &c. cujus iterum pulchra obſervatio, *duos* adhuc gradus *tribus* præcedentibus addi, ut *quarto* negetur *rariſſime improbos fieri ſtipulam a vento agitatam*, & *impulſam*: & *quinto*, ut fortiore adhuc figura ſuperimponatur, *multo minus eos paleæ inſtar ſubito ex oculis tolli.* Bonus ordo, & judicio digeſtus, cujus ſingula membra oppoſita iis, quæ Amici, ut certiſſima, & in legibus perpetuis providentiæ fundata, aſſeverarant. Citra *interrogationem* hæc legit *Vulgatus*, cum eoque *Luth.* aliique: quod II. ut unice aptum urget Cl. *Schmid.* aptius nempe futurum ad *expreſſam* & *diſertam declarationem pœnæ improbis inferendæ*, quam hic *aſſeri* & *exaggerari* cenſet. Erud. *de Pined.* ſpeciatim ad *pœnas Ultimi judicii* reſpici autumabat; quo & *Gloſſ. Ordin.* tendit, *Flatu iræ divinæ ſubito levantur*, & *aſportantur in ignem.* Nobis ſuperiora dubio vacua: quæ manebunt, etiamſi *Interrogationem* non adhibeamus, ita conſtructa, *Quoties* quæſo *extinguitur Lucerna improborum*? &c. ita ut *fiant palea*, & *gluma*. &c. Fortior tamen ſtructura uno tenore ſuſpenſa. Duos ver-

verſiculos unam efficere periodum, ſat frequens in hoc Libro, & alibi. Emblemata *ſtraminis*, aut *ſtipulæ*, תבן, & *glumæ* מוץ, nec non *Venti*, & *Turbinis*, docte enucleata a *de Pined.* סופה eſt *Turbo radens* & *verrens*, a ספה, quod in *Origin:* illuſtratum ex سفي *Raſit* ventus &c. גנב *furari*, κλέπτειν, nunc pertinet ad *necopinatum*, *rapidumque* illud, quo Turbo omnia averrit.

Verſ. 19. Omnibus ferme hic aqua hæret; neque vel in hanc, vel in illam partem, ſenſus limpide deduci videtur. Qui I. *Pœnas improborum* deſcribi volunt, ut a *Patribus* ad *Filios* quoque deſcendatur, in magna varietate verſantur. De *Pined.* 1. *Ex tam ingenti impiorum ſupplicio multum quoque ærumnæ ad univerſam illorum poſteritatem redundabit* &c. *&, ſero licet, tandem agnoſcent Divinæ juſtitiæ vim, & aciem, in ſceleribus vindicandis* &c. &c. Ad *Vulgatam* hæc expreſſa, quæ dat, *Deus ſervabit filiis illius dolorem patris; & cum reddiderit tunc ſciet*; cum *enunciatione* videlicet. Item *Vavaſſ.* ſed reſtrictius. *Deus ut patrem, ita liberos male habebit: idque patre ſuperſtite ac conſcio, quod illi doleat magis.* Idem & *Codurc.* voluiſſe videtur. *Bold.* maluit 2. ex *Montan.* *Deus reſervabit filiis ejus robur ſuum.* i. e. *quamvis impium turbine disjecerit; adhuc tamen majorem vim procellæ reſervat in futurum, ut prolem diſperdat.* Cl. *Cler.* conſimiliter; *Deus filiis mali potentiam ſuam repoſitam ſervat* &c. *ad ultionem de iis ſumendam.* Monet alios durius און *iniquitatem* convertiſſe. Id placuit 3. Cl. *Schmid.* *Deus abſcondit filiis ejus iniquitatem ejus* &c. Hoc ut molliret, commode מ præponi poſſe ait, ut ſit, *Abſcondit* מאונו *de iniquitate ejus*; *quia* nempe *non vult Jobus quod omnem iniquitatem vel pœnam patrum filiis reſervet Deus, ſed quod partem ejus* &c. &c. Anguſtias vides undique ab hac parte: quas auget poſterius Colon, huic ſenſui parum quadrans, de quo mox. Eas expedire tentant 4. *Doctiſſ. Hoſm.* & *Reim.* per *Interr.* *An Deus Filiis ejus iniquitatem ejus reſervaret? Rependet ipſimet, & experietur ipſe.* Putatur oppoſitum judicio Amicorum, qui multa diſſeruerant de *extirpatione prolis*; quaſi inſinuaretur, non tam *prolem*, quam *Patrem* puniri debere. Jam poſterius quidem *Colon* vim ſuam recipit, oppoſitionemque ad prius: ſed & Amici utique *in Patrem* vel maxime *iram Divinam* fecerant *incumbere.* Cernis ab hac parte nil ſatis feliciter procedere. *Merc.* II. etiam rem intricatam videtur relinquere, quum repetit, כמה *Quoties*, vel *quando tandem, reſervat ejus filiis violentiam ejus, eam in illis puniens? Raro hoc fieri video.* Hactenus nil duri in nuce. Sed perge porro, *Et quando tandem reddit ei* Deus, *& cognoſcit ipſe* ſe ob ſuum ſcelus puniri? Si *ei* eſſet *unicuique filiorum*, quod nonnullis viſum, utcumque ferri poſſet, ſed ad *impium patrem*, recurrens *Merc.* juſtam deductionem, ſeriemque, non ſervat: unde *Jun.* & *Trem.* ad *Hyſteron proteron* confugere coacti. Vide etiam *Deod. Belg.* &c. &c. *Cajetan.* III און pro *Divitiis* hic accepit. Ejus conatum reperies apud *de Pined.* quem ſic ſatis venuſte emollivit Doct. *Crinſoz.* quando tandem *Deus reſervans filiis Divitias patris, ipſummet punit, ita ut ſentiat?* Scilicet, *ut clarius appareat patris crimina vindicari.* Eam tamen curam circa *Divitias filiis reſervandas*, Vir Elegantiſſimi ingenii non negaverit minus neceſſariam, quin & incommodiorem. Expendamus IV. *occupationem*, ſive *ſolutionem objectionis*, quam hic inſertam cenſent *Ramban*, *Ralbag*, *Jarchi*, cum iiſque *Cocc.* noſter, obſervans, *ſigna, quibus objicientis & reſpondentis verba diſtinguantur, ſæpe omitti: vocemque vivam facile iis carere.* En faciem: *Deus recondit liberis nequitiem ejus. Retribueret ipſi potius, & ſentiret.*] Hunc ſenſum in luculento collocavit *Cocc.* huc redeuntem, *Dicetis, hoc mihi tacita cogitatione objicietis, ſi ipſi pœnas promeritas effugiant; non tamen evaſuros filios, poſteroſve; quibus ira Dei recondita in theſaurum, ut in ipſis & Patres plectantur.* Hoc ita concedit *Jobus*, agnoſcitque, ut ſimul reponat, *pœnam liberis inflictam non ſatisfacere Juſtitiæ Dei, quæ ipſos parentes etiam punire deberet.* 1. *quod parentes alteram illam non ſentiant; quo reſpectu dictum ſit* וירע ipſe *ſentiat & diſcat, quid ſit impium eſſe adverſus Deum.* 2. *Quod ipſi non videant miſeriam familiæ ſuæ; eoque nec adficiantur ea. Vſ.* 20. 3. *Quod non cogitet vivendi ſatur de ſtatu domus ſuæ poſt mortem, quam florentiſſimam vidit, dum viveret*

20 Videant oculi ejus ſui fomitis ignem: & de æſtu omnipotentis bibat.

21 Nam

20 יראו עינו כידו ומחמת שדי ישתה׃

21 כי

Vſ. 21. Cl. *Schmid.* quidem *coactiorem* vocat *expoſitionem*; ſed nihil profert in contrarium. Mihi hæc *Occupatio* omnino videtur neceſſaria, ad Filum recte evolvendum, quod alias intricatiſſimum redditur; ut patet ex iis, quæ Reliqui attulerunt. Nam *a.* nullus erit membri poſterioris nexus, ſi non per modum *reſponſionis* ad *objectionem* efferatur. Sentias ex *Schmid.* illo, *Etiam illi ipſi impio retribuet Deus, non ſolum Filiis.* Atqui de *Patribus* jam abunde id conſtabat, ſecundum illam interpretationem, ex *Vſ.* 17: 18. Alii malebant, *Aut retribuet illi*; quod magis adhuc implicat: unde aliis ad *filios* quoque hæc referre commodius viſum. *b.* Coli hujus nervus plane ſolvetur, niſi *oppoſitio* juſta teneatur inter *Filios*, & *Patrem*. *c.* Sine hac *objectione*, & *reſponſione*, duo ſequentes verſiculi veluti loco moti, & luxati, venient; quin, cum decore, pondus amittent; uti mox ſentietur. Ad ידע *cognoſcat, experiatur pœnam præſentem, ipſi inflictam*, conf. *Eſech.* 25: 14. ידעו את נקמתי, *cognoſcent Ultionem meam ſeveram.* Apud *Arabes* nil frequentius hac formula سوف يعلمون *futurum eſt ut cognoſcant.* Exempla adducta in *Animadvſ. Juvenil.* ubi *Jeſ.* 9: 8. & *Hoſ.* 9: 7. hinc lucem capere monui.

Vſ. 20. Quibus cuncta ad *pœnas impiorum* referenda videntur I. non valde limpide ſeries fluit. *De Pined.* 1. *Ne quis exiſtimet impium, qui fœliciter vixerit, impune dimitti poſt Mortem, repetitis tantum pœnis illius a poſteritate, confirmat iterum ſupplicium ejus, ex eo quod oculi ejus videbunt interfectionem ſuam* i. e. *Ipſe perferet, experietur, ſentiet.* Addit *Philip.* ad *horribiles inferni viſiones reſpexiſſe*; *Gregorio* autem *videre* nunc eſſe *intelligere*. Credas Eum loqui de *ſuppliciis poſt mortem*, neque aliter fas erat Ei, qui *Lucernam extinctam* ad *Mortem* retulerat *Vſ.* 17. & *Vſ.* 18. dederat *conſpectum ultimi judicii*: attamen *Paraphraſis* Viri Erud. ita concepta, ut *ſceleratiſſimus Pater familias ſupplicia illa ad poſteritatem permanſura, & ipſe perferre incipiat, propriiſque oculis filiorum internecionem ſæviſſimam ſpectare cogatur* &c. &c. Hæc parum cohærent. En 2. Cl. *Schmid.* expoſitionem, *Hoc verſu docetur, finem vitæ* impiorum *feſtinari, & dies abbreviari, ita ut videant oculis ſuis interitum ſuum, & iram Dei perſpicue ſentiant, & ſub ea moriantur, prævidentes etiam poſteritatis ſuæ calamitatem.* Ad hoc poſterius ita ſibi viam parat; *Non video Interpretes ſollicitos de eo, quid ſit*, Videre oculis exitium ſuum; *forte quaſi res adeo clara. Sed nobis hoc non videtur prætereundum, quis enim perit qui ſuum interitum non videat? Quare Jobus non tam de Viſu corporis, quam de viſu mentis loquitur; nec* כיד *ſimpliciter calamitas, ſed interitus totalis & extirpatio cum domo & poſteris.* Vides quo acumine *viſionem*, & *præviſionem* ſimul, hinc exſculpſerit, in qua ſibi ſoli forte placuiſſe reperietur. Non ſatisfacit quoque 3. hocce Cl. *Cler.* *Ejuſmodi homines tandem intelligent, unde calamitates, in quas inciderint, ortæ fuerint, nimirum a juſtitia Divina.* Captatum argutius, *Videre oculis*, pro *Cauſam punitionis intelligere.* Ab illa quoque parte II. qua *Felicitatem* impiorum continuari ſtatuitur Nimis 1. tenue illud *Merc. Jun. Noſtrorumque*; *Quoties vident oculi ejus perniciem ſuam?* Omnino עיניו aliquid fortius ſpirat. Quod 2. eleganter expreſſum a *Crinſozio*, periodo ſic rotundata, *Quando tandem Deus reſervans filiis divitias patris, ipſummet punit, ut ſentiat: & videat propriis oculis ſuam deſtructionem?* &c. &c. Quid nos ab hac ſententia diſcedere cogat, ſupra datum. Conſciſcendum itaque III. *Rabbinis* & *Cocc.* *Viderent*, videre deberent, *oculi ejus ſuum ipſius exitium; & de æſtu omnipotentis biberet.* In hoc adſpectu omnia vigent, &, ut ita dicam, vibrant. *Ne mihi pœnas in poſteros ediendas judicatis; ipſe, ipſe ille apertus Dei hoſtis, nefaria arma cœlo inferens, omnibus plagis a Deo exſcindi potius deberet; meritaſque pœnas hiſce in terris vivus videnſque experiri.* Atqui hoc *raro*, vel *nunquam ferme*, *fieri*, *experientia ſecu-*

culorum omnium mihi atteſtatur. Ut retorſionis hujus vim & aciem melius perſentiſcas, in memoriam redeas velim perpetuæ *Hypotheſeos* Amicorum, ſecundum quam in *Jobum* declamarant, *Benedictiones temporales & Æternas arctiſſimo nexu ſociatas, ratione Piorum: itemque Maledictionem & Temporalem*, in pœnis, plagiſque omnibus, *& Æternam, non divelli poſſe, ratione impiorum.* Hoc vehementiſſime urſerant, in eoque modum haud dubie exceſſerant. Id jam a *Jobo* ita confutatur, ut omnem elabendi rimam ipſis obſtruat; eoſque hoc in ſubterfugio deliteſcere non patiatur, *quod peccata parentum in Liberis utique tandem viſitentur.* Id non negatur, ſed oſtenditur, neutiquam ſic ſatisfactum rationibus juſtitiæ, neutiquam quoque Amicorum aſſertioni, qui *de pœnis improbum ipſum, cum ſuo ſibi ſemine, & familia univerſa, hac in vita feriri ſolitis, in medio curſu fortunarum*, tam longas orationes contexuerant.

Ibid. Multa varietas ad Vocabulum ſemel tantum proſtans, כיד; quod *Vulgato* ſonat *interfectionem*, ex LXX qui σφαγὴν dedere. *Symm.* πτῶσιν. *Chald. confractionem, perditionemve.* Per *Rabbinos* inter Noſtros ferme evaluit *Exitium, pernicies, infortunium*, ut cognatum איד. At *Forſt. Rabbinis* omnia detrahens, dat *Capturam, a* לכד *cepit*, ſub qua Radice etiam in ordinem cogit כידון, *Lanceam* aliis, aliis *Clypeum* notans, de quo infra *Cap.* 39: 23. *Avenarii* officina procudit nobis, ex affinitate literarum, *Cædem*, cum alluſione ad כתת *contudit.* Hæc vaga, & fluxa. Figere aliquid conatus eſt Cl. *de Dieu*, laudans notionem *Conculcandi* ſub Themate כיד in *Dial. Æthiop.* unde eſſet, *Videant oculi ejus conculcationem ejus.* Cl. *Cocc.* ad *Arabicam* recurrit, monens كاد כאד, (melius ſcribitur כוד quia *Eliph* illud eſt vicarium pro *Vaw*) a Cl. *Erp.* declarari dupliciter, *circumvenit*, & *bellum movit.* Poſtremum optime quadrare cenſet: q. d. *Videat oculis ſuis pacem domus ſuæ turbari, & bellum ac tumultum in copias ejus cieri.* Addit ex *Rapheleng.* כד *Arab.* pro *labore, adflictione*, a כדד, كد. Huc recurrit & *Codurc.* qui *dolorem & tormentum* hic extudit. Priori cogitationi inhæret in *Lex.* ſuo *Cocc.* ubi obſervat כיד *Arab.* eſſe *inſidias, circumventionem, ſtratagema, bellum*; ut ſit, *videat inſidias ei ſtructas a Deo.* Id feliciter conjectum, mox parebit. Ex eodem fonte Cl. *Crom.* non valde ad ſeriem, (ut fit, quando Selecta damus), blanda licet ſpecie ductus, *vident oculi ejus*, Dei, *fraudem ejus*, improbi, *ideo de æſtu omnipotentis bibet.* Rectius quod ſubdit; *ſi omnino ad ipſum impium referre velis, fraus de hujus eventu exponenda erit.* Sic exiſteret, *videat ſuam ipſius fraudem ejuſque eventum.* Feliciſſime profecto, quod cum præcedenti illo de palma contendere poſſe, jam docebo, reclusis uſibus *Arabicis* hujus Radicis *Alcor.* 12: 5. *Ne enarres ſomnium fratribus* فيكيدوا لك كيدا *Nam* יכידו לך כיד *ſtruerent tibi fraudem. Ibid. Vſ.* 28. انه من كيدكن ان كيدكن عظيم *Hoc eſt de veſtro* כיד *dolo malo; ſane dolus veſter magnus eſt.* Item *Vſ.* 34. *Et avertit* Deus *ab ipſo fraudem earum* כידהן. Iterum *Vſ.* 52. *Utique Deus non ſecundat* כיד *fraudem perfidorum.* Vides aliquid grave ſemper ſignari, tendens in *perniciem* aliorum. Similiter *Sur.* 20: 62. *Pharao fraudem ſuam collegit, & venit.* Et *Vſ.* 72. كيد ساحر *Fraus incantatoris.* Iterum *Sur.* 52: 41. ام يريدون كيدا فالذين كفروا هم المكيدون *Voluntne fraudem? Utique qui impii ſunt, ipſimet fraude circumveniuntur.* Secundum illud ſcilicet *Sur.* 68: 42. *Et frui permittam illis;* ان كيدي متين *utique mea circumventio eſt vehemens.* Id crebrum in *Alcor.* ut Deo tribuatur كيد, כיד, quod tunc *ſtratagema* convertere malunt, ſive *artem ſuiſmet fraudibus alium illaqueandi.* Pulchre *Harir. Conſ.* 9. اصبر علي كيد الزمان

21 Nam quid negotii ipſi cum domo ſua, poſt mortem? quum numerus menſium ejus cumulatam ſortem habuerint.

22 Num

21 כי מה־חפצו בביתו אחריו ומספר חדשיו חצצו :

22 הלאל

وكده *patiens eſto in fraude fortunæ, & moleſtia ejus.* כיד וכד junctim. Item *Conſ.* 21. فليضحكنك الدهر اذا نبا عنه وشب لكيده نار الوغا *Et ridere te faciat Fortuna, quando ab eo reſilit, atque accendit ad Fraudem ejus ignem Belli.* Ibi *Schol.* كيد exponit هلاك *exitium, perniciem.* Hi poſtremi uſus favent interpretationi Cl. *Cocc. Videant oculi ejus fraudem ei* Divinitus *ſtructam & paratam, ad ipſum ſubito involvendum, & diſperdendum.* Priores fulciunt id quod Cl. *Crom.* offerebat, *Videant oculi ejus fraudem ipſius, qua alios circumvenit, ipſe tandem circumventus.* Habes id, quo omnes collineabant, ſimul incluſum; *perniciem* videlicet *graviſſimam in caput ejus devolutam.* Necdum tamen omnem loci pulchritudinem perſpexti; quæ ex *Origine* Radicis eluceſcet. Ea eſt, *excuſſit ignem ex fomite igniario; vel ſilice.* Ita in *Camus.* الكيد المكر والخبث والحيلة والحرب واخراج الزند النار *Vox* כיד *notat Fraudem, & improbitatem, & Artem, aſtutiamve, & Bellum; & actionem fomitis igniarii ignem emittentis.* Qui vel minimum in hiſce literulis cernit, facile diſcernit, priores notiones, ut *ſecundarias*, ductas eſſe ab ultima, ut *primaria.* Ad eam & reliquæ Verbi ſignificationes, tanquam ad ſuum *Fomitem*, unde emicuere, redeunt. Hoc non hujus Operis. Indicavi aliquid ad *Harir.* p. 176. Adde قدح الزند *extudit fomitem* ibid. p. 124. & *Orig. Hebr. L.* 1. p. 81. 82. In poſtremo membro non placet argutia R. *Levi*, חמת *Utrem* exponentis, a *rad.* חמת. Tenendus *æſtus*, חמה, pro *ira æſtuante*; ſimulque adjungenda notio *veneni*, quæ *Cap.* 6: 2. & alibi extat. Sic habes *potionem venenatam*, qua *potionandus fuiſſe, in vita ſua, dicatur improbus.* Cl. *Reim.* hunc adſpectum vidit, & doctiſſime illuſtravit ex *Jer.* 25: 15. *Eſaj.* 51: 17. 22. *Deut.* 32: 33. *Apoc.* 14: 8. Reflectit, ut putem, Noſter ad ſuam ipſius ſortem, cui *poculum venenatum* dabatur *exſugendum*; quod & *improbis* a Deo deberi dictum fuerat *Cap.* 20: 16. Eſt *Figura*, quam ſæpiuſcule habuimus, *ex Ancipiti.* Blanditur ejuſdem Viri Eruditiſſ. obſervatio, alluſum ad *pœnam Capitalem* veterum, qua *Venenum bibendum* dabatur. Cl. *Schmidio* obverſata quoque duplex vis vocabuli חֵמָה, ſimili ferme facie; quum *Calicem iræ amarulentæ* concipit, *quæ animam bibentis amaritudine impleat.* Conferatur & *Pſ.* 75: 9.

Verſ. 21. In arctum hic coguntur omnium copiæ, qui extra *occupationem* ceperant *Vſ.* 19. Et I. quidem qui directe *pœnas* deſcribi volebant, planiſſume hærent. Quis probet 1. illud? *Impius nullam habet curam ſuæ domus in pietate & religione inſtituendæ; ac propterea non permittetur diu vivere, ſed numerus menſium ejus dimidiabitur.* Id merito ſpretum a *de Pined.* qui 2. leniorem putat decurſum orationis, ſi nunc ſubjungatur, *non ſatis futurum, ſi impius, reſecto vitæ filo, tantum in filiis & poſteritate puniretur, ipſius vero animus poſt mortem maneret inpunitus: quandoquidem poſt mortem ex fœlicitate, vel infœlicitate, domus ejus, nihil vel boni, vel mali, ad ipſum redundet.* Redit ad *ſupplicia poſt mortem*, quum tamen *Vſ.* præced. *vivo & videnti inflicta mala* maluiſſet. In his pedem figit *Vavaſſ.* 3. *ſignificat improbo vivo ac videnti pœnas irrogari, ut ſuppliciis etiam ſuorum præſens interſit, atque oculis dolorem hauriat. Non enim curare, quid, ſe ſemel ante diem mortuo, liberis ac domeſticis, fiat, etiamſi brevior ipſis vita decernatur, eorumque menſes dimidientur.* Quid ſubſit vitii, ex ſequentibus pateſcet. *Bold.* 4. חפצו ad *Deum* detorquet; quaſi redderetur ratio, ob quam *Deus propinaverit impio calicem iræ ſuæ, faciendo ut adhuc vivens videret exterminium*

ſui

ſui in ſua prole: quia nempe propter gravia ejus peccata Deus ipſum abjecit, nec voluntatem aut complacentiam habet in eo: parum proinde curans, ſi talis homo in medio curſu vitæ rapiatur, ne generaret filios in quibus domus illa ſtaret. Lepida commenta! Videamus 5. num rem expediverit *Schmid.* diſputans contra *Rabbinos & Cocc.* atque eorum ſenſum, mox ponendum, ex eo infirmans, *quod Jobus nuſpiam parvi fecerit, ſi quis in filiis puniatur, at contra benedicatur, poſt mortem, quum Scr. S. tamen hoc tanti faciat.* Statuit ergo *rationem Amaritudinis animæ, ex ira Dei imbibitæ, hanc ſubdi, quod omnis ſpes* improbi, *atque omne gaudium de domo ſua præceptum, reddatur nullum, quum numerus menſium ejus ſubito dimidiatur; quandoquidem poſt mortem, ex domo florente, opibuſque ſuis, nullum percipere poſſit gaudium.* Atqui modo tetenderat, *felicitatem familiæ poſt mortem non parvi faciendam.* Præterea quam tenuis hic ſenſus! Eum Cl. *Cler.* ſic expreſſit, *Non poteſt malus magnam voluptatem capere e familia, quam relinquit poſt ſe, quia Deus eum in flore ætatis de medio tollit.* Conſectarium deinde hinc elicit, *Dies non eſſe præfinitos* unicuique, *ſed pietate produci, impietate contrahi.* In vicinia *Schmidii* verſatur Cl. *Mich.* ut & *Reim.* qui particulam כי *concluſivam* potius facit, *Ergo igitur quam habere poſſet voluptatem ex familia ſua mortuus, vita ne ad dimidium quidem producta?* In his nihil magnopere ſtringit, meo quidem judicio. Adſtringere voluit 7. Doct. *Hoſm.* quaſi Noſter reſpiceret *Cap.* 20: 27, 28. ubi *exterminatio domus ei denunciata fuerat*; ad quod nunc reponeret; *id parum referre ei, qui ad plures abierit; ſed hoc male habere malos, quod menſes in medio vitæ curſu incidantur, & detruncentur.* Apparet ex omnibus hiſce conatibus, exitum hac via inveniri non poſſe. Ne illis quidem II. res ſuccedit, qui ſuperiora *negative* accepta, ad *feliciorem* improbi *ſortem* applicuere. *Jun.* & *Trem.* 1. *Nam quod eſt ſtudium illius de familia ſua poſt ſe; quum e brevi menſes illius truncabuntur?* Id ita explicant; *Ut Deus ipſum viventem non excitat malis, ſic non excitat ipſum conſcientia ejus, ut ſit ſollicitus de rebus poſt mortem eventuris familiæ ſuæ, tum, quum ei mors impendet.* חצצו capiunt ſimpliciter pro *inciduntur, reſecantur, in medio abrumpuntur,* ut *Merc.* ait, ſeu *in duas partes dividuntur*: niſi quod illi de *morte imminente*; hic de *morte* jam *obita* capiat. Ejus 2. hæc eſt expoſitio, *quid curat filiorum punitionem, cum numerus menſium, & annorum vitæ, qui ei præfiniti erant, ſit truncatus, & abſolutus, id eſt cum jam vita ſit defunctus?* Senſus ſic ſatis aptus, ſed non video copulam, qua cum præced. coaptetur; juxta filum a *Merc.* deductum, *Quando tandem lucerna improborum extinguitur? Quando tandem reſervat filiis ejus violentiam ejus? Quando tandem reddit ei Deus, & cognoſcit ipſe?* Horum omnium ſumma eo redit ex ipſius mente, *ut Jobus queratur nec impium puniri, nec ejus filios; ſed & ipſi & toti poſteritati ſcelera impune eſſe.* Atqui hic *filiorum punitionem* ſupponi ipſe agnoſcit; ſine qua talis hinc ſenſus non poſſet emergere. Commodius præcl. *Belg.* 3. qui ad *Occupationem* nunc tandem accedunt; qua occurratur Amicis, dicturis, *pœnas a Filiis fore repetendas*; quibus Noſter iſtud ſubterfugium adimat ex eo, *quod improbus jam mortuus, rebus Domus ſuæ nihil amplius adficiatur.* Et ipſis חצצו ſimpliciter eſt *reſecantur, finiuntur*; ſine ulla alia Emphaſi; multo minus *dimidiatione*: cui ſane nullus quoque locus, ſi ad *exaggerationem feliciſſimæ* impiorum *ſortis* hæc oratio pertineat. Vim tamen *dimidiandi* retinendam ſibi duxit Doct. *Crinſoz.* 4. ſuam ſeriem, de qua ſupra, ſic perſequens, *Nam quid curat, quid domo ejus fiat poſt ipſum, quando Deus ſemel dimidium vitæ ejus reſecuit?* h. e. *Ponatur præmatura morte rapi, ejuſque poſteritati incumbere Dei judicia; ne illa quidem pœna reſpondebit magnitudini criminum; quod mala quæ familiam ejus opprimunt ipſum non tangant poſt mortem; quodque mors ſubita, quantumvis præmatura, præferenda ſit vitæ longæ in miſeriis productæ.* Pars quæ *poſteritatem* ſpectat, bona; quæ *patrem*, laborat; per talem enim *exſtinctionem acerbam improbi, pœna poſteros* quoque *premente*, abſque ulla controverſia *ſatisfit Juſtitiæ.* neque id negare vel voluiſſet, vel potuiſſet Noſter. Id tantum, non ſine ſpecie, negat, *per ſupplicia poſteritatis ſatis lui ſcelera improborum parentum, ubi ipſis ſummam vitæ longiſſimæ & feliciſſimæ claudere jucundiſſima εὐθανασία contigerit.* Hunc ſcopum, qui in oculos omnium incurrit, nunquam attinges, ſi חצצו *in malum* capias, de *dimidiata*, & *in medio curſu abrupta vita.* Nimis adhæſum a multis

huic ideæ ex cognatione & חַצָה, ſic venientis *Pſ.* 55: 24. Bono judicio ea ſepoſita a Doct. *Belg. Merc.* aliiſque, ad *Finem vitæ* in genere formulam referentibus; atque *in bonum* flectentibus, pro *juſto numero menſium*, *ſpatioque vitæ ordinario.* Ut completius redderetur hoc ipſum, *Rabbini* ad vim *præfinitionis* addidere *conſummationis*, *collectionis in ſummam*; ex *Prov.* 30: 27. ubi חֹצֵץ *collectam multitudinem* deſignare creditur. Cl. *Cocc.* a חָצָץ *ſcrupus calculus*, ψῆφος, docto conatu conjicit, *Calculati*, vel *ad calculum*, i. e. *pleno numero exeunt.* Pariliter *Jud.* 5. 11. מחצצים *Numerantes*, ψηφίζοντες. Ad eam rationem & hic, *Et menſes ejus integro numero calculis ducti ſunt.* Cl. *Schmid.* judicat, ut *novum ſenſum*, ita *contortam prorſus eſſe* hanc *ſignificationem.* Neutrum recte. Non *novus* eſt *ſenſus*; nam & *Rabbini conſummatum menſium numerum*, ſerie eum manifeſto exigente, exhibuerant. Non eſt *contorta ſignificatio*, nam quid pronius, quam ut a *Calculus* decurrat *Calculari*? Non expediebat, ſcilicet, hæc poteſtas viro Docto, *in malum* trahenti phraſin, quæ haud dubie ad *Cumulum boni* pertinet. In eo reſidet nervus argumentationis, *Nam quid negotii ei cum domo ſua poſt ſe*; *quum numerus menſium ejus ad integrum calculum exacti fuerint*? vel &, *in ſortem ei aſſignati fuerint*; ſive a חָצָץ ψῆφος *calculus, ſors:* ſive a חֵץ *ſagitta*, ut feliciter iterum *Cocc.* quod *ſagittis* ad *ſortes trahendas* uterentur, uti ex loco *Procop.* 1. *Perſic.* probatum ivit. Inde hanc Paraphraſin offert; *Quantum homini naturaliter vivere datum*, *tantum vixit: & ductis vel calculis*, *vel telis*, *ætatem humanam exigentibus ad numerum*, *ſinguli non modo anni*, *ſed & menſes exierunt*, *nullo calculo vel telo reſiduo.* Utrumque in Genio Linguæ fundatum ut mox apparebit. Proinde unica, & certiſſima, via hujus loci explanandi in III illo, quod cum *Rabbinis* ſecutus *Cocc.* ut *nova inſtantia obviam eatur exceptioni Amicorum*, *Vſ.* 19. *Deus reponit iniquitatem ejus Filiis.* Ad hoc Noſter, *Itane? at quid ei cum ſua domo poſt mortem*, *qui plenus & ſatur dierum e vita diſceſſit?* Cl. *Schmid.* rogat, *num Jobus uſpiam hoc parvi fecerit*, *ſi quis in filiis puniatur*, *aut benedicatur poſt mortem*? De eo haud quæritur. Si improbus, vivens adhuc, præſciret, & prævideret, poſteritatem fore calamitoſam, angeretur ex mente *Jobi*, omniumque patrum; ſed quum *florentiſſimam cernens familiam*, *decedit*, *quid* tandem *mali* directe *ſentiet*, *ex clade & internecione ſuorum*, longe poſt ventura? Ita ratiocinatur Noſter, nec putem calculum ejus tam male ſubductum, in diſputatione ubi de *pœnis præſentiſſimis improborum his in terris* agebatur. חֵפֶץ hic non eſt *voluptas*, *gaudium*; ſed *ſtudium*, *occupatio*, *negotium quo adſiceris*; ut *Eccleſ.* 3. 1. &c. Hoc *ſtudium*, atque hunc *ſenſum*, cum *vita* ſimul *abrumpi*, declaratum quoque ſupra *Cap.* 14: 21. quem contextum relegiſſe non pœnitebit.

Ibid. Ad verbum חֻצָצוּ aliquid etiam conatus fuit Cl. *de Dieu*, *truncandi* notionem incertiorem firmans ex *Æthiop.* חָצָץ *parvus fuit*; unde vellet, & *Numerus menſium ejus parvus factus eſt*, vel *numero decurtati ſunt menſes ejus.* Plaudit Cl. *Hott.* in *Sm. Or.* p. 83. Cl. *Crom.* inſuper *Dimidiandi* vim adfirmat ex *Arab.* حصص *portionem cum alio partitus eſt.* Fruſtra his fulcris ſuſtentatur quod a ſcopo procul abire vidimus, ac proin ſtare nequit. Multam lucem fert illa Radix, & poteſtas in 3. *Conj.* obtinens, ducta ab حصّة, חִצָה *ſors*, *portio*; a חֵץ *ſagitta*, ut سهم *ſagittam* notat, & *ſortem*; ut in *Obſ. Philol.* ad *Prov.* 30: 27. monui. Inde in 3. & 6. *conj.* حاصوا & تحاصوا valet اقتسموا حصصا *ſortes inter ſe partiti ſunt*, ut eſt in *Camuſo.* Ex hoc fonte explicui *Prov. Cap.* 30: 27. & *Jud.* 5: 11. quæ duo loca utique nihil commune habent cum *decurtatione*, & *detruncatione.* Cl. de *Dieu* ad *Prov.* illud חֹצֵץ exponit *ſagittantem*; ego malui, *ſortes dirimentem.* Iterum in *Camuſ.* حصني منه كذا· اي صارت حصتي منه كذا in 1. *conj.* חצני מנה כזא *diremit*

22 הלאל ילמד־דעת והוא רמים ישפוט׃

22 Num pro Deo docebit *quis* ſcientiam: quod ille vermibus eroſum judicat?

23 זה

23 At-

mit mihi tale quid, de eo quod in ſortem mihi cedit. Dabam ibi olim non ſane ad ſcopum, *Licet numerus menſium ipſi tanquam ſors plene ſit conceſſus*, quaſi *Jobus* negaret *impium propterea felicem prædicandum.* Cum *Belgis* noſtris tamen me facturum eſſe profitebar, pro *receſſi ſunt*; ſubſtituendo *attributi ſunt in ſortem.* In eo & nunc pedem figo; & quidem *preſſiore* illa *inſtantia*, quam ſupra tenendam eſſe vidimus. Cl. *Cocc.* ambigebat inter *calculum* חצץ, & *ſagittam* חץ. Utriuſque notionis clariſſima veſtigia in *Dial. Arabum* ſub *Radicibus* حصى, & حصا *Ult. Vaw*; *computationem* & *calculationem* exerente ultima; ut prior *ſortitionem* adfert, a *ſagittis*, quibus *ſortes dirimere* ſolent *Arabes.* Eodem ex fonte حظ eſt *ſors bona, ampla hæreditatis portio*; ipſumque verbum, *bona ſorte, felicitate, copia omnium bonorum auctus fuit:* quæ *Emphaſis* & hic forte attendenda. Hæc ulterius perſequi nunc non licet.

Verſ. 22. Verba, ut videtur, promta; ſenſus haud quaquam expeditus. Arguit ſumma varietas, & diſſenſio, in verſione ipſa conſentientium fere; *Num Deum docebit* quis *ſcientiam*; *& ipſe excelſos*, vel *excelſa, judicat*? Hoc *Merc.* I. *in Socios dictum* cenſet, *qui juſtitiam Dei tueri volentes, adfirmabant Dei judicia in impios ſemper revelari.* q. d. *An non novit ipſe, quid ſibi ſit agendum, & quomodo hunc Orbem adminiſtrare debeat? Non eſt quod quiſquam Eum ſui officii admoneat: quum judicet Angelos, & cœleſtia, nedum inferiora.* Haud quadrat; nam in ipſum *Jobum* idem telum potuiſſet retorqueri. *Piſc.* II. non multum abeſt, *objectioni* obviam iri ſtatuens, *Dicetis, juſtitiam Dei non pati, ut tam benigne tractet impios. Imo patitur; nam Deus probe novit quomodo ſingulos homines tractare debeat* &c. Similia habent *Doct. Belg.* qui per *Excelſos* intelligunt *Angelos*, & *Homines dignitate eminentes.* An non promta eadem retorſio? *Quid ergo & Tu cavellaris, ac criminaris vias Dei?* Non commodius III. *Jun.* quamvis retorſionem evitet, *Agitur*, inquit, *de officio hominum in ſuſpiciendis ac non definiendis Dei Judiciis*: q. d. *ne putetis aut Veſtrum, aut meum, aut cujuſquam mortalis eſſe, ut Deo præfigat præſentium Judiciorum legem, perinde ac ſi quid, qua ratione, aut quando in improbos, rebus ſecundis elatos, agendum ſit, ignoraret.* Huc concedit Doct. *Crinſoz.* Fateor ſpecioſum; & pulcros Noſtro dare ſenſus pulchrum. Habuit enimvero eos, ſed *Adſectu* rapiente non potuit eos compoſito animo exerere in præſenti æſtu, conflictuque; in quo ſe *viis Dei acquieſcere* non poſſe, toties oſtendit, in hoc ipſo Capite *Providentiæ* Dei *litem* veluti *intendens.* Hoc qui ex oculis non dimittit, minus adhuc probabit IV. quod *de Pined.* dat, *Hæc eſt divini judicii & ſapientiæ formula, ut poſtquam impium in vita patienter ſuſtinuit, mortuum æterno ſupplicio adficiat, nec ſemper viventium ſcelera puniat, dum vivunt. Ergo nemo velit ſapientiſſimum Judicem docere, qua ratione comprimere debeat improborum inſolentiam.* E ſociis aliquis ſic *Jobum* caſtigare potuiſſet; non ſemet ipſe uno halitu confutare. *Bolduc. Vavaſſ. Codurc.* nihil habent, quod non incidat in aliquid incommodi, ſimile præcedentibus; quum omnes huc tandem redeant, *providentiæ ſapientiam & juſtitiam his verbis commendari.* Atqui nimis apertum eſt, adverſus eam *verba multiplicaſſe* Noſtrum, dolore ſuo, & Amicorum inſultibus, abreptum. Ergone dicemus, *Jobum providentiam Dei circa inferiora abnegaſſe? quippe qui excelſa tantum, & coeleſtia judicet; reliqua parum curet.* Sic ineptiſſime V. colligunt nonnulli ex *Judæis*; nec cauti, nec cati profecto, quum *ex ipſis* hiſce *difficultatibus adverſus providentiæ rationes motis*, luce meridiana clarius pateſcat, *Providentiam Dei* æque certam ac neceſſariam judicaſſe Noſtrum, quam *Exiſtentiam*; atque propterea tantum ſtuporem Ei inceſſiſſe *quum impiorum conſtantem, atque cumulatam, felicitatem, quotidiana Experientia oculis ejus ingereret; piis contra omni miſeria damnatis.* Cl. *Schmid.* VI. præcedentibus eo deductus, unde exi-

exiri nunquam poterat, hic plane obhæret, *quaſi Jobus poſtquam improbos alios felices, alios infelices, & graviſſime punitos, propoſuiſſet; nunc ſortem piorum etiam ſubjiciat, quam amici ſemper felicem eſſe contenderant; quum tamen quoſdam quidem felices, ſed multos etiam infelices eſſe, experientia conſtet. Id quidem merito ſtuporem injicere, neminem tamen Deum docere poſſe ſcientiam, aut præſcribere quid juſtum ſit.* Hæc parum abſunt a tribus prioribus ſententiis: ſed ut privum illud, ad *ſolos pios* ſequentia pertinere, evinceret, ita pergit VII. *Neſcio an non melius ſit Jobum ita ad pios digredi, ut apertum faciat, ſe ad illos digreſſurum; adeoque hoc Vſ. deſcribat ſubjectum de quo locuturus ſit*, q. d. *Hactenus de impiis: placetne etiam de piis aliquid, qui* pro Deo, *aut* de Deo docent ſcientiam, *& in primis hocce fundamentum fidei*, quod ille Celſos judicet? i. e. *Impios illos de quibus Vſ.* 14, 15. *actum.* In his nihil non tractum, coactum, ab omni ſpecie alienum. Nam 1. niſi *ſubjectum* ſecuturum ſic *aperuiſſet Jobus*, nemo illud inveniſſet. At 2. non *valde aperta deſcriptio generis piorum* iſta. Incognitum 3. genus conſtructionis הלאל &c. ita reſolvere. Ut & 4. poſterioris coli ſtructura & explicatio tortiſſima. Specioſior VIII. ſententia Cl. *Cocc.* qui *objectionem* vel *increpationem* potius, *Amicorum nomine* concipit: *ſuſpicor aliquem veſtrum mihi dicturum, intolerabilis arrogantiæ eſſe, ſi quis Deum docere velit ſcientiam; dum Celſos judicat.* i. e. *notabiliter puniat in exemplum aliorum.* Intelligit, *principes, tyrannos eminentiſſimos in populo:* quaſi ſenſus eſſet, *Deum non tumultuarie & promiſcue omnes improbos judicare; ſed celſos & elatos facere exemplum iræ ſuæ; idque prudentiſſima circumſpectione, ut non ſtatim tollantur, quicumque improbi, ſed ut emendentur plurimi.* Obſervo ad hæc. 1. verum eſſe, Amicos id vehementer urſiſſe, quod Deus *improbos celſiores deprimere* ſoleat, atque *in Exemplum* tradere ſeculis; ſed non video id pro *Objectione* nunc poſſe inſeri, quod ſemper a *Jobo* erat negatum; quod dedita opera per totum Caput refutatur; cujuſque contrarium toties jam inculcatum, ut *Vſ.* 7. 9. 13. 17. &c. &c. Stante hac ſententia, 2. ימות *Vſ.* ſeq. deberet notare *Mortem pro exemplo punitionis ſeverioris inflictam*, quod abhorret a vero, ut mox videbitur. Omnino tamen aſſentior Cl. *Interp.* ſubeſſe *Objectionem*; ad quam quatuor verſibus reſpondeatur. Ut illa ſcopum feriat, ſeriemque ſervet, רמים non in *ſorm. plur.* de *Celſis*, ſed in *ſing.* de *Mortuo a vermibus rodendo*; vel *eroſo*, videtur interpretandum. Patitur haud dubie lingua; nam רמם eſt *verminavit Exod.* 16: 20. & רמה *putredo verminans*, ſtatim *Vſ.* 26. & alibi. Hinc רמים in *part. paſſ. ſec.* eſt, *carioſus, exeſus a vermibus*, qui رميم *Arabibus.* Frequentatur hinc عظم رميم *Os vermibus exeſum*, עצם רמים, quod in *Alcor.* de *putribus mortuorum reliquiis* crebrum. Habes & in hiſce verſiculis.

ما الفخر بالعظم الرميم وانما
فخار الذي يبغي الفخار
لنفسه

Quid gloriatio in oſſe vermibus eroſo? Etenim
Ea demum gloria, quæ ſemet ipſa nititur.

Ad verbum, *quam quis ſuæ animæ vindicat.* Prius membrum taxat *avorum gloria ſuperbos.* Extant in *Sent. Gol.* p. 165. Auctor eorum *Haririus Conſ.* 25. Abſolute quoque رميم רמים adhiberi amat. Inſignis locus *Hiſt. Tam.* p. 322. de *Viris principibus* ex *ſummo ſplendore* tandem *ad ſepulcrum contruſis.*

سكنوا الثرى فتغيرت تلك المحاسن
والسرور
ورعاهم دود البلى وفراهم فرى
الجزور
امسوا رميما في الثرى وثووا الى
يوم النشور

Habitant ſepulcrum, immutatis iſtis ſplendoribus, lætitiiſque.

Et

23 זה ימות בעצם תמו כלו שלאנן
ושליו :

24 עטיניו

23 Atqui hic moritur in ſolido intactæ ſuæ integritatis; totus quantus liquidiſſime defœcatus & opimus.

24 Ejus

Et depaſcit eos vermis conſumtionis, ſcinditque more lanionis.
Fiunt vermibus exeſi in terra; moranturque ibi ad diem reſurrectionis.

In *Arabico* eſt, *Fiunt* רמים *exeſum*, nempe *Cadaver.* Iſte uſus mirifice hic quadrat, in conſimili fere argumento. Duplici ratione *Occupatio* inde concipi poteſt; ut vel IX. *Amicis* tribuatur hæc objectio; *An Deum docere* quis vult *ſcientiam*; *quum utique vermibus exeſum judicet*? illum improbum, videlicet: vel etiam X. ut ipſe *Jobus* eos provocet, *An pro Deo*, pro cauſa Dei defendenda, aliquis *Veſtrum docebit ſcientiam*; *quod ipſe judicet vermibus exeſum*, illum quem deſcripſi Fortunatum? Senſus eodem redit; qui hic eſt; *Fruſtra exigi ut improbus ipſe puniatur*; *quippe qui pœnam utique præſentiſſimam in morte & putrefactione experiatur*, *in pulverem reſolutus*; *& factus* רמים. Sentis aliquid ex media materia ſubnaſcens, quod non poterat non *Jobo* occurrere, tanquam adverſus ſe faciens; quodque, ſi cauſam obtineret, accurate erat reſolvendum: uti in ſequentibus facit; quæ ſine hac *objectione*, ita concepta, vix ac ne vix quidem cohærebunt. Hic adſpectus רמים tanto magis forte placebit, quanto magis fluctuatur a *Doctiſſ. Interp.* in *Celſis* hiſce declarandis, atque ſeriei *præſenti aptandis.* De eo aliquid mox ſequetur.

Verſ. 23. Non mirabere fluctus interpretationum, quum ad *Vſ.* præced. fluxa omnia fuiſſe appareat. *Merc.* I. *ad impios*, *pioſque*, ex æquo, *hæc pertinere* cenſet, quibus *felicior* hæcce *ſors vivendi* & *moriendi* ſæpe contingat: prout contrarium quoque non raro in utriſque *Vſ.* 25. inſinuaretur, quod peræque *miſeria* & *adflictione conſumantur.* Hæc oppoſita putat *Hypotheſibus Amicorum*, qui urſerant *Malis mala*, *Bonis bona*, *pro meritis*, *contingere*, *& Dei juſtitiam in fovendis his*, *puniendis illis*, *conſtanter* poſſe *deprehendi*; quum contra appareat, *id aliquando quidem facere Deum*, *ad juſtitiam ſuam orbi oſtendendam*, *non tamen ſemper*; *& multa in futuram vitam*, *& extremum judicium reſervari &c. ac proinde non poſſe ipſum impium pronunciari ex afflictionibus.* Eodem tendunt *Jun.* & *Trem.* quibus עצם תם eſt *perfectiſſima felicitas*, *quanta apud homines eſſe poteſt.* Idem ſentire videntur Doct. *Belgæ*, quamvis non diſerte expreſſerint. Conſentiunt quoque *de Pined. Vavaſſ.* nec non *Ramban* & *Perizol.* Non exiſtimem iſtam nunc *Ratiocinationem* & *Collectionem* ſatis convenire, ob ea quæ præceſſerunt. Argutius aliquid II. hinc elicuit *Bolduc.* qui ait, *in hoc Vſ. & ſeq. tribus*, *non de juſtis & impiis*, *ut multi volunt*, *ſed de robuſtis & debilibus*, *de ſanis & iis qui infirmi viribus*, *ſive boni ſint*, *ſive mali*, *ſine dubio tractari*; *oſtendique quod ſicut paupertas*, *& rerum affluentia*, *æqualiter reperiuntur apud juſtos & injuſtos*; *ita mors juvenes vegetos & ſanos æque facile rapiat ac ſenes debiles*, *& decrepitos*; *eoſque qui ſemper infirma valetudine laborant*: *ac proinde futiles eſſe Amicorum rationes*, *quibus probare conati ſint*, *ſolos malos adfligi.* In eundem ferme adſpectum deductus Doct. *Crinſoz.* vim argumenti ſic intendit; *Deum firmos valenteſque non longiore ſæpe vita impertire*, *quam miſerabiles illos*, *quibus nulla plane bona valetudo. Ergo nec mirum*, *ſi Juſti æque adfligantur in mundo*, *quam injuſti.* Videtur longiuſcule repetita, nec valde ſtringens, comparatio. Ad *ſolos improbos* omnia reſtringit III. Cl. *Cler.* ad *Vſ.* 25. ita mentem aperiens: *Hoc vult*, *his*, *& proxime ſuperioribus verbis*, *quamvis Deus de malis pœnas ſæpe ſumat*, *non tamen perpetuum hoc eſſe*: *alios enim ad mortem uſque copiis omnibus abundare*, *& in rebus ſecundis mori*; *alios vero poſt res adverſas ægro animo interire.* Hæc ſcopo præſenti parum reſpondent; & hiatu non carent. Cl. *Schmid.* IV. *ſolos probos* tota hac periodo induci contendit, *juxta diverſam eorum ſortem*, *quorum alii Felices*, *alii Infelices*, *ævum traducant.* Vidimus ad *Vſ. præced.* quid huic opinioni ſubſtruxerit Vir Doct. Hic ſpecioſius urget vim voculæ תם *integritas*, oppoſita *Hypocriſi*, *fraudi*, *dolo*,

uſum

uſum moralem retinendum cenſens, ſi poſſimus: *Atqui poſſumus*, inquit, *quid enim impedit, quo minus dicamus* mori in integritate ſua, *eſſe mori ita, ut integritas cordis & vitæ ſine omni tentationis & adflictionum certamine maneat in ſuo robore: cujus contrarium mox ſit*, Mori in anima amara, *afflicta & cum tentationibus amaris conflictante.* Atqui non poſſumus. 1. Quia ſcopus haud patitur, ut *felicitatem piorum* hoc pacto extollat Noſter. 2. Quia *mori in integritate ſua*, non poteſt ſignificare *extra ullum certamen adflictionis per totam vitam*; quod tamen poſtulatur. Sic quidem pauciſſimi, atque adeo nulli, pii *morerentur in ſua integritate.* Nam 3. ימות *Moritur, totam vitam antecedentem includere* videtur Viro Docto, in hanc mentem, *Hic in integritate ſua totam vitam in tranquillitate & quiete tranſigit, & tandem ſic moritur.* Quod Cl. *Reim.* obſervat 4. vocem עצם, huic perſonæ feliciori parum accommodatam, fortius ſtringeret, ſi *integritatem moralem* tenuiſſet *Schmid.* & non ad *immunitatem a miſeriis*, & *tentationibus* iterum inflexiſſet, ut *in ipſa integritate*, ſit, *ipſius integritate in ſua plenitudine conſiſtente, nec labefactata.* Quid aliud talis *integritas*, quam *felicitas*, aut *immunitas a gravioribus malis*? Nullum itaque ſubſidium in hac voce, quam de *integritate fortunarum*, *omnis cladis expertium*, intelligendam eſſe, ipſe *Schmidius*, illuc tandem recurrere coactus, dum negat, vel maxime confirmat. *Phyſicam* vim radicis תמם, *morali* originem dediſſe rectiſſime monitum a Cl. *Mich.* Certe תמים *integris viribus præditus*, *Prov.* 1: 12. מְתֹם *integritas virium Pſ.* 38: 4. & *Eſaj.* 1: 6. nihil ſcrupuli relinquit, quin a *morali* uſu abire liceat. Sed quæſtio remanet, ſitne *integritas corporis*, & *ſanitas*; an *integritas fortunarum*, & *felicitas*: & de quanam perſona agatur. *Pium* intelligi, ex iis quæ diſcuſſa, nullo pacto veriſimile: ut nec *pios impioſque* promiſcue. Ad *ſolos impios Vſ.* 23. 24. V. applicat Cl. *Cocc.* ut *Vſ.* 25. ad *ſolos pios*; & *Vſ.* 26. ad *utroſque, eodem in pulvere mortis cubantes.* Optima partitio, & digeſtio; quæ ſua ſe luce commendat, licet Cl. *Schmid.* dicat *ſaltum* exiſtere & *Tautologiam.* Videamus. Ex mente *Cocc.* reſpondetur ad *objectionem* præmiſſam, *Innocentes in vita & morte miſeriores eſſe improbis celſis, etiamſi notabiliter puniantur.* Nempe *improbus, qui repentina morte punitur, uſque ad mortem omni fructu voluptatis gaviſus eſt; in morte non languit.* At *innocens, qui in omni vita voluptate & jucunditate caruit, diutinis aut acribus morbis confectus, moritur cum tormento. Sic diſparitas in vita & morte. Poſt mortem pares ſunt.* Nec *Tautologiam* reperio, nec *ſaltum*, in hiſce, a ſcopo non omnino deflectentibus; qui eſt, evincere, *Felicius vivere & mori improbos, quam probos.* Non videtur tamen feriiſſe *Cocc.* noſter; ob *Judicium in Celſos* ex *Vſ. præc.* inducere coactus *Pœnam improbis inflictam ad exemplum* aliorum, *in morte repentina.* Talis *mors* minus quadrat ad filum hujus argumentationis, quæ non debet remittere a *Vſ.* 13. ſed ei aciem addere. Accedit, quod ſeries noſtra, & reſponſio hæcce, directe feratur ad *parem conditionem cubantium in pulvere, poſt ſortem vitæ imparem, & diverſiſſimam; ratione boni, & mali; læti, & triſtis:* ac proinde collatio *pii infelicis Vſ.* 26. non debuit inſtitui, cum *impio infelice*, quem Deus *judicet in vita hac*; ſed cum *eodem feliciſſimo, cui nihil plane judicii in vita incumbat*, cuique *ſuavem* quoque *mortem oppetere* contingat. Habes VI. noſtram de hoc loco ſententiam. Omnes Phraſes huc aperte collineant, quibus depingitur *Homo ſumma Fortunæ indulgentia utens, atque in tranquillitate liquida, & opima, vivens, morienſque.* Is eſt *improbus*, quem oſtendere vult Noſter, *probo in miſeria viventi & morienti nihilo eſſe miſeriorem, eo quod putreſcere debeat, quia in pulvere eodem omnibus una cubatio, una conditio.* Sentis *reſponſionem*, quæ *objectioni* præcedenti examuſſim conveniat, ad noſtram mentem explicito רמים לו, *de Eo qui vermibus jam projectus*: quum *Celſi*, quo tandem cumque modo expoſiti, ſenſum impediant, & obſcurent: *Cœleſtes*, vel *cœleſtia*; *Angeli*; *Reges*; *Tyranni*; *Judices*; *Improbi felices & elati*; ſi concipiantur adhuc *Vivi*; turbant ſeriem; quæ ad *Mortuos*, *eorumque conditionem nobis notam* devolvitur. R. *Salom.* per רמים *Celſos*, intelligens *Juſtos*, qualis ipſe *Jobus*, qui ſemet hoc titulo deſignatum voluerit, non procul a mente noſtra diſcedit, ita *nexum* pertexens a *Vſ.* 22. ad 26. *An aliquis* veſtrum

pro

24 עטיניו מלאו חלב ומח עצמותיו
ישקה׃

24 Ejus pecoroſa latifundia plena lacte; & medulla *quod ad* oſſa ſua irrigatur.

25 וזה

25 Et

pro Deo docebit ſcientiam, *cum ille juſtos*, ut me, meique ſimiles, *judicet*; adfligat. *Hic* interim improbus *moritur in ſumma proſperitate*, & *abundantia bonarum rerum*, *immunis & intactus a plagis*; *Hic probus* contra, qui eſt ex רמים *Celſis*, & *Sanctis*, *experitur continuo Dei ultionem*, *& in multa miſeria moritur. Poſt mortem interim nemini mortalium liquet*, *quis Bonus*, *quis Malus*, *quum ambo eodem in pulvere decumbant.* Non omnino diſplicebit, credo, hic conſpectus: in quo acquieſcere potuiſſem cum *Codurc.* eum amplexo, niſi רמים ad *Juſtos*, & ſpeciatim *Jobum* ipſum, applicare, nimis durum putaſſem; ſimulque ſenſiſſem adhuc preſſius quid, & propius, requiri ſub hoc ipſo vocabulo, *ad diſputationem reliquam* hujus *capitis*, quæ deflectit ad *quietam*, *honoratamque ſepulturam improbi*, rite detexendam. Si quid interim caliginis in materia ardua mihi ſit offuſum, id lucidiore veritatis telo, radioque, diſcuſſum, mihi, aliiſque, gratabor: ut hujus obſcuriſſimæ & profundiſſimæ ratiocinationis ſenſum penitus introſpicere nobis detur.

Ibid. Verbis ſignatiſſimis aliquid adhuc curæ debetur. בעצם תמו admirabiliter dictum. *Mercero* valet, *in robore*, *ἀκμῇ ſuæ integritatis*, i. e. *felicitatis.* Aliis placet, *integritate ejus adhuc robuſta*, *valida*, *vegeta*; quod de *vigore ſanitatis* exponitur. Inde anſa data cogitationibus *num.* II. ſupra recenſitis. Confer *Druſ.* dubium, ut videtur, quid optet. Favet his מתם pro *integris viribus* antea adductum. Faveret quoque *Vſ. ſeq.* ſi figuræ iſtæ ad *præpinguem habitudinem corporis* pertinerent. Alii malunt, *in ipſa integritate ejus*, ut *Gen.* 7: 13. בעצם היום הזה *hoc ipſo die.* Adde *Gen.* 17: 23. 26. *Exod.* 12: 17. &c. Hoc *Cl. Cocc.* proprie, *in oſſe diei hujus*; nam עצם *os* notat. Vide *Lex.* ejus. Iſta figura obverſata Doct. *Codurc.* danti, *in ipſo felicitatis articulo. Rebus ſalvis & integris*, *ſine ullo infortunio.* Eſt venuſtum, ſed vereor ut certum. Suſpicor עצם *Os*, adhibitum fuiſſe in *ſummis computandis.* Appellatio *Algebræ* ex *Arabum* fonte fluxit, quibus الجبرة אלגברה eſt *ſolidatio fracti oſſis*, & porro *numeri.* Hinc עצם *Os* pro *numero ſolidato* invaluiſſe potuit. Quadrat egregie in formulam ſupra poſitam. Ad hanc rationem foret, *in Oſſe integritatis ejus*, pro, *incolumitate corporis*, *fortunarumque omnium*, *omnibus numeris undique abſoluta: ut nihil non felicitatis juveni*, *viro*, *ſeni grandævo*, ſecundum diverſas ætates, *abundarit.* Huc vocat alterum Colon, *Quantus quantus tranquillitate*, *vel ſecuritate*, *liquida*, *& in omnem opimitatem effuſa*, *gaudens.* שלו enucleatum in *Origin.* ubi ei vindicata proprietas *Opimi liquide defœcati.* שלאנן plurimis inſerto ל idem quod שאנן. Illud Cl. *Coccejo* videtur ex שלו mutuo ſumtum. Cl. *Schmid.* repudiat, & *duo Nun afformativa* addita putat τῷ שלו, *Vaw* in *Aleph* mutato. Non litatum *Analogiæ.* Ex שלו & שאנן coaluiſſe שלאנן, viſum quoque fuerat *Kimchio.* Rejicit *Codurc.* quia ſejunctim adeſt שלו. Mihi ſedet שאנן *quadriliterum*, non eſſe a שאן, ſed extrito *Lamed* a שלאנן, quod in hoc Codice ex veteri Lingua compareat, pro quo recentior dedit שאנן. Unde ergo שלאנן? ex שלה *Liquide defœcatum fuit* butyrum, & אן آن *fudit*; *effudit.* Non obſtat adjectum ſimplex שלו. Amant graves Auctores talem vicinitatem. *Soph. Electr.* 1012. πανολέθρους

τὸ

τὸ πᾶν ὄλωλε. *Eurip. Med.* 277. πανώλης ἀπόλλυμαι. *Suppl.* 605. περιοπτεῖς κτύποι φαινῶσιται &c. &c. In Sacris שמה ומשמה *Vaſtatio & Vaſtitas*, itemque שאה ומשאה infra *Cap.* 30: 3. &c. &c. Dubium non eſt, quin שאנן ad *ſecuritatem liquidiſſimam* & *feliciſſimam* hominum carnalium nunc inclinet. Vide ſupra *Cap.* 12: 7. *Pſ.* 123: 4. De שלו idem conſtabit ex *Pſ.* 73: 12. ubi ſignate שלוי עולם *Liquide opimi hujus ſeculi*, vel *perpetuitatis: quibus nihil unquam mali vitam omnibus deliciis circumfluentem turbat.*

Verſ. 24. Ambigitur, ad *corpuſne vegetum* pertineant hæcce, an ad *affluentiam bonorum*; an ad *utrumque*; ut prius membrum *copiam rerum lautarum*; poſterius *jucundum* earum *uſum fructumque cum firmo vigore ſanitatis* deſignet. Anſam dedit huic opinionum diſſonantiæ vocabulum *Monadicum* עטינים, quod I. *Lexica* pleraque *Mulctralium* notione occupat, *Uſurpatione* magis, quam *Jure*. Auctoritas *Kimchii*, per quam inducta, ei adverſatur diſerte. Is in *Lib. Rad.* monens *quoſdam* vaſa mulctralia *interpretari*, addit, *in eo non eſſe opum abundantiam, ac proinde vaſa majora deſignari veriſimilius.* Doct. *Merc.* hac criſi motus ita *Mulctralia* tamen retinet, ut concipiat II. *Majora vulgatis*, qualia *vaſa magna lapidea in Narbonenſi Gallia*, *oleo aſſervando.* Scilicet, obſervante & *Kimch.* מעטן in *Thalm.* eſt *vas majus in quo reponuntur olivæ ut ad prælum molleſcant ſudando.* Figurate III. hæc *vaſa olearia* ad *ubera* ſive *Mammas* non *hominum* putem, ſed *pecudum*, detorſere *Chald. Ramban*, *Ralbag.* Figuratius adhuc IV. R. *Salom.* ad *corporis ſucculenti vigorem*, & *pinguitudinem*; *quæ comparetur cum oleo in vaſa olearia diffluente.* Arguttiſſime V. *Codurc.* vocem מעטן non *vaſa liquori excipiendo*, ſed *fiſcos in quos baccæ trapeto contuſæ congeruntur*, ſignificare contendens, illos *fiſcos oleum ſtillantes* accipit *Allegorice*, pro *rugis Ventris obeſi*, quem *Perſius* vocat *pinguem aqualiculum.* Addit *Arabice* vocem *gnatan* notare, *vimina*, *virgas*, *rugas.* Hæc fruſtra quæras ſub عطن; ſed غصن eſt *Ramus*, *Virga.* غضن vero, *Rugæ* frontis, veſtis, cutis, loricæ. Ait quidem *Codurc. Comparationis gratiam & elegantiam dubitationi locum non reliquere:* non credo tamen omnes iſti filiolæ tam dulce oſculum fixuros: nec tutum ſatis, quo חָלָב *lac*, convertat in חֵלֶב *adipem*, quamvis & R. *Salom.* illuc tendere videatur. Ex *Arabum Dialecto* lucem quoque adferre conatur VI. R. *Jona*, & *Ab. Eſra*, quibus عطن notat, *Locum ubi Cameli procumbunt ad aquam.* Hic vide mihi audaciam *Codurc.* pronunciantis pro המקום *Locus* dicendum fuiſſe הכלי *utenſile quod ſternitur camelis poturis*, ſive *fiſcus junceus in quo fœnum repoſitum gerunt cameli, qui etiam illis ſternitur, ut in illum geniculentur, ne ſcil. genua vel lædant, vel conſpurcent.* Quid non deſignat ſibi permiſſa vis imaginationis, ubi e Linguis haud ſatis perſpectis, aliquid in medium vult conferre. Meliora dabit *Boch. Hieroz. part.* 1. p. 457. ubi ex *Camuſo* firmantur, quæ duo illi *Rabbini* adduxerant. *Hæc* tamen *nihil ad locum præſentem*, ait Vir ſummus *Ibid.* p. 458. qui VII. עטינים ſtatuit eſſe *partes noſtri corporis*, ut *Oſſa* in ſequenti Hemiſtichio. Urget auctoritatem Veterum, nam LXX habent ἔγκατα πλήρη στέατος, & *Hieron.* *viſcera plena adipe*, quos cenſet בטיניו legiſſe; nec non חלב. Paulo aliter *Syrus* & *Arabs*, qui dant *Latera*, quod cum עטם *latus* in *Thalm.* convenit, unde עטמיו foret reponendum, mutatione leviſſima, & fere nulla, in hunc ſenſum, *Latera ejus plena adipe.* Neutrum tutum. Cl. *Cler.* in hiſce ita acquieſcit, ut VIII. addat, *Oſſibus* melius opponi *Carnes*, quam *latera*; *nam quod oſſibus medullam, id carnibus eſſe adipem. Poſſe etiam* carnes craſſas & compactas *exponi*, *ex Arab.* עטנהון *hadanahon*, *quod* validum, & carnoſum, *notet.* Mihi iſtud vocabulum ignotum. An عصنك עצנך *Atſannachon*, *Craſſus*, *& validus carne conſti-*

ſtipata, reſpiciatur, neſcio: id ſcio, *Carnes* hic nihil dare gratiæ, propter quam, invita Lingua, inſeri mereantur. Cl. *Crom.* IX. conferri poſſe cenſet, ad *Latera* iſta firmanda, *Arabum* اطل אטל *Hypochondrium*, *latus*. ע in א, & ן in ל mutatis. Nec hoc firmo ſtare talo vir Doctus facile conceſſerit. Omnino חָלָב *Lac* retinendum; non pro *ſanguine per calorem naturalem decocto*, quod *Bolducii* eſt εὕρημα; non etiam pro *Adips* ut Ill. *Grot.* qui *Hebræis Lac* pro *Adipe*, & *Mulctralia* pro *intimis receſſibus corporis* venire, ait; nimis liberaliter. Supponitur tanquam dubio vacuum, deſcribi *firmam* & *vegetam ſanitatem corporis*; ſeries potius poſtulat *fortunarum omnium affluentiam*, & ubertatem *in qua* improbos a *prima adoleſcentia ad extremam ſenectam deliciari* contingit. Liquidum ex oppoſitione *vſ.* ſeq. *Nec comedit de bono.* Ab *Adipe corporis obeſi*, *cui pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet*, alienior etiam hæc deſcriptio noſtra, quia non *juvenes* aut *viri* tantum, ſed & *ſenes grandævi*, hic in cenſum veniunt. His *firma* illa *latera adipe plena*, vel *carnes craſſæ*, & *validæ*, haud conveniunt. *Ad opulentiam* denique *opimam* manifeſto feruntur voces שלאנן & שלו, quarum poteſtas duplici formula ulterius conſignari videtur; ita ut prius membrum ſeſe referat ad *opum affluentiam profuſiſſimam*, poſterius ad *liquidam* animi *ſecuritatem*, & *jucunditatem per medullas* veluti *diffuſam*; ex *conſtanti proſperitate*, *ad ſenectam* uſque *perlata* ac *producta*. Sic ad ſenſum illum revolvimur, quem plerique ex *Mulctralibus lacte plenis* eliciebant. *Jun.* in *præter.* convertit, *Mulctralia ejus plena fuerunt lacte*; *& medulla Oſſium ejus irrigua.* i. e. *Omnibus bonis fortunæ & corporis abundavit.* Pariliter *Belg.* &c. Cl. *Cocc.* in *præf.* maluit, *Mulctralia ejus abundant lacte*, *& medulla oſſium ejus irrigatur.* Contra *Boch.* autem in *Lex.* obſervat, *Jobum per abundantiam lactis ſignificare omnem rerum neceſſariarum copiam*; *per irrigationem medullæ*, *ſanitatem corporis.* Rectiſſime. Sed an inde conſequitur עטינים eſſe *Mulctralia*? tam parum quam *Ubera pecudum*; quæ in ſtilo ſubliiniore non male ſedent, pro *pecudibus ipſis lacte diſtentis.* Sic ضـــرع *Mammæ*, *ubera*, in *Hiſt. Tam. p.* 224.

مـسـارح الـمــواشــي والــضـروع

ſpatia lata paſcendis jumentis, *& Uberibus.* Tam parum quoque, quam *vaſa* illa *majora lapidea*, quæ *Merc.* induxit. Jam incertior es quam dudum. Dubitationem nihil dirimat, quam certiſſima auctoritas *Dialecti*, quæ Radicem עטן عطن nobis conſervavit, in *Camelis*, *quum a potu in genua procumbunt*, *circa aquas.* Inde עטן عطن, & מעטן معطن *Locus ubi cameli oveſque circa piſcinas & aquaria procumbunt.* Hæc ex *Camuſo* quidem ad R. *Jonæ* & *Ab: Eſræ* opinionem illuſtrandam producta a Viro Magno in *Hieroz.* ſed huc nihil facere credita. Mirum! non unus enim hinc adſpectus, longe uberrimus, ſuggerebatur. Potuiſſet ſane, quod X. ponam, dari, *Cameli ejus circum aquas cubantes lacte exuberant &c.* Ut عـواطـن *plur. fract.* apud Cl. *Gol.* exponitur de *Camelis talibus* abſolute. Potuiſſet etiam XI. quod in *Orig. Hebr. Lib.* 1. p. 235. dedi, *loca rigua ejus*, ejus *læta* & *aquoſa paſcua*, ejus *ſedes uberrimæ*, *recens mulſi copia lactis plenæ ſunt*, *atque exuberant.* Ut plenius intelligas, recludam quæ *Gjauhar*, cujus copiam defuiſſe video *Bocharto*, haber.

العطن والمعطن واحد الاعطـان والمعاطن
وهو مبارك الابل حول الماء لتشرب
عللا بعد نهل فاذا استوفت ردت الي
المراعي وقد عطنت الابل بالفتح تعطن
وتعطن عطونـا اذا رويت ثم بركت
فهي ابل عاطـنـة وعواطن وقد ضربت
الابل بعطن اذا بركت وكذلك تقول
هذا عطن الغنم ومعطنها لمرابضها حول
الماء واعـطن القوم اي عـطـنـت
ابـلـهـم ورجـل واسع الـعـطـن
والبلد اذا كـان رحب الذراع جواد

Forma עטן *&* מעטן *ſing. eſt*, *pluralium* אינטאן

מיאטן & איעטאן; *quibus notantur loca circa circa aquam, ubi cameli in genua procumbunt, ut bibant* עלל *poſt* נהל, *ſecunda potatione poſt primam rigandæ: qua peracta ad paſcua religuntur. Verbum ipſum ſimiliter de Camelis*, עטנת *in fut.* תעטן *cum damma, & keſra, in inf.* עטון *quum rigatæ potu procumbunt in genua. Tales Cameli form. part.* עוטנת *& plur, fract.* עואטן. *Dicitur, percuſſere cameli* בעטן *quum in genua ibi procumbunt. Dicas etiam licet, hoc eſt* מעטן & עטן *ovium, de earum manſionibus circa aquam, item in 4. conj.* אעטן *de iis quorum Cameli ita procumbunt circa aquas*, i. e. *qui multos babent camelos. Nec non vir ampliſſimo* עטן *gaudens, quum habet laxum largumque brachium*, ſive *ampliſſimis opibus & fortunis præpollet.* Ex hiſce ambigere non licet, quin עטינים hic deſignet *ampliſſimas ſedes hominis prædivitis, & Camelis aliiſque gregibus magna latifundia occupantis: quæ latifundia* dicantur *plena lacte*, ad *rerum lautarum ubertatem & adfluentiam* indicandam. Sic *lac* apud *Arabes* frequentiſſime figurari in *Orig.* p. 235, 236. 237. exemplis confirmatum, quæ huc transferri velim. Unum tantum addam ex *Diw. Hud.* quod valde propinquum. *Malich Ibn Elharit* rationem reddens incurſationum ſuarum in ſedes hoſtium, ad prædas agendas, inter alia canit:

فلست بمقصر مما ساف مالي
ولو عرضت للبّتي الرماح ۞
فلوموا اموالكم فاني بباعتبكم
اذا انفسح المراح ۞
ومن تغلل حاوبته وبنكل
من الاعداء يغبقه القراح ۞

Non abſtinebo, pecore meo morbis conſumto, Etiamſi pectori meo opponantur haſtæ.

At vos culpate opes veſtras; ſane in gratiam vos recipio, quum ſtabulationes meæ iterum erunt ampliſſ atæ.

Nam qui imminuti pecore, quod mulgeat, ceſſat pavidus ab hoſtibus invadendis, loco vini aquam ei potare liceat.

Oſtendit, *ſe amiſſis, quas mulgere ſolebat, camelis, ovibuſque, damna illa ex hoſte velle reſarcire, donec priſtinam opulentiam recuperet, tum demum ab incurſandis finibus eorum abſtenturus.* Nimis vel faſtidioſe, vel anxie, a *Dialectorum* uſu reſiliret, qui *Mulctralia lacte plena* mallet, ſine auctoritate, quam *Latifundia*, cum ea. Ne vero quem מעטן *Thalmudicum* moretur, pro *ſovea*, vel *cupa*, *in quam conjiciuntur olivæ, ut molleſcant ad preſſionem, ſive factionem præli*; ſciri velim عطن primario eſſe *macerando fovit, ut molleſceret*, pellem, & alia. Inde jam מעטן eſt *Locus ubi olivas fovere ſolebant necdum ſatis molles ad factionem.* Item apud *Arabes* עטן *fotio*, & מעטן *Locus fotionis*, ubi *Cameli*, & *oves procumbunt molliter:* vel, *quem fovent*, i. e. *incubant circa aquas.* Apud Latinos *fovere* pro *cubare* pulcherrime quoque transferri ſolet. Non ſpernes acceſſionem lucis & gratiæ; nam *ſedes* improborum *pecore numeroſiſſimo gaudentes*, non ſine aculeo עטינים *Loca quæ incubantur*, forma *part. paſſ. ſec.* ſive *Incubatoria*, ut ſic dicam, appellata videntur. Promtum ex his omnibus colligere, denuo, & adſtringere, *Improborum invidioſam opulentiam & felicitatem* hiſce figuris expreſſam, non autem *piorum*, ut tendit Cl. *Schmid.* non etiam *piorum & impiorum* promiſcue, ut alii: ne *improborum* quidem, ſub *pœnam & judicium* Dei cadentium, in hac vita; nam ex iis, quæ deducta, ſponte in oculos ſe ingerit *perſona improbi eadem* quæ a nobis ad *Vſ.* præc. delineata; cui *omnibus bonis cumulatiſſimo & vivere*, & *mori*, poſt decurſa longiſſima ſpatia vitæ, *contingat*, in *feſſa rerum* illa quidem, & *ſatura deliciarum, ſenectute*, ſed cui tamen & ſuus vigor, intactus a malis, quæ alios mortales conſumunt, vegetuſque, ac quodammodo viridis, perſiſtat.

Ibid. Huc directum ultimum Colon. Variatur

וזה ימות בנפש מרה ולא אכל - 25
בטובה :

25 Et hic moritur cum anima amara; neque comedit de bono.
26 Pa-

יחד 26

atur in ſtructura. *Merc.* I. *Et medulla Oſſium ejus irrigatur* aſſidue. i. e. *Ejus oſſa pinguitudine & ſagina aſſidua, velut medulla, irrigantur.* Ita *Jun. Piſc. Belg. Cocc.* &c. R. *Periz.* II. malebat, *Et medulla Oſſa ejus irrigantur*; ſub *Enallage* duplici, haud ita commoda, *numeri & generis.* Ita *Vulgat. de Pined. Vavaſſ.* item *Codurc.* nimis fidenter hinc liquere contendens, *ſuperius quoque ad corpus hominis referendum, non aliorſum.* Adde *Cler. Crinſoz.* &c Non invenuſſe III. Cl. *Schmid.* tentavit, Et *medulla quoad oſſa ſua potatur*; quod per *Meton. efficientis* explicat *de eo quo medulla oſſium gignitur*, i. e. *adipe, rebuſque lautis*, quibus veluti *rigetur*, & *potetur*, *ad oſſa irrigatione* illa *penetrante, cum augmento medullæ.* Ad vim phraſeos emedullandam, prælucet *Prov.* 3: 8. *Erit hoc ſanatio umbilico tuo, &* שקוי לעצמתיך *rigatio oſſibus tuis.* Utrumque ſignat *jucundiſſimam tranquillitatem, lætitiamque* animi ſua ſorte contenti, *quæ in medullas penetrans, corpus* quoque *ſanum* & *vegetum præſtet.* Non ergo infertur *pinguitudo corporis obeſi*, & *adipe diſtenti*, ſed *valetudo firma, ad ultimam ſenectutem*, ſine curis medullam exedentibus, *jucunde & ſuaviter ſeſe provehens.* Quum autem שקוי עצמות *Rigatio oſſium* per ſe feratur ad *irrigationem medullarum*, uberiorem ſenſum fundere videtur ſtructura poſterior, qua מוח *Medulla* ſuccinens חלב *Lacti*, ſignificationem præbet *rerum lectiſſimarum* & *lautiſſimarum*, quibus tali homini quotidie *oſſa ſua irrigare* conceditur, atque *ad medullas uſque ſemet recreare*, ſine ullis curis, quibus reliqui mortales contabeſcunt. Ita ab *Arabibus* مخ *Much*, *medulla* transfertur ad خالص كل شي *lectiſſimum & puriſſimum omnis rei*, ut eſt in *Camuſ.* Similiter μυελὸς, unde *Theocr. Id.* 28. auſus.

Νάσω Τρινακρίας μυελὸν, ἀνδρῶν δοκίμων πόλιν

Inſulæ Trinacriæ Medullam, nobilibus viris inclytam urbem.

Speciatim Μυελὸς eſt *cibus bene nutriens*, unde & *Heſychius*, Μυελὸς, τροφή. Reſpicit illud *Homericum Odyſſ.* 2. 290. καὶ ἄλφιτα μυελὸν ἀνδρῶν, *& farinam, medullam virorum.* i. e. ἄλευρα μυελοποιὰ καὶ θρεπτικά, *quæ medullam faciat, & nutriat.* Iterum *Odyſſ.* 20. 108.

Ἄλφιτα τεύχουσαι καὶ ἀλείατα, μυελὸν ἀνδρῶν.

Sic pleniſſima hic figura exiret, *Medulla exquiſitiſſimarum deliciarum rigari quoad oſſa, atque vitali ſucco* inde *perfundi*, ac *jucundiſſime permulceri*, ad novam medullam quaſi *faciendam.* Intra *corpus* ſubſiſtas cave; *anima* quoque habet *ſuas medullas:* unde admirabili Schemate *Eurip. Hipp.* 255. φιλίας ἀνακίρνασθαι πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς, *Amicitias miſcere ad imam uſque medullam animæ penetraturas.* Confer ad *Hebr.* 4: 12. quamvis horum diverſior paulo ſit ratio. Cl. *Schmid.* priorem conſtructionem ideo minus probat, quod *ſenſus imperfectior relinquatur, non addito, per quid medulla oſſium irrigetur.* Utique additum, diceret, qui illuc inclinaret; *Lac* nempe; *quo medulla oſſium* quotidie *irrigata* venuſtiſſime concipi poteſt; ſenſu eodem redeunte.

Verſ. Impio *indulgentiſſime* habito, opponitur pius *duriſſime* tractatus, in *vita* ſimul, & in *morte.* Devius fertur *de Pined. Accidit etiam ut impius quiſpiam temporali ærumna partem aliquam ſupplicii accipiat, reliquum paulo poſt luiturus per æternitatem.* Hoc eſt, *ex vero* quidem, ſed tamen *de ſuo*, largiri *Jobo*, quæ parum quadrant ad præſentem ejus animi perturbationem, æſtumque diſputandi, quo rapitur. Cl. *Cler.* etiam in *impio* obhæſit. *Merc. pium & impium* conjungit; *ambo miſeriis vexatos & confectos ex æquo.* Secuti plerique; qui & ipſi magis ſpectarunt, quid *Jobum* decuiſſet dicere, quam quid dixerit. *Valetudinarius* qua bonus, qua malus, *Bolducii*, longius adhuc abit a ſcopo. *Schmid.* ſolum *pium* tenens, *infelicem judicio hujus mundi*, parum attendit, *ſuum* quoque *judicium*, nunc interponere *Jobum*, nec *pium infelicem* opponere *pio ſe-*

26 Pariter ſuper pulvere procumbunt; & vermis eos operit.
27 Ec-

26 יחד על־עפר ישכבו ורמה תכסה עליהם׃
27 הן

felici, ſed *impio*, qualem *Vſ.* 7. & ſequentes repræſentarunt. Ne *Cocceji* quidem *oppoſitio* proinde ſatis juſta, qui *probum longis & malis morbis enectum*, *miſeriorem ſtatui* putat, *quam improbus ſit*, *repentina morte punitus*. Non is cardo; qui in eo volvitur, *improbos plane non adfligi*, *quum probi graviſſimis adflictionibus ſubjaceant*; *atque poſt vitam amaram*, *nullius boni participem*, *amaram quoque mortem ſubire cogantur*. Hæc toties ante a Noſtro tacta, & jacta, nunc, quum dedita opera materiam illam tractare, Amicoſque inde confutare voluit, non deſtruxit utique, nec retractavit, ſed vehementius adhuc, ut fit, tetendit. Itaque ut ſuperiora illa ex *Adfectu commotiore*, ita hæcce ex *commotiſſimo* & *perturbatiſſimo* profecta cenſeri debent. Inde *verus ſenſus Jobi de ſorte piorum in vita* & *morte* neutiquam æſtimandus. Vix fieri poteſt, ut non, in hiſce lineis ducendis, ad ſe reflexerit, ſeque ipſum in acerbiſſima ſua conditione ſimul delinearit. נפש מרה *Animam amaram*, *amarulentiæ omnis ſenſu guſtuque diſcruciatam*, ipſe cum maxime experiebatur. *Non comediſſe bonum*, vel *de bono*, ſi externam faciem ſpectes, offert *cibum ſuavem*, & *opimum*, qui *oſſa rigare* valeat. Interna vis pertinet ad *liquidam puramque voluptatem*, qua alicui *vita* redditur *vitalis* non tantum, ſed *jucunda* etiam, & *ſuavis*. Hac pios rariſſime gaudere, res certa; ſi modo rite diſtinguas inter *vitam* eorum *Spiritualem*, & *Naturalem*; de qua ſola ſermo. Ipſe *Jobus*, ſub hac reſtrictione, vere quoque dicere potuit, ſe in omni ſua opulentia, *parum* aut *nihil de Bono comediſſe*, *nullamque voluptatem defæcatam ex his rebus hauſiſſe*. Vid. *cap.* 9:25. Non tamen *Adfectu* caret hæc exaggeratio. Videlicet *præſens*, & premens, *calamitas vitæ præteritæ jucunditatem* inſtar ſomnii *ex animo delere* ſolet. Bene ergo *Merc. forſan & propter ſe hoc poſterius dixit*; ſed ad *generalem*, quem ponebat, *adſpectum*, non bene.

Verſ. 26. Hæret, & hiat, connexio *Merc.* qui I. infert, *Utique, pius, & impius, vermibus eſca. Mors utriſque communis, & adflictiones. Quomodo ergo ex adflictionibus me impium pronunciatis?* Magis adhuc illa II. quam *de Pined.* adfert, *Mors communis omnibus, neque ex ſola vitæ inæqualitate, aut ex ſola æqualitate mortis, poteſt colligi meritorum inæqualitas, & mercedis diverſitas. Ergo alia alterius vitæ, ſortiſque futuræ, conditio expectanda, & in ea potiſſimum conſtituendum proborum, & improborum diſcrimen.* Omnia diſſolvit III. *Bolduc.* ita nectens; *Cum ratio exigere videretur, ut dives honorificæ, pauper vero plebejæ traderetur ſepulturæ; Deo tamen ita diſponente fit, ut uterque ſimilem, eamque ignobilem, vilem, & abjectam, ſortiatur ſepulturam.* Ait *ſermonem eſſe de malis quæ Deus æqualiter piis & impiis immittere ſoleat.* Hæc δὶς διὰ πασῶν diſcordant a ſerie. Ei quoque parum conſonat IV. *Schmid. Nos exiſtimamus Jobum in præced. docuiſſe, quod nonnulli pii per totam vitam ſint adflicti; diſſimillimi aliis piis, qui felices: nunc ne quis putet poſt mortem compenſari iſtud, dicit, non minus qui in vita adflicti ſunt, cum aliis cogi in pulvere jacere, & a vermibus conſumi.* Iſti *compenſationi* aliquid ſcrupuli ſubeſſe ſentiens vir Doct. ſubdit, *Notandum quod Jobus loquatur de re ut exterius, & in hoc ſeculo, apparet; non autem de futuro ſermonem facere, in quo omnes, in eſſentiali quidem beatitudine, ſimiles, ſed in accidentali, diſſimiles futuri.* Admitto cautelam, *Jobum agere de iis quæ in hoc ſeculo nobis videre, & aſſequi, datur*: ſed ajo, eam non quadrare in *diſparem fortunam piorum*, verum unice convenire in *diſſimillimam fortunam piorum & impiorum*, quorum *hi feliciſſimi in vita & morte facili*, *illi infeliciſſimi in vita & morte difficili*, *ubi ad pulverem redeundum, ſimillima ſorte uti incipiunt*, *atque* a Moderatore univerſi *ita exæquantur*, *& quaſi confunduntur*, *ut ne minimum quidem diſcrimen probi & improbi appareat.* Ergo V. præclare *Cocc. Diſpares impii & pii in vita, defuncti pares ſunt.* Conſequentia hæc, *Miſeriores proinde innocentes in vita & morte, quam improbi.* Hactenus omnia limpida. Sed turbat, quod addatur, *quam improbi Celſi, etiamſi notabiliter puniantur*, quaſi ſic reſponderetur ad *objectionem Amicorum vſ.* 22. inſertam; Redi illuc, & ſenties ad רמים *Celſos* adhæreſci; per quos *Jarchius* VI. intelli-

27 הן ידעתי מחשבותיכם ומזמות
עלי תחמסו ׃

27 Ecce novi cogitationes veſtras; & molimina, quæ ſuper me cruda agitatis.

28 כי

28 Quod

ligens *Juſtos*, *cum iiſque* ipſum *Jobum*, *judiciis Dei adflictos*, hoc quidem incommodum evitat, ſed in aliud incidit, ſupra indicatum *Vſ.* 23. Teneatur itaque VII. רמים pro *vermibus eroſo oſſe*, vel *cadavere*, ut *Vſ.* 22. præmunitum cum *objectione* inde formata; & nihil aptius hac digreſſione; nihil rotundius hac concluſione, agnoſces. Dicetis *Deum judicare* רמים *vermibus projectum* illum improbum. Qui quæſo? Ut notabile diſcrimen reperitur *inter modum Vitæ* & *Mortis*; ita nullum deprehenditur *poſt Mortem*, ubi jam *ad pulverem* & *vermes ventum.* Quomodo ergo Deus *judicat*, רמים *Cadaver vermibus datum in Eſcam*? Quod *Improbo* hac in parte, idem & *probo* incumbit; *unus* omnibus *Lectus*, *pulvis*; *unum operimentum*, una veſtis ſtragula, *putredo verminans.* Sub verbis שכב *decumbere* & כסה *operire*, has *imagines graviſſimas* haud aſpernabere: שכב iſtoc uſu protritum: כסה ſic venit 1 *Sam.* 19: 13. Ad *Pathos*, quo animatus in hoc reſponſo Noſter, inſpiciendum, relegas velim quæ *Cap.* 17: 12-17. contexta. Figura eſt *Arabibus* tritiſſima, *Alcor. Sur.* 7: 39. لهم جهنم مهاد ومن فوقهم غواش وكذلك نجزي الظالمين *Ipſis Gehenna eſt Lectus*; *habentque ſtragulas injectas*; ignem infernum; *talia ſcilicet rependimus Improbis.* Similiter *Sur.* 2: 201. & 3: 10. 196. & 38: 56. Item *Harir. Conſ.* 28. الا الهرم حصادكم والمدى مهادكم *An non decrepita ſenectus* vos manet *ut meſſis*, *& Gleba ut Lectus*? Splendide hinc *Eſaj.* 14: 10. *Sub te* יצע *ſternetur*, *ut Lectus*, *Lumbricus*; *& operiet te* inſtar ſtragulæ *putredo verminans.* Cl. *Crom.* ad h. l. obſervans كسا eſſe *operuit*, كشا

momordit, poſterius nunc aptius cenſet. Non ego. Non ipſe Vir Doct. ſi locus *Eſaj.* ei in mentem fuiſſet. Vehemens quidem hoc *Jobi* reſponſum; nihil tamen habet quod malam trahat conſequentiam; ſi modo verba non trahantur. Tenenda, citra controverſiam, cautela Cl. *Schmid.* ſuperius poſita, agi de *eo quod in hoc ſeculo apparet.* Exceperant Amici, *Improbum Felicem ad vermes datum*, in eo ſaltem *ſupplicium experiri.* Atqui, reponit Noſter, *probi* quoque, poſt longas miſerias, *ad vermes dantur*, *nec diſcrimen* ullum *Bonorum Malorumque in illo triſti decubitu.* Si dixeris; *de Animarum diverſiſſima ſorte cogitandum* potius *fuiſſe*; concedam equidem, ſed ſimul monebo, 1. Has concertationes *non directe excurrere ad præmia*, vel *pœnas*, *Mundi inviſibilis*, quamvis per conſequentiam illuc pergi poſſit, quin & debeat ſæpe. 2. Præſentis *cardinem quæſtionis* verti in *Suppliciis viſibilibus improborum*, quæ Amici *extare* dicebant *in omnium oculis*; contraria omnia arguente Noſtro. 3. Exceptionem Amicorum *Vſ.* 22. ex noſtra quidem opinione, *viſibilis pœnæ ſignum* ſaltem *quoddam* poſuiſſe in רמים *Cadavere improbi*, *vermibus & putredini tradito.* Reponit noſter, *eandem conditionem probis ſubeundam*; ac proinde qui *nimis impares* fuerant in *vita*, poſt mortem *nimis pares* fieri. 4. Omnia hæc *ex Adfectu concitatiore profecta*; quo abreptum fuiſſe Noſtrum, uno ore omnes confitentur; ſed non ubique ſatis attendunt. 5. Nil iniquius, & a prudentia alienius, quam ut talia dicta in equuleum veluti mittantur, ad ea fidiculis vexanda, & ultra mentem loquentis diſtendenda in hanc vel illam partem. Verbi cauſa, abſurdiſſimum hinc colligere, *Animarum immortalitatem* ignoraſſe Noſtrum. Abſonum quoque vel ſuſpicari, *mortem benedictam probi*, in ſepulcro, tanquam in cubili, requieſcentis, eodem loco habitam, a Noſtro, cum *morte maledicta improbi*, tanquam in carcerem concluſi. *Benedictio* iſta & *Maledictio* ad *Oeconomiam mundi inviſibilis* pertinent; atque limites noſtræ cognitionis egrediuntur: ac proinde in diſputationem de

pœ-

pœna viſibili non potuerunt immiſceri.

Verſ. 27. Major adhuc rerum moles ſurgit; quæ enim hinc ad finem Capitis pertexuntur, tam intricata ſunt, & obſcura, ut vel diverſas interpretum ſententias extricare difficile ſit, nedum veram *Jobi* mentem in hiſce evolvere & explanare. Luſtremus eas, in compendium, quantum pote, miſſas. *Merc.* I. ſtatuit eſſe *Apoſtrophen* ad Socios, *qua occurratur eorum objectioni Vſ.* 28. *poſitæ*; *poſtquam felicitatem impiorum adverſus eos oſtendiſſet. Scio* enimvero *quid apud vos dicturi ſitis de me, quo mihi contra conſcientiam extorquere conamini, ut fatear me ob ſcelera mea adfligi.* Similiter fere *Jun. Piſc. Belg. Codurc. Vavaſſ.* &c. &c. cum aliqua quidem varietate, ſed in eo concinentes, *Noſtrum denuo urgere, improbos feliciores eſſe probis, quippe quos judicia Dei non æque ac alios feriant, quibusque detur cum ſumma pace ac quiete tumulari.* Quid quisque privum habeat, deinceps. Cl. *Cocc.* II. *objectionem* iſtam, *reſponſionemque*, aliter digerit, quaſi Amici inſtarent *Vſ.* 28. *Certum tamen eſſe, quod ut nullum territorium improborum ſuperſit poſt mortem, ita Jobi domus exciſa ſit ipſo vivente.* Ad hoc ita reſpondere cenſet Noſtrum, *a ſimilitudine eventus in Liberis non eſſe argumentandum ad paritatem cauſæ: diverſum namque eſſe modum quo ea mala ſoleant improbis evenire, unde veriſimilis conjectura diverſæ cauſæ.* Hæc obſcuriora forte, ad *Vſ.* 29, 30, 31. &c. clareſcent. *De Pined.* III hanc viam init; ut nunc *concluſionem* formari putet ex prægreſſis, ſic adſtrictam contra Socios, *Ex his facile cognoſcere eſt, quam opportune vobis reſponderim, & non argumentis tantum veſtris, ſed & tacitæ intentioni, occurrerim; quippe qui* principum Domos, & impiorum Tabernacula everſa, *dicentes, me, me reſpexeritis* &c. *Atqui ex viatoribus potuiſſetis reſciſcere, & me cum virtute vixiſſe ſemper; & improbis non tam in hoc ſeculo, quam quidem in Futuro, ſuam pœnam eſſe repoſitam: dum interim nemo, in hac vita, ipſos caſtigare audeat, vel poſſit: atque exactis annis, in ſepulcrum deſcendant dulci molli que gremio terræ excipiendi.* Quos duces fere ſecutus ſit, infra tangetur. R. *Salom.* IV. omnia hæc ex mente Sociorum ſubtexi autumat, qui & contenderint, & inſtituri ſint, *dubitari non poſſe quin improbos tardum quidem, ſed grave, maneat ſupplicium in hoc ipſo ſeculo; ut ſimul & ſemel pœnas luant; amandandi illuc quo plures abiere.* Ab eo non multum diſcedit *Calv.* V. niſi quod *ſupplicium* hoc *Futuro ſeculo delegans*, ad *num.* III. ex parte accedat. Conſpectus Hypotheſeos ad *Vſ.* 32. dabitur. *Bolduc.* VI. ſtatuens *totius Quæſtionis ſummam, inde a principio diſputationis, hic apertius exponi & concludi*, in hac pericopa, ut ſæpe, ſingulariſſimus mortalis deprehendetur. A præcedentibus omnibus in alia omnia abit *Schmid.* VII. Vocabulo נדיב *pios* ſignari contendens; atque ita texens: *Expoſuit hactenus Jobus ſortem piorum & impiorum; quæ hæc; quod alii impii felices; multi tamen etiam infelices. Huic doctrinæ objicere poterant Socii, ſic tolli diſcrimen inter pios & impios: id occupatur Vſ. 28. Refutatur Vſ 29. & quidem ſic Vſ. 30. quod quia malus differtur a Deo in diem interitus, nemo etiam eum condemnet, coarguatve; ſed honeſta & jucunda ſepultura gaudere ſinatur.* Huc concedunt Cl. *Maj.* & *Mich.* Non abſimiliter VIII. Cl. *Cler.* ſub נדיב *pios* quoque intelligit, *impiis* oppoſitos, atque hanc concipit *objectionem*; Amicos dicturos, *magnum eſſe diſcrimen ſortis Bonorum & Malorum; idque ex eorum tabernaculis liquere; cum in Bonorum quidem tabernaculis quies & opulentia eſſet, contraria vero omnia apud Malos.* Hoc quomodo a Doct. *Reim.* IX. ad ſeriem attemperetur, *Vſ.* ſeq. dabitur. Agmen claudat X. *Vatabl.* qui in bonum quoque נדיב venire cenſuerat, hunc dans nexum. *Vos non agitis mecum juxta legem diſſerendi, dum tantum dicitis, quæ cauſæ veſtræ ſubſerviunt, ut meam ſupprimatis: ita enim dicitis, impios ſibi ſemper timere, etiamſi exterius nihil mali accidat; id quod ex Tabernaculis piorum & impiorum probatum itis.* Quomodo? mox pateſcet. Ad harum opinionum Filum diſſonantiſſimæ interpretationes facilius decurrent, & quo quæque tendat, e veſtigio percipietur.

Ibid. Phraſis conciſior עלי תחמסו, quæ אשר ſuppleri poſtulat; vel in *ablat. Cogitata quibus mihi vim facitis*, aut *injuriam impingitis*: vel in *accus*: *quæ adverſus me injuſte agitatis*, aut *rapitis.* Poſterius placuit *Merc.* & *Cocc.* qui in *Lex.* vim *tranſit*: exemplis firmavit. Cl. *Schmid.* ad hæc, *Neſcio qui τὸ rapere cogitationes ſuas adverſus aliquem*,

28 כי תאמרו איה בית־נדיב ואיה
אהל משכנות רשעים :
29 הלא שאלתם עוברי דרך
ואתותם לא תנכרו :
30 כי

28 Quod dicturi eſtis, ubi Domus Ingenui! & ubi tentorium habitationum improborum!
29 An non interrogatis tranſeuntes per viam? eorum utique ſigna non abnegabitis.
30 Quod

quem, nimis durum videatur, quaſi bonæ forent per vim detortæ: atqui malas eas eſſe volebat Jobus. Haud belle. *Merc.* מזמות *cogitationes malitioſas* ſonare, diſerte dixerat. *Eæ rapiuntur*, quum *violenter urgentur.* Proprietas Thematis in *Crudo*, unde mox *durum, violentum, injuſtum.* Non ſperno equidem, *quibus crudeſcitis contra me*; ſed fortius, & figuratius, *quæ cruda rcpitis, promitis, premitis, adverſus me.*

Verſ. 28. Ad hunc, & ſequentes verſus, talem mihi ordinem præſtituo, ut ſecundum lineas modo ductas conſpectum præbeam diverſarum ſententiarum, in quas ad ſingulas fere voces, phraſeſque, abitur; unde, ut ſpero, ſi non mihi, aliis ſaltem poſt me, via emunietur, ad *Jobi* mentem ſolide cruendam, & conſtituendam. *Merc.* I. *Nam dicitis*, vel dicetis, *apud vos; Ubi eſt domus* נדיב *potentis & munifici, Jobi* ſcil.? *& ubi tabernaculum habitationum improborum* aliorum? *Haud dubie, niſi impius fuiſſet Jobus, non ita deſtructa fuiſſet ejus domus* &c. נדיב *Munificus*, vel per *ironiam*, vel *ſimpliciter*, pro *principe* poſitum autumat. Sub *ironia Jun. Ubi eſt domus ingenui?* Citra eam *Vavaſſ. Ubi domus Jobi magnifici quondam & principis viri? Ad Filium natu maximum Jobi* maluit referre *Piſc.* Vide & *Not. Belg.* Nonnulli latius *divitem injuſtum* in genere, poteſtate collectiva, *Jobo* tamen ſimul comprehenſo. Huc *Codurc.* tendit. Præivit *Ab. Eſra*, בעל ממון ואינו צדיק *Eſt Dominus Mammonæ, qui non eſt juſtus.* Cum *Vavaſſ.* facit II. *Cocc.* per βραχυλογίαν capiens, pro, *ubi eſt domus tua, qui eras princeps? in* nexu hoc habet privum, *Quod vos non audetis dicere, ego ſcio apud animum veſtrum eſſe, & dicam. Comparatis meam ſortem cum improborum ſorte; & ut improborum tabernacula poſt eorum mortem exſcinduntur*, in liberis ſaltem, *quod ita me vivo & vidente domus mea ſit exciſa: nec diſtinguitis inter id, quod mihi accidit vivo, quodque aliis improbis mortuis evenit; eventum conſiderantes, non cauſam.* In אהל משכנות *Tentorio tabernaculorum* ſubtiliuſcule captat *Abolitionem omnium, ad viliſſimum uſque tentorium.* Cum *Ab. Eſr.* ſentit *de Pined.* III. *Hoc intenditis taciti* in omnibus veſtris diſputationibus, *ubi domus principum, & ſpeciatim Jobi? inter improbos utique reponendi: utpote cujus dominatio & opes cum improbitate conjunctæ fuerint.* Adi Ejuſdem *Paraphr.* & confer *Hieron. Gloſſ. Ordin.* itemque *Lyran.* qui ait, *Malos dicere, divites juſtos eſſe ſuperbos & impios.* Iterum *Jarch.* IV. ad *Jobum* olim *principem.* Nec non *Calv.* V. paulo durius addens, *Video quo ſpectetis, eſtis enim tanquam inſtrumenta Satanæ ad me in deſperationem conjiciendum: firmus autem ſtabo in ſpe quam habeo in Deo meo.* Felix cerebri *Bold.* VI. qui per *Antiphraſin* Noſtrum taxatum cenſeus, nomine נדיב, pro *illiberali, avaro*, mox, *certiſſime ex Titulo illo principis colligit, Jobum tunc temporis principatum ſupremum tenuiſſe in regione Huzitana; ac proinde* איש *Cap.* 1: 1. *eſſe virum Ducem. Illud porro*, ubi domus principis? *non domum dirutam inferre* ait, *ſed vel domum liberam, in qua tunc Leproſus agebat* Jobus *extra civitatem, reſpici; vel*, quod prorſus *ut germanum* amplectitur, *veram principis Huz Baſilicam, quæ nunc deſerta maneat & deſolata &c.* Ab hoc *palatio* rite diſtinguendum cenſet *Tabernaculum habitaculorum*, quod ei eſt *Eccleſia Cathedralis*; cujus *Epiſcopum* creat *Jobum, hoc triſtiſſimo tempore inde abeſſe coactum propter Lepram*, &c. &c. &c. Ad ſeria prævertor. *Schmidio* VII. נדיב *Collective* ſonat *Liberales, Munificos*,

ficos, *Benignos*, *Juſtos*; qui τοῖς רשעים *Improbis* opponantur. Nexus ei hicce. *Scio vos dicturos, nullum ſic remanere diſcrimen domus piorum & impiorum; conſequenter, non referre pius quis ſit an impius.* Probant Cl. *Mich.* aliique. Non nimis expeditum hoc *Vſ.* 30. ſentietur. Quid *Cler.* VIII. viderit, in *Domibus & Tabernaculis* hiſce, reperies ad *Vſ.* præc. ſub *Num.* hocce. Ejus veſtigia premens IX. Cl. *Reim.* ita aciem *Objectionis* intendit, *Dicetis, ſi eadem in mundo eveniunt probis & improbis; ſcire velimus, unde ergo diſcerni queant; & unde judicare poterimus, ad quam Tu claſſem pertineas. Nullum aliud judicium dabis* profecto, *quam quod dedimus. Judicia proin & pœnæ improbum ſatis arguunt, & oſtendunt.* Finio X. in *Vatabl.* ſic *objectionem* formante, *profecto dicitis, Ubinam eſt Domus hominis probi* i. e. *Ubinam eſt probus qui ædificarit ſibi Arcem, quod ſibi ab hoſtibus timeat.? Nuſpiam ſane. Non timent probi: propterea non ædificant ſibi Arces. Impii timent; ideoque ædificant.* Huic nemo facile ſubſcripſerit: quin dicere liceat, nihil horum ita eſſe limpidum, ut in eo animus placide queat conquieſcere.

Verſ. 29. Non minuetur fluctuatio. Doct. *Merc.* I. *Duo ſeq. Vſ. ſubdifficiles. Nos quod nobis filo contextus magis quadrare viſum, afferemus. An non rogaſtis viatores, expertos ſcilicet rerum? & ſigna eorum non alienabitis, non aliena ducetis; non poteritis inficiari. Quod* nempe *impii proſperentur in hac vita* &c. Addit, *ſigna* poni pro *argumentis*, metaphoræ ſerviendo, quod *Viatores ſigna viarum, & aliarum rerum, notare ſoleant.* Conf. *Doct. Belg.* &c. *Jun.* malebat, *Abſurdum vos neſcire quod omnibus e plebe notum*; qui & poſterius colon ſic extulit per *Interr. Et ſigna eorum non agnoſcitis?* Nempe נכר eſt *Agnoſcere* & *non agnoſcere.* Id ipſum prælatum a Noſtris. *Vavaſſ.* vicinus, *Atqui quotusquiſque hoc de turba ignorat?* Sic *tranſeuntes per viam*, non ad *viatores* fertur, ſed ad *turbam per plateas euntem, & quosvis e populo.* Signate *Codurc. Quod homini de trivio promtum & apertum.* Eidem אתות *ſigna*, argutius ſumta videntur *ab iis qui amiſſa per vias quærunt, ut Saul aſinas.* Id fere eſt, *Saul inter Prophetas.* Cl. *Cocc.* II. ambigit, velitne *Et ſigna illorum non agnoſcitis?* an, & ſane *ſigna eorum non alienabitis, non abnegabitis eſſe monumenta Improborum.* Scilicet אתות Ei ſunt ἠρῷα, & *Monimenta mortuorum magnifica, quæ viatoribus ſimul viam ſignent.* Cenſet ὁ πάνυ reſponderi ad id quod modo *objectum*; hoc pacto; *Verum quidem quod Tabernacula improborum ad viliſſimum uſque tentorium aboleantur; atque ab omni memoria compertum, Imperia Tyrannica, imo nullis magnas opes, diu ſtetiſſe. Attamen impios* (fundatores puta, conditoresque potentiæ) *ſine malo, cum honore tumulari, atque ita calamitati* (Liberis ſuperventuræ tandem) *ſubduci. Documento eſſe ſuperbos Tumulos, cum inſcriptionibus ſuperbis; quos Curioſi Viatores adire & luſtrare ſoleant.* &c. Eſt commentatio magno ingenio digna, cui reliqua ſeries mire favet. אות eſt *omne monumentum*; etiam *Cippus ſepulcralis*; ايــــة *Arabibus*; qui & יד *Manus*; itemque שם *ſignum.* Res meretur anquiri; infra incudi propterea reddenda. *De Pined.* III. prolixus in *viatoribus*, quos a *Greg. Thom.* aliiſque *Latinis*, *Lyrano* præſertim, *allegorice* exponi monet, de *iis qui per viam hujus vitæ pergunt ad terminum felicitatis futuræ, quibus certiſſime conſtet de futuro Judicio improborum.* Adjicit, *Burgenſem* nares corrugare *ad hanc expoſitionem; atque ex ſua officina aliam proferre*, per Viatores *intelligi Iſraëlitas exeuntes ex Ægypto &c. quos facile adire & conſulere potuiſſent Amici.* Subdit, *Replicatorem Burgenſi vicem rependere, inter alia, Jobum Exodo antiquiorem. Sed Burgenſem viciſſim potuiſſe replicare, Patriarchas primos Abrahamum, Iſaacum, & Jacobum, eorumque familias poſſe vocari* Viatores; *quippe quibus nomen* Hebræorum *adhæſerit a* עבר *tranſeundo, & Euphrate trajecto.* Miſſa tamen faciens hæcce, *ut non admodum firma*, redit ad communius, *Viatores eſſe, qui mores multorum, & urbes, viderint; quorum teſtimonio ſuam Doctrinam firmet* Noſter; *de futuri ſeculi pœnis, præmiiſque.* Hanc faciem loci dederant *Munſt.* & *Iſid. Clar.* Mox denuo retrahitur ad *Allegoriam*, ita concludens, *Totam hanc ſententiam quaſi ex conditione poſſe accipi. Utinam fieret, ut* quemlibet de Viatoribus, *qui confecto hujus Vitæ itinere emigrarunt e vivis, liceret convenire atque teſtem proferre. Profecto hæc eadem teſtaretur; improbos opulentos flammarum cruciatus experiri* &c. &c. Σκάμματα παραβαίνειν incipit, non hic ſubſtiturus.

Jarch.

30 כי ליום איד יחשך רע ליום עברות יובלו :

31 מי־־

30 Profecto in die exitii ſubducitur malus; in die æſtus irarum, cum pompa educuntur.

31 Quis

Jarch. IV. exiſtimat, non poni quid *interrogare potuiſſent Amici*, *ex Viatoribus*; *ſed quid ex iis ſe hauſiſſe profiteantur ipſi*; quaſi *dicant*, *ſe ex viatoribus probatis ſua accepiſſe*, *eorumque ſigna non aliena duxiſſe*, *ſed plane in animum induxiſſe*, *quod malus reſervetur in diem Exitii.* De eo plura ad *Vſ.* ſeq. *Calv.* V. frigidis quibuſdam cogitationibus ſepoſitis, hunc *ſenſum naturalem* putat; *Veſtrum*, Amici, *judicium de me non ſanum*, *nec incorruptum. Exquirite* modo *a prætereuntibus viatoribus ſententiam de iis quæ hactenus diſceptata a vobis*; *& eorum quilibet*, *ut ſe res & veritas habet*, *libere proferet*; *non male* videlicet *adfectus*, ut vos, *nec ſiniſtro aliquo judicio præoccupatus.* Paradoxa VI. omnia, quæ *Bolduc.* hic habet; nimis enim belle cœperat, quam ut non lepidiora adhuc daret. Is primo tangens quæ num. III. ex *de Pined.* adduximus, Eumque haud leviter perſtringens, quod ad *Hebræorum Patriarchas* alluſum putarit; non tamen ipſe ab eo luſu temperat, exhibens: *Numquid non interrogaſtis Hebræos viam*? i. e. *cum ejuſdem ſitis inſtituti cum Hebræis*, *cur non petiviſtis ab iis viam ad Domum meam*, *& ad Tabernaculum cui præeram*; *& didiciſſetis*, ubinam eſſet Domus principis &c? Mox tamen recurrit ad *quoſvis per viam tranſeuntes*, *a quibus reſciſcere potuiſſent*, *cujusnam* fuiſſet illa *Baſilica*, & illa *Cathedralis*, de qua quæſiverant curioſe *Vſ.* præc. &c. &c. &c. Sed mitto hominem, *cum Sacris ſuis Tabernaculis*, *ante Legem Moſis*, *tam in Idumæa*, *quam in utraque Galilæa*, *& Palæſtina*, *in honorem veri Dei*, *& memoriam ſanctorum*, *ac ſanctarum*, *erectis*; *ante quorum fores ſtatuæ ſteterint*, אשרות *dictæ*, i. e. *Auguſtalia*; *ſigna beatitudinis*; *quæ ipſa nunc nomine* אתות *deſignentur*; *quamvis & ſtemmata domus Abrahæ*, *ex quo genus duxerit* Noſter, *ſimul ſignis hiſce ſignificari* ſuſpicetur. Materia riſus, pro iis qui ſplene non carent. *Schmid.* VII. cenſet *Jobum mirari Amicos ea neſcire*, *vel ſcire nolle*, *quæ etiam hominibus e vulgo*, viatoribus, *nota*; *& objicere*, *quæ imæ ſortis homines ſolvere queant.* Addit, *tales viatores*, *homines de vulgo*, *literarum imperitos*, *nonnulla tamen pro memoria annotare rudibus quibuſdam ſignis*, *eoque reſpici in voce* אתות. *Cler.* VIII. *Tranſeuntes viam* ait denotare *eos*, *qui*, *per tractus ad ripas Euphratis*, *noſſent quorum eſſent domus & tentoria*, *ad vias publicas.* אתות *autem vocari ſigna quædam*, *ex quibus iter per ea loca facientes ſolebant dignoſcere dominos tentoriorum. Ea qualia eſſent*, *neminem nunc dicere poſſe. Hofm.* ex ritibus veterum *Arabum*, hæc *ſigna* illuſtrare conatus eſt; ſed nec certa illa; nec huic textui accommoda. His ergo non multum tribuens Doct. *Reim.* IX. proverbiale quid ſubeſſe cenſet, huc rediens, *id cuilibet promtum eſſe.* Subjungit, fortaſſe reſpici ad *Viatores illac tranſire ſolitos*, *& Jobi hoſpitalitatem reliquamque virtutem expertos*, *qui teſtari poſſent neutiquam eum eſſe improbum.* Idem X. reperias apud *Vatabl.* & *Pagnin.* ſecutos *Nachmanidem*, qui intelligit *ſigna Juſtitiæ & pietatis Jobi*, *ex Viatoribus facile percipienda.* Extant adhuc alia cogitata circa *hos Viatores*, eorumque *ſigna*, quæ *Merc.* tetigit ad finem capitis, quorſum relegare liceat.

Verſ. 30. Deventum eſt ad *Cardinem* omnium: in quo conſtituendo, magna & multa iterum divergia opinionum. *Merc.* I. ita connectit; *Hoc eſt quod vos viatores docebunt*, *ſæpe*, *quum Calamitates orbi immittuntur a Deo*, *impios illas ſalvos atque immunes evadere*, *& impune deinceps cum omni licentia peccare* &c. Hoc adſpectu רע *Malus*, eſt *Improbus.* יחשך *prohibetur*, eſt, *ſervatur ne calamitas eum tangat*, *& ei parcitur veluti.* ליום *ad diem* Exitii, *in die*: quo ſcil. *iræ* Dei *adducuntur* יובלו *ſuper alios homines.* Conſimiliter *Jun.* niſi quod ultimum ſic efferant, *in die indignationum exportantur* mali; quod cum *ſubtrahitur*, יחשך, ad *ereptionem* videtur pertinere. Sic diſerte *Belg.* noſtri. *Codurc.* maluit

31 Quis denunciat in faciem ejus viam ejus? & quod ille patravit, quis rependit illi?

31 מי־יגיד על־פניו דרכו והוא־
עשה מי ישלם־לו :

32 Et

32 והוא

luit, *die quo ſurores tranſeunt*; quem *Crinſoz.* expreſſit eleganter, *tempore quo judicia* Dei *perambulant terram.* Adde *Pagn. Vatabl. Piſc. Grot. Vavaſſ.* quin & *Cler.* huc inclinantem: ut num. VIII. dabitur. *Cocc.* II. exiſtimat, *improbum* hic repræſentari *ſubductum calamitatibus* in poſteritatem venturis, *& cum honore tumulatum.* Redi ad *Vſ.* 29. num. hocce; ubi ſententiam ſub conſpectu poſui. ליום *ad diem*, Ei eſt, *ante diem Excandeſcentiæ.* יובלו *inferuntur*, in tumulum videl. ut *Vſ.* 32. *De Pined.* III. amplectitur *Vulgatam*, *Quia in diem perditionis ſervatur malus, & ad diem ſuroris adducetur.* Ad *ultimi judicii iram* ut palam hæc feruntur, ita a *Lyrano* aliiſque illuc diſerte referuntur. Id cum ſequentibus parum convenire ſentiens Vir Erud. quippe quæ exigant *ereptionem e miſeriis, & ſubductionem in tutum* ac *quietum portum*, ita duos ſenſus maxime diſcordes in concordiam revocare voluit: *Quamvis enim impius a communi clade, occulta providentiæ ratione, ſubducatur ad extremam uſque ſenectam: tamen ſic exigit Divina juſtitia, ut nunc illæſi, ad futuri ſeculi cruciatus ſempiternos cuſtodiantur.* &c. &c. Huic ſubtilitati anſam præbuit *Cajet.* ita diſtinguens duo cola, ut per *Diem perditionis* intelligat *mala minora*, quæ improbum non tangant, *adducendum ad diem ſuroris*, i. e. *graviores pœnas.* Hoc conformatum, ut videtur, ad mentem *Jarchii* IV. ita commentantis הרשע נחשך מרעה ושמור ליום הקבוע לאידו *Improbus ſubducitur a malo, & ſervatur ad diem præfixum Exitio ejus.* De *hujus ſeculi ſupplicio graviore* tamen *Rabbinus* ille loquitur, *quale* jam *in Jobum incumbebat* tandem; quoniam *ex mente Amicorum, qui a Viatoribus id hauſerant, hoc* directe *in Noſtrum torqueri* ſupponit. *Calvin.* V. proprior tertiæ opinioni, *Nunc quidem improbis parci, ſed eo magis horrendam ultionem ipſis paratam fore, ad quam reſerventur.* Confer. *Tigur. Angl. Genev. Deod.* &c. Ne non ſingularis eſſet VI. *Bold.* pro germano venditat, *Certe in die exitii prohibebitur malum; in die furorum adducentur.* Sup. *furores.* i. e. *Deus malum ab aliis quidem prohibebit, in alios vero inducet; licet omnes graviſſime peccaverint. Ergo nullum in his indicium pietatis aut impietatis.* Cl. *Schmid*, VII. cum iis ſentit, qui de *Futuri ſeculi ſuppliciis* hic agi volunt; contra *Merc.* qui *vitam futuram* directe intendi negaverat, arguens, *non melius ſolvi potuiſſe objectionem vſ.* 28. *quaſi nullum hic eſſet diſcrimen inter pios & impios.* Vertit itaque, *Quia in diem interitus reſervatur malus: in diem irarum ducuntur.* Maluit 1. *Quia*, ad copulam cum ſeq. *vſ.* ibidem indicandam. 2. urget חשך non notare abſol. *ſubtractionem a malo*; ſed potius *reſervationem ad illud.* 3. ליום *ad diem* rectius dari, quam *in die*; quod duritie non careat. 4. יובלו durius quoque reddi, vel *inducuntur*, vel *educuntur*, vel *inferuntur ſepulcro.* Adſtipulatur Cl. *Mich.* Nec longe abeſt *Hoſm.* in voce עברות neſcio quibus argutiis ſe permittens, quaſi, cum ira, ſimul deſignaret *gloriæ tranſitiones evanidas*; quin imo *trajectiones* Cadaverum *trans flumen in ſepulcrum*; unde & *Cymbæ Charontis* anſa fuerit data. Cl. *Cler.* VIII. in *Paraphr.* ponit, *die quo Deus pœnas ſumit de malis, eos a bonis ſecernit.* At in *Verſ.* & *Comm.* exhibet *malos exitio ereptos*, ad primam ſententiam accedens. Cl. *Reim.* IX. ſecundam ex parte expreſſit, *ſed*, quod maximum, *Improbus reſervatur in die Exitii; in ſepulcrum deducuntur in die magnæ iræ:* prout יובל *vſ.* 32. & *Cap.* 10: 19. venit; diſſeritas tamen haud levis; nam ex mente *Schmid.* ſimul ſupponit *Vir. Doct.* ſolvi objectionem *vſ.* 28. & *diſcrimen oſtendi inter probos & improbos*; qui poſteriores *multa* quidem *pompa efferantur* a ſuis, *Deo permittente*, *Eccl.* 8: 10. *Luc.* 16: 22. *ubi molliter oſſa quieſcant vſ.* 32. *attamen hanc ſepulturam nil aliud eſſe quam detruſionem facinoroſi in Carcerem obſcurum, unde ad judicium ſit protrahendus.* Nil ſpeciale habet X. *Vatabl.* cum num. I. conſpirans, ut *ibid.* indicatum.

Verſ. 31.

32 והוא לקברות יובל ועל־גדיש ישקוד׃
33 מתקו־

32 Et ipſe ad ſepulcra deducitur; atque ſuper Tumulo vigilat.
33 Dul-

Verſ. 31. Nova divortia. *Merc.* I. *Quis ei interim dum vivit, & impune impietatem exercet, indicabit quod puniatur ob ſcelera ſua? Quis eum puniet hic? Nemo ſane. Omnes eum timent.* In poſtremo membro הוא ſic premit, *Quumque ipſe patrarit* mala multa, *quis ei rependet? Nam quod filii ejus poſt ipſum puniantur, quid tandem ad ipſum?* Poſterius paulo remiſſius *Jun. Belg.* &c. *Vavaſſ.* dat, *par pari referre, & vexare ut vexant*; quod & *Crinſoz.* expreſſit. *Codurc.* nimis coacte, *Quis illum coram redarguit, & ipſe morem geſſit? Omnes illi aſſentantur & paraſitantur.* Ad mentem hanc *Cocc.* II. ſed legitima ſtructura, *Quis indicat in faciem ejus viam ejus? &, ipſe fecerit, quis retribuet ei?* i. e. *Nemo exequitur malum, quod fecit; ſed omnes ipſi applaudunt, aſſentantur, adulantur,* &c. &c. Addit hac occaſione, non recte *inter ceteras* improbi *felicitates poni, quod non coram redarguatur*; &c. *Id enim revera maximam eſſe miſeriam.* Eſt ſane; nec hoc voluit Noſter. *De Pined.* III. *interim impune vivit impius*, dum ita reſervatur ad futuri ſeculi ſupplicia, *nemine audente ejus ſcelera coarguere, & palam exprobrare. Manifeſte ergo hinc colligitur, poſt mortem in judicio Divino ſcelera ejus in faciem arguenda.* Latini turbant, ad *Diabolum, Antichriſtum* &c. hæc trahentes. *Jarch.* IV. incommode הוא ad *Deum* detorquet, *qui ſolus, ut Rex ſupremus, improbo reddere queat, quod ei debetur.* Totum verſum non adeo inconcinne inflexit *Ab. Eſra*, dicens eum redire למקום *ad Deum, cui nemo in faciem arguere poſſit ſuam viam.* &c. Hinc *Calv.* V. *videtur prima ſpecie de ipſo Deo loqui, ſed de improbo potius iſta dicuntur. En ſummam. Quamvis improbi hanc vitam traduxerint, nemine ſe iis opponente; & ad nubes fuerint ſublati vivi; tamen in ſepulcrum venient.* Non omnia viderat *Bold.* VI. *omnes*, inquiens, *hæc verba de impio intelligunt*; cujus ſcelera nemo arguere audeat: *ego de Deo dici facile mihi perſuadeo.* q. d. *Quis ſtabit ante faciem Dei ad eum docendum quomodo facere debeat?* Non inveniet rivales. *Schmid.* VII. *Quid ſi* *annunciare viam in faciem* improbi, *accipiamus de annunciatione judiciali, quando condemnatus noxius, pœnæ adjudicatur?* Refert ad eventum, ex priore *vſ.* ſic elicitum, *Quia in diem interitus reſervatur* improbus, vel, *Quando Deus differt ejus pœnas* in futuram vitam, *quis annuntiabit in faciem ejus viam ejus* &c.? i. e. *tum ſane eveniet ut nemo eum condemnet; nemo pœnam inferat. Cler.* VIII. in *paraphr. Quis alioquin auſit ei malos mores exprobrare* &c? ſi nempe Deus non faciat. Ad *Schmidii* ſenſum fere IX. Cl. *Reim. Mich.* &c. Ut *Vatabl.* X. ad *Merceri* illum, *Quis rependet illi in hac vita* &c? Adde *Munſt. Iſid. Clar.* &c.

Verſ. 32. Aliæ undæ. *Merc.* I. *Et ipſe*, antequam punitio veniat filiis, jam mortuus, *ad ſepulcra*, unum e ſepulcris, *adducetur; & ſuper acervum* tumulum, *invigilabit* i. e. *aſſiduus erit; nunquam inde diſcedet.* Conſentiunt *Doct. Belg.* &c. *Vavaſſ. Codurc.* qui ישקד vertit *ſedulus erit ſuper acervo.* i. e. *matura morte componetur tumulo:* conferre jubens *Cap.* *5: 26. Eleg. *Crinſoz. ſepulcro infertur, poſtquam magnas opes acervavit.* Quid ſecutus ſit, ſub num. III. reperies. *Objectionis* loco *Jun.* & *Trem.* inſerunt, *Atqui in ſepulcrum infertur*, improbus; & *apud tumulum aſſiduus eſt.* Addunt, *hoc tribus argumentis reſolvi*, quæ hic apponam, ut ſemel defungar. 1. *Satis eſſe, ut commode vitam tranſegerit, & calamitates morte prævenerit.* 2. *ſepulcrum ipſi conſolationi eſſe, quod vacuum ſit ab iſtis calamitatibus.* 3. *quod morte nihil ei accidit, niſi quod cum omnibus commune.* Verbo שקד *vigilare* adductus II. *Cocc.* exhibet, *Curioſe & ſollicite tumulatur; Vigil apponitur Cippo, aut tumulo.* Multas III. opiniones percenſet *de Pined.* ut 1. quorundam, qui גדיש referunt ad *acervos frugum*, quaſi improbus diceretur *mortuus & elatus, poſtquam ſuper acervum vigilavit, & multas ſibi fruges*, multas opes *cumulavit*, multa *cura* & *vigilantia.* 2. *Thomæ, Dionyſii*, & aliorum, quaſi *in congerie mortuorum jacens*, induceretur *vigi-*

33 Dulceſcunt ei glebæ molles vallis; & poſt ſe omnem hominem trahit; ut ante eum innumeri.

34 Quo-

33 מתקו־לו רגבי נחל ואחריו כל־
אדם ימשוך ולפניו אין מספר :

34 ואיך

gilans ſecundum animam immortalem, & *ſupplicia perferens.* 3. Eorum qui *omnia ad Mortis ſecundæ ſempiternas miſerias* traxere. Conf. *Hieron. Gloſſ. Ordin. Lyran.* &c. Ipſe Vir *Eruditiſſ.* cenſet 4. *Jobum adhuc perſtare in propoſito confirmando*, videl. *ſæpe impios vivere felices*; *nec non ſupremum funeris honorem ipſis conferri magnificentiſſime*: *ita ut feliciter cadat*, *quicquid ad ſepulcrum & cadaver pertineat.* Subdit, nonnullos curioſius notare, verbum יובל adferre *pompam*, *cum cantu & inſtrumentis Muſicis*; *quippe a quo* יובל *ſit Buccina in Jubilæis inflanda:* Ipſe *Tubas*, ac *Tubicines*, *in funeribus Nobilium*, non negligens; atque huc calculum conferens. In גדיש iis accedit, qui *maturam mortem* ſignari putant, *per quam cadavera tanquam in aream comportentur* &c. In ישקד *vigilabit* argutiſſime captat *perſeverantiam* quandam aut *perpetuitatem*, ac velut *vitam ipſam:* alluſum autumans ad *condituram medicatam*, per quam *Cadavera vivere ac vigilare* videntur. Adjicit & *imaginis honorem ſupremum*, *quæ ipſa velut vivat*, *ſpiretque.* Hæc & *ingenii* & *Doctrinæ* lucem habent, an & *veritatis*, deinceps examinandum. Sed monendum, Viri *Paraphraſin* & *connexionem* non eandem laudem mereri, in qua cæcam congeriem, & cinnum inconcinniſſimum, conflavit. *Jarch.* IV. *ad pœnam mortis* tandem *infligendæ* traxit, *ut ſic ille* beatus *perveniat ad ſepulcrum*, & quidem *in agro*, *juxta acervos frugum.* Hoc ipſo mortuo frigidius. *Calv.* V. animare conatus eſt illum emortuum ſenſum, id velle Noſtrum monens, *Ex ſpecie externa alios ab aliis non poſſe diſcerni: namque bene ſecum actum tandem exiſtimare* hunccce præpotentem, *ſi modo corpus ipſius ſepeliatur*, & *gleba tegatur*, *ut aliorum hominum.* Sui ſimilis *Bolduc.* VI. quum plumas ſuas debeat *Doct. de Pined.* cum tamen carpit; tandem ita colligens, huic *verſiculo pompam funebrem* Magnatum *breviter incluſam*, &c. Ac 1. quidem *ſolennem delationem ad ſepulcrum cum cantu & muſicis inſtrumentis*, in priore Colo. 2. *Medicationem Cadaveris*, *per quam* veluti *vivere ac vigilare videatur mortuus*, in ſecundo agnoſcit. 3. de ſuo גדיש commutat in *Lectum funeralem*, *ſuper quo erat pulpitum* ſive *capulum*, *in quo Cadaver principis ſedebat.* 4. Tacite quoque verbo *vigilandi* innui vult, *agi de principum funeribus*, qui *vigiles* ex officio. 5. denique הוא non ad *improbum* referri; ſed *indefinite* poſitum cenſet, pro *Alius*; quod cur fecerit, *Vſ.* ſeq. percipietur. Poſteriora hæc *de Pined.* pro ſuis vindicaſſe nollet. *Schmid:* VII. *continuari* putat *felicitatem eventus*, *ubi Deus impium in diem iræ diſtulit:* nim. *ut honeſtam ſepulturam adipiſcatur*, & quidem *in tumulo quem mature ſibi paravit.* Ita ישקד vertit, plaudente Cl. *Mich.* At *Cler.* VIII. *in tumulo quieſcit*, quaſi eſſet ישקט; aut quaſi ט in ד tranſiiſſet. Negat aliter ſenſum conſtare. Fateor eum obſcuriſſimum; ſed hoc pacto nemo prudentior eum erutum maluerit, quam in medio relictum. Doct. *Hoſm.* & *Reim.* IX. ad *Schmidii* ſententiam proniores, ut *magnifico tumulo exſtruendo invigilaſſe* dicatur improbus *in vita ſua. Vatabl.* X. poſt mortem iterum, & *in tumulo jugiter manebit.* Nempe שקד etiam *aſſiduitatem* deſignare volunt *Rabbini.* Addunt alii *feſtinationem*, unde *Pagn. ſuper acervum feſtinabit*, *morti maturus.* Habes in *Kimch.* L. R. ubi & R. *Hajus* laudatur, qui גדיש dixerit eſſe קובה *fornicem*, *opus fornicatum*, *ſepulcris ſuperſtructum ad morem Iſmaelitarum.* Eundem laudant *Ab. Eſra* & R. *Levi.* Minus recte *Arcam*, vel *Feretrum*, reddidit Doct. *Merc.* Eos qui *Cippum*, vel *Pyramidem* volebant, improbat Cl. *Guſſ.* in *App.* 916. ſpectari putans *Congeriem cadaverum aliorum ſuper alia.* Hoc & aliis placitum. Mihi pulcrius, & tutius, quod ad *Cap.* 5: 26. viſum. A *Cocc.* quoque tactum; qui vel *Tumulum e ter-*

terra aggeſtum, cum *Mercero*, vel *Cippum*, *Fornicemve ſepulcralem*, denotari ſtatuens, non tamen omnino ſpernit, *improbum*, *maturi culmi inſtar*, *ad metam ſe recipere tempeſtive*; *antequam cœli ſolique injurias patiatur*. In verbo שקד Cl. *Guſſ.* autumat ineſſe *ſedulam aſſiduitatem*, unde hic deſignetur *aſſiduitas in incolendo ſepulcro*, & quidem cum *adſectu impenſiore*, qui ſub inſigni *Tropo* nunc detur *Improbo Diviti*, *ſepulturam tranquillam* & *ſtabilem nacto*, quam *probis tantum convenire* inſinuatum erat *Cap.* 5: 26. Arridet retorſio. Blanditur quoque loci facies, *Merceri* illam I. reddens. Utique meo conatui eam longe antepono, quo olim ex شهد *inſomnis fuit*; *maligno oculo petivit*; *procul abiit*; proferebam, *& ad tumulum procul abit*. Idem tentatum a Cl. *Crom.* ex 4. *conj.* اشهد fortius adhuc dante, *propellitur*, *abigitur*. Nec hoc, nec illud meum, reſpondet *Adſectui*. Interim ſciri velim, tres, quatuorve, iſtas diverſas notiones, ex uno fonte, latente hactenus, fluxiſſe. Hunc qui aperire poterit, de quo haud deſperandum, eum loco huic lucem & gratiam adfuſurum, non eſt quod dubitemus.

Verſ. 33. Necdum finis jactationis. *Merc.* I. *ſuaviter ille quieſcit*, *nec quæ hic aguntur*, *curat*; *etſi filii puniantur: cum ipſe impune exceſſerit. Quod ſi mors*, *juxta vos*, *pœna*, *eſt ea omnibus communis*; *nam & ceteri homines poſt eum morituri ſunt*; *ut ante ipſum mortui fuerunt*. Ambigit, reddatne, *Dulceſcunt ei glebæ Torrentis*, an *Convallis* potius, per quam *torrens* decurrat; ut intelligatur *ſcrobs ſepulcralis*, ad quam ſæpe *aqua* confluat, velut in ima valle. ימשך *Trahet*, ad *Mortem* relatum a R. *Levi*, ad *Mortuum* ipſum Poëtice reducit, per *Proſop.* Hinc non diſcedunt *Jun.* & *Trem.* niſi quod *ſolutionem objectionis* induxerint. Doct. *Belg.* *Vavaſſ.* *Grot.* &c. cum *Merc.* faciunt. At *Codurc.* dicam ſcribit iis qui de *morte* & *ſepulcro* exponunt, quod *ad Vitam* omnino referendum. Contendit nempe *agi hic de vita ſuaviter in pingui ſolo*, *& ubere gleba*, *tranſacta*. Vel etiam, *placuerunt illi glebæ Vallis*, i. e. *viam latam perditionis* *Matt.* 7: 13. *amavit*, *& trivit*; *quam innumeri cum ipſo terent*, *& trivere*. Mirum ſibi in talibus placere poſſe ingenia non abſurda alias. Primis ſcintillis vividæ imaginationis qui credit, ignem fatuum ſequitur. *Cocc.* II. *delicate in terra componitur: hominesque totis regionibus effuſi*, *plangendi cauſa*, *vel prævertuntur ad tumulum*, *vel funus ſequuntur*. Subnectit, *Trahere poſt ſe etiam explicari poſſe de inclinatione animorum*, *& imitatione*, ut *Pſ.* 49: 14. Tertio adhuc pedatu, *poſſet tamen & hic ſenſus eſſe. Infinitos ante Impium* hunc *cum omni tabernaculorum memoria extinctos eſſe*, *& innumerabiles ſequi eadem caducitatis orbita. Neque tamen illos omnes fuiſſe violentos impios* &c. *Eo ipſo* vero *judicium illud Celſorum obſcurari*. Hæc redeunt ad privam *Hypotheſin* ſupra indicatam *Vſ.* 22. Prius & Cl. *de Dieu* obtulerat, ad *Jerem.* 5: 8. משך *trahere pedem*, *incedere* abſol. exponens, unde hic, *Et poſt eum omnes homines ibant*. Aſſentit Doct. *Crinſoz.* niſi quod ad *Mortuum* redigat, *qui terræ gremio molli*, & *placido*, *honorifice excipiendus*, *trahat poſt ſe infinitam pompam*; *præcedente non minore comitatu*. In *glebis vallis* alluſum cenſet ad *ritum* veterem, quo *ad collium pedes ſepulcra ſtruebantur*; *ubi ſi quis jaceret inſepultus*, *glebam duram experiebatur: ut honorifice tumulatus eam mollem ſentiebat*. Idem *Cocc.* ſpectavit, *ex glebis ſuavibus vallis* eliciens *delicatam compoſitionem in terra*. In *Vulg. Verſ.* coloranda multus eſt III. *de Pined.* Ea, ſtructura inverſa, exhibet, *Dulcis fuit glareis Cocyti*. Juſtius LXX. Ἐγλυκάνθησαν αὐτῷ χάλικες χειμάῤῥου. *Nicet.* in *Cat. Græc.* nec hunc *fluvium ſine adjutore tranare*, neque *glareas* has *attingere* ſuſtinens, ipſum *Jobum ducem* & *Expoſitorem* advocat. Ex eo, ut & e penu ſuo, variantes ſententias promſit *de Pined.* ad duo Capita redactas. Primum quod *ad pœnam* tendat. Alterum quod ad *felicitatem* quandam *funeris* ac *cadaveris*. Sub *primo* venit agmen *Latinorum*, *Greg. Phil. Thom. Gloſſ. Ordin. Lyran.* &c. qui ad *Cocytum* illum non potuerunt non cogitare de *ſuppliciis damnatorum: glareas Cocyti* de *dæmonibus*, vel & *damnatis*, exponere coacti deinceps; quibus *dulcis* fuerit hicce improbus, ad ipſos aggregatus, & tanquam *cibus ſuavis abſorptus*. Vide quid non abſurdi abſona pariat interpretatio: & confer, quæ ſub *Hieron.* nomine ad h. l. venduntur. Apparet, non probari hæc a Viro, digno, ſane, qui ſervitu-

 tem-

tem non ſerviviſſet; qua conſtrictus, pulchris hiſce meditationibus magnum locum in *Paraphr.* ſua, vel nvitus, dare debuit; ubi *Tartarum animas improborum ſumma aviditate vorantem, & rapidiſſimos fluctus Stygis*, inducit, &c. &c. &c. quos cum ſaniore ſua expoſitione, mox ſecutura, fruſtra conatur connectere. Sub altero capite 1. *Nicet.* ſic tentat; *improbo huic ipſa gleba ſterilis fœcunda fuit.* Idem 2. Allegorice *Lapides torrentis* i. e. *aſpera hujus vitæ huic homini mollia fuere.* Ipſe *de Pined.* 3. rectius ad *ſepulturam felicem & quietam* reſpicit; in qua *humus non oneroſa cineri*, ſed *levis*, ita ut ipſa *glarea* veluti *molleſcat* hujus *oſſibus*, & *blanda fiat.*. Melius abſtinuiſſet ab *Hypallagè*, qua ſuum *Interpretem* non citra gratiam extuliſſe ait, *Dulcis fuit glareis Cocyti & terræ ſepulcri*, pro *molliter oſſa cubant.* Poſterius colon *Nicet.* traxit *ad exemplum pravæ vitæ*; *ut impius* dicatur, *& quum viveret, multos ad ſui æmulationem pellexiſſe; & mortuus, multos imitatores reliquiſſe.* At *de Pined.* ad *comitatum vivi*, itemque *pompam funeream mortui*, pertinere arbitratur. *Jarch.* IV. & *Calv.* V. nihil *jucundi* vident in his *glebis*, *glareiſve*, quum ad *pœnam foveæ* & *putredinis* hæc applicant, *in quam cum reliquis mortalibus deſcendere cogatur.* Sic *Ironia* ſubeſſe dicenda verbo מתקו. *Dulces ei ſunt.* Aves ſcire VI. quid *Bolduc.* ſit daturus. Nimia mira. Nam *primo* non vult agi in hoc, & *preced. vſ.* de *Impio*; ſed *novum exemplum* poni *nobilium* & *ignobilium* mortuorum: utque הוא *Vſ.* 31. ei erat *Alius*, *nobilis* nempe; ita לו nunc reddit *Alii*, nempe *ignobili*; & *pauperi*, *dulcuere ceſpites convallis* &c. i. e. *Nobilis quidem ad ſepulcra ſublimia cum pompa ducetur, ſedens ſupra capulum quaſi vigil: pauper vero pro magno habebit abſque ulla ſolennitate ſepeliri in convallibus, lociſque abjectioribus.* Hiſce perſonis *ſecundo* ita aptat membra hujus verſiculi. *Dulcuerunt ei glareæ torrentis*, ad *pauperem* ſe refert, cujus *ori glarea* ſive *glebula impoſita, quum juxta torrentem in convalle ſepeliretur.* Hinc ortus ei *obolus* pro *naulo Charontis* indendus in os demortui. Alterum, *Et poſt ſe trahit omnem hominem*, ad *Nobilem* redit, *magna pompa elatum.* Tertium denique ad *pauperem* revolvitur, ita converſum, *Et ante iſtum, nec numerus* i. e. *tam pauci* exequias ibunt, ut *numerus* dici non mereantur. Concludit, *hunc eſſe genuinum ſenſum loci; & quicunque alius detur, eſſe extraneum.* De *Schmid.* VII. uno verbo teneatur, eum per omnia ſubſcribere *Mercero*, a quo in modo *Connexionis* tantum differt; quem ſupra ſatis expoſui. Cl. *Cler.* VIII. nihil quoque diſcrepat, de רגב tantummodo monens, *nihil ſimile* ex *Ling. O. O. proferri, ideoque de ejus poteſtate minime conſtare.* Id non nimis doctum: nam & *prolata* quædam; & aliquid *promendi* non deerat materia. *Reim.* IX. in Doctiſſ. *Paraphr.* offert jucundum conſpectum *Mollis glebæ in valle umbroſa* &c. notatque ductam figuram *a viatore qui in molli & amœna convalle requietem capit.* Reliqua ut *Merc.* Tandem *Vatabl.* X. dat, *Dulces ſunt illi glebæ torrentis, &* præterea *poſt illum omnes homines tractura eſt* Mors, *quemadmodum ante illum* traxit *innumeros.* i. e. *Glebæ torrentis, ubi ſepultus eſt, nullum ei negotium faceſſunt.* h. e. *poſt mortem nullum ſentit malum.* Hoc non extendendum ultra id quod *Vſ.* 21. dictum: nam & illuc R. *Levi*, quem ſecutus eſt, oculos reflexit. Argutiuſcule *Iſid. Clar. Figurate conſolationem & dulcedinem habere dicitur impius mortuus, quatenus ſecurus eſt, quod propter mortem nos nihil certi de eo poſſimus pronunciare.*

Ibid. Curam peculiarem meretur Phraſis רגבי נחל; quæ rite illuſtrata, lucem majorem toti *pericopæ* adferet; & quibuſdam ſaltem harum *Hypotheſium* ne minimam quidem ſpeciem relinquet: eo uſque forte re redigenda, ut de commodiore cogitandum omnino; vel ſaltem harum optima diligentius elimanda ſit. *Kimch.* in *Lib. Rad.* tres ponit opinationes. 1. *R. Jonæ*, notari *Loca in Vallibus vicina Torrenti, in quibus aquæ ſtant.* Aliorum, 2. qui מגרפות *Glebas* malunt. Itemque 3. qui חלוקים *Lapillos leves*, aut *glareas.* Mediam ſententiam, ob vicinitatem literarum, ſecutus *Avenar.* ait eſſe *glebas convolutas*, a גרף *convolvit inſtar glebarum*, & גרם *grumulos fecit.* At *Forſt.* cum גרב *ſcabies* conferre juſſerat, unde רגב colligit eſſe *lutum.* R. *Levi* dedit *fiſſuras planitiei*, idem, ut videtur, intendens, quod R. *Jona*; quem & *Ab. Eſra* laudavit ex Lingua *Arabum* hoc firman-

mantem. Ea tamen poteſtas necdum *Arabibus* adſtructa. Longius abſtat, quod *Doct. Caſt.* produxit, راجبة *junctura, flexura*. Propius, quod Cl. *Crom.* attulit, رغاب *terra mollis* & quidem *ex pluvia*. Id ſpectaſſe *Rabbinum* illum, qui facem *Ling. Arab.* ad plurima prætulit, percipies ex *Camuſo*

ارض رغاب التي لا تسيل الا من
مطر كثير او لينة واسعة دمثة

Terra רָגָב *vocatur, quæ non fluit, niſi ad pluviam multam; vel lenis, ampla, & molliter æquabilis.* In *Adag. Gol.* p. 77. habes formam رغب *Rugub*, quam & *Camuſus* exhibet, pulcherrime figuratam,

ما تنفع الشعفة في الوادي الرغب

Non prodeſt lenis pluvia in valle ampla & molli: quæ ſcil. *vel copioſum imbrem molliſſimo gremio mox imbibat.* Quid R. *Jona* ſpectarit, non ſatis dixerim; mihi ex hac ipſa poteſtate venuſtiſſima imago ſubnaſcitur, *Mollis glebæ, molliter in valle irrigua ſtratæ* veluti, *ubi mortuus tanquam in Lecto ſuaviter decumbat.* Inter ſolennia *Arabum veterum* erat *ſepulcrum perpetuo irriguum* mortuo apprecari. In *Hamaſ.*

وسقي الغوادي قبره بذنوب

Rigentque matutinæ nubes ſepulcrum ejus plena urna.

Ibid.

الما علي معن وقولا لقبره
سقتك الغوادي مربعا ثم مربعا
فيا قبر معن انت اول حفرة
من الارض خطت للسماحة مضجعا

Viſitate Maanum, & dicite Sepulcro ejus, Rigent te nubes matutinæ pluvia ſuper pluvia!

At, heus! ſepulcrum Maani, prima tu foſſa
Terræ, ducta Liberalitati in Cubile.

Reliqua non humiliore ſpiritu elata, ſic ſonant, *At, O ſepulcrum! qui tandem clauſiſti Liberalitatem, quæ terram & maria implebat? Sane cepiſti Liberalitatem, ſed mortuam; quæ ſi viveret, ut arctum nimis, diſſilires. Maanus tamen munificentia ſua vivit poſt mortem, ſicut poſt aquæ fluxum Locus, per quem fluxit, vernans fit pratum.* Hæc non de nihilo producta, deinde ſenties. Inſtar omnium eſto hocce *Motyi* in *Hamaſa* Amicum intimum deflentis.

قلت لحنانة دلوح تسح من
وابل سحوح
امي الضريح الذي اسمي ثم
استهلي علي الضريح
ليس من العدل ان تشحي علي
فتي ليس بالشحوح

Dixi Murmuranti, gravidæ, largiſſimum imbrem fundenti Nubi,
Pete foſſam ſepulcri quam indicabo; depluaſque in illam mediam foſſam.
Haud par, avara ut ſis ſuper virum haud ſane avarum.

Ex hac formula nunc putem pingi *Mortuum molliter molli in gremio terræ cubantem, in valle ampla, ubi aquis cœleſtibus largiter irrigetur ac recreetur quodammodo.* Hoc figurate tendit ad *memoriam nominis benedictam* veluti, & *inter homines honoratiſſimam* Illuc manuducit *Bohadinus* p. 1. *Saladino* ſuo precans,

سقي الله ضريحه صوب رضوانه

Riget Deus mediam ſepulcri ejus foſſam largo imbre favoris ſui. Iſto adſpectu *Molles glebæ vallis, quæ Tumulato dulceſcant*, grandiore Cothurno adferunt *conditionem ſepulturæ plane invidendam.* Eodem haud dubie fertur ſequens Colon, quod audaciſſima figura, cum inſigni alluſione *ad pompam funebrem* Magnatum, vide-

videtur eſſe conceptum, plane pro Genio *Arabiæ*, ita, ut *omnes Mortales*, *ſepulcro* & ipſi *inſerendi*, dicantur hujus Hominis *Funus* velut *exſequi*; *magnuſque* item *comitatus* illum *præceſſiſſe* ad ſepulcrum. Repræſentaretur ſic totum genus humanum, Naturæ tributum ſolvens, quorum in medio *improbus* hicce, ut *Honoratiſſimus*, conſpiciatur, ratione *ſepulturæ ſplendidæ*, reliquæque *Nobilitatis*, *laudis*, *gloriæ*, qua & eos *qui ante* ipſum *extiterunt*, velut *Anteambulones* quoſdam, & *eos*, *qui poſt extituri* ſint, velut *Aſſeclas*, magnitudine Nominis ſui obſcuret, ac præ ſe deleat. Hoc vehementiſſimum *Pathos* excitaſſe potuit in Noſtro, *Mortis & Sepulturæ* feralior illa facies, qua ſemet ipſum conturbaverat ad finem *Cap.* 17. vel & illa, quam improbo *in putredinem cum maledictione publica ituro* intentarant Amici; ut *Cap.* 20: 4. &c. & 18: 13--15. & 15: 28. &c. &c. Refutatio Eorundem ſic ſimul ſubeſſet, quin retorſio quædam in contrarium. Si nimis vehemens judicetur, *ſub* eadem *alluſione ad pompam funebrem*, pedem figas licet in *Mortalitate* omnibus *communi*, & *ſimillima ſorte* totius *generis humani*; ad quam *Merc. Belg. Cocc.* quoque ex parte, ſed ſub alia ſcheſi; itemque *Grot. Schmid. Cler. Reim. Vatabl.* &c. reſpiciebant: ut innuatur nullum *ſingulare malum*, nedum *Pœnam ſummæ cujuſdam improbitatis* huic homini incumbere dici poſſe, *eo quod in ſepulcro ſit putreſcendum*: ut *Vſ.* 22. inſinuare videbantur Amici: quibus *Vſ.* 26. illud telum ademtum.

Ibid. Dubium nemini relictum putem, quin *ſepulturæ invidenda* quædam *felicitas*, & poſt *Mortem* ipſa *vita* quaſi *dignitatis*, & *gloriæ* inter homines, *perpetuo vigens*, hic deſcribatur. Idem *vſ. præced.* clariſſime elucet; una cum *Adfectu* graviſſimo *commoti*, & *indignantis*, ut *vſ.* 5, 6. præmiſſum. Hunc *Adfectum*, unde vera explicandi ratio pendet, plurimæ, quas dedimus, ſententiæ non attendunt, nedum ſervant. Ea ergo *Hypotheſis* palmam auferet, quæ præ reliquis *Pathos* hocce *indignationis ſpirare* reperietur, aliis eo ipſo defluxuris, quod nihil tale exerant, vel & directe cum eo pugnent. Redordior a *Merc.* I. qui inter initia *vſ.* 27-31. ad *ſcopum* hunc collineat; nec *vſ.* 32, 33 inde in totum deflectit; quamvis *vim & vehementiam univerſæ periodi* exhauſiſſe non videatur. Magnopere addubitem præterea, an ſatis rotunda cenſeri queat *Hypotheſis* hæc, illa ex parte, qua recurrit ad eandem plane materiam, quæ *Vſ.* 22. deciſa: nam illuc diſerte remittit ad *vſ.* 31. & ut ibi dictum fuerat, *improbum non curare ſi poſteri poſtea puniantur*, ita in hac *pericope* enarranda perpetuo ad idem illud reflectit; quod, etiamſi *poſteritas pœnis tradatur*, *pater*, *impune hinc profectus*, *ſecure in ſepulcro recumbat*. Non video, ſi iſtam materiam ſimpliciter reſumere voluiſſet Noſter, quid *vſ.* 29, 30. & 31. ad rem faciant: quin *vſ.* 27, 28. commodius tunc quoque afuiſſent. Confer *vſ.* 26. ubi nonnihil a *Merc.* luxatum judicavi. *Jun.* ut & Doct. *Belg.* bono conſilio illam *reflexionem* & *connexionem* ſepoſuere. In *Jun.* non probo *objectionem* quam *vſ.* 32. interſeri putat. Eam ipſam dedi *vſ.* 22. cum *reſponſione vſ.* 26. *Belgæ* per omnia rotundius; in quorum deductiſſima ſerie nihil deſidero, niſi quod ſingulares quaſdam voces, phraſeſque, ſpectat. Cl. *Cocc.* II. in nexu incommodum incurrit, ſimile illi, in quod *Merc.* nam & ipſe reſumi cenſet eandem quæſtionem, per modum novæ *objectionis*, ad *reſponſionem* datam; quaſi agnoſceret Noſter, *verum quidem eſſe quod Tabernacula improborum in poſteritate funditus aboleantur* plerumque: *attamen nihil mali inde directe pervenire ad improbum*, patrem, *in ſuperbo tumulo delicate compoſitum* &c. Redeatur ad *vſ.* 29. *Generatim* obſtant quæ modo obmovi *Mercero*: quibus accedunt *ſpeciatim* alia nonnulla; ut *vſ.* 29. אהות pro *ſepulcris*: & *vſ.* 30. יובלו *abſol.* pro *ſepeliuntur, Inferuntur tumulo.* Illa tamen non omnino extra oleas. At *Vſ.* 30. vix intra juſtos fines, ut ליום exponatur *ante diem*, vel *inſtante die*. *Vſ.* 31. etiam ſenſus nimis tenuis. Præcipue autem officit, quod *vſ.* 28. ad verba, *Ubi Tentorium tabernaculorum improborum?* ſupponendum veniat, 1. *Jobum* planiſſime aſſentire Amicis, *Domus improbas aboleri* a Deo, in poſteris. 2. & quidem *ad viliſſimum uſque tentorium*, ex illa *Tabernaculorum* multitudine & amplitudine priſtina; *ſic ut vix memoria reſtet.* Quin 3. non ita longo intervallo; paulo poſt mortem improbi parentis; quippe qui *imminenti calamitati ſubductus*, *ut ſine malo*, *cum honore*, *tumularetur.* Qui talia Amicis largitur, non videtur *habere* magnopere, *quo eos confutet*; aut quo *Felicitatem longam & perpetuam improbitatis* evincat; in

Do-

Domo, quam nulla *Virga Dei tangat*, ut *vſ.* 9. dixit. Confer Cap. 12: 5; 6. Iterum, qui talia largitur, ſemet ipſum quodammodo, ſuamque cauſam, jugulat; quippe cujus *Domus* non poſt Mortem demum, ſed ipſo *vivente & vidente* fuerit *abolita*. Sentit ὁ πάνυ; nodumque ſic ſolvere conatur, quod *Viatores* tamen *teſtarentur* de *Magnificis monumentis* improborum, *ad omnem viam extantibus*. Vereor ne nodus adſtringatur potius, nam Amici ſic elabentem conſtringere potuiſſent hac inſtantia, *Ergo Tu Domum*, *poſteritatemque*, in vita tua videns *exterminatam*, *non habebis*, *qui te magnifice ſepeliat*; *idque ſummo tuo merito*, *tanquam omnium improbiſſimus*. Liquet, nil tale a *Jobo* concedi potuiſſe; ſaltem non heic loci, nam *vſ.* 19. alia res eſt: quum illa *Conceſſio* tantum ſit diſputantis, quæ a conditione tacita ſuſpenditur, *ſi forte* tale quid accidat; & quidem, ut reſponſio arguit, *longo ſeculorum decurſu interveniente*. *De Pined.* III. ſibi ipſi valde diſſimilis, per totum caput, ad *vſ.* 29. & 30. talia profert, de *improborum ſuppliciis æternis*, quæ ſi nunc obverſata fuiſſent Noſtro, omnem ejus æſtuationem facile ſedaſſent. Sane *quis indignetur ob momentaneam felicitatem improbi Divitis*, qualis *Luc.* 16. *qui mox abiturus in flammas inextinctas*, *ubi ne guttula quidem frigidæ potiri queat*? & *quis non potius Lazari ſortem ſibi exoptaret*? Solide *Merc.* ad *vſ.* 30. iſtam vertendi rationem, quæ tendit ad *ſupplicia futuri ſeculi*, rejiciens, addit, *Nihil hic de vita futura dici puto*: *ſed de iis tantum quæ in hac vita nota ſunt*, & *perſpecta*: *non quod Job neget impio*, *reſervari ſupplicium in alteram vitam*, *ubi omnium pœnas det*, *verum ut ſocios convincat*, *tantum de iis loquitur*, *quæ hic nobis apparent*. Hoc ſupra ad *vſ.* 26. etiam inculcatum. Præterea non putem valde conveniens, ut *tam ampla deſcriptio ſepulturæ* plane *invidendæ*, pro *argumento Felicitatis ſingularis*, adhibeatur, ubi nudis & apertis verbis *Æternæ Mortis infelicitatem*, & *pœnas acerbiſſimas improbis* a Deo *repoſitas eſſe* declaratum fuit. Non agit ſic, qui *indignatur* ob nimiam Dei erga improbos indulgentiam; *ſortemque* eorum *invidioſius evehit*; ſed ad iſtum modum agere poſſet, qui *improborum Felicitatem*, *hiſce in terris*, *albis dentibus ridere* vellet; per *Sarcaſmum vehementiſſimum* omnia hæcce, quæ *Vſ.* 31. 32. 33. poſita, *intorquendo in Hominem inter Homines quidem honoratum*, & *magnificentiſſimo illatum tumulo*; ſed *a Deo amandatum ad Inferos*, *ſuppliciiſque æternis addictum*. Atqui ſerio hæc a *Jobo* prolata cenſet *de Pined.* ad *felicitatem temporalem* improborum *exaggerandam*; nec ei, vel cuiquam aliorum, integrum, ad *Hypotheſin* circinandam, *Ironiam* in ſubſidium advocare, ſi a *Jarchio* diſceſſeris. Is IV. ſupponens *Amicos ipſos omnia hæc directe in* Jobi *caput convolvere*, *jam tandem pœnas dantem*, & *a Deo ulterius exſcindendum per diram mortem*, uti potuiſſet hoc *Rhetorico* ornamento, & frigidiſſimos ſuos ſenſus ad *Vſ.* 32 & 33. utcumque animare. Sed nec fecit, nec ſi feciſſet, violentæ nimis interpretationis notam effugere potuiſſet; quum nullo pacto veriſimile ſit, *Vſ.* 29. exhiberi id, quod Amici *ex Viatoribus ſe hauſiſſe* dictitarent, de *Exitio* ſimul ſemelque *improbos deleturo*. Adhibet quidem V. *Calvin.* ſpeciem *Ironiæ*, ex mente *Jobi* ſic inferens *Vſ.* 32. *Ecce hominem qui bene ſecum agi putet*, *ſi glarea tegatur*, &c. &c. Sed *Vſ.* 30. Noſtrum inducens, non *indignantem ob fortunas lætiſſimas improborum*, ſed *docentem*, *reſervari eos ad diem iræ*, *eiſque certiſſimum exitium repoſitum*, in ſeculo futuro, *Jobo* eos ſenſus nunc attribuit, qui cum ejus præſenti *Adſectu* nullo modo conſiſtere poſſunt, ut ad num. III. cum quo ex parte convenit, indicatum. De *Bolduc.* VI. non eſt quod laboremus; quippe qui vigilans ſomniaverit. Ad *Schmid.* VII. quod attinet, fateor Eum nonnulla habere, quæ oppido ſpecioſa, ut *Vſ.* 28. נדיב eſſe *probos*, oppoſitos *improbis*. Item *vſ.* 30. ליום *ad diem*, *in diem*, potius *quam in die*, quod fuiſſet ביום: & יחשך *aſſervatur*, *reſervatur*: nec non, *in diem ducuntur*, יובלו. Plauſum propterea Ei, aſſenſumque, a Viris Doctiſſ. Si tamen *Hypotheſin* excutiamus, eam tum *generatim*, tum *ſpeciatim*, magnis premi incommodis reperietur. *In genere* omnia illa hic recurrunt, quæ adverſus *de Pined.* facere vidimus, num. III. Ad monitum *Merc.* excipit quidem Vir. Doct. *Ut quid non optime de vita futura hic agatur*, *ubi melius ſolvi non poteſt objectio*, *quaſi nullum* ſic *diſcrimen ſit inter pios* & *Impios*? Sed nego id objici *Vſ.* 28. Nego quoque iſtam *objectionem* a Noſtro *ſolvi* debuiſſe, quum *omnibus* ſuis *querelis id ipſum* agat, & urgeat, *Bonos maloſque juxta haberi a Deo*: ut *Cap.* 9: 23. 24. &c. *quin imo*

probos vexari, *adfligique: improbos rebus florentiſſimis gaudere.* ut *Cap.* 12: 5 6. atque hoc ipſo *Capite* dedita opera. Nego præterea ullam *objectionem*, alicujus momenti, exiſtere potuiſſe, ſecundum explicationes *Schmidianas*, quibus *Docentem* induxit Noſtrum, ab una parte, *Impios* alios *Felices*, alios *Infelices*, eſſe: ab alia parte item, *pios* alios *felices*, alios *infelices*. Quid magnopere *ſcandali* in eo, adverſus providentiam? & quo colore inde *objiceretur*, *diſcrimen omne ſublatum*, & *nil referre*, *piuſne quis*, *an impius vivat*? Utique jam *Virtuti* quoque in terris *ſuum* a Deo *præmium* conceſſum, & quidem *cumulatiſſimum*, quale deſcriptum *Vſ.* 23. 24. ex mente *Schmid.* Nego denique *ſolutionem* iſti *objectioni* quadrare, quæ quum *duos ſcrupulos* ferat, *felicitatem quorundam impiorum*, & *infelicitatem quorundam piorum*, in hac vita, unum tantum levaret, ex *futura infelicitate illorum*, de *horum futura felicitate* ne verbo quidem facto. In *ſpecie* porro *dura* pleraque quæ *Schmid.* ad ſing. *Vſ.* attulit: ut *Vſ.* 28. *ubi Domus* &c. *& ubi Tentorium Tabernaculorum*? pro, *Quid diſcriminis* ergo *inter hos & illos*? & *Vſ.* 29. illa *ſigna*, pro *rudibus literis*, *notiſve*. Ne *Vſ.* 30. quidem omnia ei mollia. Præruptus autem, quem dat, nexus, hinc, & hinc, *An non vel Vulgus vos docere poterit*, *quod quia in diem interitus reſervatur malus* &c. ideo *nemo eum pœnæ adjudicet in* hoc ſeculo, & *honeſtam* quoque *ſepulturam* habeat, *in tumulo quem ſibi mature paravit*, *ſuaviter in ſepulcro requieſcens.* Nihil in his ſatis reſpondens *Adfectui* perpetuo *Jobi indignabundi*, quem *Vſ.* 5. 6. exſignat: & ubi ipſe *Schmid.* agnoſcit *Jobum dicturum eſſe de ſorte piorum & impiorum ea*, *quæ non ſint ad Rationis Normam*, *adeo ut obſtupeſcere cogatur ad Dei libertatem*, *in diſpenſandis hominum ſortibus.* Nemo *obſtupeſcat* merito, quod *nonnulli improbi*, ad quos pericopam hanc iterum reſtringere cogitur *Schmid. ad pœnas æternas reſervati*, interea a nemine *Judicialiter condemnentur ad pœnam*; ſed *honeſta ſepultura adficiantur.* Profecto ſtare non poſſet Mundus noſter, niſi hoc temperamento uteretur Divina ſapientia: ac proinde colligo, nihil tale a *Jobo* cogitatum, diſputatumque, fuiſſe; ſed illud, quod revera *ſtuporem* incutit; *improbos perditiſſimos a calamitate publica plerumque ſubduci*; (per ſpecialem Dei curam) *qua probos*, *omnibus modis adflictos*, *ut plurimum*, *videas interire.* Cl. *Cler.* VIII. nos non detinebit; fluctuans ipſe, in *Paraphr.* propior *Schmidio*: at in *commentatione* ad *Merc.* accedens. Doct. *Reim* IX. Hypotheſin *Schmidianam* ita fere ſequitur, ut eam in quibuſdam juvet, & ſpecioſiorem reddat. Manent interim difficultates obmotæ; & *Vſ.* 30. ad *pœnas improbo infligendas poſt Mortem* applicans, quin *ſepulturam* ſpectans ut *conjectionem in carcerem*, non ſane commode *ſepulcrum amœnum*, & *mollis inſtar Lecti ſtratum in molli ſolo*, mox ſubjungit. *Vatabl* X. cum *num.* I. in pleriſque conſpirans, ad *Vſ.* 28. diſcrepat in eo quod נדיב ei notet *probum* in genere, oppoſitum *improbis*. Id meretur examinari. Sed plane rejiculum, quod de *diſcrimine probi*, & *improbi*, ex *ædificatione arcium*, ibidem ex ejuſdem mente vidimus. Illud ex R. *Levi* hauſtum ſcias, ex quo & *Mercerum*, omiſſo tamen hocce frigido commento, hauſiſſe, ſupra ſubmonitum: ac proinde *Rabbinus* hicce ad *primam Claſſem* referendus, niſi quod circa *Vſ.* 28. privum quid habere reperiatur.

Ibid. Declarandum tandem, quid nobis ad ſingulos hujus *pericopæ verſiculos* ſedeat; & quid in *Hypotheſi* illa *Doct. Belg.* cui palmam vindicamus, ad liquidiorem forte rationem reduci poſſet. I *Vſ* 28. נדיב pro *Filio Jobi*, vel *Jobo ipſo* durius, quamvis & *improbum principem* hac voce ſignari poſſe non neſciam. Vide *Pſ.* 83: 12. Longe tamen veriſimilius; *probos* nunc, & *ingenua virtute* ac *Liberalitate eminentes viros*, intendi, in hunc ſenſum. *Enimvero dicturi eſtis*, illa veſtra cruditate, qua hactenus adverſus me egiſtis, nihil mitigata; *Ubi Domus Viri ingenui*? *& ubi Tentorium tabernaculorum improborum*? i. e. *Exempla nobis dari volumus* talis *Domus*, ubi *probitas & virtus adflicta jaceat*, *miſerrimam vitam* & *mortem* pro ſorte ſua auferens: itemque talis *Tentorii*, ubi *improbitas* palam *regnet in media opulentia*, & *felicitate nunquam turbata*. Fateor איה *Ubi*? ſæpe *abolitionem* inferre, & eſſe *exclamationem inſultantis ob interitum*: ut *Cap.* 20: 7. Simplicior tamen uſus frequentat *ubi eſt*? pro, *non video*; *velim videre*, *deſidero*; *ſiſte huc*; *Cedo*, ut *Gen.* 22: 7. *Exod.* 2: 20. &c. in ſimilique plane *provocatione*, *Job.* 4: 7. איפה *ubi alicubi Recti deleti ſunt*? Quod ergo ibi ſponte *Eliphazus*, id heic ip-

ipſi ſociiſque merito tribuit Noſter, facile ſentiens eos præfractius omnia hæc negaturos, tanquam Experientiæ parum conſona. Supplevi *Talis*, vel potius *illa*, ut ſit, *ubi illa domus*? & *ubi illud Tentorium &c*? diſputatione ipſa illuc ferente, nec non Lingua, quæ איה abſolute admittit pro איו *ubi ille*? Vide *Cap.* 15: 23. אהל משכנות *Tentorium Tabernaculorum* ſignat *multitudinem ingentem*, *ſub auſpiciis Tentorii principalis quaquaverſum extenſam.* Depingitur *Familiæ improbæ amplitudo*, & *potentia*, *longum durans.* Eodem redit *Schmidii collectivum*, pro *Tentoriis habitationum.* Hinc jam promtiſſimus tranſitus II. ad *vſ.* 29. *Vultis dari vobis Exempla* Talium. *Ubique Terrarum ea in oculos incurrunt cuilibet. Rogate modo Viatores* &c. &c. Inſignis *Hebraiſmus*, הלא *Annon interrogatis*? pro *interrogate.* Ita *Ruth.* 2: 8. הלא שמעת *Annon audiviſti*, *Filia*? pro *Audi quæſo.* 1. *Sam.* 26: 15. הלא תענה *Annon reſpondebis*? *Reſponde quæſo.* Iſti *viatores* autem, vel ſtricte, *qui terras luſtrarunt* &c. vel latius, ſimulque aculeatius, *quemlibet e via modo arreptum.* Ne *allegoria* quidem abſurda, ſi ad *omnes omnino homines vivos* extendatur. *Rogate modo* quemlibet *qui orbitam terit mortalitatis.* דרך *Via* pro *vita præſenti* non incognita Doctis interpretibus. עובר אלשביל عابر السبيل *Tranſitor viæ* apud *Arabes* figurate *Mortalem* deſignat: ſimpliciter vero, *Hominem e trivio quemvis*, qui & בן אלשביל *Filius viæ.* אתות *ſigna*, pro *Monumentis ſepulcrorum*, *quæ ſimul ſignent vias*, gradum tueri nequeunt, quamvis de *ſepulcris vſ.* 32. agatur. Omnino intelligenda *Exempla*, & *documenta evidentiſſima* eorum quæ *Jobus* diſſeruerat, *de ſorte improborum*, *proborumque*, per omnem *terram*, *viamque*, *extantia.* Alluſum ſimul ad *ſigna viarum.* Quin ſuſpicari eſt, reſpectum quoque ad notionem *ſignorum* pro *Caſibus extraordinariis*, & *ſtupendis* plane, quæ Τέρατα dicuntur, *Oſtenta.* Illa *ſigna non abnegabitis* utique, qui mihi mea jura negatis: *pudebitque vos*, quod omnes *uno ore* teſtantur, *in dubium revocare.* III. Hic finio ſententiam aculeatiſſimam, neque *vſ.* 30. cum 29. ita connectere neceſſe habeo, ut reliqui, qui eo expreſſum autumant, *quid* Amici *ex viatoribus percipere poſſent.* Nil decedet mihi, ſi quis nexum illum propiorem retineat, ſed rogo, an & *vſ.* 31. det verba viantium? *Schmid.* reſpondebit, utique; quippe qui כי & מי ut *cauſam* & *effectum* languide connexuerit. Rogo iterum, an & *vſ.* 32, 33. eodem filo verborum decurrant? Id neutiquam veriſimile. Efficio inde, nec *vſ.* 30, *Viatores* loqui, ſed ipſum *Jobum*; qui quum, non ſine ſtomacho, *Amicos ablegaſſet ad quemcumque e via*, *Exemplorum*, quæ ſibi dari volebant, *innumerum numerum daturos*, ipſe diſputationem interruptam pertexere pergit, atque occaſione *vſ.* 26. clauſulam concipit, qua *Fortunatæ vitæ* improbi *fortunatiſſimam ſepulturam* pro coronide imponere poſſet. Reſumit ergo Noſter *Vſ.* 30. *profecto ad diem*, i. e. ingruente die, *calamitatis* omnes *obruentis*, יחשך *parcitur Malus*, & ſingulari cura ſubducitur cladi: *ad diem irarum* omnia *inundantium*, ipſi *feſtivitate læta augentur.* כי proprie ὡς μὴ eſt concludentis; & adfirmantis. ליום pro ביום ut לערב *ad veſperam*, *Gen.* 49: 27. &c. עברות *efferveſcentiæ*, *iræ*, metaph. a *fluvio exundante.* יובלו non pertinere ad עברות, arguit diſcrimen generis. Eo impulſi plerique, ad רע *collective* ſumtum retulere, *in malum* quidem, qui *pœnas improbo deſtinatas* volebant: *in bonum*, qui contra; ut Doct. *Belg.* aliique, *eripiuntur*; *exportantur*, *evehuntur* e periculo. Cl. *Schmid.* rogat, *ubi locorum* יבל *ſimpliciter poſitum*, *educere e malo* ſignificet? Mutemus ergo leniter, & ſcrupulus erit nullus. *Deducuntur in pompa*, & *omni lætitia circumfluunt*, e malis extracti. Hanc emphaſin *ſolennis deductionis*, & *pompæ*, non *funebris* tantum, ut *Vſ.* 32. ſed *feſtivæ*, præſtabit *Pſ.* 45: 15. 16. *Pſ.* 108: 11. *Pſ.* 68: 39. *Jer.* 31: 9. &c. &c. Talem feſtivam pompam, dederat *Vſ.* 12. hujus *Cap.* unde *Jobum* loqui, ſuoſque reddere ſenſus, ſat evidens. IV. Ipſe quoque *Vſ.* 31. ſic pergit, *Quis ei ante oculos ponit in faciem viam ejus*? &c. &c. Omnia *crimina*, quibus palam Deo, hominibuſque, inſultat, quæque elata manu perpetrat, *fert impu-*

34 Quomodo ergo me conſolamini Vanitatem? & reſponſiones veſtræ prævaricationis plenæ ſunt.

34 ואיך תנחמוני הבל ותשובותיכם נִשְׁאַר־מָעַל :

pune; neque vel *homines ipſum caſtigant*, *vel Deus*. Habes ſententiam, quæ omnes Amicorum declamationes uno ictu enervet. הגיד hic valet idem, quod *Pſ.* 50: 21. הוכיח & ערך לעיניו *Caſtigare*, & *inſtruere ſub oculis aciem convictionum*, & *pœnarum ſimul*. Ille locus ad aliud quoque utilis: nam ut oſtendit *Criminoſiſſimos*, Deo ſilentium agente ad longum tempus, *impunitatem ſibi promittere*; ita probis inde *Tentationem* ſuboriri, *indignationiſque adſectum*, nil mirum. V. Illo abreptus Noſter, *Vſ.* 32. deſcendit, ad *ſplendidam* & *Fortunatam ſepulturam*, quæ tali homini, ultra communem ſortem, poſt vitam fortunatiſſimam, conceditur: *Et ille ad ſepulcra*, magnifica Mauſolæa, *deducitur*. *ſolenni pompa*; & *ſuper Tumulo pervigil excubat*. Eſt phraſis *Dithyrambica*, ut videtur, quod genus in Libro noſtro crebrum, qua *immortalitas nominis* & *honoris* ſignatur. *Titelman*. hanc *vigiliam* ad *vitam in hominum memoria* quoque reduxit. Illuſtremus. *Per Mortem* omnia *ſopiri*, & *extingui*, dicuntur. Hoc gravi figura eſt יִשְׁכַּב *cubare*, *occumbere*, κοιμᾶσθαι; ut *Vſ.* 26. ubi *Lectum* vidimus, cum *veſte ſtragula*. Ad anſam iſtam aſſumtum ſuſpicor noſtrum יִשְׁקֹד, quaſi per *Epanorthoſin*; Male *ambos eodem in pulvere cubare*, & *ſomnum ſubire æternum*, dicebam, *hicce enim improbus*, *vigilat ſuper Tumulo ſuperbo*, *in quem grandævus*, *mortique maturrimus*, *magna pompa illatus eſt*, atque *Immortali fama gaudet*; dum *probus* interim *in pulvere* & *infamia putreſcit*. Nihil in hiſce, quod non ſtylus Cothurnatus adfectet in præſtantiſſimis Auctoribus. Ἀκοίμητον *pervigil* certe *Græcis* pro *perenni*, & *extingui neſcio*, non ignotum: poſſiſque ἀκοίμητον κλέος, *Gloriam non dormituram* efferre, ut ἄσβεστον *Homerus*, ex illo *Soph. Oed. Tyr.* 880 ubi *oblivio* dicitur κατακοιμᾶν *ſopire*, *extinguere Leges*; vel ut *ignis* κατακοιμᾶται *ſopitur* apud *Plut.* in *Cic.* 870. Granditer *Æſch. Prom* 358. Ἄγρυπνον βέλος Ζηνὸς *Jovis telum pervigil*, pro ἄσβεστον, ut *Schol.* Quin *Soph. Oed. Col. vſ* 677. multo pulcherrime, οὐδ᾽ ἄϋπνοι κρῆναι μινύθουσι, *neque inſomnes fontes deficiunt.* i. e. ἀέναοι *perennes*. Si lubeat *Medicationem cadaveris*, *ne computreſcat*, *alioſque honores Divitis tumuli*, quos *de Pined*. reſpexit, adjungere, liceat. VI Ad *vſ.* 33. non eſt quod vel verbum ſuperaddatur. Non negligendum, hanc *ſepulturam honoratiſſimam* ſimul reflecti ad vſ. 21. quod Deus *judicet* רִמָּה *vermibus exeſum*: atque ad illud refutandum, huc evectum eſſe Noſtrum, ut etiam *in ipſa regione Mortis*, & *putredinis*, *lætiorem* eſſe evincat *ſortem improbi honorificentiſſime tumulati*, & *nullam Dei*, *hominumve*, *maledictionem*, *ſed contraria omnia*, *experientis*. Hæc *concitati* & *ardentis Adfectus plena*, nihil tamen trahunt abſurdi, quum *Jobus* κατ᾽ ἄνθρωπον diſputet adverſus Eos, qui *pœnas improborum viſibiles*, & in *ſenſus noſtros* incurrentes, improvide urſerant, ut inde hoc ipſo in ſeculo *a probis internoſci ac diſtingui* poſſent: quod *Syſtema* non aliis armis validius confutari, ac vanitatis revinci potuit.

Verſ. 34. Concluſio acerrima; qua *vanitatis* non tantum, ſed & *prævaricationis*, redarguuntur Amici, qui quum *Conſolatores* ſe Adflicto præſtare debuiſſent, taleſque haberi vellent, *acerbos cenſores*, quin *adverſarios iniquiſſimos* agebant: ſub *ſpecie officii*, & *pietatis*, ſuam Noſtro *innocentiam* extorquere conantes. Phraſis תנחמוני הבל *conſolamini me vanitate*, ὀξύμωρον videtur animanda; ut *Cap.* 16: 2. q. d. *pro ſolatio venditatis quod dolorem meum irritat*, *ac vulnera venenat*. Non ſatisfacit, quod cum *Merc.* plerique habent; qui ſimpliciter *Conſolationem vanam* intelligunt, q. d. *In vanum mihi promittitis meliora*, *ſi reſipiſcam*, *quum improbi hic per totam vitam ſæpe proſperentur*, &c. &c. Cl. *Cocc.* in eo ſitam putat *Conſolationis Vanitatem*, quod docere voluerint *pios non adfligi ut impios*, & *Jobum habere quod expectet*, *quod non ut improbus caſtigaretur*, *quum ipſe contra tenderet ſe pro improbo adfligi*, & *nullam eſſe expectationem ſuam*. Conferantur quæ ad *Cap.* 20: 1. ſubmonui Non ſatis commode quoque *Merc.* *Et reſponſiones veſtræ relicta eſt transgreſſio*;

pro

pro *relinquuntur transgreſſio*: vel ſubaudito ב *in reſponſionibus veſtris relinquitur transgreſſio.* h. e. *ex illis relinquitur in animo audientium transgreſſio* contra Deum, *quia quum ejus juſtitiam vultis defendere, potius eum injuſtitiæ accuſatis* &c. &c. *Schmid.* probans priorem conſtructionem, mavult, *Manet, & evictum, quod reſponſiones veſtræ peccent contra me, & contra Deum.* Simillime *Cocc.* monens מעל eſſe *prævaricationem*, ſive *violationem officii ſub jactatione officii*: atque *Reſponſiones Amicorum* vocari *prævaricationem*, quod in iis eſſet *oppugnatio veritatis ſub officioſo nomine ejus aſſerendæ: proditionem cauſæ Dei ad defendendum ſuſceptæ, vexationem Amici per conſolationis arrogationem.* Conferatur quoque *de Pined.* eodem collineans, nec non *Jun.* Aliud adhuc reperio tentatum a Cl. *Guſſ.* ſub שוב, ubi obſervat תשובות eſſe *annos*, & *in ſe redeuntes circulos*; unde mallet, & *id quo redeunt orationes veſtræ, concluſioneſque, hoc eſt, ſupereſt peccatum, cujus tibi conſcius es.* Sic מעל in ipſum *Jobum* recideret. Ingenioſius, quam verius. Omnino מעל illa amplitudine, quam *Cocc.* dedit, Amicos verberat, hac in cauſa *prævaricationis* manifeſtiſſimos; præſertim ex noſtra mente; minus ex illa *Cocc.* qui eos *pietatem* ſuam *Jobo* reliquiſſe ſupponit. Structura commodior forte erit, *Et reſponſiones veſtras*, quod ſpectat, *Reliqua eſt prævaricatio. Summa ſummarum redit ad prævaricationem* indigniſſimam, *qua officium mihi debitum, quin & Dei Cauſam*, ſic diſputando, *proditis.* &c. &c.

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

Verſ. 1. ויען אליפז התמני ויאמר׃

2 הלאל יסכן־גבר כי־יסכן עלימו משכיל׃

3 החפץ

Verſ. 1. ET reſpondit Eliphazus Themanites, dixitque.

2 An Deo utilitatem procuret Vir? profecto ſibimet utilitatem procurabit prudenter agens.

3 Num

Verſ. 1. Tertius nunc volvitur Orbis diſputationum, quæ a parte Amicorum remittunt, & plane elangueſcunt: ut *Jobus* contra, adverſariis campum relinquere coactis, animoſius ſe infert, atque magnifice de ſe ſuiſque rebus diſſertat. Hoc in Capite ſuperiorum quoque congreſſuum princeps *Eliphazus*, ſuas, ſociorumque rationes, in arctum redactas ſatis fatetur, quum ad deductam modo confutationem nihil directe regerit, ſed receptui canit, ad tela victis familiaria confugiens, hoc eſt ad criminationes, ad injurias, ad odioſas conſequentias, quas Noſtro largiter ingerit; ac tandem, ut viciſſe videretur, ad pœnitentiam agendum denuo ipſum compellens, ſub ſplendidis pollicitationibus conditionis ad priſtinam opulentiam innovandæ. Cl. *Schmid.* monens *bilem Eliphazo vehementius exarſiſſe*; *ſed tamen calumniatum potius eſſe, quam ſolidi quicquam reſpondiſſe*, plane nobiſcum ſentit: ut & *Merc.* quin *Nicet. Lyran.* aliique huc collinearunt; fruſtra renitente *de Pined.* qui hujus Capitis ſummam accuratius conſtituere potuiſſet, ſi attendiſſet, non refutari quæ *Jobus* tanta cum fiducia aſſeveraverat; ſed ſubterfugia tantum quæri, & arenam, quod dicitur, ſpargi, ubi arma e manibus excuſſa.

Verſ. 2. Abruptum exordium implicat, in ver-

verbis alias ſat planis. In iis reddendis nimis liber I. *Vulgatus*, *Numquid Deo comparari poteſt homo, etiam cum perfectæ fuerit ſcientiæ?* Hoc, expoſitore *de Pin.* eſt. *Num ſe in rerum humanarum diſpoſitione ſapientiorem & providentiorem faciet Deo*, vel ſaltem *æqualem Ei*, *ut vel corrigere ſuſtineat quæ Deus circa illas conſtituit, vel ad examen vocare?* Fluidum eſſe calcem, iiſdem in caſtris militans *Bolduc.* demonſtravit: & ipſe tamen linens, miſcenſque, quum contendit, *Comparari* in priori membro tantundem eſſe ac *acquiri*, in hanc ſententiam, *Numquid tanquam utile quid Deo acquiretur vir? tanquam ei profuturus?* Unius literulæ mutatione ſe *Vulgat.* cum *Hebr.* conciliare poſſe cenſebat *Vavaſſ.* ſic legens; *Numquid Deo comparare poteſt homo?* i. e. *aliquid opis adferre.* Cordatior III. *Codurc.* dans, *Numquid Deo proderit Vir?* &c. & non male primo conferens *Luc.* 17: 10. *ſervi inutiles ſumus*: ſed mox ultra verum & æquum provectus, quaſi *Epicuræorum ſententiam amplecteretur* Eliphazus, *atque innueret, nec lædi noſtris factis* Numen, *nec juvari.* Crudum. Non ſatis quoque coctum, ut incocta illa *Nachmanidis*, & *Ab. Eſræ* quæ *Merc.* adduxit, mittam, quod alii *Hebræi* apud eundem ſuggeruut, *Neminem Deo conſilium dare poſſe, Eumque docere, quis puniendus, quiſve remunerandus.* Magis ad rem IV. quod alii *Hebræi* de *juſtitia & rectis operibus* intellexerint, hoc pacto: *Putaſne hominem ſua juſtitia quicquam Deo conferre, ut ideo eum ſtatim remunerari debeat? Minime vero. Sibimet ipſi prodeſt qui prudens eſt.* Hunc ſenſum *Merc.* merito proclivorem vocat; quem ſecuti longe plurimi; cum aliqua tamen varietate ratione poſterioris Coli. Duriſſime *Jun.* *Quum prodeſt, ex eo proſperatur* Deus? Mollius Doct. *Angl.* *An Deo poteſt eſſe utilis Vir, quando is, qui prudens, poteſt eſſe utilis ſibi ipſi?* Similiter *Vatabl. Druſ. Cler. Crinſoz.* &c. Alii malunt כי *Quoniam, ſed, utilis ſibi ipſi prudens*; quibuſcum faciunt Noſtri *Belg.* poſt *Calv.* ut & *Guſſ.* ſub סכן. Ab omnibus his diſcedit Cl. *Cocc.* tribus rationibus adductus. 1. סכן *cum* על *perſonæ non legi.* 2. *non opus fuiſſe addi pronom. reciprocum.* 3. *communem uſum pron.* מו, *in plur. eſſe non deſerendum ſine neceſſitate: quæ hic nulla.* Vertit ergo; *Numquid Deo utilis homo? Si utilitatem procuret in illis prudens.* Quibus? ſequentibus, *juſtum eſſe, integris viis uti.* Ea ſententia *non parum dura* Cl. *Schmidio*; & eſt ſane; ſic enim dubitari videretur, an utilis eſſet pietas; quamvis *ſi* pro *ſi quando* forte voluerit ὁ πάνυ: ut in illo altero conatu; *Num Deo fructuoſe diſpenſabit homo, quia ſibi fructuoſe diſpenſat ſuper iſtis rebus?* Addit tamen & *Dubitative, ſi etiam fructuoſe diſpenſat ſuper iſtis prudens. Si modo ullus eſt vel prudentiſſimus, qui fructuoſe diſpenſet ſuper iſtis*, ὁ κατορθῶν ἀεὶ ἐκεῖνα. Omnibus hiſce, non adeo limpidis, inhæſum, obſcrupulum ex uſu *plur.* & מו; quod a multis nonnunquam *ſing. num.* venire creditum; non accredente *Cocc.* ſed loca *Job.* 20: 23. & 27: 23. *Pſ.* 11: 7. *Gen.* 9: 27. *Jeſ.* 44: 15 & 53. 8. ad vim *plur.* revocante. *Bolduc.* V. diverſiſſimus abit, ſic ſtruens, dicam, an deſtruens? *Nonne Deo proderit Vir, ut proſit erga ſe prudenter agens?* h. e. *Nonne juſtum eſt ut vir ingenuus in omnibus quærat quæ ad Dei gloriam ſpectant, ut vir ille ſibi ipſi proficere poſſit?* Longe diverſum quoque adſpectum dedit Cl. *Schmid.* VI. *Num apud Deum etiam aliquis habebitur pro viro utili, quando apud ſe ipſum exiſtimabit, ſe eſſe virum utilem, qui prudens exerceat juſtitiam?* Opinatur *Jobum* argui *Philautiæ*, & caſtigari *opinionem, quam de juſtitia propria fovebat*; quamque neget *Eliphazus ei apud Deum profuturam, non idem de ipſo judicaturum.* Scrupuli graves obſtant. 1. יסכן ad *opinionem* tantum, & *imaginationem* relatum in poſteriori Colo. 2. ל & על pro *apud*, illo ſenſu *judicii apud Deum*, & *ſe ipſum. Clar. Mich.* עלימו malle videtur, *ſuper iſtis futilibus dictis aut factis.* Cl. *Reim.* ad *Amicos* retraxit τὸ עלימו. 3. משכיל non opportunum utique in eo qui *putat ſe prudentem eſſe*, vel *prudenter juſtitiam exercere, taliſque* tantum *ſibi videtur.* 4. Si hoc voluiſſet Cenſor, aliter, credo, locutus eſſet; neque repetito יסכן ſententiam implicuiſſet. Nec ſatis ad rem 5. ut nil aliud nunc intendatur, quam *Ineptum eſſe ut aliquis juſtus haberi velit, quum non ſit; idque apud Deum haud profuturum?*

For-

3 החפץ לשדי כי תצדק ואם־ בצע כי־תתם דרכיך׃

3 Num oblectamentum *erit* Omnipotenti, ſi juſtus fueris? & num lucrum, quum integras præſtiteris vias tuas?

4 המיראתך

4 Num

Fortius quid deſiderat ardor hujus concertationis. Subſcripſerim itaque VII. Doct. *Belg.* ita ſerie digeſta, ut in verſione expreſſum. Commodius paulo videtur כי *profecto*; ut *Cap.* 21: 30. & 8: 6. עלימו *ſuper ſe ipſo*, pro *ſibi ipſi*, decus habet, & pondus; quia על infert *beneficium injunctum* quaſi, vel *impoſitum*, & *cum obligatione adſtrictum.* Ita magni Interpretes *Pſ.* 16: 1. dant, *Bonum meum non eſt ſuper te; ut incumbens cum obligatione.* Sic nil impedit, quominus על poſt סכן ad *perſonam obligatam* ſe referat, ut ל etiam *obligationem* infert. Hinc pulcherrimus ſenſus effloreſcit, quo negat *Eliphazus*, משכיל *providenter, & cum virtute omnia agentem, Deo ullam utilitatem procurare, per quam debitor ei conſtituatur ad mercedem, & præmia: ſed quicquid utilitatis in officio prudenter & diligenter culto, quod maximum, id omne tantum in ſalutem ipſius hominis redundare, qui ſemet ipſum ſibi obſtringat* quodammodo, *ſuam felicitatem ſibimet procurando.* Nemo ſane minus *meretur de ſe ipſo*, quam impius: ut contra pientiſſimus quiſque *optime & præclariſſime de ſe meretur*, per Divinam gratiam. Habes acumen, quo repetitio verbi סכן redditur jucundiſſima, & nervoſiſſima. Primam & ſecundam difficultatem *Cocceji* ſponte ſolvit hæc explanatio: manet tertia, quam ſi levaſſe non videatur Cl. *Vitr.* ad *Eſaj.* 53: 8. ad משכיל *Collective* haud dubie ſumendum recurras, licet, cum Cl. *Guſſ.* ſub מו huc inclinante. *Sane prudens procurabit utilitatem*, עלימו *ſuper ſemet ipſos.* Nihil habet hæc ſtructura, quod non Linguæ elegantiſſimæ admittant, quin captent. Id magis adhuc placere poſſet, ſi מו, ut ſuſpicor coaluerit ex ם *plur.* & ו *ſing.* ut ſit *ipſiſmet ſibi.* De eo alias: ut & de locis ſupra poſitis, in quæ nunc excurrere haud eſt, quemadmodum & liberioribus ſpatiis reſervanda diſcuſſio Radicis סכן, cujus notiones varias *de Pined.* ſuo interpreti veliſicaturus, *non magis cohærere* ait apud *Rabb.* & *Hebraizantes*, quam *ſcopas diſſolutas.* Ad *vſ.* 21. hujus *Cap.* aliquid ea de re reddetur. Nunc tantum moneo Cl. *Cocc.* utiliſſimam operam navaſſe, quum סכן declarat οἰκονομεῖν πρὸς ὠφέλειαν; unde סֹכֵן *Oeconomus, promus condus* &c. &c. Poſſes & Ταμιεύεσθαι uno verbo dare, nam סֹכֵן eſt Ταμίας, unde partim exiſtit *recondere in cellam promtuariam, apothecam*, quales מסכנות dictæ, unde מִסְכֵּן *frugalis, pauper*; מסכנות *frugalitas, parcitas:* partim *expromere in uſum & utilitatem aliorum*, vi velut alternante, quæ geminam τοῦ סכן ſignificationem ſponte ſuggeſſit, *Utilitatem capere*, & *dare.* Utramque noſter textus ſuaviſſime copulavit; *An Deo* Ταμιεύσεται, *utilitatis quid promet; & procurabit Vir? profecto ſibi* Ταμιεύσεται *quisquis* משכיל *prudentia utetur. Super ſe ipſo recondet quaſi*, quicquid utile, jucundum, pulcrum, in opere recto, *ejuſque fructum ſibimet reponet, ſuo tempore*, ad felicitatem ipſius, non Dei, *expromendum.* Habes conſpectum, qui id quod IV. num. propoſui ornatius reddit, & ſimul cumulatius, tum in ſe, tum in *Controverſia de merito juſtitiæ, & bonorum operum*, quod ab *Eliphazo* hic directe oppugnatur. Nempe quum toties *Jobus* expoſtulaſſet cum Deo, & *jura* ſibi *ſua detracta* dixiſſet, id ita acceptum a ſociis, ac ſi *juſtitiam propriam ſibi arrogaret, Deumque ſibi conſtitueret debitorem, quem ad rationes red-*

den-

dendas revocare fas ei eſſet, cur *præmia* promeritum, ſcilicet, *pœnis* mulctaret? Hoc in animo non habuerat *Jobus*, attamen ex modo vehementiore diſputandi cum Deo, Eumque ad congreſſum evocandi, ſatis ſpecioſe aſſumi potuit, idque nunc Noſtro objectat *Eliphazus*, ut quum rationibus vincere non poſſet, criminationibus victoriam reportaret.

Verſ. 3. Sententiam, quam propoſui, felicius nunc expreſſit *Vulgatus*. *Quid prodeſt Deo ſi juſtus fueris? aut quid ei confers, ſi immaculata via tua?* Graviſſime hic prævaricatur I. *de Pined.* ita verba torquens; *ſi Deus te exerceret ærumnis innocentem, & immeritum, certe videretur non tam tui, quam ſui, cauſa, te adfligere: quod ſi id faceret ſui cauſa, aliquid ex tuis ærumnis compendii facere poſſe deberet. Sed quid obſcero Utilitatis, & lucri, confers illi, ſi cum ſancte vixeris, nunc adfligaris innocens?* Hoc committere auſus ille, quamvis ante oculos eſſent *Olympiod.* & *Chryſoſt.* Eſto, *fueris juſtus, & innocenter vixeris; quid inde commodi Deo contuliſti, ut glorieris ea de re, teque magnifice efferas?* Item *Gregor. In omni, quod bene agimus, noſmet ipſos, non autem Deum, juvamus.* Simillime *Gloſſ. Ordin. Lyran. Philip. Thom. Cajetan.* quorum una mens, *Deo nihil accedere e bonis humanis, & juſtitia ac ſanctitate noſtra.* Ad hæc omnia tamen oculos claudens, *Ego vero*, inquit, *ut bene cohæreat, accipio pro juſtitia & ſanctitate adflicta, ac vexata:* & *de ea Utilitate, aut voluptate, quam ex juſtorum ærumnis capere poſſet Deus; quo univerſa Jobi contentio videtur ſpectare, aſſerentis, atque etiam gloriantis, ſe innocentem vexari.* Digreſſionem deinde facit, ad explicandam argumentationem iſtam *Eliphazi*, qua nihil alienius, dilutiuſque; quin, quod abſurdiſſimum, qua evincere ſatagit, *Utique* Deo *& voluptatem*, & *alia commoda, ex juſtorum ærumnis accedere; ut merito reſpondere potuiſſet* Jobus, *innocentiam ſuam adflictam, beneque probatam, Deo multum prodeſſe & conferre.* Nempe par erat, ut tenebris relinqueretur, qui eas præ luce, oculis ſe ingerente, præoptaverat; ut *merito bonorum operum*, quod corruit ſecundum iſtam Veterum explanationem, humeros ſupponeret. Eodem ſtudio ductus *Bolduc.* II. ita *Vulgati* liquidam ſententiam ex *Hebræo* obnubilat, *Numquid voluntas Schaddai quod juſtificeris?* i. e. *Numquid putas gratum te facere Deo, quod tam anxie, tam ſollicite, tuam ubique innocentiam prædices? Imo multum hoc ei diſplicet, atque dum perſtas in hac vana oſtentatione probitatis, infeſtum te plane reddis Omnipotenti.* Ineptias cumulat, ſimulque diruit ipſe, ſic claudens, *Quia valide probaverat Jobus ſe innocentem adfligi, ideo Eliphaz nunc dicit, tam ſollicite, accurate, & cum tanto verborum apparatu tuam juſtitiam defendiſti; ac ſi ex iſto tuo patrocinio Deus maximum percepturus eſſet emolumentum.* Triumphat veritas, haud agnita; neque ſeverius ſui contemtum ulciſci poteſt, quam ubi tales nebulas contra ſe excitari permittit. Devius abit quoque *Codurc.* III. ad *Epicureiſmum Eliphazi* hæc detorquens. q. d. nunc, *ſcilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos ſollicitat; ut tu Juſtus ſis!* Cordatiſſime IV. *Vavaſſ.* agnoſcit doceri, *Deum nullum fructum capere ex hominum probitate, neque in commodum ex vitiis.* Atque in hoc *vſ.* quidem, *negari quicquam utilitatis Deo adſerre hominem, quantumvis bonus, ac frugi ſit*: in ſeq. autem, *nihil ei incommodare, quantumvis improbus ſit.* In noſtris ergo caſtris, præſidiiſque, verſatur, quæ junctis Noſtrorum Veterumque, viribus, firma, & inexpugnabilia obtinentur; in ſententiam a *Merc.* rite declaratam poſt illos quos num. I. percenſui; *Deo, quantum ad ipſum attinet, nihil ex noſtra juſtitia accedere commodi & emolumenti; quippe qui abſolutiſſimus ſit, nulliuſque indigus:* itemque a *Cocc. Quum dicitur Deum nulla voluptate augeri, quum nos juſte agimus, ſenſus manifeſtus; Deum ex noſtra juſtitia non capere gaudium, quo ipſe fiat beatior; utpote αὐτάρκης.* Conſpirant *Belg. Angl. Genev. Deod. Grot.* &c. &c. &c; ne *Judæis* quidem diſſidentibus. *Nachmanid.* diſertim; *ſtatuit, quum bonum colitur, nil boni ad Deum pervenire; ut nec mali quid, ſi malum: ſed Deum velle bonum, in bonum eorum qui boni.* Conſimiliter *R. Levi, An tanta Deo oblectatio & utilitas ex juſtitia tua accedit, ut te continuo remunerari debeat?* Vides vim veritatis, in iis etiam, qui *merita bonorum operum, palmaſque debitas*, ſtrenui alias admordent. Ut tamen ſæpe ex nimia luce caligat oculus, ita & heic nonnullis Noſtrorum nubecula offuſa. *Jun.* certe V. priori *vſ.* noſter plane, nunc ad aliud deſciſcit, ſubtilitati indulgens, ut poſt *primum locum* confutationis, ἐκ τοῦ ἀδυνάτου, daret *ſecundum, ab inutili*; videlicet *haud conducere, aut ad gratiam promerendam, aut ad ullam aliam utilitatem*,

tem, *ſi quis ſe velit juſtificare coram Deo. Luc.* 17: 10. Idem intendiſſe debuit *Vatabl. Numquid qualiſcumque ſapiens vel juſtus coram Divino judicio poteſt conſiſtere*? Hæc diluta. Dilutiora quæ Cl. *Schmid.* pertendit, ex *vſ.* præc. huc devenire coactus. *Num beneplacitum eſt Omnipotenti*, *quum juſtus es* apud te ipſum:? Præiverat B. *Luth. Quod te tam probum facias*? Ei tamen non aſſentitur, iſta quidem facie, eo quod צדק *in Kal* nuſpiam ſignificet *ſe ipſum juſtificare*. Deſtruitne ergo, dices, quod ſtruxerat? Minime vero: ſed *mavult repetere ex* עלימו in *vſ.* præc. τὸ עליך *ſuper te*, *apud te ipſum*. Jam conſultius fuiſſet *Luthero* adhæſiſſe; adeo dura, & contorta ſimul, iſta repetitio. Duriſſimum præterea, quod בצע ad *Jobum* ipſum revocare malit, *Aut num lucrum* Tibi, *ſi vias tuas integras eſſe contenderis*. Illud *contenderis* iterum nimis liberaliter inſertum. Quamvis enim non negem *Conj. Hiph.* ſæpe eſſe *opinionis*, ut *facere* apud *Latinos*; negare tamen ſuſtineo *opinationem* hic ullo pacto ſenſui ſatisfacere. *Bolduc. num.* II. aliquid adhuc reliquerat. Qui *num.* V. poſiti, etiam non omnino nihil dicunt. Sed hæc expoſitio neſcio quid tandem ferat momenti in hac diſputatione. Quis non homo rideat, explodat, caſtiget quoque, ſi res poſtulet, Eum, qui *juſtus videri* vult, *quum non ſit*, quin imo *qui omni crimine coopertus*, *inflatis buccis juſtitiam & merita crepet*. Si nihil aliud voluiſſet *Eliphazus*, quam *jactationem* iſtam *diſplicituram* eſſe *Deo*, & *nullo pacto profuturam Jobo*, frigidiſſimus Orator extitiſſet, etiamſi *ironiam* adhibuiſſet, cum λιτότητι conjunctam. Cl. *Schmid.* objectat tamen noſtræ expoſitioni. 1. *Ergone Deo non placet*, *qui juſtus eſt*? Perfacilis erat ſolutio, ſecundum ea quæ *num.* I. & IV. vidimus; & ſpeciatim hæcce *Merc. Deo nihil ex noſtris operibus amplius accedere*; *quippe qui nullius indigus dicere queat Pſ.* 50. *omnia mea ſunt*. Ad hæc *Schmid.* 2. *Nimis phraſin reſtringit Mercerus. Quaſi vero etiam Jobus diſputaverit*, *omnia ſua Deo prodeſſe*? *Pro hoc tantum pugnavit*, *quod haberet opera bona*, *& ambularet in viis Domini*, *licet graviſſime adfligeretur. Non ergo iſtud eſt ad rem.* Cavillatio ferme jocularis; quum 1. ex verbis *Pſ.* 50. *Omnia mea ſunt* colligitur, quod nec dixit *Merc.* nec cogitavit. Si vel dixiſſet, 2. illa *omnia ſua* non alia utique, quam *bona opera*, potuiſſent intelligi. Illud autem 3. unice ad rem; nam quum pro *pœnis* ſibi *præmia deberi* contendere viſus eſſet *Jobus*, criminandi anſam inde arripit Cenſor, atque *Optimam Sententiam* in *cauſa non optima* expromit; qua negat *quemquam Mortalem*, vel *Juſtiſſimum*, *Jus habere* ad *Deum præmia poſcendum*; *nedum propterea cum Deo expoſtulandum*. Non meditatiſſime ergo nec Cl. *Cler.* *juſtum eſſe* exponens *juſtum videri*; *quia revera Deo perplacet*, homines *eſſe probos*: itemque בצע *Lucrum tibi*, & התם *integritatem jactas*; eodem plane modo quo *Schmidius*; aliter interpretantes colon hoc, *non ſatis adtendere* ait 1. *ad præc. juſtum videri*. Nec etiam, 2. *totam diſceptationem*, *quæ eo ſpectat ut Jobus innocentiam defendat ſuam*; *Amicis eum adducere tendentibus ad confeſſionem ſcelerum*, *quorum pœnas luebat*. Ad primum rogo, an *Videri* in textu extet? Ad ſecundum, quid lucri accedat huic interpretationi tenui & precariæ, præ ſolidiore & pleniore altera? Metuebat, credo, ne *Jobum juſtum* & *integrum* agnoſcere videretur Socius, qui *injuſtitiæ* ipſum *redarguet mox*, & *ante* toties *arguerat*. Utique hanc rationem quoque urſit *Schmid. Eliphazum totum in eo eſſe*, *ut contradicat Jobo*, *non eſſe juſtum & integrum eum*, *quantumcumque contendat*. Nemo dubitat. Sed in hac ipſa ſententia continetur graviſſima *injuſtitiæ*, *ſuperbiæque*, accuſatio; & mens *Eliphazi* nec alia eſt, nec eſſe potuit, quam, *An oblectatio omnipotenti* accedit, *quum juſtus es*, *eris*, *fueris*? Ponamus, inquit, Te vere *tam juſtum*, tam *integrum vitæ*, *viæque*, qualem te magnifice fers, *an propterea* Deus *tibi obligatus*; *tuoque in ære*; *quem Tu ad rationes tibi reddendas tam audacter provocas*? Vides nihil concedi illo תצדק, ſed tantum ſupponi, quo fortius feriatur Noſter; & *arrogantiſſimæ Vanitatis* in Deum *convincatur*. Reſtat id nodi, unde omnis hæc implicatio orta. חפץ *oblectatio*; *Beneplacitum*; *voluntas*. Quid? inquiunt Viri Docti, nonne *Dei voluntas*, & *oblectatio* vel ſumma, *ut juſtiſimus* ſis? Sufficere potuiſſet, quod *Druſ.* ſubmonuit. חפץ hic eſſe *voluntatem*, *quæ manat ex utilitate*, *lucro*, *commodo percepto*. Idem præcl. *Belgæ*, aliique, prudenter monuere; illuc enim

4 Num ex reverentia tui caſtigabit te? veniet tecum in judicium?

4 המיראתך יוכיחך יבוא עמך במשפט׃

5 An

5 הלא

ſeq. בצע *lucrum* manifeſto ducit. Succinit uſus Linguæ. *Eſaj.* 59: 3. *Quum jejunatis* תמצאו חפץ *invenitis oblectationem veſtram*, & *omnibus nervis veſtris exigitis.* Habes planiſſume *oblectationem e commodo*, aut *lucro.* Ipſa quoque *res concupita* hoc nomine adſici poteſt; nam חפצים *oblectamenta*, ſunt *res pretioſæ*, *avidiſſime appeti ſolitæ*, *Cimelia*, cum *Margaritis* junctim poſita *Prov.* 8: 11. Optime ergo חפץ *oblectamentum*, & בצע *Lucrum* in una ſede comparent; ad inſinuandum, nefas eſſe, Deo *opera* vel *juſtiſſima imputari*, quaſi aliquid *pretioſi* & *lucroſi*, pro quo *præmium* deberet, quod citra *injuſtitiam* non poſſet negare. Id vehementiſſimæ illæ *Jobi* actiones, quibus *injuriam ſibi fieri a Deo* conteſtabatur, videbantur inferre, quamvis revera neutiquam inferrent; quippe qui crimina tantum ſibi impacta amoliri; ſeque innocentiſſimum adfligi, ex Dei ſupremo arbitrio, evincere voluerat. Materia tamen criminandi, larga aderat, quod modum non ſervaſſet Noſter, in illis conteſtationibus. Hanc, juſtis armis ei extortis, ut ſolet, *Eliphazus* ad extremum arripit, atque ex illa tandem pharetra, quæ fugientium eſt, non ſtantium, tela ſua depromere cœptat.

Verſ. 4. Acutum dictum; in quo enucleando mire variatur. *Merc.* I. *Num quod te timeat, arguit te? num in jus adducit te, timens ne tuis ſceleribus Eum turbes, aut Ei noceas?* q. d. *ut tua juſtitia* Deo *non prodeſt*; *ſic nec injuſtitia obeſt: nec propterea te nunc punit, quod metuat, ne ſibi incommodes, negotiumve faceſſas. Non ita eſt: ſed, ut ſequitur, te ob multa ſcelera tua adfligit.* Addit II. quoſdam Recentiorum *active* exponere, *ob Timorem tuum* i. e. *Religionem*: *putaſne quod ideo te adfligat, quia religioſus ſis? ut prædicas de te ipſe. Minime vero, quin potius quod irreligioſus & ſceleratus.* Non alienum fatetur, & cum ſeq. convenire, ſed non cum præced. unde prius præfert, ut hinc & hinc recte cohærens, Mihi illa *cohæſio* ſat *hiulca*, quum utrinque multa ſint ſupplenda, quæ minus ad rem. Nec tamen in altero acquieverim cum *Caſtal. Jun. Piſc.* &c. &c. Noſtri *Belg.* in *not.* inter utrumque ambigui. Adfine III. non idem, illud *Cocc. Deus quando te judicabit*, ſive, *quando demonſtrabit qualis nam tu ſis*, *non reſpiciet ad Timorem tuum tantum*, & *connivebit ad mala quæ feceris.* Quaſi daretur a Cenſore, *Religionem Jobo* fuiſſe, *ſed non perfectam*; & hæc mens ſit, *ſi perfecte Legem Dei impleſſes*, *non caſtigaret te.* Hoc non erat in controverſia, quamvis illuc fere univerſa *Hypotheſis Clar. Interp.* tendat: de quo mox plura. *Schmid.* IV. ſic calculos ponit. *Num putas fore, O Jobe, ut Deus, licet tuum de te judicium non approbet, nec ſequatur, timeat te tamen? Etiam hic falleris.* Hæc languida. Nervoſius quod ad finem opponitur, *Num præ timore tui veniet tecum in judicium? ut facti ſui rationem tibi reddat*, videlicet, *teque placare ſtudeat.* Id eleganter expreſſum a Doct. *Reim. Num timore tui, tuarumque accuſationum, ſe poteſtate judicis exuere, teque, ut par parem, apud Arbitros convincere volet?* ut *Cap.* 9: 32. poſtulatum. Patitur Lingua, nec alienum a ſerie. Vicinum VI. hocce *Bolducii. Numquid Deus a te ſæpe provocatus, non audet, vel timet, tecum litigare, ne a te, ſcilicet, confundatur, atque in hac lite vincatur?* Coactior tamen hic flexus, qui requireret לא יוכיחך. Expoſitiones alias, longius repetitas, adducens VII. *de Pined.* in hac pedem figit. *Numquid timens arguet te Deus, tanquam Filium inſontem? minime vero, nam te ille ſeveriſſime plectit, ſontem*, videlicet, & *hoſtem*, *quem omnibus modis vult conſumptum & deletum.* Adfert *Patrem*, *qui filium obedientem reveretur*, *ne plus nimio eum verbere*, *ac dolore*, *adficiat.* Potuiſſet felicius uti hac ipſa cogitatione, ut mox dabitur. B. *Luth.* VIII. *An tui metu non auderet te caſtigare?* Nimis audax creditur, quod *Negatio* extra textum inſeratur. Bono tamen conſilio id factum: qui enim ſic interrogat, ut *Vulgat.* vertit, *Numquid timens arguet te*, & *veniet tecum in ju-*

5 הלא רעתך רבה ואין־־קץ לעונותיך׃

6 כי־־

5 An non malitia tua magna? & finis nullus iniquitatibus tuis?
6 Nam

judicium? diſerte *negaſſe* cenſendus, non ſine *ſubſannatione*, quam *Hieron.* ſive quiſquis ille, ſubeſſe commonuit. Eodem collineat *Lyran.* Nullus fuiſſet ſcrupulus, ſi ſic extuliſſet *Luth. Scilicet tui metu non audebit te caſtigare.* Utique omnes *negationem* adſciſcere coguntur, ubi *Interr.* in *adfirm.* convertunt. Licet quoque ה *Adfirmantis* directe adhibere, *Ecce*, vel *Sane vero*, *ex metu & reverentia tui caſtigabit te, veniet tecum in judicium.* Gravis *Ironia*, ſive hoc, ſive illud, ſequare, qua increpatur Noſter, *ac ſi Deo leges vellet præſcribere, tanquam Debitori ſuo, quem Juſtitia ſua ſibi reddidiſſet obligatum, & obnoxium*, ratione *præmiorum*, & *pœnarum*, ut *illa* quidem *poſcere*, *has* vero *recuſare* pleno jure poſſet, atque audacter *injuriam* ſibi *factam* clamitare, quod Virgam ei ſuam Deus admoviſſet. Pulcherrime מיראתך *ex Reverentia tui, quam tibi*, ſacro ſancto videlicet Viro, *debet Numen:* hoc eſt, *ſecundum eam, ad ejuſque legem* quaſi, ne forte *fines honoris tibi debiti excedat.* יוכיחך non reſolvo in יוכיח עמך *contendet tecum*, non etiam capio cum *Cocc.* pro *demonſtrabit qualis ſis*; ſed ſimpliciſſimo uſu, ut *Pſ.* 6: 2. *Caſtigabit te*? q. d. *Poſcisne, Deus tibi plagas ſuas ad Arbitrium tuum injungat, non ad ſuum? In judiciumque veniat tecum*, eadem ex reverentia? *ſenſu venerationis ſingularis erga Te, & tua præclariſſima merita, adfectus*? Vides *ſubſannationem* acerrimam, & iniqui criminatoris perſonæ, victum ſeſe dolentis, convenientiſſimam, qua *nimis ridiculum* eſſe oſtendit *cum Deo expoſtulare de modo, & menſura, pœnarum*, atque *de Juribus ſuis a Deo violatis, tantos clamores ciendo, cœlum ac terram miſcere.* Pondus quoque ſuum habet explicatio IV. præſertim prout Cl. *Reim.* eam propoſuit: in qua מיראתך eadem venuſtate capias licet, *An ex Reverentia Tibi*, tuiſque Virtutibus, *debita, neceſſe eſt tecum coram Arbitris compareat Deus, rationeſque tibi reddat*? &c. Ita בוא במשפט *Cap.* 9. 32. Aliter tamen *Pſ.* 143: 2. Ne תבוא במשפט *venias in judicium cum ſervo tuo* &c. Optio integra eſto.

Verſ. 5. Præmiſſa hac velitatione, qua criminationes indirectæ ſparguntur; ad ultimum certamen deſcendit *Eliphazus*, atque accuſatorio ſpiritu aperte *crimina* & *peccata*, *iram graviorem Dei merentia*, Noſtro objectat; in *genere* primo, mox in *ſpecie*, propter quæ proinde *haud immerito plagis, pœniſque, tanquam indagine ipſi circumfuſis obrutus jaceat.* Hæc ad vſ. 12. uſque non multum nobis negotii faceſſent; quod pleraque verba nuda, ad *Jobi* turpitudinem nudandam; ſcilicet; ne nimis acerbe cum ipſo egiſſe viderentur Treſviri. Una tantum hic Quæſtio, eaque momentoſa, naſcitur, an accuſatio vſ. 5-9. comprehenſa cum *aſſeveratione* ſit accipienda, ſecundum *tenorem*, *rigoremque*, *literæ*: an ad *Conjecturalem rationem* emollienda. *Triplex* ſententiarum *Claſſis*. I. Longe plurimorum, qui omnia, ut jacent, *ſecundum omnem vehementiam accuſationis* tendunt. II. Eorum, qui *nonnihil remittunt*. His accenſendus & *Merc.* qui poſtquam ſubmonuiſſet, reſpectu acerbitatis, qua *Eliphazus* non ex vero, in Noſtrum invehitur, *Eum Adfectu præpeditum, talia objeciſſe, atque plane juxta carnem judicaſſe*, hæcce ſubjungit. *Præterea hæc ei non tam ex profeſſo videtur objicere, & impingere, crimina; etſi omnino malitioſe id faciat; quam cogitandum ei relinquere num hæc fecerit, & quod, quum tam graviter adfligatur, fieri non poſſit, quin gravia patrarit, ut hæcce, & ſimilia.* Liberalius adhuc *Jun. harum criminationum ſtatum* diſerte vocat *conjecturalem, & magis in præſumtionibus, quam certis probationibus poſitum*; ac propterea *form. fut.* dictum; *pignus acceperis* &c. *nudaveris* &c. *viduas dimiſeris* &c. Conſimili ratione *Nicet.* in *Caten.* & *Origin. Credibile iſtæc tibi ob innumerabiles culpas accidiſſe, & probabiliter te injuſtum appello.* Hi *remittunt* eatenus, ut cum prioribus tamen teneant, *Eliphazum* non *remittere* de opinione, quam adverſus *Jobum* conceperat, eum eſſe *Hypocritam*, & *improbum*; atque hoc ipſo colligere, ſupponere, urgere, fieri non poſſe, quin Noſter hiſce criminibus ſeſe alligarit;

eo-

eorumque convictus ſit ad Tribunal Conſcientiæ, & Dei, quamvis in Foro humano talium convinci *forte* nequiret, Cl. *Cocc.* III. ex *priva Hypotheſi* qua ſtatuit, Amicos *de Jobi pietate & religione, nil dubitaſſe, ſed tantam perfectionem virtutis ei non conceſſiſſe*; ac *propterea id unice egiſſe, ut eum revincerent multarum imperfectionum, & imbecillitatum, propter quas nunc caſtigaretur ut probus, emendationis indigus; non vero ut improbus, quem perdere vellet Deus:* ex ea, inquam *Hypotheſi*, quam paucis hic delineandam duxi, non potuit non mitius adhuc omnia hæcce excipere, atque per inſertum *fortaſſis* relaxare *ad meram conjecturam, ex facilitate labendi in varia peccata*, (cui & probi obnoxii) *deſumtam*; *adnexis variis rationibus, occaſionibuſque, quæ bonos quoque ad peccandum ſollicitare ſoleant.* Ad hunc verſum itaque notat. *Conjecturaliter loquitur* Eliphaz. *Nititur ejus conjectura eo, quod non eſt homo juſtus in terra, qui non peccet.* 1 *Reg.* 8: 46 *Eccl.* 7: 20. *Prov.* 20: 9. i. e. *qui non per occaſionem ac tentationem aliquando labatur, ſi aſſertive accipias, facies vel Eliphazum mendacem & teſtem falſum; vel Jobum vanum ac futilem. Conjecturaliter iſta accipienda etiam Mercerus monet* &c. *& Deodatus &c.* Ad finem adjungit: *In ſenſu verborum Eliphazi quicquam gravius ac durius eo, quod diximus, admittere, religio eſt.* Ad hæc obſervo. 1 *Merc.* aliorumque *conjecturalem ſtatum* longe diverſum eſſe; quippe qui *improbitatis reum relinquant Jobum*, judicio *Eliphazi* quum ex mente *Cocc.* ejus *probitas* non fuerit *ſuſpecta*; ſed tantum *perfectio* illa omnimoda, quam ſibi adſciſcebat. 2 Non continuo, etiamſi *aſſertive* ſumantur omnia, *vel Eliphazum mendacem, & falſum teſtem, vel Jobum vanum & futilem* pronunciandum. Etenim *Jobus a.* haud dubie nimium ſibi indulſit, *in innocentia ſua intaminatiſſima, quam nulla labecula criminis quis aſpergere poſſet, prædicanda*: nec tamen propterea *futilis Vanitatis* notandus eſt; ſed potius condolendum infinitis viri doloribus qui *aliquid & immodici*, & *immodeſti*, ex ore ejus expreſſerunt. *Eliphazus b.* haud dubie iterum *limites officii & caritatis exceſſit*; atque multa in Noſtrum ſparſit, tum indirecte, tum directe, ex *Zelo non minus immodico, & immodeſto*, quo *cauſam Dei* ſe defenſitare exiſtimabat: nec tamen propterea pro *mendace*, ac *falſo teſte*, habendus, ſecundum omnem *invidiam*, & *turpitudinem* iſtarum appellationum: quia *profunda Hypocriſeos* haud ignorans; omnino ſibi perſuaſerat, *Jobum pulchram ſpeciem virtutis & pietatis prætexuiſſe occultis criminibus avaritiæ, oppreſſionis*, &c. &c. hic tandem nominatim recenſitis: quippe quæ a *magnis Divitiis* vix ac ne vix quidem abeſſe poſſint. Jam vero qui *tali perſuaſione falſa* quidem, ſed *Dei plagis graviſſimis excitata*, ac *Jobi atrocibus* nimis contra Deum querelis *confirmata*, ductus, *Amicum caſtigat, & ad reſipiſcentiam adigere conatur, cum aſſeveratione* quoque *talia ei crimina objiciendo*, utpote de quibus nemo dubitare queat ob circumſtantias Conditionis, & rerum; is *temere & crude*, addo *crudeliter*, *accuſaſſe* merito cenſendus, ſed *mendacium falſumque teſtimonium dixiſſe* cenſeri nequit, in illo *majore gradu*, qui requirit *clariſſimam cognitionem contrarii*, quam *Eliphazo* adfuiſſe, nemo dixerit. Interim *falſi teſtimonii*, minore illo gradu, quo *temeritatem judicii* hoc quoque nomine adficere licet, *abſolvi* nequit *Eliphazus*, etiamſi non *aſſertive*, ſed *conjecturaliter*, hæc poſita, admittatur. *Conjecturas* tales, quamtumvis mitigatas verbulo *Fortaſſis*, *Lex caritatis* damnat, præſertim ubi *vita anteacta*, qualis fuerat *Jobi*, ne anſam quidem ſuſpicionibus illis ſiniſtris relinquit. Applicarem proinde *Eliphazo* Capitis hujus clauſulam, cujus ipſe fructum, effectumque, experiri debuit, quippe qui *neutiquam innocens, puritate manuum Jobi*, ejuſque potenti interceſſione apud Deum, *eripiendus fuit e pœna* quam *ob judicandi temeritatem* promeruiſſet. Plura ſuperaddere, ad *mitiſſimam* illam *Cocceji Hypotheſin* revincendam, ſupervacuum, quum jam ſæpius oſtenſum ſit, hanc ſolam in cauſa fuiſſe. quod magnum ingenium, non ubique in *Jobo* illuſtrando æque felix fuerit, quamvis feliciſſime multa obſcura, & reliquis omnibus impervia, luce Eruditionis ſuæ colluſtrarit.

Ibid. Explanatio ulterior hujus verſiculi id evincet, atque vel *primæ*, vel *ſecundæ* ſaltem *ſententiæ* inhærendum, efficiet. Ad I. quod attinet, coactiuſcule exit quod ex *R. Levi* expreſſit *Vatabl. profecto adflictio tua multa & magna! at nec finis iniquitatibus tuis.* Sic רעה eſſet *malum pœnæ.* Rectius pro *malo culpæ* idem *Vatabl. Multiplici malitia depravatus es, & innumeris ſcates iniquitatibus:* obſervans ſimul interrogando *An non?* validius adfirmari. Notandum præterea ſic *interrogari* ſolere, quum *convictionem* & *confeſſionem* alterius elicere volumus. *Gen.* 4: 7. *An non ſi bene ege-*

6 כִּי־תַחְבֹּל אַחֶיךָ חִנָּם וּבִגְדֵי עֲרוּמִּים תַּפְשִׁיט׃

6 Nam pignus capere ſolebas a fratribus tuis gratis: & veſtes nudorum detrahere.

7 לֹא־

7 Non

egeris elevatio? &c. &c. &c. Tantundem ſcilicet valet hæc formula, ac, *negare nequis*. *Non negabis certe*. Ea aptiſſima *ad Conſcientiam provocanti*, quod per ſpeciem quandam Ἀνακοινώσεως *Communicationis*, hic facit Accuſator. Optime *Piſc*. *Non poteris negare*, *cogeris fateri*, *ſaltem apud animum tuum*, *malitiam tuam multam eſſe &c*. Hunc ſenſum, abſque diſſenſione, Veteres, ac Recentiores fere, *Pontificii*, *Lutherani*, *Reformati*, ſequuntur. Etiam illi II. qui in ſeq. nonnihil remittunt: ut *Merc. Jun.* &c. &c. quippe qui jam antea *improbitatis non ſuſpectum* modo fuiſſe Noſtrum agnoſcant, ſed palam *increpitum*, eoque nomine *communi* Amicorum *calculo condemnatum*, *ad reſipiſcentiamque revocatum*. Cl. *Cocc*. III. in alia omnia diſcedere coactus, propter *Hypotheſin*, *probitatem Jobi in dubium non vocatam*: & reſtringenda Ei fuit vis vocabulorum רעה, & עונות, intra eos fines, qui cum *hominis juſti ſtatu* poſſint conſiſtere. *Proclivitatem* ſcilicet *labendi in varia peccata* ſolummodo nunc nudari cenſet ὁ πάνυ, ita ut רעה *vitium* deſignet, *in quod labi*, *& quo ſe commaculare facile potuerit*. Ultimum Colon, ita redditur; *nonne infinita pravitas tua*? atque exponitur, *Annon multa ſunt*, *quibus faciendis male ageres*, *& prave*? prout *Pſ*. 18: 24. *Cuſtodivi me a pravitate mea*. His obſtat 1. רעה *Malitiam*, *nequitiam*, eſſe characterem *improbitatis*, in Sacris. 2. אין קץ לעונות *Infinitæ tuæ pravitates*, gravius quid ferre, quam ut id ei objicias, quem *probum*, & *virtutis amantem*, agnoſcas. Scio quid excipi poſſet ex *Job*. 9: 3. *Ne unum quidem e mille* &c. Sed longe diverſa ea res eſt; & illud *infinitum* אין קץ, neceſſario infert *regnantem pravitatem*. Similiter 3. רעה רבה ſignat *Improbitatem dominantem*, & *nullo Dei timore coërcitam Gen*. 6: 5. & 18: 20. *Joel*. 4: 5. Habes in hiſce ſimul ſignificationem *menſuræ* jam *plenæ*, *ad pœnam debitam*; quam hic quadrare non negabis. Crediderim quoque 4. *Eliphazum* jam dedita retundere voluiſſe illam gloriationem *Jobi*, *Cap*. 13: 23. *Quotnam mihi* עונות *pravitates*, *& peccata*; *prævaricationem & peccatum meum notifica mihi*. Intelligit ibi per עונות &c. haud dubie aliquid gravius, quam *proclivitatem peccandi* in ſanctiſſimis, *cum illius fructibus quotidianis*, πολλὰ πταίων. Ergo & *Eliphazus* gravius quid intendere debuit.

Verſ. 6. Hæc, & ſequentia, ex I. ſententia in *præt*. enuncianda, ut ſit *pignus cepiſti*, vel *capiebas* &c. &c. Ita non tantum *Vulgat. de Pined. Codurc. Bolduc. Vavaſſ. Belg. Angl. Genev. Deod. Tigur. Munſt. Vatabl. Druſ. Grot. Crinſoz*. &c. ſed & *Mercer*. In *præſenti* quod *præteritum* includat, maluit *Schmid*. ſub hac ratione, *quod Eliphaz Jobum conſideret*, *ut impœnitentem hactenus*, *quique adhuc priſtinum animum habeat*; *non omiſſurus*, *quod olim fecit*, *ſi facultas ſit & occaſio*. Etiam *Cler. pignus aufers*; *ſpolias* &c. Mihi *futurum* pro *præter*. videtur inferre *conſuetudinem*; quaſi *pignerari ſolebas*. Sic 2 *Sam*. 12: 31. כן יעשה *ita factitabat*. &c. &c. *Arabibus* hoc ſolenne. Commodius II. cenſuit *Jun*. *Nam pignus acceperis* &c. ſub hac nota, *neceſſe eſt fatearis te aut hoc*, *aut illud*, *aut omnia commiſiſſe*, *ſi bene attenderis ad juſtitiam Judiciorum Dei*. Ferri poteſt; moneo tamen iſtam *mitigationem*, quam *partitio* auget, non ſatis reſpondere *accuſatoriæ* iſti *vehementiæ*, qua nunc *Eliphazus*, ad incitas adactus, tamen viciſſe videri voluit. Minus adhuc III. eidem convenit Cl. *Cocc*. interpretatio, qui *fortaſſis* inſerens, *ſuſpicionem* tantum & *conjecturam tenuem* relinquit; quam *mitiorem* adhuc efficit, adhibita *disjunctione*. *Nam* fortaſſis *pignus cepiſti*, *aut nudaſti* &c. *Aut non potaſti*, *aut cibum cohibuiſti*. *Aut Viri brachii fuit terra*. *Aut viduas dimiſiſti* &c. &c. Addit, *Conjecturaliter &*

7 Non aquam ad vertiginem uſque laſſo potandam præbebas; a famelicoque prohibebas panem.

8 At

7 לא־מים עיף תשקה ומרעב תמנע לחם׃

8 ואיש

& *disjunctive explico*, *nulla repugnante Grammatica*, *ne crudeliores ſententias*, *quam ipſi Amici*, *in Jobum cudam. Quid enim Jobo fuerit improbius*, *ſi illa talia*, & *omnia*, *fecit: vel ſi cum ſpecie illa de ipſo etiam dici potuerunt? Sed* & *vulgo ſic loquimur per conjecturam.* Du haſt gewiß gepfändet &c. Ad hæc Cl. *Schmid.* bene obſervavit. 1. *utique repugnare Grammaticæ.* 2. *non crudeliores eſſe ſententias*, *quam ut Amicis Jobi attribui poſſint*, *quippe qui nulla uſi miſericordia*, *Eum ſic tractarint*, *ac ſi nihil ipſo eſſet improbius.* 3. *Diſſimile eſſe exemplum*, *quum in Germanico illo nota conjecturæ expreſſa ſit.* Opportune etiam monuit 4. *Eliphazum*, *quod ſolidi nihil haberet*, *omnem bilem in Noſtrum videri effudiſſe.* Sed, inſtas, *quid Jobo improbius ſi talia*, & quidem *omnia fecit:* vel & *feciſſe videri potuit cum ſpecie?* Non fecit ſane, nam *calumniatur Eliphazus*; *Zelo ſuo occæcatus*, & *Dei cauſam ſe agere* perſuaſus; *cujus Extraordinaria Judicia permittere non poterant*, ex Amicorum opinione, *ut Jobus pro Viro juſto*, & *Virtutis ſtudioſo*, *amplius agnoſceretur.* En *ſpeciem* quam Amici, quam omnes conſanguinei, propinqui, noti, ignoti, ſequebantur; *ſpecioſiſſimam* ſane; non ab illa parte, quam ſolam preſſit Cl. *Cocc.* quaſi *Jobus* unquam in vita anteacta anſam præbuiſſet talibus calumniis; verum ab altera parte, quam ὁ πάνυ non tetigit, cui anſam miniſtrabant *iræ diræque Cœleſtes*, quæ *Nocentiſſimum* eſſe *Jobum* clamare videbantur; quin imo *Juſtitia ipſa ſummi Numinis*, *reliquæque virtutes*, *quæ periclitari credebantur*, *ni Jobus improbus eſſe* evinceretur. Quantum poſſit nonnunquam *Zelus* hicce, *haud ex Deo flagrans*, *quamvis Dei cauſam ſe agere credat*; non modo apud eos, qui *Religioſi habentur*; ſed &, proh! apud eos, qui *ſunt*; nemini incompertum: ac proinde *Eliphazo virtutem* & *pietatem* non detrahimus; licet eum graviſſime in Amicum innocentem, Deumque, deliquiſſe, dubitari nequeat.

Ibid. Disjunctiva poteſtas præpos: *Vaw*, quam Cl. *Cocc.* in catalogo noſtro adhibendam duxit, quamque & *Jun.* aliique, ex parte ſaltem, admittunt, nec *Adfectui* reſpondet, quo *Eliphazus* aufertur; nec *Naturæ horum criminum*, quæ ferme ſe invicem trahunt, unaque in domo nidulari amant; ubi ſemel Matri omnium, *inſatiabili Opum cupiditati*, introitus conceſſus. In hoc *Vſ.* ſcilicet habes *rapinam ſpecie juris velatam*, & *manum ſpoliatricem. Vſ.* 7. *eandem manum*, *aſpera* & *dura illiberalitate egentibus clauſam*; exemplo Divitis in Euangelio *Luc.* 16. Addo *ſuperbam* eorundem *deſpectionem*, ex alto oculos ſuos in miſeros dejicere haud dignantis. Contra vſ. 8. *nobilium* & *potentiorum ambitioſam ſuſpectionem.* Denique vſ. 9. *Viduarum* & *orphanorum exſuctionem* & *oppreſſionem.* Hæc crimina, quæ *magnas Fortunas* ferme adflant, unam perpetuam efficiunt catenam; cui & *Jobum* ſe conſtringendum dediſſe, tum, quum *Opulentiſſimus Orientis* cenſebatur, non omnino abſurde ſuſpicari potuiſſet *Eliphazus*: in eo *peccans*, quod quæ non *adeo a Fortuna priſca Jobi abhorrebant*; quæque *ſine ſingulari gratia Dei* vix ac ne vix evitaſſet, ſplendida bile in Caput ejus congerat, tanquam haud dubie patrata; quandoquidem nulla alia ratio tantarum plagarum, dirarumque Coeleſtium, excogitari poſſet. Hic mihi admirare *Juſtitiæ Jobææ locupletiſſimum teſtimonium*, *ex ore Accuſatoris vehementiſſimi.* Nempe nihil prolatum in hiſce, quam quod *florente Jobo* procul dubio ſæpiſſime dictitatum ab iis, qui ingentes divitias limo ocello ſpectare; ſimulque dente maledico rodere ſolent. Nihil quoque in his expreſſum, cujus non *ſpecies* ſaltem *quædam* a Maledicis arripi poſſit, ad Calumniam, adverſus Eos qui *Opulentia* & *potentia* excellunt. Verbi gratia *jus ſuum* alicubi *exſequatur Dives præpotens*, contra injuſtos & tricatores colonos; *rapinæ* dica Ei impingetur. *Ventrem pigrum* a menſa, & ædibus, *repellat*; *potum cibumque negaſſe egenti* dicetur. *Potentiori in bona cauſa faveat*, & *adſit*, *perſonam accepiſſe* cenſebitur. *Deſolatis* non tanta elargiatur, quanta cupiditas expectat, *inanes dimiſiſſe*, eoſque *attriviſſe* pronunciabitur. Concludo itaque, *Eliphazum in his* ipſis *ſpeciebus injuſtitiæ*, & *improbitatis*, recenſendis, *Juſti-*

8 ואיש זרוע לו הארץ ונשוא פנים ישב בה׃

9 אלמנות שלחת ריקם וזרעות יתמים ידכא׃

10 על־

8 At Vir brachii, ipſi terra: & perſona honorata habitabat in ea.

9 Viduas dimiſiſti vacuas: & brachia Orphanorum contrita ſunt.

10 Prop-

Juſtitiæ teſtimonium perhibuiſſe Noſtro, quippe quem *evidentioribus criminibus* aggredi debuiſſet, ſi Ejus vel *impietatem apertam*, vel *Hypocriſin occultam*, pervictam dare voluiſſet.

Verſ. 7. Circa phraſes ſignatiſſimas præcedentis verſiculi, nec non hujus, otium nobis fecit diligentia Erud. *de Pin.* cum quo ſi *Druſ. Cocc. Schmid. Cler.* conjunxeris, nihil lucis deſiderabis. Verbulo tantum hic teneatur, quod illi dare necdum potuere, עיף eſſe proprie *Vertiginoſum*, cui *caput laſſitudine rotat*, & *oculi caligant*: itemque רעב *cavo ventre* Κοιλογάστωρ. Tali *vertiginoſo* præſentiſſimum remedium מים *aqua frigida*, & *potus*: ut *cavo ventri* ſuccurrit לחם *panis* pro *ſtomachi fultura ruentis inſerendus*; ſecundum *Originem* alibi indicatam. Suſpicor præterea aliquid grande, & argutum, captatum in, *a famelico prohibere ſolebas panem*; quod ſimpliciter eſſet *negare*, *denegare*, ut *Merc. Cocc.* &c. vel *removere*, ut alii volunt: ſed figuratius referre ſe patitur ad *panem* velut *prohibitum*, & *retentum*, ne perveniat ad *famelicum* quem recreare velut geſtit, illi uſui diſtinatus unice. Simile eſt *Neh.* 9: 20. *Manna tuum non cohibuiſti ab ore eorum*: & *Amos.* 4: 7. *Cohibui a vobis pluviam.*

Verſ. 8. Arguta eſt I. & ſatis ſpecioſa multorum opinio, ad *Jobi potentiam*, & *Tyrannidem* reflecti; qui ipſemet oblique notetur ut *Vir brachii*, *poſſeſſiones omnes ad ſe trahens*, *atque ſolus* veluti *in terra ſedens*, *regnans*, *tyrannum agens*. Sic planiſſume *Hieron. In fortitudine brachii tui poſſidebas terram*; *& potentiſſimus obtinebas eam*. Item *Luth.* Minus concinne R. *Salom.* per *interrog. An viro brachii eſſet terra? An quia magnus eras*, *ſolus terræ hæres eras*; *dignuſque qui in ea dies prorogares?* Cum *Vulg.* ſtant *de Pined.* & *Bolduc.* Ambigit *Vaváſſ.* Quin & *Cocc.* hinc non alienus, monens παροιμιωδῶς poſſe applicari *ad Jobum magnum in Terra factum potentia*, *& opulentia.* Non æque plauſibile II. quod *Syr.* & *Arabs* exhibent, *Aliquis ſeminavit ſibi terram*, *& Vir violentus*, Jobus, *invaſit eam.* Pro זרוע *brachio* ipſum thema זרע *ſeminavit* arreptum. Concinniſſimum III. quod plurima tulit puncta; notari *vitium Divitibus* & *præpotentibus domeſticum* fere, *Potentes* & *Divites* alios ſuſpicere, iiſque *omnia* ſua *promta*, & *profuſa* velle, jubere; quæ pauperibus illiberaliſſime clauſa. Qui hinc ſtant, nonnihil interim diſſident in vero adſpectu reddendo. *Codurc:* 1. *ſcilicet ille ſolus a te damno non eſt adfectus*, *qui potuit armis & vi jus ſuum aſſerere* &c. Mollius 2. illud *Cocc. Culpari exiſtimem vel hoc in Jobo*, *ſi permiſit validos brachio*, *& quorum apud vulgum reſpectus*, *dominari*, *ſibique Leges & mores ſubjicere.* Cur adeo remolliatur, & per *ſi* ſuſpendatur, percipies ex iis quæ *Vſ.* 5. 6. diſcuſſa. *Schmid.* 3. reſpicit ad *acceptionem perſonarum honoratiorum in judiciis*, *ubi de agris dividundis quæſtio cum pupillis & viduis.* Ita cum ſeq. *Vſ.* arctius cohæreret. Alii 4. ſic ſubnectunt præcedenti, *Hoſpitium*, *menſam*, *ſedem*, *commorationemque in terris tuis*, atque adeo *commoda* & *officia* omnia, munifice contuliſti in tales, unde *commoda* & *officia* ad te redire poterant. Meo quidem judicio, non eſt cur reſtringatur nimis curate, quod latiſſime patet, & omnia illa, quin plura adhuc, amplectitur. Rectiſſime *Nicet. Humiles per vim oppreſſiſti*, *potentes ſuſpexiſti*; *atque ornaſti.* Placet quoque quod Doct. *Merc.* ſubmonet, *poſſe proverbialiter legi*, *tanquam Gnomen*, *potentis eſt terra*; *auctoritate valens inhabitat eam! Tales ubique in pretio & honore.*

Verſ. 9. Nonnullis *vacuas dimittere viduas*, eſt *ſinum non complere*, *opemve non præſtare petentibus.* Aliis invidioſius, *bonis* & *facultatibus eaſdem ſpoliare*, aut *expellere.* Utrumque

10 Propterea in circuitibus tuis Laquei: & exterret te pavor deſubito.

11 Quin

10 על־כן סביבותיך פחים ויבהלך פחד פתאום׃

11 אוֹ־

patitur genius Linguæ. Neutrum quoque abhorret ab accuſatorio illo *Eliphazi* ſpiritu; qui nunquam non *Auxeſi* gaudet. Eundem vim ſpirant *Lacerti pupillorum contuſi & contriti*. Nimis quæſitum, quod *Bold.* laudat, *brachifragium*, vel *Lumbifragium* miſeri, *e poſſeſſionibus baculo ejecti*. Non omnino abs re, quod ipſe *Bold.* metaphoram deſumtam dicat ab *iis qui aut publico ſupplicio, aut alio modo, toto corpore confracti, inutiles penitus, & impotentes redduntur*. Hæc *literam* utcumque illuſtrant. Sed quid *figura* adfert? *Jura*, ex mente *Merc.* itemque *Amicos*, atque adeo *Robora & præſidia* omnia. Similiter *de Pined. Brachia ſignificant robur, divitias, bona: illos item qui defendere orphanum poſſent, cognatos & propinquos.* Nec aliter *Cocc. Brachia vocat jus illorum; nec non Amicos & Opitulatores; ut & fiduciam ex cauſæ bonitate.* Eorum *confractionem* refert ad *jus oppreſſum*, & *mala legum allegatione obſcuratum. Amicos territos. Fiduciam per contemtum dejectam: idque Jobo conſcio & tacente.* Nempe, *Qui non vetat peccare, cum poſſit, jubet*, ut ait *Tragicus*. Poſtremum hoc ob molliorem *Hypotheſin* aſſumtum. Priora bene habent, & *cenſorio*, quin *accuſatorio ſupercilio*, directe in *Jobum* ſparſi; ex iis fontibus, quos ſupra tetigi. Cuncti hi uſus ex *Arabia* lucem fœnerantur; ubi *Brachium anguſtum* adfert *impotentiam* *inopiamque*. Audiatur *Tabelebius* ad *Conſ.* 9. *Harir.*

جعلت العرب ضيق الذراع والذرع
كناية وعبارة عن فقد الطاقة
كما قالوا رحب الذراع اذا كان
مطيقا والاصل فيه ان الرجل اذا طالت
ذراعه نال ما لا ينال القصير الذراع

Arabes faciunt ציק אלזרוע *anguſtiam brachii, nec non Ulnæ, figuram & metaphoram impotentiæ; prout* רחב אלזרוע *amplum brachii [illegible] potentem. Origo locutionis eſt, quod qui longum brachium habet, aſſequi queat, quod non aſſequitur* קציר אלזרוע *curto brachio præditus.* Vide *Alcor.* 11: 79. & 29: 32. Hiſt. *Tamerl* p. 24 & 378. &c. &c. Conſimiliter عضد *Brachium*, pro omni *robore* ac *præſidio*; præſertim pro *Amicis*. Sic *Harir. Conſ.* 13.

فلما اردي الدهر الاعضاد وفجع
بالجوارح

Quum Fortuna confregiſſet brachia mea, & membra afflixiſſet. Ibi *Tabel.*

الاعضاد اي الاعوان والانصار وجوارح
الانسان هي اعضاوه التي يجرح بها
اي يكتسب كاليد والرجل والعين

Brachia ſunt opitulatores & adjutores; item membra; nempe ea, quæ victui quærendo inſerviunt, ut Manus, pes, oculus, ſunt præſidia vitæ. Ad conſtructionem quod attinet, in qua & *num.* & *gen.* diſcrepantia, *Mercerus* ad כוח *robur* reſpici autumat, quod ſub *Brachiis* innuatur. Aliis זרועות *communis generis*, cui ידכא *diſtributive* ſubnectatur. Hinc argute *Jun. Lacertus* uterque *contritus eſt*. Alii *diſtributionem* iſtam referunt ad יתומים, *Et quoad brachia unusquiſque pupillorum contritus.* Huc inclinat *Schmid.* Simpliciſſimum quod *Crom.* ex *Arabiſmo* affert, كان ايات *Fuit ſigna*; ubi *plur. fœm.* cum *verbo maſc. ſing.* ſtructum. Conf. Infr. 42: 14. Unde ortu talis ſtructura, non ita promtum; ut infinita in *Syntaxi* difficiles habent explicatus. *Ellipſis* plerumque ſubeſt, qualis hic forte, *Et brachia pupillorum* aliquid quod *contritum fuit*.

Verſ. 10. A *criminibus* deſcendi ad *pœnas Jobo propterea immiſſas, & cum maxime incumbentes*; communis fert calculus. Doct. *Merc.*

l.

11 או־חשך לא תראה ושפעת־
מים תכסך׃

12 הלא־

11 Quin tenebræ, ubi videre nequis: & agmen aquarum cooperit te.

12 An

I. cenſet hoc & ſeq. *Vſ.* poni *triplicia* aut *quadruplicia pericula & mala, alia aliis graviora. Eſſe pericula* 1. *quæ velut laquei incautum comprehendant. Sed majora* 2. *quum repentina menti accidat anxietas. Graviora item* 3. *cum tenebræ accedunt, ut rationem evadendi inire nequeas. Graviſſima* 4. *quum ingruunt diluvii more.* Similiter *Jun. Ultiones Dei quatuor metaphoris* exponi arbitratur. Idem viſum *Vavaſſori.* Cl. *Schmid.* II. ſubtilius diſtinguit inter *Laqueos* i. e. *pericula, quæ exterreant,* de quibus hoc *Vſ.* inter *Tenebras excæcantes Vſ.* ſeq. interque ipſas *Calamitates* cum *Aquis* comparatas. Quid ex hac diſtinctione elicuerit Vir Doct. ad poſteriora illa, ſtatim dabitur. In hoc verſu argutius, quod moneat, *etſi Jobus calamitatibus immerſus jaceret, tamen pericula plurium calamitatum non ceſſaſſe; nec ceſſatura, niſi reſipiſcat.* Erud. *de Pined.* III. ſat commode, *propter tot ac tanta, quæ enumeravi, ſcelera, conſtrictus teneris Divini ſupplicii vinculis, atque compedibus; & incredibilium malorum exercitu obſideris, & oppugnaris, uſque ad ſtuporem, & animi conſternationem, qualis eorum, quibus quid ſubitum accidit.* Ab hiſce diverſiſſimus IV. Cl. *Cocc.* qui *molliore* ſua *Hypotheſi* ductus, nunc ſubſerit *varias occaſiones, rationeſque, ad peccandum impellentes:* quæ ad *Vſ.* 15. continuo filo decurrant. Exiſtimat nempe *Eliphazum* voluiſſe Noſtro ob oculos ponere *vim tentationum quibus a recto tramite ſeduci potuerit, forte, & implicari in aliquod horum criminum:* prout *nemo tam probus, qui non per occaſionem ac tentationem aliquando labatur,* quod *Vſ.* 5. ſubnotatum. *Tentamina hæc ſunt* Laquei *ad capiendum per cupiditatis irritamenta: quo pertinet humana auctoritas, exemplorum ſpecioſitas, conſuetudinis poteſtas* &c. Pavor ſubitus *præcipitans animum conſilio interverſo* &c. Reliqua deinceps. Hanc interpretationem nemo dixerit molliter fluere. Cum primis durum על כן *propterea* inverſum in *cauſam & occaſionem peccandi.* q. d. *Hoc fine laquei, pavor, tenebræ, aquæ, veluti data opera te circumdederunt, ut te tentarent, impellerentque in peccata. Non dubito fuiſſe laqueos, qui te irretirent; pavorem qui percelleret.* Dubitares hæc eſſe magni *Cocceji,* niſi verba ipſa haberes. Tantum facit *Hypotheſis* minus feliciter jacta. על כן non dubie ſignat *pœnas criminum* recenſitorum. פחים *Laquei* ſunt *plagæ cœleſtes, ſubito injectæ, & ineluctabiliter conſtringentes.* Hæ ferunt פחד, ὀρρωδίαν; *conſternationem;* ubi nolim te prætercat' alliteratio inter פח & פחד quam Sacri Scriptores ſæpiuſcule captant. Vide *Jeſ.* 24: 17. & *Jer.* 48: 43. פחד פחת פח *Pavor, Fovea, Laqueus, ſuper te* &c. Conferatur *Job.* 18: 8. 9. 10. ubi פחים *Laquei multi, alii aliis formidoloſiores:* & *Prov.* 1: 25. 26. ubi פחד *pavor,* pro *pernicie ſubita, & necopinata.*

Vſ. 11. Interturbat vocula או, & in conſenſu plurimorum, agi de *Pœnis,* multam tamen parit diſſenſionem. *Merc.* I. *Aut tenebras adflictionum non vides;* adeo denſæ ſunt: *& abundantia aquarum te operit.* Addit II. alios per *interr..* legere, *Aut non vides tenebras quibus involveris; & inundationem aquarum quæ te operit?* q. d. *Stupidus es plane niſi horum tantorum malorum cauſam eſſe videas tua ſcelera.* Alii III. alio adhuc flexu, *Aut an tu ſolus tenebras non videres,* &c. ſed tanta ſcelera impune ferres? Non multum differt IV. *Vulgat. Et putabas te tenebras non viſurum; & impetu aquarum obruentium non oppreſſum iri?* i. e. Expoſitore *de Pined. Is ergo cum fueris, tamen tibi per ſummam ſtultitiam perſuaſeras, fore, ut ſemper fruereris jucundiſſimo conſpectu ſplendentis fortunæ?* &c.. Ad II. propior V. *Crinſoz. vel potius* propterea *necdum cernis tenebras; & inundationem aquarum, quæ te ſorbere paratæ ſunt.* Superaddit cumulum *pœnarum, obdurationem.* Ex alia notione ❡ או Cl. *de Dieu* VI. *O tenebras*

12 An non Deus, altitudo cœlorum? & vide verticem ſtellarum, quam ſublimes ſint.

12 הלא־אלוה גבה שמים וראה ראש כוכבים כי־רמו׃

13 Et

13 ואמרת

non videres? & *aquarum copia te* non *tegeret?* eo ſenſu quo num. III. viſum. Iterum VII. idem Vir Doct. *O Tenebræ! non vides?* & *copia aquarum obtegit te?* Id refert ad *ignorantiam* & *cæcitatem*; per quam necdum agnoſcat, ſe propter crimina talia puniri. Duriuſculum *aquarum copiam* trahi ad *nubem menti offuſam*. Cl. *Schmid.* VIII. *Aut tenebras, ut non videas;* & *copia aquarum obtegit te.* A præcedenti in eo differt (præter או) quod in priori tantum Colo *Tenebras excæcantes* adſciſcat, *Laqueis* i. e. *periculis* additas; quibus *aquarum copia* ſuperimponatur, i. e. *Calamitatum multitudo inundans.* Aliter Cl. *Reim.* IX. *Aut ſi tenebras* miſeriarum *videre nolis*, neque agnoſcere quem in finem tibi a Deo immittantur; *inundatio aquarum obtegat te*, teque in exitium auferat, impœnitentem utpote, & obduratum, *neceſſe eſt.* Cl. *Cocc* X. ut ad *Vſ præc.* cœperat, nihil aliud hic videt, quam *Occaſiones*, ſi forte, *quæ Jobum ſollicitare potuerint ad peccandum.* Argumentatur ex eo, *quod ſi mala* & *pœnas irrogatas recenſeret* Eliphaz, *ineptum eſſet* aut, *ubi copulativa* & *requireretur.* Ergo *disjunctive* reddit, *Aut tenebræ* fuerunt, ut *non videres; aut aquarum agmen texit te.* i: e. *nubes triſtitiæ animum offuſcans; vel obſcuritas rei, ex ſe, vel ex colore inducto, animi oculis impervia. Item, ingruentium malorum metus, ac fuga ſibi conſulere ſuadens.* Quam abludat hæc expoſitio a re, & ſerie, quivis ſentit. Argumentum ex או petitum, plane nullum, ſi pro *particula* exclamandi ſumatur. *O tenebræ! nil vides* & *agmen aquarum cooperit te.* Habes XI. ſtructuram poſteriorem Cl. *de Dieu*, quam revocarem ad ſenſum *Merceri*; ita ut *Laqueis* & *pavoribus* undique *circumcingentibus*, cum Exclamatione ſubnectatur; *O Tenebræ* Calamitatum horrendæ, quæ te circumſtant! in quibus *nil videre*, ac *diſpicere queas. Quin agmen aquarum cooperit te*; & *totis gurgitibus immerſus magis magiſque ſub mole te premente peſſum is.* Seatis non injucundam gradationem. Exclamatio aliquid etiam grande, & attoniti ſtuporis plenum, habet, a parte *Eliphazi.* Eam vim exeruiſſe או ipſe ſonus vincit; accedente او *Arabum*, & اا, in eundem uſum. Cl. *de Dieu* ſic venire cenſet voculam או 2 *Sam.* 18: 13. *Eſech.* 21: 15: *Mal.* 2: 17. Si quis *Aut*, retinendum contendat, ne ſic quidem ulla difficultas: aſſumto *Aut potius*, *Quin*; quod & ab *Arabibus* ſub او receptum. *Quin tenebræ* te circumſtant; in quibus *nihil omnino vides*, denſæ, & pluſquam Cimmeriæ: *Agmenque aquarum te cooperit.* Ad prius membrum confer *Cap.* 19: 8. & 18: 18. & præſertim 15: 22. 23. ubi *Eliphazus* comminatur *Tenebras ineluctabiles*, earumque velut *ſtabilem diem*; i. e. *Noctem miſeriarum ſempiternam.* Ad poſterius, reſpice *Cap.* 11: 16. & 27: 21. ubi מים *Aquæ* deſignant *Calamitates diluvii in morem undique inundantes.* Nil tritius in Sacris. Apud profanos eadem regnat imago. *Æſch. Prom.* 885. & 1014. Οἷός σε χειμὼν καὶ κακῶν τρικυμία ἔπεισ' ἄφυκτος *Qualis tempeſtas, & malorum inundatio te invadit inevitabilis.* Item *Vſ.* 745. Δυσχείμερον πέλαγος ἀτηρᾶς δύης *tempeſtuoſum pelagus ærumnoſiſſimæ calamitatis.* Adde *Æſch.* in *Perſ.* 433. Αἶ, αἶ, κακῶν δὴ πέλαγος ἔῤῥωγεν μέγα. *Heu, heu, malorum ingens erupit pelagus*, &c. &c. &c. &c. Habes ita שפע ימים *impetum effuſum marium*, *Deut.* 33: 19. Ad *imbres effuſos* pulcre transfertur *inf.* 38: 34. Et hi *Emblema* præbent *gravium judiciorum.* Reſpice modo *Cap.* 20: 23. *Depluet ſuper illum quo veſcatur* &c. *Origo* Vocum שפע & שפעה in *plaudendo*, *plangendoque*, eo uſu quo *aquæ litora plaudunt*, *planguntque*, vel *inter ſe colliſi fluctus ſonum reddunt.* Pulchre ergo figuratum שפעת מים pro *effuſo impetu* ſive *agmine aquarum ſonantium.* Inde ad alia quoque commigravit, alibi illuſtranda.

Verſ. 12.

Verſ. 12. Quæ ad *Vſ.* 15. uſque unam conſtituunt *pericopam*, cum magna luce verborum, obſcuriſſimum reliquunt ſenſum. Varietas opinionum arguit. *Merc.* I. cenſet ſuperioribus *rapinæ*, *tyrannidisque* &c. *peccatis in proximum*; *adnecti impietatem & blaſphemias in Deum*; *quaſi* Noſter *providentiam Ejus in hæc inferiora negaſſet*; *quum tam acriter pugnaſſet impiis feliciter omnia ire. Mimeſin* itaque, ducibus *Hebræis*, adhibet, quaſi *Jobus* ipſe induceretur loquens, *ſane Deus in celſitudine cœlorum* verſatur, *& ultra ſiderum verticem ſublimis reſidet. Quomodo ergo e tanta diſtantia proſpiceret quæ hic fiunt?* Adſtipulantur *Jun. Piſc.* nec non *Belg.* in *Not.* qui & II. *ibid.* opponunt tanquam ab *Eliphazo* prolata capi poſſe hæc, ad inſinuandum, *Deum qui tam ſublimi vertice ſedet*, *inde tanquam e ſpecula res humanas inſpicere*, *& probe noviſſe*, *quibuſnam præmia*, *aut pœnæ debeantur.* Sic ad *Quæſtionem* hactenus *agitatam* rediret dictum. Hunc adſpectum etiam offert *de Pined.* qui III. adjungit, ad mentem *Vulgati*, *An cogitas quod Deus excelſior ſit cœlo*, *& ſuper verticem ſtellarum ſublimetur?* Senſus redit ad id quod *Num.* I. viſum. Ad II. proprior IV. *Vavaſſ.* *Satiſne advertis Deum in cœlo*, *tanquam in ſpeculis*, eſſe; *te ab illo cuſtodiri*; *illum obſervare quemadmodum te geras*; *& ut ſpeculator fuerit*, *ita vindicem futurum ſceleris?* Eodem tendit *Codurc.* Vicinum V. quod Cl. *Schmid.* exhibet; accommodate ad nexum *Merc.* *Videamus etiam quantopere adverſus Deum peccaveris. Nonne Deus ipſis Cœlis*, *ſummiſque ſtellis altior? Atqui Tu*, *quando peccaſti*, *nihilominus dixiſti:* Quid novit Deus? *quanta*, *quæſo*, *blaſphemia*, *de Eo*, *qui cœlo altior*, *dicere*, *quod non videat.* Qui Cl. *Cocc.* VI. hinc eliciat *occaſionem quæ forte impulerit ad peccandum*, percipies ex hac verſione, *Nonne Deus in altitudine Cœli?* &c. *Et*, credo, *dixiſti*, *quid ſciret Deus?* q. d. *Credibile eſt meum peccandi tibi minuiſſe immenſitatem Dei*, *qua Cœlis altior*, *ſupra ſidera reſidere æſtimatur. Cogitaſſe te* propterea *probabilis præſumtio eſt*, *quomodo ſciret Deus ſecreta cordium*, *operta domorum*, *opaca noctium*, *velata nubium?* &c. *quemadmodum omni homini difficile eſt*, *Deum ita ponere ante oculos*, *ut Eum omnibus actibus intereſſe*, *omnibus cogitatibus intervenire* ſentiat. Vides illud *remiſſum & molle*, quod in tota hac oratione quæſivit *præcl. Interp.* cui cur ſubſcribere nequeamus, ſupra datum. Placet tamen nexus hicce, ad aſperiorem cenſuram reductus, q. d. *Eliphaze*, *Haud ignotum quid te ad crimina illa cum ſumma ſecuritate*, *ſub velo Hypocriſeos*, *perpetranda pellexerit*; *quod videlicet Deus in Cœlis reſideat*, *& ſolium Ejus ſuper ſidera ſit evectum: ac propterea perſuaſiſti tibi Numen tam alte ſedens*, *tantoque intervallo a nobis diſtans*, *ad peccata tua non attendere*; *neque ad opera iſta tenebrarum ſatis penetrare.* Hunc VII. conſpectum reliquis cenſeo commodiorem, ſive *ſeriem*, ſive *rem* ipſam ſpectemus. Nil aptius ad *ſeriem*, ultro largieris; quum *Catalogus criminum* paulo ante ſit cetextus; ſubnexa *pœna* iis *debita.* Inde novo filo rediri ad *Crimina Deum* directe *lædentia*, ut ſuperiora indirecte, non adeo veriſimile eſt: nam cur interrupiſſet declamator quod melius cohæſiſſet? Scio Cl. *Schmidium* dicere, *hunc eſſe morem ſcripturæ* &c. ſed idem quoque ſcio nunquam colorem deeſſe aliquid colorare quærenti. Reliquæ item connexiones hiatum aliquem relinquere videntur. Nulla quoque præcedentium opinionum *rem* ipſam tam prope tangit; nam ut *providentiæ palam abnegatæ*, & *blaſphemiæ apertæ*, dica impingatur *Jobo*, a Cenſore, quantumvis aſpero, ac crudo, revera cum Cl. *Cocc.* nimis crudum judico. Satis *Vehemens* erit *Accuſatio*, & multo ſpecioſior ſimul, ſi id *Jobo* objectari ſtatuamus, quod *Hypocritis* omnibus ex facili ſurrepit; quin imo a corde cupiditatibus ineſcato abeſſe nequit. Eo magis mihi hæc ſententia ridet, quod & *Mimeſin*, ſi quis eam mallet, huc adaptare poſſimus; per quam *Jobus* inducatur propterea ſibi in peccatis prægreſſis indulgens, quod talis cogitatio & ratiocinatio cor ejus impleviſſet.

Ibid. Verbulum de ratione Grammatica. Plerique per *Ellipſin præp.* ב. *Annon Deus in altitudine Cœlorum? Et vide caput ſtellarum*, *quod excelſæ ſint.* Cl. *de Dieu* rotundius fore cenſuit, *An non Deus eſt ſummitas Cœlorum? quin ecce*, *caput eſt ſtellarum*, *etſi altæ ſint.* Poſterius nimis argutum. Prius ſe commendat, & magnam habet vim; quam Cl. *Schmidio* quoque obverſatam video, ſic reddenti, *Annon Deus eſt altitudo Cœli? & vide caput ſtellarum*, *quam altæ ſint:* pro כגבה *ſicut altitudo.* Hoc aliud eſt, quam illud *Rabbinicum* a *Merc.* notatum; quaſi ſub *Mimeſi* ſcilicet eſſet, *Annon Deus eſt altitudo ipſa Cœlorum?*

Il-

13 Et dixiſti, quid novit Deus? num per ſpiſſam caliginem judicat?

13 ואמרת מה־ידע אל הבעד ערפל ישפוט :

14 Nubes velamentum ei, ne videat; & orbem coeli obambulat.

14 עבים סתר־לו ולא יראה וחוג שמים יתהלך :

15 An

15 הארח

Illuc impudentiæ provectum *Eliphazum*, ut *Atheiſmum gentilium*, quibus *Cœlum Deus*, exprobrarit *Jobo*, non credibile. *Deus eſt ſummitas cœlorum* argutiſſime enunciatum, pro *Deus cœlis ipſis ſuperior*, & *infinitum quantum ſublimior*. Eodem ſenſu adjectum, flexu per quam venuſto, *quin adſpice Culmen ſiderum*, *quod ſublimia ſint*. Supplet *Schmid*. *Nonne Deus ſicut illud*, *ratione altitudinis*? Imo vero, *Nonne Deus immenſum quantum ſupra illa ipſa ſublimatus*? Id ex præced. Colo ſponte ſe ſuggerit; ſi modo גבה שמים ſemel rite ſit acceptum, pro *Altitudine Cœlos ipſos tranſcendente*, & *non oculis tantum*, *ſed etiam cogitationibus*, *inacceſſa*. Si per *Mimeſin* prolata ſtatuantur hæcce, habebimus *abuſum Veritatis Capitalis* non tam *in ore*, quam *in corde* Hypocritæ, hinc concludentis a *Numine tam celſo inferiora hæcce non inſpici*. Si ſint verba *Eliphazi*, quod malim, eſt *propoſitio Capitaliſſimæ veritatis*, unde *Jobus* arripuerit anſam *dicendi in corde* ſuo, quod ſubnexum.

Verſ. 13. Paucis hæc criminatio graviſſima poterit expediri, ſecundum numeros modo poſitos. *Merc.* I. *Et dixiſti*, vel *dices*, *quid novit Deus?* &c. i. e. *Poteſtne ea cognoſcere quæ hic fiunt*, *eademque punire aut remunerari?* Illud *dices* plane incommodum: nec aptus ſatis digreſſus ad *Quæſtionem* de *præmiis* & *pœnis juſte diſpenſatis*, *ob ignorantiam Judicis*; quum non *ſcientiam* in Deo deſideraſſe viſus ſit *Jobus*, ſed *æquitatem*, ac *juſtitiam Ejus* ſe perſpicere negarit. *Vavaſſ.* II. non ſatis molliter, *Quum dico Deum in Cœlis ſpeculatorem agere & vindicem*, *tu contra interpretaris*, & *dicis Deum longius abeſſe quam ut noſtra cernat*. Conſimiliter qui III. & IV. *Num.* comparuere; Crimen *Blaſphemiæ Jobo impingi* ſtatuentes. Nec aliter V. *Schmid*. *Nihilominus dicis*, in *præſenti*; h. e. *talia in animo habes*, & *volutas*, *quibus hæc Fides evertatur*: atque *ſi non ore*, ſaltem *corde* hæc *dicis*. Cl. *Cocc.* ſententia VI. ſatis relucet ex iis quæ modo adducta. Eam VII. ſic ad ſeverius quid, graviuſque, revoco. *Et dixiſti*, in *corde* tuo, quin *ſi non ore*, *opere* utique, frena laxans cupiditatibus tuis, *Quid novit Deus* tam celſe reſidens? *num per denſam caliginem judicaret?* ערפל eſt ille *nebuloſus aër*, *qui mundum inferiorem circumvallat*, & *a ſerenitate cœlorum diſcludit*. Eſt hæc ſolidiſſima *Cocceji* obſervatio; quam firmat *Etymon* a ערב & אפל Non abit hinc *Schmid.* ut nec *Merc.* ſic appellari ſtatuens *quæcumque inter nos & Deum interjecta*. Subtilius a quibusdam trahitur ad *Nubem caliginoſam in qua* Numen credebatur *habitare*: quamvis non omnino abludat. Craſſum nimis, quod R. *Periz.* cogitarit de *materia*: & *maſſa* illa *corporea*, *qua nos obducti*. Aliis vel *ſubtilitates*, vel, ſi placet, *craſſiores argutias*, reperies apud *de Pined.* qui ne ipſe quidem ſuum *Interpretem* ſatis vindicat, vertere auſum cum *adfirm. Et quaſi per caliginem judicat*. Habuit tamen, quod ſequeretur, & cave rejiculum pronuncies; nam ה ſæpe *adfirmativum*; unde exit *Ecce*, vel *ſane*, *per caliginem judicas*. Sic proverbiale quid ſubeſſet, ut in *Latino*, *per nebulam*; pro *indiſtinctim* & *confuſim*. Nemo interim negaverit *interrogationem* multo eſſe opportuniorem.

Verſ. 14. Paucis & hic defungi licet; quum hæc a præcedenti *V. ſ.* pendeant, ac pro varia *Hypotheſi* ſponte ſubſequantur. Omnes videlicet agnoſcunt *Omniſcientiam*, & *Omnipræſentiam* Dei, vel *blaſphemo ore*, vel *corde impuro*, *negari*, *in dubiumve vocari*. Non quod *Jobus* unquam quicquam tale *dixerit*, ſed quod *dixiſſe*, i. e. *ſuppoſuiſſe*, vel ſaltem *cogitaſſe*, inculcetur, ab acri adverſario, vel & etiamnum *cogitare*. *Ita Merc. Vavaſſ. de Pined.*

15 הארח עולם תשמור אשר דרכו
מת־־און :

16 אשר־־

15 Profecto viam ſeculi ſervas, quam calcarunt ſodales vanitatis.

16 Qui

ned. de Dieu. Schmid. &c. &c. pro ſua quiſque ſententia. *Cocc.* pro ſua mitiore, in hanc mentem, *Cogitare potuiſti de immenſitate potentiæ* Dei, *&* *providentiæ* Ejus, *ſatis videri, quod orbem Cœli inambulet, idque regat, cuncta amplectens, & fovens, ut per illud inferiora regantur, animentur, corrumpantur, prout convenit.* (*cadit*, dicere potuiſſet.) *Item, ſi curæ* Eum *ſufficere dicas*, cogitaſti, credo, *apud ſe beatus eſt*; *non turbat ſuas voluptates* περιεργία, *& malorum mortalium cura, ut vel ira, vel miſeratione tangatur.* Recte, ſi modo erigas in vehementiorem reprehenſionem, *quod his ſimilibuſve cogitationibus pellectus, ſibi ſecure indulſerit, in Hypocriſi ſua, patrandiſque* in occulto *criminibus*, quæ ſuperius Noſtro impacta. Illud *apud ſe beatus eſt*, refertur ad *inambulat ambitum cœli*, quod *Deodato* valet *beatitudinis gratam & quietam fruitionem.* At *Mercero* potius eſt, *occupatus eſt in moderandis corporibus Cœleſtibus, eorumque motibus, ut inde inferiora regantur.* Ad *longiſſimam diſtantiam* referre maluit *Schmidius*, *per quam* Deus *noſſe non poſſit hæc inferiora.* Non eſt, cur nimis ſcrupuloſe finiatur, quod per ſe latiſſime funditur, quum cum *remotiſſima diſtantia, cœleſtium orbium moderatio*, & *jucunda* velnti *obambulatio per immenſa cœlorum ſpatia, & Templa, nec non alia ejuſdem naturæ*, quæ ingenium carnale ſibi fingit, ſua ſponte ſe ingerant.

Verſ. 15. Nova periodus, ſex verſibus comprehenſa. In filo contexendo, & evolvendo, multa diverſitas opinionum. *Merc.* I. vult *deterreri* Noſtrum & *avocari a ſententia ſua, per ſupplicia horrenda peccatoribus ſemper inflicta*: q. d. *non viam ſeculi obſervas? & animo reputas perpetuum ordinem quem poſt homines natos in talibus impiis puniendis tenuit Deus?* ſubjicit *exempla hominum qui Diluvio periere, quos credibile hac impia opinione imbutos fuiſſe. Item Sodomitarum &c.* de cetero refutans ipſe *Theſin*, qua *Eliphazus* contendebat hunc eſſe *perpetuum Dei ordinem.* Quid hæc *ſpecimina Judiciorum Dei* ſuggeſſerit, ad *Vſ.* ſeq. pateſcet; ubi directe illuc reſpici voluerunt multi, *Mercero* tamen non ſubſcribente. In hac explicatione, præter alia, id incommodi, quod *negatio* adſciſcatur extra textum, *Non obſervaſti quid ſemper talibus impiis acciderit?* Hoc fuiſſet הלא. Sententia ſic enunciata, *Quin obſervas?* huic ſcrupulo non exemta, alium adjicit, quod ה *Interr.* ita non ſoleat reſolvi. Ambiguum II. quid *Jun.* & *Trem.* voluerint, reddentes, *An ſemitam priſcam obſervaſti, quam trivere homines vani?* &c. Ajunt eſſe *tertium locum Reprehenſionis, ab exemplo eorum qui diluvio olim periere*: & *ſemitam priſcam* exponunt *rationem vitæ quam ſequuti fuere, eorumque exitum de quo Vſ. ſeq.* Quid ergo jam, *An obſervaſti?* Valetne ſimpliciter *Notaſti?* an *imitatus, ſecutuſque fuiſti & Tu?* Eadem ambiguitas fere in *Verſ. Belg.* niſi quod prius intentum fuiſſe veri ſit ſimilius; *An notaſti?* quod reſolvendum in, *notare utique potuiſti* & *debuiſti*, ſive ut *Merc.* *Quin obſervas?* Huc acclinis *de Pined.* III. adjungens ſimul *cautionem*, & *cuſtodiam ſui ab illa ſemita ſeculi*, i. e. *ſupplicio mortis quo Deus ſoleat religionis contemtores adficere.* q. d. *Numquid arridet tibi impiorum interitus? an potius cavenda tibi via illa?* &c. Apud eundem IV. laudatur ex *Gregor. Phil. Th. Aquin.* & poſterioribus fere interpretibus, *imitatio ſemitæ ſeculi*, & *ſecularium hominum*: ac præſertim *eorum qui in diluvio, & Sodomis*, quin & *in Eremo* periere. Ita *Hieron.* ad *Vulgati*, illud, *Numquid ſemitam ſeculorum cuſtodire cupis?* &c. In *Gloſſ. Ordin.* ſpeciatim *ſemita ſeculi* ad *ſuperbiam* trahitur; ut *ſemita Redemtoris, humilitas.* Adhuc aliquid præciſius V. dare voluit *Bolduc.* ex Hæreſi *Cainitarum* & *Enoſchæorum perverſorum*, qui negarint *Divinam providentiam.* Eam hic vocari *ſemitam ſeculi*, a *mundi principio calcatam, tritamque*, ſibi facile perſuadere potuit: an & aliis, neſcio. Non multum hinc VI. abludit, quod aliis *ſemita ſeculi* ſit *ſecta veterum Philoſophorum Providentiam tollentium.* Quin *de Pined.* hanc quorundam ſententiam primo loco promens, addiderat, *alluſionem tunc forte fieri ad impietatem Cain, & Gigan-*

16 Qui conſtricti ſunt quadrupedes, ante tempus: flumen fuſum fundamentum eorum.

17 Di-

16 אשר־קמטו ולא־עת נהר יוצק יסודם :

17 האמרים

tum civitatis Enoſch. Id ab ipſo abjectum, avide a *Bol.luc.* arreptum, alapa ſimul Eidem impacta, ejuſque expoſitione quam III. num. vidimus exploſa. Vicinus hiſce VI. *Schmid. Num viam ſeculi ſervabis? Viſne impius & Epicuræus fieri? Cave facias.* Huc concedunt Cl. *Mich. Reim.* &c. Ad II. propior VII. Cl. *Cocc. An iter ſeculi obſervaſti?* &c. monens *iter* ſignare *qualitatem viæ & exitum improbitati conformem.* Differt in eo, quod hæc non *cenſuram ferre* autumet, ſed *refutationem Jobi, judicia Dei in Improbos negantis.* In hanc mentem *Calvin.* quoque diſſeruit in Concione ad h. l. *Hic iterum Eliphazus ſermonem ſuperius habitum confirmat, nempe ab omni ævo illud obſervatum eſſe, improbos fuiſſe punitos etiamſi ad tempus exultent. Quærit* itaque *ex Jobo an non obſervarit viam antiquiorem, quid factum ſit improbis, qui,* inquit, *fracti, contuſi, disjecti fuere, & quorum fundamentum fuit tanquam fluvius qui effluxit & exareſactus eſt?* Vides iterum הלא potius dicendum fuiſſe. Mihi VIII. mentem pepulit, & advertit in ſe, varians Lectio Codicum, quorum nonnulla exhibent *Kamets* ſub הָ Cl. *Schmid.* ejus occaſione notavit, *recte monuiſſe Mercerum, exemplaria emendatiora habere Patach, ſub He, non Kamets; quia interrogativum; non demonſtrativum.* Concedo, nam *Regimen* non patitur *demonſtrationem.* Sed eſt aliud הָ, vel per *Scheva*, vel per *Patach*, *præfigi* ſolitum, quod אמתי *Adfirmativum* vocatur; ſæpiuſcule a nobis indicatum. Inde hic ſenſus naſcitur: *Ecce*, vel, *ſane viam ſeculi obſervas* hactenus, *quam calcavere ſodales vanitatis.* Idem obverſatum ſuſpicor iis, qui *Kamets* ſubjecere הָ, ad indicium diſcriminis ab *interrogativo.* Hoc tamen neutiquam neceſſe erat: quin vitioſum; quia *Patach* illius *He Adfirmativi* non amat compenſationem. Hanc *Adfirmationem* multa ſuadent. Nam 1. אורח עולם *via ſeculi trita a ſodalibus vanitatis*, ſimpliciſſime accipitur pro *via improbitatis.* Quicquid ulterius tendas, in argutiam exit; ut ex fluctuatione ſuperiore perſpicuum 2 שמר ארח frequens in Sacris pro *ſervare viam*, eamque *terere.* 3. Non patitur ſuperior contextus, ut jam dubitanter inferat Accuſator, *An ſervabis &c? An vis ſodalis fieri Vanitatis?* 4. Moderatus ille *Elihu*, qui congreſſus hoſce claudet *Cap.* 34: 8. ob ſermones audaciores Noſtrum notat, tanquam *qui Ambulet in ſocietate cum operantibus iniquitatis.* Quanto magis *Eliphazus* huc provectus fuiſſe cenſendus? 5. Omnis contentio tum Ejus, tum Amicorum, huc collineavit, ut *Jobum improbum* eſſe *evincerent*; eoque nomine *pœnitentiam* ipſi *ſeriam* præſcriberent. Nil opportunius ergo quam quum *Eliphazus* eandem *cantilenam* meditaretur, hoc ipſum ut Noſtro nunc *occinuiſſe* ſtatuatur. 6. *Victus*, fractus, confuſus, videri debuiſſet acerrimus hicce pugnator, (ut erat) niſi ad finem, tanquam *Victor*, ſcilicet, Epinicium cantaſſet; *Profecto viam ſeculi ſervas*, & *ſervaſti*; atque *improbitatis* convictus *teneris*! Perpende quæ Vir hic dicere auſus *Cap.* 15: 4, 5, 6. Eumque nunc mitiorem factum, non facile credes. 7. Succinunt quæ mox ſequentur, *Vſ.* 21. &c. præcepta, de *Converſione* & *pœnitentia* quantocyus *ſuſcipienda*, quibus ſupponitur, nullum eſſe dubium, quin *Jobus viam ſeculi triverit*; unde nunc tandem Ei per ſeriam contritionem cordis, hactenus indurati, in viam ſalutis ſit regrediendum.

Verſ. 16. Sententiæ noſtræ non parum firmamenti ex hoc quoque *Vſ.* rite enucleato accedet. Utrumque Colon magna obſcuritate, quin profunditate, involutum; unde verſionum ſententiarumque magni fluctus. *Merc.* I. *Qui exciſi ſunt, ante ſuum tempus. Fluvius* qui *funditur*, *eorum fundamentum* fuit. Refert hoc ad *immaturum exitium quo abrepti, qui ſecundum naturæ curſum diutius vivere potuiſſent: quales qui Diluvio deleti, itemqve Sodomorum everſione:* atque hæc Exempla adduci autumat, *ut Jobus inde diſcat ſapere, & a talium*

ſen-

ſententia diſcedere. Ultimum membrum exponit de *inſtabilitate fortunæ* eorum, eodem plane modo, ut *Calvinum* feciſſe vidimus ad *Vſ.* præced. Addit, *Hebræos fluvii effuſi mentionem factam* velle *ob diluvium: alios quoque adjunxiſſe fluvium ſulphuris & ignis, ut Sodomorum ſimul conflagrationem complecterentur.* Habes hoc poſterius apud *Cajetan.* itemque in *Gloſſ. Ordin.* utrumque Ex priore parte hujus opinionis *Jun.* & *Trem.* II. *Qui corrugati ſunt, quum nondum* eſſet *tempus*; *fluvio effuſo* in *fundamentum eorum.* In notis monemur, *hominum merſorum, & diu in aquis fluctuantium, corpora corrugari.* Liberiuſcule *Vulgat.* III. *Qui ſublati ſunt ante tempus ſuum*; *& fluvius ſubvertit fundamentum eorum.* Frigent, quæ addit *de Pined.* pro *Corrugati ſunt pulchre a Latino interp. expreſſum, ſublati ſunt.* i. e. *Mortui, ac ſi jam corrugati, confecti, exſucti eſſent.* Item *fluvium* hunc figurate accipi poſſe ex *Gregor.* de *Quotidiano temporis lapſu:* vel ex *Th. Aquin.* de *curſu mutabilitatis rerum:* vel ex *Hugone*, de *fluento Mortis:* vel, quod tandem de ſuo ſubdit, de *ira Dei ſcelerum vindice.* Ad *fundamentum* porro notat, eſſe, vel *vitam*, vel *commoda vitæ*, vel *ea omnia, quibus ſpes, cogitationeſque ſuas, ſuperbiſſima vanitatis mole exædificant impii*; vel denique *falſam de Divina providentia* doctrinam. Subnectit deinde, *ſe non levibus ſuaſurum conjecturis, huncce contextum a Vſ.* 15. *ad* 20. *reſpicere ad demerſionem Pharaonis & exercitus Ægyptii in mari Rubro.* Non perſuadet; quantumvis ſpecioſe cauſam iſtam egerit, nimis longam, quam ut huc vel per compendium transferatur. *Bolduc.* IV. *non perperam a quodam Neoterico,* (*is de Pineda*) *fundamentum hoc ad falſam doctrinam de providentia relatum* cenſens, *ad Cainitas ſuos* applicat, *quorum principes & Coryphæos, velut fundamentum eorum, diluvium ſubverterit*; vel, *qui etiamſi aliquando viguerint, nunc tamen corrugati, rancidi, flaccidique effecti, prorſus evanuerint*; *fundamento doctrinæ eorum fluvii inſtar diffuſo & dilapſo.* Prætërierat ferme, eum *Corrugati ſunt* poſitum velle pro *putruerunt, fœtuerunt; in ſterquilinium projecti ſunt, cum extrema infamia & confuſione*; quæ *infamia* per *Rugas in corporibus moribundis* nunc *parabolice* deſignetur; quin & a *Vulgato* intendatur in ſuo *Sublati ſunt*, nempe *a conſpectu Dei*; *& cum abominatione elongati.* Nunquam ſomniaſſet *Hieron.* ſe quum in Verbo ignoto aliquid ex ſerie exſculperet, miſſis *Rugis*, quas admiſerat *Cap.* 16: 8. ad eaſdem vel invitum fore retrahendum. Quantas ibi turbas dederint, in loco viſum. Non minores hic dant; ubi multo minus quadrant; & ne minima quidem ſpecie ſe defendunt. Hinc *Merc.* iis ſepoſitis, *Exciſi ſunt:* item *Vatabl. Exterminati ſunt.* Secuti *Doct. Angl. Crinſoz* &c. Alii iis *Cap.* 16: admiſſis, inde diſcedere nunc non auſi. Ne *Cocc.* quidem V. reddens, *Quod corrugati ſunt ante tempus: ceu flumen effuſum* eſt *fundamentum eorum.* Subjicit, לא עת *ſine tempore* etiam verti poſſe *ſine mora.* Item, *fundamentum* dici *firmiſſimum ſubſtantiæ & opum.* Id placet. Non peræque, *Corrugantur* i. e. *contrahuntur, emaciantur, minuuntur, decreſcunt. Metaph. ab humano corpore: quod habet ordinarium tempus, ac modum augeſcendi & decreſcendi.* Hinc non multum abſtat *Schmid.* VI. *Nobis videtur hoc loco verti poſſe*, Corruere, *quod quæ corrugantur ſi prius extenſa fuerint in altum maxime, corruant. Qui morbo & macie corrugatur corruiſſe quoque dicitur. Et forte dici poteſt ejuſmodi morbum tabificum hic intendi.* Videtur ergo cum *Kimch.* tandem facere, cui קמטו eſt *in flore ætatis extinguuntur, ac ſi ſenio eſſent corrugati.* Dilutius adhuc Cl. *Cler. Qui ante tempus facti ſenes, & viribus defecti.* Notat tamen *Symmachum*, tanquam *qui κυριολογίαν non expreſſerit*, in ἁλώσονται πρὸ καιροῦ; nec non LXX, qui habent συνελήφθησαν ἄωροι. Atqui *Sum. Grot.* VII. hoc elegans judicarat; & exploſis *Rugis* ad *Cap.* 16. 8. *Comprehendendi* poteſtatem judicialem feliciſſime protraxerat ex *Chaldaiſmo.* Inde hic vertit *Comprehenſi ſunt ante diem.* Argutius quid captatum a *Codurco*, in reliquis conſpirante; *Qui deprehenſi ſunt in momento*; vel *in ipſo articulo*, ἐπ' αὐτοφώρῳ, quod & *Cap.* 16: 8. captaviſſe eum vidimus. Hoc reliquis omnibus merito prælatum a Cl. *Reim. Qui ante tempus vincti ad ſupplicium rapiuntur*; *& quorum fundamentum* ſpei *ceu fluvius in aquam dilabitur.* Nil pote rotundius, venuſtiuſque. Conſenſum *Chald. Syr.* & *Arab.* in hanc ſignificationem, quam idem vir *Doctiſſ.* laudavit ad *Cap.* 16: 8. ſupra adſtructum reperies; ſimulque, quod præcedentibus addere liceat, auſam hujus abrupti, obſcurique, dicti. Deploraverat nempe ibi *Jobus* ſortis ſuæ acerbitatem eodem hocce vocabulo, *Quodque me quadrupedem*

17 Dicentes Deo, recede a nobis: &, quid faciat omnipotens illis?

18 Et

17 האמרים לאל סור ממנו ומה־
יפעל שדי למו׃

18 והוא

dem conſtrinxeris, meque velut ſupplicio publico mactes, hoc ipſum *in teſtem contra me exſtitit.* Hoc nunc arripere cenſerem *Eliphazum*, ut *Jobum* ſuomet verbo feriret, atque ſe per hoc latus peti ſentiret. *Sane vero tu viam ſeculi ſervas. Sodalium ſcilicet vanitatis, qui ante tempus quadrupedes conſtricti ſunt, ut pro Exemplis juſtitiæ Divinæ servirent; quemadmodum Tu quoque nunc inſervis.* In ultimo Colo cum Cl. *Reim.* ſtant *Calv. Merc. Cocc.* aliique, quibus palmam non aufert *Schmid.* quum *fundamentum* conſiderandum putat, *quatenus imum eſt, ut hi homines ex ipſo fundamento ſubruti* inducantur; *nihilque remaneat nec de Liberis, nec de Bonis, ſuper quo conſiſtere aut reſurgere queant.* An ergo qui *ſtabiles maxime res opeſque, & ipſum* velut *Fundamentum*, ac *robur firmiſſimum ſubſtantiæ, ad inſtar fluvii effuſi dilapſum* nobis pingebant, non ſimul *a fundamentis dirutam & ſublapſam talem Domum* innuebant? Oculis iterum contrectas veluti *Ruinam ſubitariam fundatiſſimæ, & florentiſſimæ, Fortunæ Jobææ*, uno die, uno momento, *collapſæ* non tantum, ſed ita *dilapſæ*, ut *Torrentis inſtar fluvii præcipitaſſe & diffluxiſſe* videretur. Sic יוצק redit ad *fluvium* נהר, qui *magno impetu effuſus feratur.* Poſſes quoque ad יסוד *fundamentum* referre cum Doct. *Tigurinis*, qui dedere, *Fundamentum eorum, ut flumen, defluxit.* Amplexus eſt *Bold.* argutiore adhuc facie, *Fluvius eſt fundamentum eorum diffuſum*, pro *tanquam fluvius.* Spectat ipſum *fundamentum* e duro & ſtabili *colliquefactum* quaſi, *atque ſuoſto diffuſum*, ac *dilapſum inſtar aquæ.* Id exſculpſit ex uſu peculiari 𝔉 יצק *in metallis fuſis & liquefactis.* Eſt imago ſplendida, & *granditatem Arabiæ* ſpirans, qua nihil ſublimius Lingua reſonare poſſe videtur. En tamen unum adhuc gradum, quo eſcendat: *Fluvius* eſt, *fundamentum eorum ſolidiſſime fuſum, conflatum* quaſi, *ac compactum.* Id pro *auro* [illegible] vendo: nec tamen *bracteatum* eſt, ſed *aureum dictum*, ſecundum *officinam* i. e. *genium Arabiæ.* Notum in Sacris ים מוצק 1 *Reg.* 7: 23. *Mare fuſum*, atque *e metallo ſolide conflatum.* Et *Vſ.* 37. מוצק אחד *fuſum unum: una perpetua ſolida fuſio.* Inde ſupra *Cap.* 11: 15. obtulimus, *Eriſque* מוצק *ſolidiſſime & nitidiſſime fuſum* quid. Item infra *Cap.* 37: 18 ראי מוצק *ſpeculum ſolide & nitide fuſum.* Iterum *Cap.* 38: 38 בצקת עפר למוצק *quum funditur pulvis ad ſolidiſſime & nitidiſſime fuſum.* i. e. *in durum nitidumque compingitur, ad inſtar petræ.* Hæc arguunt indulſiſſe ſibi grandiſonos noſtros *Arabes*, in illo יצק, ad *ſolidiſſimam firmitatem* expingendam. Hinc ergo tandem exiſteret, יסוד יוצק *Fundamentum* quod *fuſum*, & *in ſolidum* velut *petram conflatum* credebatur: quod tamen nil niſi נהר *fluvius* deprenſum ſit, uno momento vaneſcens & dilabens, ad Dei vindicis increpationem. Dices ordinem verborum vix pati: ſed ſcias velim, יוצק יסודם junctim ſumtum efficere *ſubjectum*, ſive, *quod fuſum erat*, & cenſebatur ab omnibus, *fundamentum eorum*: per βραχυλογίαν dithyrambicam huic Libro domeſticam. Interim, ut dixi, nihil contendo: ſed quod Lingua ferebat, proponendum duxi.

Verſ. 17. Non longe nos detinebit vel nexus, vel ſenſus; qui in poſteriori tantum Colo paulo obſcurior. Cohærentia ſatis aperta; ſignatur enim Character *Sodalium vanitatis*; quibus Noſtrum accenſet *Eliphazus.* Bene *Merc. Non quod palam in tantam blaſphemiam erumperent, ſed quod ſic apud ſe cogitarent.* &c. &c. &c. Quomodo Docti interpretes hæc ad ſuam quiſque Hypotheſin, circa hanc periodum, accommodent, ex prægreſſis ſponte pateſcit; ſenſu vel intenſiore, vel re

18 והוא מלא בתיהם טוב ועצת
רשעים רחקה מני׃

18 Et ille implevit domos eorum bono: conſilium vero improborum procul faceſſat a me.

19 יראו

19 Vi-

remiſſiore. Dilutior connexio Cl. *Schmid.* qui ה *demonſtr.* hic *officium cauſalis particulæ præſtare* opinatur, ut ſit, *Quia dicunt Deo recede a nobis.* Propius vero, quod idem Vir Doct. ſtatuit, *ſine dubio eum in finem hæc aſſumta ab Eliphazo, ut Jobo contradiceret; quod dixerat, eos felices vivere, qui Deo dicunt, recede a nobis; Eliphazo contra inferente, illos ipſos eſſe qui funditus everti ſoleant.* Id & *Merc.* monuerat, addens, *malitioſe nunc Eliphazum eum talium Atheorum numero inſerere.* Paululum emollit *Schmid.* quum *ſimul oſtendi* ait, *cavendum Jobo, ne in numerum iſtorum veniat; licet ſupra ſubdidiſſet, conſilium improborum procul a ſe abeſſe.* Ad *Vſ.* 15. videbis fundamentum hujus mitigationis. Ex noſtra ſententia, in *Jobi* caput hoc telum oblique tortum, tanquam qui hoc ipſum quoque Crimen in ſe admiſerit, non *aperte* quidem, & *ore blaſphemo*: ſed *occulte*, & *corde Hypocriſi ſuffuſo.* Ad *Vſ.* 15. item præſtructum, quod hanc expoſitionem fulciat, & forte dubio eximat. Circa poſterius porro Colon nonnihil hæſitatur. *Merc.* ſic capit; *Et quid facit Omnipotens illis?* i. e. *Nobis?* mutata perſona, quaſi dicerent, *Deum nihil ipſis facere ac conferre, ſed induſtriam ipſorummet omnia ipſis præſtare.* Latiore adſpectu *Vulgat. Et quaſi nihil poſſet facere Omnipotens, exiſtimabant Eum.* Hoc explicari poteſt eodem ſenſu, *quaſi nihil boni ipſis adferre poſſet. De Pined.* poſt *Philipp.* & *Antiquiores*, in malum exponit, *quaſi nihil nocere poſſet illis:* addens tamen, & *commoda*, & *pœnas* ſimul locum invenire; quia ad utrumque paratum *Faciendi* verbum. Illud למו pro לנו minus digerentes Alii, maluere, ac ſi verba eſſent *Eliphazi* mirabundi, *Et quid, quæſo, fecerat Omnipotens illis?* ubi *Piſc. Deod.* &c. *Certe nihil mali fecit illis*, ſed contra, *implevit domos bonis.* Doct. *Belg.* paulo aliter; ut, *Et quid fecerat illis?* directe *in bonum* feratur, *Collationemque ingentium beneficiorum.* Eodem tendit verſio Eleg. *Crinſoz.* Longe aliud ſecutus Cl. *Cocc.* qui hic deprehendit *Negationem* ſeriam, *impiis a Deo quicquam boni præparatum eſſe.* Occurri putat dicto *Jobi Cap.* 21: 16. ubi *impiis bonum* aliquid, *& bonum ſuum*, attribuerat; quaſi reponeretur, *Quidnam paravit illis omnipotens de bono illo, quod parat piis? Quicquid habent fluxum eſt. Bonum piorum non ſunt fluxæ opes. Idcirco, licet Deus ipſorum domos impleverit bonis, tamen jure conſilia eorum ſperno, quia verum bonum Deus ipſis nec dedit, nec præparavit.* Cl. *Schmid.* & *Mich.* accedunt *Mercero.* Doct. *Reim.* cum *Belgis* ſentit. Si ad *Cap.* 21: 14. 15. oculos reflexeris, cernes *ipſos improbos loquentes induci.* Quod ergo ibi, *Quid Omnipotens ut ſerviamus illi* &c? Id heic loci in compendium mittitur, ſub eadem *Mimeſi*, *Et*, dicentes, *Quid faceret Omnipotens illis?* Sed, inquis, ſic לנו *Nobis* exarandum fuiſſet. Recte vero: & hoc eſt quod *Merc.* inſinuabat, *illis*, mutata perſona, poſitum pro *Nobis.* Inſtas, durum nimis, & inelegans. Imo vero molle, & multo elegantiſſimum. Geminum plane *Job.* 19: 28. *Et Radix cauſæ inventa* בי *in me.* Simplex oratio dediſſet בו *in eo:* ſed *Figura* & *Adfectus* maluere בי. Germaniſſimum *Cap.* 35: 3. *Nam dicis, quid proderit Tibi; & quid utilitatis capiam?* &c. Sentis, credo, לנו in hac *Mimeſi* nec tam ardens, vehemenſque, ad increpationem, nec tam aptum ad *Vſ.* 18. ubi in 3 *Perſ.* hi homines perſtringendi veniebant.

Verſ. 18. Nihil eſt, quod *moram facere* queat iterum; niſi ultimum, quod varie applicatur. *Merc.* tanquam ab *Eliphazo* prolatum Epiphonema accipit. *Sane a Talium ego impiorum ſententia abhorreo.* Hoc quia nimis languidum videbatur, ſimul *Jobum* pungi cenſet, qui idem quidem dixerat ſupra, ſed *ore tenus.* Alii *Mimeſin* quandam *Verborum Jobi* eſſe ſtatuunt, q. d. *Et tamen teſtari auſus fuiſti, te tales homines averſari, cum idem plane ſentias, agaſque, quod illi?* Addit initium quoque a quibuſdam ad *Mimeſin* referri. Quum tales ſint impii, tamen dicis, *Deum impleviſ-*

 ſe

19 Vident juſti, & lætantur: & inſons ſubſannat eos.

20 Profecto Nihil exciſum Factio nobis adverſaria: & nervum eorum depaſtus eſt ignis.

21 Pe-

19 יראו צדיקים וישמחו ונקי ילעג־למו׃

20 אם־לא נכחד קימנו ויתרם אכלה אש׃

21 הסכן־

ſe eorum domos bonis, eoſque proſperari. Nil languidius. Aliquid etiam languoris in illo *Schmidii*, cetera cum *Merc.* faciendis, *Quia ſcio quod impii iſti, quia iſtoc modo contra Deum loquuntur, funditus pereant; ideo conſilium impiorum abſit a me; ut Tu quidem recte ſupra dixeras, modo etiam recte ſentias. Ego ſane ex animo iſtud dico.* Non patitur *vehementia Eliphazi*, non *res* ipſa, ut *ideo* inſeratur, vel *unde*; quod *Cap.* 21: 16. *num.* VIII. oſtenſum. Longe vividius pungitur *Jobus*, pulcherrima, qua uſus fuerat, ſententia, in ipſum retorta; q. d. *Amoliri a te voluiſti ſuſpicionem improbitatis, hac gravi Exclamatione. Ego vero te hactenus improborum gregi accenſendum, ut convictus ſum, ita temet convici: ac proinde meum, non tuum, exclamare, Conſilium improborum procul a me faceſſat: atque adeo in tuum* quoque hactenus *conſilium non immiſcear.* Ne nimium judicetur, ſequentia efficient.

Verſ. 19. Quomodo ad ſuam *Hypotheſin* quiſque iterum hæc applicet, indicare ſupervacuum. Deſcribitur haud dubie *Victoria*, & *triumphus piorum*, *quam egerunt*, *agunt*, *agent*, quod *improbitatem meritas* tandem *pœnas pendere* cernant. Hoc directe oppoſitum iis quæ *Jobus* Cap. præc. diſputaverat, ad invidiam uſque exaggerata improborum felicitate, proborumque contra infelicitate. Optima eſt ſententia, non optime applicita. Senties, ſi relegas, quæ ad *Cap.* 5: 16. & 8: 21. 22 Confundit Cenſor *tempora vanitatis*, cum χρόνοις ἀποκαταστάσεως πάντων. Aculeum præterea ſubeſſe ad *Jobum* ipſum lancinandum, præmiſſa ſatis arguunt: atque *Vſ.* ſeq. ulterius declarabit. Nempe *carmen triumphale* tandem concipit acerrimus pugnator, ſtatim ſubnexum, atque *victores* inducens *juſtos*, *injuſtitiæ* merito *punitæ illudentes*, ſimul *Jobo* inculcare voluiſſe videtur, non eſſe quod *Amicos* ſuos *perfidos* appellitet, & *Medicatores Nihili.* &c. &c. qui *miſero illuſerint*, & *inſultarint*; quandoquidem, hactenus impœnitens, & obduratus, nihil aliud expectare poſſit, nec debeat, ab iis qui Dei gloriam, Laudemque juſtitiæ & ſanctitatis Ejus, antiquiorem ducant omnibus Amicitiæ humanæ vinculis, juriſque. Habes aliquid, quod Adfectus, Zeluſque non ex Deo, quum pro Dei cauſa ſe ardere credit, facile ſuggerit; quodque cum reliquo filo hujus Accuſationis poſtremæ intime connexum.

Verſ. 20. Incredibile, quantum ad ſententiam, in priori parte obſcuriorem, varietur. *Vulgat.* I. *Nonne ſucciſa eſt erectio eorum: & reliquias eorum devoravit ignis?* Illa *Erectio* Aliis *ſuperbia* eſt; Aliis *ſtatura erecta*; Aliis *firmitas & conſiſtentia*; Aliis denique *ſubſtantia* ſive *opes* & *facultates*. LXX. & *Theodot.* etiam habent ὑπόστασις αὐτῶν. *Syrus* & *Arabs* dedere, *ſi non humilient ſeſe a contumacia eorum, reliquias eorum comedet ignis.* Videntur קימם legiſſe vel קימו, pro קימנו; quamvis Alii, lectione manente, primam perſ: pro tertia poni poſſe tendant. *Merc.* II. monens difficile eſſe prius Colon, & varie exponi, *ſimpliciſſimum putat*, *ut*, *juxta Ramban connectatur cum præc. Vſ. Lætabuntur juſti, ſi non eſt ſucciſa ſubſtantia noſtra*, h. e. *quando*, vel, *quia non eſt ſubſiſtentia noſtrum, piorum ſcilicet, & providentiam credentium, exciſa. At illorum* improborum *reliquias conſumſit ignis.* Refert ad *Noam e Diluvio*, & *Lotum ex incendio ereptum*; *impiis utroque illo judicio deletis.* III. *Grotio* קימנו *ſubſtantia noſtra* deſignat *poſteros Eſavi, qui ad iſta tempora in ſedibus ſuis manſerint*; יתרם *reliquiæ eorum* autem *Sodomitas.* Argutiſſime *Vatabl.* קימנו ad *Noam* traxit, *qui nos & genus noſtrum inſtaurarit, & a quo habeamus ſubſiſtentiam noſtram:* ſequentia ad *Sodomitas.* Has ſubtilitates merito miſſas fecere Doct. *Belg.* III. retenta *Merceri* conne-

ctio-

xione קימנו *ſtatus noſter* referentes ad *Genus proborum*, quibus ſe accenſeat *Eliphaz*; & יתרם ad *Genus improborum*. Aſperius paulo *Codurc.* hoc ipſum ſequens, ſubjicit; *Vide Phariſaicam Eliphæ impudentiam, qui ſemet juſtificat; & Jobum damnat.* Non diſcedit hinc IV. *Bolduc.* niſi quod אם fortius reſonare jubens, det, *Certe non ſucciſa fuit erectio* vel *firmitas, noſtra. Utique negare non potes, quod ſublimitas noſtra nullum unquam detrimentum paſſa ſit.* &c *quin ne quidem abſcondita fuit, aut pro modico tempore ſemota; ſed omnes nos ſemper in iſta noſtra amplitudine viderunt; quum iſtorum* profanorum *bona divinæ ultionis ignis abſumpſerit.* Nempe נכחד duo ſignificat, *exſcindi*, & *abſcondi*, quæ hic in unum fecit colliqueſcere. At *Calvin.* V. maluit, *ſi ſubſtantia noſtra non fuit abſcondita.* i. e. *Certum eſt ſubſtantiam noſtram eſſe abſconditam*; ut אם לא *ſi non*, inferat *Adfirmationem*; & נכחד *Abſcondi*, non ſit malum, ſed ingens bonum, pro *in tuto collocari inſtar Theſauri*; ſecundum illud ad *Col.* 3:. 3. *Vita noſtra eſt abſcondita in Deo.* q. d. *ſtatus Noſter in tuto & abſcondito: dum id quod de improbis ſupereſt igne devoratur.* Reliquas expoſitiones ullo modo convenire negat. Nimis fidenter certe; quia כחד ubi pro *abſcondere*, aut *Celare*, uſurpatur, nihil *boni* ſignat, ſed *occultationem fraudulentam*; parum aptani huic *ſublimi* & *myſtico* ſenſui. Doct. *Crinſoz.* VI. aliter paulo hanc ideam premit, *ſcilicet niſi præſervandi eſſent boni, quales nos; ignis jam reliquias horum* improborum *omnes deleret: jam univerſus orbis diluvio ignis immiſſo conſumeretur; ut olim aquarum.* Ingenioſe: ſed nec Lingua patitur, nec, puto, ſeries. Addit vir Elegantiſſimus etiam reddi poſſe, *Quod ſi ſubſtantia noſtra non eſſet reſecta, ignis reliquos* malos *jam abſumſiſſet:* ubi iterum *reſecta* pro *præſervata*, vel *præſervanda*; quod cum *genio Linguæ* minus adhuc congruere cenſerem. Vicinum quid, & tamen longe diverſum, diverſiſſima via, tentatum VII. a *Jun.* & *Trem.* ſub nexu quoque diverſo; *Quum nondum exſcinditur ſubſtantia noſtra; & reſiduum illorum abſumit ignis: Aſſueſce, quæſo, cum illo* &c. &c. Inchoari hic volunt *ſecundam partem capitis*, *Hortationemque ad reſipiſcentiam.* Iis קימנו eſt *genus noſtrum, natura humana.* q. d. *Dum adhuc ſtas vivus, & venturum judicium animo præcipere potes, cujus igni & exitio ſervati peccatores, converte te, Deoque aſſueſce.* Nec nexus, nec ſenſus, habent quo magnopere placeant. Speciosior conatus Cl. *Cocc.* VIII. *Dum non abolita ſubſtantia noſtra, jam reliquum eorum voravit ignis.* h. e. *Uno judicio, tanquam igni conflatorio, examinantur, vel ſimul, vel diverſo tempore, tum probi, tum improbi. Improbi ſtatim a radice, ad poſtremum veluti titionem, conſumuntur*; ut *Job.* 31: 12. *At interim manet piorum Radix & ſubſiſtentia: quin integra ſubſtantia emergunt ſplendentque purioribus radiis, ad inſtar Auri a ſcoriis repurgati.* Ad לא נכחד notat ὁ πάνυ, eſſe λιτότης *Minime abolita eſt, ſed incolumis remanſit.* Eam & alii ex parte ſuppoſuere. Addit, ſine ea, argutiuſcule, *dum adflicta licet, tamen non abolita eſt.* קימנו cenſet contractum ex קימתנו, quod & *Rabbinis*, aliiſque, viſum: & נכחד קימה *maſc.* cum *fœmin.* parum conſiſtens, revocat ad ſtructuram *neutram*, ut ſit, *dum non abolitum ſubſtantia noſtra*: ut *Cap.* 42: 16 לא נמצא נשים *Non inventum mulieres.* Vox יתר vel *Excellentiam* ſonans, vel *Abundantiam*, vel *Reliquum*, ſecundum omnia iſta ſat aptum autumat; prælato tamen ultimo ſignificatu, ut ſit *reliquum combuſtioni & incendio pabulum.* Hæc Doctrinæ profundæ lumen habent; nec tamen certa; ſaltem non veri eſt ſimile, *Eliphazum* id docere voluiſſe, quod Hypotheſis Viri Clar. fert, *Grande diſcrimen eſſe inter explorationes proborum & improborum, atque illos quidem igne repurgari, hos autem eodem abſumi & aboleri.* Circumcido alias adhuc opiniones longius arceſſitas, & contortas, atque venio IX. ad Cl *Schmid.* interpretationem valde concinnam, *Annon exſcinditur qui inſurgit contra nos? & reſiduum eorum comedit ignis?* Ei קִימָנוּ eſt *Verbum.* Et aliis id placuerat, nam *Ab. Eſra* ex *Pihel* poſitum cenſuit pro קִיְּמָנוּ hoc ſenſu, *ſi non exſcinditur* innocens, ille *nos ſtabilit* & conſervat in-

mun-

21 Periclitare, age, cum illo; & pacem habe: per hæc proveniet tibi bonum.

21 הסכן־נא עמו ושלם בהם תבואתך טובה׃

22 Ac- 22 קח־

mundo. R. *Levi*, ex *Hiph.* pro הקימנו *Qui ſtabilivit nos Noachus.* Sed Cl. *Schmid.* jam ſive ex *Pih.* ſive ex *Hiph.* אשר קימנו mavult, *qui inſurgebat*, vel *ſtabat*, *contra nos*, *impius*. Exhibetur hoc pacto *vox læta & triumphalis juſtorum triumphantium*, *atque impios ſubſannantium*. Nexus juxta Virum Doct. hicce. *Vident juſti & rident*, *dicentes inter ſe*, *aliiſque*, *Annon exciſus eſt qui ſtetit contra nos* &c. Cl. *Cler.* nimis fidenter corrigit קמינו *inſurgentes noſtri.* Cl. *Mich.* commodius ad *Analogiam* קים cenſet eſſe *Nomen participiale* ad *form.* ציר *legatus*, ut directe ſignet *adverſarium*, & *hoſtem*. Cum eo ſtat Cl. *Reim.* niſi quod *ſubſtantiv.* vocet: credo ut *adjectiva*, nec non *participia*, vim *ſubſtantivam* adſciſcere vulgo dicuntur. Magnopere arridet: unum tamen nonnihil ſcrupuli relinquit, nempe אם לא *An non*, vel potius *ſi non*, eſſe *Jurantis*, & *Sacramento contendentis* quaſi, aliquid ita faciendum, vel & eventurum. *Gen.* 24: 37. *ſi non ad domum patris mei proficiſcaris* &c. *Eſaj.* 14: 24. &c. 1 *Reg.* 20: 23. *ſi non prævaleamus eis*. Redeatur ad *Cap.* 1: 11. Jam vero *interpoſitio jurisjurandi* minus nunc quadrat, quippe quæ tendat ad *rem certo certius venturam*; quum *Epinicium* noſtrum *rem factam ponat*. Hoc ſcrupulo non gravatur quod nunc X. dabo; *Certe Nihil exciſum* eſt, qui *inſurgit in nos*: & *Nervum eorum depaſcitur ignis*. Partic. אם aſſeveranter, *ſane*, *profecto*, *pro certo*, ut *Cap.* 17: 13. 16. לא *Nihil*, illo uſu grandiore, & ſubſtantivo, pro οὐδὲν, μηδὲν, quem crebro indicavi: præſertim ad *Cap.* 4: 21. ubi *Nihil convulſum* obtuli, in לא נסע. Ad eam rationem לא נכחד *Nihil exciſum* vel *extirpatum*, eſſet inſigni figura, *Nihil Nihiliſſimum*, ut ſic dicam, & *peſſime a Deo eradicandum*, ſimul. Adeſt & ibidem יתר, quod ut *Nervum* ſonat, proprie, ita nulla ratio eſt, cur eam ſignificationem deſeramus, quæ infert *vigorem firmum* cujuſque rei. קימנו ſi ſit verbum, nec ex *Pih.* nec ex *Hiph.* ſed omnino in *Kal*, veteri forma, ut בין *intellexit*, דין *judicavit*; ad quam normam קים *ſtetit*; & cum *adſ.* קימנו *ſtetit nobis*, *obſtitit nobis*. Qui *inſurgit in nos*. Prætulerim tamen *partic.* non *præſ.* quod eſſet קָם, *obſiſtens*; ſed קִים *oppoſitus nobis*, *ſurrectus in nos*. *Perpetuus noſter adverſarius: genus* nempe *improborum*. Licet & *ſubſtantive* capiatur, *oppoſitio noſtra*, ἡ ςάσις ἡμῶν, pro *iis qui ſe nobis opponunt*; nam & Græcis vox ςάσις tum *ſtatum* &c. notat; tum *ſeditionem factionemque*; & tum *homines factioſos*, ac *ſeditioſos*, tropo *abſtracti* pro *concreto*. Conſimiliter ἀντίςασις, pro *iis qui reſiſtunt*; quin ὑπόςασις pro *militari ſtatione*, ſive *militibus* ipſis. Habes conſpectum loci, vehementiæ *Eliphazi*, addere liceat *ſupercilio*, unice accommodum; qui *Epinicio* hocce *Jobo*, tanquam *Victor*, denuo inſultat: in eo ipſo comprobatum inſinuans, quæcumque de *improborum exſcidio* hactenus a ſe, & reliquis Amicis, diſſertata erant. *Pro certo Nihil exciſum quicquid ſe nobis opponit* &c. *Tu ipſe* quoque, *qui convictionibus noſtris obſtinatiſſime hactenus reſiſtis.*

Verſ. 21. A cenſura aſperrima, & convictione, ut putabat Reprehenſor, improbitatis, convertitur ad monita, & præcepta Reſipiſcentiæ, per quam ſolam juſtiſſimi vindicis iram placare, atque avertere poſſit. Pulcherrimæ hanc in rem ſententiæ contexuntur; quæ redolent animum imbutum vivo ſenſu Religionis; quamvis ne in his quidem Amicum pungere, pro Adfectu ſemel irritato, deſinat. Aliquid profundioris metaphoræ incluſum verbo הסכן; quod *Vulgato* quidem *Acquieſce*, ſed plurimis eſt, *Aſſueſce illi*, vel *Familiarem te*

te illi facito, *illiuſque præceptis*, neque inde in poſterum reſilias. *Tigur. Accommoda te illi*; quod videtur aſſumtum ad duas notiones conciliandas, *utilitatis*, & *conſuetudinis*, quas *Rabbini* tradiderunt. Certe D. *Kimchius* per הועיל expoſuit, *utiles* & *commodas redde vias tuas coram eo.* Coactum; quin frigidum. Illud *Rambani*, *Proſis tibi ipſi*; *Conſule tibimet*, plus habet ponderis; ſi modo rite enucleetur. *Conſulas*, *age*, *tibi ipſi*, עמו *cum ipſo* in gratiam redeundo; eique fideliter inſerviendo. Hoc plenius intelligas, cum illuſtri figura, ex iis quæ ad *Vſ.* 4. hujus *Cap.* dicta, de proprietate Thematis in Ταμιδιαξ. Vehementer tamen blanditur Cl. *Cocceji* hocce, *Fac periculum cum ipſo*, *&* *age pacem.* Nempe נסכן eſt *periclitari Eccl.* 10: 9. Hanc vim ab altera illa *promendi* ſic derivatam cenſet, quod *periculum facere*, ſit *accipere* & *ferre animam ſuam in manibus*, *eamque* velut *expromere ad dubiam aleam.* Huc reducit quoque *Num.* 22: 30. *An tentavi facere tibi ſic?* h. e. quaſi *in diſcrimen miſi quomodo laturus eſſes*, vel *quem exitum haberet.* Item *Pſ.* 139: 3. *Omnes vias meas* הסכנת *tentaſti. Trutinaſti. In diſcrimen probationis vocaſti: niſi*, inquit, *malis*, ex ſignificatione prima, *diſpenſas.* Id ego ibi præferrem. Addit pro noſtro contextu, *probabile*, *alludi ad Vſ.* 2. q. d. *Non tam affectandum*, *ut Deo aliquid de tuo procures*, *& ex tuo penu expromas*; *quam ut te ipſum in manus Dei tradas*, *ejuſque fidei te committas*, *ſi forte verum ab ipſo bonum impetres.* Hæc omnia ingenii & eruditionis laudem merentur; & felicius digeſta hæc ſeries ſignificationum, quam eaſdem digerendas cenſuit Cl. *Guſſ.* in *Comm. L. H.* ubi *periclitandi* vim eliminat, pro ea *Eccl.* 10. ſubſtituens, *teri uſu*, vel *atteri uſque ad læſionem*, atque ita ſignificationes ordinans; ut 1. ab *utilitate vitæ*, veniatur 2. ad *conſuetudinem*; indeque 3. ad *detrimentum.* Hæc exactiſſime librare, & momentis hinc & hinc perpenſis, æquare, non hujus eſt Operis. Fateor interim *periclitandi* figuram me blanda quadam vi detinere ita, ut vix aſſenſum contineam, *Subi periculum* & *aleam hujus cultus*, a quo adhuc alienus fuiſti, quod diceres cum illis *ſodalibus Vanitatis*, *Quid faceret nobis Deus?* Cl. *Schmidio* expoſitio *Cocceji*, & communior altera, videntur conjungendæ, quia *experiri* & *aſſueſcere* non longe diſtant. Abundet quiſque in ſuo ſenſu. Sed monendum, non attigiſſe eum mentem *Cocceji*, quem in *periclitari* reſpexiſſe ait ad ſeq. *Et pacem habe*; *quod qui pacem non habeat*, *experiri debeat*, *ut habere poſſit.* Atqui *Cocc.* ושלם *Et pacem habe* declarat, *Omitte iram & murmur*, *impatientiamque illam*, *& moroſitatem*, *veluti pactus* ἐκεχειρίαν, *& inducias.* Id jam minus placet: quemadmodum & aliorum hocce in vicinia verſans, *& pacem fac* cum Deo, *cum eoque in gratiam redi*, *qui nunc hoſtis velut tibi ob impietatem & impatientiam.* Optime *Merc. Et pacatus eſto*, *imper.* pro *fut.* i. e. *pacem habebis*; *frueris felicitate ſumma.* Promiſſiones ſtylo orientis *imperative* enunciatæ *præſentiſſimum effectum*, *fructumque*, ſiſtunt; nutu & numine Dei ipſius addictum quaſi. Sic *Pſ.* 37: 3. *Confide in Domino*, *& fac bonum: habita terram*, *& paſce ſecuritatem:* i. e. *tunc certo certius habitabis terram*; *& ipſa ſecuritate veluti te paſces*, *in ea.* Adeatur ibi Cl. *de Dieu*, qui proverbium *Arabum* adduxit اسكت فسالم *ſile*, *& pacem habe*; pro *& pacem habebis.* Tale eſt *Gen.* 42: 18. זאת עשו וחיו *Hoc facite*, *& vivite*, pro, *& vivetis.* Id *ſi feceritis*, *vos vivere* & *valere jubeo.* Similiter hic, *jubeo* nomine Dei *pacem habeas*, *& omni bono abundes.*

Ibid. Verbulum de reliquis. בהם *per hæc*, pleriſque videtur referendum ad *duo præced.* הסכן ושלם *Aſſueſce & pacem fac*, quæ tanquam *conditiones lætioris ſtatus* proponantur. Ita *Schmid.* quoque; nec aliter *Piſc.* intelligens *Cultum Dei*, & *Patientiam*, i. e. *ſubmiſſionem ſui* per שלם expreſſam. Conf. *Belg.* notas. *Cocc.* ad ſequentia pertinere cenſet. Ratio *Merceri* minus liquida, quia שלם ei, ut nobis, erat *promiſſio felicitatis*, non *conditio*, nec *commendatio officii.* Redeundum putem ad omnia pietatis & *religionis munia*, ſub *Locutione prægnanti* comprenſa, *Periclitare*, *age*, *cum ipſo jugiter verſans*; *eique conſtanter adhærens.* Nimis anguſtum, quin anceps & ob

22 Accipe, age, ex ore ejus legem: & depone verba ejus in cor tuum.

22 קח־נא מפיו תורה ושים אמריו בלבבך׃

23 Si converſus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis: faceſſere jubebis iniquitatem a tentorio tuo.

23 אם־תשוב עד־שדי תבנה תרחיק עולה מאהליך׃

24 Et

24 וישית־

obſcurum fuiſſet בו *in eo officio.* Planius בהם *in illis viis, officiis, rebus* &c. Alterum תבואתך *veniet tibi*, habet aliquid interioris elegantiæ. Plerique dant, *veniet tibi bonum*, cum ה *parag.* mutato in ת. Cl. *Schmid.* ne otioſa ſit *paragoge*, exhibet, *veniet tibi jugiter bonum omnigenum.* Splendidiore figura *Vulg. per hæc habebis fructus optimos.* Reſpexit ad תְּבוּאָה *proventus*; quod & LXX. *Chald. Syr. Arabs* ante oculos habuere. Nec tamen propterea acceſſerim ad emendationem; nam *Analogia* תְּבוּאָה admittit æque ac תְּבוּאָה; prout מְגוּרָה & מְגוּרָה eſt *Formido*, &c. &c. &c. E verbo ipſo idem redundat ſenſus, *proveniet tibi jugiter bonum. Erit annuus tuus proventus.* Conf. *Deut.* 33: 16. תבאתה, ubi duplex *paragoge*; & תבאתי 1 *Sam.* 25: 34. quod ex 2 *maſc.* תבאה ſic productum ad majorem *Emphaſin.*

Verſ. 22. Argutius, quod nonnulli מפיו *ex ore ejus* trahant ad *Legem quæ tunc temporis recens data fuerit.* Id neutiquam certum. Ne veriſimile quidem. Cl. *Schmid.* reſpici cenſet ad *Apparitiones Dei*, iſto tempore frequentes; q. d. *Accipe legem Dei, quam vel ex ore illius ipſe accepiſti, tibi apparentis; vel ex me, & ſociis, qui certe Os Dei ſumus, audis.* Poſterius ſic ſatis convenit *Eliphazi ſupercilio*, & ut ſic dicam *Magiſterio*; quo ubique uſus eſt. *Merc.* paulo aliter adhuc; *Notanter dicit ex ore ejus, non ex ore tuo, aut tuo arbitrio*, &c. &c. His, aliiſque, tantum quiſque tribuat, quantum volet. Mihi nunc in genere ſufficit *aculeus reprehenſionis, ſub* hac *admonitione latens*; quo Noſter pungitur, tanquam qui *Ore Dei edita præcepta virtutis, & pietatis*, tum per *Revelationem, traditionemque*, tum per *Legem naturæ* omnibus *inſinuata & commendata*, neutiquam obſervaverit; ſed multimodis violarit, ſecundum convictiones, ut opinio ejus ferebat, antegreſſas.

Verſ. 23. Bono judicio *Merc.* monet *converti* uſque ad *Deum, plus eſſe quam ſimpl.* ad q. d. *ſi plane, ſerio, toto corde, non ut ante Hypocrita fuiſti, ſed vere, & ſincere ad Deum uſque redieris ab iſta impietate &c.* Ad hæc *Piſc. Vocula* uſque *elegantius abeſſet, quamquam Merc. emphaſin, neſcio quam, in vocula* עד *ineſſe putat.* Succinit *Schmid. Certe ſubtilius videtur: nam & alias ubi Emphaſis vix locum habebit, uſurpatur* שוב עד. *Hoſ.* 14: 2. *Joël.* 2: 12. *Amos* 4: 6. 8. Et cur, quæſo, Emphaſis ibi locum vix haberet; quum manifeſtiſſime ibidem reluceat? De eo tam parum dubitandum, quam אל *Ad*, & עד *uſque ad*, non plane unum idemque eſſe. Solide *Cocc.* laudatis, quæ præceſſere, locis: *in his* עד *pro* אל. *Videtur tamen* עד *magis conjunctionem;* אל *tendentiam ad terminum ſignificare.* תבנה *Ædificaberis*, nempe *ſpe, re, prole, fortunis omnibus, quas convulſas funditusque everſas clamitas.* Dubium quo adſpectu תרחיק *procul amovebis* poſitum. Prima frons offert *officium*, quod *Merc.* repetito אם ita expreſſit, *ſi*, inquam, *ſummoveris* &c. Vel hortatorie, *ſummoveas*; *ſummoveto* inquam &c. *Schmid.* hoc poſterius præfert, & cum ſeq. *Vſ.* ita copulat, *Elonga iniquitatem a tentorio, & pone ſuper pulverem aurum.* i. e. *ſi elongaveris &c. tum pones.* Alii *promiſſionem* continuari ſtatuunt; *Ædificaberis, & elongabis ini-*

qui-

24 וְשִׁית־עַל־עָפָר בָּצֶר וּבְצוּר נְחָלִים אוֹפִיר׃

24 Et ponere pro pulvere aurum; & pro ſilice fluminum *Aurum* Ophyrium.

25 וְהָיָה

25 Et

quitatem. Id exponitur vel de *peccato*, vel de *pœna peccati*, ut ſit, *vives ab utroque malo intactus.* Ex *Pſ.* 103: 12. hunc ſenſum commendavit *de Pined.* Suaviludiis ſuis indulgens *Bolduc.* עולה explicat de *maxima confuſione*, *qua Oratorium*, ſive *Sacrum tabernaculum Jobi*, *per negligentiam miniſtrorum deſertum fere & ſolitarium nunc erat.* Cl. *Cocc.* ambigens *mandatumne* ſit, an *ratio ſuaſiva*; poſteriore modo עולה deflectit ad *injuſtos*; *violentiam Satanæ*, *calumniamque ejus*; *ut & inſidias*, *vim*, *læſionem improborum*; *quam a tentorio ſuo ſic elongaret.* Videtur tamen in nexu cum ſeq. præferre prius, *Amove injuſtitiam* h. e. *pravum judicium*, *perverſum amorem*, *præpoſterum ſtudium*, *circa bona mundi* &c. Scilicet *Hypotheſis* Viri *Clar.* non permittebat, ut עולה eſſet *injuſtitia* & *improbitas*; quippequi de *probitate Jobi* non dubitaſſe Amicos ſtatuat; ac propterea utroque adſpectu aliud fuit quærendum, non adeo ſimplex ac pronum. Replica *Cap.* 11: 14. 15. 16. & facile concedes in compendium miſſa, quæ ibi pluribus deducta: atque ita *officium* proponi, ut ſimul ſit *Beneficium*, *præmiumque Virtutis*, in hanc mentem, *Integer Vitæ*, *ſceleriſque purus*, *felicius ævum ages*, *nec criminibus illis*, *quæ percenſui*, *contactus*, *nec plagis.*

Verſ. 24. Mira ſententiarum divergia. *Vulgat.* I. *Dabit pro terra ſilicem*; *& pro ſilice torrentes aureos.* Id *de Pined.* cenſet exponendum de *Fortuna ſtabiliore lætioreque*; *quæ* ſcilicet *tanto firmior ſit futura*, *quanto ſilex pulverem ſuperat firmitate*; & *tanto locupletior*, *quanto aurum pretioſius ſilice.* Ad hæc non valde ſolida præluſit *Lyran.* In *Gloſſ. Ordin.* & *Hieron.* reperias quæ minus adhuc e ſolido lucent, *proficere ex infirmitate pulverea carnis*, *ad fortitudinem virtutum*; *ut ex illo ſaxo bonæ conſcientiæ ſenſus divinæ gratiæ velut torrens aureus abundet.* Mitto alia *Allegorica*, ab aliis captata; & ad ea quæ porro ſum dicturus, præmoneo בצר aliis ſignare, *munitionem*, aut *arcem*; aliis *aurum*, quaſi *hominis munitionem*, ſecundum quoſdam; de quo alias. Hinc II. *Vatabl.* frigide; *Adeo te creſcere faciet Deus*, *ut munitionem*, *turrim*, *arcem*, *ædifices interra.* Similiter fere *Cajetan.* ad quorum ductum argutius adhuc *Bolduc.* *Et conſtitue ultra pulverem munitionem tuam.* i. e. *noli ædificare arcem tuam in ſuperficie terræ*, *ſed profundius fodias.* &c. q. d. *hactenus ædificaſti felicitatem tuam ſuper arena* &c. *in poſterum ſuper rupe ædificaturus eam* &c. Adfinem Paraphraſin *Chaldæi* III. *Et pone ſuper pulvere arcem validam* ita exponit *Merc.* *Nihil neceſſe erit*, *ut in montibus*, *aut locis editis propugnacula conſtruas tibi*, *tutus ſatis futurus in plano.* Cl. *Guſſ.* IV. *Auri* ſignificationem non admittens, ita ſeriem hanc ordinandam cenſet, in *Comm.* L. H. ſub בצר; *ſi convertaris ædificaberis*; *removebis a tabernaculo iniquitatem*; *& ת ſtatuere ſuper terra arcem munitam*; *ac in rupe ad torrentem ſita Ophirum.* Remotis, inquam, his vitioſis adfectibus, *tunc Omnipotens erit Arces tuæ*, *& tibi* erit quaſi *argentum locorum excelſorum.* Id ita explanatur. *Improbi cupiunt habere Arces*, *quibus ſe theſauroſque ſuos tueantur.* *Ad has extruendas deligunt rupes ad torrentem ſitas*, *quia & eminere ſolent*, *& aqua allabente inacceſſæ reddi.* *Ophir*, *locus auro abundantiſſimus*, *pro theſauro cujuſque hominis*, *Synecd. ſpeciei pro genere.* *Clauditur Sententia oppoſitione Deum inter & Arces ac theſauros inſtituta*; *ut Hunc præ illis eligendum doceamur*, *illorum cum Deo haud indigi futuri*, *ſed Arcem & Theſaurum habituri ipſum Deum.* Quantopere Viro Doctiſſ. placuerit ſua interpretatio, patet ex eo, quod ſubjungat, *Expungatur ergo Auri ſignificatio.* Non tamen tam limpide ſuperiora illa fluebant; quin dicere liceat, nec *nexum*, nec *ſenſum*, talem, ut aſſenſum impetrare queat ejus, qui momenta rerum & verborum examinare valeat. על עפר *ſuper terra*, iſto quidem adſpectu, exile. צור נחלים *Rupes torrentium* arceſſitum. *Ophir* pro *theſauro cujuſque hominis*, plus quam precarium. *Merc.*

V. monens *Ab. Eſram* incommodius בצר expoſuiſſe *Argentum*; pleroſque *Aurum*, cum R. *Levi*; hunc ſenſum inde elicit, *Tanta tibi vis auri erit, ut velut humi ponas, & conculces metallum illud, quod præ copia tibi vile reddetur.* Addit alios ad *Coacervationem* retuliſſe. Inter eos VI. *Caſtal.* liberius, ſuo more, convertens. *Et humi tantum auri Ophiriſque pones, quanta ſunt fluviatilia Saxa.* Liberrime quoque VII. Eleg. *Oſorius, opes eximias ſub terram abditas effodies, & ab exciſa ſilice venæ puriſſimæ auri, quaſi aquæ perennes, tibi emanabunt.* Nempe בצר quibuſdam idem pollet ac חיל, omnes *opes* amplectens. Duriſſimum VIII. quod *Vatabl.* ex quibuſdam adfert, *Habebis tantum auri, ut æquare poſſis montem unde multa flumina oriuntur.* Ipſe præfert quod num. V. poſitum, *uſque adeo abundabis auro, ut illud tanquam rem viliſſimam depoſiturus ſis in terra.* Doct. *Belg.* VIII. conjungunt *copiam acervatim congeſtam, & neglectim habitam.* Novo acumine potius, quam lumine, Cl. *Schmid.* IX. alluſum cenſet ad *aſſeres* aut *lapides pavimentorum in ædibus, quorum* loco *aurum* ſit *paviendum* præ copia. Hoc demum ei *revera* eſt *Aurum ponere ſuper pulvere.* Eadem argutia ſeq. Colon ita explicat, *Quemadmodum alii ponere ſolent ſilices fluminum ſuper terram, & iis pavire plateas, ædiumque veſtibula; ſic tu Ophyrium* aurum *pones pro pavimento ſuper terra.* Diceres *Jobum* in *Germania* habitaſſe. Alio adhuc flexu *Copiam in vilitatem uſque excreſcentem* hinc extudere X. *Jun.* & *Trem. idque ponendo pro pulvere lectiſſimum aurum; & pro rupe Ophirinum* aurum *fluviatile.* In notis ſubditur, eſſe *Hyperbolen Allegoricam ad figurandam inſtaurationem* fortunarum, *ſermone tranſlato a Structoribus.* Tentatur quoque ibid. *Et pro rupe fluminibus Ophirum.* q. d. *Aurum non pluris facies quam Rupem, etiamſi perenne illius largumque flumen flueret.* Hæc non valde commoda; ut nec XI. quod *Bolduc.* conatur; *Et pone*, æſtima, *ſuper pulverem eſſe aurum*; i. e. *plus quam pulverem; & ſicut ſilex torrentium Ophir* maximi valoris eſt, *ita ſit*, reputetur a te, *Omnipotens aurum tuum.* i. e. *Quanto pluris facere debes aurum pulvere; & quantum æſtimas aureos calculos torrentium regionis Ophir; tanto æſtimare debes Omnipotentem plus quam cetera omnia &c.* Hæc hiant, & utrimque claudicant. Ne recto quidem firmoque ſtat talo XII. hocce Cl. *Cler. Pones in pulvere Obryzum, & in rupibus torrentium* aurum *Ophiræ.* i. e. *facies ea ratione ut dives fias, quaſi ramenta auri poſſes arenæ & lapidibus torrentium miſcere.* Tale quid expreſſum ab Eleg. *Crinſoz. Aurum penes te abundabit, ut alibi pulvis, & aurum Ophirium tam copioſum ibi erit quam lapilli in torrentibus.* Figuratius adhuc Cl. *Reim.* XIII. cui בצר ratione *Etymi* deſignat *ramenta auri*, a בצר *imminuit, vindemavit*, in hunc ſenſum, *Et pulverem aureum pones ſuper arena, & aurum ſolidum ad ad rupes torrentium.* Hoc eſt, *Aurum ſeres & plantabis in locis ſterilibus.* Id *Allegorice* dictum cenſet, prout *aurea ſeges* in proverbium abiit. q. d. *quicquid in terra ſterili, aut duro lapide ſeminaveris, tam uberem tibi ſegetem feret, ac ſi aurum protuliſſet.* Hæc omnia mihi quidem vincere videntur, genuinum loci ſenſum iſthac via erui non poſſe, ſed omnino ſequendam eſſe alteram illam, quam iniverunt *Grot. Codurc. Cocc.* ſtatuentes, XIV. *Jobum* hic *deterreri ab avaritia*: & moneri, *ne aurum pluris faceret quam pulverem, & quidem Ophirium, quam lapides torrentis* Ita diſertim *Grot.* & *Codurc.* Paulo aliter adhuc *Cocc. Et abjice aurum in pulverem, noli domi ponere: Vel, ſine deliteſcere in pulvere, ac pro terra ac luto habe, ibi illud pone, ubi Deus & natura poſuere.* Poſterius etiam paulo diverſius, ut mox dabo. Eſt adſpectus jucundus, gravis, ſolus hac ſede, hac ſerie, dignus. Etenim 1. quum *Avaritiam*, & *Cupiditatem opum inſatiabilem* hactenus regnaſſe apud *Jobum* tendat *Eliphazus*, retenderint Amici, multo utique convenientius, ut *ſacram auri famem* deponere jubeatur, quam ut *oleum* denuo *camino* adfundatur, ſpe facta *meſſium* dicam an *montium aureorum*? 2. Oppoſitio, quæ *Vſ.* ſeq. ſubſumitur, multo rotundior, fortiorque, ſi *contemtus auri* inculcetur; quam ſi ſpes ejuſdem copioſiſſime poſſidendi inſinuetur. 3 idem ex *Vſ.* 26. luculentiſſime deprendere poſſis; ubi phraſi *in Deo delicias agere* multum decedet, ſi *pollicitatio* illa *aurea* præceſſerit, ut contra ei omnia accedunt, ſi poſſeſſiones omnes extra Deum pro nihilo habendas eſſe urgeatur. 4. Talis admonitio ſpeciatim directa adverſus nimis anxias, & carnales, ut Cenſor autumabat, querelas, quibus *Res, opeſque* ſuas, *eradicatas* deplorabat No-

Noſter. 5. שית על עפר ſive *infinitive* reddatur, quod prætulerim, ſive *imperative*, longe proclivius ad *præceptum auri contemnendi*, quam ad ejuſdem *poſſidendi promiſſum*. Denique 6. poſterius Colon ad hanc faciem redditum, nativo ſplendet nitore: quum alio adſpectu quocumque, multo fuco, eoque male hæſuro, atque ſemet prodituro, indigere reperiatur.

Ibid. Mirifici colores profecto quæſiti, ad ultima illa coloranda in *promiſſionem lautiſſimæ opulentiæ.* Non repetam, quæ jam nota præc. numeris pleriſque interſperſi; ſed ſubnectam, quæ necdum tetigi. *Merc.* I. legens בצור ita pergit, *Et* aurum *Ophir* pones tibi *tanquam rupem torrentium & fluviorum.* q. d. *Erit tibi firmiſſimum: vel magna altitudine acervatum, non ſecus ac rupes in altis fluminibus & torrentibus firmæ ſunt & altæ.* Vix credas a ſolido Viri Magni judicio tale quid profectum. Addit, ſecundum alteram lectionem בצור, ſupplendum tamen כמו, & tanquam *in Petra torrentium: q. d. in loco firmiſſimo erit tibi* aurum *Ophir*, & *in magna ſimul vi ac copia*; *ut altæ ſunt & præruptæ torrentium rupes.* Ad utrumque anſam porrexit *Jarchius.* In contrarium plane inflexere Doct. *Belg.* II. *Non* pones *in loco firmo & munito*; *ſed plano, humili, obvio, ut ad pedem rupis torrentium, ubi unda alluens facile illud aurum avehat*; *vel pretioſiſſimum licet: quippe quod viliſſimum tibi præ abundantia futurum.* Hoc plauſibile nemo dixerit. Ne illud quidem III. *Nachmanidis*, *Et Ophirium* tibi erit, *ut rupes torrentium. Tantum auri effundet in ſinum tuum Deus, quantum aquarum profundit rupes, torrentibus multis ſcatens.* Simplicius IV. quod *Druſ.* adfert, *Et ſicut ſilices torrentium* aurum *Ophirium:* ad *Copiam* ſimilitudine reducta. Simile quid ex *Caſtal.* aliiſque ſupra quoque adductum. Improbatus a *Merc.* hic ſenſus, quod צור *majorem* potius *rupem* ſignet, quam *lapidem.* Levis hic ſcrupulus: nam & צור pro *ſilice* notum in *Lexicis*, & non ignorabat Vir ſummus, ſtylum grandiorem grandia verba adfectare. Obſtat interim huic expoſitioni, 1. lectio בצור hunc ſenſum non admittens; ſed tantum alterum illum qui fertur in *contemtionem auri.* 2. Similitudo parum apta, ad *congeſtos auri acervos* pingendos; quum nec *acervatim jaceant lapides fluviatiles*; nec cuiquam *eoſdem acervare domi* prolubium ſit temere. Omittere nequeo V. conatum juvenis Eruditi, cui בצור *form. part. paſſ.* idem cum בצר *auro*, ejuſve *Ramentis*, a בצר *præcidit:* ut *Climax* exiſtat, *Et pones juxta pulverem aurum, imo aurum* puriſſimum *fluviorum Ophir*; נחלים pro נחלי ἀνομάλως adhibito, non ſine exemplo. Hoc ſive *Copiæ*, ſive *Contemtioni*, ex æquo aptum, per *appoſitionem* forte commodius adhuc exiret, *Et aurum* raſile *fluviorum, Ophirium, Obryzum.* Idem obverſatum *Ab. Eſræ*, cui בצר eſt כסף *Argentum*, בצור נחלים autem זהב *Aurum Ophirium.* Obſtant felici conjecturæ, tum alia, tum lectio כצור, quæ multis Codicibus inſedit, unde ב non *radicale* habitum; ſed *ſervile*, merito colligitur, etiamſi בצור mecum prætuleris. Multo acumine lucet VI. quod *Cocc.* dedit, *in petra vallium Ophirinum* h. e. *inter rupes & ſilices: iis æquipara aurum Ophirinum. Redde ſuæ genti. Ubi natum, depone.* Venuſte equidem, quaſi *aurum Ophirium relegetur ad valles, rupesve, unde effoſſum fuit.* Eadem arguta venuſtate poſſes, *Et inter ſilices fluviorum*, ponere *Ophirinum.* Remittas aurum illuc, unde advectum: atque *non pluris æſtimes quam eſt*, pro *lapillo fluminis.* Luſus facetus, quo *Maſſulæ auri*, & *globuli*, *in fluviis auriferis reperiundi*, compararentur cum *glarea*, & *lapillis*, haud alio loco ac pretio propterea habendi a Numinis, non Mammonis, cultore. *Alluſioni* iſti anſam quoque relinquit עפר *pulvis*, ut *ponere in pulvere aurum*, ſit, illud non ſecus ac *pulverem a fluviis* alicunde *deraſum*, *infimo loco collocare*, & *pro re viliſſima contemnere.* Vix dubium eſſet, ſi בצר *glebam* vel *glaream auream* proprie deſignare conſtaret, de quo ſtatim. Concluſio mea VII. hæc eſt, *Contemtum fulvi metalli commendari*, ſive cum argutiore illo alluſu ad *pulverem aureum*, *maſſulaſque*, *rivis*, & *torrentibus*, *raſas*, *vectaſque*: ſive citra eundem. Evolvamus bifariam. Proprie 1. שית *ponere* forma *infinit.* pro *ponito.* 2. על עפר *ſuper* pul-

25 Et eſto Omnipotens omne aurum tuum; & argentum Vertiginum tibi.

25 והיה שדי בצריך וכסף תועפות לך׃

26 Tunc

26 כי־־

pulvere, eſt *in pulvere*, unde ortum, & *in loco* quaſi *nativo* ejus. 3. בצור נחלים *in ſilice torrentium*, eodem adſpectu *inter ſilices*. Improprie & figuratius iterum 1. *ponere* eſt *æſtimare*. 2. על עפר *ſuper pulvere*, eſt *pro pulvere*, *ad valorem pulveris*. 3. בצור נחלים *in ſilice torrentium*, item *pro ſilice*, *loco*, *ac valore ſilicis*. Nempe ב ſæpiſſime *interiorem* rei *naturam*, ac *qualitatem*, ſignanter exprimit, eandem ſedem occupans quam כ, unde lectio כצור, niſi quod fortius quid expreſſiſſe cenſeri debeat.

Ibid. Ad voculam בצר multa diſcutienda reſtant, quæ *Originum* operi deſtinantur. Nunc tantum ſubmonebo apud *Arabes* بصر בֶּצֶר, & بصرة בַּצְרָה ſignare *lapides candicantes*, vel latiore ambitu, ut eſt in *Camuſo*, الارض الغليظة والحجارة الرخوة فيها بياض وبالضم الارض الحمراء *Terra ſpiſſior, & lapides molliores albicantes, & cum damma, terra rubra*. Hinc *Baſra*, vulgo *Baſora*, celeberrimum ſinus *Perſici* Emporium, nomen invenit, monente Cl. *Gol.* ad *Alfrag*. p. 120. Habes aliquid aptum natum ad *Glebam auri*, *argentive*, deſignandam, non ſine ejuſdem *metalli* contemtu. Reliqua aliud in tempus ſeponenda.

Verſ. 25. Iterum ſcindunt ſe ſententiæ, ſive nexum ſpectemus, ſive ſenſum. Qui in *Vſ*. præced. reperiebant *promiſſionem*, non *officium*, non poſſunt non eandem continuare. Ac I. quidem *Vulgat*. poſt LXX. habet, *Eritque omnipotens contra hoſtes tuos: & argentum coacervabitur tibi*. Nempe בצריך ſe reſolvi patitur in tria, medium locum tenente voce צרים, nam quæ *de Pined*. & *Bolduc*. conati ex alia Analyſi, extra oleas abeunt. Alterum תועפות *vires*, *robora*, ad *montium altitudines*, & *cacumina* transferri creditur; *Pſ*. 95: 4. unde *coacervatum argentum* nunc figurate aſſumtum. Non abſimili ratione II. nonnulli apud *Ab. Eſram* בצריך reddidere *in arctis tuis aderit* tibi *Omnipotens*, ut צרים pro צרות ponatur: ipſe aliud ſequitur, ſtatim indicandum. *Chald*. III. *Eritque Omnipotens Arx tua munita*. Calculum adjungit *Jarch*. בצריך exponens מבצריך *munimenta tua*; quin addens *Rabbinice* nimis, שדי jam non eſſe Dei nomen, ſed Epitheton *munimenti* חסין *validi*. Ab hoc ſenſu ne alienus quidem *Merc*. eum *Egregium* vocans; atque illuc cum aliis acclinis Cl. *Guſſ*. *Auri* ſignificationem expungens; ut ſupra viſum. *Merc*. tamen IV. prætulit, *Et erit validum aurum tuum; & argentum roborum tibi*, ſive *in magna vi coacervabitur tibi*. Auctoritate *Rabbinica* inductus שדי ſumit pro Epitheto *Auri validiſſimi & firmiſſimi*, eandem vim invitante & altero Colo, prout ei obverſabatur. Addit *Jod* in בצריך eſſe *protractionis*, non *pluralitatis*. Hæc a tam bona manu nollem profecta; ſed traxere eam R. *Levi*. *Jarch*. *Ab. Eſra*, qui poſterior *Argentum Robuſtum* maluit. Melius hac in parte V. *Jun*. & *Trem*. *Eritque omnipotens lectiſſimum Aurum tuum; & argentum, vireſque, tibi*. Rotundius id ipſum VI. *Doct*. *Belg*. *Eritque Omnipotens copioſum aurum tuum; & argentum prævalidum tibi*. Non aliter *Schmid*. *Mich*. *Cler*. *Reim*. niſi quod ad תועפות aliquid privi habeant de quo poſt. In vicinia VII. *Codurc*. *Tunc erit Deus aurum tuum, & argentum theſaurorum tibi*. Quo jure ultima ſic reddat, poſtea quoque. Differt tamen *Codurc*. nonnihil in connexione, quippe qui non *continuari* ſtatuat *promiſſionem*, ſed *inchoari*; ut mandato de *contemnendis pecuniis* ſubnectatur nunc, tunc *Deum* ipſum *pro opibus* fu-

futurum. Idem placitum *Grotio*; *Aurum ne pluris fac quam pulverem &c. ita Deus tibi erit & aurum & argentum fortiſſimum.* Commodiore adhuc copula *Cocc.* VIII. *Et ſit Omnipotens aurum omne tuum*; *& argentum firmitudinis tibi.* i. e. *ad Deum traduc æſtimationem*, *amorem*, *cupiditatem*, *ſpem*, *voluptatem tuam.* Sic continuabitur *præceptum ſapientiæ*, de *Mammone ſpernendo*, *Deoque diligendo*, qui *verum*, quin *unicum*, *Bonum.* Commodiorem dixi hanc copulam, quod ſeq. *Vſ.* per כי אז aperte *inchoet promiſſionem*, *mandato* annexam. Si quis tamen malit quod *num.* VII. poſui, non multum refragabor. Alterutrum haud dubie ſequendum.

Ibid. Delaſſavit ingenia Interpretum כסף תועפות; quod vocabulum a *rad.* יעף *defetiſci*, ambagibus flexuoſiſſimis implicatur. Plurimi I. *Argentum altitudinum*, quales *montium*, ob *Pſ.* 95: 4. ubi תועפות הרים *loca altiſſima montium* deſignare volunt; vel quaſi *Robora eorum*; ex notione ejuſdem vocabuli *Num.* 23: 22. & 24: 8. aut quod *delaſſent ſcandentem*, judice *Coccejo*. Sic *montes*, & *cumuli coacervati*, *argenti* exſurgunt; quos commendant *de Pined. Bolduc. Merc. Nachman.* &c. Vide etiam *Boch. Hier. part.* 1. p. 949. Eodem redit *Crom.* Abſtractiore, & acutiore ſenſu *Crinſoz.* II. maluit *Argentum laſſitudinum*; quod *laſſet* vel *cupidiſſimum.* Id *Druſio* placuiſſe video, cui eſt *argentum laſſans quem numerando*, *vel certe appendendo.* Dilute III. *Vatabl.* adfert, *Argentum duplicationum*, *duplo majus quam prius erat tibi*, a *Chald.* עוף. Prævivit R. *Levi.* Doct. *Belg.* IV. *Argentum roborum* i. e. *prævalidum*; quod nempe facit *robur*, & *nervum rerum*, ut *Schmid.* autumat, nec non Cl. *Mich.* Eodem collineat *Junii*, *Argentum vireſque.* Quid Cl. *Guſſ.* V. intelligat per *Argentum locorum excelſorum*, non exputo, niſi quod ad *Arces* videatur retuliſſe, בצרים, ex ejus mente, *in quibus theſauri aſſervantur.* Argutiſſime *Codurc.* VI. תועפות contendit eſſe מוסדות *fundamenta*; etiam *Pſ.* 95: 4 quin *Num.* 23: 22. & 24: 8. figurate pro *robore*, & *viribus.* Inde promit *fundamenta argenti*, pro *theſauris*, ut 1 *Tim.* 6: 19. Ea a יעף *defetiſci* dicta vult, quod quæ *fundum petunt*, & *ſubſidunt*, *videntur feſſa jacere*: vel, *quia fundamenta maxime laborant*; *quod ſuſtineant totam molem.* Vereor ne hæc *mole ruant ſua.* Cl. *Cler.* VII. offert *Argentum fodinarum*; a יעף *laſſari*, *eo quod ad laſſitudinem uſque illic laboretur a damnatis ad metalla.* Id ob oculos fuiſſe putem Cl. *Reimaro*, reddenti *Argentum laſſans.* Non multum hinc abſtat Cl. *Cocc.* tum in *Lex.* tum in *Comm.* ubi hæc habet: *An quicquid ἄμαχον*, *nulloque ſuperandum labore*, *ſed defatigans*, *delaſſans*, *in vertiginem agens*, *qui circa id laborat*, *id habet* תועפות? Jam credas in *Argenti fodinas* deſcenſum eſſe. Ad aliud tamen VIII. divertit *ὁ πάνυ*, reſumens; ſic *ἄμαχον κάλλος*, *ἄμαχον χρῆμα* dicitur, *de ſumma pulcritudine. Ergo erit ἄμαχόν τι ἀργύρου χρῆμα*, *Argentum perfectiſſimum*, *incomparabili bonitate. Et ſit hoc*, *donec melius diſcamus.* Non abſimile IX. dederant Doct. *Tigurini*, quibus *Aurum purgatiſſimum* placuit, a *labore* & *laſſitudine.* Lucis aliquid feret X. enucleatio Radicis יעף, quam Cl. *Cocc.* aliique recte contulerunt cum עוף & עיף, cujus notiones ſunt, *Volare*, *laſſari*, *caligare.* Hæc a *gyratione*, *rotatione*, & *vertigine* fluxiſſe, invenies ad *Cap.* 10: 21. & 11: 17. Eſt ergo עיף proprie *Vertiginoſus*, ſive *laſſus ſupra modum*, ad *Vertiginem* uſque, & *deliquium.* Eadem poteſtas verbi יעף *delaſſari*, *defetiſci*; a *Vertigine caliginoſa oculorum*; quæ *Arabibus* eſt وعوف, in *Camuſo* ضعف البصر *hebetatio viſus*, ſive *caligatio.* Item per غ, ſecundum regulam *Clav. Dial.* p. 267. 268. الوغف ضعف البصر كالوغوف i. e. ועף *notat Caligationem viſus*, *nec non* ועוף. Ipſum Thema ſic exponitur وعف يعف اسرع وعدا وسار سيرا متعبا وعمش *Verbum* יעף, *cujus fut.* יעף, *notat celeriter inceſſit*; *cucurrit*; *& ivit itionem laſſantem. Item*, *caligavit viſu.* Sentis *Originem* omnium eſſe

26 Tunc enim in Omnipotente delicias ages; & attolles ad Numen vultus tuos.

27 Litabis illi, & audiet te; votaque tua perſolves.

28 Et decernes rem, ſtabitque tibi; & ſuper viis tuis ſplendebit lumen.

29 Quum

26 כי־אז על־שדי תתענג ותשא אל־אלוה פניך׃

27 תעתיר אליו וישמעך ונדריך תשלם׃

28 ותגזר־אמר ויקם לך ועל־דרכיך נגה אור׃

29 כי־

eſſe δινεῖσϑαι; unde proclivis tranſitus ad *motum celerem*, nec non *caligationem viſus*. Hinc תועפות ראם *Num.* 23: 22. & 24: 8. nihil aliud videntur ſignare quam *Agilitates celerrimæ, & rotatiſſimæ, quales Ibicum.* σφοδινήτεις. At *Pſ.* 95: 4. *Caligationes montium*, i. e. vel *cacumina altiſſima*, vel *fundamenta profundiſſima* eorum: vel, ſi velis, utraque: ubi oculi σφοδινοῦνται. Poſtremo כסף תועפות *Argentum caligationum, vertiginum* caput *rotantium*, non videtur commodius poſſe exponi, quam *ex profundiſſimis terræ viſceribus erui ſolitum*; ubi jam *Fodinarum* imaginem nobis ſubnaſci quivis cernit; quam hinc vix ac ne vix quidem abeſſe poſſe urſit Cl. *Cler.* qui omnino conferendus.

Verſ. 26 Incommode admodum Doct. *Merc. Supra terrenas & externas promiſſiones attulit* &c. *nunc addit etiam Spirituales; quod nunquam antehac Eliphaz, aut ſocii, fecerant.* Nempe in *Vſ.* præced. שדי Ei non erat Epitheton *Dei*, ſed *auri*; quod *Rabbinis* relinquendum fuerat. Ad hanc rationem nil hiantius; & כי אז omnem plane vim & gratiam perdet, quin vitioſiſſima reddetur oratio, quaſi nemo *delicias agere poſſet in Deo, niſi poſtquam montes auri & argenti in ædibus congeſti ſtarent.* Contrarium in oculos incurrit, atque ſic adſtringitur: *Contemne illa quæ hactenus concupiviſti avidiſſime, & propter quæ jus & fas violaſti. Abjice illa in pulverem*, &c. *Omne tuum aurum, & argentum* cenſeatur tibi שדי *Omniſufficiens* illud *Numen, Unum ſummum Bonum* hominis. כי אז *Nam tunc in Omnipotente delicias ages* &c. &c. Luculentiſſima, & cumulatiſſima, promiſſio; quam illuſtrare velle, eſſet obſcurare. Tantum dicam, Cenſorem ita promittere, ut ſimul feriat, & objiciat Noſtro, Eum hactenus *extra Deum delicias ſuas quæſiviſſe* &c. &c. quin *Mammonem* pro *Numine* habuiſſe. Altera phraſis, *Attollere vultum ad Deum*, aliquid etiam *aculei* continet; *auri* enim *ſacra fames Os* illud *ſublime*, & *vultus ad ſidera erigendos* dejicit, *atque adfigit humi divinæ particulam auræ.* Non tamen excludo quæ alii huc attulerunt, de *erectione vultus e mœrore*, de *Fiducia erga Deum*; de *hilari commercio* cum Deo, quæque alia undique huc confluunt: quandoquidem & præmiſſum התענג *Delicias agere*, nihil non horum ambitu ſuo includebat.

Verſ. 27. Omnia plana. Ad verbum עתר tantum teneri velim, ejus *Originem*, & *primariam, indolem* necdum ſatis definitam. *Rabbini* volunt *multitudinem*, vel *abundantiam* notari, unde העתיר דברים proprie ſit, *multis verbis inſtantius orare.* Exſculpſere ex *Eſech.* 35: 13. conatu non valde felici. Cl. *Guſſet:* ex conjectura offert vim *ſuavitatis*, qua nihil congruentius cenſet, ad ſenſum omnium locorum implendum. Ex hoc fonte עתר eſſet *ſuavis fuit in orando.* In *Hiph.* העתיר *ſuavem ſe fecit exorando.* Conſimiliter *Forſter. Suavibus verbis oravit: Oravit ut demulceat.* Ad hos conatus uno dicam verbo, *Nidorem* ſive *odorem exhalantem* ſuggeri ex *Eſech.* 8: 11. adjutante quoque *Dialecto Arabum* ſub عطر. quin & قتر. Inde *precari, deprecari, exorare*, prono alveo defluere potuiſſe, nemo non ſentit. *Nidori ſuavi*, auctoritate ſuffulto, non refraga-

29 כי־השפילו ותאמר גוה ושח עינים יושיע :

30 ימלט

29 Nam humiliabunt, ubi dixeris, Faſtus: & dejectum oculis in amplitudinem vindicabit *Deus.*

30 Eri-

gabuntur, qui *ſuavitatem* ex ſola conjectura adoptant. Nihil tamen hactenus finire vel poſſum, vel audeo, de hoc Themate; ad quod enucleandum, & ſpatium liberius, & tempus maturius, requiro.

Verſ. 28. Non ſatisfacit quod *de Pined.* notat, *poſſe eſſe expoſitionem præcedentis: Decernes offerre vota, & Deus illa rata faciet.* Ne illud quidem, quod addit, *poterit ſententia eſſe minus ſtricta: Quicquid apud te ſtatueris, certo eventurum ſperare poteris.* Ita tamen & *Merc. Quicquid decreveris ſtabile erit; nihil ſtatues, quod non feliciter tibi ſuccedat, & impleatur.* Forte tamen incluſum hiſce voluit, quod potiſſimum intendi putem, *ſumma non tantum gratia, ſed & auctoritate, apud Deum pollebis: ac velut Os Dei inter homines eminebis.* Eſt *promiſſio Perſonæ*, qua *Jobus* ante *conſpicuus* fuerat, *aptiſſima:* per quam tamen ſimul Eum pungi autumem, tanquam qui talem famam & opinionem non juſto titulo antea quæſiverat, ſed ſub Larva tantum Hypocriſeos poſſederat. Confer *Cap.* 4: 4. 5. 6.

Verſ. 29. Ambiguitas quædam ſtructuræ & connexionis multam peperit diſcrepantiam. *Merc.* I. Ἐπιφωνηματικῶς poſt tam amplas promiſſiones, terrenas, & ſpirituales, ſubjungi cenſet, *Denique quum depreſſi fuerint* alii, improbi, *& dices, elatio* eſt mihi; *& incurvum oculis ſervabit* Deus. i. e. *ſenties te a Deo erigi, & attolli præ aliis, impiis ſcil. qui deprimentur: atque ab illorum ſorte, conditione, calamitate, liberaberis.* Idem ex R. *Levi* expreſſum a *Vatabl.* Tentat quoque *Merc.* II. *Videnum in verbo* השפילו *ſit repetendum ex ſuperiori Vſ. Quum humiliatæ fuerint* viæ tuæ, *dices, elatio illis eſt* i. e. *mox ſenties conditionem tuam ex ima factam opimam.* Neutrum e facili fluit: ſenſumve implet. Adfine quid habet *Vulgat.* III. *Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria; & qui inclinaverit oculos ipſe ſalvabitur.* q. d. expoſitore *de Pined. Nihil amplius expectat Deus ad tui reſtitutionem, & exaltationem, quam ut Te humilies &c.* Is ut clariſſimum, præ tenebris aliarum verſionum, commendat ſententiam in ſe bonam quidem illam, ſed non ſine fidiculis hinc eliciendam; quin nec filo accommodam. Nempe requiritur aliquid, quod gratiam, & auctoritatem, *Jobi* apud Deum illuſtret. Hinc non omnino abludit IV. hocce Aliorum, apud *Merc. Quum depreſſi fuerint tui, aut tua, dices Elationem:* i. e. *certo tibi polliceberis eorum reſtitutionem in integrum; audacter dices, fore ut attollantur.* Latiore & commodiore adſpectu V. *Jun.* & *Trem. Quum depreſſerint* quemquam; *& cogitabis exaltationem* ejus; *tum demiſſum oculis ſervabit* Deus. Conſimiliter *Piſc. Belg.* &c. addubitantes, velintne *demiſſum oculis*, oppoſitum *ſuperbo*; an *dejectum oculis* & *depreſſum* ob *miſeriam.* Par cura diſtinuit *Mercerum*, *Curvum oculis non tam ſummiſſum intelligo, quam humilem Latine ita dictum*, i. e. *abjectum, qui præ calamitate, & triſtitia, oculos dejicit. Etſi illud quoque ſententiæ non repugnat. Imo recte utrumque intellexeris.* Ad hæc VI. *Schmid.* parum loci *Modeſtiæ* hic datum monens, totam phraſin improbat, *incurvum oculis*, nimis durum, & violentum pronuncians, cenſenſque עינים eſſe pro לעינים, in hanc mentem; *Si humiliabunt* te alii, *dices, exaltatio* erit; *& humiliatum oculis ſalvabit* Deus. *Si utique eo res devenerit, ut coram tuis, vel aliorum, oculis, videaris oppreſſus.* Non felix Criſis, ad שח עינים. Senſus quoque non mollis, nec promtus. Eum expreſſiorem, clarioremque, dedit Cl. *Cler.* VII. ſic vertens: *Cum* te alii *depriment, dices,* me *in altum tollunt.* Deuſque *humilem oculis ſervabit.* i. e. *cum te homines ſpreverint, eorum contemtu te ſenties ad Deum attolli; & quo humilior eris, eo promtius te Deus, iis invitis, ſervabit.* Cl. *Reim.* VIII. hanc ſententiam ita conceptam applicat ad *Fortunas Jobi inſtaurandas per ſeriam pœnitentiam; qui antea ſpretus* & *abjectus ab omnibus, dicturus ſit* tandem, *gloriam ſibi inde acceſſiſſe: Deum quippe demiſſos ſublevare.* Hæc ut ut acute cogitata, ſeriei non ſatis reſpondent; quæ requirit *ſpecimen eſ-*

30 Eripiet non inſontem, & eripietur propter puritatem manuum tuarum.

30 ימלט אי־נקי ונמלט בבר כפיך׃

efficacis apud Deum *auctoritatis & interceſſionis.* Hoc quum *Vſ.* præc. agnoſcat Cl. *Cocc* mirum, & ipſum IX. in ſola *ſublevatione humiliati* ſubſtitiſſe, hoc pacto; *Quum humiliaverint, & dixeras faſtum, tum dejectum oculis ſervabit.* Cenſet ותאמר גוה in *parentheſi* ſtare, (*faſtuoſa quippe dixeras* tu *aut cogitaras*) Atqui expectatur jam *confirmatio* magnifici illius dicti, *quodcunque decides, ſtabit*; ad quam proximi haud dubie Doct. *Belgæ*. X. Quorum mentem ſic nitide & rotunde expreſſit *Crinſoz. Si aliquem oppreſſerint, ſtatim atque Tu rogaveris ejus liberationem,* Deus *ipſum eripiet ex miſeria quæ oculos ei dejecerat.* Non negabis interim plenius fore, XI. ſi pro uno, duo exiſtant membra. *Nam humiliabunt, ubi dixeris, Faſtus eſt: & dejectum oculis ſervabit.* Item Deus, ubi dixeris. Habes geminum Exemplum præpollentis & *efficaciſſimæ* apud Deum *Orationis*, de qua *Jacob. 5:* 16. 17. 18. גוה *Faſtus, Inſolentia*, ut *Job.* 33*:* 17. alias גאוה. Ejus *deprimendæ poteſtas potenti* precatori merito vindicatur. *Si dixeris*, ergo, ſi juſſeris, ſi popoſceris, השפילו *humiliabunt*; *curabitur ut talis ſuperbus jaceat in pulvere.* Contra ad *preces*, & *interceſſionem* tuam *gratioſiſſimam*, vel *pro eodem*, jam *humiliora ſpirante*, vel *pro aliis humilibus, adflictis*, tuamque gratiam apud Deum pro ſe implorantibus, *ſalus* erit *paratiſſima.* Verba השפילו & יושיע ad *Deum* refero, qui *ſuperbis reſiſtens, humilibus vero gratiam dans*; fideliſſimis ſuis ſervis utriuſque diſpenſationem nonnunquam creditam voluit, ad eorum Auctoritatem inſignite ſanciendam. Ipſe *Eliphazus*, ſociique, teſtes: qui non niſi precatore, & interceſſore *Jobo*, iram Numinis effugerunt: ut proinde ſententiam hanc adverſus ſemet, occulto Dei conſilio, pronunciaſſe reperiatur.

Verſ. 30. Iterum variatur. Minus recte I. *Vulgat. Salvabitur innocens, ſalvabitur autem in munditia manuum ſuarum.* De *Jobo* ſub 3. *Perſ.* dictum cenſet *de Pined.* אי pro איש poſito; quod in *Ling. Hebr.* inauditum. Potuiſſet Interpretem ſuum doctius defendere: de quo ſtatim. *Vavaſſ.* etiam nimis cupide, *Conciſio*, inquit, *miram efficit varietatem. Sed noſter ſatis eſſe nobis Interpres debet; qui &* LXX. *habet convenientes ſibi; & maxime Symmachum*, καὶ διαφυλάξεται καθαρότητι χειρῶν ἴσ-ϛος. Atqui LXX. non conveniunt, dantes, ῥύσεται ἀθῷον, καὶ διασώθητι ἐν καθαραῖς χερσί σου. Ne *Symm.* quidem uiquequaque. Cordatius *Codurc.* quin & *Bolduc.* quamvis ſuo more luxurians; quorum ſententiæ mox dabuntur. Cum *Vulg.* ex parte facit II. *Syrus & Arabs*; *Evadet juſtus ubicumque fuerit:* nec non *Grot.* אי ſive أي *Arabicum* pro *quivis*, in ſubſidium vocans, unde vertit, *Liberabit ſe quiſque innocens.* Nollem auctoritatem iſtam ſenſui languido præſcriptam: quid enim mirum ſi *innocens evadat?* aut quid ei *interceſſore* opus? Eleg. *Crinſoz.* III. ad hoc exemplum, *Liberabit innocentem quemcumque* &c. &c. communiorem verſionem ideo ſeponens, quod *eam Eliphazi Theologia haud patiatur, quippe qui periculoſum ſtatuerit intercedere pro ſontibus Cap. 5:* 2. Iſtic loci tale quid doceri non conceſſerim. Aliud quoque *ſons, nocens*; aliud *non inſons* plane; qui aliquid pœnæ & cenſuræ promeruit. Plerique IV. *non purum*; *non innocentem*, hoc ſenſu expreſſere: *Merc. Jun. Piſc. Belg. Angl. Genev.* &c. *Schmid. Mich. Cler. Reim.* &c. His אי pro אין, ut 1 *Sam.* 4*:* 21. & *Prov.* 31*:* 4. particula *Negantis.* Alii interim territi ſcrupulo, per *negationem* injecto, ad alia recurrerunt: inter quæ rejicula plane, & vix mentione digna, gemina ſententia, aliorum, quibus אי eſt *Væ*; ut ſit, *Liberabit Væ innocentis:* aliorum, quibus אינקי una voce reſonat *gementem*, ab אנק. Utrumque moſtellum exploſit *Merc.* Sed magnis V. auctoritatibus præfulget אי pro *inſula* huc inſertum; non una facie. Nam 1. *Ar. Mont.* dat *Liberabit inſulam innocens,* h. e. ut *Vatabl.* habet, *Innocens ſervare ſolet totam regionem.* Vide &

& *Munſt. Iſid. Clar.* &c. Alii, ut Doct. *Tigur.* maluerunt 2. *Liberabit inſulam innocentis*; unde non multum abit *Bolduc. Liberabit provinciam mundati.* Nempe *Eliphazus Jobum* non *innocentem* ducebat, ſed *per pœnitentiam mundandum* contendebat: quo facto *tota provincia Huzitana, plurimis hoc tempore, & graviſſimis, cladibus vexata, iis liberaretur.* Aliter adhuc Cl. *Cocc.* 3. *Evadere faciet Regionem innocentem*; quod nimis remiſſum ſentiens, redit ad 1. *Evadere faciet regionem innocens, emendando:* vel, quia *Deus parcit eis, in gratiam ipſius, ne una perdatur.* Addit VI. *Cocc.* verti quoque poſſe *Evadere faciet non innocens*, Te ſcil. q. d. *Ita ſervabit te Deus, ut non-innocentem excitet in deprimentes te, qui te a jugo & Sceptro injuſtitiæ vindicet. Quin etiam is* evadet per puritatem manuum tuarum, q. d. *viciſſim ſervabis non-innocentem, qui te evadere fecit; ut ei vel parcat Deus, vel, quæ vera evaſio eſt Eſaj.* 49: 24. *ex imperio & poteſtate Satanæ liberetur* &c. &c. Hæc nimis quæſita. Commodius tandem VII. quod IV. ſententiæ accedens ὁ πάνυ reddat, *Evadere faciet non innocentem, & is evadet per puritatem manuum tuarum* h. e. *propter te alios non innocentes evadere ſinet, ne tu impliceris pœnæ eorum. Gen.* 18: 23. 32. *Jacob.* 5: 5. 16 *Eſaj.* 22: 30 *Jer.* 5: 1. quæ loca etiam adducta a Cl. *Cler.* qui ait אי pro לא uſurpari in *Ling. Arab.* obſervatum a *Grotio.* Hoc ſecus ſe habere cernes ex *num.* II. Rectius laudat *Job. Ludolf.* qui ex *Æthiopica* eum uſum firmavit in *Comm. H. Æth. L.* 1. *n.* 106. Nec diſplicet quod ſubdit, *Crediderim* אי *proprie eſſe* ubi, *cum vero de eo quod non comparet, quæri ſoleat,* ubi eſt? *hinc* אי *pro* non *invaluiſſe.* Quadrat ſic ſatis 1 *Sam.* 4: 21. אי כבוד *ubi gloria*? Item *Prov.* 31: 4. *Et principibus* אי שכר *ubi ſicera*, ut ibid. *Cocc.* Hic tamen minus aptum, *Eripiet ubi innocentem*? pro *ſontem*, niſi argutiuſcule velis *omni ex parte nocentem*, de quo ulterius deliberandum. Quicquid ſit אי נקי denotare *non inſontem, neutiquam innocentem*, liquet ex adjecto, *Et evadet per puritatem manuum tuarum. Tuæ innocentiæ, tuisque manibus puris*, ſive, *precibus & interceſſionibus Deo gratiſſimis ſalutem ille ſuam debebit, atque pœnam promeritam elabetur.* Omnem ſcrupulum levat latior vis vocabuli נקי, quod perſæpe infert *immunitatem a pœna, mulcta, onere quocunque.* 1 *Reg.* 15: 22. *Exod.* 21: 28. *Jer.* 15: 29. &c. Hinc reddas licet, *Eripiet neutiquam immunem* alias, *intactumque a pœna futurum.* Subeſt quidem huic etiam ſententiæ *culpa*, & *noxa*, quæ *pœnam* attrahit, attamen commodior videtur quam altera illa, quum directe vim *interceſſionis gratioſiſſimæ* apud Deum exprimat, in depulſione plagarum, quæ alias ingruituræ fuiſſent. Ipſe *Eliphazus*, cum ſociis, documento nobis ſit, *precatore* enim *Jobo* indiguere, ad pacem, veniamque Numinis, impetrandam.

CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

Verſ. 1. ET reſpondit Jobus, ac dixit.

2 Etiam hodie obſtrigillatio contumax querelæ meæ; plaga mea gravis eſt ſuper gemitum meum.

3 Quis

Verſ. 1. וַיַּעַן אִיּוֹב וַיֹּאמַר׃

2 גַּם־הַיּוֹם מְרִי שִׂחִי יָדִי כָּבְדָה עַל־אַנְחָתִי׃

3 מִי־

Verſ. 1. Nihil animoſius, ſimulque dolentius nihil, hoc capite; quod ad Refutationem ulteriorem *Eliphazi*, & Sociorum, pertexendam, præmittitur. In eo non ad Dei Tribunal provocat, ut ibi crimina ſibi impacta revincere liceat; ſed cum Numine ipſo ſe congredi paratiſſimum oſtendit, ad cauſam ſuam contra Eum, vel Majeſtate ſua formidabili armatum, ſuſtinendam: nullus dubitans quin victoriam ex illo congreſſu ſit reportaturus, quippe qui Auri inſtar ſe intus & extus purum inveniendum eſſe ſciat; nulliuſque ſibi tranſgreſſionis ſit conſcius. Dolet interim acerbiſſime, ſibi aditum ad Dei ipſius ſolium penitus denegatum, ac præcluſum: & Numen abſolutiſſimo potius imperio adverſus miſerrimum ejus cultorem agere, quam jure; ut proinde ubi ſit, quidve conſilii ſit capturus, plane neſciat; hoc uno ſe plane perculſum, attonitum, fractumque, adjiciens, quod ne *Exitium* quidem *in medio Exitio* ſibi reperire concedatur, per ſingularem Dei adverſus Innocentiſſimum ſeveritatem, quæ in Morte ipſa vivere cogebat Eum, quem horroribus Mortis undique circumfuſum & incluſum tenebat. Hoc *Argumentum* ex parte expreſſit *Doct. Merc.* nec inde multum abeunt *præcl. Belg.* Alias *Analyſes*, longius hinc deflectentes, nimis remiſſas eſſe, quivis ſentiet, qui *Adfectum* ardentiſſimum *Jobi*, cum *ſtatu quæſtionis*, quin & cum *fervore increſcente conflictus*, ex oculis non dimittet. Judicandi copiam cujuſque *Vſ.* elucidatio ſubminiſtrabit.

Verſ. 2. Vehemens, & doloris pleniſſimum, Exordium: in quo conſtituendo laboratur. *Vulgat.* I. *Nunc quoque in amaritudine eſt ſermo meus; & manus plagæ meæ aggravata eſt ſuper gemitum meum.* De *Pined.* ſignificari putat, *calamitatem importuna Amicorum contentione, & contumelia, magis magiſque exaſperari.* Non abit hinc II. *Merc. Etiam hodie exaſperatio querelæ meæ.* Iſtam vim voculæ מְרִי multi arceſſunt ex cognato מרר: at *Merc.* eam ex מרה *rebellare* ſic elicit, ut proprie ſonet *variare*, 2 *Reg.* 14: 26 *Vidit Dominus adflictionem* מֹרֶה מְאֹד *Variantem admodum*, ajunt *Hebræi*; unde hic *querimonia varia, aliena, immodica,* & *uſque ingraveſcens* deſignaretur. Jam maluiſſem in מרר acquieviſſet Vir Doctiſſ. adeo contorta hæc originatio. *Jun. & Trem.* III. *Etiam hodie rebellionem* haberi *querimoniam meam? quum plaga mea gravis exſtet ſupra gemitum meum?* Idem fere, ſine *interr.* expreſſum IV. a Doct *Belg.* *Etiam hodie querimonia mea rebellio* eſt, habetur: *plaga mea gravis eſt ſupra gemitum meum.* Cum *interrog.* maluere *Cocc. Crinſoz.* &c. Ægre tulit haud dubie *Jobus* querelas ſuas *Contumaciæ* nomine taxari; ſed hoc ſenſum loci hujus non ſatis videtur implere. *Bolduc.* V. converſa facie, *Etiam hodie contumacia exercitatio mea.* i. e *uſquequo cum ejusmodi veritati rebellibus agam?* quaſi in *Amicos* reciperet dictum. *Exercitatio* iſta valde quæſita. *Schmid* VI. ambigit, malitne, *Etiam hodie exacerbatio eſt ſermo meus:* an, *rebellio eſt:* taliſque a vobis habetur. Neutrum valde aptum. Nimis quoque tractum, *plaga mea aggravatur propter gemitum meum*, ex veſtra quidem opinione; *qui* propterea *me gravius adfligi dicitis, quod ita ingemiſcam.* Audaciuſcule *Cler.* VII. *Etiam hodie ſermo meus mihi moleſtus eſt, & manus ejus gemitui meo graviter incumbit.* Obſervat a מְרִי שִׂחִי eſſe, *amaror*

3 מי־יתן ידעתי ואמצאהו אבוא עד־תכונתו׃

3 Quis det ſciam, & inveniam Eum! irem uſque ad Tribunal Ejus.

4 אערכה

4 In-

ror oratio mea; quod מרי æque ſit *amaror*, quam מרה eſt *amara*; ut quum dicitur נפש מרה *anima amara*; unde etiam *Rebellio* ſit dicta. 2. LXX ידו legiſſe, & dediſſe, ἡ χεὶρ αὐτοῦ βαρεῖα γέγονεν ἐπ' ἐμῷ στεναγμῷ. Hunc ſenſum, tantilla mutatione, lucrari ſe maluiſſe ait; quum ידי *manus mea* non ſignificet *plagam impoſitam*, ſed *illatam*. Neutra Criſis felix. Nam 1. *fœmin.* מרה, a מר *Amarus*, ex מרר, non peritiſſime confertur cum forma מרי, cujus Radix מרה *rebellavit*: nec *rebellio* ab *amarore* ducta. 2. ידי æque *plagam impoſitam* ſonare poteſt, quam *illatam*; niſi negare velis *adfixa* ſive *pronomina poſſeſſ.* omnibus in Linguis *paſſive* & *active* reſonare. Scrupulo huic adhærens tamen Cl. *Reim.* VIII. maluit; *An & hodie mea querela contumacia eſt? Manus meæ prægravatæ conciderunt propter gemitum meum.* Exiſtimat durius eſſe, *Manus mea*, pro *Manu Dei inflicta*; quod ידו potius fuiſſet: Commodioremque cenſet *manum laſſam, remiſſam, animi fatiſcentis indicem*; metaph. a *re athletica*. Conf. *Kambaz* apud *Merc.* Eſt conatus docta manu non indignus, cui plus deferrem, ſi ſeries faveret; & ſi dubitationi non eſſet exemtum ידי *Manus mea* rectiſſime per *plagam meam* converti Notandum inſuper aliud eſſe, ex Genio linguæ, ידו *Manus Ejus feriens*, & aliud *Manus mea*, mihi *incuſſa*. Ex *Pſ.* 77: 3. diſcrimen percipere eſt; ידי *Manus mea æſtuabunda bullit, nec ſingultat*, i. e. *non interquieſcit.* Intelligeſis *Vulnus mihi inflictum Dei manu.* Non quadraſſet ibi ידו *Manus Ejus.* Non exputo, quid III. *Grot.* ſequatur IX. quum ait ex *Arabiſmo* מרי שיחי ſonare *alieniſſima videtur querela mea.* An reſpexit ad مري *inficiari, abnegare?* Coactum. *Codurc.* X. non infauſta Lucina, *Etiamnum reſurgit querela mea.* Ad verbum; *Adhuc rebellio eſt querelæ meæ.* i. e. *nondum victa cedit*, *ſed* contra *reſurgit fortior.* Præiverat *Jarchius*, *Contumax eſt queſtus meus*, nihil *remittens* videlicet, ſed *magis magiſque ſemet irritans*, & *incendens.* Hoc grande, & venuſtum, reliquis palmam aufert. Non ejuſdem pretii, quod idem *Codurc.* XI. ex *Ling. Arab.* tentat, *Querela mea mihi in litem vertitur*; ex مري *lis, controverſia, contentio.* Minus adhuc probaverim, ad ultimum Colon, *Manus mea premit dolorem meum. Quia*, inquit, *manum dolori admovemus*; *vel quia in planctibus, & gemitibus, pectus manu tundimus.* Ego in *Juvenil.* aliquid propoſui ad mentem *Merc. num.* II. quod nunc neutiquam placet; nam מְרִי ad مُرِّي *compar.* & *ſuperlat.* ab امرّ *Amariſſimus* reducere nimis violentum. Sed non diſplicet XII. conjectura expoſita in *Opuſc. de defect.* p. 132. 133. *Etiam hodie ſtrictio*, ſtringens percuſſio, *querelæ meæ*, *querelas & lamenta extorquens.* Nempe מרה ſecundum *Originem* certiſſimam valuit, *ſtrinxit vehementius*, ſive *renitendo*, unde *rebellare*, *contumaciter reſiſtere*, *obſtrigillare*; ſive *feriendo*: unde 2 *Reg.* 14: 26. עני מרה מאד *Adflictio ſtringens valde.* Vide *de Def.* p 128. & 125. 126. quorſum remitto, ad indolem Verbi מרה, ex collatione cum مري, penitius inſpiciendam. *Ibid.* p. 133. 134. dixi in multo uſu, vivente Lingua, eſſe debuiſſe יד מורה *Manus ſtringens*, partim ſimpliciter, *ictibus perſtringens*; partim figuratius, pro *vulnere ipſo*, non *cutim*, ſed *viſcera ſtringente* & *urente.* Hinc

jam

jam rotunde ſatis prodit, *Etiam hodie ſtrictio querelas mihi exprimens* adeſt; *& plaga mea gravis ſupra gemitum meum.* i. e. *ultra quam lamentis ullis ſignificare queo invaleſcit.* Ubi tamen vehementiſſimum illud *Pathos* cui toto hoc capite indulget Noſter, penſito, vix poſſum, quin concedam in *num.* X. cum aculeo in Amicos reflexo, qui *querelas juſto dolore expreſſas*, pro *argumento evidentiſſimo improbitatis contumaciſſimæ* arripuerant. Ad *Eliphazi* ergo *aſperrimam* illam *cenſuram*, qua Dei contemtoribus fuerat aggregatus, ex abrupto, plenus indignationis, ſubſumit, *Etiam hodie contumacia*, rebellio, *querelæ meæ*. Graviſſime dictum ex ancipiti. 1. *Etiam hodie querela mea reſurgit*, *rebellatque* quaſi, *ſedari*, *compeſcive*, *negans*, *ſed magis magiſque ſemet ſuccendens.* 2. *Ea vobis*, *ſat ſcio*, *novæ criminationis anſam porriget*, *atque pro aperta contumacia ac rebellione in Deum proſcindetur.* Huic ſententiæ reſpondebit, quicquid fere ad poſterius colon elegeris. Mihi præplacet receptiſſimum illud, quo ſignificat, vel *acerbiſſimos* ſuos *queſtus*, longe infra *acerbitatem ſortis ſuæ*. Infert inde, merito ſe *frena laxare infando dolori*, quamvis Amici pro *obſtinata impœnitentia querelas illas* traducant. Confer *Cap.* 10. 1

Verſ. 3 Omnes uno ore agnoſcunt, *Jobum* ardentiſſimis votis optare, ut aditus ſibi ad Tribunal Dei concedatur: ſed circa *Adfectum*, *ſcopumque*, non eadem opinionum concordia. Multi I. cenſent, ab injuſtis criminationibus *Eliphazi* provocari ad *Divinum judicium*. His calculum adjecit & Cl. *Schmid. Quandoquidem nihil proficio*, *atque hodie quoque ſermones meos rebellionis accuſari video*, *cogor provocare ad Deum*, *& coram illo cauſam innocentiæ meæ agere.* Alii II. ſtatuunt, rediri ad *Pathos* illud, quo ſæpius jam uſus Noſter, per quod innocentiæ ſuæ conſcientia fretus, ipſum Deum ad congreſſum evocare ſuſtinuerat: & cum ipſo diſceptare, ad Arbitroſque venire, poſtulaverat. Huc *Merc.* inclinat, conferens *Cap.* 9. & 16. & 17. Id propius ad rem. Non tamen negligendum, quod III. obſervat Cl. *Cocc. Agi de Jobi voto*, *quod Deum quaſi in judicium vocaſſet*; *ut nunc ſignificet*, *ſe adeo illud non damnare*, *ut etiam repetere audeat.* Idem intendit *Colurc.* Non dubitabis de hoc adſpectu, ſi relegas quæ *Cap.* 22: 2, 3, 4. exhibui, nam ibi *intolerandæ ſuperbiæ & audaciæ* taxatus Noſter, hoc ipſo nomine. Nil aptius proinde ad ſeriem, æſtumque, diſputandi, qui ulterius adhuc, ut fit, provexit animoſum ſui Defenſorem. Nempe *Cap.* 9: 33 34 35 hujus *confidentiæ initia* habemus: *Cap.* 13: 14. 15. 16. 18. &c. ejuſdem *progreſſum*: in hocce autem illius *cumulum*, & *gradum ſupremum*, ut ad ſingulos verſus pateſcet. Primum omnium ergo iterat *votum* toties *non jactum temere*, ut cenſebant Amici, ſed, quod ipſe ſibi perſuaſerat, religioſiſſime factum. Id ex parte verum; atque eatenus admittimus, quod Cl. *Cocc.* Lectorem moneat, *ut propoſitionem Jobi accurate obſervet*, *& recte intelligat: ita viſurum Jobum hoc Cap. non* impatientiæ, *&* murmuris, *&* blaſphemiæ *in Deum ſe alligaſſe*, (*ut cum injuria S. Viri ſtatuunt Interp.*) *ſed fidei & fiduciæ piæ exemplum fieri.* Additur, *ipſiuſque adeo patientiæ*, *quæ in ipſo laudatur.* Id nimium; quum hæ *provocationes* Dei *audaciores*, *fiduciæ* quidem *præclara conſcientia ſubnixæ* argumentum præbere poſſint, ſed *patientiæ invictæ* laudem auferre non poſſint. Secundo ita *votum renovat*, ut illud amplificet, & intendat ſimul. Intenſius utique, quod nunc exclamet מי יתן *Quis dabit*, *O utinam*, ידעתי *ſcire poſſem*, *& invenirem eum*, i. e. *ubi eum invenirem.* Cl. *Cler.* ait, *Neceſſario ſupplendum* איה הוא *ubi ille: quæ etiam oſtendant præceſſiſſe* ידו *manus ejus: non* ידי *manus mea: alioquin nomen* Dei *hic exprimeretur.* Neutrum in ſolido. Nomen *Dei* hic omiſſum, arguit ardentiſſimum *Pathos.* Iſtam abſentiam facile penſabat תכונתו *ſolium Ejus*, vel ut alii, *ſedes ejus*, aut *ſtatio.* Solide annotatum a *Merc.* תכונה eſſe *Auguſtum* & *magnificum* quid, quo deſignetur *ſolium* Numinis *Juri reddundo aptatum.* Id alias מכון. Cl. *Cocc.* paulo ſubtilius תכונה exponit *Locum in quo Deus promtus paratuſque eſt ad audiendum*; *& ubi ſui copiam facit.* Genuinus ſenſus percipietur ex formula ſollenni הכין למשפט כסאו *aptavit*, *firmavit*, *apparavit*, *apparatu debito inſtruxit*, *ad Judicium*, *ſolium ſuum.* Hoc omne ſub vocabulo תכונה compren-

4 אערכה לפניו משפט ופי אמלא תוכחות׃

4 Inſtruerem ad Faciem Ejus judicium; & os meum implerem redargutionibus.

5 ארעה מלים יענני ואבינה מה־יאמר לי׃

5 Cognoſcerem verba, *quæ* reſponſurus mihi eſſet: & intelligerem, quid dicturus eſſet mihi.

6 הברב־

6 Num

prenſum crediderim: ut nunc oſtendat *Jobus*, ſe non poſtulare amplius, ut *Majeſtatem* ſuam *ſeponat* Deus, in congreſſum deſcendens cum mortali, ſed ſe vel ad Tribunal ejus ſupremum adſcendere, & penetrare, paratum, ſi modo aditus ei aperiatur. Hoc per עד *uſque ad* expreſſum. In verbo אמצאנו item magna Emphaſis, qualis in Latino *deprendere eum, qui ſe ſubducit*, & *conſpici* negat. Infinita magnitudo doloris, & acerbiſſima Amicorum irritatio, *Adfectum humanum* huc uſque impellere facile potuit; non dixerim citra peccatum, & exceſſum; ſed citra ullam notam *contumaciæ* in Deum; multo minus *blaſphemiæ*. Hoc in prægreſſis illis provocationibus ſæpiuſcule inſinuatum, repetere nil attinet.

Verſ. 4. Eodem ardore adjectum, אערכה *inſtruerem* velut in acie, לפניו *ante Faciem* ejus, *ſub oculiſque* illis *ſole lucidioribus*, משפט *judicium*, plane ut *Cap.* 13: 18. Signantiſſime, *Os meum implerem argumentationibus.* Id fecerat *Cap.* 13: 23. 24. 25. &c. &c. quin imo in omnibus ſuis ſermonibus ad Deum directis. Majora ergo moliens, cum *evictione bonæ cauſæ*, *revictionem Dei* complexus fuiſſe videtur. Huc tendit formula *implerem os*, quo & *multitudo demonſtrationum*; & eorum *vis*, ac *acies*; & *fiducia victoriæ obtinendæ* conſignatur. Cl. *Cler.* recte primo monens, *Jobum audaciorem redditum conſcientia integritatis ſuæ*, nec-recte ſubdit, *attamen fatendum a Scriptore hujus Libri, ſi res vere contigiſſe ſtatuatur, exornatam nonnihil fuiſſe: eſt enim ſupra humanam audaciam Deum ad certamen provocare, præſertim ſi homo religioſus ſtatuatur.* Extrema illa cautio ſupervacua: de *improbis* enim nulla dubitatio. A *probo* noſtro & *Religioſiſſimo viro* id factum, vel *improbitatis* dica ei propterea ſcripta ab Amicis declarat: declarat diſerte *Elihu:* & tamen Viro Docto id *ornamentum* potius *Scriptoris*, quem longe poſt fuiſſe, & in otio ſcripſiſſe, ſtatuit, quam *rei geſtæ documentum*, & *verus adfectus.* Id genus commentandi quale ſit neſcio, & quo exeat, ne Commentatorem quidem ipſum ſatis perpendiſſe crediderim. Hoc ſcio, & *Adfectui* huic indultum a Noſtro, & non alium, quam qui eum vivus ſenſit, eundem exſignare, veriſque coloribus depingere potuiſſe.

Verſ. 5. Ardentiſſime quoque enunciatum, *cognoſcerem ſermones, quos reſponderet mihi* &c. q. d. Nunc quidem nihil, quamcumque in partem me convertero, reperire poſſum, quod mihi, *Cauſæ* meæ *Juſtitiam* demonſtranti, reponeret Numen Sanctiſſimum, ad *injuſtitiæ* me *convincendum*, efficiendumque, me *meritiſſimas ſcelerum pœnas pendere.* Extra hos fines, cardineſque, quibus tota hæc contentio volvitur, non trahenda acris inſtantia: cujus aciem nonnihil inflexit *Merc.* ita commentans: *Veſtram quidem mentem haud ſatis aſſequor, O ſocii, &c. Illum ſcio aperte animi ſua ſenſa elocuturum, nec ambagibus, ut vos, uſurum; atque adeo meam cauſam, quam vos temere damnatis, probaturum.* Cl. *Schmid. putat potius argui Sociorum illegitimum procedendi modum, in quo illi ſimpliciter volebant audiri, & pertinaciter ſuis verbis inhærebant; quicquid etiam Jobus pro ſe proferret.* q. d. *non facerem quod vos, nihil concedendo rationibus contrariis; ſed ut ipſe omnia mea expoſiturus eſſem, ſic etiam totam reſponſionem Dei cum attentione audirem, & ut decet.* Id remiſſius adhuc, & parum ad rem. Ne quidem ſatis forte illud *de Pined. Si quidpiam erratum a me, errati me admoneret, neque contumeliis, ſed rationibus mecum ageret; unde totius rei veritatem, & calamitatum mearum cauſam intelligerem.* Preſſius, & ſubtilius, Cl. *Cocc. Impetrabo a Deo declarationem, inter filiosne me cenſeat, num pro perduelle puniat; aut Exemplum judicii de*

pec-

6 Num multitudine roboris ſui contendet mecum? Dummodo non *hoſtilem* Ipſe impetum faciat in me.

7 Ibi

6 הברב־כח יריב עמדי לא אך־
הוא ישם בי ;

7 שם

peccatis humanæ naturæ in me exhibeat. Poſterius illud refertur ad privam opinionem, ſupra indicatam. Quemque ſuo ſenſu frui lubens patior. Obſervo tantum, verba *Cognoſcerem*, & *intelligerem* calidius elata, ex Idiotiſmo, pro, *ut nunc diſcupio cognoſcere*, & *intelligere quid mihi reſponderi poſſet, ita miror, quid tunc tandem cauſæ adverſus me proferretur, ob quam adeo ſævum, & infeſtum, experiar Deum, quem ſcio me ſinceriſſime & coluiſſe, & etiamnum colere, intimiſque ſenſibus venerari.* Iterum moneo, non ultra *ſcopum* hæc tendenda, qui eſt, *nec invenire ſe cauſam, cur ut nocentiſſimus mortalium ſæviſſimis Pœnarum exemplis plectatur: & certum ſe eſſe, nullam ne a Deo quidem Cordium renumque ſcrutatore fore producendam.* Dices *nimium* eſſe; ſed attende; & non eſſe concedes. Reſpondiſſet Deus, *placuit mihi fideliſſimum juſtiſſimumque mei cultorem Extraordinariis, immeritiſque, plagis, affligere, ut auro nitidior ex fornace rediret: Unicumque invictæ Fidei Exemplum ſeculis proſtaret.* Recte vero; ſed hoc ipſum *Juſtitiæ Coronam Jobo impoſuiſſet*, atque *injuſtitiæ* & *improbitatis criminationes omnes depuliſſet*, quas ſolas graviſſima hac contentione a ſe depulſas, & refutatas, voluit: de cetero, *abſoluto* Dei *dominio in creaturas* nihil detrahens: prout ipſe hanc unicam cauſam ſuarum afflictionum indicabit *Vſ.* 13: 14. hujus *Cap.*

Verſ. 6. Clivus arduus ad ſuperandum. *Vulgat.* I. *Nolo multa fortitudine contendat mecum; nec magnitudinis ſuæ mole me premat.* Ad hæc *de Pined.* tanquam ad *Hebræum* expreſſa, *Non*, *inquit*, *animus mihi eſt congredi, aut litigare cum illius poteſtate, & magnitudine, ſed cum illius tantum æquitate & juſtitia, quæ nihil contra veritatem, nihil contra juſtitiam, nihil contra innocentiam meam poterit.* Eodem redit *Vavaſſ.* agnoſcens tamen verſum perdifficilem, ſi *Hebraica* ſpectentur. *Bolduc.* ultimum membrum ita intellectum cenſet a Latino Interp. *Non tamen ponet in me.* i. e. *me mole ſua non opprimet.* Ipſe tentat II. *Num quid in multa potentia diſceptabit mecum? Non: ſed ponet in me*, pro *deponet eam.* Mox tamen III. *melius* cenſet, & *fortaſſe genuinum*, *Non profecto ipſe imponet in me.* i. e. *non imputabit mihi quæ non feci: ſed potius minuet quæ feci.* Summa *æquitate* & *bonitate* mecum aget. Huc IV. collineat & *Merc.* *Quia objici poterat immenſa Domini potentia, qua eum oppreſſurus eſſet, ſubdit*, Num copia roboris ſui contenderet mecum? Non: *non faceret. Eum dedecet id facere.* Sed ipſe poneret in me. *Adferret in me ſuas rationes, ſi quas haberet. Nam Deum velut litigantem ſe um facit apud tertium quempiam Judicem.* Poſterius illud *Cap* 9: 33. poſtulatum fuerat: ſed hic animoſius adhuc ſe infert Noſter, ut *Vſ.* 3 vidimus. In hanc ſententiam conceſſit Doct. *Crinſoz.* Addit *Merc.* V. *poneret ſuper me* cor ſuum: *me patienter audiret boni judicis more* &c. Ita *Jun. Piſc. Belg. Cler.* qui ultimum colon cum *adfirmatione* efferunt. Cum *interr.* maluit Cl. *Cocc.* *Nonne certe ipſe animum advertet ad me?* & *gratiæ Divinæ præſuppoſitionem* hic fieri cenſet. Exiſtimat παθητικώτερον eſſe; quin הוא magna Emphaſi ſic poſitum, *Non ſaltem* ILLE clementiſſimus Pater, ILLE, *inquam*, *ſi omnes creaturæ me negligent; rationem mei habebit?* Diverſo adſpectu, eodem tamen rediturо, *Druſ.* VI. *Non utique ponet* manum *in me, non perdet me.* Arceſſitius VII. R. *Levi* in eandem fere mentem, *Nequaquam; ſed in me ponat* robur ad conſiſtendum coram Eo. Ei adhærens *Vatabl.* dat, *ponet in me* vires, *eaſque æquiſſimus & clementiſſimus ipſe conferet.* Placuit Doct. *Angl.* a *Belgis* noſtris laudatum quoque in Notis, atque a *Calvin.* comprobatum unice *concione* LXXXVIII. *in Job.* Cl. *Schmid*, VIII. captavit per *interrogat: An non tantum ipſe ponit in me* robur? *Quid opus eſt ut mecum robore certet, & ſe oſtendat me potentiorem, quum notum ſit me nullum habere robur niſi ab illo.* Hoc palmam non feret, ut nec nexus Viri Doct. *Audirem quid dicturus eſſet mihi, Num contendere velit mecum juxta magnitudinem*

nem

nem virtutis ſuæ? i. e. *per maximam ſuam potentiam*? Id hactenus ferri poteſt; ſed en turbelas, *Contendere cum aliquo in magnitudine virtutis, nihil aliud eſt, quam contendere cum illo de hoc, quis majores & ſummas vires habeat: atque ſic omnibus manifeſtum facere quantæ ſint vires ſuæ.* Verebatur ſcilicet contagionem *Merceri*, ita ſcribentis, *Interim ſignificat* Jobus *Deum nunc abſoluta ſua potentia ſecum agere, quum ſe innocentem punit; qua in re in Deum contumelioſus eſt, qui Eum abſoluta potentia uti credat; quum ejus potentia a juſtitia non ſeparetur; nec ſit in eo cum Sophiſtis imaginanda abſoluta potentia tyrannorum more* &c. Nihil erat hic, quod vel rigidiſſimum cenſorem offendere poſſet ratione *Theologiæ* ſuæ, quum diſerte *Judicium abſolutæ potentiæ* a *Jobo* ſuppoſitum dicat *non ſine injuria in Deum*; ac proinde potuiſſet, ſub hac ſaltem reſtrictione, ſuam ipſius verſionem non enervare Vir Doctiſſ. quæ ſi obtinebit, *Contendere per maximam potentiam* nihil aliud ſonare poteſt, quam, *abſoluto in creaturam dominio, immenſoque robore, uti.* An non *Jobo* in *diriſſimis* ſuis *malis* iſta *Dei abſolutiſſima Manus* potuit, atque adeo debuit, obverſari? Unde alias illi æſtus, illæ querelarum tempeſtates? Quæſtio utique non eſt, quid *Jobus* debuiſſet cogitare, ſed quid cogitaverit, quid dixerit, quid imprudentius quoque ore emiſerit. Hæc ad *Vſ.* 13: 14. plenius diſcutienda. *Schmidianum* Zelum ſedare debuiſſet ſaltem ipſe *Calvin.* in concione ad h. l. *Jobum adverſus Deum blaſphemum* pronuncians, *quando Eum abſoluta ſua potentia in ſe uſum præſupponit:* Noſtrumque comparans *Equo, qui vincula abrupit: non quod non ſemper ſit patiens; ſed quod patientia illius non ſit ejuſmodi, quin magnas interdum undas, & ſpumas, extra ripas, hoc eſt oris ſepta, ejiciat.* De his infra quoque aliquid. Non omittendum VIII. quod R. *Salom.* adfert, per tranſpoſitionem לא ישים בי אך הריב של תוכחת פשעיי ולא תשומת עלילות *Merc.* ita reddit, *Non poneret in me niſi contentionem, prævaricationem meam, ſed non eorum cauſam:* q. d. *crimina proponeret, ſed non probaret.* Obſcurius: nec ſatis ad mentem *Jarchii*, quæ hæc; *non imponat mihi*, ſi Ei lubeat contendere mecum, *aliud quicquam, quam quod criminum arguar & convincar; ſed ipſe mihi ſcelera non impingat; quæ nulla feci.* Clare hunc ſenſum expreſſit ad *Cap.* 34: 23. ubi ſic refutari putat hoc ipſum ab *Elihu*, *Nam non imponet ſuper quemquam amplius* quam fecit; *quum eundum eſt ad Deum in judicium.* De eo infra. Mihi ante quam hanc explicationem *Jarchii* accuratius in ipſo fonte expenderem, non abſimile quid in mente verſabatur, quod IX. proponam. Nempe לא אך ſimpliciſſime videtur capi pro אך לא *Tantummodo non*, quod & *Kimch.* obſervat, quamvis aliter calculos ſuos ponat. Jam vero אך הוא לא ישים בי ſonat *Tantummodo ipſe non imponat in me.* Non *injiciat* mihi *ſarcinam. Non oneret me criminationibus conquiſitis, prout vos facitis.* Iſtum *Adſectum*, nimis profecto turbatum, licet ex puriſſimæ conſcientiæ fonte proſiluerit, ſupra vidimus *Cap.* 14: 15. 16. 17. ac proinde eundem hic rebullire, nil mirum. Redeundum præterea ad vehementiſſimum illud *Pathos* quod *Cap.* 13: 14. 15. habuimus. Hæc duo in unum nunc conflata, talem fundunt ſenſum: *An pro multitudine Roboris diſceptabit mecum?* faciat. *Tantummodo ne mihi imponat quicquam* præter id quod feci. Cave *blaſphemum* dicas; cave nomine territus reſilias. Vehementiora multa legimus, & dolori immenſo donavimus. Ubi ſemel illuc progreſſus fuerat Noſter, ut *cum Deo ſe congredi optare* teſtaretur, *ad innocentiam ſuam evincendam, vel contra ipſum Deum*; huc quoque cautelæ neceſſario devenire debuit, *non aliud ſibi imputandum, & objiciendum, quam quod revera commiſerat.* Inde ad conſequentias ire, Ergo *Jobus Deum injuſtitiæ ſuſpectum* facit, eſt otio ſuo abuti, & Cavillatorem agere in iis, quæ ne rigorem literæ quidem, nedum ſequelas, patiuntur. En tamen X. aliud adhuc paulo mollius, & genio Linguæ æque congruum; *placetne Ei pro multitudine Roboris ſui mecum contendere?* Faciat ſane. Non detrecto congreſſum. *Tantummodo ne hoſtiliter invadat me*; ut nunc facit, *me telis ſuis configens, in procella conterens; in offenſaculum ſibi proponens; Omnemque plagarum ſuarum vehementiam in me laxans.*

Iſtam vim verbo שום vindicavi ad *Cap.* 1: 8. Habes idem plane quod poſtulatum, *Cap.* 13: 21. *Manum tuam a me remove* &c. &c. &c. ac proinde in hoc ipſo pedem figamus.

7 Ibi *quippe* Rectus diſceptationem ſuſciperet cum ipſo: & evaderem in purum putum a judice meo.

8 Ec-

7 שם ישר נוכח עמו ואפלטה לנצח משפטי׃

8 הן

Verſ. 7. Admirabilis celſitudo animi, ſub pondere calamitatum, & criminationum iniquarum, ſeſe erigentis, inſtar palmæ. Eam non attigit I. *Vulgat. Proponat æquitatem contra me; & perveniet ad victoriam judicium meum.* Ad hanc Lectionem contra *Hebraizantes* defendendam, nimia mira commentus eſt *de Pined. Vſ.* præc. finem cum priori hujus parte confundens. Caſtigavit eum propterea *Bolduc.* profiteri auſus, *Hebraizantes non minus inepte ſæpe a nonnullis, quam nimis moroſe carpi; quum in Hebr. ſit: Ibi rectus litigans cum eo; & liberarer in perpetuum a judicante me.* Idem agnoſcunt *Vavaſſ.* & *Codurc.* qui poſterior fontem quoque erroris detexit, ex שָׂם *poſuit*, pro שָׁם *ibi*; יֹשֶׁר *æquitas*, pro יָשָׁר *rectus:* נֹכַח *coram*, pro נוכח *litigans.* עִמִּי *mecum*, pro עִמּוֹ; & מִשְׁפָּטִי *judicium meum* pro מְשֹׁפְטִי *a judice meo.* Non placet tamen II. quod *Bolduc.* arctiſſimum cum præced. nexum quærens, vertat, *Non profecto* Deus *imponet in me ibi rectum litigantem cum eo*; quamvis bene, moneat *Jobum* ſemet 3. *perſ.* deſignaſſe. Non ſatis rotunde III. *Merc. Ibi rectus diſceptat*, vel *diſceptaret*, *cum illo*; i. e. *ſi ita agat*, *non reformidet juſtus quilibet*, *præter jus adfligi ſe putans*, *cum eo diſceptare.* Addit, *Theſin mox ad hypotheſin transfert*, *ut paſſim facit*, *quia ex rectorum numero ſe agnoſcit*; *Et liberarem* animam meam *ſemper a judice meo.* Illum *judicem* non interpretatur *Deum*, ſed *Arbitrum*, apud quem Deus ipſe ſimul cum *Jobo* ſe ſtiterit veluti &c. ex voto *Cap.* 9. Id minus nunc quadrare quivis ſentit; atque fortiora ſpirari ad *Vſ.* 3. inſinuatum. Concinnius Doct. *Belg.* IV. *Judicem* agnoſcunt *Deum*; & *Rectum*, ipſum *Jobum.* Nimis tamen anguſtum faciunt ſenſum, quum de ſola *Lite* inter *Jobum* & *Amicos* cogitant; niſi ſub ea *Litem* quoque, quam *Deo ipſi intenderat*, comprehenſam voluerint. Non ſatis meditate Cl. *Schmid.* V. *ſunt qui Jobum de ſe loqui putent*, *quod opus non eſt*; *nam intelligi poteſt*, *imo debet*, *de omni juſto coram Deo examinando.* Atqui *Jobus* poſtulat *Judicium Extraordinarium ſibi dari*, vel *ad ipſum Tribunal Dei ſua Majeſtate cincti*; *ut ibi cum judice ſuo diſceptet*, *& vincat ſe immeritas luere pœnas.* Aliud adhuc errat idem Vir Doctus, non *Judicem Deum* intelligens, ſed *Amicos ſiniſtra judicantes*, de quo infra. Non debuiſſet filum ſuum e manibus tam ſubito dimittere, & deflectere ad ea, quæ a præſenti conflictu aliena. Hoc perſenſit VI. Cl. *Reim.* elegantiſſima *Paraphraſi* exhibens: *Quod ſi ibi ante ſolium ejus innocens cum ipſo diſceptare audeat; ego profecto a judice meo in æternum liber abibo.* Redit ad id quod *num.* IV. dedimus: in quo nihil deſidero: niſi quod adhuc animoſius hæc enunciata videantur. Idem fere judico de Cl. *Cler.* VII. *Ad tribunal ejus innocentes audiuntur*; *ideoque ab eo*, *tanquam æquiſſimo judice*, *abſolverer*, *maliſque in perpetuum liberarer.* Remiſſius paulo & hocce Cl. *Cocc.* VIII. *Idcirco Recti cum ipſo agunt*; *& cauſam omnino obtinerem a judicante me.* Multa hic diſcuſſit Magn. Interp. digna lectu, in quæ non excurro. Dicam uno verbo שם *Ibi* nimis languidum pro *igitur*, hoc nexu, *Quia Deus non contendit* cum hominibus *pro amplitudine virium*, *ſed animum advertit iis.* Omnino *ibi* refertur ad תכונתו *ſtationem*, & *ſedem Majeſtatis.* Ait quidem, *hoc a re & ſenſu alienius*; ſed nobis *res* & *ſeries* nihil aliud IX. admittere poſſe videtur; unde & reliquis hac in parte nulla nobiſcum diſſenſio: quum vel *Locum* illum, vel ſaltem *contentionem* ibi *inſtitutam* deſignari Omnes ſtatuant. Dubitari quoque par non eſt, quin ישר ſit ipſe *Jobus*, non autem *quivis Rectus:* ob rationem *num.* V. inſinuatam. Genus loquendi ſublime, & *Tragicis* proprium, ac quaſi domeſticum, illuſtravi ad *Cap.* 13: 16. ubi

8 הן קדם אהלך ואיננו ואחור ולא־אבין לו׃

8 Ecce antrorſum vado, ſed non adeſt; & retrorſum, ſed non percipio Eum.

9 שמאל

9 Ad

ubi ſimiliter de ſe in 3. Noſter. Connexio cuivis aperta, ſecundum id, quod *Vſ.* præc. præſtructum: *Voletne pro magnitudine virium mecum contendere?* Haud detrecto; *dummodo non hoſtis in me*, ſed *æquus judex procedat. Agnoſcet ipſe*, Virum *probum*, *Rectumque* eſſe *Eum*, *qui cum ipſo in diſceptationem deſcendet*; *atque Ego a Judice meo Liber*, immuniſque malorum, *abibo.* Ad נוכח porro teneatur, eſſe vel ſimplicius, *Commiſſus in diſceptationem cum altero*; ut *Eſaj.* 1: 18. נוכחה *Diſceptemus inter nos:* vel fortius, & grandiore ſpiritu, *ſolidis argumentis demonſtratus juſtus*; & *victor declaratus*, ut *Job.* 13: 3. 15. Sic Ellipſis ſuberit, *ibi rectus*, *demonſtraret ſeſe talem cum eo*; vel *argueretur*, *taliſque eſſe evinceretur.* Ad אפלטה obſervo, *Pihel*, ſecundum genium Linguæ, non *tranſitive* tantum ſumi, unde multi *Liberarem me*, vel *animam meam*, vel quod *Cocc.* placuit *cauſam meam*, *judicium meum:* ſed etiam *intranſitive*, unde alii, *Liberarer*, *Liber abirem.* Id mollius, teretiuſque. לנצח *In perpetuum*, *in æternum*, non male a *Vulgat.* converſum, *in victoriam*; ſecundum illud *Eſaj.* 25. *Abſorbſit mortem* לנצח *in victoriam.* εἰς νῖκος. Cl. *Cocc.* maluit *Omnino*, *ab initio ad finem.* ἐνδελεχῶς. Hæc eodem recident, ſi *Originem* inſpicias; quæ eſt *in purum putum.* Signata vox in *Judiciis*, ut *Hab.* 1: 4. *Non exit in purum putum Judicium.* Item in *probationibus*, *Job.* 34: 36. *Exploretur Jobus in purum putum.* Plura ibidem reperies. Pro *a judice meo* Cl. *Schmid.* maluit, *a Judicante me.* Præiverat *Cocc. Vertimus* a judicante me, *quia cauſam non tantum* a Judice, *ſed etiam* ab Adverſario *quovis ſe obtenturum ſperat. Judicat enim & pars adverſa ſuo modo.* Jungit ergo *Deum*, & *Amicos.* At *Schmid. Nos putamus* Deum *plane hic non intelligi*; *ſed judicem præpoſterum*, *ſiniſtrum*, *iniquum*, *cujuſmodi erant Amici Jobi*, *contra quos etiam provocatur ad Deum*, *Deique judicium.* Nobis nulla hic *appellatio ab hominibus ad Deum*; ſed ipſius *Dei provocatio*, & quidem non apud *tertium judicem*, quo *Merc.* deflexit, verum vel *ad ipſius Tribunal ſanctiſſimum Juſtiſſimumque*; unde non dubitat Noſter, quin *Victor bonæ cauſæ ſit rediturus*, ſi modo Deus *perſonam Judicis* erga ſe retineat, & non *Adverſarium*, *hoſtemque* agat. Sentis pondus vocabuli משפטי *A judice meo.* Gravis haud dubie exceſſus, quo tamen hominem Sanctiſſimum abripi ſivit Deus, ut tanto luculentius nobis de *Sanctitate vitæ Ejus extraordinaria*, & ferme *Angelica*; nec non de *invicta* ſub ictibus graviſſimis *conſtantia* & *magnanimitate* conſtaret: quæ, ut modo dicebam, inſtar palmæ adverſus onera conſurgens, a plagis ipſis vires animoſque ſumſit.

Verſ. 8. Pathetica amplificatio Voti *Vſ.* 3. concepti: qua oſtenditur flagrantiſſimum deſiderium Dei adeundi; ſimulque innuitur Deum veluti ſubterfugere congreſſum, ſua ſe Majeſtate inviſibili, & luce inacceſſa, occultando. Nimis ſubtile, I. quod in *Caten.* locus hic trahatur ad *Dei Æternitatem*: vel & *immenſitatem*, ne quis putaret, Noſtrum ad *Tribunal Dei* accedere geſtientem, Loco circumſcripſiſſe Eum qui cœlum & terras complet. Hæc & alia dabit *de Pined.* & ipſe ſubtilior, quam par eſt, II. quum cenſet *occurri duabus tacitis objectionibus*, contra quas *voti ſuperioris neceſſitas urgeatur.* Has nimis coactas huc transferre nil attinet. Cl. *Schmid.* III. etiam *occupationem* induxit longius petitam, quaſi Noſtro objicerent Amici, *ſi tu tam innocens*, *cur ergo Deus ſe non ſiſtit tibi? cur Eum nec ante*, *nec retro invenire vales?* Ad quæ Noſter, *Fateor Deum nuſpiam eſſe mihi* &c. *Attamen ſcit viam meam* &c. *Vſ.* 10: 11. 12. & *ſumme liber eſt Vſ.* 13: 14. In his parum nervi. Nervoſius IV. qui hiſce inſinuatum volunt, *Dei judicia eſſe incomprehenſibilia*, *quæ nemo mortalium aſſequi valeat*, *etiamſi quatuor Mundi plagas perſcrutetur: nihilque intentatum relinquat.* Sic in primis *Calv. Conc.* LXXXIX. *Cocc.* V. ſpeciatim hic agi cenſet de *Obſcuritate*

9 Ad ſiniſtram, ut agam cum Eo, nec cerno; operit dextram, & non video.

9 שמאל בעשתו ולא־אחז יעטף ימין ולא אראה׃

10 Enim-

10 כי

tate & *ignorantia Voluntatis Dei*, *cum qua Veteres fideles conflictati ſuerint præ nobis*, *reſpectu Adflictionum.* Allegorice autem *ire antrorſum* exponit, *proſpicere in futurum tempus*, *&* *gratiam promiſſam in Meſſia.* Item *ire retro*, *mente ſua redire ad primam promiſſionem Adamo factam*, *&* *deinceps* &c. *unde neget* Noſter *ſe intelligere poſſe*, *cur pii adfligantur.* Ego cum pleriſque VI. acquieſco in illo nexu *Merc.* quod *quantumvis omnibus votis expetat Deum invenire*; *Deus tamen nuſquam ſui copiam faciat*, *nec facturus eſſe videatur*; quorſum tendunt *Jun.* & *Trem.* Huc concedunt *Vatabl.* *Codurc.* *Vavaſſ.* *Cler.* *Crinſoz.* *Reim.* &c. &c. Dubites hoc adſpectu maliſne ſimpliciter *ire antrorſum*, *retrorſum*, *ad ſiniſtram*, *ad dextram*, *omnemque in partem converti*: an figuratius, *ire ad Orientem*, *Occidentem*, *Septentriones*, & *Meridiem*: an utrumque ſimul; quorſum inclinat *Merc.* me haud refragante, quum hinc longe vehementior Adfectus exoriatur, granditate & venuſtate Tragica inſignitus.

Verſ. 9. Cl. *Cocc.* I. nimis ſubtiliter *ſiniſtram* & *dextram* in *Allegoriam*, ſuperiore *Vſ.* ab ipſo inchoatam, flexit; quaſi & *præſentis temporis ſignificationem* nunc præberent, & *diverſam* ſimul *Dei gubernationem* indicarent, *ſiniſtra* quidem *incurſionem* & *mala*, *dextra* autem *protectionem* & *bona*: q. d. *Neque ex adflictionibus*, *neque ex protectione & beneficiis*, *cognoſcere poſſum divinam voluntatem.* Illi ſententiæ hanc verſionem aptat, *Ad lævam ſit*, *quum agit*, *non video: dextram operiat*; *non cerno.* Fatendum interim, eſſe in his phraſibus quod & reliquis interpretibus negotium faceſſiverit. Subtilius certe eſt II. quod *Merc.* offert, *Ad lævam quum facio Eum* i. e. quum eum ibi quæro, *non video*: nec rotundum ſatis alterum, *abdit* ſeſe, ad *dextram*, meridiem, *nec cerno.* Commodius illud *Jun.* & *Trem.* III. *Quum aget ipſe* ad *ſiniſtram*, *non tamen videbo*: *operiet dextram* plagam, *nec tamen reſpiciam.* Argutiuſcule poſtremum *operiet dextram* exponitur *incumbet ad dextram partem.* Auſus *Codurc.* IV. *ſi moveatur ad dextram*, germanam ſignificationem verbi עטף ſtatuens *agitari*, *moveri*, indeque porro *palpitare*, *trepidare* &c. &c. Hæc parum liquida: quæ ſi ex conjectura a ſe tentari diceret, ad notiones Verbi implicitas, ſi forte, expediendas, ferremus: pro certis talia vendi haud æquum. Et nos non abſimile quid conati V. in *Juvenil.* ex *Arabum* عطف *flexit*, unde dabam, *flectit dextram verſus.* Id furcillari meretur, non quod peregrinum ſit, nam *inflectendi* notio *Originem* conſtituit hujus Radicis, ſed quod langueat, nervoque hac in ſede careat. Video interim Cl. *Capello* in *not. Crit.* idem in mentem veniſſe, *quod mirum haud ſit*, *ſi qui ſe operit*, *non conſpiciatur.* nempe multi reddebant, *ſi ad dextram operiat ſe*, *non video.* Hac ratione impulſus Cl. *Reim.* VI. עטף nunc valere cenſet, *opus facere*, ut ſit Synonymum præcedentis עשה. Unde rogas? ex acumine Viri Doctiſſ. qui עטף *operiri*, *deliquium pati*, tranſlatum autumat ad *graviorem laborem*, *quo quis delaſſatur & obruitur.* Illa ἀνθρωποπάθεια non valde opportuna heic loci. Senties, ubi Radicis indolem inſpexeris. עטף عطف primario eſt, *inflexit*, inde *circumflexit pallium* corpori, *circumamicivit*, *operuit amiculo*, *totumque corpus largiore ſinu obvolvit.* Hinc anſa ſumta ad *mœrorem cum deliquio animi conjunctum.* jam ne ipſe quidem Vir Clariſſ. qua eſt ingenua Eruditione, negaverit, *inflectit dextram verſus* magis in natura Linguæ fundatum, quam *Laborat ad dextram.* Pleriſque placuit VII. *Jarchii*, *operit dextram*, i. e. *operit faciem Meridiei ſuo vultu*, *quo minus cernam Eum.* Concinit fere *Schmid.* VIII. *conciſam* cenſens *Locutionem*, ſic *ſupplendam*: *ſi fuerit ad dextram*, *dextram ſic operit & occultat*, *ut non videam.* Vel potius, *operit dextram* i. e. *ſe ad dextram exiſtentem.* Idem prius Colon ita evolvit, Ad *ſiniſtram* ſi fuerit, *quum facit aliquid*, tum *non videbo* Eum. Preſſius adhuc *Crinſoz.* IX. Ad

10 כי־ידע דרך עמדי בחנני כזהב אצא׃

10 Nam novit viam quæ penes me eſt : exploravit me, ut aurum emicabo.

11 באשרו

11 Ve-

Ad *ſiniſtram* ſi convertar, *quamquam operetur* ibi, *non* tamen *cernam Eum*: ad *dextram ſe operit, nec videbo eum.* Liquidius & rotundius forte quod dabo X. *Ad ſiniſtram* vado, *ut agam cum eo, & non cerno: operit dextram, & non video.* עשה *Agere* ſenſu judiciali, ut *Pſ.* 119: 127. Inde בעשתו *In agere Ejus*, pro *in actionem cum eo.* Nihil aptius ad ſeriem. *Operit dextram* conciſe, pro *a dextra item inacceſſum ſe præbet, denſa caligine involutus, & coopertus.* En XI. aliud argutius: *Siniſtra* Ei *quum agit*, שמאל vere *ſiniſtra*, ab *involutione* ſic dicta; *& non cerno: dextram operit, & non video.* Illæ ſententiæ, nobis nunc obſcuræ, vivente Lingua ſatis lucebant; nam Radix deperdita שמל شـمـل *Sinu involvere, cooperire*, dedit שמלה *Amictum, operimentum*, & שמאל *ſiniſtram ſinu* fere *involutam*, & *opertam*, quum *dextra exeri, conſpicique*, ſoleat. Sentis quid ſit *ſiniſtra* Dei *operantis vere ſiniſtra*, i. e. *cooperta*; ſimulque vides quam venuſte ſubnectatur, *dextram operit*; continuata figura; quum עטף etiam frequentetur in *veſtimentis*. Quicquid ſit, innuitur, *per ſiniſtram dextramque plagam mundi fruſtra ſe oculos circumferre, aut mente excurrere, ad Deum inveniendum, quum ubique præſens, nuſpiam* tamen *præſentem ſe ſiſtat*, ſed congreſſui ſemet velut ſubducat.

Verſ. 10. In connexione diſſidetur. *Merc.* I. *Quum me exploraverit auri more in fornace, deprehendar purus: ideo cupio cum eo agere.* Sic ratio redderetur *voti Vſ.* 3. ſuſcepti. Addit II. *quoſdam quod de auro dicitur referre ad adflictiones* præſentes, *in quibus adhuc integer & purus perſtiterit:* quod quidem *non improbare* ſe ait, *ſimplicius* tamen *videri, ut ſeſe probandum domino offerat* Noſter: *ſic enim fore ut non alius appareat quam integer.* Inter utrumque ſenſum pendulus quoque *Cocc.* dans 1. *probaret me, ut aurum exirem.* 2. *probavit me, exeo* &c. ut ſignificet, *ſe etiamnum in catino probationis conſtitutum, nihil niſi aurum reperiri.* Eodem tendunt poſt *Vulgat. de Pined. Vavaſſ. Codurc. Bolduc. Cler.* &c. Remiſſius eſt, quod Doct. *Crinſoz.* III. ſequutus, *ſed quod ad ipſum, cognoſcit viam meam, & quum exploraverit me, ut aurum exibo* e catino adflictionis. Exiſtimat Noſtrum *ſemet hoc ſolatio ſuſtinere, quod ſpes ſit ſe tandem emerſurum, atque ex igne nitidius proditurum, malis ipſis innocentiæ illuſtrandæ ſervituris.* Iſtam *ſpem* ad *Cap.* 19: 25. cum univerſa *Oeconomia* hujus Libri pugnare oſtenſum. Etiam כי pro *ſed* minus commodum nunc. Nec ſatisfacit IV. R. *Levi* ita ſtruens. *Quum ipſe cognoverit viam meam*, & *probarit me, exibo tanquam aurum.* Languet quoque V. *Schmidii* nexus, qui ſupponit nunc *reſponderi* ad *Objectionem Vſ.* 8. *ſi juſtus ſit, quare ergo Deus ipſi non appareat*: ad quod regereret Noſter, 1. *Nihilominus certus ſum Deum cognoſcere meam juſtitiam* &c. 2. *præterea ſumme liber eſt. Vſ.* 13. Neutrum aptum: quin *objectio* nulla, ut *Vſ.* 8. viſum. *Calv.* VI. arctius copulans cum præc. *Vſ.* ſic pergit, *prout viam meam cognoſcit, probat me*, & *tanquam aurum exibo.* Significari cenſet a Noſtro, *Deum longe meliore conditione eſſe, quam ipſe ſit.* q: d. *Non poſſum illum cognoſcere, & ipſe me cognoſcit, de operibus meis, quin & de omnibus meis cogitationibus judicans: denique ipſe me probat tanquam aurum in fornace, ita ut nulla in me tam parva ſpuma ſit, aut infirmitas, quam Deus non videat, aut dijudicet: atque ita nihil juris, & æqui, ab ipſo obtinebo, quum litigare voluero.* Sic foret *Querimonia de jure minus æquo*, quæ nec comparationi, nec fervori provocantis, ſatis reſpondet. Omnino rem acu tetigiſſe videtur VII. R. *Salom.* cum quo ita conſtruo, & connecto, *Fruſtra Eum veſtigo. Nuſpiam eſt mihi. Quia* videlicet *ſcit me innocentem, & Auri inſtar purum: ideoque comparere non vult, ſed ſe veluti ſubducit congreſſui, unde victor abiturus eſſem.* Hoc dolentiſſimus Adfectus, quo incenſus Noſter, & univerſa

11 Veſtigium ejus tenuit pes meus; viam ejus ſervavi, neque declinavi.

12 Præceptum labiorum Ejus ſane non ſepoſui; præ demenſo meo recondidi verba oris Ejus.

13 At

11 באשרו אחזה רגלי דרכו שמרתי ולא־אט׃

12 מצות שפתיו ולא אמיש מחקי צפנתי אמרי־פיו׃

13 והוא

ſeries, poſtulant. Dubites, velitne, *Certus eſt, ſi probaverit me, ut aurum me exiturum*: an, jam ante *me probavit*, *auro* ubique *ſimilem repertum*, atque *ulterius reperiendum*. Res eodem redit. Poſtremum fortius.

Verſ. 11. Cohærentiam claram nonnihil obſcuravit Cl. *Schmid.* quaſi *rationem* nunc *redderet* Noſter *confidentis aſſertionis*, quod *Deus noverit* i. e. *approbet viam ejus &c.* Propius cohæret cum *Auri deſæcatiſſima puritate*, quam ſibi vindicare auſus fuit: & hoc omnes haud dubie voluere, qui de *nexu* nihil, tanquam aperto nimis. Pulcherrima phraſis *Veſtigium ejus tenuit* & *firmiter apprehendit pes meus.* Duplex Emphaſis. Primo indicat, ſe *Dei præeuntis veſtigia preſſiſſe*, ſive *preſſo pede inſecutum eſſe.* Nempe *pietas eſt imitatio Dei*, ſecundum illud Philoſophi, ἕπου θεῷ, ut recte *Cocc.* Secundo oſtendit, *ſe pedem a veſtigiis præeuntis Dei nunquam dimoviſſe*, *ſed conſtanter* non minus, quam *alacriter*, & *fervide*, omnes pietatis partes impleſſe. Utrumque continetur in, *Eſtote Sancti ſicut Ego ſanctus ſum.*

Verſ. 12. In priori membro nonnihil ſcrupuli movet *præp.* ו, nec non verbum אמיש aliis *intranſitivum*, aliis *tranſitivum.* Nimis affectate I. nonnulli, *A præcepto labiorum ejus neque receſſi*; quaſi ולא ita ſe poſtponi pateretur. Nec ſatis rotunde II. *Merc.* *Mandatum labiorum ejus non ſubduco* a me, per *pleonaſmum* ꝟ ו: vel, *etiam non ſubduco* a me: Commodius III. Doct. *Belg.* *præceptum labiorum ejus etiam non ſummovi*; quamvis ne ſic quidem ו ſat molle. Hinc IV. *Cocc.* *Schmid.* *Cler.* &c. repetere malunt שמרתי ſervavi *præceptum labiorum*, & *non diſceſſi*; pro quo *Jun.* *ut non dimoverem.* Aliquid lucis fert, *Non* ימוש *recedet Liber Legis* מפיך *ab ore tuo.* Inde V. darem, *præceptum labiorum ejus ſane non feci recedere*; *non ſemovi* unquam, aut *ſepoſui* vel ad momentum. Radix מוש magna pollet gratia; nam notiones *recedendi*, & *ſemovendi*, ſunt ſecundariæ, a *tergendo* ductæ, quod *Zach.* 3: 9. extat. Hæc *Originibus* relinquenda.

Ibid. Poſterius quoque paululum moræ objicit. *De Pined.* I. fruſtra eſt, quum *Vulgati*, *Et in ſinu meo abſcondi verba oris ejus*, conciliare conatur, cum בחקי *in ſtatuto meo*, vel *præ ſtatuto meo*; quaſi ſtudio ſic mutarit; quum vel cæco pateat בחיקי ei obverſatum, ut & τοῖς LXX. Ingenue agnovit *Vavaſſ.* itemque *Codurc.* qui II. exhibet, *pluſquam demenſum meum* &c. Poſt *Jun.* & *Trem.* qui habent *ſupra quam penum meum.* Laudavit ſenſum hunc *Merc.* quoque, ex *Prov.* 30: 8. ipſe III. præferens *ex ſtatuto meo*, *de more meo*, *pro re mihi conſueta & ordinaria.* Vix eſt ut probes. Languore etiam non caret IV. *Schmidii* חק pro *tempore vitæ*, quaſi eſſet, *inde ab initio conſtituti vitæ temporis.* Paulo erectius V. hocce ejuſdem, *præ ſtatuto meo*, i. e. *præ eo quod ipſe apud me ſtatuerem*, *aut ſtatuturus fuiſſem.* Idem cum num. II. conjunxiſſe video *Calvin.* Conc. LXXXIX. Audaciſſime VI. *Luth.* cum aliis, *plus quam debebam*, *mihique præſtitutum erat.* Hos falli ait *Merc.* quod *vana* fuiſſet *gloriatio*: & *Cocc.* *impiam* ac *blaſphemam* fore cenſet vel *cogitationem operum indebitorum.* Concederem, ſi citra *Adſectum*, & quidem *conturbatiſſimum*, loqueretur Noſter: neque *inconſiderati*, meo quidem judicio, qui ſic vertunt: ſed *Sophiſtæ*, qui inde *opera ſupererogatoria* ſtabilitum ire vellent. Non tamen acquieſco huic ſenſui, quantumvis animoſo, perſuaſus

חק

13 והוא באחד ומי ישיבנו ונפשו אותה ויעש׃

13 At ille Unus; & quis avertet Eum? quod anima ejus cupit, efficit.

14 כי

14 Nam

חק hic eſſe *aliquid pretioſum* quod *ſtudioſe ſervatur & reconditur*. Ad hoc proxime accedit *penus*, *demenſum*, *victus quotidianus*: nec tamen ita, ut ſatis plenum reputari queat. Alieni ra certe, quamvis jucunda in ſe, videntur, quæ Cl. *Cocc*. attulit, *Ut demenſum libenter accipimus, & recondimus, idque tum noſtrum eſſe ſcimus, & eo gaudemus: ita ego gratiam annunciatam libenter accepi; animi fide, tanquam Arca, condidi; meam eſſe ſcio; & hoc bono me conſolor.* Item; *ut demenſo recondito ſpes nititur in poſterum, ita ego certam ſpem habeo promiſſionis Ejus & ſalutis* &c. Denique, *ut famelicus ad penum ſuum aſpirat, ita ego paratus ſum omni tempore theſauro meo cœleſti frui*. Si חק *penum* ſignet, intra hos fines ſubſiſtendum, *quod verba oris Dei penu ipſo habuerit cariora, eaque diligentius cuſtodiverit, quam alimenta vitæ*. Brevius dicam, *quod Mandata Dei ipſi fuerint quotidianus cibus & potus*. Hoc tamen ſi voluiſſet Noſter, commodiore forte verbo uti potuiſſet, quam צפן *recondere*; cujus Emphaſis Cl. *Coccejo* anſam dedit ad prægreſſas meditationes. Vide ergo VII. an malis חק pro *omnibus iis quæ alicui jure debentur*, qua amplitudine auctum apud *Arabes* حق, inter alia apud Cl. *Gol*. notans, *jura*, *juſta*, *quicquid alteri debetur* honoris, officii &c. *Alcor*. 51: 19 وفي اموالهم حق للسايل والمحروم *Quorum in opibus roganti, egentique*, חק *portio debita*. Apud *Abulphar*. p. 240. اعرف له حق ولادته ولا تقتسره اقتسار العبيد *Memor ſis quo patre natus ſit &c.* vertit Cl. *Pocokius*. Rectius; *redde ei quod Natalibus debetur, neque cogas eum inſtar mancipii*. Iterum *Hiſt. Tam*. 352. السرير حقه *Solium jus ejus; Ei jure debetur*. Hinc ſolennis formula قام بحقه *Exhibuit portionem ei debitam. Omnia Officia ipſi præſtitit*. Sic exiſtit eximium quid, & grande, *præ Juribus mihi debitis aſſervavi Sermones oris Ejus; in theſaurumque recondidi*. Ejus *jura meis mihi Juribus priora* ſemper, & *antiquiora*.

Verſ. 13. Multa hæſitatio circa nexum & ſenſum. *Merc*. I. *Et ipſe in uno* propoſito, כדבר אחד, immutabilis, *& quis revocabit*, vel *avertet illum*, *ſtatim ac cupit*, quid, *facit*. Ejus voluntas eſt executio. *Hæc dicit rediens ad abſolutam potentiam, de qua ſupra nonnihil cœperat*. q. d. *Quomodo impedire poſſem, quod ille in me ſtatuit? Abſoluta eſt ejus potentia. Ea nunc in me utitur*. Paulo aliter, poſt R. *Levi*, *Calv*. II. *Quum aliquid conſtituerit, quis avocabit illum?* &c. addens, *Iſta dicuntur, ſecundum illud quod jam dixerat, Deum adverſus ipſum potentia abſoluta uti; ac* proinde *non poſſe quemquam cum illo litem inſtituere, ut jus ſuum obtineat*. Ei באחד valet *eſſe in aliqua re, eamque conſtitutam habere, atque cum animo deſtinatam*. Secuti Doct. *Angl*. *Codurc*. *Cler*. niſi quod argutiuſcule malit; ſi *in uno* quidpiam ſtatuerit. Utrumque conjunxit III. *Crinſoz*. *ſed quandoquidem continuare ſtatuit ita me tractare, quis impedet Eum?* Monet IV. *Mercerus*, *Chald*. *Vulgat*. & quoſdam *Hebræorum* efferre per ב redundans, *Et ipſe unus; Solus omnia pro arbitratu agens*. Ei adfine, quod V. proponit de ſuo, *Ipſe in uno*, pro *in unitate*. q. d. *Solus eſt Omnipotens, qui quicquid vult, facit*. Diverſa facie *Jun*. & *Trem*. VI. *Sed ſi ipſe contra unum* agit, *quis revocet Eum?* &c. Iis calculum adjecere *Piſc*. *Belg*. *Cocc*. ſupplens *ſed ipſe ſi in unum* graſſetur &c. *Unum*, intellige *aliquem*, ut expreſſe Noſtri. Interius aliquid captatum VII. a Cl. *Cocc*. ita commentante, *Nemo eſt qui intercedere queat, quo minus non univerſos judicet, ſed Unum ex omnibus adflictione exerceat*. Nempe ſupra

pra

pra plus ſemel inſinuavit, *Jobum* incidiſſe in illam cogitationem, *ſe luere aliorum hominum peccata.* Illuc ſpectat, quod adjicitur *Grande myſterium ſubeſſe, & Jobum eſſe typum Chriſti atque ita de ſe loqui, ut nos loqueremur de Chriſto.* Huic ſubtilitati tam parum nunc loci, quam illi aliorum VIII. quibus *ipſe in uno* valet, *in Chriſto*; quaſi Deus *unus* diceretur *in uno illo.* Ad *num.* V. accedit IX. Doct. *Hoſm. Etiam ipſe* conſiſtit *in uno:* monens *Monada Pythagoricam, veteris ſapientiæ compendium eſſe*, licet *Jobus* celſiora ſpectarit, quam Philoſophus ille. Etiam *Ramban* e ſua Schola huc intulit *Kabbalam, per quam Jobus edoctus fuerit de Unitate Dei.* Talia plus promittunt, quam præſtant; & ex fulgore dant fumum. Non incommode tandem X. *Schmid. Et ipſe* ſe ſiſtit *in uno: ſe exhibet tanquam Unum. Unum* nempe *abſolute; qui nullum habeat parem; ſed ſummus ſuper omnes, nulli rationem reddere cogatur conſiliorum.* Addit, ex h. l. *Unitatem Dei, & omnipotentiam, & ſi quid aliud, haberi.* Hæc cum *num.* V. quod ad rem ipſam planiſſume conſpirant; & tamen contra *Mercerum* diſputat, *Libertatem* vocans, quod *potentiam abſolutam* ille. Ne autem *Libertatem abſolutam* videretur admittere, concipit *ſecundam* nunc *ſolutionem* ad *Vſ.* 8. quaſi Noſter *cauſam adflictionum* ſuarum derivet a *voluntate Dei, cui ſic placeat agere cum ipſo*, & quidem *juſte.* Atqui *Verſ.* 10. dixerat; rationem alteram, cur *Deus non appareat in congreſſum venire cupienti* deſumi a *Liberrima voluntate Ejus.* Hæc non valde rotunda: etiamſi utrumque conjungas, ut in *Analyſi, Cap.* 23. præmiſſa factum. Nervum præterea omnem tollit inſertio illa, *Et quidem juſte*; nam cur æſtuat *Jobus*, cur diſputat, cur *injuriam ſibi fieri* pugnat, non ab hominibus ſolum, ſed & a Deo? Quo ergo cumque tandem modo verba noſtra reddantur ad *abſolutam* Dei vel *poteſtatem*, vel *Libertatem* reſpexiſſe *Jobum*, negari nequit. Non addiderim, *quæ nullam attendat juſtitiam*, hoc enim crudum, & ne ex *Adfectu* quidem a Noſtro prolatum: ſed addere audeo, & debeo, *quam cum Juſtitia, æquitate, & bonitate Ejus, conciliare, in curſu providentiæ, nemo mortalis queat.* Hoc adſpectu poſitum XI. *Et ipſe in Uno*, per ſolennem *Arabiſmum*, pro *ipſe Unus*, rerum omnium *Arbiter*, & *ſupremus Dominus* abſoluto imperio omnia regens, omniumque fata & fortunas diſpenſans. Laudavit *Arabiſmum* Cl. *Michael.* ut quum dicitur الله بقدير *Deus in potente*, i. e. *potentiſſimus.* Confer *Juvenil.* Id ipſum intenderunt qui *num.* IV. poſiti, ad *pleonaſmum* recurrentes; nam & Cl. *Gol.* in *Lex.* hoc ب vocat *pleonaſticum*, quamvis accuratius appellari poſſet *Beth intimam rei qualitatem*, & *naturam ſignans*, per *Empbaticam circumlocutionem*, ſive *Beth Periphraſticum*; ut هو بمومن הו במאמן *Ille in credente*, i. e. *verus fidelis.* In *Diw. Hud.* ومن ذا من الاحياء ليس بذاهب *Et quis e viventibus non eſt in abeunte* i. e. *non abit*, ſive *moritur*? Infinita talia extant apud *Arabes.* Vide *Alcor. Sur.* 2. 140. & 58: 11. & 34: 36. In Sacris *Periphraſis* hæc ſat frequens. *Exod.* 6: 2. *Eccl.* 7: 12. &c. Adde *Eſaj.* 40: 10. *Dominus Jehova* בחזק *in potente veniet.* Ad Doct. *Hacm.* in *Præc.* p. 71. &c. Alii *in potentem* & *fortiter armatum* illum; quod fero; ſed alterum præfero. Idem judico heic loci, non ſpernens, *Et ipſe in unum, contra aliquem*, quod *num.* VI. dabam; ſed longe præponens *in uno*, per venuſtiſſimam hanc figuram. Ei nonnihil lucis addet forte, quod in *Camuſo* enotatum الاحد لا يوصف به الا الله سبحانه وتعالي *Unus ille* אלאחד *cum Artic. nemo inſignitur niſi Deus ter Opt. Max.* Nec non, quod *Gjauharius* obſervat *Alcor. Sur.* 112. قل الله احد *Dic, Deus, Unus*; etiam ſine *Articulo* venire, ut *Nomen abſolutum Dei:* qui ſolus vocari *Unus* queat.

Ibid. Abſolutum imperium illius, qui ſolo Nutu, & Numine, omnia regit, obverſatum Noſtro, arguit ſequens Colon. Languidiuſcule *Cocc. Anima ejus concupiſcit & facit.* i. e. *Non neceſſe habet a quopiam veniam petere aut conſilium.* Aſſenſum *Schmidii*, in *Syſtema Theologiæ* nimis intenti, tuliſſe, nil mirum. Dubitari nequit, quin majore *Adfectu* hæc enunciata, in *contentione Vehementiſſima*, quam ad *ſummum* nunc *gradum perveniſſe* apparet. Durius, ab altera parte, quod cenſet *Calvinus, Jobum animo imaginatum, Deum uti potentia inordina-*

14 כי ישלים חקי וכהנה רבות עמו ׃

15 על־

14 Nam tradit jus meum: & talia multa apud ipſum *ſunt.*

15 Prop-

nata, *nec aliter nunc judicare potuiſſe*, *quam Deum velle tanto impetu brachium ſuum exerere*, *ut ratio omnis & æquitas excluderetur.* Emollit tamen, ſubdens, *Verum eſt Jobum hanc blaſphemiam apud ſe non concluſiſſe*; *ſed hi ſunt primi immoderatarum perturbationum æſtus.* Sub hac cautione, nihil eſt quod merito vellicetur, in hiſce, & aliis, quæ ad hoc Caput *Calvin.* aliique e Noſtris attulere, circa *abſolutam Dei potentiam*, *qua quicquid animo collubitum* nunc *facere* dicatur. Utique *Merc.* etiam diſerte monuit, *ſciendum Dei potentiam*, *etſi abſoluta & ſumma ſit*, *non tamen eſſe Tyrannicam*, *ut injuſte & mera potentia quicquam faciat. Abſit. Quamquam enim juſtitiæ rationem non videamus*, *non dubitandum tamen quin in & cum ſumma ejus potentia ſimul ſit & ſumma juſtitia.* Hæc qui carpit, non fragili ſane, ſed ſolido dentem illidit. Mihi tamen media via commodior, tutiorque. Ne per *Adfectum* quidem, *Tyrannidis*, aut *injuſtitiæ*, dicam Deo ſcriptam admiſerim ab acerrimo ſui defenſore; a ſe ipſo nimium deſcituro, ſibique ipſi aperte contradicturo. Hoc, in tanto æſtu diſputandi, ne tantillum quidem feciſſe deprehendetur. Veram Viri mentem dabit Caput 12. præſertim *Vſ.* 13. 14. 16. 17. &c. quæ relecta, & perpenſa, ulteriore nos cura abſolvent. Omnia huc redeunt, *Juſtitiam viarum Dei eſſe obſcuriſſimam*, atque *plane imperviam nobis.* Intra hos fines continerem quoque hanc ſententiam, *Quod anima ejus cupit*, *facit:* & ut *Rationem nemini reddere* tenetur; ita *Ratio* quoque *Judiciorum* ejus *inacceſſa* omnibus & *imperveſtigabilis.*

Verſ. 14. Profunda ſententia; ad quam conſtituendam multa capita, multi ſenſus. Procul a recta ratione repulſus *Cajet.* I. *Et ipſe reſtituet ſtatutum meum. Non me relinquet ſine præmio*, &c. &c. Alienum etiam II. quod *Vatabl.* ſequitur, *perfecit quod neceſſarium mihi: quicquid mihi opus.* Itemque quod alii, *perficiet demenſum meum*; *non negabit mihi neceſſaria vitæ commoda.* Propius ad rem *de Pined.* III. cum *Vulgat. cumque expleverit voluntatem ſuam in me.*, *& alia multa præſto ſunt ei.* i. e. *novis adhuc & inſolentibus ærumnis me poterit exercere.* Ita *Gregor. Hieron.* &c. &c. In eandem mentem *Cocc.* IV. *Quum abſolverit demenſum meum multa tanta apud ipſum ſunt.* i. e. *Non eſt contentus me adfixiſſe ſemel*, *aut eo modo quo alii adfliguntur*, *ſed ingeminat*, *accumulat*, *ſæpius & ſemper adfligit.* Secutus eſt Cl. *Reim.* Diverſius paulo *Merc.* V. *perficiet ſtatutum meum. Non miſſum me faciet donec impleverit ea quæ in me ſtatuit*, *& decrevit*; *utpote Omnipotens & Immutabilis. Soletque ille talia multa facere ex abſoluta potentia*, *quorum ratio nobis exquirenda non eſt.* Addit VI. *Chaldæum*, R. *Levi*, alios, in *bonum* cepiſſe, *perficit victum meum:* fere ut num. II. propoſui: ſed ſe malle *in malum: quamquam & in utramque partem ſumi poſſet: Quicquid de me decrevit ſive in malum*, *ſive in bonum*, *abſolvet*, *& ſi me liberare volet*, *nemo impediet: & contra.* Adſpectu malo tantum *Calv.* VI. *Id quod de me conſtituit ratione tum vitæ*, *tum mortis*, *perficiet*, *prout omnia noſtra in Ejus manu ſunt poſita. Verum eſt Jobum hanc ſententiam male applicaſſe*; *nam in primis perturbationum æſtibus quaſi deſperabunde locutus eſt. Ecce ſcio de me actum eſſe. Quod de me conſtituit id perficietur: nihil proficiam*, *etiamſi reſponſem*, *aut expoſtulam cum Eo.* Hæc dolori immenſo *Jobi* ſic ſatis congruunt. *Deſperabunde* intelligas *ratione præſentis Vitæ.* Non abſimile quid, alio flexu, adfert *Schmid.* VII. *Conſummat* juxta liberam ſuam voluntatem *ſtatutum vitæ meæ terminum. Moriendum mihi mox erit*; *neque enim ſupervivere poſſum.* Elicit iſtam vim ex *Cap.* 14: 5. ubi חק de *Termino fixo vitæ.* Sentiens tamen Vir Doctus aliam ibi eſſe faciem, ſeriemque, adjecit, *cum ſtatuto vitæ termino hic multa includi*, *Omnes ſcilicet adflictiones per quas veniret.* Sic præſtitiſſet *Calvino* ſubſcribere, *perficiet deſtinatum meum*, quod & a Doctiſſ. *Belgis*, *Anglis*, aliiſque, expreſſum. Non placet etiam, poſtremum Colon ad *Jobum* ſolum ita reſtrictum, a Cl. *Schmid. Et his ſimilia multa ex parte ipſius inveniuntur*, *in quibus mecum agit*, *ut vult anima ipſius.* Ecquænam? ſi חק cum *Morte* includat *Adflictiones*? Noſtri referunt

Mm mm

15 Propterea a facie ejus conſternor, cunctabundus hæreo, & paveſco ab illo.

16 Quin

15 על־כן מפניו אבהל אתבונן ואפחד ממנו׃

16 ואל

runt ad *ſimilia judicia occulta, quorumque ratio nobis impervia.* In hac *Belgarum* interpretatione queo acquieſcere: nec tamen ſupprimere poſſum VIII. aliud adhuc, quod ex uſu vocabuli חק *Pſ.* 12. reſultat: *Nam ipſe tradit id quod mihi debetur: meum jus fruſtrans & dedens.* Naturam locutionis pauculis illuſtraſſe operæ pretium erit. In *Hamaſa* extat

ان تسالوا الحق نعطي الحق سايله
والدرع محقبة والسيف مقروب

Si jus debitum petitis, concedimus jus ſuum roganti,
Et quidem Lorica in ſarcinis, gladio in vaginam recondito.

In *Diw. Hud.* ان كنت مظلوما يرد اليك حقك *ſi oppreſſus fueris, reſtituetur tibi jus debitum.* Hinc formula אישלם חקה اسلم حقه *dedidit jus ejus.* i. e. *eum non defendit, ſed hoſtibus tradidit vexandum.* Eſt *Metaphora* deſumta a *deditione*, quam verbo اسلم & השלים ineſſe oſtendi ad *Cap.* 5: 21. Jam *dedere* apud *Latinos* eleganter pro *tradere in poteſtatem alterius ad vexationem & cruciatum*, quod & *donare, condonare*, eſt *Ciceroni*: oppoſitum τῷ *defendere.* Vide *Græv.* pro *Flac. Cap.* 11. & pro *Cluent. Cap.* 69. Idem apud *Arabes* obtinuit ſub اسلم, unde per خذل etiam exponitur, quod eſt *prodere*, & *ceſſare a defendendo.* In *Hamaſa* iterum.

لا يسلمون جارهم حتي يزيل الشراك عن قدمه

Non dedunt clientem, donec calceus pedi detrahatur,

per Mortem. Ad hæc *Tebriz. Laudat eos quod clientes ſtrenue defendere ſoleant.* Ad illam rationem השלים חקי valet, *dedidit jus meum, meque vexandum, lacerandum, conculcandum condonavit, omni cura, & tutela mei abjecta, haud ſecus ac ſi nocentiſſimus eſſem omnium mortalium.* Dubites num *Hebræis* השלים quoque ſic venerit; ſed cogita a *deditione* proclivem huc eſſe gradum: quin penſita, an non vis hæc unice quadret *Pſ.* 7: 5. *Si retribui* שלמי *dedenti me malum!* Nil magni alias dicet *Pſaltes*, ſi non *Hoſtiliter ſe dedentem & perſequentem, a ſe* tamen *e malis ereptum dicat.* Synonyma ergo שלמי & צררי *Deditor & Hoſtis meus.* Hinc rotundiſſima exiſtit complexio. *Sed ille unus*, abſolutiſſimus rerum Arbiter; *& quis avertet Eum* &c? *Nam tradit jus meum*, atque *optimam* meam *cauſam* negligit non tantum, ſed abjicit; atque innocentiſſimum omnibus plagis exponit, vexandumque dedit. *Hariri Conſ.* 14.

ساءكم ضري الذي اسلمني للكرب

Male habeat vos Adflictio mea, quæ me dedidit mærori. Talis *deditionis*, qua *Sanctiſſimorum Virorum Jura* i. e. *Dignationes proculcandæ donantur*, Illuſtria ſpecimina percenſuit Noſter *Cap.* 12: 17. & ſeq. quorſum oculos reflectens, adjecit; *Et Talia multa cum ipſo.* Illuc redeatur, ad vim hujus *Coli* perſpiciendam.

Verſ. 15. Non quadrat uſquequaque, quod *Doct. Merc.* putet innui, *Non ſe ob peccata ſua, & eorum pœnam quam timeret, Deum revereri; ſed ſimpliciter ob ejus potentiam, & ſapientiam excelſam, atque admirandam, ſacro horrore adfectum, ſemet in Ejus Timore continere.* Non convenit quoque, quod ex R. *Levi* adjungat, hæc dici adverſus *Eliphazi* accuſationem *Cap.* 22: 17. quaſi iis accenſendus

16 ואל הרך לבי ושדי הבהילני׃

16 Quin Deus molle reddidit cor meum; & omnipotens externavit me.

17 כי־לא נצמתי מפני־חשך ומפני כסה־אפל׃

17 Quod non exciſus ſim a facie tenebrarum; quodque a conſpectu meo contexerit ipſam caliginem.

dus eſſet qui *providentiam* negarent. q. d. *Abſit a me tantum ſcelus*; *imo vero Dei potentiam agnoſco, revereor, ſuſpicio, reformido*; *aſſidue eam ob oculos mihi ponens.* Commiſcuit Magn. Interp. *timorem religioſum*, cum *pavore mentem exterrente*, & *de gradu* quodammodo *dejiciente*, de quo contextus hicce agit. Ad iſtum ſcopum Cocc. *Quoties cogito de ipſo, expaveſco, angor me eſſe in corpore; & non abiiſſe in latebras ſepulcri* &c. Recte. Non æque, quod additur, *Hæc eſt* δειλία & φόβος *veterum:* nam *Jobus* talis *pavoris expers* antea vixit; atque in eum nunc, Extraordinariis hiſce plagis, inextricabiliter implicitum ſeſe, ſtupet ſimul doletque. Præclare *Belgæ* noſtri hanc *periodum* ad finem uſque extendunt, & exponunt de *conſternatione ex Dei abſoluta potentia, profundiſſima ſapientia, & rigore formidoloſiſſimo*, Cl. *Schmid.* mollius fore credidit, *Expaveſcere ad liberam Dei voluntatem, & occultas diſpoſitiones in gubernandis humanis.* Hæc tamen eodem recidere nemo non ſentit. Selectis verbis uſus Noſter, ad pectoris concuſſi curas & anxietates depingendas. אבהל *conſternatus agor, vix mei compos.* אפחד *paveſco*, ὀῤῥωδῶν ita perculſus ut ſudor ὀῤῥὸν *occupet*. Medium אתבונן ſeriem nonnihil turbat. Plerique, *dum conſidero Eum*, vel, *vias Ejus*; vel זאת *rem iſtam*, ſive *Libertatem Dei in gubernatione hominum*, ut *Schmid.* Malebat *Cocc. Conſpicio & paveo ab ipſo:* Nemo neget rotundius fore, ſi & hoc verbum ad *ſtuporem mentis attonitæ* poſſit revocari. Id tentavi in *Juvenil.* ex uſu ſingulari quo *Arabes* بين & تبين *conſiderare*, adhibent pro *cunctari, morari.* Jam vero *Cunctari*, & *hærere* quaſi, inter duo verba *pavoris* rite locatum. Sit ergo אתבונן *cogitabundus hæreo*, & *quid ſtatuam de me*, aut *quo me vertam, plane neſcio.* Confer quæ infra ad *Cap.* 30: 20. dabuntur.

Verſ. 16. Non placet *Jun. Quia Deus emollit cor meum* &c. Rectius *Merc. Et ſane Deus mollivit & colliquefecit cor meum, idque adflictionibus velut conſumſit.* Nonnulli *Mollitiem cordis*, detorſere ad *patientiam & ſubmiſſionem*, ex uſu phraſeos 2 *Reg.* 22: 19. Id plane extra oleas. *Conſternationem*, & *infractionem animi* infert hæc formula *Deut.* 20: 3. & *Lev.* 26: 36. ſive a generali notione *mollis, debiliſque*, quam & *Arabes* ſub ركّ רכך agnoſcunt; ſive potius a ſpeciali illa, quæ ſub derivato ركّيّ ab اركّ conſpicitur, *cito liqueſcens* adeps. *Gjauh.* وفي المثل شحمة الرّكيّ علي فعلي وهي التي تذوب سريعا تضرب لمن لا يعينك في الحاجات *In proverbio quod dicitur, Adeps molliſſimus*, vel, molliſſimæ carnis, *forma fœm. ſuperlativa, id quadrat in eum qui te non juvat in neceſſitatibus.* Hinc gravi & venuſta imagine, *Deus colliqueſcere fecit cor meum, ad inſtar ceræ*; quod in *ſumma conſternatione* aliud proverbium frequentat. Poſſis adhuc arctiore nexu, *Quin Deus emollivit liquefactum Cor meum, & omnipotens externavit me*, mentis impotem. *Quia non exciſus ſum* &c.

Verſ. 17. Nexus modo indicatus tenetur & ab Aliis. Circa ſenſum ingens diſſenſio. *Vulgat.* I. *Non enim perii propter imminentes tenebras; neque faciem meam operuit caligo.* Id *de Pined.* ſic explicat, *ſi Vobis videar molli & liqueſcente animo, & facie pallente; ne quæſo exiſtimetis externis calamitatibus corporiſque malis me ita exanimatum contabuiſſe* &c. *Nam non morbus, non cetera mala, hunc in ſtatum me* re-

redegerunt ; *ſed Dei ipſius formidoloſiſſima illa poteſtas*, vſ. præc. poſita, ſcil. quaſi eſſet *oppoſitio*, qua negaret *ſe ſuccubuiſſe tenebris*, & *malis ingruentibus in ſe agminatim*; ſed a *terrore Numinis immediate ſibi incumbente exciſum* & *extirpatum ſeſe jacere*. Eſt coactum nimis & argutum; quod tamen novo acumine auctum dare voluit, *Bold.* II. *Etenim non ſum exciſus a faciebus obſcuritatis* in me acie terribili incumbentis; *imo a faciebus meis operuit* ſe *caligo*. i. e. *adeo non ſuccubui calamitatibus*, *ut ipſæ mihi ſuccubuerint* & *ante me ſtare non potuerint*, *quaſi ſemet operire* & *abſcondere a facie mea adactæ* videlicet *cum confuſione*. Hoc longius *extra terminos vagatur*. Subtilius Doct. *Tigur.* III. ſub ſimili quadam *oppoſitione* dederunt, *Etenim non exciſus ſui a malo improviſo*, *nec caligo operuit faciem meam*. i. e. *Calamitates mihi ſuperventuras præſagivi*: ac proinde *tela proviſa non nocuiſſent*, ſine *ſenſu iræ Divinæ*, quibus quaſi *tincta* illa. Subtiliſſime IV. *Cocc. Nam* ubi tantum *non exciſus ſum propter tenebras*, *a facie mea* ſe *operit caligine*. q. d. *Deus me privavit omni ſolatio*, *animumque meum plane dejecit*; *nam magis magiſque ſe abſcondit a me*, *deſerit me*, *terret me*. Per *Tenebras* ſimpliciter intelligit *deſertionem*; per *caliginem* vero *terrorem*. Addit V. *Si per* caliginem *malis* Mortem *intelligere hic ſenſus erit*. *Quoties ipſum intueor contremiſco*, *quandoquidem nondum me ex voto ardentiſſimo* tenebris extinxit; *ſed hactenus* mortem abſcondit *ab oculis meis*; *atque adeo me ad graviora mala ſervare videtur*. In priori illo magis ſe acquieſcere ait: nobis poſterius unice convenire videtur, de quo ſtatim plura. Longiuſcule VI. deflectit expoſitio *Vatabli*, ita nectentis, *Deus emollivit cor meum*, *Quia non exciſus ſum ante tenebras*, ante quam ita adfligerer, & quia non *texit a facie mea caliginem*, ſive adflictionem. Ita fere Doct. *Angl. Crinſoz.* &c. quaſi miraretur Noſter, quod *infinita Dei bonitas eum non e vita eripuiſſet antequam tantæ tenebræ venirent*.

Non putem מִפְּנֵי *Ante faciem alicujus ire*, *præcedere*, talem uſum ex ſe propagare poſſe. Durior quoque repetitio *partic. negativæ*. Denique remiſſior hic ſenſus, quam par eſt; quum ſic nulla omnino adverſa ſibi incumbere debuiſſe, inſinuaret Noſter. Duo incommoda manent, etiamſi cum *Chald.* des, *ita ut a facie mea texiſſet caliginem*. Animoſius VII. Doct. *Belg.* *Quia non exciſus ſum ante tenebras*: & quia *texit a facie mea caliginem*. In *not.* monent a *facie tenebrarum* capi poſſe vel, *ante quam venirent*, vel, *propter tenebras*. Poſterius haud dubie rectius. Optime etiam alterum colon, pro *mortem mihi denegavit*. Minus concinne & rotunde *Merc.* VIII. *Quia non ſum ſucciſus a conſpectu tenebrarum*, & *a conſpectu meo non texit caliginem*. i e. *ſtupeo quod vivam adhuc in tantis malis*, *calamitatum mole non eliſus*: *quodque non texerit* ab aſpectu meo *caliginem hanc* uſque ad mortem meam, *ut uſque ad tempus mortis hæ calamitates eſſent dilatæ*, *vel uſque eo ut morerer*. Ultima obſcuriora; nec clarum ſatis, *Quod me non interemerit auferens a conſpectu meo tantam hanc caliginem*, & *tot mala*. Argutiſſime IX. *Calvin.* *Quia non exſcindor coram tenebris*, *in facie tenebrarum* i. e. *in occulto*: *quin obſcuritatem a facie mea occultavit*; *me cogens coram ſe comparere vel invitum*; *ut publico ſupplicio velut adjudicer*. Enotavit hunc ſenſum *Merc.* eique obduxit ſcrupulos, quibus non immorabor; quod neminem huc conceſſurum credam. Mitto alia quæſitiora; & venio X. ad *Schmidii* conatum: *Quod non exciſus ſum ante tenebras*; *ſed* omnia *coram me operit caligo*. Ait *propter tenebras*, ſive *a conſpectu tenebrarum* nimis *durum*; *ſine duritie* contra, *ante quam tenebræ venirent*: ut *Eſaj.* 57: 1. מִפְּנֵי הָרָעָה יֶאֱסַף *ante malum colligitur* juſtus.

Atqui 1. hic unicus eſt locus, qui aliqua ſpecie adduci poteſt; quem Cl. *Vitr.* cum aliis aliter reddere maluit; ob *inſolentiam* & *duritiem* iſtius uſus; ut ſit: *propter malum colligitur* juſtus; *ne contagione inficiatur*. 2. non minus durum, quod מִפְּנֵי poſterius conciſe poſitum ſtatuat pro כל מקום אשר מפני *Omnis locus qui eſt a parte faciei meæ*. Agmen claudat XI. *Druſius*, cui palmam deferendam cenſeo. *Quia a tanta mole tenebrarum nec dum ſum exciſus*: & quia *a facie mea texit caliginem*, ſive *Mortem*, quæ & σκότος ac γνόφος abſolute. *Grotius* huc calculum confert; *Deus mihi mortem invidet*, pro explicatione ſubjungens. Redi ad *num.* VII. & VIII. ubi partem; & V. ubi totum hocce a *Cocc.* quoque propoſitum cernes. Grandis & *Tragicus ſenſus*, quo nihil ſibi æque formidoloſum innuit, quam *quod Mors ſibi in media Morte negetur*; & quum *omni momento cruciatibus diriſſimis ene-*

enecetur, *quod tamen Necem necdum ſubierit: quin ne ſubire quidem permittatur*, *potentiſſima manu retentus in vita*; *& forte*, *atrocioribus adhuc plagis reſervatus*. Perpende interim XII. an malis, *Quod non ſim exciſus a facie tenebrarum* tantarum; *quum faciem meam involverit caligo*. Ita אפל eſſet in caſu recto; ſignans *profundiſſimam caliginem calamitatum*, *quas faciem ſuam obruiſſe & obvolviſſe* dicat, abſque ulla ſpe emergendi. Obſtat, quod כסה potius regat *accuſativum*, ut *Pſ.* 69: 8. כסתה כלמה פנינו *obnubit ignominia faciem noſtram*; non מפנינו *a facie noſtra*. Ad Cl. *Schmidii* ſupplementum *omnia quæ a facie mea*, recurrere non ſuſtineo. Nil proclivius itaque quam ut כסה ad Deum referatur, atque non ſine acumine, & ἐξυμένω, *Caliginem Mortis*, quæ faciem totam tegebat, *a facie tamen ſua tectam*, *opertam*, *velatam*, *præcluſamque eſſe*, dolentiſſime ſignificet; *in ipſa morte vivere* quodammodo *coactum ſeſe* ſtupens ſimul horrenſque.

CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

Verſ. 1. מדוע משדי לא־נצפנו עתים
וידעו לא־חזו ימיו׃
2 גבולת

Verſ. 1. Quare ab Omnipotente non ſunt recondita *in pœnam ſtata* tempora; & noſcentes Eum non vident dies Ejus?

2 Ter-

Verſ. 1. De capitis hujus *Argumento* paucula præmittenda. Non digeſtum ſatis, I. quod *de Pined.* exhibet, *Jobum ſuam de providentia fidem oſtendere*, *quæ ſæpe in hac vita permittens impios impune vivere*, *certam tamen ſupplicii horam*, *& articulum temporis opportunum*, *obſervet*. Rectius *Vavaſſ.* II. *Toto hoc Capite unum illud agit Jobus*, *ut ſententiam Amicorum refellat*, *doceatque perditos ac conſceleratos homines plerumque tuto*, *ac ſine ulla noxia*, *in ſuis ſceleribus verſari*; *quorum deinceps præcipua deſcribit*. Conſimiliter *Codurc.* veriſſime ſubmonens *hoc Caput maximis difficultatibus ſcatere*; *nec eſſe aliud*, *in quo enarrando magis hæreatur*. Præivit *Merc.* intra *querelas de impunitate improborum* ſubſiſtens. Preſſius III. *Cocc.* cenſet *obſcuritatem judiciorum Dei objici Eliphazo: eamque probari*, partim *ex peccatis publicis & uſitatis Vſ.* 2--12. partim *ex ſceleribus clandeſtinis Vſ.* 13--24. Ad hæc duo *Analyſis* ſubtili filo pertexta; quæ ad ſingulos *Vſ.* quantum neceſſe, tangenda erit. Ad num. I. accedit IV. Cl. *Schmid.* concipiens quandam velut *Apologiam providentiæ circa infelicitatem piorum*, *impiorumque felicitatem Vſ.* 2-12. *in qua nihil abſurdi ſit Vſ.* 12. *Quod Noſter probatum eat*, primo, *ex Lumine naturæ*, *unde pateat hæc Deo diſplicere Vſ.* 13--17. Secundo, *ex Experientia*, *quæ doceat*, *quod Deus ſæpe graviſſime puniat improbos*; *magis puniturus in altero ſeculo Vſ.* 18-24. Sequuntur fere Cl. *Mich.* & *Reim.* quæ quidem in ſe *pia*, *Jobi* tamen *perſonæ*, vel potius *Adfectui* ejus *commotiori* minus apta; qui omnino requirit, ut contentio animoſiſſima capitis XXI. continuetur; atque *ſcelera apertiſſima*, *ſimulque atrociſſima*, *impunita* plerumque *abire in hoc ſeculo*, evincatur.

Ibid. Merito *ſalebroſum ſcopulum* vocat *Merc.* hoc *Exordium* novi ſermonis, *in quem tam Hebræi fere*, *quam Noſtri*, *impegerint*. Certe crudum eſt I. quod R. *Levi*, aliique *Rabbini*, velint *providentiam* nunc *in dubium* vocari, ſaltem ex parte. Hi vertunt, *Quomodo non eſſent tempora*, & temporalia, *a Deo abſcondita*; *cum qui Eum cognoſcunt*, *dies Ejus* non-

non videant. i. e. *Ei dies & tempus non aſſignent, neque Eum tempori ſubjiciant.* Futili Philoſophemati, cui imprudentius ſubſcripſit *Vatabl.* occurſum a *Merc.* qui vertendum cenſet II. *Quare*, vel *quomodo, non eſſent abſcondita ab Omnipotente tempora.* i. e. *Quomodo quis non judicaret talia* ſcelera *Deo eſſe ignota? nam ſi videret, & noſſet, mundior eſt oculis quam ut ferre poſſet.* Ita fere *Munſt. Iſid. Clar.* &c. Ne hoc quidem cruditate caret: unde III. ab eodem *Merc.* propoſitum, *Quomodo*, vel *cur non ſunt abſcondita? Quia ſi eſſent abſcondita, non haberent pii quod conquererentur, & ceſſaret in me expoſtulandi materia, ſi nihil Deus horum poſſet. Et hoc piis expedire magis videbatur, ut Deus hæc ignoraret.* Huc *Caſtal.* præiverat; Dei *tempora* & *dies vocari* dicens, quæ *quoque tempore* & *die facit.* Id cum poſteriori Colo male cohæret; nec per ſe ſatis aptum, aut *Jobo* dignum, ut jam mallet *Deum res noſtras ignorare*, quam *ſic gubernari.* Non valde dilucida IV. quæ *Calv.* ſcribit *Conc.* XCI. ubi monens *interpretes ſe multum in prima parte exponenda vexaſſe, ſenſum naturalem hunc* eſſe putat, *Tempora non eſſe occulta & abſcondita Deo, quamvis unoquoque temporis momento judicia ſua non exequatur, ſed differat, & producat: nobis interim dies Ejus non animadvertentibus* &c. Iterum, *Deus habet itaque ſua tempora, tuncque oſtendet ſe res videre: non quod jam non videat, ſed nos non poſſumus judicare, ipſum hodie curam gerere hominum, & oculos apertos habere, ut notet & obſervet mala, quæ committuntur, iisque medeatur. Non videmus id ſecundum ſenſum noſtrum. Eſt aliquod tempus occultum hominibus, ſed cognitum Deo; quod nimirum Deus differat judicia ſua, nec ſtatim illa exequatur. En quod ad ſenſum literalem textus attinet.* Fallor, aut hæc eſt mens, *Quomodo*, vel *quare*, non diceremus *a Deo abſcondita* eſſe *ſua tempora*, ſua judicia, eorumque Articulos, *nobis, quando quidem cognoſcentes ipſum, pii, non vident ejus dies judiciales?* Huc certe collineat verſio *Jun.* & *Trem.* ſic ab iiſdem declarata. *Propoſitionis ſumma, Deum tempora Judiciorum ſuorum ita noſcere ſolum, ut ne cum piis quidem & religioſis eorum notitiam ordinarie communicet* &c. Collineant quoque Doct. *Belg. Druſ.* aliique, quibus *interrogatio* per מדוע לא *Quare non abſcondita* ſunt, vel eſſent? tantundem valet, ac *Nonne?* vel *utique abſcondita ſunt.*

Id alia facie V. expreſſum a *Vulgat. Ab omnipotente non ſunt abſcondita tempora* &c. Ad hæc *Vavaſſ. Certum & evidens inquit, eſt, humana tempora, & res hominum, non ignotas eſſe Deo. Nihilominus Viri Sancti dies Ejus* h. e. *judicia & conſilia, prorſus ignorant.* Paulo preſſius *Bold. Nonne juſta fuit Omnipotentis cogitatio, ut apud ipſum occultata manerent rerum tempora; ut nec amiciſſimi Ejus Judicia Ejus intellexerint?* Pluribus *de Pined.* in *Paraphr.* quorum ſumma huc redit, *ſtultiſſimi mortales ſibi perſuadent Numini cum rebus noſtris nihil eſſe commercii. Vos ipſi*, O Amici, *ignorare videmini Deum diverſos dies præfiniiſſe: nimirum præſentis ſeculi quoſdam, quibus interdum permittit mortales impune vivere: noviſſimum, in quo juſta judicii lance humana omnia expendat, ſuoque vel præmio, vel ſupplicio, afficiat. Ergo ille cum noſtra tempora probe norit, omneſque agendi opportunitates, nos tamen neque illius æternitatem comprehendere valemus, neque humanarum rerum opportunitates, & temporum articulos. Hos ſibi uni providentia ſubjecit, illum præſertim Judicii extremi Diem, Juſtis exoriturum lætiſſimo lumine, improbis tetra caligine pleniſſimum.* Vides *Apologiam* pro *providentia*, parum congruam præſenti *adjectui*, quo Noſter fervet, & æſtuat. Hæc omnia *num.* IV. quoque incluſa, illi ſententiæ calculum adjungere vetant. Minus ponderis habet VI. quod *Codurc.* ut *germanum* profert, *Quare cum non ſint a Deo occultata tempora, familiares* Amici *ejus non norunt dies judiciorum ejus?* i. e. *Quare Deus qui hominibus dedit notitiam temporum, & dies annoſque computare, præſens, præteritum, futurum diſtinguere, ætates dinumerare, durationes, rerum ſpatia dimetiri, eos docuit, facit ut ne familiaribus quidem Ejus innotuerint dies judiciorum Ejus.* Confert, *Veſtrum non eſt noſſe tempora* &c. itemque *Eccl.* 3: 11. *Etiam cordi humano indidiſſe Deum ſenſum temporum & æternitatis, ſed hominem tamen non aſſequi rationem eorum quæ ſapientiſſimo providentiæ ductu geruntur.* Commodius in hunc ipſum ſenſum extulit VI. *Eleg. Crinſoz. Quomodo Deus non reſervaſſet ſibi* alia *tempora* ad puniendos impios; *quandoquidem cognoſcentes Eum non obſervant Eum id facere in hac vita.* Exiſtimat *Jobum probare velle, quod Cap. prec. dixerat, Deum multa facere, quorum rationes nobis æque obſcuræ, atque illæ ſunt, ob quas bonos affligat.* Cl. *Cocc.* VII. duplicem præbet conſpectum. Priorem, *Dic mihi,*

hi, *tu*, *qui tam fidenter loqueris de omnibus*, *cauſam*, *quare Deus*, *cui ab æterno nota & decreta ſunt opera ſua*, *non manifeſtet dies ſuos noſcentibus Eum?* Alterum huncce, *Cur negas tempora moraſque a Deo reconditas eſſe.* i. e. *dilata eſſe ſupplicia improborum in aliud tempus? quum pii ab omni memoria non viderint judicia omnia Dei*, *quibus omnia omnium improborum peccata exſecutus ſit.* In priori, *Quare ab Omnipotente non abſcondita ſunt tempora*, cum *Codurc.* ſupplendum; *quum*, & *Vaw* reſolvendum in *nihilominus.* Confer Cl. *de Dieu* ad h. l. In poſteriori, inſerendum, *Quare non* diceremus *a Deo tempora eſſe abſcondita*, vel & *recondita*, *repoſita*, *dilata in futurum*, *quum pii non videant dies Dei?* Neutrum ſcrupulis exemtum; quibus inſiſtere haud neceſſe. Diverſus, VIII. & valde ſuus, Cl. *Schmid. Quare ab omnipotente non abſconduntur*, ſupprimuntur, *tempora* triſtia piorum; *&* quare *qui cognoſcunt ipſum*, *non vident dies ejus* lætos, ipſiſque promiſſos, temporalis felicitatis? Ad hanc mentem *abſcondi* valeret *æternis tenebris obrui*, *ut nulla lux illis veniat*; i. e. *ut ipſa illa tempora nunquam veniant.* Id commodum nemo dixerit. Incommodior explanatio ipſa: *Quare Deus non in præſcia ſua mente hoc conſtituit*, *& decrevit*, *ut prævisa calamitatum*, *quibus pii premendi*, *tempora*, *nunquam venirent*, *ſed æternis nihili tenebris damnarentur? nonne in illius ſolius poteſtate fuit? nonne etiam benignitati Ejus ſuper pios congruum fuit?* Hæc vexari poſſent; ſi talem laureolam non ingloriam, vilemque adeo, duceremus. Incommodiſſimum denique ימין pro *felicitate temporali piis promiſſa*; ſive Linguam ſpectes, ſive *Hypotheſin* Viri Docti, qui *feliciſſimos* ſæpe eſſe *pios*, aſſeverare fecit Noſtrum *Cap.* 22: 24. 25. Hac de cauſa maluiſſe crediderim IX. Cl. *Mich.* in altero colo, *ita ut illi*, *qui cognoverunt Eum*, *non viderent dies Ejus* ſcil. *triſtes*, *quos hominibus inducit.* Rectiſſime notat *tempora & dies* eſſe *Synonyma.* Subſcriptum a Cl. *Reim.* Non ſatis intelligo X. quid viderit Cl. *Cler.* dans, *Cur ab Omnip. non ſunt occultata tempora? & qui Eum norunt*, *non vident* h. e. non prævident, *dies Ejus*, *quibus de malis pœnas ſumet.* Ei *occultari* valet, *anteverti*, *nec unquam contingere*; quam locutionem ait *Vſ. ult. Cap. præc.* adhibitam. Sed quid jam, *non prævident?* an. *non prævertunt?* Certe *in Paraphraſi* expreſſum, *Cur vero a Deo non ſunt difficilia tempora nobis occultata*; *& qui Eum timent*, *antea placida morte non e medio tolluntur?* Hæc tracta & torta. Non video etiam quid ſimile habeat, כסה אפל *Obtexit*, *velavit*, *caliginem a facie mea*, pro *negavit mihi tenebras*, *ita ut mortem invenire nequeam in media morte:* & נצפנו עתים *condita ſunt tempora*; quod pro *anteverſa*, vel *ſuppreſſa*, & *æternis tenebris obruta*; *ita ut nunquam contingant*; nemo facile adprobarit. Contrariam potius poteſtatem adfert genius Linguæ, qui נצפן *recondi* frequentat pro *reponi in theſaurum*, *ut inde expromatur ſuo tempore* malum pœnæ cumulatæ velut ac congeſtæ ad perniciem peccatoris. Ita planiſſime *Cap.* 15: 20. מספר שנים נצפנו *Numerus annorum reconditi ſunt*, in theſaurum iræ, *violento.* Item *Cap.* 21: 20. *Recondit Deus filiis ejus iniquitatem ejus.* Illuc redeatur; & videbis eſſe *ſuppreſſionem*, ſi ita velis, ſed *breviſſimam*, *& mox erupturam* in Caput nocentis. Inde XI. offero hunc adſpectum, *Quare ab Omnipotente non ſunt recondita* in theſaurum *tempora*; *& noſcentes Eum non vident dies Ejus?* עתים & ימים ut *Synonyma* in malum, de *judiciis inſignioribus Eſaj.* 13: 22. *Eſech.* 30: 3. Adde *Eccl.* 9: 11. 12. *Eſech.* 22: 3. ubi עת eſt *tempus idoneum pœnæ*, ſive *maturitas ad ſupplicium.* Similiter יום pro *die pœnæ extantioris*, paſſim. מדוע *Quare*, ſic retinebit vim ſuam pervagatiſſimam in *admiratione*, & *indignatione*; a qua pleræque explicationes deflexere. Vide *Job.* 18: 3. & 3: 12. & 33: 13. & 21: 7. *Quare impii vivunt? &c.* Pariliter hic, *Quare a Deo non ſunt repoſita tempora* certa, ſtata, matura, improbis puniendis? *&* quare *Eum cognoſcentes*, *obſervantes*, *ac Colentes*, *ut Numen Sanctiſſimum*, *non vident dies ejus?* Non diſplicet quod Cl. *Cocc.* hæc oppoſita cenſeat *Eliphazo*, qui dixerat *pios* judicia Dei *videre*, *& lætari Cap.* 22. Non item, quod addat, *Noſtrum non negare pios ulla impiorum ſupplicia videre: ſed hoc velle*; 1. *omnia omnium judicia non ſpectari ab iis.* 2. *Judicium Dei integrum*, *in quo ſolidum præmium reddatur pietati*, *& impietas pro eo* as

2 Terminos movent, gregem rapiunt, & paſcunt.

3 Aſi-

2 גבולת ישיגו עדר גזלו וירעו :

3 חמור

ac digna eſt, *vindicetur*, *minime apparere*. *Talia* videlicet *Judicia mereri* demum *ut appellentur* Dies Domini; *prout quæ magna ſolennitate fiunt*, *& plane abſoluteque pertractantur*, *certis fixiſque diebus agi ſolent*. *Increpationes autem iſtas*, *quæ fiunt aliquando in hac vita ſubito*, *& plerumque obſcure*, *non videri* dies Domini *appellandos*. Hæc expoſitioni noſtræ firmandæ ſubſerviunt unice; quam auctiorem habebis, ſi mecum ſtatuas alluſum ad *Dies publicos*, & *ſtata tempora Judiciorum*, ac *pœnarum*, in *Rebus publicis*, in quibus *Juſtitia viget*, *floretque*. Tales *dies ſtatos*, *ſceleribuſque publicis*, *publice velut puniendis*, *a Moderatore ſupremo rerum humanarum deſtinatos*, vellet Noſter, *ne impune graſſarentur flagitia illa*, quorum longum mox texit catalogum; *neve ad ea ſæpiſſime conniveret*, *quin otioſus ſederet ſpectator is*, *qui vindicem acerrimum agere deberet omnis injuſtitiæ*, *ut juſtitia bene ordinato in orbe ſola regnaret*. Sentis nil opportunius hoc Exordio ſtomachoſo, ad materiam in quam denuo plenioribus velis invehi moliebatur Noſter: *Quare nulla* certa, & ſtata, *tempora*, *repoſita ſunt* ab Omnipotente, judiciis hoc in ſeculo exercendis? *&* quare *vix ac ne vix quidem notabiles* aliquos dies vindictæ Divinæ *cernere licet veris* Numinis *Cultoribus*? Qui propius quid, pleniuſque ad ſeriem, attulerit, palmam me plaudente ferat.

Verſ. 2. Incipit Catalogus graviſſimorum ſcelerum, in Orbe erecta cervice graſſantium. Quo nexu & ſcopo ille pertexatur, haud convenit. Sunt I. qui Amicorum *criminationibus* hæc oppoſita cenſuere; quaſi oſtendere vellet, alios, non ſe, facinora hæc patraſſe. *Chaldæo* & *Hebræis*, qui ad *Homines Antediluvianos* referunt hæcce, tale quid obverſari debuit. Id parum ad rem præſentem. Alienius II. quod *de Pined.* explicationem ſuam, *Vſ.* præc. ſuſceptam, ſic continuet: *Tyrannis & Raptoribus inſtare* Diem Domini; *neque valde curandum*, *qualiter nunc vivant Impii*; *ſed quanam ratione victuri ſint per æternitatem*. Extra *Adſectum* & *Tentationem* poſitus Noſter, ad eum modum diſputaſſet forte: nunc fluctus mentem ejus vorſant volvuntque. Non multum hinc abſunt III. qui ob non abſimilem interpretationem *Vſ.* 1. nihil aliud hic admittere poſſunt, quam *Maleficia* & *Graſſaturas in hac vita impunitas*, demonſtrare *Judicia Dei in aliud tempus dilata*, *nobiſque occultata eſſe*. Huc tendit *Concio* XCI. *Calv.* eodemque fere calculo uti coguntur, quos *num.* IV. V. VII. propoſui. Cl. *Cocc.* ſpeciatim *Confirmationem* hic aſſumit *aſſerti*, *quod Judicia Dei ſint obſcura*, *& dilata*; *Deo nota quidem*; *ſed non viſa noſcentibus Eum*. aa. *in peccatis publicis*, *& quaſi civitate donatis Vſ.* 2-12. bb. *in ſceleribus occultis*, *& reverentibus lucem*. *Vſ.* 13: 24. Cl. *Schmid.* IV. putat inferri hic contrarium præmiſſi dicti, quo Noſter mirabatur, *qui fiat*, *ut Deus piis non monſtret dies bonos*, *quos ipſis promiſerit*; *quum interim permittat impios movere terminos*, *rapere*, *agere*, *ferre*, *&c. & tamen felices eſſe*. Repetit propterea מדוע *Quare*; inſerens ſimul אשר, Quare qui *terminos movent*; *gregem rapiunt*, *& paſcunt*? Neutrum tale, quod concedi queat. Poſtremum præſertim enerve, quaſi *Qui terminos movent* comprenderet *ſubjectum*, *de quo deinceps agetur*, ſive *præcipuum genus impiorum*. q. d. *Non adeo mirum foret*, *ſi minus impii feliciter agerent*; *de his etiam quærere nolo: hoc præcipue quæro*, *& miror*, *quare impiiſſimi homines*, *qui non verentur terminos movere*, &c. &c. *peſſima patrent ſcelera*, *quæ ipſis feliciter tamen ſuccedant*. Spinoſa ſubtilitas. Lingua & Logica credere jubent, *Movere terminos*, in gradu & ordine criminum recenſitorum ſtare, *non ſubjectum* efficere, per *Characterem præcipuum improbitatis*, aut *improborum*, de quibus ſequentia ſcelera prædicentur. Sed, inquit, ſic ſupplendi, *Improbi*, extra textum: ita ſane plurimis viſum: nec immerito. Fateor tamen mihi nunc *improborum* nomen de induſtria ſuppreſſum videri, & generaliter dictum potius, *Terminos movent*, imperſon. pro *Termini moveri ſolent*, *paſſim* in orbe *terminos moveri videmus*, *greges abigi* &c. *abſque ut Deus ad vindictam evigilet* &c. Nexum hunc V. tenuit *Merc.* ad *ſummam flagitiorum impunitatem comprobandam* hæc ſubtexi ſtatuens: in quo quid conveniat inter nos, quid diſconveniat, ex *Vſ.* 1. enu-

clea-

3 חמור יתומים ינהגו יחבלו שור אלמנה :

4 יטו אבינים מדרך יחד חבאו ענוי־ארץ :

5 הן

3 Aſinum pupillorum abigunt; pignus capiunt bovem viduæ.

4 Depellunt pauperes de via: ſimul occultantur inopes terræ.

5 Ec-

cleatione ſponte pateſcit. Circa phraſes locuples cum primis *de Pined.* ad quem remitto. *Merc.* rectiſſime *paſcere gregem raptum* retulerat ad *impudentiam* & *vim manifeſtam*, qua *abactum pecus palam ob oculos omnium ſine ullo metu habetur.* Cl. *Schmid.* plus dicere volens, minus forte dat, *poſſidere & paſcere feliciter nemine prohibente* ac *puniente.*

Verſ. 3. Levis quæſtiuncula, ſitne חמור *Aſinus*, itemque שור *bos*, *collective* nunc ſumendus, ut *Mercero* placuit, aliiſque; an *ſingulariter*, quod *de Pined. Cocc.* &c. maluere, ad majorem *Emphaſin*, quatenus *pupilli* & *viduæ*, non habent *aſinos*, & *boves*. Cl. *Schmid.* iſtam *vim ſingularem* nimis quæſitam autumat, *quia inde conſequeretur pluribus pupillis, unum tantum dari aſellum, quod parum probabile.* Sed quis non facile intelligat, in phraſi *Aſinum abigere pupillorum*, ita *unum* deſignari, ut cuique *ſuus* aſſignetur; quem *ſolum* ei res anguſta domi reliquum fecerat. Creſcit hinc *inhumanitas* & *violentia*. Similis ratio *Bovis viduarum in pignus capti*; ubi *ſingularis* notio plane neceſſaria. Vide & *Calvin.*

Verſ. 4. Nova ſpecies *importunitatis*; in qua variant opiniones. *Merc.* I. refert ad *faſtum inhumanum* Divitum, *qui pauperum aſpectum ferre nequit, eoſque ante ſe, vel ſecum, in via non patitur.* Huc collineat & *Cocc. pauperes non audent illis occurrere, nedum obloqui.* Cl. *Schmid.* II. trahit ad *pauperes*, *qui mendicandi cauſa ſedent ad viam*, *quos* hi inhumani *non tantum Eleemoſynis non impertiant*, *ſed contra ſpolient* &c. &c. *ita ut rapinam verentes, a via, & ſede ſua, aufugiant, & latibula quærant ad latrocinia iſta evadenda.* Id minutum. Paulo grandius III. quod Cl. *Cler.* agi velit *de potentibus ſuperbo ſatellitio cinctis, & ſummoto incedentibus, & præſertim mendicos ſtipem in via petentes expelli jubentibus.* Confer loca a *Grot.* producta ex *Senec. declam.* quæ inſcribitur *pauper adverſus Divitem*; atque in primis; *Facinus indignum commiſſum eſt; dives & pauper per eadem veſtigia incedunt.*

Decem explicationes IV. percenſet *de Pined.* alias *literales*, *figuratas* alias. *Figuratæ* huc redeunt. 1. agi de *pravo exemplo*, quo *potentiores trahant pauperes.* Vel & 2. *infirmos judicio; eos a via juſtitiæ ſeducendo.* Aut 3. de *oppreſſione eorundem, qua cogantur pauperes in querimonias de providentia,* &c. *ſe conjicere.* Confer *Codurc.* Aut 4. de *injuſtitia*, qua *viam juris & juſtitiæ ſubvertant, pauperibus calumniis circumventis.* Aut 5. de *iniquitate*, qua *viam, vitam, conſilia, deſideria, inſtituta omnia* inopum iidem *evertant*, ac *peſſumdent.* Confer Doct. *Reim.* Inter *Literales* maxime ad rem facit, agi 1. de *ſuperbia inſolente*, qualis *num.* I. & III. enotata. 2. de *graſſatione per inſidias*, ad *pauperes*, *ſecure gradientes in via publica, intercipiendos inexpectato.* 3. de *immanitate* Divitum, *ob quam non audeant* pauperes *in publicis viis conſpici, ne prædæ & injuriæ pateant; ſed ſeſe in latebras abdere cogantur.* Id eodem fere redit. Apud *Jun.* & *Trem.* idem extat; atque præſtruitur explicationi *Vſ.* 5. 6. *Abdunt ſe pauperes in loca abſtruſiſſima, quia ab improbis ut mancipia nexa trahuntur, & rapiuntur, ad operas eorum, ut duobus Vſ. ſeq. exponitur.* Appoſitiſſime ad ſeriem. Uberius tamen V. *Belg.* conjungunt *ſuperbiam*, *injuriam*, & *violentiam*, *qua in pauperes ſævire* dicantur *hi importuni, e medio propterea auſugere compulſos.* Non abſimilis formula *Amos.* 2: 7. דרך ענוים יטו *Viam manſuetorum faciunt deflectere.* Ea varie item exponitur. Germanus ſenſus videtur adferre *Terrorem*, *oppreſſionem*, & *importunam violentiam*, *qua manſueti*, *humiles*, *Deique reverentes*, *vexantur*, *atque e medio auſugere* coguntur. In noſtro contextu quoque exaratum עֲנְוֵי, quod pro עֲנִיֵּי poſitum cenſuit *Maſora*; unde recentiores verſiones occuparunt, *pauperes terræ.* At LXX. & *Symm.* πραεῖς γῆς; *Manſueti terræ:* item *Vulgat.* nec non *Syr.* & *Arabs*; cum quibus paucie Noſtris, עֲנְוֵי ab iis lectum, a nobiſque

Je-

5 Ecce onagri in deſerto, exeunt in opus ſuum mane ſurgentes ad prædam : ſolitudo ei cibus, puerisque.

5 הן פראים במדבר יצאו בפעלם משחרי לטרף ערבה לו לחם לנערים׃

6 In

6 בשדה

legendum, ſancientes. Quid Veteres legerint non diſputo; ſed nobis ענוי ut veſtigium antiquitatis retinendum, pro *Manſuetis*, a ענו idem cum ענו, unde in *plur.* per *Dag. Euphon.* ענוים ἀναλόγως, ut ab altera forma ענוים. Vides non de *Mendicabulis male tractatis* ſermonem eſſe; non etiam de *pauperibus* ſtricte ſic dictis; ſed de *gente piorum*, quorum notus in ſacris Character hicce, ſive *manſuetos* reddere placeat, ſive *inopes*, *debiles*, *adflictos*.

Verſ. 5. Comparatio obſcuriuſcula; quam alii ad *oppreſſores*, alii ad *oppreſſos* referunt, non una via. *Merc.* I. *Eleganti ſimilitudine eorum rapacitatem & immanitatem deſcribit, comparans eos onagris, qui inter feras efferatiſſimi, neque unquam manſueſcunt.* Laudat quoque *Vulgat.* quod inſeruerit, *Alii quaſi onagri* &c. Reliqua ſic evolvit, ut *Exire in opus ſuum*, ſive *artificium peculiare*, ſpectet ad *prædas quibus inhient*, qui *ferarum & onagrorum more ſibi ſuiſque victum quærant e deſerto*; quod expreſſum cenſet in ultima parte *Vſ.* Monet II. *Hebræos* intelligere *impios ex ſylvis & deſertis latrocinantes, raptoque viventes*: addens, *ſed ego non eo tantum refero, ſed generaliter, quod improbi onagrorum more, & ferarum, rapacitatem ubicumque poſſint, etiam intra urbes, exerceant* &c. &c. Iſti receptiſſimæ ſententiæ multa incommoda adhærent; inter alia quod Erud. *de Pined.* obſervet, *ex nullo probato auctore conſtare Onagrorum illam rapacitatem; cum potius conſtet eſſe pecus ignaviſſimum, ac valde timidum, ut qui viſo homine ſumma extemplo celeritate diffugiant.* Idem reperies apud *Boch. Hier. part.* 1. p. 878. qui *rationem ſimilitudinis* in eo tantum ſitam autumat, quod *prædonibus victus e ſolitudine ſuppetat, ut onagris, alioquin enim non eſſe eos e feris rapacibus.* Nec eſt quod *Gen.* 16: 12. & *Hoſ.* 8: 9. objiciatur, aperte enim alluditur ad *ingenium animalis ſolivagi, ſibi ſoli proſpicientis.* Nempe ut *Opp. L.* 3. recte ait

Χιλὸν ἔδει, φέρβει μιν ἄδην ποιηφόρος αἶα·
Ἀλλ' αὐτὸς κρατεροῖς ἀγαθὴ βόσις ἔπλετο θηρσί.

Fœnum edit, & tellus hunc gramine paſcit abunde;
At validis ille ipſe feris eſt præda cibuſque.

Adde *Eccleſiaſtic.* 13: 19. de quo mox plura: Itemque proverbium *Arabibus* ſolemne, quod in *Adag. Gol.* p. 84. extat

كل صيد في جوف الفرا

Omnis præda eſt in ventre onagri. Adhibetur *Hiſt. Tam.* p. 400. Crebra hujus *animalis* mentio apud *Poetas Arabum*, in *feritate ſolivaga*, & *fugacitate ad omnem rumorem trepida.* Illa occaſione *onager* pro ſcommate increbuit in *hominem ſui cerebri*, & *a ſocietate abhorrentem*; ad quod alluſum *Cap.* 6: 5. & 11: 12. Hæc omnia vix patiuntur, ut *Onagri* ad *Latrones in deſerto prædantes* traducantur, nedum ad *potentes* & *Tyrannos* qui in civitate vexant opprimuntque tenuiores. Nec ſcrupulos levat *de Pined.* III. *duo* aut *tria*, *Tyrannorum propria*, *hac comparatione indicari* ſtatuens. Primo *vivendi licentiam*, *impudentiam*, & *temeritatem.* Secundo *celeritatem diſcurrendi*, *ad male agendum.* Tertio, *feritatem incivilem*, & *inhumanam.* Hæc tria *unum* modo efficiunt; nec tamen tale, quod momentum idoneum ferat. Addit, *deſcribi* h. l. *univerſam principis Impii familiam*, *impietati ſtudentem*, *patrefamilias videlicet ad iniquitatem & rapinam præeunte: prout Onagri ſeſe duces præbent fœminarum in paſtum euntium.* Hæc ergo *quarta* foret convenientia; in qua *rapinam* admiſcet, quam antea onagris competere negaverat. Cl. *Cler.* ἀκοινωνητικὴν *improborum* potiſſimum reſpici autumat, *ſeorſim ab aliis ſibi conſulentium.* Vide & *Codurc.* qui *prædones Iſ-*

mae-

6 בשדה בלילו יקצורו וכרם רשע ילקשו׃

6 In agro pabulum ejus demetunt; & vineam improbi vindemiant.

7 ערום

7 Nudi

maelitas intelligit, cum ſuis נערים *pueris* i. e. *commilitonibus*, ſuetos in deſertis *vectare prædas & vivere rapto.* Adde *Grot.* qui *prædones* cum *onagris* pulchre comparari ait, *quod in ſolitariis locis deliteſcant.* Allegorice IV. omnia cepiſſe videtur *Calv. Conc.* XCI. ſummam *Vſ.* 4 & 5. ſic complexus, *Juſtos domi concluſos, vel & a recta via abductos, latitare; improbos contra vigere, & in plateis ſeſe oſtentare, ac regnare: quos aſinis ſylveſtribus comparet* Noſter, *ob velocitatem in maleficiis peragendis.* Ad phraſes, *Exire in opus*, & *mane ſurgere ad prædam*, notat, id fieri ab *onagris* hiſce, *ut proditionem & perfidiam erga proximos exerceant; ſallant; circumveniant; ad ſcortationes, artes, negotiationes improbas, ſe conſerant. Ad talia enim magnam partem hominum diligentiam ſuam applicare.* Ad eam rationem *ſolitudo* figuram præberet *locorum* unde *virtus & pietas exulant:* & ubi *opera tenebrarum regnant.* Subtiliore adhuc *Allegoria* V. *Onagros* ad *Hæreticos* deflexit *Gloſſa Ordin.* extra Eccleſiam vagantes. Nihil hactenus viſum, in quo acquieſci queat. Cl. *Cocc.* VI. per *Onagros* deſignari putat *operarios*, quorum *mercedes fraudatas ab improbis*, quatuor verſuum ambitus comprendat. *Hi pauperes vagi, exeuntes* בפעלם *operæ locandæ cauſa, ſi forte habeant* טרף *cibum (nam hæc iniquitas minor illa quæ Vſ.* 11.) *at pueris tamen ſuis nil lucrantur, ut illis vel panem dare poſſint; ſed dimittendi illi in campos incultos, ut herbas, radices, ſilveſtres fructus legant.* Laudat *Junium* ὁμόψηφον, & contra vulgarem opinionem urguet quoque, *Onagros ab indomita libertate, & indocilitate*, nec non *victu ærumnoſo*, ſed *innocente*, *noviſſe S. ſcripturam, non* autem *a ſævitia*, & *immanitate.* Vocabula *deſertum* & *ſolitudo* trahit ad *peſſimum morem, quo quicquid frugiferum, in poteſtate divitum, ita ut pauperibus nihil relictum ſit in cibum niſi nudus lapis.* Cl. *Schmid.* VII. etiam *onagros exeuntes ad opus* exponit *homines pauperes, agreſtes, laboribus duris aſſuetos, ex agriſque viventes:* ſed poſtremum colon ad *Improbos* refert, *qui mane ſurgentes ad prædam*, hoſce *miſeros operarios opprimere & concuſſionibus vexare* dicantur, atque ita *deſertum habere panem ſibi ſuiſque*, quatenus *etiam deſerticolas cogant ſibi ſolvere tantum tributi, ut familiæ improbæ panis inde ſufficiatur.* Poſtremum habet neſcio quid diluti; atque in totum coactiſſima partitio membrorum hujus verſiculi. Rotundius eſt, quod Cl. *Reim.* VIII. hæc ad *amplificationem miſeriæ pauperum* pertinere cenſeat, *qui a creditoribus ſuis fortunis ſedibuſque expulſi, cogantur in deſerta ſpes opeſque ſuas transferre, atque ritu Onagrorum ſolis in locis divagari, una cum parvulis ſuis, ad victum ſibi ex herbis radicibuſque vulſis comparandum.* Hoc ei eſt *diluculo ſurgere ad prædam*, non ſtricte, ſed late, *ad eſcam*, ex uſu noto Vocis טרף *Pſ.* 111: 5. *Prov.* 31: 15. *Mal.* 3: 10. Idem quoque intentum autumat formula, *Exire ad opus ſuum, unicum* vitæ tolerandæ *ſubſidium.* Similia fere habet *Bolduc.* IX. ſic commentans. *Ipſi pauperes hic dicuntur Onagri in Eremo, eo quod a potentioribus, tyranniſque, exactionibus onerati, coguntur non ſolum a via, i. e. converſatione declinare, ſed etiam domum relinquere, & ſicut onagri multitudinem hominum fugere, ut in ſolitudine ſecurius morentur.* Ei *Exire ad opus ſuum*, ſimplicius *laborem manuum* ſignat, *quotidiano victui parando.* Reliqua conveniunt; niſi quod nimis argute tentet ſub שחר לטרף *Nigreſcere ad victum;* pro *tam miſere victitare ut facies nigredinem contrahat.* Sepono item quod in *Juven.* protuli ex *Arabia*, ubi شخر eſt *rudere*, verbo ad ſonum ipſum expreſſo; quamvis & ibi indicaram, me receptam notionem retinere malle; ſed alterum illud in *Jobo* forte ferri poſſe. Non invenuſtum quidem eſſet *Rudere ad eſcam*; aſt tutius, & plenius, *mane ſurgere ad eſcam.* Quid ex hiſce poſtremis expoſitionibus proxime ſcopum contingat, ad *Vſ.* ſeq. pateſcet. Finio in loco *Eccleſiaſtic. Cap.* 13: 19. κυνηγία λεόντων ὄναγροι ἐν ἐρήμῳ,

 ἔτως

οὕτως· νομαὶ πλουσίων πτωχοί, *Venatio Leonum Onagri in deſerto; ſic prædæ*, ſive *paſtiones*, *Divitum ſunt pauperes.* Liquet, in proverbium abiiſſe *Onagros in deſerto*, pro *pauperibus prædæ expoſitis*; atque *Divites Raptores* comparari, non cum *Onagris*, ſed cum *Leonibus Onagros venantibus.*

Verſ. 6. Iterum in diverſa abitur. *Vulg.* I. *Agrum non ſuum demetunt, & vineam ejus quem vi oppreſſerunt, vindemiant.* Ad *Tyrannos* & *divites Oppreſſores* id pertineret, qui *metant, ubi non ſeminarunt.* בלילו ſejunctim, pro בלי לו *non Ejus*, ut LXX. & *Chald.* de qua Lectione, quin verior ſit, dubitandum non arbitratur III. *Grot.* רשע *impius* ex uſu judiciali, *qui reus peragitur, damnatus*, nunc *vi oppreſſus.* Neutrum ſatis ſimplex, ac tutum. Proximus Doct. *Crinſoz.* prius colon ſimiliter, poſterius ſic convertens, *vineam infortunati vindemiant.* Fundum illius notionis non addit; de quo nos aliquid infra. Nec abludit II. *Merc.* dans *In agro* alieno ſcil. *pabulum ejus demetunt; & vineam impii vindemiant.* Addit, *Hoc mirum videtur, quum ipſi ſint impii, quomodo vineam impii alterius vindemient, quum lupus lupinam non edit. Ideo varie intelligunt. Inter omnia vero ſimillimum*, vineam impii, eſſe, *Ejus quem illi habent pro impio, & ideo ſibi opprimendum judicant.* Apponit III. *vel certe* vineam impii *ex fine* q. d. *ideoque partam ſibi, quæ jam* vinea impii, *cum ipſi eam acquiſierunt, appellari queat.* Utrumque nimis argutum. Argutius adhuc IV. *Vatabl. In agro pabulum ejus* inopis *metunt; & vineam impii tarde vindemiant*, i. e. *poſtremam invadunt.* q. d. *Lupos hoſte raptores non edere Lupinam, niſi in extrema neceſſitate.* Itemque, quod V. ex R. *Levi* ſubnectit, *Vineam impii retardant.* i. e. *illam non attingunt, eique parcunt.* Nempe verbum לקש nuſpiam alibi occurrens, ex מלקוש *pluvia ſerotina*, augetur a plurimis notione *ſeros fructus legendi*: indeque *Nachmanid.* & *Kimchius* adhuc ſubtilius quid in non abſimilem ſenſum extuderunt, ut videri poterit apud *Merc.* Nonnulli inter quos *de Pined.* VI. רשע caſu recto, & *collective*, ad *præced.* & *ſeq.* ſimul extendunt, ut ſit, *Vineam Improbi vindemiant*, nempe *pauperis*, quem in priori membro quoque ſupplebunt. Recentavit hunc ſenſum Cl. *Cler.* eundemque intendebat *Caſtal.* adverbialiter reddens, *impie vindemiant vineas*, alienas nempe. E diverſo Cl. *Cocc.* poſt *Jun.* VII. exiſtimat *pauperes* induci *meſſores* agri improborum, *vindemiatoreſque vineæ eorum*, ἀμισθὶ καὶ ἀωρὶ ut LXX. habent. *Merc.* id *forſan non rejiciendum* cenſuit. Arriſit Doct. *Belgis*, qui quamvis *Vſ.* præc. ad *improbos* retuliſſent, hic tamen *Junio*, ut & *Piſcatori*, calculum adjecere. Huc quoque concedit Cl. *Schmid.* VIII. ſubtiliuſcule diſtinguens genera vexationum; nec non verbum לקש *racemationem* potius, quam *vindemiationem* deſignare credens, ut ſenſus ſit, *miſeros illos cogi a Divitibus* [illegible] *in ſerum autumni tempus, quo ultimi fructus colliguntur; ſine ulla mercede: quin ne racemationem, alias pauperibus debitam, ipſis relinqui.* Aliud IX. commentus *Bold.* ad *miſeros oppreſſos* diverſius hæc applicans, ut ſit, *in agro alieno, farraginem ſuam, reſcindunt*, & undiquaque oluſcula colligunt, in prandium, *& vineam improbi* oppreſſoris *ſero vindemiant.* Arena ſine calce; qua qui delectatur, ipſum adeat, in nihilo multa verba perdentem. Mihi ex iis, quas percenſui, expoſitionibus VII. maxime placeret, ad quam & Cl. *Reinc.* paraphraſin ſuam concinnavit. Expendi tamen X. velim, an non *vexatores miſerorum* introducantur, *Onagris paſtum* ſuum *invidentes.* Ille *paſtus*, illudve *pabulum*, recte בליל appellatur, coll. *Cap.* 6: 5. Hoc *demetunt*, & *Onagris paſtum ſuum ſurripiunt* potentes; quum *tenuiſſimæ fortunæ homines concutiunt, & exſugunt.* Eodem pertinere ſuſpicor alteram formulam, *Vineam vindemiant*, vel & *racemant*, cui aliquid proverbiale ſubeſſe colligere eſt ex *Eſaj.* 3: 14. *Vos depaſti eſtis vineam; rapina pauperis in ædibus veſtris.* Imago deſumta eſt a *feris in vineam irruentibus, eamque evaſtantibus.* An *Eccleſia* ibi figuretur, an *Reſpublica*, unde *ſeges aurea* tractantibus, an utrumque, non diſputo: ſed tantum ex illo loco non male confici putem, *depaſtionem vineæ* proverbialiter fuiſſe uſurpatam in *concuſſionibus, vexationibuſque apertis.* Hoc adſpectu, quocunque tandem pacto לקש exponatur, *vineam vindemiare*, vel *racemare*, erit *concuſſiones apertas exercere.* רשע autem non

7 עָרוֹם יָלִינוּ מִבְּלִי לְבוּשׁ וְאֵין כְּסוּת בַּקָּרָה׃

7 Nudi pernoctant ſine veſte; & non eſt tegumentum in frigore.

8 מִזֶּרֶם הָרִים יִרְטָבוּ וּמִבְּלִי מַחְסֶה חִבְּקוּ־צוּר׃

8 Ab inundatione montium madeſiunt, & quia nuſpiam receptus, amplexantur rupem.

9 יִגְזְלוּ

9 Ra-

non incommode deſignare poſſet *vexatum*, *miſeriis exagitatum*, ut *Cap.* 3: 17. vidimus. Si tamen רשע *collective* hic adhibitum contendas pro *importunis vexatoribus*, non eſt quod magnopere refragemur. Hinc & hinc eſt quod mentem dubiam trahat; atque rem aliorum judicio relinquere jubeat. Obverſatur mihi proverbialis formula, *Racemare vineam improbi*, pro, *extremam violentiam in concuſſionibus improbis exercere.*

Verſ. 7. De *oppreſſione violenta* agi, extra dubium eſt. Nonnulli citra copulam cum præced. *Vſ.* ut Doct. *Crinſoz.* Alii nexu arctiore, mox indicando. Ambigitur etiam circa ילינו quod aliis eſt *pernoctant*; aliis *pernoctare faciunt.* Poſterius prælatum a *Merc.* I. *Tantum abeſt ut mercedem laboris pro ſe inſumti illis rependant, ut etiam nudum faciant pernoctare pauperem, eum ſpoliantes.* Ei מבלי לבוש valet, *eo quod veſte careant, quam illis impii eripuere.* Similiter *Jun.* & *Trem.* dantes, *pernoctare cogunt abſque veſte.* Doct. *Belg.* ſimplicius, *pernoctare ſinunt abſque veſte.* Iſtam vim *partic.* מבלי addidit quidem *Nold.* ex hoc loco, aliiſque; ſed in omnibus illis plenius quid requiritur: etiam *Job.* 6: 6. Coactius eſt II quod Cl. *Guſſ.* ſub *rad.* לון ad *improbos* referri velit *intranſit:* ſupponens deſcribi *Latrones mendicos*, ad quos ob *vilitatem non attendatur*; quibus Noſter *tribuat perpeſſionem ærumnarum*, *quoſque ſimul accuſet*, *ut alios ærumnis ſubjicientes Vſ.* 10. *quem a tautologia liberari non poſſe* cenſet, *niſi Vſ.* 7. *ſic ſumatur.* Nobis iſti *Latrones mendici*, *nudi*, *ærumniſque obnoxii*, a ſerie videntur alieniſſimi. Rectius III. *Cocc. Schmid. Reim.* vocabulo ערום *collective* ſumto, & ad *pauperes oppreſſos* relato, *Nudi pernoctant*, *abſque veſte*; vel potius; *eo quod nulla illis veſtis reliqua* [Confer *Exod.* 22: 26. 27. Addere mihi liceat, luculenter illuſtrari imaginem *Vſ.* 6. & in ערום reflecti ad פראים *Onagros* & נערים *Laliſiones*; ut & hac in parte hi *vexatiſſimi* mortales *Aſinis Sylveſtribus* comparandi veniant, quod *Nudi ſub divo pernoctent*; *nihilque tegumenti ipſis ſit relictum*, *ad injurias aëris defendendas.* Cl. *Schmid.* qui *Vſ.* ſeq. incidit in ſuſpicionem *Allegoriæ*, eam hic commodius adhuc adhibere potuiſſet: ſed ut quod res eſt dicam, plus acuminis in talibus, quam luminis. Adi *Hieron.* & alios.

Verſ. 8. Cl. *Guſſ.* qui modo *Latrones* deſcribi opinabatur *Mendicos*, *graſſaturis* victitantes, iiſdem & hunc *Vſ.* applicare coactus fuit; quamvis nihil diſerte monuerit. Id ex *Vſ.* 5. Ei adhæſiſſe putem; ubi *Onagrorum* Emblemate *Latrunculos* notati volebant magni Interp. Iidem tamen hunc *Vſ.* ad *miſeros* ab illis *ſpoliatos* & *excuſſos* referre non dubitarunt: quamvis etiam ad *prædones* e Veteribus nonnulli eum retraxerint. *Merc.* concipit *pauperes a Divitibus pulſos*, *qui in montes profugi*, *illic*, *quod veſte careant*, *nudi ſeſe exponere cogantur aquis quæ a montibus decurrunt* &c. Sed recte *Schmid. Quid veſtis prodeſt adverſus inundationem aquarum*, *quum & ipſa madefiat?* Rectiſſime quoque hæc pertinere cenſet *ad locum habitationis horum pauperum*, *qui comparati fuerant Onagris in deſerto*; *ubi vivant obnoxii inundationibus montium*, *unde aquæ nivales & pluviales decurrant.* Addit alia adhuc, quæ melius omiſiſſet: inter quæ & *Allegoricus* ille *conſpectus*, quo *inundatio montium* deſignaret *violentiſſimam oppreſſionem impiorum*, *qui inſtar montium magni & potentes ſint*; *qua oppreſſione pauperes illi cogantur confugere ad Rupes potius*, i. e. *immaniſſimos populos*, *ut miſericordiam & ſalutem apud ipſos inveniant.* Olim talia licebant; quum ſola litera contentis eſſe non

9 Rapiunt ab ubere pupillum; & *quod* ſuper inopem pignerantur.

9 יגזלו משד יתום ועל־עני יחבלו׃

10 Nu-

10 ערום

non licebat. Fateor זרם *violentiam & oppreſſionem* pingere *Eſaj.* 25. 4. ubi & *v.* 5. זרים vulgo *plur.* a זר, poſſet eſſe *ſing.* a זרם, in hunc ſenſum, *tanquam æſtu in ſiccitate tumultum torrentis deprimes:* ut *Eſaj.* 1: 7. כמהפכת זרים *tanquam everſio Torrentis de monte præceps acti.* Attamen contextum noſtrum *de aquis torrentibus* agere, ad literam ſumendis, *deque ſedibus miſerorum*, qui tanquam *Onagri in deſertis*, omnibus *cœli ſolique injuriis expoſiti* vivunt, paucula ex ſcriniis *Arabum* depromta docebunt. Epicedium in *Hamaſa*,

فتي كان مولاه يحلّ بنجوة
فحل المولي بعده بمسيل ۞

Vir cujus propinquus in colle habitabat,
At habitant propinqui poſt mortem ejus in valle torrentibus expoſita.

Ad ea *Taurizius*: ضرب النجوة والمسيل مثلا للعز والذل ويريد انه كان ينزل علي نجوة من الارض تعرضا للاضياف فحل المولي بعد موتة بالمنخفض من الارض لانهم افتقروا وليس عندهم ما يقرون به الضيف ولا ينزل التلاع الا شجاع او كريم ولا ينزل الوهاد الا لئيم او فقير والنجوة المكان المرتفع ينجو به من نزله من السيل قال الراجز

انا حريث بن زيد الخيل ۞
ينشق عن بيتي اتي السيل ۞

يعني انه لا يبالي بنوايب الدهر

Figurate collem, & convallem torrentibus obnoxiam, ad illuſtrem & vilem conditionem tranſtulit: q. d. *Eum antea habitaſſe ſuper terra editiore excipiendis hoſpitibus, ad eum convenientibus; at poſt mortem ejus propinquos habitaſſe in depreſſo terræ loco; utpote ad paupertatem redactos, nec amplius habentes, quo hoſpites excipiant. In collibus autem non habitant, niſi ſtrenui, & nobiles; ut in vallibus tantum degunt ignobiles, & pauperes. Locus editus Nesjwa dictus, quod torrentem effugiat, qui eum inſederit. Ait Poeta*

Ego ſum Horaiths filius Zaidel-Chayl.
Finditur a mea domo torrens ſubito emergens.

Innuit ſe parum curare Fortunæ adverſa. Similia produxi ad *Harir. Conſ.* 3. p. 144. unde diſcas duplicem ob rationem *Nobiles Diviteſque Arabes in collibus fere reſidere*; primam, *ut a torrentibus tuti ſint*; ſecundam, *ut ignis procul reluceat, & hoſpites alliciat de nocte.* Iterum *Harir. Conſ.* 13.

وموطني بعد اليفاع الحضيض

Et ſedes mea poſt collem facta eſt convallis depreſſior.

I. e. *Ex opulento inops evaſi.* Denique, ne longior ſim, *Hamaſa*

ويابي الذمّ لي انّي كريم
وانّ محلّي القَبَل اليفاع ۞

Et

10 ערום הלכו בלי לבוש ורעבים
נשאו עמר׃

10 Nudum ire faciunt ſine veſtimento; & famelici portant manipulum.

11 בין

11 In-

Et depellit a me ignominiam, quod liberalis ſim:
Quodque manſio mea ſit collis editus.

Elegantiſſime dictum, *a fluxu torrente montium madeſcunt*, quatenus videlicet *inundationibus perpetuis obnoxii ſunt*; non ſine *periculo* ſæpe *vitæ*; quorſum ſpectat ultimum Colon, quo indicatur, *refugium ab aquis torrentibus nullum relictum* hiſce calamitoſis, quam *rupes duriſſimas*, *hominibus* tamen ipſis *humaniores*, quas *amplexari* debeant velut, ſive, ad *tempus*, donec *impetus* ille *torrentium* tranſierit; ſive *in totum*, *antra*, & *cavernas*, *inhabitare* coacti.

Verſ. 9. Ad alia ſcelera pergitur; vel ut Cl. *Schmid.* mavult, reditur ad *divitum violentias:* etenim ad *Latrunculos* hæc referenda, quorum *miſeria* deſcripta eſſet *Vſ.* 7. 8. parum veriſimile. Cl. *Cocc. Vſ.* 9. 10. 11. enotari cenſet *immiſericordiam crudelem*, 1. *in auferendo* a. *indebito*, *Rapiunt ex calamitate pupilli* b. *debito*; *inopem*, vel, *quod eſt ſuper inopem pignerantur. Nudos faciunt ire ſine veſte: & famelicos* quod *attinet auferunt manipulum.* 2. *In non reddendo debito. Vſ.* 11. & 3. *in non largiendo ſuperfluo ad vitam pauperum ſervandam. Vſ.* 12. Hæc ſubtiliuſcule diſtincta. In priori membro I. ſecutus eſt *Nachmanidem*, cui *ex vaſtitate pupilli rapere*, eſt, *pupillo eripere exiguum id, quod ei e bonis paternis antea direptis ſupereſſe poterat.* Similiter Doct. *Tigur. Rapiunt pupillo, quod poſt Vaſtationem relictum fuerat.* Paulo aliter *Vulgat. Vim fecerunt deprædantes pupillos.* Ita משד valeret potius *præ vaſtitate*, vel *violentia.* Id prælatum a Doct. *Crinſoz.* Extra terminos abit D. *Hoſm. Rapiunt ex vaſtitate pupillum*; *eumque apud* alios *pauperes pignerant.* q. d. *providentiam occultam Dei curare*, *ut dum mali pupillos rapiant*, *& pignori opponant apud Eremicolas*, *eoſdem ex majoribus ærumnis eripiant.* Talia fieri quis neget? ſed parum nunc hiſce loci. Commodior ratio II. eorum, quibus שד eſt *mamma*, ut *Eſaj.* 60: 16. & 66: 11. non ex *Rabbinica* illa *argutia*, quaſi *Uber* eſſet *id unde vivebant pupilli*, prout *uber glebæ* dicitur *figurate:* non etiam, *inde a mamma pupillum*; in quo parum ponderis: ſed ſimpliciter, *ab ubere materno rapiunt pupillum.* Hoc *Merc.* cum quo plerique ſtant, ſic exponit, *Ab uberibus matrum eos abripiunt*, *matribus in duram ſervitutem adactis*; *aut alio aliquo modo mammam illis ante tempus eripiunt.* At *Schmid. pignoris loco raptum a mamma parvulum & in ſervitutem datum*, mallet; arctiore nexu cum ſeq. membro. Idem jam in mentem venerat *Bolducio*, qui *Eſaj.* 10: 2. de eadem hac *violentia*) *Exactorum* & *Fœneratorum* explicuit. Adde Doct. *Cler.* & *Reim.* huc concedentes, quibus lubens ſubſcripſerim.

Ibid. Aliquantulum ſcrupuli in ſtructura poſter. membri. *Vulgat.* I. *Et Vulgum pauperem ſpoliaverunt.* Aliquid arguti captatum in על. *Merc.* II. *ſuper pauperem pignus capiunt*; eo ſenſu quo *Tigurin. Cum injuria humilium pignus accipiunt.* Eodem redit *Schmidii*, *ſuper pauperem pignus imponunt*, quodcunque tandem illud ſit. Preſſius III. *Bolduc.* ſupplet *pupillum*, *qui* dicatur *in pignus capi ſuper pauperem*, *ut*, *ni redimatur*, *mancupio ſit.* In his omnibus על importat *debitum*, & *obligationem.* Dicere non auſim, conſtructionem iſtam a genio Linguæ abhorrere: quum tamen alibi *accuſat.* regat חבל, præferendum cenſeo IV. quod *R. Levi* attulit מה שעל עני והוא לבושו *id quod eſt ſupra pauperem*, *veſtimentum ejus.* Secuti *Vatabl. Jun. Belg. Guſſ.* ſub *rad.* חבל, *Reim.* &c. &c. Crebra hæc *particula* in *veſtitu. Joſ.* 9: 5. 1 *Chron.* 15: 27. & 18: 7. *Deut.* 8: 4. & 22: 5. & 29: 4. *Rut.* 3: 3. 15. *Ellipſis* non abſimilis *Deut.* 7: 25. ubi עליהם pro אשר עליהם *quod ſuper illis, quo tecti ſunt.* Apud *Arabes* عطي percre-

buit

11 Inter pedamenta eorum meridiantur, lacus calcant, & ſitiunt.

12 Eo

11 בין שורתם יצהירו יקבים דרכו ויצמאו׃

12 מעיר

buit in eundem uſum. *Hiſt. Tam.* p. 99. فسحبوه سحب الكلاب ومزقوا ما عليه من ثياب *Et traxerunt eum, prout canes trahuntur, & quicquid ſuper eum veſtium dilacerarunt.* Adde *Abulphar.* 205. 290. 291. 334. *Hiſt. Sar.* p. 197. &c. &c. *Harir. Conſ.* 4. *Donec notavi Abazeydum & filium ejus confabulantes*; وعليهما بردان رثان *& quidem veſtitos laceris veſtibus.*

Verſ. 10. Fruſtra ſunt, I. qui ad *Latrunculos* hæc reducunt; inter quos Cl. *Guſſ.* ut ad *Vſ.* 7. viſum. Ad *divites oppreſſores* II. referunt *Merc. Jun. Belg. Cocc. Schmid. Cler. Crinſoz.* &c. הלכו accipientes tranſit: *ire faciunt, cogunt* &c. cum aliqua tamen differentia, circa ſtructuram, & nexum. *Merc.* enim hic *diurnas veſtes* miſeris *ereptas* cogitat, ut paulo ante *nocturnas*. Alterum ſic ſupplet; *Et famelici ſunt*, qui *geſtarant manipulum, comportarantque ſibi, unde vitam ſuſtentarent.* At *Jun. Nudum ire cogunt abſque veſtitu; & famelicos* qui *portant manipulos.* i. e. *Vacuos remittunt operarios abſque mercede & alimento ſuo.* Similiter fere *Grot.* Subtilius *Schmid. veſtem quoque pro pignore eripiunt* debitori inopi; *quia famelici* illi *portant manipulum ſuum* diu expectatum creditori, ad debita ſolvenda, vel pignora redimenda. Liberiuſcule *Crinſoz. Exſpoliant illum qui non habet quo tegat ſe; & eripitur enectis fame etiam ultimus manipulus.* Idemne voluit *Cocc.*? extrema dans, *Et famelicos* quod attinet, *auferunt manipulum.* Eodem certe exit illud *Cler. Et eſurientibus manipulum rapiunt.* Totam ſeriem ſic extulit *Vulg. Nudis & incedentibus abſque veſtitu, & eſurientibus tulerunt ſpicas.* Nempe הלך in *Pih.* eſt *intranſitivum.* Cl. *Reim.* III. urget *illam vim*, atque ita connectit cum præced. *Vſ. Tunc incedunt nudi & ſine veſte; & famelici* inſuper debent *inferre* in horrea *manipulos* divitis improbi tempore meſſis. Revera הִלֵּךְ viginti, & ultra, locis ſic venit. Id retinuerim, pro *diſcurſare, ultro citroque ire*, quod proprie *famulorum* eſt in ampla familia. Sic ſenſus foret, *debitores* illos *in ſervitutem* tandem *redactos* a *Creditoribus, nudos diſcurſitare, ſervilia opera obeundo; & ne in domo quidem divitis Heri habere quo membra tegant*: prout *famelicum* quoque *ventrem explere* ipſis negatur, tum quum maxime indigent ſtomachi fultura ruentis, *bajulandis manipulis defeſſi.* Poſſes & de *avaritia* ac *ſævitia* improborum divitum *in ſervitia ſua* generatim contextum huncce explicare, ſive *tranſitivam* ſive *intranſitivam* verbi poteſtatem ſequare.

Verſ. 11. Non placet I. quod *Merc.* adfert, *intra parietes ſuos*, vel, *intra ordines ſuos, oleum faciunt* pauperes; *torcularia calcant*, ſua ſcil. ut vinum ſuum faciant, & tamen *ſitiunt*; *vino & oleo illis erepto.* Addit, *intra parietes proprios metu divitum impiorum*, vel potius, *inter ordines olivarum ſuarum.* Id parum veriſimile; ſive *rem* ſpectes, ſive adjectam *rationem.* Monet alios II. *adſ.* in שורותם *ad improbos* referre, *quaſi pauperes in trapetis & prælis impiorum oleum & vinum premant, & tamen ſitiant, quod mercede fraudentur; quia nec bibere ſinantur inter laborem.* Cenſet prius eſſe præferendum, quod *major* in eo ſit *inhumanitas.* Contrarium non immerito quis contenderet: ſeries præterea non admittit tales oppreſſos, qui *ſua* adhuc *præla*, ſua *exercere* poſſint *torcularia*: ac proinde Doct. *Crinſozio* priorem ſenſum præ altero commendanti, non acceſſerim; quamvis & *Calv.* aliique huc concedant. Conturbat plane *Nachmanid.* III. quaſi *Divites avari* dicantur *oleum facere in trapetis pauperum ex manipulis olivarum, quos ipſis eripuerunt.* Nec valde limpidum IV. quod Cl. *Schmid.* inducit *pauperes oleum ſuum exprimentes trapetis impiorum: Creditore nempe non permittente ut ſuiſmet prælis id faciant Debitores, ne pro ſe aliquid retineant. Similiter in muſto.* Audaciuſcule *Codurc.* V. hæc proverbialiter detorquet in *Divites avaros, eo ardentius ſitientes, quo adfluentius opes haurire datur*: q. d. *Illis hominibus diffluunt oleo Præla; Lacus vino; & tamen*

12 מעיר מתים ינאקו ונפש־
חללים תשוע ואלוה לא־ישים תפלה׃
13 המה

12 Eo quod vindicta nulla ſit, homines gemunt; & anima cædi permiſſorum quiritatur: at Deus non curat ſputationem *querulorum.*
13 Ipſi

men inſatiabili cupidine habendi flagrant; *noviſque ſemper prædis inhiant.* Idem obverſatum putem *Druſio*, danti, *intra muros ſuos*, vel *ordines olearum*, *exprimunt oleum*; *Torcularia calcant*, *& ſitiunt.* q. d. *in magna copia ſitiunt*, *ut Tantalus in mediis aquis.* Cl. *Cler.* & *Reim.* VI. ad ſenſum *num.* II. poſitum, ita vertunt, & ſupplent, *intra muros eorum oleum exprimunt*, nec eo utuntur; *calcant torcularia*, *& ſitiunt.* Quaſi notaretur *illiberalitas divitum*, *qui dure & ſordide ſe gerunt erga mercenarios*, & *operas*, *quibus utuntur.* Notionem minus certam ꝯ הצהיר, ex *Arab.* صهر *Liquavit* ſatis adfirmari quoque cenſuit *Cler.* ut יצהר *oleum* inde dictum quaſi *Liquamen* monuerunt Doct. *Hott.* & *Crom.* Ad eam rationem dici poſſet, VII. *ſordidam avaritiam Divitum erga familiam propriam*, perſtringi; ſecundum ſeriem *Vſ. præc.* indicatam. Huc vocat בין שורותם *intra parietes eorum*, quod ne ipſos *domeſticos* quidem *injuriæ & oppreſſioni* exemtos inſinuare videtur. Incudi VIII. reddendum reſtat, quod in *Juvenil.* tentavi poſt *Vulgat.* qui habet, *Inter acervos eorum meridiati ſunt*, *qui torcularibus calcatis ſitiunt.* Reſpexit ad צהרים *Meridies*; unde הצהיר *Meridiari* rite deduci fruſtra negaretur; quum *Arabes* diſerte اظهر iſtoc uſu donatum doceant, quod *Gjauhario* eſt سار في وقت الظهر *Meridie iter*, *vel alind aliquod opus*, *fecit.* Eſt etiam اظهر *meridiem attigit*, *ad meridiem pervenit*, in illo *Diw. Hud.*

واظلم يومي بعد ما كنت مظهرا

Obſcuravitque diem meum Mors ejus *quum jam meridiem tangerem.*

En aliud adhuc arcanum Linguæ, ex *Camuſo* الظهيرة حين انتصاف النهار وانما ذلك في القيظ واظهروا دخلوا فيها *Forma* צהירה *denotat ipſum meridiei punctum quaſi*, *ſive ἀκμὴν*, *præſertim in æſtate*; *indeque* אצהרו *notat ingreſſi ſunt illam horam.* Non valde felicem interim operam Interpreti ſuo navavit *de Pined.* ad neſcio quæ frivola delapſus, quaſi ipſi *divites Raptores meridiari* dicerentur *& diem diffindere ſomno*, *poſt laſcivas epulas & comeſſationes* &c. quum genuinus ei adſpectus præ manibus eſſet, ut *egeni meridiari* dicantur *inter acervos frugum*, i. e. *ad meridiem uſque laborare*; vel *a laborando non interſpirare*; *ſed medii diei æſtum pati debere*, *ſiti arentes*, *& defecti.* Ita in animadvſ. primis locum hunc explicandum ſuſpicabar; jam autem video *Bolducio* idem in mentem fuiſſe, cui *meridiari* eſt *ſtare*, *morari in loco aperto*, *ſine ullo umbraculo*, *tempore æſtus meridiei*: itemque *Vavaſſori*, qui *verbum Meridiandi facere* ait *ad exaggerandam immanitatem eorum*, *qui in ſummo æſtu nihil laticis adſpergunt ſitibundis illis.* Non abludit hinc alter uſus verbi صهر *ardore læſit* ſol: unde *Vir Doct.* apud Cl. *Mich.* ad h. l. promſit, *dolorem capitis a ſole patiuntur.* Quid jam præferendum ſit, *Oleum facere*, ex יצהר, an *meridiari* ex צהרים? non definio: quemadmodum & in medio relictum malim, *muroſne* notet nunc vox שורות, an *ordines*, *ſerieſve*, *olearum*, vel *vitium*, in *agris.* Cl. *Guſſ.* ſub שור, urguet *Muros*, cenſens deſcribi *mancipia operi ruſtico in carcere*, *& quaſi in ergaſtulo*, *addi-*

 cta:

cta: addenſque, *neſcio cur exponatur ordines.* Dicam. Quia *Ergaſtulis* illis, vel & *parietibus muriſve ædium* in genere, parum loci credebatur. Cl. *Schmid.* ſatis ſicce, *Mercero* ſe opponens, *Credimus*, inquit, *oleum inter muros, inter quos torcularia, ſeu prœla, erant, expreſſum eſſe.* Alii æque ſicce dicerent, *non credimus:* quin rationem adderent, *in illis fere regionibus* ut *areas*, ita *torcularia ſub divo fuiſſe, mediis in vineis.* Sic credere jubet *Eſaj.* 5: 2. &c. *De maceriis*, quibus *vineæ ſeptæ* cogitari forte poſſet. Apud *Arabes* سور שור eſt *murus urbis*; ſed سورة שורה *ſtrues, ſerieſve lapidum in muro*, quaſi *murationem* dicas. Eodem ſpectat gloſſa *Gjauharii*, السورة كل منزلة في البناء Cl. *Gol.* dedit, *manſio ſtructa, excelſumve ejus opus*; ſed rectius dederis, *omnis ſtructura quæ exædificatur*, vel *omnis ſtrues in ædificatione quæcumque.* Inde *Alcorani Suræ*, ſive *Suratæ* nomen traxerunt, quaſi *ſtructuræ, & ſeries capitum.* Ad *ſeries pergulatas vitium* &c. tranſlata fuiſſe hæc duo vocabula שור & שורה veriſimillimum ex iis quæ Doctiſſ. noſter *Hackm.* eleganter expoſuit in *Præcid Sacr.* p. 59. 60. 62. ad *Gen.* 49: 22. & *Jer.* 5: 10. ubi שרות ita *muros* ſignat, ut ſimul alludatur ad *pergulatas ſeries vinearum.*

Verſ. 12. Intricatus locus: cujus nec prima pars clara; & poſtrema multo obſcuriſſima. Primam, quæ claudit Catalogum hactenus contextum, ſic vertit I. *Vulgat. De civitatibus fecerunt gemere Viros, & anima vulneratorum clamavit.* Ad hæc *de Pined. Non in agro ſolum graſſata eſt potentum injuria, ſed etiam in ipſis urbibus, & media hominum frequentia* &c. Paria dabit *Vavaſſ.* Præiverat *Merc. Eſt velut Epiphonema ad ſuperiora. Denique tanta eſt, inquit, improborum violentia, ut non clam tantum, aut, foris, ſed & propalam, in conſpectu omnium, homines opprimant; atque etiam ex ipſis urbibus audiatur miſerorum vox, animam efflantium nullo miſerente, aut opem ferente, aut jus reddente ne Deo quidem. Et tamen ſicubi jus erat reddendum, intra civitates erat reddendum* &c. &c. Conſimiliter *Jun. Druſ. Piſc. Belg.* &c. &c. Iſte nexus non adeo expeditus tamen; & oppoſitio nimis abrupta. Id anſam dedit *Bolducio* II. ſic copulandi, *Cives cum tantam in operarios pauperes ſævitiam exerceri audiunt, vel vident, commiſeratione ducti, lamentabili voce ingemiſcunt, Deumque vindicem expoſcunt.* In ſeq. membro חללים exponit, *excommunicatos, & infamia publica notatos miſeros illos debitores; qui ab Exactoribus crudeliter vexati, coacti fuerint in ſola loca, ſpeluncas, & cavernas terræ, diffugere.* Hanc vim ex notione *polluti*, vel *profani*, exſculpit, de quo mox plura. Cl. *Cocc.* III. utrumque applicuit ad *miſeros oppreſſos*, ita continuans, *pauperes vel iſtis modis fraudati, vel crudeliter neglecti, quotidie quaſi emoriuntur, & diutino agone luctantur, ita gementes, & ſingultim anhelantes, ut qui jam animam exhalaturi ſint: denique etiam exanimantur, fame, mœrore, incommodis, enecti. Idque fit* ab urbe, *ut ſcias nullos eſſe vindices in populo, & populum ipſum iſtiuſmodi peccatorum reum. Jobus* nempe *hic ea ſcelera accuſat, quæ in loco judicii, & Juſtitiæ, regnant.* Hoc adſpectu מעיר *ex urbe*, eſſet *e media civitate, in talem oppreſſionem conſpirante*, vel *ad eandem connivente*; quorſum etiam *Mercerum* collineaſſe vidimus. Cl. *Schmid.* mallet IV. *oppreſſionem toti civitati incumbentem ſæpe*; ita ſeriem ſtruens, *ex urbe tota homines gemunt, inter quos maxime confoſſi clamant, nam & eo ſceleris progrediuntur oppreſſores, ut homines confodiant.* Non abſimiliter Doct. *Crinſoz. In urbibus homines ingemiſcunt* ſub mille oppreſſionibus; *animæ letaliter ſauciæ vociferationes in cœlum ſubmittunt.* Eodem tendit *Codurc. Clamor omnium oritur ob illatas injurias.* Non tam plauſibilis V. ſententia Cl. *Cler.* qui vult *reſpici ad calamitatem miſeræ urbis, quæ capta ab exercitu, aut latronibus, ad internecionem deletur: quam immanitatem Deus non vindicet.* מתים *mortuos* hic ſonare tendit, ut *mortui gemere* dicantur eadem ratione, qua mox *animæ confoſſorum vociferari*; i. e. *flagitare a Deo ultionem.* Omittere potuiſſet, *Non quod crederet Jobus animos mortuorum vivere; ſed figurate.* Verebaturne, ne *pugionem* hinc arriperemus, opinioni ejus confodiendæ? Non poſſum quin reponam VI. quod in *Juven.* tentatum ad lucem *Arabici* غار

med.

med. *je*, cujus 3. *ſignif.* apud *Gol.* eſt, *Expiavit cæſum*, *prætii mulctæve ſolutione*: & غير עיר itemque غيرة עירה *piamentum cædis*, *piaculum. Mulcta.* Inde dabam, *propter piaculum homines ingemiſcunt*, ad Deum, & *anima trucidatorum clamat vindictam.* Addebam, quod tamen minus neceſſarium, מתים reddi poſſe, *Occiſi*; ut ſit, *Clamant ob piaculum cæſorum.* Poſſes & *ob piaculum gemunt cæſi*, quod cum ſeq. membro ſat belle conſiſteret. Sed מתים pro *Hominibus* non libenter dimitto; & VII. proponam, quod plenius arbitror. *Quia piaculum nullum*, *homines ingemiſcunt*, &c. *Eo quod vindicta nulla* ipſis contingat, nec a parte hominum, nec a parte Dei. Significationi iſti plus forte tribuetur, ſi ejus *Originem* oſtendero a עור *vigilare*, *excitatum eſſe*, unde ſpeciatim, *Zelare*, *Zelotem agere*, & *Vindicem*, quod & غار, ut monui ſupra *Cap.* 8: 6. Non ergo *peregrina*, ſed *domeſtica* poteſtas hæc cenſenda. Dubitari certe nequit, ſi quis Veteris Linguæ opes ſibi repræſentet, quin forma עיר a עור latiorem tenuerit dictionem. *Jer.* 15: 8. והפלתי עליה עיר ובהלות Cl. *Cocc.* *immiſi in eam vigilias & conſternationes.* Ego in *Animadvs. philol.* conabar *turbationem mentis*, quæ & غير; ſed quid ſi *vindictam Divinitus exigendam* intelligamus?

Ibid. Ante vero, quam aliquid de hiſce conſtituatur, figenda pars extrema, majoribus adhuc fluctibus jactata. *Vulg.* I. dat, *Et Deus inultum abire non patitur.* Obſervat iterum *de Pined.* in *Hebr.* eſſe *Deus non ponit inſulſum* i. e. *nihil relinquit ſine ſale juſtitiæ & vindictæ ſuæ.* Acumine uno non contentus, id conduplicat, *Deus tantam improbitatem*, & *licentiam*, *quaſi ſalitam*, & *in extremum Judicium puniendam reſervat.* Hoc merito בלי מלח ſine ſale pronunciat *Cocc.* Meliore judicio *Vavaſſ.* utendum cenſet *interrogatione* ad *negationem*, *Et* tamen *Deus non ponit abſurditatem?* *Et* tamen *Deus nil inultum patitur abire?* ut vos, Amici, tenditis. Similiter *Caſtal.* Hac *Interrog.* uſos *Chaldæum & nonnullos Hebræorum* monet *Merc.* Ipſe II. *Et Deus non ponit abſurditatem*, ſic declarat, *in factis & rebus eorum nil abſurde interponit*; *nihil illis accidere patitur*, *aut immittit*, *quod vel tantillum illis ſit inſipidum*, i. e. *illis diſpliceat.*, *parumve ſuccedat.* Ad eam rationem, valde coactam, revocat *Bold.* verſionem *Vatabli*, *Et Deus non ponit prohibitionem*; quaſi intendiſſet *inſulſum*, & *palato naturæ ingratum quid*, *malum* nempe pœnæ, *quod Deus improborum conatibus opponere poſſet*: *quem ſenſum nemini recte judicanti ingratum fore*, exiſtimar. *Grot.* etiam hic appoſuit, *in Hebræo* eſſe, *Et Deus non ponit prohibitionem.* Mirabar, unde tam ſecurus hoc adfirmaret τὸ πάνυ; quum *Lib. Rad. Kimchii* inſpecto, fontem detexi. Ille ſcil. vim radicis תפל enucleans, ea ſignari ait דבר גרוע שאין בו טעם *Rem defectu præditam*, *in qua nullus ſapor.* Belle! quaſi a *defectu* deventum eſſet ad notionem *inſulſi.* Addit, textum noſtrum ita explanandum, לא ישים להם גרעון ומניעה על מעשיהם *Non ponit illis defectum*, & *impedimentum*, *adverſus opera illorum.* Hæc princeps ille Lexicographorum; infeliciter ſane hic applicans primariam, quam ſibi finxerat, vim. Inde apparet fruſtra eſſe *Bolducium*, & in eo, quod ex *Vatabl.* adduxit, & in III. illo, quod ipſe ex *Kimch.* profert, quem ait hic intellexiſſe *rem deficientem aliqua juſtitiæ & æquitatis circumſtantia*; quaſi negaretur, *Deum quicquam facere ſapientia ac juſtitia deſtitutum*, &c. Ad iſtum ſenſum expreſſit *Jun.* ex *inſulſi* poteſtate, *Et* tamen *inſulſitatem non deſignat Deus.* Male ſubjicitur in notis: *Non ſinit pergere & confirmari tam inſulſam adminiſtrationem*: nam ut recte *Cocc.* & *coacta eſt iſta explicatio*, & *aliena a mente Jobi*, *qui toto Cap. oſtendit improbos vel non puniri*, *vel leniter tolli*; *itaque peccata non impediri.* Paulo commodius quidem Doct. *Belg. Reim.* aliique, *Et* tamen *Deus nihil facit abſurdi*, quantumvis ad ſcelera tanta conniveat. Sed parum reſpondet iſta ſententia *Affectui*, quo Noſter accenſus; unde *interrog. negantem* a multis adſcitam num. I. vidimus: a qua & Cl. *Cocc.* non alienus.

Il-

Ille tamen IV. maluit, *Et Deus non ponit ſtultitiam.* q. d. *Adeo non imputat illis ſcelera, ut ne μωρίας quidem, & facta illepida, atque inſipida.* Vel preſſius adhuc, *Adeo non punit improbos, ut talia ſcelera ne pro factis quidem inſulſis, ac laude carentibus, ipſis imputare videatur.* Præiverat *Deod. Deus non imputat ipſis irrationabile quicquam.* Subdit, *ſin velis ponere in executione, erit* inſulſitas *metonymice caſtigatio conveniens inſulſitati.* Hoc V. voluiſſe putem *Jarchium*, ut ſit, *Et Deus non imponit ipſis fatuitatem, pœnam ab iis exigendo:* vel ut Cl. *Mich. Non proponit, aut demonſtrat abſurditatem ipſis*, vindictam ſumendo. Eodem tendit, ſed audaciore conatu, VI. *Codurc. Non tamen Deus portentum facit.* i. e. *Nullum propterea exemplum ſtatuit in illis. Nihil illis contingit extraordinarium.* Ait, *hanc eſſe germanam loci ſententiam, quæ nulli interpretum innotuerit.* Fidentiam admirere, qua ut dubio vacuum inculcatur, תפלה eſſe *Monſtrum, aliquid novum, inauditum, horrendum*, idem cum נכר. Eam vim non ex תפל Eum extudiſſe ſuſpicor, ſed ex פלא *Mirabilis, monſtri ſimilis fuit.* Inde per ת ſervile, & ה pro א, exire potuiſſe תִּפְלָה pro *Monſtro*, ſive *portento*, non præfracte negaverim; ſed nec citra auctoritatem id adfirmandum tam ſecure; nec, ſi verum eſſet, ſequendum exiſtimarem; quod *ſupplicium atrox*, & *horrendum exemplum*, nimis grave videatur in ſerie, quæ *Omnia Dei ſupplicia, etiam leviora*, ab improbis removet. Ad hanc mentem *Crinſoz.* VII. dare non dubitavit, *Et Deus non videtur attendere haſce confuſiones.* In *Hebræo* eſſe ait, *Et Deus non curat res inordinatas:* adjungitque, levicula mutatione futurum, *Et Deus non curat preces* eorum: ſenſu appoſitiſſimo. Reſpicitur ad תְּפִלָּה *precatio*, quæ & *Calvino* non aliena a contextu noſtro viſa, *Conc.* XCII. præfert tamen, *Et Deus non opponit ſe*; vel, *Et Deus nihil iniqui agit.* Hæc duo ſuperius diſcuſſa. Cum priori iſta ratione *Doct. Crinſoz.* convenit VIII. verſio *Cler. ſed Deus ad flagitium non adjicit* animum. Cur תפלה *grave flagitium*, aut *ſcelus immane* notare contendat, non video: nam nec *Origo* illuc ducit, nec uſus, nec adeo filum. Aliquid ſubtilius ad Cohærentiam quæſivit IX. Cl. *Schmid.* cum *interrogatione* aſſumens *Objectionem*, quam hic Amicorum nomine inſerat Noſter, *Et Deus non ponit abſurditatem* ob oculos? *Ergone* dicis, & doces, *Deo non diſplicere ſcelera, neque impios ob ea puniri? Ergone* Deus impiis *nullam abſurditatem ante oculos proponit?* Ab illa *objectione* novum *Jobo*, & ſuperiori contrarium, impetum tribuit, quo *impiorum redargutiones* & *pœnas* proſequatur, ut mox indicabo ad *Vſ.* 13. Non nimium dixerit, qui hoc appellarit, *Jobi* mentem ad ſuam redigere, non *Jobi* illam, æſtu magno ferventem, debita circumſpectione enucleare. Etenim 1. quam incommode inſerta illa *Objectio*, in fine verſus? 2. quam precaria quoque eadem? Addo 3. quam abſona? An non *Jobus* diſertiſſimis verbis dixerat jam ſæpius, *improbos in terris graſſari impune*, &c. &c. Mitto alias difficultates, quibus hæc verſio ſemet implicat. Simpliciſſimum ad ſeriem, ad ſcopum, ad Linguam, ex omnibus hiſce, judicarem, quod *num.* IV. extremum erat, & primum *num.* V. *Et Deus non animadvertit fatuitatem; pœnamve ejus imponit.* Obſervo tamen, 1. nullum eſſe indicium, ex quo appareat, Colon hocce ad *improbos* referri, eorumve *maleficia.* 2. pro *fatuis inſulſiſque dictis*, vocabula תפלה, & תפל, frequentari; pro *factis ſceleratis* non item. 3. Originem non *facta temeraria* admittere, ſed tantum *dicta*, a *ſputatione*, ut ad *Cap.* 1: 22. late diſcuſſum. 4. *ſputationem* ſtylo *Arabum* inferre quoque *Querelas* & *Complorationes* miſerorum, quas *vi dolorum* veluti *effutiunt*, & *exſpreant.* 5. Eſſe ergo vocem aptiſſimam, ad *vanos* non minus, quam *vagos queſtus* denotandos. Ac proinde 6. ad *gemitum* & *vociferationem* miſerorum pulere reſpondere תִּפְלָה *ſcreationem pectoris pleni*, & *injuriis exulcerati* velut. Ut non ad *Oppreſſores*, ſed ad *oppreſſos* redeat τὸ תִּפְלָה: periodo circinatiſſima inde exeunte; quam & captarint, qui תְּפִלָּה *precationem* ſubſtituendam cenſebant. Redi ad *num.* VII. Ut ergo ibi offerebatur, tanquam *aptius*, & *commodius*, etiam *Calvino* judice, *Et Deus non curat preces*, ita X. offerre audeo, citra ullam mutationem punctorum, *Et Deus non curat ſputationem.* i. e. *acerbiſſimas* illas *querelas*,

13 המה היו במרדי־אור לא־הכירו דרכיו ולא ישבו בנתיבתיו׃

14 לאור

13 Ipſi *ſunt* in rebellantes lucis; non agnoſcunt vias Ejus; neque ſedent in regiis ejus viis.

14 Ad

las, quibus *tyrannice oppreſſi cœlum fatigant.* Quam appoſite illud תפלה hic locatum ſit, ſenties, ſi relegere non graveris, quæ ad *Cap.* 1: 22. expoſui; ac præſertim ea quæ ſub finem; ex proverbiali formula; *Oppreſſum pectus non poteſt quin ſcreet.* Adhuc vehementius quid XI. habebis ſi reddi concedas, *At Deus pro Nihilo habet Sputationem*, miſerorum. לא השים τὸ μηδὲν τίθειν; *pro Nihilo ducere*, ea fere forma qua infra *Vſ.* 25. hujus *Cap.* recurret השים לאל *ponere in Nihilum*, pro *efficere ut Nihili ſint.* Quodcunque ſequare, habes aliquid, quo nil cumulatius concipi poteſt, ad *Jobi Pathos*; quippe qui inſinuet hac phraſi, Deum non tantum *ſurdum eſſe* ad *querelas* illas *acerbiſſimas*, ſed eas veluti *deridere*, & *ventis tradere auferendas*, tanquam *verba Nihili*; aut *futiles* quaſdam *nænias*, quæ attentionem nullam mereantur. Hæc ita ad locum obſcuriſſimum examini publico traduntur, ut mollius, meliuſque, me recipere paratiſſimum profitear, ſi ex conatibus forte noſtris lucidior alicui ſententia adfulſerit.

Ibid. Necdum omnia in vado. Ambigitur an חללים *Vulnerati*, *confoſſi*, *exanimati*, proprie an improprie intelligendi ſint. Pleriſque I. proprie placent *tyrannice cæſi*, quorum *anima* i. e. *ſanguis fuſus clamet vindictam*, etiam *poſt mortem* ut *Gen.* 4: 10. *Merc.* præſtare cenſet ut *de viventibus adhuc*, ſed *letaliter ſauciis*, *accipiatur*, *quorum ejulatus* & *mœſtæ voces* audiantur. Neutra expoſitio facilis ad connexionem, ſaltem ſi, quod omnes facere video, cum *præced.* hæc copulentur pro clauſula. Hoc anſam dedit aliis II. improprie interpretandi חללים de *tyrannice oppreſſis*, iiſdem nempe illis, de quibus actum. Illuc *Bold.* tendit, ex vi ipſa vocis *profanus* id eliciens. *Cocc.* quotidie *emorientes* eoſdem *miſeros*, & *animam velut exhalantes*, intendit. Eodem collineat *verſio Eleg. Crinſoz.* Præferrem, ſi omnino cum *præced.* hæcce cohæreant. Ex origine חללים ſunt *profanati ad omnem injuriam*, *rapinam*, *vexationem*, *cædem*, & *in prædam avibus*, quod dicitur, *projecti.* Grandi ſic figura inſignitum eſſet hocce vocabulum, iis applicitum, qui per ſævam tyrannidem vexantur, raptanturque, & quorum *ſanguis* velut *vivis videntibuſque* quotidie *hauritur.* Ita נפש *anima* haberet ſimul vim *ſanguinis profuſi* & *vindictam poſcentis.* Verba נאק & שוע in hanc *figuram* decentiſſime concinunt. Prius ſignat *gemitum animam agentis*, *Eſech.* 30: 24. ſive *ſonitum gutturis præfocati.* Poſterius *implorationem opis*, ſive *Quiritationem*, formula ſolenni השע *relaxa guttur ſuffocatum.* Succinit iſti imagini & תפלה *ſcreatio*; *qua pectus oppreſſum aliquid levamenti quærit.* In eundem ſenſum מעיר *Eo quod nulla ſit vindicta*, unice quadrat. Nihil tamen obſtare videtur III. quominus ad ſequentia potius hæc referantur; ut ad graviora adhuc ſcelera nunc pergatur, atque vexationibus Tyrannicis attexantur *Homicidia*, *Adulteria* &c. aliaque *opera tenebrarum*, ad quæ Deus conniveat; lentuſque ſedeat ſpectator. Sic omnia proprietatem ſuam obtinere poſſent; & jam מעיר *ex urbe* aliquanto commodius locatum eſſet; tranſitu velut facto ad flagitia, in magnis etiam Civitatibus graſſantia: quin totas Civitates opprimentia; ita ut communis omnium quiritatio in Cœlum conſurgat. Ecce aliud IV. quod omnem rudentem concutienti occurrit. *Deut.* 2: 34. עיר מתים *civitas Virorum*, eſt, *cum ſuis ſibi Viris* aut *incolis*, *univerſa.* Confer *Eſaj.* 3: 25. ubi מתים *quicquid virorum in civitate* amplectitur. Certe Cl. *Mich.* per legem accentuum vertit, *Ex urbe hominum gemunt* homines. Rectius forte, quin erectius,

 Ob

Ob urbem quoque *univerſam cum ſuis Civibus ſuſpirant* miſeri oppreſſi &c. Ut *totæ Civitates in vexationem* proborum, aliaque ſcelera patranda, *conſpirare* dicantur. Sic חללים iterum vel proprie, vel improprie, ſumas licet, pro iis qui *Cædi*, *raptationi*, *violentiæ*, *injuriæ publicæ*, ſunt *expoſiti*: & quidem *mediis in urbibus*, unde *metu Legum vis omnis exulare deberet*. Sequentia hunc adſpectum ferme requirunt; certe commendant: rem tamen in medio relictam hactenus, atque ulteriori examini commiſſam, malim.

Verſ. 13. Moleſtior hic ſurgit rerum moles, miris nos undis implicitura ad finem uſque hujus capitis. *Merc.* I. cenſet *novum velut initium ſumi, novumque texi catalogum vitiorum*: cui hoc in *Vſ. in ſumma* præſtruatur, *improbos lucem odiſſe*, *& hominum conſpectum*, *quin Dei ac hominum judicium horrere* &c. *latrocinia*, *furta*, *adulteria ſua occultare ſtudentes* &c. Omnia ad literam explicat; & 1. quidem *rebelles lucis* vocari putat *Lucifugas* hoſce, quod *ſolem*, *diemque*, velut *oderint*, *lucique bellum indixerint eam vitantes*, *quum bene nati homines eam ament & quærant*. Similiter 2. *non agnoſcere vias ejus* ſcilicet *lucis*; & 3. *non agere in ſemitis ejus*, i. e. *in viis lucidis*, ubi *videri*, *notari*, & *maleficia patrantes deprendi poſſint*. Subjungit, *eſſe qui* figurate *per lucem intelligant Deum*, *vel Legem ejus*: *Alios* autem *lumen rationis a Deo nobis inditum*: ſed *ſequentia ſatis oſtendere ipſam mundi lucem* i. e. *ſolis*, & *diei*, *intelligi*; & *ſimul Dei hominumque aſpectum & judicium*. Conſentit *de Pined.* qui monens *Lucem* ex mente *Gregorii* eſſe *Bonum*, ex *Thomæ Aquin.* aliorum Latinorum, *lumen rationis*, ſe ſuſpicari *de hoc ipſo externo*, *diurnoque*, *lumine*, *ſermonem eſſe &c. in eamque interpretationem recidere*, *quod R. D. Kimch. vocem* מרדי a ירד *derivet*, fuerunt *in deſcenſu luminis*; ad *ſolis occaſum* &c. &c. Melius tamen ipſe *Rebelles lumini* retinet, quaſi *hoſtes ejus & oſores*. Similiter *Vavaſſ. Grot. Cler.* quin & *Cocc.* licet addubitans nonnihil. *Si lucem ſpiritualiter ſumas*, inquit, *& de prioribus accipi poſſit. Si* civiliter, *de conſcientia*, *recte etiam de iiſdem*: qui rebellant luci, i. e. *vellent ex luce facere tenebras* &c. &c. *Ex ſeq. tamen liquet*, lucem *hic magis* phyſice *accipi*, *ut* rebellare luci, *ſit*, *noctem amare*, *lucem pro hoſte habere*. Non noſſe vias ejus, *in expertum eſſe civilis conſuetudinis*, *honeſtarum actionum*, *laboris utilis*, *nec agere quæ ſunt lucis & diei*. Non ſedere in ſemitis ejus, *non ibi eſſe*, *manere*, *habitare*, *ubi facta videri*, *judicari*, *æſtimarique poſſint*, *hominibus ſcil. ultro citroque commeantibus*. Concludit המה *illi*, pertinere ad ſequens genus ſceleratorum; quod paulo incommodius. Ad præcedentes & ſubſequentes ſimul II. refert *Jun.* omnia *figurate* exponens de *Luce ſpiritali* ſive *naturali* in *animo* & *Conſcientia*, tum *ingenerata*, tum *adventicia*, *quam Deus teſtificetur in verbo & operibus ſuis*, *idque in Chriſto*, *qui eſt vera illa lux* &c. Id Doct. *Belgis* aliiſque unice placuit: cum quibus & *Crinſoz.* conſentit; quamvis nonnihil circa connexionem diſſentiatur. Clar. *Schmid.* III. *Lumen conſcientiæ* quoque tenens, ſubſumit hic *accuratiſſimam reſponſionem*, qua Noſter *objectionem refutaret in fine Vſ. præc. ab Amicis motam*, ut opinatur, his verbis, *Ergone Deus nullam* ob oculos *ponit abſurditatem* impiis? q. d. nunc, *tantum abeſt ut Deus non proponat* impiis *inſulſitatem*, *ut contra manifeſte illud faciat*, *per Lumen naturæ & conſcientiæ*, *quo reprehenſi lucem fugiunt in patratione ſcelerum*, *& contra lucem rebellant noctis filii*, *nec agnoſcentes vias lucis*, *nec in ſemitis ejus ſedentes*. *Hoc generatim dictum de Impiis*, *mox ſpeciatim illuſtratur in homicida*, *mœcho*, *fure*. *Atque hoc primum eſt argumentum*, quod Deus arguat impiorum inſulſitatem. *Secundum ab Experientia Vſ.* 18. ſubnecti ſtatuit idem *Vir Doct.* de quo infra. Nihil in hac *connexione* & *digeſtione* lucidum: nihil non precarium. Scopo & feriei inſuper repugnat illa orationis converſio; ut infra pluribus oſtendetur. Ad ſuum filum Cl. *Mich.* IV. *Quum tamen ipſi non per meram ignorantiam peccent*, *ſed cum proæreſi*, *& odio quodam lucis & contra ſuam ipſorum conſcientiam*. Nempe modo dictum fuerat ex ejus mente, *Deum impiis non proponere inſulſitatem*. Aliter V. eandem *obſtinatam hominum malitiam* premit Doct. *Reim.* cui *præc. Colon* ferebat, *Deum non eſſe auctorem mali moralis*. Novum flagitiorum Catalogum ſuſcipi autumat VI. *Codurc.* in eo laudandus quod *Rebellionem lucis & proprie & improprie* poſitam cenſeat; tum de *luce aſpectabili ſolis*; tum de *luce animorum & Lege Dei*; nimis promto calamo addens, *quæ Chaldæis* אוריתא a *luce*. Nempe אוריתא, ut

14 לאור יקום רוצח יקטל־עני ואביון ובלילה יהי כגנב׃

14 Ad lucem ſurgit Latro, ut occidat inopem & egenum: & de nocte eſt ut fur.

15 ועין

15 Et

ut תוריתא, a ירה. Sed hæc non hujus loci. Utrumque iſtum conſpectum omnes tenere debuiſſent, nihil enim VII. plenius, uberius, illuſtrius, geminata hac poteſtate. Demonſtremus. 1. *Illi in rebellantibus lucis*; *vel, inter rebellantes.* Prius ex *Arabiſmo* ſignatius, de quo ad *Cap.* 23: 13. *Merentur hice homines appellari Lucifugæ, Rebelles luci*; *tum quod ſolem & diem naturalem horreant velut, Noctis filii, Opera tenebrarum patrantes: tum quod Lucem rationis, & religionis fugiant, averſentur, hoſtili odio proſequantur, &, quantum in ſe eſt, extinguant.* Mira ratiocinatio Cl. *Schmidii* improbantis ſententiam *Merceri*, de *luce diurna*, & *conſpectu judicioque Dei ac hominum*, hoc argumento, *quod contra lucem ſolis ac diei proprie non detur rebellio. Ergo*, inquit, *exponere cogimur*, vitant & oderunt lucem non ſine rebellione; *Adverſus quid vero rebellant? Adverſus conſcientiam, a lumine rationis, quin & revelationis, informatam*; *quæ inculcat ipſis, ut ea faciant, quæ a luce non abhorreant: contra quod conſcientiæ dictamen illi rebelles fiunt*; *patrando ſcelera cum lucis fuga.* Scilicet Vir Doctiſſ. non ſenſit ſe *utramque lucem* & *externam* illam *diei*, & *internam veritatis*, vel nolentem ſequi: prout *Merc.* de *ſolo lumine diei* agi ſtatuens, nonnihil ad *internum* quoque *lumen conſcientiæ*, *pudorem hominum*, *metum* Dei *incutientis*, deflexit. Par ratio *Calvini*, qui *lucem diei* ſic intellexit, ut inde effici nunc cenſeat, *improbos ſemet eo ipſo condemnare*; *nec tamen a Deo quantum quidem oculus noſter animadvertere poſſit, condemnari.* Contra *Jun. Belg.* &c. *Vſ.* 16 & 17. non poſſunt non *lucem diurnam* quoque admittere. Colligo itaque denuo, *geminam* loci *faciem* ab omnibus fuiſſe tenendam; prout, plus, minuſve, etiam retenta fuit. Saltem *Schmidius* 2. *Non noverunt vias ejus*, cum *Mercero* jam de *luce diurna* exponere non dubitavit, negans *commodum eſſe*, *ſaltum facere*, & *adfixum ad* Deum, *ex Vſ. præc. referre.* Verum: nec tamen par erat, ut jam de *ſola luce diurna* cogitaret, quum *non agnoſcere vias Lucis* hic valeat & *diem refugere*, & *lucem veritatis ac honeſtatis formidare, atque odiſſe.* Id clariſſime elucet ex 3. *Neque ſederunt in ſemitis ejus*; vel verius, *in regiis ejus viis.* Id *Mercero*, *vias fugere*, & *loca*, *ubi videri poſſint* &c. citra *figuram.* Ad *figuram* nonnihil inclinat *Coccejus*; *ibi eſſe ubi facta videri, judicari, æſtimari poſſint* &c. Item *Schmidius*, cui *viæ* & *ſemitæ Lucis*, ſunt *Actiones & Negotia Lucem non fugientia*; *in quibus* ſedere, ſit, *cum aſſiduitate verſari.* Addit, *ſedere in ſemitis lucis* vix de *propria ſeſſione* intelligi poſſe. Ut granditatem dicti, ſane quam eximii, expleamus, teneatur: *Non ſedere in viis lucis*, a. *Non verſari in luce diei*; *non prodire in publicum*, ut homines honeſti, ſed *in noctem & tenebras ſe abdere cum veſpertilionibus*, & *avibus Lucifugis*, ad quas hic alluſum veri ſimillimum eſt. b. *Non ad honeſtas* vel *ſtationes*, vel *actiones*, in *Republ. accedere.* c. *Regias vias virtutis*, *pietatis*, & *religionis*, *averſari* &c. &c. neque *cum iis vel minimum colere velle commercii.* Locus *ex Ancipiti* completiſſimus. Ad cohærentiam porro omnia forte expeditiora erunt, ſi valeat IV. expoſitio, *Vſ.* præced. data, atque ad עיר מתים *totius civitatis Viros* noſtrum המה referatur; de quo deliberandum.

Verſ. 14. Clara verba, obſcuritate tamen non carent. Turbat primo לאור *ad Lucem:* dein *ſicut fur nocte.* Nempe, *Ut jugulent homines, ſurgunt de nocte Latrones.* ut ait ille. Et qui *ad Lucem*, ſi *Lucem horreant?* Hoc anſam I. dedit nonnullis apud *Ab. Eſram*, *Lucem* in *Tenebras* hic convertendi, per *Antiphraſin.* Satis argute R. *Levi* II. *propter lucem adventantem*, *ut eam prævertat* nempe, *ſurgit ante quam aurora exoriatur.* Id ſecutus fere *Merc.* cui *Ad lucem* eſt *ſub lucem*, *ante lucem*, *ſummo mane*, *lucem enim odit.* Cogitat *Latronem*, *qui ante auroram ſurgere* dicatur, *ut vias occupet*, & *tranſeuntes mane ad opus ſuum inopes jugulet.* Alterum membrum ſic explicat, *ubi toto die in ſylvis graſſatus eſt*, & *per deſerta*, *nocte in urbem redit*, *ubi furem agat.* Addit, כ eſſe *expreſſivum veritatis: quamquam*

15 Et oculus adulteri obſervat crepuſculum, dicendo; non videbit me oculus; & velamen faciei imponet.

16 Per-

15 ועין נאף שמרה נשף לאמר
לא־תשורני עין וסתר פנים ישים׃
16 חתר

quam & ideo partic. ſimil. adhibeatur, quod hoc non faciat niſi noctu; quodque Latroni iſti hoc ordinarium non ſit ut aliis furibus, qui ex profeſſo furantur. Hæc non uſquequaque limpida. Non multum hinc abeſt IV. *Cocc.* dans, *Ante lucem ſurgit Latro*, ut *occidat impotentem & egenum: & de nocte* ſurgit, *quo ſit ut fur.* Auſus *Jun.* V. *In ipſa luce ſurgens occiſor* &c. *noctu vero eſt ſicut fur.* i. e. *totos dies conſumit in maleficiis* &c. Valde ſubtiliter *Caſtal.* VI. *Luce ſurgit homicida* &c. i. e. *interdiu dormit*, *ſub noctem*, *cum adhuc lux eſt*, *ſurgit ad latrocinandum.* Ei comparatio cum *Fure* tendit ad *furta velut inſidiarum*, & *cædium.* Idem ſuſpicor voluiſſe *Coccejum*; cujus *Analyſis* huc palam ducit. Voluit certe *Schmid.* VII. incommodius paulo diſtinguens tamen, quaſi לאור *Ante lucem* ſignaret *crepuſculum matutinum*; & בלילה *crepuſculum veſpertinum*, *in ſeram uſque noctem: quo tempore Latro in tenebris graſſetur*; *ſicut fures tenebras amant & pro præſidio ſibi ſumunt.* Poſtrema amplector: prius לאור non æque ridet. Si יקום ſit, *ſurgit e lecto*, vix eſt ut *ad lucem* valeat *ante lucem*, *ſub lucem:* mox enim dies: niſi in *Junii* ſententiam concedas, cum *V ſ.* 17. parum concordem. Commodius illud *Caſtal.* *quum adhuc lux eſt*; *de die.* *Multa die*; *cum jam maxima pars diei conſumta eſt dormiendo.* Ἡμερόκοιτος *de die dormiens*, argutum eſt *Epitheton Latronis* vel *Furis* apud *Græcos:* quos imitatus *Plaut. Trin.* 4: 2. 22. *Iſtic homo aut Dormitator eſt*, *aut Sector Zonarius* &c. Ad hunc ſenſum complendum VIII. poſſes *Quum adhuc lux eſt*, *de die*, *ſurgit*, *& accingit ſe Homicida*, *ut occidat pauperem & egenum.* Tetigit & *Jun.* in notis non abſimile quid: *aut clam interdiu comparat*, *quod noctu perpetret.* קום pro *parare ſe*, *accingi*, &c. &c. tritiſſimum. Sed ne hæc quidem talia, in quibus pedem figas; quod יקום vel pro *ſurgere e lecto*, vel pro *accingere ſe*, vel pro *utroque ſimul*, nonnihil langueat; nec לאור pro *dum adhuc lux* eſt ſcrupulo careat. Potius valet IX. *in pleno die* ut *Job.* 12: 22. *Mich.* 7: 9. &c. &c. & יקום יקטל videntur connexa, *ut ſit*; *ſurgit occidit*, vel *ſtat occidit*, pro *invadit ad occidendum*; לאור *ad lucem*, *in pleno lumine.* Quo ſenſu acceperit *Jun.* habes num. V. Ego ſic mallem, *Ad lucem ſtat Homicida*, *Occiditque inopem & egenum: &* tamen *in nocte* eſt *ſicut fur.* Ὀξύμωρον. *Medio in die nocturnis velut tenebris ſe involvere callet Latro*, *ex inſidiis* videlicet *invadens*, atque *nemora opaca ſectans*, *ut inde prætereuntes conſectetur.* Ita *noctem* veluti facit ſibi, aliiſque, *in pleno die*; & *furta* exercet *latrociniorum ſuorum.* Tale quid hic requiri ſenſit *Merc.* ita ſcribens, *Etſi interdiu graſſentur ſicarii*, *ſylvas tamen & opaca nemora*, *in quibus lateant*, *conſectantur*, *inde viatoribus inſidiantes* &c. &c. Senſit & *Schmid.* *propterea qui latrocinia interdiu exercent faciunt tamen quaſi in tenebris*, *dum avia*, *nemora*, *cavernas quærunt.* Pulcherrima ſententia in *Allegoriam* prona, ut ſimul depingantur qui in Republ. graſſaturas, & latrocinia, exercent in pios, Deique reverentes.

Verſ. 15. Aliud genus Lucifugarum, *Adulteri.* Merito rejectum quod *Ab. Eſr.* voluit, *Furem*, de quo acceperat finem *V ſ.* præced. *comparari cum adultero*, *noctem quærente.* Exiſtimabat nexum alias fore conturbatiorem, quod *V ſ. ſeq.* de *Fure* iterum agatur. Iſta difficultas noſtram explicationem adeo non premit, ut eandem ſuffulciat. Nempe ab *Homicida* deſcenditur ad *Adulterum*, indeque ad *parietum perfoſſorem*, *in furta graſſantem.* Ceterum ad *Oculum adulteri*, facile occurrunt cuivis *illi duces*, ac quaſi *lenones*, *amoris*, atque ut *Petr.* loquitur 2 *ep.* 2: 14. μεστοὶ μοιχαλίδος *adulterii*, vel & *adulteræ pleni.* Non quaſi innueret Apoſtolus, κόρας *pupillas oculorum* non eſſe illis κόρας *virgines*, ſed *adulteras:* eſt enim

16 חתר בחשך בתים יומם חתמו־
למו לא־ידעו אור׃

16 Perfodit in tenebris domos; de die ſemet ſigillant: non noſcunt lucem.

17 כי

17 Nam

enim nimis argutum; verum quod *in oculis ferri* dicantur, *quæ tenerrime amantur.* Confer *Erud. de Pined.* qui & *ſubſeſſores aliorum matrimoniorum oculos* ex *Val. M.* adduxit. Ejuſdem jucunda eſt obſervatio, in *oculo Adulteri crepuſculum captante* ſignificationem præberi *ſordidi veſpertilionis, cujus oculi lucem peroſi caligine delectantur.* Confer *Prov.* 7: 9. &c. *Eccleſiaſt.* 13: 24. Ad ultimam partem nonnihil diffidetur. *Merc.* in *occulto faciem ponit.* Duriuſcule. Non ſatis lene nec alterum illud Ejuſdem; *& latibulum faciei ponit ſibi.* Hoc expreſſum a *Cocc. Et, ubi lateat facies ſua, adhibet.* i. e. *larvam faciei apponit*, quod *Jun.* dare auſus. In hunc ſenſum ſimplicius eſſet, *& velamen faciei imponit*; nam סתר non tantum *latibulum* ſignat, ſed & *velum*, ut alibi dictum: nec alienum, ut velut *duplici* ſub *velo latitans* introducatur *Adulter*, *tenebris nocturnis* addens *operimentum capiti injectum, ne vel ad lucernam internoſcatur.* Non immerito proin calculus huc collatus a *de Pined. Grot. Belg.* &c. &c. Hoc moneo ob Cl. *Schmid.* rogantem, *Quid opus noctu faciem tegere?* Non tamen probem omnino iſtam larvam; minus adhuc Doct. *Crinſozii* cohæſionem, cum *Vſ. ſeq.* Et *faciem ſibi operiens, irrepit in domum, ubi ei de die hora condicta, & ubi nullum lumen conſpicitur.* Figuratius, meo quidem judicio, ut *velum faciei* referatur ad *Noctem & tenebras.* Non ignotum certe *Latinis, Græcis*, aliis Linguis eruditioribus, *velum noctis.* Dupliciter ſic ſtruas licet. 1. cum R. *Levi*, quem Cl. *Schmid. & Reim.* ſequuti, *Et velamen faciei ponet* mihi crepuſculum. 2. *Et velamen faciei imponit* ſibi ipſe; ſecundum vulgarem ſtructuram, quæ ſimplicior, Nempe *qui Noctem captat, velum* quaſi *faciei imponit.* Id placitum Cl. *Mich.* ita ſupplenti, *Et ponit* adulter noctem *velum faciei.* Quibus argutiis ſe permiſerit *Bolduc.* cernas ex hac ejus paraphraſi. *Similiter dux adulteri, & qui ei pro* Oculo *eſt, obſervabit tempus ſubobſcurum: ſtatuetque apud ſe; accenſus, vel alius juſtitiæ* Oculus, *non poterit me videre, ideoque nec ponet mihi operimentum vultus, quod damnatis* videlicet *ad ſupplicium injici ſolet.* Deprecatur invidiam, quod ſibi ſoli tam acutum cernere hic licuerit. Præſtrinxit Virum ingenioſum vitreus fulgor ex luſu non invenuſto gemini *Oculi*, quorum prior *Lenonem & conditionum nocturnarum exploratorem*; poſterior *ſcelerum vindicem* deſignet. Eſt ubi felicius tantum acumen impendi potuiſſet.

Verſ. 16. Dubium exoritur haud leve, ad *adulterumne* hæc pertineant, ſub figura; an aliud ſcelus ſubnotetur eorum qui *vitam colunt vecticulariam, & parietes perfodiunt, furandi gratia.* Ad prius prona verſio *Vulgat.* I. *perfodit in tenebris domos, ſicut in die condixerant ſibi, & ignorarunt lucem.* Ad hæc *de Pined. Hæc manifeſte pertinent ad turpes artes penetrandi in alienas domos, alienoſque toros occupandi* &c. In verbo חתמו *ſignarunt*, argutiuſcule alluſum putat, ad *certam notam ſigilli, qua notata fuerit pars infirmior domus* &c. Vel & ad *literulas amatorias ultro citroque miſſas, & obſignatas.* Similia fere habet *Bolduc.* quibus temperari potuiſſet. *Vavaſſ.* ambigit *proprie* an *improprie* intelligendum ſit; ad poſterius propenſior. Doct. *Crinſoz.* illuc plane acclinis, liberiuſcule reddens, *irrepit in domos, ubi de die ei condictum, & ubi nulla lux conſpicitur.* E diverſo *Merc.* II. coactas vocans expoſitiones noſtrorum de *Adultero*, rediri cenſet ad *Furem Vſ.* 13. proprie ab eo acceptum. Hiatus parum commodus. Quin improprie ibi *furis ſimilitudo* adhibita. Rectius illi, qui ad *tertium* nunc *genus ſceleratorum* deſcendi ſtatuunt. Sed ubi nominativus? Non placent ſupplementa *Rabbinica.* Non etiam Cl. *Schmidii* coactior illa ſtructura, qua & *Vſ.* 2. utebatur; *Qui domos perfodit in tenebris, quas interdiu ſignaverant ſibi, non agnoſcunt, non amant, lucem, ut facinori ſuo parum amicam.* Nec *promta & facilis* illa *conſtructio*; nec ſane valde nervoſa. Rectius, quod Vir *Doctiſſ.* in חתמו למו rejiciat *notas, & ſigna externa*, quæ *Merc.* & alii voluerunt, atque ad no-

17 Nam pariter aurora illis umbra mortis: quum agnoſcant terrores umbræ mortis.

18 Le-

17 כי יחדו בקר למו צלמות כי יכיר בלהות צלמות :

18 קל--

notationem oculorum verbum pertinere contendat, quatenus vecticularii illi *de die ſolent viam & loca notare diligentius.* Facit huc, quod *Plaut.* graphice *Trin.* 4: 2. 20.

> *Quam magis ſpecto, minus placet mihi hominis facies. mira ſunt*
> *Ni illic homo eſt aut dormitator, aut ſector Zonarius.*
> *Loca contemplat, circumſpectat ſeſe, atque ædes noſcitat.*
> *Credo, edepol, quo mox furatum veniat ſpeculatur loca.*

ſic חתר *imperſon.* erit poſitum, nec non חתמו, ut *Cocc.* quoque ſubmonuit. Negare nolim verbum חתם ſic venuſte non minus quam granditer, transferri potuiſſe, prout σφραγίζειν *nota impreſſa inſignire*, celſior cothurnus pro *deſignare*, & *oculis denotare* potuiſſet trajicere. Hoc tamen in communi uſu Linguæ reſidere, nemo tendat. Cum eo magis convenit quod LXX. dedere, Ἡμέρας ἐσφράγισαν ἑαυτοὺς *interdiu obſignant ſemet*, i. e. ἐν σφραγῖδι κρύπτουσιν ἑαυτοὺς, *ſigillo velut ſemet abſcondunt, & includunt*, ut *Symm.* habet. Hinc Cl. *Cler.* & *Reim. Interdiu obſignant ſibi*, nempe *latebras vel domos.* Fortius למו *ſemet*, vel *ad ſe ipſos apponunt ſigillum.* Vide *Job.* 9: 7. ubi *ſtellas obſignat*, eſt *tenebris involvit.* Nec omittendum *Cap.* 37: 7. *Manum omnis hominis obſignat.* i. e. *eam includit, præcludit, abſcondit, quin torpidam reddit, ita ut exeri nequeat, ob vim frigoris.* Apud Medicos *Arabum* Medicamentum خـــاتـــم חותם *obſignans* appellatur, quod *ſtuporem*, ſive *torporem inducit membris.* De eo ad *Cap.* 37. plura. Hinc *duplicata*, ſi pateris, *figura* exiſteret, *interdiu obſignant ſemet.* i. e. *torpidi ſemet includunt, latitantes, & lucem reformidantes*, ut *noctuæ* ſolent, ac *veſpertiliones.* Illuc vocat adjecta clauſula, *non agnoſcunt lucem*; eam *horrent, oderunt, pati nequeunt.* Quod ex *Ab. Eſra* adfertur, *diem obſignant ſibi*, non æque aptum; niſi יומם reddas *Diem ipſorum*, cum *adf.* Hinc exiret *Diem ſibiſuum obſignant*; i. e. *eum videre non ſuſtinent*, ſed *veluti tenebris damnant* iſti *Dormitatores*, & *vecticularii.* Monendum reſtat, admiſſa hac expoſitione verbi חתמו pro *abſcondere*, expeditiorem reddi rationem eorum qui de *Adultero* verſum continuabant; ut prius Colon *figurate* ad eundem illum *ſubſeſſorem alieni tori* redeat, & חתר *perfodere, ſuffodere domos*, ſit, *inſtar furis nocturni in eas ſeſe penetrare*, ſi jam non *vecte & ferro parietibus*, ſaltem *aureo cuneo foribus admovendo*, ad quem difficillima quoque clauſtra diſſiliant, vel potius tacite defluant. *Dignitas & excellentia figuræ*, ut & *ſtructuræ ſimplicitas*, huc accedere ferme jubent.

Verſ. 17. Admirabilis locus, in quo conſtituendo laboratur. *Ab. Eſra* I. *pœnam improbitati debitam* hinc exſculpit; ut Deus dicatur illis ſceleratis *auroram convertere in umbram mortis.* Idem argutius expreſſum a *Bolducio*, in hac *Paraphraſi*, ex *Vſ.* præc. filo repetito, *ſed veram Dei lucem ignorarunt, ſiquidem ipſo ſequente diluculo idem erit eis tenebricoſus carcer, mortiſque ergaſtulum; donec experiantur terribilia, quæ in illo loco obſcuriſſimo mortem præcedunt.* Qui *Vſ.* 15. in præcipiti ſtabat, non potuit non deinceps ruere. Non erat II. cur ſibi placeret *Codurc.* a ſeque *verum ſenſum expreſſum* diceret, *Lucem & tenebras juxta habere hos homines:* niſi forte idem voluit, quod III. *Schmid.* ita ſtruens, *nam pariter umbra mortis illis eſt Mane*, i. e. *amant umbram mortis, & denſiſſimam noctis caliginem, ut alii amant matutinum tempus.* Duplicem apponit rationem. 1. *quod Hebræi quum verb. ſubſtant. omittunt inter duos Nominativos, prædicatum fere præponant.* 2. *quod melior ſit cohæſio membri ſeq.* Hoc ita convertit, *Quia agnoſcunt terrores umbræ mortis* i. e. *eos approbent*,

bant, quippe qui ipſis auxilio ſint, in facinoribus ſuis patrandis, dum homines nocturnis tenebris territi, non poſſunt, non audent, illis reſiſtere. Non abſimiliter *Codurc. Quia familiares illis ſunt, nec terrores noctis metuunt.* Præiverat in hunc ſenſum *Merc. Quia agnoſcit* eorum quiſque *terrores umbræ mortis* q. d. *ſunt ei familiares & noti nocturni terrores, neque eos timet, aut curat, quaſi ſibi cum illis neceſſitudo & familiaritas intercederet, & cum illis ne noceant, fœdus aut pactum inierit.* Pulchre! Eadem venuſtate *Cocc. Nam cognoſcit nebulas umbræ mortis, familiariter, gratulabundus, ut amicas & notas excipit, in iis verſatur tanquam in luce. Nam id quo non impedimur, ſed juvamur, lux eſt: nox autem eorum conatus adjuvat; non impedit. Dies impedit, non juvat.* Idem haud dubie voluit *Vulgat. Et ſic in tenebris, quaſi in luce, ambulant*; cujus mentem non cepit *de Pined.* ad *confuſionem* trahens, & *perturbationem*, quam *lux* illis adferat. Nempe prius Colon ita converterat *Hieron. Si ſubito apparuerit aurora arbitrantur umbram mortis:* cui poſterius ſic aptandum cenſuit, Lingua parum favente. Ad eandem *confuſionem* inveniendam Alii colon ultimum ſic reddunt, *Quum agnoſcit* eos aliquis, exiſtunt *terrores umbræ mortis.* Ad hanc faciem IV. uniformiter plerique, *Nam pariter mane illis eſt umbra mortis; quum agnoſcit* eos aliquis, vel *quum agnoſcit* alius alium, jam luce exorta, ipſis *terrores umbræ mortis* offunduntur. Videſis *Calvin. Vatabl. Jun. Piſcat. Belg. Angl. de Pined. Cler.* Hi reſpiciunt ad *terrorem*, quem *Homicidis, Adulteris, Graſſatoribuſque nocturnis incutere* ſolet *aurora*, ne *in flagranti delicto* deprenſi videlicet, *pœnas luant.* Etiam *Merc. & Cocc.* prius colon in eundem ſenſum receperunt; quamvis circa poſterius diſſentiant. En V. conſpectum non inconcinnum, quem exhibet Cl. *Mich. Nam aurora ipſis denſiſſima caligo*, oderuntque lucem, quia toti ſunt tenebræ: *quoniam* ejuſmodi ſceleratus *agnoſcit* & ſentit in conſcientia ſua *terrores umbræ mortis.* In *Paraphraſin* id admiſſum a Cl. *Reim.* Sic ſenſus foret, *ideo ad auroram & lucem trepidare conſceleratos, quod intus circumferant, & judicem, & tortorem*, qui *ſurdo verbere eos cædat*; iiſdemque *graviores* adhuc *intentet plagas.* Digna *Jobo* ſententia, ſed propoſito forte minus congruens; quod eam in mentem differat Noſter, ut *profligatiſſimam* quoque *improbitatem impunitam* a Deo *dimitti* arguat. Jam impunitus non eſt, qui ſuus ſibi carnifex: ſed vel acerbiſſimas Numini pœnas dependit. Eadem difficultas ex parte premit IV. interpretationem: quamvis videam quomodo utcumque defendi poſſet. III. *Schmidiana* iſti ſcrupulo exempta. Quin nec *Merceri & Cocceji* ſententia hinc gravatur. Si *Schmid.* ſequare, habes uno tenore, *Denſiſſima nox ipſis pura puta Aurora eſt; terrores* quippe *nocturnos ut facinoribus ſuis amiciſſimos unice agnoſcunt; & amplexantur.* Si *Merc. & Cocc.* accedas, bipartito habebis, *Aurora* aliis jucundiſſima *ipſis eſt odioſiſſima caligo, & lucem plane pati nequeunt: ut*, contra, *familiariter notas habent formidines* vel *caliginoſiſſimæ noctis*, & *ipſius* velut *umbræ lethalis, qua tanquam luce ſuaviſſima delectantur.* In utroque adſpectu ineſt exaggeratiſſimum ὀξύμωρον: inſignitius tamen acumen in priori, cum quo conferas velim quæ *Cap.* 17: 12. ad finem. Nollem Cl. *Crom.* ex بله *ſtulte ſe geſſit; errabundus ivit ſine ductu*, maluiſſet בלהות *nequitias aberrantes*, in hunc ſenſum, *Etiam tenebras ſpiſſiſſimas latronibus ac furibus eſſe quaſi auroram, ipſiſque notiſſimas in illis vias, in quibus aberrant, nequitiæ ſuæ vacantes.* Infelicius adhuc Cl. *Guſſ.* ſub בלה *tritus fuit* profert *detrimenta*, ut ſit *agnoſcit detrimenta umbræ mortis.* i. e. *ſcit lucem ſibi afferre certam necem.* Sic nunquam veram lucem lucrabimur. Omnino בלהות ſignat *Formidines mentem externantes*, a בָּלַה بله *ſine ductu erravit attonitus.* De *Origine* anquirendum alias.

Ibid. Emiratus fui, dum ad hæc commentor, eos qui *Vſ.* 13. *figurate* tantum intelligebant, eum adſpectum nunc plane dimittere. *Junius* tamen ad *Vſ.* præc. *Neſciunt lucem* exponit, *ſtudioſiſſime hanc lucem*, diei ſcil. *fugiunt, & alteram illam ſpiritalem longiſſime abjiciunt.* Hoc neutiquam ſpernendum. Signatius ſane enunciatum illud לא ידעו אור *Non agnoſcunt lucem*, quam ut intra *literam* conſiſtat. Signatiora quoque hujus *Vſ.* Cola, quam ut non cum *litera* ſublimius quid ferant. Si בקר *ſubjectum* ſit, hic ſenſus ſpiritualior inde emerget, *Aurora* veritatis, hone-

18 Levis eſt ſuper facie aquarum; maledicta eorum ſors in terra; non reſpicit viam vinearum.

19 Sic-

18 קל־הוא על־פני־מים תקלל חלקתם בארץ לא־יפנה דרך כרמים׃

19 ציה

ſtatis, Virtutis, *his hominibus formidoloſa*; eamque horrent: ut contra *agnoſcunt terrores umbræ mortis*, atque cum *tenebris peccati familiaritatem colunt*. Sin בקר *prædicatum*, naſcetur, *nam ſane umbra mortis*, alienatio a vita Dei, *ipſis eſt aurora: & agnoſcunt* familiariter *terrores umbræ mortis*, i.e. *cum ſceleribus familiare habent commercium, nec angoribus conſcientiæ terrentur*. Si ad *Vſ.* 13. מרדי אור *perduelles lucis* dicti *Nebulones Lucifugæ* duplicem ob cauſam, fieri nequit, ut gemina iſta poteſtas hic quoque non recurrat, ex *Ancipiti*.

Verſ. 18. Eæ deinceps tenebræ incumbent, quæ vix diſpicere ſinant, nedum dijudicare; aut certos greſſus figere. Non nimium dixit certe Cl. *Cler.* quum hac periodo ſe obſcurius quicquam in S. Script. noviſſe negat. Arguet obſcuritatem iſtam incredibilis interpretationum diſſonantia, quæ nuſpiam major, moleſtior, diſtractior, diſſipatiorque adeo. Utinam aliquid lucis ex diſcuſſione, quam capeſſimus, emicaret, ad periodum, excellentibus figuris inſignem, rite conſtituendam. Id nobis ſucceſſurum exigua, ac nulla potius, ſpes. Interim nec male procedit, quum melioribus ingeniis meliora excogitandi & eruendi anſa porrecta. Deliberantis, quando aliud nil poſſumus, erit Commentatio noſtra, & diſcrepantiſſimas ſententias in ordinem aliquem redigentis. Nempe alii hanc pericopam vel *totam*, vel *ex parte*, de *ingenio*, & *machinationibus*, hominum improborum expoſuere, vel & *vitiis, flagitiiſque*, quibus ſe dedunt, *continuata deſcriptione impietatis in terris graſſantis*. Aliis eadem iterum vel *univerſa*, vel *diviſa*, adfert *pœnas ſeveras, certaſque, impietati tandem infligendas*. Nonnullis accommodatior viſa *imprecatio*, ut non tam denunciet Noſter quid illis hominibus metuendum ſit, quam pronunciet, quid iiſdem citra moram immittendum foret, ſi Juſtitiæ rationes ſpectentur. Alii denique, omnia reducunt ad *felicitatem temporalem impiorum, quam ἀφθονία cumulet*; ſecundum id quod *Cap.* 21. magna contentione, diſſertatum fuit. Sub Quatuor hiſce Claſſibus ſententias, mentione aliqua dignas, complectar.

Ibid. Prima claſſis, quæ *continuat deſcriptionem improbitatis*, non valde concors. Subtiliſſimum I. quod in *Gloſſ. Ordin.* extat, *Aquæ ſuperficies huc atque illuc aura impellitur; iniqui autem mens, plus quam aquæ ſuperficies, levis eſt, quum eam aura tentationis attigerit.* Acumini iſti indultum ad verſionem *Vulgat. Levis eſt ſuper faciem aquæ*; quaſi *ſuper*, valeret, *plus quam*. Reliqua confuſius: nam, *Maledicta pars ejus in terra*, declaratur *de reatu æternæ maledictionis, etiamſi ad tempus benedicatur*: &, *non ambulare in via vinearum*, allegorice, *non manere in fide & communione Eccleſiæ*. Confer *Hieron.* qui tamen in על *ſuper* magis captavit *levitatem paleæ, ſupernatantis elemento aquæ, & tenui flatu huc illuc impulſæ*. Adde *Lyran.* hæc ſpeciatim *adultero* applicantem, qui *in pœnam* ſubnectit, *Maledicta ſit ei terra, ſpinas ferens; & vineæ ejus ita ſint ſteriles, ut non velit eas viſitare.* Hos ita II. ſecutus eſt noviſſime *Doct. Hofm.* ut nonnihil variaverit. De *Adultero* videlicet dictum cenſet, *Levior eſt quam aqua*, temere videlicet fluens non tantum in omnem libidinem, ſed & viribus exhauſtis diffluens, &c. &c. *Eorum pars attenuatur in terra*, i. e. res familiaris atteritur, & dilapidatur. Taliſque voluptarius *non reſpiciens* amplius *vineas ſuas* ſinit omnia diſſipari. Subtilior adhuc ratio *Th. Aquin.* III. ita hinc *peccandi temeritatem audaciſſimam* elicientis, quaſi induceretur *Adulter ſuper aquas currens, & maximas difficultates celeri pede ſuperans*, ad libidinem explendam. Omnium optimam interpretationem hanc vocat *Vavaſſ.* mox tamen IV. præferens ipſe, *Adulteri celeritatem in fugiendo, ne deprehendatur in flagitio*: quaſi *vel aquam pedibus intinctis percurrere poſſe* dicatur. Debet argutiolam iſtam *Cajetano*, quam & *de Pinedæ* video adblanditam, cujus *Paraphraſis* hic mirifice luxuriat; nam ad *prius Colon* in unum conflat κωμάζειν *cœtum & jactationem libidinum*,

for-

fortunæ inſtabilitatem, *temeritatem projectam patrandi peccati*; *patratoque*, *aufugiendi quam celerrime*, ad inſtar *Ladæ illius*, *qui ſupra pulverem curſitabat pede tam veloci*, *ut veſtigium nuſpiam relinqueret*; *aut Camillæ Virgilianæ*, *quæ fluctu ſuſpenſa tumenti*, *ferret iter*, *celeres nec tingueret æquore plantas.* Sequentia cum imprecatione accipit, *qui levis eſt fuga*, *ſit etiam honore levis*, *vacuus benedictione*; *maledictione omni onuſtus* &c. damnanſque aliorum argutias *in via vinearum*, ipſe omnium argutiſſimus dat, *non videat viam vinearum*, pro, *nullam partem habeat in agris vitiferis*, *neque vino Divinæ conſolationis fruatur*, *expers omnis jucunditatis in vita & via ſua.* Aſt *Vavaſſori* minus apta *imprecatio*, *quod Jobo propoſitum non ſit impiorum cauſam gravare.* Ergo *ex Hebræo* mavult, *Maledicta eſt portio eorum* &c. &c. i. e. *in locis ſquallidis*, *incultis*, *a Deo maledictis veluti*, *diverſari ſolent*; *neque publica & frequenti via gradiuntur*, *ubi vineæ conſitæ.* Præiverant huc *Munſt. Iſid. Clar. Merc.* alii, cum aliqua quidem illi varietate, ſed quæ, quoad ſummam, eodem recidat, *deſcribi* nempe *fugam celerem improborum poſt furta commiſſa latitantium in locis horridis*, *a cultuque ac frequentia remotis.* Finitima V. eſt interpretatio R. *Levi* conſimiliter ad *celerem fugam* improbi reſpicientis, quaſi induceretur *ſceleratus* ille *poſt furta commiſſa properans ad mare*, *navimque conſcendens*; *aut deſerta & inculta locorum conſectans.* Ei *Vatabl. Druſ. Belg.* aliique præclari *Interp.* acceſſerunt; quorum rationes valde liquidas nemo dixerit. Nec liquidius illud *Nachman. Homines ſemel latrocinio deditos*, *præ eo agrorum ſuorum oblviſci*, *vineaſque ſuas deſerere.* Ut nec hocce Cl. *Cler.* reſpici forte ad *Latrones natatu*, vel *ſcaphis*, *Euphraten trajicientes*, *ſive ut latrocinentur in adverſa ripa*; *ſive ut perſequentes fugiant.* Magis placet, quod ſubjungat, *Satius eſſe fateri ignorantiam*, *quam frigidas & contortas interpretationes comminiſci*, *ut ſcire videamur quod neſcimus &c.* Magna fiducia VI. *Codurc.* præfatus Interpretes omnes turbare, & *liquidis immittere fontibus apros*, hinc *Gnomen* extundit, *qua Jobus exagitaret audaciam & avaritiam eorum*, *qui non contenti opibus*, *quas fundit tellus*, *mari ſe credunt*, *ut mille periculis ſuperfluas ſibi divitias parent* &c. Secundum illud *Horat. Nequicquam Deus abſcidit* &c. &c. Id tamen ſcopum minus ferire ſentiens, ne parum certa manu jaculatus videretur, ſubdit, *Quod ſi in re Nautica ſe exerit dira habendi cupido*, *quanto exitialior peſtis piratica? Ea hic maxime notari videtur. Sunt enim piratæ vel leviſſimi ſuper facie aquarum* &c. &c. *Illis autem vilis eſt ſors in terra*, *nec reſpiciunt viam vinearum*, *quatenus Navigantibus contemta eſt Agricolatio*, *cujus pars nobilis*, *vitium cura & cultura.* Cl. *Cler.* non cenſet veriſimile *Piraticam* ſpectari, quod *homo Arabs mediterraneus* loquatur, cui ea ignota. Ad talem objectionem, credo, fidentius adhuc plauſiſſet ſibi *Codurc.* Certe & Ill. *Grot.* huc deflexit, breviter ſubnotans, *Pirata myoparonibus celerrime vectatur.* At ſeq. colon, *Maledicta eſt in terris portio eorum*, ita exponit, *Ab omni terra timetur.* Vix capio: ut ultima ſe non cepiſſe ſatis indicat Vir Magnus, altum ad ea ſilens. Ad *Piratas* quoque reſpexit Cl. *Cocc.* ſubtiliuſcule *Nocturnis graſſatoribus* adjungens *eos qui de die graſſentur*, *nec* tamen *ſedeant in ſemitis lucis.* Reliqua ſic convertit, *Deteſtationi eſt ſors eorum in terra: non reſpicit*, *quæ ſunt vineæ.* i. e. *Qui in terra degunt*, *deteſtantur quidem ſortem Piratarum*, *tanquam magnam pœnam & miſeriam*; *at ille diligit ſuam vitam ſortemque*, *ac ſe præ beatis beatum judicans*, *ne quidem faciem eo convertere velit*, *ubi ſunt vineæ*, *cultus agrorum*, *abundantia*, *pax*, *quies. Miſeriam igitur ſuam non ſentit.* Scilicet ad ſcopum ſibi collineandum duxit ὁ πάνυ, qui eſt, *improbos in terris non experiri Deum vindicem*, *ultoremque ſcelerum:* quem vereor ne per haſce circuitiones non ſatis attingamus. Sine illo nexu Eleg. *Crinſoz. Alius ad Piraticam exercendam per maria currit*; *fundi*, *quos in terris poſſidere potuiſſet legitime*, *nihil habent quod ei arrideat*; *a ſe non impetrat ut eos colat.* Similia dederat *Reverendiſſ. Epiſcop. Elienſ.* in *Paraphr. Anglic.* inſerens quoque, *tantas Divitias ex Piratica redundare*, *ut propterea agricolatio* &c. *tanquam parum quæſtuoſa ſpernatur.* His præluſum dixerim a *Chald. Levis eſt* למשט *ad remigandum ſuper faciem aquæ*, ἐλαύνειν, quamvis verbum illud etiam *currere*, itemque *natare* valeat; ut minus de mente *Paraphraſtæ* liqueat; quemadmodum & obſcurum alterum colon, *ſit maledicta via lubricitatis eorum in terra.* Malebat *Druſ. Ratio blandæ adulationis eorum.* Nempe חלק *glaber fuit*, in חלקה admittit *lubricitatem*, & *adulationem.* Eadem ambiguitas vocis *Chald.*

שעיעות. Agmen claudat VII. *Jarch.* qui ex fontibus veterum Rabbinorum miras nobis ſpeculationes promſit. Ad prius Colon, eſſe *imitationem profanitatis impiæ, qua Noachus diluvium denuncians exceptus, improbis illis præconem Juſtitiæ eludentibus, Leveſque ſe dictitantibus ſuper aquas, quatenus junco, papyro, aliaque materia leviſſima, naviculas eſſent texturi* &c. &c. Ad ſecundum, illos profanos *ſemen ſuum corrupiſſe, perque concubitus iiſſe inceſtos.* Nempe קלקל *Chald.* & *Thalm.* eſt *vaſtare, perdere:* unde תקלל pro הקילקל eſſet, *evaſtata, perdita eſt portio eorum in terra.* Ad tertium, *Juraſſe eoſdem ſe non reſpecturos viam qualis celſorum,* כרמים per *Caph ſervile*, ut רמים *celſi* ſint *juſti:* vel & *radicale*, ut *vineæ* deſignent פרנסים *parnaſſym*, *Seniores Synagogarum*, & *viros probitate conſpicuos.* Poſtremæ huic *Allegoriæ* aliquantulum detuli in *Juvenil.* ubi كرم כרם *vineam*, pro *homine pio* notam *Arabibus* reperies. Ipſe, quod כרם *vineam* a كَرُم *generoſus, nobilis fuit* derivatam eſſe appareat, quodque hæc ipſa vox *Arabibus* cum *vineam* ſignet, tum *nobilitatem, excellentiam, virtutem*, tentabam, *Non reſpicit viam virtutum.* Hoc tamen parum, vel nihil omnino, nos juverit, quamdiu priora illa membra fluctuabunt, ad quæ conſtituenda parum, vel nihil, profectum; quum incertiores ſimus quam dudum.

Ibid. Accedo ad ſecundam Claſſem eorum, qui *pœnam improbis inferendam* hic reperiunt. Ex Veteribus I. ſic ſenſiſſe videntur *Syrus* & *Arabs.* qui ſuo quodam luſu in vocula קל dedere, قليلا *puſillum, & ſuper facie aquæ maledicetur portio eorum in terra, in via vinearum.* Hæc parum plana. Planius aliquanto *Ab. Eſra* II. *Vſ. præc.* quem in hunc ſenſum inflectere cœperat, ſic continuans, *erit ut res levis aquis innatans, aut arundo quaſſata, cum agriſque & vineis ſuis eradicabitur.* Improbavit *Merc.* quod *ſic accederet Noſter ad ſententiam ſociorum; quum longe alio ſpectet, & impiis impune eſſe queratur.* In hanc tamen ſententiam deſcenſum a *Jun.* & *Trem.* III. niſi quod hic *initium* ſtatuant fieri *pœnarum*, & quidem per modum *reſponſionis* ad tacitam *objectionem Amicorum*, q. d. illi. *Quid ergo, tendiſne malis in hac vita ſemper bene, bonis male eſſe?* Ad quæ nunc Noſter; *Nunquam ſe in hac ſententia fuiſſe. Iſta pendere a Dei arbitrio. Judicia Ejus in improbos uno fere momento deſignari,* &c. &c. *Denique ſoli Deo nota eſſe ſua tempora.* Reſpicitur ad *Vſ.* 1. Ad *ſupplicium* ergo hinc eliciendum non ſine fidiculis dederunt, *Levis eſt in ſuperficie aquarum; maledicta eſt portio eorum in terra; non refluet, ſecundum conſuetudinem altarum* ruet. Id ita enodatur. *Cito diffluit perinde ac ſi aquis innataret; ob ſententiam maledictionis in tales latam; neque reciprocabitur, converſuſque recurret in priſtinum ſtatum; ut fit in æſtuariis; ſed ut aquæ altæ, ex editoque ruentes, deturbatus in perpetuum manebit. Elegans Allegoria Gen.* 49: 5. Priora utcunque, poſteriora nullo modo ferri queunt. Quam audax לא יפנה *non refluet*? quam præceps כרמים *ſicut altæ*, & quidem *aquæ*; eæque *ex alto ruentes*? Licentioſius adhuc IV. *Bolduc.* ad *ſupplicium publicum* a Judice *inflictum, cum infamia poſteritatis* hæc rapiens, *Levis eſt ſuper faciem aquarum*, ut ſtipula, (id ad rem ſcilicet faciebat) beſtiola contemtiſſima, *infamiſque* adeo. *Maledicetur portio*, hæreditas, proles *eorum in terra. Et non proſpiciet ingreſſum ſicut excelſorum.* i. e. *non curabit incedere ſicut ſolent celſi nobileſque viri* &c. &c. Mox tamen *pro Genuino* venditat, *non proſpiciet viam tanquam excelſorum.* i. e. *Nullus erit in familia illa ad infimæ plebis vilitatem dejecta, qui provideat, ut in exequiis ſuis fiat proceſſio & pompa funebris, modo illo quo nobiles tumulantur* &c. &c. Parcius, credo, ſomniare licuiſſet vigilanti: ſed, nimirum, ſomnia legibus ſoluta. Cl. *Schmid.* V. totus *Ab. Eſræ* eſt: niſi quod de ſuo addat *cohæſionem* non nimis expeditam. Statuit videlicet, ut ad *Vſ.* 13. vidimus, nunc ſubnecti *alteram partem reſponſionis* ad *objectionem Amicorum*, extremo verſu 12. ut putabat, motam: quaſi *novo argumento ab Experientia probaretur Deum ſæpe impios graviſſime punire: quod indicio ſit Deum impietatem improbare.* Addit, *ſuperfluum timorem Merceri, quaſi Jobus ſic accederet, ad ſententiam Amicorum.* &c. *Certum enim eſſe; Jobum nunquam negaſſe, quod Deus aliquando pu-*

puniat impios in hoc ſeculo. Negavit utique, & quidem diſertiſſimis verbis, toto *Capite* XXI. Negavit *Vſ.* 1. hujus *Capitis*, ut ibidem oſtenſum. Quid? deſcriptio illa *graſſantis improbitatis*, quid aliud, quæſo, tendit, quam *improbiſſimos* quoſque, & *ad omnem turpitudinem profligatiſſimos*, nullas in terris pœnas ſubire, neque Judicia notabilia & evidentia in eoſdem a Deo edi, quod magna vi contenderant Triumviri Cenſores. Fruſtra eſt, ergo, Cl. *Schmid.* ſibi ipſi quodammodo contraire confeſtim coactus, & dicere, *Jobum non univerſaliter loqui; ad impioſque, de quibus hactenus, hæc referri poſſe propter paucos.* At *pauci* in hac diſputatione nullum faciunt momentum: unde mox iterum *Schmid.* aſſumit *quoad multa exempla*, quamvis *non omnis impius ita eradicetur.* Hæret hæc res: nec explanatio ejus expeditiſſima; quum, *Levis ſuper facie aquarum eſſe*, exponitur, *cito perire, præterfluere, & quaſi aquis prætervehi.* Reliqua ſic; *ita agro illorum maledicitur in terra, ut nec impius ſit qui viſitet, nec vinea quæ viſitetur.* Non nego חלקה *agrum* verti poſſe; ſed non adducor, *exſcidium improbi coloribus hiſce ſatis clare præpictum.* Luminoſius quid quæſiviſſe propterea crediderim Cl. *Reim.* VI. qui *Celerem interitum improborum* hinc exſculpit, figura deſumta a *navibus junceis*, ſive *papyraceis citiſſime prævectis*, ex formula proverbiali *Cap.* 9: 26. cum alluſione ad *Cymbam Charontis*, *qua avectus*, *tergum veluti obvertere* cogatur *agris ſuis*, *pulchriſque vineis.* Iſta imago interim non procederet ultra id quod *Cap.* 21: 13. dictum *Momento in Orcum atteruntur*, ubi εὐθανασία improborum deſcripta.

Ibid. Ad *Tertiam Claſſem*, paucis perfungi licebit, quum ſoli hinc ſtent LXX. & *Vulgat.* qui in medio verſu *imprecationem* interſerunt. ἐλαφρός ἐστιν ἐπὶ πρόσωπον ὕδατος, καταραθείη ἡ μερὶς αὐτῶν ἐπὶ γῆς, ἀναφανείη δὲ τὰ φυτὰ αὐτῶν ἐπὶ γῆς ξηρά. Ultima illa vagantur: eſtque in diverſa Lectione vagantius adhuc τὰ ἐσῶ αὐτῶν. Melius Latinus interp. *Levis eſt ſuper faciem aquarum; maledicta ſit pars ejus in terra, neque ambulet per viam vinearum.* Ad *literam* multi Veterum hæc accepere, ut apud *Nicet.* legas, *Illorum ſegetes, ac plantæ, vineæve, exareſcant; & Caini eos invadat maledictio.* Vide & *Lyranum* &c. *Allegoriæ* tamen non immemorem. Potuiſſent prius quoque Colon cum *imprecatione* efferre, *Levis ſit ille in ſuperficie aquarum* &c. ea fere imagine, qua *Hoſ.* 10: 7. *Exciſus eſt rex Samariæ; ſicut ſpuma*, vel potius, *ſicut ligna fracta, ſuper facie aquarum.* In ſuum Interp. tamen inſurgere ſuſtinuit *Vavaſſ.* negans *Imprecationem* quadrare, *quia Jobo hic non propoſitum impiorum Cauſam gravare.* Recte vero. Sed neceſſe non erat, ut *Imprecatio* hæc acciperetur pro *denuntiatione exitii.* Pathos *Jobi* exigeret *declarationem*, quid *fieri* oporteret; non quid *fiat*, aut quid *futurum ſit*; ſi Emblemata hæcce ad *pœnam* eſſent revocanda. De eo deliberabitur, quum omnia uno ſub conſpectu poſita erunt.

Ibid. Quarta quoque Claſſis non diu nos detinebit. In ea comparet I. *Calvin.* ita *Concion.* XCII. differens. *Videtur oſtendere Deum omnia maleficia in mundo punire; in eoque Eliphazo aſſentire: ſed* Scopus *ejus* longe diverſus *eſt. Vult, in ſumma, oſtendere, improbos ita perire, ut non poſſit animadverti, inſigniter in eos explicatam eſſe Manum Dei, ut dici queat, Ecce iſtum! quem Deus punit, quoniam ſceleſtam vitam egit. Contra improbi inſtar aquæ effluunt. Deſcendunt quidem in ſepulcrum, ſed & boni. Videmus igitur Jobum hic concludere, Deum non exercere juſtitiam, ad peccata hominum punienda, ſic, ut Judicia Ejus animadverti poſſint, & viſibilia ſint nobis.* In hunc *Scopum*, quem præfixum ſibi habuiſſe Noſtrum *Cap.* 21. demonſtrat, ita locum noſtrum dirigit, *Improbos aquis velociores eſſe, & effluere, abſque ut indicio certo obſervetur, Deum in illos vindictam ſuam exercere; ſed mortem ipſorum eſſe lenem & ſuavem.* Vellem phraſes nobis enucleatius explicitas, ac præſertim extrema illa ſic reddita, *portio ipſorum maledicta eſt in terra, nec vinearum fructum colligunt.* Hæc qui *mortem lenem* pingant, nullus exputo: nec exputavit *Calvinus* noſter, ne verbum quidem ad ea promens; ut Scopulum evitatum fuiſſe appareat. Eum ſuperaſſe ſibi viſus II. *Caſtalio*, ad *Allegoriam* confugiens & liberali ſtilo vertens, *Celeres ſunt in humore; celerrima eorum in terris conditio; neque ſpectant naturam vinearum.* i. e. *ſimiles ſunt ſtirpibus in uligine creſcentibus, quæ cito pereunt; ut Juncus: non autem vitibus, quæ etiam ſine uligine vivunt in arido ſolo. Atque hoc dico: Felicitatis eſſe cito mori; non diu languere; ut ſolent boni. Impii cito pereunt &c.* Meminit hujus expoſitionis *Mercerus*, eaque *Hebraiſmos corrumpi* pronunciat; quamvis de cetero ad

Vſ.

19 Siccitas, etiam calor, rapiunt aquas nivis: infernus, *qui* peccarunt.

20 Ob-

19 ציה גם־חם יגזלו מימי־שלג
שאול חטאו :

20 ישכחהו

Vſ. ſeq. alioſque cum *Caſtalione* ſentiat. Et mihi in hac *Allegoria* nihil, quod ſe aliqua luce veritatis inſinuet, ineſſe videtur; ut poſt longum curſum ancoram nuſpiam adhuc jactare liceat; ſed nova nobis pericula maris undoſi maneant adeunda.

Verſ. 19. Non minores fluctus cymbulam huc illuc circumactam accipient. Recurrunt nempe ſub *prima Claſſe*, quæ ad *improborum ingenium* ac *mores* hæc trahit, diverſiſſimæ hallucinationes. Frigida I. ſunt, quæ *Gloſſ. Ordin.* ἀλληγορεῖ circa *iniquitatem frigori, & Caritatem calori comparatam:* itemque, *Aquas nivis* eſſe *infideles, qui ad inferos uſque peccent, quod ante finem vitæ non emendentur.* Ejuſdem pretii, quod *Gregor.* cogitet *impios nulla in re modum ſervantes, qui ab ingenti frigore infidelitatis tranſeant ad hæreſim ardentem.* Quæ *Lyran.* habet, ſub *Claſſe ſecunda & tertia*, tangentur. *Hoſm.* II. huc ſenſim quoque inclinans, dat, *ſiccitas & æſtus rapiunt aquas nivis:* ita illi *in ſepulcrum peccant.* Ait *Allegoriam voluptarii*, cum *Aquis* collati, continuari; atque nunc *pingi eundem libidinoſum, æſtu voluptatum conſumti, ita ut viribus defectus in ſepulcrum deſcendere cogatur.* Non abſimiliter *Th. Aquin.* III. reſpicit ad *vitia contraria improborum*, quæ *maxima* ſimul *pœna ipſis fiat.* At *Vavaſſ.* IV. miro conamine *proverbialiter* dictum cenſet, ut, *De flamma cibum petere poſſe*; unde hic exterebrat, *Improbos per ignem, & pruinas ac nives, prædam, libidinemve ſuam, perſequi: nec incommodum deprecari ullum: in illoque ſuo ſcelere ad inferos, ſive ad ſepulcrum uſque, perſeverare.* Reliqui aliis ſub Claſſibus comparebunt. Etiam illi quos V. cenſui, *Munſt. Vatabl. Merc. Druſ. Belg. de Pined. Cler. R. Levi* &c. in diverſa tamen abituri. Audaciſſime VI. *Codurc.* omnia hæc detorquet in *redargutionem* eorum qui *agricolatione ſpreta, navigationi ſe dedunt, qui perinde facere* dicantur, *ac ſi quis repudiaret aquas fluviales, ac puteos potius profundiſſimos peteret, cauſſatus, fluvios ex nivibus, imbribuſque fere collectos, æſtate ſiccari ac decreſcere.* Facem ſibi tuliſſe ait locum, qui huic congermanaſcat *Jer.* 18: 14. ſed hæc lux, non ſane benigna, fumum nobis offundit, pro fulgore. Quis enim credat hic induci homines qui *Fluvios vilipendant*? qui *fluvios* illos vocitent *Aquas nivis*? qui malint *petere puteos profundos*? illos *puteos* שאול appellatos? Denique חטא eſſe illuc *aberrare, & de via deflectere*? Quo nomine hæc deſignem, neſcio: illud ſcio, nunquam quicquam abſurdius majore confidentia venditatum fuiſſe. *Grot. Cocc. Crinſoz. Patric.* quartæ claſſi robur & firmamentum accedent. *Jarchius* VII. per *improbitatem* hic gradum facit ad *pœnam*, quaſi *homines tempore diluvii tam graviter peccaſſe dicantur, ut meruerint vices temporum confundi, quæ hic nomine æſtatis & hyemis ſint deſignatæ.* Nempe *ſiccitas æſtuſque, æſtatem* ei notant: *Aquæ nivis, Hyemem*, per ἀσύνδετον: יגזלו relato ad *homines improbos*, qui hanc *confuſionem, everſionemque naturæ induxerint, ipſo illo anno diluvii.* In *Targum* tres extant *Paraphraſes*, quarum noviſſima aliud *Rabbinicum* ad nos tranſmiſit, *ſcelere & pœna* mixtum. *Propterea quod conſecrationem decimarum aboleverunt, quæ ſanctæ ſunt, tempore caloris æſtivi cohibitæ ſunt aquæ pluviæ & nivis, ab iis qui ad ſepulcrum rei facti ſunt.* De aliis mox. Jamque finis eſſet, ni *Calvin.* VIII. locum ſibi vindicaret nunc hac in Claſſe, non manens in ea ſententia, quam infra laudabit, ſed ſimilitudinem exponi poſſe dicens in hanc quoque faciem mentemque, *Quomodo terra arida & calor bibunt aquas nivis, ſic improbi peccant ad ſepulcrum uſque* q. d. *peccatum improbis converſum in alteram naturam, quippe qui non impetu & æſtu aliquo animi peccent, ſed quia in vitiis jam obduruere.* Addit, *Quemadmodum igitur ſol ea natura eſt ut nives liqueſaciat, tum terra ſicca eas ebibit: ita improbi ad ſepulcrum uſque & mortem in male agendo perſeverant.* Tangit hanc meditationem *Merc.* monens *quoſdam Recentiorum* referre *ad peccatum improbis tam naturale uſque ad mortem, quam naturale calori & ſiccitati nives abſumere*; eamque non improba-

re

re ſe ait. Id honori datum magni Nominis: nihil enim habet valde probabile; ſaltem ita explicitum; etenim hoc ipſum commodius limpidiuſque explicari potuiſſe, non diffitear.

Ibid. Luſtremus quid ſecunda nobis Claſſis ferat: Comparet hic I. Paraphraſis *Chald.* gemina, in hunc ſenſum, *ſicut ſitis & æſtus vim faciunt aquæ nivis, eamque abſumunt; ſic ad Infernum oblivioni dantur, qui rei facti ſunt.* Non abeunt hinc *Syr.* & *Arabs.* Similiter *Ab. Eſra*, II. *Ut nix æſtu rapta non conſpicitur in mundo, ſic illi peccatores deſcendunt in Orcum.* Pro ſociis ergo contra ſemet pronunciaſſet Noſter. *Jarchium* ad *pœnas immiſſas tempore diluvii* reſpicientem, magis etiam ſcrupulus hicce premeret. Adfine ei quod ſentit *Lyran.* vel potius *Hebræos* ſentire tradit; *Jobum de Raptoribus* & *Adulteris, quorum rapina & luxuria diluvii tempore viguerit, loqui, propter quos antequam induceretur Diluvium, annus extiterit æſtu & frigore intemperatiſſimus.* Nugæ. Cum *Ab. Eſra* ſtant III. *Jun.* & *Trem.* ad *ſubita judiciorum* Dei, nonnunquam, in tales, hæc applicantes. His adſcribendus nunc Cl. *Cler. poſſimus interpretari, ut ſiccitas & calor exhauriunt aquas e montium nivibus collectas, ſic ejuſmodi homines, cum venerit ſupplicii a Deo præſtitutum tempus, morte pœnas daturos.* Semet non deſerit *Bold.* IV. ſed more ſuo confidenter aſſerit, *non alium Infernum hic intelligendum* quam *Foveam putredinis, in quam Cruciarii, & extremo ſupplicio adfecti, conjiciuntur: ſenſumque eſſe, Terram præ magna ſiccitate ſitibundam, non magis appetere aquas frigidas, quam Fovea putredinis appetit deglutire facinoroſos.* Piget næniarum. Productum a *Schmid.* V. *Siccitas, etiamque calor, rapiunt* Illis *aquas nivis: ad infernum uſque peccarunt.* Ait quidem Vir Doctiſſ. *omnia ſibi fluere*; ſed non ſtatim *fluit*, quod qualemcumque ſenſum fundit. Sunt quæ ita fluunt, ut perfluant. Tale hoc; quod inſerto למו *illis*, nil referre dicat *utrum ad impios reducas, quibus nec agri nec vineæ humectentur: an ad agros & vineas, quibus rapiantur aquæ nivales. Perinde id eſſe. Negatis enim his aquis, omnia æſtu conſumi.* Itane vero? Adeone nihil jam *aquæ cœleſtes, aquæ fontanæ, vivæ, perennes, ut ſola* nobis *nix* conficiat fœcunditatem? Quam lentum præterea negotium, quam nullum, ut *improbis agri & vineæ ſic demum evaſtentur*? Multo erectius, quod poſt *Luth.* & *Nold.* tenuit Cl. *Reim.* VI. Quemadmodum *ſiccitas & æſtus rapiunt aquas nivis*, ſic *ſepulcrum* vel *infernus* eos qui *peccarunt.* Bono ſenſu, inquit Cl. *Mich.* ſed *duplici* ac *duriori cum Ellipſi.* Vide an & *bono* ſatis, ſi ad *Pœnam Judicialem improbis Divinitus inflictam* revocetur? Id ad *num.* II. modo contra *Ab. Eſram* inſinuatum. Iſtum tamen *adſpectum pœnalem* vehementer urguet *de Pined.* ſe opponens mitiori interpretationi, quam quarta Claſſis ſiſtet, ob verbum יגזלו *rapiunt*, quod violentum: *melius itaque*, ait, *ut ſignificetur mortis, & ipſius ſupplicii, quaſi appetentia quædam ex ſiti, & æſtu, ad devorandum & exſorbendum impium, ejuſque felicitatem omnem abſumendam velut liquatæ nivis guttas.* In *Paraphraſi* interim ad *placidam* æque ac *ſubitam mortem* recurrit, aliaque admiſcet parum inter ſe apta ac connexa: *æternam pœnam* quoque intexens; ne a *Vulgato* abiiſſe videretur.

Ibid. Videlicet, quod tertio loco examinandum, *Vulgat.* cum *imprecatione* exhibet, *Ad nimium calorem tranſeat ab aquis nivium*; *& uſque ad inferos peccatum illius.* Commentator *Hieronymi* nomen ementitus ad hæc, *Quaſi duo gehennas S. Job mihi dicere videtur, Ignis & Frigoris, per quos Diabolus, Hæreticus, & homo impius, commutetur.* Plura ibidem invenies. Nempe hac verſione inducti Veteres, *duo principalia tormenta in Inferis poſuere Frigus intolerabile*, & *Æſtum ignis irreſtincti.* Materiam ventilavit ſingulari Quæſtione *de Pined.* ad quem remitto. Conſulatur & *Th. Aquin.* &c. &c. LXX. nihil ſani habent. *Lyran.* aliquid concinnius ſe daturum credidit, ſi cum *præcedenti ſterilitate terræ & vinearum*, quam ibi viderat, ſic connecteret hæcce; *ſit ejus terra ita ſterilis bonis, ac ſi non habuiſſet niſi tempus æſtus, in quo terræ naſcentia deſiccantur; & tempus frigoris, in quo enecantur. Sed quoniam præſentis vitæ pœna non ſufficiens eſt pro peccatoribus obſtinatis, faciat peccatorem deſcendere ad pœnam gehennæ.* Quomodo ex יגזלו exſculptum ſit *tranſeat*, difficile eſt divinare. Sejunge interim יגז לו & habebis *Tranſeat ſibi*, a גוז quod eſt جاز *tranſiit.* Pro מימי lectum מִמֵּי *ab aquis* notavit Doct. *Merc.* Imprecationi major ſpecies addi potuiſſet, ſic convertendo. *Siccitas & æſtus rapiunt*

piunt

20 Obliviſcitur ejus uterus; dulce ei putredo: amplius non memorabitur: & frangitur, ut arbor, iniquitas.

21 Paſ-

20 ישכחהו רחם מתקו רמה עוד
לא־יזכר ותשבר כעץ עולה׃

21 רעה

piunt aquas nivis; ſic *ſepulcrum*, vel *Orcus*, rapiat, qui *peccarunt*. Ita innueret Noſter, *Latrones*, *Adulteros*, reliquoſque *Lucifugas*, *ad Orcum* potius *amandandos*, quam ut *terris inutile pondus incumbant*. Anſam *Allegoriæ* ſeatis haud omnino abhorrentis a re & ſerie, cui tamen me non permitto. Sub finem incudi reddetur.

Ibid. Inſtructiſſima procedet tandem Quarta Claſſis, quam I. *Calvin.* non plane deſeruit, quamvis in primam eum tranſiiſſe viderimus. In *Conc.* XCII. certe cum *Vſ. præced.* ita nexum inſtituit, *Improbi aquis velociores effluunt*, & *quomodo terræ ſiccæ*, *calorque ſolis*, *nives*, & *humiditatem quæ in ipſis eſt*, *abſorbent*, *ita ſepulcrum deglutit improbos.* Subdit *Conc.* XCIII. *Eo Jobum dicere nolle*, *Deum ita punire promeritos*, *ut oculis id animadverti poſſit*; *ſed innuere*, *eos mori ſicut ceteros*, *nullumque in ipſis exemplum ſtatui*, *ex quo Dei Juſtitia perſpici poſſit* &c. &c. &c. Plura in hanc mentem ibidem legas. Eodem II. tendit *Caſtal. Felicitatis eſt*, *cito mori*, *non diu languere*, *ut ſolent boni*: *Improbi cito pereunt*, *ad inſtar nivalis aquæ æſtu abſumtæ.* Conſentit III. *Merc. Improbi moriuntur facillime* & *ſuaviſſime*, *ita ut nihil doloris ac cruciatus ſentiant*; *non contabeſcunt lenta morte*, *ſicut probi Pſ.* 73: 4. *Job.* 21: 13. *Et hoc ad Felicitatem eorum oſtendendam pertinet.* Simillima habent *Munſt. Vatabl. Tigur. Genev. Deod. Angl. Belg. Druſ. Grot. Patric. Crinſoz.* quibus præivit R. *Levi* ita commentans, *Ecce homines illos non ferit ulla mulcta*, *ſed moriuntur citiſſime*, *eo modo quo ſiccitas*, & *calor*, *rapiunt aquas nivis*; *ita ut ne veſtigium quidem remaneat.* Ne *Pineda* quidem hoc conſpectu abſtinuit, ἀσύγκλωστα κλώθων, *Neque ſecus impios ſqualida Inferorum tellus abſorbebit*, *quam ſolet arida liquatas nives combibere*, *licet interim futili felicitate fruantur*, & *placidiſſime etiam occumbant nullo doloris ſenſu*, *leniter* & *inſenſibiliter liquefacti* &c. &c. Peculiarem locum IV. tribuo Cl. *Coccejo*, qui adhuc tenuius quid elimavit, per *Analyſin* ſane quam ſubtilem, atque deductam. Nempe poſt אא *Deſcriptionem peccatorum*, *lucis reverentiorum*, *in genere Vſ.* 13. *in ſpecie Vſ.* 14. 15. 16. 17. nunc בב ſubjungit *Deſcriptionem exitus*: qui alius *aa. timentium Vſ.* 19. 20. 21. alius *bb. audacium*, *Vſ.* 22. 23. Ad *aa.* ſic proſequitur, ut *exitus timentis peccatoris* dicatur *a. Celer*, *ſine perceptione hominum Vſ.* 19. *b. commodus ratione circumſtantiarum*, & quidem *α. doloris parentum. β. conditionis abrepti. γ. honoris in poſterum. δ. dedecoris* & *pœnæ in poſteris.* Hæc quomodo inde eliciantur, ſigillatim enotabitur. Prius illud de *Celeri exitu* ad hunc verſum ita explanatur; *Quemadmodum ſine obſervatione hominum nix liqueſcit*, & *liquata combibitur a terra arida*, *ſabuloſa*, *quum æſtus vel cœperit*: *ita Infernus*, (*Locus in quo mortui ſunt*,) *eos qui ſine Dei cura*, & *cultu*, *vixerunt*, *tanquam ad male faciendum nati eſſent*, *ſine ſenſu ac obſervatione rapit. Ubi igitur dies Dei*, *quos videant*, *qui norunt Eum?* *Nota in verbis celeritati ipſi certantem brevitatem*, *ad ἀθανασίαν*, *mortemque difficultate*, *ac diritate*, *carentem*, *exprimendam Pſ.* 73: 4. Cl. *Schmid.* hanc *communiorem ſententiam Interpretum* agnoſcit quidem non omnino alienam a mente *Jobi*, qui *Felicitatem improborum*, etiam *in Morte Celeri*, *Cap.* 21. aſſeruit; ſed hoc *noſtro textui convenire* negat, in quo *de celeritate nihil expreſſe.* Atqui *expreſſiſſimum* verbum יגזלו *Rapiunt*; ſuccinente & tota ſtructura, ut acute a *Cocc.* obſervatum. Talia ab excellentiſſimis Scriptoribus captari, nemini Humaniori paulo ignotum. Interim nec mihi tuta ſtatio hæcce; unde novæ iterum undæ nos in altum retrahunt; atque judicium ſuſpendere cogunt.

Verſ. 20. Rareſcunt nunc copiæ, in prima acie. Ad *improbitatem* hæc tamen ex parte trahit *Gloſſ. Ordin.* I. *pœnam* ſimul complexa. *Dei miſericordia obliviſci ejus dicitur*, *qui Omnipotentis Juſtitiæ fuerit oblitus*; cujus dulcedo vermes: i. e. *qui delectatur inquietudine ſecularis curæ*: *nomine enim vermium ſignatur inquie-*

quietudo cogitationum. Poteſt etiam Vermis nomine Caro ſignari, quæ luxurioſo, & carni dedito, dulcedo eſt &c. &c. Doct. *Hofm.* II. Ad *Libidinem*, quæ ſibi *luem veneream*, & *oſſium cariem*, attrahat, reſpexit, inter *crimen* & *ſupplicium* medius quoque. *Chald.* III. *crimen* item cum *ſupplicio* mire copulavit, *Crudeles, qui obliti fuerunt miſereri pauperum, dulces facti ſunt vermibus &c.* Incommode *Druſ.* vertit. Ineptius adhuc IV. R. *Salom. In Tanchum extat homines diluvii cepiſſe filios ſuos, eoſque ſub ſe ſtraviſſe, ad Abyſſi valvas obſtruendas.* &c. Hæc omnia quam nihil opis ac lucis ferant, palam eſt.

Ibid. Secunda Claſſis contra vires acquirit;. Ac I. quidem *Arabs* ad ſolam *pœnam* ſat rotunde; *Et oblivioni traditi ſunt a vulva; exſuxit eos pulvis; & mortui etiam non memorantur; frangiturque tanquam Lignum improbus.* Paulo aliter *Syrus.* Saltem in *Polygl.* ſed quum מתק *Syris* ſit *ſuxit*, haud dubie eodem modo intelligendum illud מתקה אנון רמתא *ſuxit eos vermis.* Amplectitur *Boch. Hieroz. part.* 2. p. 621. negans, *dulceſcit ei vermis* commodum ſenſum præbere. Cl. *Crom.* produxit quoque متك *ſorpſit* aquam, vinum, & مُتْك *proboſcis muſcæ*, a *ſorbendo*, ſive *ſugendo.* Hæc mea non fecerim. *Ab. Eſra* II. nihil hic annotavit, niſi רחם *Uterum* eſſe אם *Matrem, præ qua ei vermis dulceſcat.* Auſus III. *Jun.* poſt *Obliviſcitur illius vulva*, ac ſi nunquam conceptus aut editus fuiſſet utero, *ſuaviter depaſcit eum vermis* &c. quod cum illo *ſuxit*, de quo paulo ante, concinit. *Bolducii* mentem IV. in qua adſtruenda multus eſt, percipias ex *Paraphraſi*; *Oblivioni tradetur vel ab iis etiam qui illum prius tenerrime dilexerant; projectus cum facinoroſis immedicatus putreſcet, & a vermibus corrodetur: deinceps non legetur in Catalogo juſtorum. Denique par eſt, ut, ſicut arbor turbine, penitus effringatur iniquitas.* Ei רחם ſignat *Uxorem* propriam, vel & *uxores aliorum*, quibuſcum conſueverat adulter. In מתקו רמה argutatur, quaſi eſſet, *Capietur dulcore ejus vermis*, in quo ineſſe ait *Periphraſin ignominioſæ ſepulturæ*, qualis eſt *damnati ad ſupplicium publicum.* In לא יזכר alluſum vult ad *Genealogias*, unde talis *eradendus*, decreto judicis. In portu navigare ſibi videtur Cl. *Schmid.* V. cui רחם *uterus maternus*, qui dicatur improbi illius *Obliviſci*, cum *abnegatione* ejuſdem, quatenus *in tantum contemtum ignominiamque ſit venturus, ut Matrem quoque pudeat ejus, nec pro filio agnoſcat* &c. *nedum ut cognati, aliique Amici, eum agnoſcere velint.* Per *dulcis ei vermis*; tantam & tam gravem *pœnam* deſcribi cenſet, *ut impius ſibi mortem præ vita exoptet, & gaudeat ſi moriatur, atque eſca fiat vermibus.* Tertium membrum *facilem* quoque *ſenſum fundere* ait, quatenus *Mortis conſequens, quod omnis bona memoria illius extinguitur, mala ſola durante.* Ultimum denique, *Epiphonema* ei efficit, in hunc ſenſum, *Atque ſic frangitur & penitus eradicatur iniquitas, ut liqueat, quam pœnam mereatur, quamque in altero etiam ſeculo ſit ſubitura.* Subdit, *Bene facere Coccejum, quod hic tandem pœnam impii, quam citius debuiſſet, agnoſcat.* Non aſſecutus eſt mentem *Cocceji*, ſic ſatis obſcuram; de qua infra. Nihil horum tam limpidum, quam credi vellet *Schmidius.* Precaria explicatio prioris membri; ſecundi abſona; quod ſemet notaſſet *Jobus*, qui & ipſe *mortem omnibus votis expetebat.* Poſtrema etiam nimia. Variatum nonnihil in hiſce a Cl. *Reim.* VI. qui prius refert ad *mortem immaturam improbi*, ita ut *Mater* cum *ante ſe efferri* videat, & ſic *ſepulti obliviſcatur lubens.* Alterum mallet, *Dulce hoc erit vermi*, ut *ſuff.* verbi intranſitivi *nominaſcat*; i. e. *præſtabit ille gratum vermibus cibum, cito raptus* &c. &c. In vicinia VII. Cl. *Cler. Mater memoriam ejus, propter impietatem, non colit; nihilque ei melius quam a vermibus abſumi; nec amplius memorari; quin ut arbor infructuoſa confringi.* Huc quoque inclinare nunc videtur Doct. *Crinſoz.* quamvis de ejus mente non ſatis liqueat. Uterque מתקו ſubſtantive, *Dulcedo ejus*, quod & *Hieron.* aliiſque jam commodius viſum, ne in *Enallagen* generis incidatur. Idem placuit Cl. *Gaſſ.* ſub מתק & רמם. Aliquid *gravius ad pœnam* VIII. captatum a *de Pined.* qui *imprecationem Vulgati* convertens in *enuncia-*

ciationem, dat, *obliviſcetur ejus Miſericordia*, Divina nempe, *non revocatura illum a ſempiternis cruciatibus*, *neque ei collatura reſurrectionem ad vitam*. Alterum colon non tantum *vermes corpus avidiſſime roſuros*, ſed & *vermem* illum nunquam *intermoriturum*, ei ſubjicit. In poſtremo, ad *Lignum*, & quidem *infructuoſum*, quod adjecit *Hieron.* argutior quoque eſt, quaſi ad *Arbores venenatas*, & *ſola umbra graves*, *ac noxias*, alluſum eſſet.

Ibid. Cum *imprecatione* omnia, *Tertio*, continuavit *Vulgat. Obliviſcatur ejus miſericordia. Dulcedo illius vermes. Non ſit in recordatione*, *ſed conteratur*, *quaſi lignum infructuoſum.* Intelligitur a plurimis *Miſericordia Divina*; vel, quod eſt in *Comm. Hieron.* ipſe *Deus*, qui non *miſericors* ſolum, ſed ipſa *Miſericordia*, abſtracte. Reliqua quæ ad *vermes* & *Lignum infructuoſum* ibidem proſtant, multo abſurdiora. Illud *infructuoſum* exſculptum ex עולה quaſi *arbor iniqua* poſita eſſet pro *infelici*. Non placet. Flexus tamen ipſe non omnino diſplicet; quem & LXX. commodiſſimum cenſuere, ultima ſic exprimentes Ἀποδοθείη αὐτῷ ἃ ἔπραξε, συντριβείη δὲ πᾶς ἄδικος ἴσα ξύλῳ ἀνιάτῳ. Pauciſſimis tamen *Modus optativus* ſe inſinuavit, quem quidem ego, ſi *pœna* deſcriberetur, omnino retinendum arbitrarer.

Ibid. In *Quarta Claſſe* occurrit I. *Calv.* hæſitans, nec diſerte ſatis mentem explicans, circa vim locutionum. Ejus verſio ſic habet, *Homo amabilis ipſum oblivioni tradet*, *vermes ex ipſo dulcedinem decerpent* &c. Ad quæ ille, *His verbis oſtendit Jobus improbos non ſemper regnaturos*, *& finem tandem aliquem habituros. Eos tamen pace & quiete frui ſinit Deus ad mortem uſque*, *ut eorum conditio piorum conditione deterior non eſſe videatur. Idem impiorum & piorum ſtatus* &c *ita ut nihil aliud dici poſſit quam res in mundo confuſas eſſe.* Priora ad *pœnam* videbantur tendere, ſed mox rem mitigat, faciemque loci commutat in *aliquid non pœnale*. רחם pro *pacifico*, *miſericorde*, *amico*, a R. *Levi* profectum, & propagatum a *Munſt.* aliiſque in hanc mentem, *quod impii plerumque lente & ſuaviter deſcendant in ſepulcrum*, *ita ut Amicus videns tam gratam mortem*, *non multum condoleat*; *& ille*, *integro corpore*, *atque nullis languoribus fracto*, *gratus ſit cibus vermibus: quem in modum tandem intereat impietas*, *quaſi putre lignum ſua ſponte decidens.* R. *Levi* ſimpliciter dixerat, agi *de morte improbi doloribus exemta:* quod ut verum eſſe non negaverim, ita phraſes e facili & limpido fluere, nullus dixerim. Maluit *Caſt.* II. *Obliviſcitur eos uterus*, h. e. *ſunt perinde ac ſi nunquam ex utero prodiiſſent: ſic dulcedo iis vermis* i. e. *eis ſuave ſic extingui*, *poſtquam feliciter vixerunt & ſe maleficiis oblectarunt.* Simplicius putat III. *Merc. Obliviſcetur eum uterus maternus*, *quod tam repente & facile ſit mortuus.* Item, *Dulcis eſt ei vermis*, *ita ſuaviter eſt mortuus*, *ut in ſepulcro ei vermis videatur dulceſcere.* &c. &c &c. &c. *ultra non memorabitur ex hominum memoria deletus*, *ſed eadem probis mortuis accidunt.* Denique, *vir perverſus more arboris putridæ aut ſiccæ*, *quæ cito revellitur*, *facile hinc*, *& ſine cruciatu*, *tollitur.* Ad רחם ambigit *Druſ.* malitne *Matrix*, an *Amicus.* Ad מתקו hæret inter *nomen ſubſt.* & *verbum*, monens quoſdam inſerere פה, ut ſit, *dulcedinem ex eo percipiet os vermis.* Senſum eundem ſtatuit, quem *Merc.* reliquis quoque ſubſcribens. Ad nonnulla membra aliquid variant Doct. *Belg.* in re ipſa tamen conſentientes, agi de *Morte facili improborum*, *quorum nec oſſa turbentur.* Eodem collineat *Vavaſſ.* monens *partem maximam felicitatis habitam apud antiquos*, *mandari ſepulcro: ut inhumatum eſſe*, *pœnæ graviſſimæ loco ducebatur.* Iſtam *imaginem* extantioribus lineis duxit *Paraphr. Anglica* Reverendiſſ. *Patricii*, quaſi negaretur *ſupplicium de ſcelerato*, *ut meruerat*, *ſumi*, *aut infelici eum ligno ſuſpendi in paſtum alitum*; *contra*, *cum honore eum ſepeliri*, *ut vermibus jucundum fiat pabulum*, *ſicut reliqui mortales*; *nulla ejus*, *ut nec impietatis ejus*, *memoria remanente*; *ſed*, *ritu Arboris confractæ*, *deleta.* Aliquid non abſimile habet Ill. *Grot.* ut *in* 1. *Obliviſcitur ejus miſericordia*, rectius *miſericors* ait, i. e. *Deus ejus obliviſcitur*, *quaſi nihil mali feciſſet.* Maleficia ejus impune abire permittit. In 2. *Vermibus eſt eſca dulcis*, *ut cæteri.* Non ſuſpenſus, puta, aliove ſupplicio adfectus. Denique in 3. & 4. *Non memoratur*, *ſed confringitur quaſi lignum iniquitas.* i. e. *ſicut arboris in particulas diſſectæ nulla eſt memoria*, *ita nec ſcelerum ejus.* Ecquid vides omnia eodem collineare, quo *Epiſcopus Elienſis* ſpectabat? nullam *infamiam* ſceleratis illis *adhæreſcere*, ſed *facinora* eorum una cum ipſis velut

21 רעה עקרה לא תלד ואלמנה לא ייטיב׃

22 וימשך

21 Paſcens ſterilem, *quæ* non parit: & viduæ non benefacit.

22 Et

lut *ſepeliri. Sepeliri* autem? *tumulari* dicere debui, & *magnifice efferri.* Iſtam *ideam* obverſatam *Jobo Cap.* 21. *Vſ.* 29. 30. & ſequentibus, ex Commentatione noſtra pateſcit. Eam hic recurſare, nil mirum eſſet, in diſputatione contra *Providentiæ Divinæ Juſtitiam* ſuſcepta. Nil gravius utique in mundo, quam quod *vexet cenſura Columbas*; quum *Vulturii*, & *Accipitres* libere graſſentur; & qui *Capite plecti* deberent *magni Latrones*, ſæpe parvulos illos plectant, & ſuſpendi jubeant. Nota Camarina. Notum in orbe ſcandalum; ad quod ſi hic obhæſerit Noſter, *Viro Principe* non indignas volutavit cogitationes, contra *Viros principes* in aciem productas, qui de *Violentorum* & *Tyrannorum* ſorte ita diſſertaverant, ac ſi eos *ſua* ſemper his in terris *ſupplicia manerent:* de iiſque *Exempla* ſtatuerentur *Juſtitiæ*, in Regimen generis humani intenſiſſimæ, ac vigilantiſſimæ. Dignus itaque ſenſus, de quo ulterius deliberetur. Non idem judico de *Codurci* opinione, qui hic *ſignificari* ait *fatum eorum*, *qui ſe fortunaſque ſuas mari credunt*; *quod ut plurimum vel naufragio pereant, vel alio quodam infortunio. Ut ut ſit, eundem eos ſortiri vitæ exitum ac ceteros mortalium; nihil illis præter Legem univerſi uſu venire, ſed fractæ arboris inſtar eos cadere.* Scopæ diſſolutæ; quas nobis audax illa *Navigatio*, *Vſ.* 18. inducta peperit. Cl. *Cocc.* IV. multo acumine *Analyſin* hujus *Vſ.* concepit, quatuor membra diſtincta exhibentem in *exitu commodo* improborum *ratione circumſtantiarum*, ut *Vſ.* 19. monui. Is ergo *Commodus*, *α. ratione doloris parentum*, nam *obliviſcitur eum uterus*; i. e. *Mater*; *quæ a vivo nihil expectabat ſolatii*; *neque pro mortuo amplius angitur. β. ratione conditionis abrepti*; nam, *ſuavis ei eſt vermis.* q. d. *Mors ejus non poteſt pro miſeria cenſeri: quoniam a jactatione & peccato ceſſat. Magis et ſecundum naturam eſt corruptio corporis, quam vita talis. Si ſuperſtes fuiſſet, duriora paſſus fuiſſet. γ. ratione honoris & boni nominis in poſterum*; nam *non memoratur:* i. e. *nec laude fragrat ejus memoria, nec infamia fœtet. δ. ratione dedecoris & pœnæ in poſteris*; nam, *frangitur*, *ut arbor*, *injuſtitia*; *Paſcens ſterilem* &c. &c. adjuncto huc *Vſ.* 21. q. d. *Quemadmodum arbore fracta, & ſuccisa, nihil reſtat, ſive ramos frondes, fructus, genuerit, ſive non: ita & injuſti ſæpe franguntur. Vel enim una cum ipſis*, poſteris, credo, *tolluntur*; *ut oppreſſione alicujus mali, naufragio, peſtilentia* &c. *Vel non habent liberos, qui memoriam, nomen, culpam, ignominiamque parentis excipiant. Nam ſteriles paſcunt* &c. De eo mox plura. Nunc finio in eo, quod-ne hæc quidem *finem* nobis *longinqui erroris* dare, fidamque ſtationem aperire poſſe videantur.

Verſ. 21. Scindunt ſe viæ, ſententiæque; & novis nos curis diſtrahunt huc illuc. Prima Claſſis hic iterum ornatior, inſtructiorque, & numero, & viribus. Ei ſe aggregant, relicta imprecatione, LXX. & *Vulgat.* I. *Pavit enim ſterilem quæ non parit, & viduæ bene non fecit.* Allegorias ſteriles quibus ſe Veteres multi hic paverunt, reperias in *Gloſſ. Ordin. Lyran. Hieron. Aquin.* aliiſque. *De Lyra* tamen II. ſubjungit, *Hebræos hæc reducere ad tempus diluvii, ſicut prædicta, dicentes, quod homines tunc accipiebant duas uxores, unam quæ delectationi tantum eſſet carnis; alteram proli generandæ. Priori eos dediſſe potum ſterilitatis, ne partu deturparetur, eandem bene paſcentes & veſtientes, ut eſſet delectabilior: ad alteram non acceſſiſſe, niſi cauſa impregnationis, eam male paſtam veſtitamque inſtar viduæ dimittentes.* Apud *Jarch.* nugas has *Thalmudicas* reperire eſt, quibus aliquid delatum miror ab *Ill. Grot. Druſioque.* Meminit & *Merc.* nec non finitimæ opinionis *Rambani*; III. quaſi *præ ſtudio latrocinandi non magis hi homines proli ſuſcipiendæ & educandæ vacare vellent, quam agris vineiſque colendis: ac propterea eos ſteriles tantum, & viduas, ſecum habere.* Ipſe *Merc.* IV. exhibet, *Conterit*, vel, *conterebat*, dum viveret, *ſterilem*, *quæ* ſcil. *non parit.* i. e. *Adflictam alioquin, ob ſterilitatem magis adflixit, liberiſque carentem, quæ eam tueri potuiſſent, vexavit, & oppreſſit.* Addit, *intelligi viduam ſterilem*, eandem nempe, quæ ſeq. *hemiſtichio*

ponitur &c. ut ſecundum hunc calculum *duo Cola* idem diverſis modis conſignent. Cum eo facit nunc *Codurc.* tranſiri dicens *ad alias ſceleratorum centurias, qui viduas & adflictiſſimas animas fraudibus adoriuntur, devorant, depaſcunt.* Hauſtum ex R. *Levi*, cujus hæc meditata a *Munſt.* expreſſa, e quibus & reliqua ad *Rabbini* illius mentem clareſcent. *Ecce talis mors conſequitur impios, qui ſterilibus uxoribus ob ſterilitatem infeſti fuere; qui viduis mala irrogarunt; qui robuſtis robuſtiores fuerunt; & quorum vitæ nemo credebat; Nam etſi darent manus, & fœdera percuterent, tamen quærebant occaſiones nocendi.* Apud *Calv. Conc.* XCIII. ſimilia extant: *Jobus poſtea pergit oſtendere quomodo improbi, ſine metu ullo Dei, pudore hominum, graſſentur; & unam duntaxat ſpeciem ponit* &c. *Expreſſe loquitur de ſterilibus, nam ſi liberos habeat mulier, quamvis vidua, ecce illi præſidium paratum; ſin ſit vidua & ſterilis, deſolata eſt* &c. &c. Conſentit de *Pined.* hanc vocans facilem ac ſimplicem interpretationem, &c. Inducit, ut Scenam adornet, *Tyrannum ſævum, qui poſtquam Virum de medio ſuſtulit, & filiolos jugulavit, ſe ad capiendam* viduæ *prædam mox convertat, orbatæ* jam *marito, liberis, omnique propinquorum patrocinio.* Quum autem præmiſiſſet *ſterilem* & *viduam* eſſe *eandem*, coactus fuit *ſterilem* latiore ſenſu hic ſumere pro *ea, cui nulla ſtirps, ex qua germinet poſteritas*, quam vim ex *Origine* vocis עקרה elicit, quæ proprie ſignet *Eradicatam, Convulſamque.* Monet quoque רעה *paſcere* poſitum pro *depaſcere.* Aliquid ſubtilius VI. venatur *Vavaſſ. Depaſcitur mulierem Divitem & opulentam, cui nulli liberi, nulli hæredes: nec de ea muliere bene meretur, quæ deſtituta ſit auxilio mariti.* Addit, *vocabulum* paſcendi *etiam ſumi poſſe, pro decipere, circumſcribere, falſaque ſpe lactare*, ut βουκολεῖν. Tenditne ad *Hæredipetas*, queis *via proceſſus vetulæ veſica beatæ?* Neſcio: nec acumen penetro. Ut nec VII. illud *Bolducii, parit ſterilem* &c. exponentis, *attrahit ad ſe viliſſimas & tenuiſſimas popelli perſonas, quæ viribus opibuſque prorſus impotentes, nulliuſque frugi, illi adhærere coguntur, ejuſque amicitiam mendicare, ut ab eo defendi poſſint.* Ait eleganti *Schemate* עקרה *ſterilis & ad gignendum impotens mulier*, hic poni generaliter pro *qualibet egena, miſerrima*, & *impotente perſona.* Vix ſemet intellexiſſe eum patet ex *Paraphraſi*, ſic concepta: *Alius eſt qui devorando penitus confringit miſeras perſonas, & quæ præ paupertate ſteriles, proficere non valent* &c. Ad *ſtupratores virginum* VIII. a *Cajet.* tractum, *qui eas non tantum per vim comprimunt, verum etiam medicato poculo eaſdem ſteriles reddunt, pellicum & amaſiarum loco eas nutrientes.* In altero adhuc argutior, *rem turpem verbis honeſtis* velatam verbo *benefaciendi* innuit. Ad prius colon ei conſciſcit *Caſtal.* inter *maleficia* horum hominum recenſens, *Corrumpere fœtus in utero ſtupratarum a ſe mulierum, ne flagitium pateat.* Ad poſterius aliud ſequitur, *viduis* nempe *malefacere*, & *in quosvis graſſari.* Conf. *Epiſc. Elienſ.* ſub claſſe quarta. Vicinum eſt IX. quod alii de *turba meretricum* hic cogitent, quæ *medicatis potiunculis* ſibimet *ſterilitatem* pariunt, ne parere cogantur. Habes ſententiam pluribus expoſitam apud *de Pined.* a qua non alienus noſter *Cocc.* Is ſub *Quarta Claſſe* locum ſibi ſuum ſervat, ita tamen, ut ex obliquo in hanc primam quoque incurrat. Arctiſſime nempe huncce præcedenti verſui annectens, dedit, *Frangitur iniquitas paſcens ſterilem* &c. & *viduæ non benefaciens.* Duplex crimen. 1. *Paſcere ſteriles morbo, arte, ſcelere, ut ſcorta; quibus inhiet, quæque affectetur, ut cibum ſuum.* 2. *Viduæ non benefacere* i. e. *adeo a conjugio abſtinere, ut ne legi quidem & pietati imperanti obtemperet. Lex enim vult viduam proximi cognati duci.* &c. *Ante Legem idem probavit Judas Patriarcha.* Adjicit & aliud, *Viduam ipſius improbi* ſpectans, *pro qua nullam curam geſſerit, ut illo defuncto domum haberet & prolem.* Talia ineluctabiles indicant anguſtias. Non procul hinc abeſt, nec tamen idem dicit, *Crinſoz.* X. ſolutiore nexu, *Nonnulli alunt feminas ſteriles, propterea quod non pariant; nec quicquam boni faciunt viduæ.* Cenſet notari tales, qui ab *uxore* abhorreant, in *rem* ipſam proniſſimi; cum, *ne moleſtiam familiæ ſuſtinendæ ſubeant*; tum, *ut ab hæredipetis, hiantibuſque corvis, colantur*; *viduam* nempe *nullam relicturi.* Ea utique mens videtur annotationis ſubnexæ. En XI. ſententiam *Ab. Eſræ*, quæ & *Chaldæi* fuiſſe videtur; a quibus ſuppetiæ his quoque partibus accedunt. Nempe *cauſam* nunc ſubſumunt, ob quam *præcedens* illa *pœna improbis fuerit immiſſa*; quippe qui per nefas omne ruentes, *mulierculas prole nulla munitas, & deſolatas viduas, vexarint* &c. &c. Deſino in ſuſpenſione judicii qua Doct. *Belg.* XII. uſi, ad

ad *flagitia* quidem hæc referendo, ſed de nexu cum *præced.* nihil definiendo; niſi forte aſſenſi fuerint *Mercero*, qui *ad alia improborum atrocia facta enarranda rediri* ait, *priuſquam ſermo de illis inſtitutus claudatur.* Cl. *Schmid.* non immerito id reprehendit; ſed quid faciemus, ubi *Ponto nox incubat atra*?

Ibid. Secunda Claſſis eorum, qui *pœnam improbitatis* hinc elicere volunt, jam deſertior. Vitioſe I. *Syr.* & *Arabs. Improba ſterilis non pariet, & viduæ non benefaciunt.* Lectum apparet רָעָה; ſenſus forte, quem Cl. *Cler.* offert, *paſcit ſterilem* uxorem, *quæ ei liberos non parit: &* nemo *viduæ ejus benefacit.* Cenſet לא valere אין *nemo* ut 2 *Reg.* 24: 14. Non quadrat exemplum. *Chaldæo* itemque II. *Ab. Eſra*, ad primam claſſem adjunctis, in locum ſuccedat Doct. *Hoſm.* hæc invertens in non abſimilem *maledictionem*, quam ſibi pariat *libidinoſus* ille, qui exhauſtus, effœtuſque, *uxorem ſterilem alat*; quin & *viduam eandem* efficiat quaſi, dum vivit, per aliena cubilia volutari ſolitus. Non expeditiora III. quæ *Jun.* & *Trem.* auſi, *Conſociat ei ſterilem non parituram, & viduam non afficit bono.* In *notis* dicitur, eſſe *ſecundam partem judiciorum Dei in improbos, quod nimirum etiam eorum familiam adfligat & peſſumdet graviſſime, ac primum quidem uxorem hoc Vſ. dein liberos ſequentibus.* Senſus; *neque vivo eo, neque mortuo, uxori ejus benedicit* Deus. Nimis feſtinus Cl. *Schmid.* ſubſcriptorem apponit *Coccejum*, oppido hinc ſejunctum; ut percipias ex *num.* IX. primi ordinis. Fefellit ſimilitudo notionis a *Cocc.* captatæ in רעה *paſcens*, quod ei hic valet *Aſſocians ſibi*; cum alluſione ad רעה *amicus*, quicum *paſceris* ſcilicet, & *converſaris.* Ita רעה זונת *paſcens meretricum.* Itemque *Prov.* 13: 20. & 28: 7. Vides ſimul quid anſam præbuerit *Jun.* & *Trem.* nimis profecto fragilem, a genioque Linguæ detortam, quum *paſcere tranſitivam* vim *conſociandi* dare nequeat; ſed *intranſitivam* illam *converſandi* & tanquam *compaſcendi*, ultro invitet. *Bolducio* IV. ad ſuperiores illos regreſſo; videamus V. quid Cl. *Schmid.* ferat. Ad propriam *uxorem* improbi omnia reducit, quam *maledictione* Dei *ſterilem*, & *nunquam parituram, alat.* Eam *uxorem* mox per *prolepſin* vult appellari *viduam*, ad quam לא ייטיב repetit רעה, *paſcens viduam, cui nemo benefaciat*, ſubaudito אשר cum *ſuff.* לה, inquit Vir Doct. ne ſic quidem ſenſu expleto; quum אדם *aliquis* adhuc deſideraretur. Ecquid gradum obtinuit, in acie quam ſolus, quum ſolidi nihil adhuc allatum ſit, nunc ſuſtinet? Haud putem: qui enim ita gradum retinet, eo excidiſſe videtur. Cl. *Reim. Paraphraſis* VI. ad hanc formam expreſſa, *Nutrit ſterilem, & prole carituram uxorem*; quin talem, quæ quantocyus *vidua* futura ſit; *cui* poſt fatum mariti nemo *ſit benefacturus.* Scilicet hæreat alicubi neceſſe eſt, qui ubi firmo pede ſtetur, non invenit; quod & nobis uſu venturum nimis vereor.

Ibid. Tertia Claſſis ferme nuda. LXX. quippe & *Vulgat.* ab *imprecatione* receſſerunt ad *enarrationem ſcelerum.* Unus, qui mihi quidem occurrat, *de Pined.* aliquid hujus generis attigit, monens, poſitis quibuſdam interpretationibus alienis, *propius ad rem præſentem, ut* Noſter *comminetur Tyranno ſterilitatem uxorum*; *& quidem in juſtum ſupplicium, ut qui ex alieno toro liberos ſuſcipere volebat, ne quidem e ſuo eos ſuſcipere poſſit.* Adjicit, *non male quadraturum, niſi ſecunda pars de vidua, aliud poſtularet.* At *comminationi* locus hicce parum aptus, niſi eam ſic inflectas, ut quid *fieri deberet*, non quid *fiat*, vel *futurum ſit*, a Noſtro exprimatur, in hunc ſenſum; *Et confringatur, tanquam Arbor, Iniquitas; paſcens ſterilem, quæ non pariat; & viduæ non benefaciat.* i. e. *Maledicta ſit ejus familia; & uxor, in vita ejus; maledicta item ſit poſt mortem; & viduæ ſuæ nil niſi miſeriam paupertatem, & deſolationem relinquat.* Hæc deliberans ſcribo, nihil me certi habere profeſſus.

Ibid. Poſtremam aciem, conſimiliter defenſoribus nudatam, ferme ſolus I. ſuſtentat *Cocc.* ope *Analyſeos* illius ſubtilioris, quam ad *Vſ.* 19. Claſſe quarta, *num.* IV. delineavi. Viſum ibi *hunc verſum* ſubordinari ſub *noviſſimo Colo præcedentis*, in hanc mentem: *ſceleratus* ille *non eſt infamis* poſt mortem, *quia non habet liberos qui culpam ignominiamque parentis excipiant*; *paſcit* quippe *ſcorta ſterilia: & a conjugio abhorret* &c. *Qui tales ſunt, illorum Domui & Liberis nulla pœna recondi poteſt.* Vellem directius ille *Scopus tangi* poſſet.

Eun-

22 Et trahit validos robore ſuo; ſtat, & non credit vitæ.

23 Dat

22 ומשך אבירים בכחו יקום ולא־ יאמין בחיין ׃

23 יתן־

Eundem ex obliquo utcumque II. petiit etiam *Epiſc. Elienſ.* qui quum *V ſ. preced* deſcriptam ſtatuiſſet *ſepulturam ſcelerati infamia nulla, nullo ſupplicio, adfecti*; ita nunc pergit, *Idem hocce verum eſt etiam in eo qui, ad celandum flagitium, occidit fœtum in utero illius quam defloravit: & qui, quum injuriam facit pauperi viduæ, nullam ei præſtat ſatisfactionem.* Habes duo *crimina atrocia, quæ* pleramque *impune abire* diſputet Noſter, quum ex *hypotheſi* Amicorum *publice* & *ſevere* a Deo vindicari deberent. Idem haud dubie intendit *Caſtal.* Idem *Calvin. Munſt. R. Levi*, & pleraque pars eorum, qui verſus 19. & 20. ad *externam felicitatem* improbi, *in morte facillima*, referendos eſſe ſtatuerunt. Sic ergo noviſſima claſſis vires, quas amiſiſſe videbatur, recuperat, atque reliquis ſuperior hactenus deprehenditur: quamquam mihi quidem necdum de ſumma rei liqueat.

Verſ. 22. Magna diſtractio prioris claſſis, ad *Crimina* hæcce revocantis. *Vulg.* I. ex parte ſaltem, *Detraxit fortes in fortitudine ſua, & cum ſteterit, non credet vitæ ſuæ.* Hæc neutiquam clara, applicantur a *Lyran.* ad *Tyrannos*, qui *deturbant*, & *deturbari* timent. Allegorias *Gloſſ. Ordin.* aliorumque ſepono. Huc, excuſſis aliis quibuſdam opinionibus, concedit *de Pined.* nec alienus hinc *Vavaſſ.* aliud tamen ipſe II. promens, *Tanta illius potentia, ut potentes etiam dejiceret; adeo ut cum ſtaret, & inſurgeret in illos, vitæ ſuæ diffideret*; i. e. *cum vitæ ſuæ periculo illos aggrederetur, quod extremæ eſt temeritatis.* Ea *temeritas* tam parum quadrat, quam aliorum *ignavia*, in hanc mentem valde contortam, *ſi* quiſpiam *reſtiterit Tyranno, ſtatim de vita ſua deſperat*, ipſe nempe tyrannus. Paulo mollius III. *Caiet.* & *Vatabl. ſi inſurrexerit* in aliquem tyrannus, *non credet vitæ ſuæ*, nempe is in quem ſævus ille tyrannus conſurgit. Id *Doct. Belg.* ſecuti, niſi quod יקום malint *ex quo mane ſurrexit* ille tyrannus, *nemo vitæ ſecurus eſt.* Sic verbum hoc reſtrinxerat *Ab. Eſra*, quamvis ad I. ſententiam inclinet. *Ramban* ſimiliter *ſicarium mane ſurgentem* ſibi hic proponebat. *Merc.* IV. preſſius, *Traxitque* dum viveret, *potentes robore ſuo* i. e. *in rete ſuum non tantum imbecillos detraxit, ſed ipſos quoque potentiores* &c. *in quos ſurgente illo, nemo horum potentum vitæ ſuæ credebat.* Idem ſedit *Calvino*, hac ſimilitudine utenti, *Quomodo eluvies aquarum arbores evellit, domos demolitur: ſic qui a longo in maleficiis obduruere, inſtar nimborum ac tempeſtatum omnia evertunt*, &c. &c. *ſub iiſque tremere etiam coguntur illi, qui prius divites & potentes erant.* Conferantur in hunc ſenſum *Munſt. Caſtal. Deod. Piſc. Druſ. Patric. Crinſoz.* &c. Omnibus præitum V. a R. *Levi* ita ad verbum commentante, *Viri hujus robur prævalidum factum, ita ut traheret quoque validiſſimos, illo ſuo robore, eoſque occideret: ſtabat* interim *quiſque eorum, & non credebat vitæ ſuæ, præ metu illius, & dabat ei donum ob ſecuritatem, & confidebat, ſe lædendum non fore. Non tamen propterea improbus abſtinebat ab illis lædendis; ſed oculi erant ſuper viis eorum, ad eos perſequendos, maloque adficiendos.* Vides in verbo יקום aliquid diſcriminis, nam pro *oppreſſore ſtante* vel *ſurgente*, habes *oppreſſum*, qui dicatur *ſtetiſſe*, vel ut *Merc.* tangens hanc ſententiam maluit, *ſurrexiſſe ad fugiendum*, utpote *vitæ metuens & diffidens.* Mirifice VI. *Syr.* & *Arabs*, hanc in claſſem conjiciendi, *Et poſſeſſio Magni in robore ejus conſiſtit; nec credit viſui.* Ad מישך مسك *poſſeſſio* reſpectum. Item חזין pro חיין. Mirificentiſſime VII. *Bold. Attraxit vulpina aſtutia* & mille artibus, *fortes in potentiam ſuam*; eos ſibi adjungens: *erectus eſt, & non credidit in vita.* i. e. *Eo uſque evectus fuit, ut vix crederet vel caperet tantam felicitatem.* Aliud VIII. tentatum a Cl. *Cocc.* qui hoc *V ſ.* & ſeq. invenit *Deſcriptionem naſcentis audaciæ.* Ad Quartam Claſſem id rejicio.

Ibid. Simili fluctuationi obnoxia ſecunda Claſſis; ubi denuo *Vulgat.* I. ex parte locum ſibi depoſcit, quatenus poſterius *Colon* revolvitur *in caput* ipſius Tyranni; *Cum ſteterit,*

non

23 יתן־לו לבטח וישען ועיניהו על־דרכיהם׃

23 Dat illi ad confidentiam; & innititur: & oculi Ejus ſuper viis eorum.

24 רמו

24 Eve-

non credet vitæ ſuæ. Huc nexu ſolutiore ſe confert *Codurc. Alius, quamvis viribus polleat, & potentiores dejicere valeat, nequit tamen obfirmare animum ſuum, æſtumque mentis male ſibi conſciæ ſedare.* Aliquid hujusmodi obverſatum *Ab. Eſræ* II. obſcurius tamen mentem exponenti, *præterea qui traxit potentes in robore ſuo, ipſe quoque novit, ſe quum ſurrexerit e lecto ſuo, deſtinatum eſſe morti.* Idem voluiſſe videtur *Chald. Et Trahens potentes in robore ſuo, ſurget, & non credet vitæ ſuæ.* Aliter *Druſ.* apud quem *Schol.* hoc ipſum reddidit, *ita illum condemnat conſcientia, ut ſingulo quoque die ſurgens perinde ſit affectus animo, ac ſi paulo poſt ei moriendum ſit.* Paulo diverſa facie *Doct. Hoſm.* cui *trahere potentes*, eſt, *factionem cum ipſis inire, ad alios opprimendos: quam tamen tyrannicam vim, qua ſe extollit, conſequatur, & comitetur, mala formido tyrannos vexare ſolita.* Hinc non multum abeſſe videtur Cl. *Reim.* monens משך eſſe *attrahere flectendo* & *regere Eccl.* 4: 3. *Cant.* 1: 4. *Hoſ.* 11: 4. Secundum *Hypotheſin* ad *Vſ. præc.* indicatam *Jun.* & *Trem.* III. hæc ad *ſupplicium Filiorum* inflexerunt, *Trahitque* Deus *robuſtos vi ſua; ſi conſiſtit* ullus, *diffidit vitæ ſuæ.* i. e. *Tollit e medio liberos opibus, & honore florentiſſimos.* Eundem conſpectum exhibet IV. Cl. *Cler.* niſi quod non ad *Liberos* adſtringat, ſed *generatim* ponat, *Deum validiſſimos quosque e medio tollere poſſe, ac proinde eos, quamvis ſe erexerint, non poſſe vitæ ſuæ fidere, quæ ab ipſis non pendeat.* Expreſſum ex R. *Salom.* qui applicat ad *homines diluvio deletos, quos Deus pertraxerit tandem ad ſupplicium, poſt longam patientiam,* &c. &c. Eum *aliquid vidiſſe* cenſens Cl. *Schmid.* V. quatenus *pœnam* impiorum hic vidit, eandem longe diverſo flexu ſiſtit; ut *Trahit*, ad *improbum* ſe referens, ſit, *attrahit, & excitat in ſe*, per ſingularem Dei providentiam, *ſemet potentiores*, בכחו *robore ſuo*, i. e. *opibus & divitiis ſuis*, quas potentiores illi invident; *ſurgit* itaque, tum mane e lecto, tum aggreſſurus opus, & *non credit vitæ*, ſemper de ea dubius & incertus ob inſidias, pericula, terrores, ſibi ab æmulis impendentes. Subnectit, *Nos quidem non obſervamus hic difficultatem ullam.* Scilicet facile nobiſmet plaudimus. *Difficultatibus* exemta haud dixerim, quæ non tantum per ambages circumducta, ſed a Scopo *Jobi* deflexa; quem de *pœnis improborum*, contra ſemet ipſum, diſſeruiſſe, ſpecie omni deſtitutum eſt; quantumvis illuc nonnullæ phraſes tendere videantur.

Ibid. Tertia Claſſis *imprecationis* jam plane deſerta; niſi quod LXX. utcumque illuc duci poſſent. Θυμῷ δὲ κατέστρεψεν ἀδυνάτους· ἀναστὰς τοιγαροῦν οὐ μὴ πιστεύσῃ κατὰ τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς. Adde ex *Vſ.* ſeq. Μαλακισθεὶς μὴ ἐλπιζέτω ὑγιασθῆναι, ἀλλὰ πεσεῖται νόσῳ. Hæc longiſſime abeunt ab *Hebræo.* Qui pro *pœna* contendunt, poſſent & ſibi forte ſatisfacere, & ſeriei, ſi aſſumerent, *Et trahat* Deus *validos robore ſuo* &c. vel ex acumine *Schmidiano*, Ipſe *improbus attrahat in ſe validos robore ſuo* &c. &c. Mihi & hic denuo ampliandum.

Ibid. Noviſſime expendenda Sententia ſingularis Cl. *Cocc.* qui ut Claſſe prima, *num.* VIII. ſubmonui, hinc elicuit *Naſcentis audaciæ deſcriptionem*, ſupponens videlicet poſt *Exitum celerem & commodum timentium improborum*, ſubſumi *exitum audacium & ſecurorum, in quos ſi Deus forte animadvertat, citis plagis defungatur, atrocitatem criminum haud æquantibus.* Iſtam *audaciam naſcentem* ex hoc *Vſ.* & ſeq. ita exſculpit: *at ſi traxerit potentes viribus ſuis* is, qui *ſurgebat & vitæ non fidebat; & dederit ei* Deus eſſe *tuto; atque ille nixus fuerit.* Vides poſtremum *Colon* fieri prius, id eſt, *ſubjectum, Is qui ſurgebat, & non fidebat vitæ.* Intelligitur *perdite deſperatus* improbus, *cum periclitatione vitæ, ardua & difficilia quæque aggrediens; & poſt oppreſſos pauperes, jam divites ipſos, & potentes, invadens; eosque trahens, dejiciens, in poteſtatem redigens.* Addit, *ſupplementum pronominis relativi facile ſe defendere, quandoquidem manifeſto agatur de mutatione diffidentiæ in confidentiam,*

tiam. Verum; idque in loci hujus excuſſione momentum haud exiguum facere poteſt. Hactenus tamen nihil ſatisfacit; nec tam *temeritati projectæ* hic locus, ſecundum iſtum calculum *diffidentiæ mutatæ in confidentiam*, quam quidem *impotentiæ*, & *inopiæ*, in hunc ſenſum, *Et traxit potentes in robore ſuo is qui ſtabat & non credebat vitæ ſuæ.* Qui antea erat *abjectiſſimum viliſſimumque caput*, mox *Capita potentium perſultat*, *improbitate ſola provectus ad ſupremum faſtigium.* Scintillulam vides, non lucem: nam & hic *amplius* pronunciandum: quamvis hic Character expreſſior eſſet ad *Temporalem felicitatem* improbi, & *peccandi impunitatem*, quam quartus hicce ordo ſpectare debet. Quomodo autem lectiſſima pars eorum, qui in prima acie locati, hic etiam gradum ſuum obtineant, ex iis quæ ſub finem *Vſ.* præc. annotata, facile percipitur.

Verſ. 23. Eadem inconſtantia, & jactatio, nos implicabit. *Vulg.* I. ad *impœnitentiam* & *ſuperbiam* deflexit, in יתן לבטח reperiens, *Dedit ei locum pœnitentiæ* Deus; in ישען, *ſed ille abutitur eo in ſuperbiam:* ultima, *oculi ejus ſunt in viis illius*, a *Gloſſ. Ordin.* trahuntur ad ipſum improbum, *qui ſuuſmet intueatur vias*, & *ſua quærat commoda.* At *Lyran.* II. maluit poſtrema, *Oculi* Dei *conſiderant omnia peccata ejus.* Similiter *Vavaſſ. ſpeculatur* Deus, *quomodo ſe gerat* &c. Hæc ad *pœnam* inclinant hac in parte. Pluribus *de Pineda*, ad *dilationem ſupplicii* nunc revolutus. *Bolducio* placent *Oculi favoris Divini*, ut *quicquid* improbus *moliatur*, *ei feliciter ſuccedere* dicatur. Ad Quartam Claſſem ſic ex parte acceditur. Mire III. *Vatabl. Multa*, inquit, *ſubaudienda*, & *ſing. ſunt pro plural.* in hanc mentem, *Viri probi ſolent dare impio munera*, *ut habitent confidenter cum eo*; *ſed inſidiantur impii illis a quibus munera acceperunt.* Monet IV. alios dare, *Committit ſe illi*, fœdere inito. Utrumque a *Calvino* captatum, in hiſce, *Collecta majore audacia* tandem *in Divites etiam irruunt*, *omnibuſque terrorem ſui incutiunt*; *ita ut unuſquiſque ſe*, *non ſecus quam ſi in latrones incidiſſet*, *ex illorum manibus redimere cogatur*, & *vitæ ſuæ diffidens cum illis paciſci*, *adhibito etiam munuſculo ad eos demulcendos: nec tamen propterea in tuto eſt*; *nam perfidi*, & *proditores*, *obſervant nihilominus viam vitamque eorum a quibus dona acceperunt* &c. &c. In ſimilia fere conceſſum a *Munſt. Tigurin. Pagn.* &c. ſecutis judicium R *Levi*, V. cujus verba reddidi ad *Vſ.* præced. eodem hoc ordine, & numero. Id *Mercero* longe a vero abeſſe videtur, ut ſane quæſitum non minus quam dilutum merito dixeris. Sed eſt apud eundem Magiſtrum, quod nunc adjiciendum, או הרצון בזה *Aut ſenſus potius*, *improbum huncce dediſſe manum ad ſecuritatem*, *ad fœdus pangendum cum altero illo*, *qui ſic confiſus fuerit*, *nil noxæ ſibi inferendum*; *attamen vel ſic improbi illius oculos in viis illorum*, *ad eos perſequendos*, & *lædendos*, *fuiſſe.* Id adoptatum ab *Epiſcopo Elienſi*, aliiſque; quin ſpecioſius adhuc effectum. Cl. *Cler.* VI. *Dat illi* Deus, *ut fidenter* utatur, iiſque *innitatur*; *ſed oculi Ejus in vias eorum intenti.* Habes *ſecuritatem improbi ex bonis in eum congeſtis*, *quin* & *confidentiam omnia audendi*, ut in *Comm.* additur: ultimo tamen Colo ad *pœnam* vergente. Contrarium VII. tenet *Codurc.* in *priori* quidem *membro* inveniens *Audaciam confidentiſſimam*, *ad omnia faciendum ac dicendum*; ſed poſterius referens *ad Conniventiam* Dei *talia multa ſinentis*, & otioſe ſpectantis: quod ad 4. Claſſem eatenus pertinet. Coactius VIII. *Hoſm.* de *Tyranno potentes in factionem attrahente* ita continuat, *Quod ſi velit ad quietem ſe reclinare*, *fulcris hiſce ſuffultus*; *oculi tamen Ejus intenti ſint neceſſe eſt in eorum vias.* i. e. *Caput factioſorum populares illos conjurationis ſuæ ſuſpectos ſemper habet*, *eorumque inſidias metuit.* Ex aliqua parte huc etiam aggregandus *Merc.* IX. ita vertens, *Dat ei* Deus *ad confidentiam*; & *innititur* illi potentiæ, quaſi nunquam mutandæ. i. e. *Quia omnia ſibi videt ſuccedere*; *inde fit confidentior ad male agendum.* Reliqua ad *Conniventiam*, *indulgentiamque Dei*, applicat, quo de infra diſpiciendum. Doct. *Belgæ* X hic item aliquid loci occupant; in primo membro idem tenentes quod *Merc.* at poſterius inflectentes ad *Oculos Dei obſervatores ultoreſque ſcelerum.* Cl. *Schmid.* hoc ipſum fere expreſſiſſe, ad ſecundam Claſſem pateſcet. Cl. *Cocc.* XI. idem ſequens, paulo aliter adhuc accommodat. Phraſin יתן לו לבטח varie tentat: *Det ei* Deus *tutum: Det ei* trahere potentiores *tuto: Det ei*, abſolute, pro largiatur, *in tuto:* denique, *Det ei*, eſſe *tuto.* Capit pro *Deſcriptione naſcentis audaciæ*; *quæ ad*

ad ſecuritatem ac *confidentiam* excreſcat, *ob impunitatem*; quod *nemo* ſit qui *potentes dejectos ulciſci valeat.* Poſtrema per *ſuppoſitionem judicii* prolata cenſet, *Et oculi ejus fuerint in vias illorum*; i. e. *voluerit Deus animadvertere ac punire*; ut ſit *oppoſitum conniventiæ* & *diſſimulationis*; ex uſu formulæ *Zach.* 9: 8 *Hab.* 3: 6. *Jer.* 16: 17. qui locus valde notabilis, quippe qui *oculos vindices* clariſſime adferat. Iſta *ſuppoſitio Judicii* cur a Cl. *Cocc.* aſſumta ſit, *Analyſis ſuperius* delineata docebit. Tres autem Claſſes diviſionis noſtræ hoc pacto intrat: *primam*, quatenus *crimen ponit*; *ſecundam*, quatenus *pœnam* aliquam *ſupponit*; *quartam*, quatenus iſta *ſuppoſitio*, & *conditio*, innuit id eſſe rarum; quin imo quatenus per eandem anſa ſumeretur, *pœnam*, ſi forte, *improbis audacibus* inflictam, elevandi; de quo ad *Vſ.* ſeq. plura.

Ibid. Ad ſecundam Claſſem, quæ de *pœna* improborum hic agi ſtatuit, nonnullos I. eorum, quos modo luſtravimus, ex aliqua parte, plus, minuſve, pertinere ſatis inſinuatum. Eam II. pleniore jure ſibi vindicat *Ab. Eſra*, ישען ad *Deum* detorquens, q. d. *Dedit ei Deus quicquid voluit*, *ſatis ſecurus ſe potentem eſſe ad ultionem ab ipſo ſumendam*, *quum oculi Ipſius ſint ſuper viis eorum.* Invenuſtum. Nec valde concinnum III. quod *Jun.* & *Trem.* conditione inſerta habent, *Si dat ei ſecuritatem*, *qua nitatur*, *tamen oculi Ejus viis iſtorum ſunt intenti.* Similiter *Vſ.* ſeq. *ſi attollunt ſe aliquantulum*, mox *nemo* ſupereſt &c. Preſſius adhuc, & uberius IV. Cl. *Schmid.* quum ait, *addi novam circumſtantiam*, *aut*, *ſi mavelis*, *caſum*, *in quo Scandalum evidentius removeat Deus. Circumſtantiam vel Caſum hunc eſſe*, *quod Deus ſæpe ſucceſſus impio permittat*, *ut confidens prorſus fiat*, *putetque ſe nunquam caſurum*; *quum interim Oculi Divini ſpeculentur vias ejus*, *ut magno lapſu deturbet ad breve tempus evectum* Hoc foret ſecundum *Claudiani* notiſſimum illud; *Tolluntur in altum ut lapſu graviore ruant.* Sed & notum, credo, Poëtam iſta ſententia ſedare & finire æſtum animi fluctuantis, quo ita incipiebat, *Sæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem*, *curarent Superi terras*, *an nullus ineſſet Rector*, *& incerto fluerent mortalia caſu* &c. Quippe qui, *res hominum tanta caligine volvi adſpiceret*, *lætoſque diu florere nocentes*, *vexarique pios:* ſubnectens ad extremum, *Abſtulit hunc tandem Rufini pœna tumultum*, *Abſolvitque Deos. Jam non ad culmina rerum Injuſtos creviſſe queror*, *Tolluntur in altum* &c. Enimvero *Jobus* nunquam inſanienti ſapientiæ, ne per tentationem quidem, aurem præbuit, quæ *Numina vel nulla putat*, *vel neſcia noſtri*, ſed *Providentiam ſummi Rectoris*, & *Domini*, ubique, etiam ſuis in plagis, agnoſcens, ſe *juſtitiam* ejuſdem agnoſcere & penetrare negat, quum *probi jaceant adflicti*, *improbi floreant*, & *erecta cervice Religionem*, *pietatem*, *virtutem proculcent.* Hicce ſtatus Quæſtionis, non ſine ἀμετρίας τῆς ἀνθολκῆς agitatus, haud permittit, ut *Juſtitiam providentiæ Divinæ* tam illuſtri Noſter decidat documento, quale illud, *Tolluntur in altum*, *ut lapſu graviore ruant.* Ad Quartam Claſſem denuo tangetur. Nunc tantum ſubdo, eos qui in hanc mentem *Schmidio* præiverunt, non tam longe tamen provectos, ut *ſcandalum evidenti caſu remotum* inducerent. *Doctiſſ.* certe *Belgæ* ad *Vſ.* ſeq. *felicitatem temporalem* improborum, *in morte doloribus & miſeriis exemta*, agnoſcere non dubitarunt. Cum *Schmidio* faciunt V. *Doctiſſ. Mich.* & *Reim.* ejus ſententia paululum mitigata; nempe illos *ſceleratos* necopinanter ſæpe, non quum nobis, ſed quum Deo jam *maturi* eſſe *ſupplicio* videantur, eradicari.

Ibid. Imprecationem, qua uſi hic iterum LXX. longiſſime ab *Hebræo* contextu diſcedere, ad *Vſ. præc.* vidimus. Nil conturbatius; quando ne veſtigium quidem ullum convenientiæ relictum. *Imprecatione* tamen expeditiores quodammodo fieri poſſent rationes eorum, qui ad *pœnam* inclinabant, ita videlicet ſententia enunciata: *Tollantur in altum*, *ut lapſu graviore ruant. Det* enimvero *Deus ſecuris eſſe illis* hominibus ad aliquod tempus, *ſed & oculi Ejus ſint ſuper viis eorum:* neque ita *in totum connivere* & tanquam *dormire* videatur ad ſcelera. Interim ne ſic quidem vi phraſium ſatisfactum videtur.

Ibid. Poſtrema acies aliquanto firmior procedet iterum. *Syr.* & *Arabs* I. *Habitat* impius ſcil. *in tranquillitate*, *& confidit. Et oculi Ejus ſuper viis eorum levati ſunt.* Id aliter explicare vix eſt, quam *Florent impii inſpectante Deo*, *quin & favente.* Huc unice collineatum a *Mercero* II. *Dat ei* Deus *ad confidentiam* i. e *quæcunque ad vitam ſecure & tranquille agendum pertinent: & innititur iſti ſuæ potentiæ* ſcilicet, *quaſi nunquam ſit nutaturus*, *quia omnia ſua videt ſuccedere* &c. *Et oculi Ejus*,

24 Evehuntur, pauxillulum & non ſunt: & attenuantur quum conſummatio eſt: ſtringuntur, & ut ſummitas ſpicæ ſucciduntur.

25 Quod

24 רמו מעט ואיננו והמכו ככל יקפצון וכראש שבלת ימלו׃

25 ואם־

jus, Dei, *ſunt ſuper vias eorum.* i. e. *Videtur aſſidue Deus oculos intentos habere in eorum res, & conatus, ut eos proſperet ſecundetque* &c. &c. Diſertim deinde rejicit interpretationem, quæ *oculos ſcelerum ſpeculatores & vindices* hic inveniebat, *hoc enim eſſe contra mentem Jobi, quæ ſola nos in hiſce ambiguitatibus dirigere queat.* Cl. *Schmid.* id ſibi directa fronte adverſum ſentiens, ait, *Mercerum mentem Jobi non per omnia in hoc Libro eſſe aſſecutum.* Et quis quæſo ille qui *per omnia*? Quæſtio eſt, an heic loci *Mens Jobi tendat ad pœnam* improborum, *an ad impunitatem, & nimiam Dei indulgentiam erga eoſdem.* Hoc non difficile ad dijudicandum, etiamſi *per Omnia* mentem *Jobi* aſſequi haud valeamus. Illo ductu quoque *Druſ.* III. *oculos favoris ac benevolentiæ* amplexus eſt, ex locis *Pſ.* 32: 8. *Pſ.* 101: 6. *Sirach.* 15: 19. & 17: 8. Cum eo acerrime ſtat *Bold.* Contra *Druſium* tamen *Coccejus* omnino *animadverſionem peccatorum* hac phraſi deſignari contendit, ex *Jer.* 16: 17. Nempe opus habebat ἐ πᾶν hac vi, ad *Suppoſitionem Judicii*, quam *Analyſis* ejus inferebat. Dubium nullum, quin *anceps* ſit *formula in malum* ac *bonum* prona, itemque *media*, pro ſcopo & ſerie. In *bonum* diſertiſſime 1 *Reg.* 8: 29 52. cum אל, itemque cum על *Zach.* 12: 4. *Jer.* 39: 12 ut fruſtra aliquid præſidii inde peteretur. Loco *Jer.* 16: 17. in *malum* vergenti ſatisfaciunt *Oculi obſervantes* omnia, *pœna* per *ſcopum* tantum menti ſubjecta. Eandem ideam & hic retineas licet cum Doct. *Crinſoz.* IV *Interim Deus permittit iis ut tranquille vivant, quantumvis oculos habeat apertos ſuper viis eorum*; neque ignoret quam perditi ſint, & profligati ad omnem nequitiam. Ali qua ex parte V. Cl. *Coccejum* cum illa *ſuppoſitione judicii* huc pertinere, ſupra Claſſe prima *num.* XI. indicatum.

Verſ. 24 Prima Claſſis nunc tenuiſſima; nihil enim in hoc *V ſ.* quod *Crimen* præ ſe ferat. R. *Levi* tantum quaſi nihil egiſſet, niſi & hæc accommodaſſet, revera ſe nihil egiſſe demonſtrat. Nempe cum *Vſ.* 22, 23. hæc ita connectit, ut רמו ei ſit התרחקו *receſſerunt* potentes illi, qui Tyrannum muneribus placarunt; ואיננו *& non amplius ille* in urbe, ſed in inſidiis; והמכו *& oppreſſi ſunt* illi potentes a Tyranno ex inſidiis; ככל יקפצון atque ita ut *omnes* reliqui, qui munera nulla ferunt, *comprehenduntur* & ipſi, *iisque os comprimitur, ne clament; tandemque tam cito ac facile, quam ſummæ ſpicæ reſecantur, illos omnes interficit perfidus hicce ſceleratus. Pagninum* & *Vatablum* tam pulchro commento ſubſcribere potuiſſe, eſt quod miremur. Meliore judicio *Merc. vim literæ* hoc pacto *adſerri* cenſuit. Iſtud tamen רמו pro *ſecedere*, aliis quoque Magiſtris placuit; ut *Kimchio*, qui *imperandi* forma vult, *Attollamini* ſive *Recedite paullum ab eo & non erit*; ne *Mercero* quidem & *Coccejo* hinc alienis, ut infra tangetur.

Ibid. Secunda Claſſis jam validiſſima ferme: omnia enim *pœnam præſentiſſimam* prima fronte offerunt. Interim multa varietas denuo circa vim phraſium, & ſtructuram. *Vulg.* I ſat concinne, *Elevati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent; & humiliabuntur ſicut omnia; & auferentur: ſicut ſummitates ſpicarum conterentur.* Hæc ad *exſcidium Tyrannorum* aptat *Emd. de Pined.* poſt *Gloſſ. Ordin.* At *Lyran. Vatabl. Codurc.* imagines haſce ita explicant, ut ad Quartam Claſſem ſint relegandi. *Ab. Eſra* II. eodem plane modo videtur ſtruxiſſe, niſi quod ככל capiat pro ככולם *ſicut omnes illi*: quod incommodum eſſi it circulum. Eundem obſervare licet in paraphraſi Cl. *Clerici*, ad mentem hanc expreſſa: *per breve tempus florent: dein in calamitatem incidunt, utque ſpicæ faſtigia dejiciuntur omnes.* Adfectate III. *Jun.* & *Trem. ſi attollunt ſe aliquantulum*, mox *nemo* ſupereſt, *adeo deprimun-*

muntur; *plane omnes decutiuntur*; *& velut ſrit ſpicæ ſucciduntur.* Non merebatur illud ruſticanum *Frit* huc inſertari; ſed Eruditioni donetur. At quo jure tandem ככל *plane omnes*? quo יקפצון *decutientur*? Sat impedite, in medio Colo, Cl. *Schmid.* IV. *Tolluntur parumper*, *ſed* ſtatim *non erit* amplius; *& attenuantur ſicut omnes* qui *clauduntur*: *& ſicut ſummitas ſpicæ abſcinduntur.* Parum gratiæ habet illud, *ſicut omnes qui clauduntur*, ſupple *Ora ſua*, ex formula קפץ פיהו *Job.* 5: 16. &c. nec mollit duritiem illam interpretatio, *ſic attenuantur*, *ut os illis occludatur*, *nec habeant quod excipiant.* Merito medium illud mutatum V. a Cl. *Mich.* *ſicut omnes* alii homines *ſucciduntur*, vel potius *ſepulcro clauduntur*: aut *ex Arabica verbi ſignificatione*, fato vel morte *conſtricti comprehenduntur*. Cl. *Reim.* eandem *vim ſtructuramque* ſecutus. Fortius adhuc *exſcidii gravitatem* exprimere voluit VI. *Jarchius*, cui רמו מעט valet, *Tolluntur de mundo uno momento*: &, ככל יקפצון *quemadmodum omnes ſucciſi tempore meſſis ac vindemiæ.* Iſtam imaginem urſit & *Bolduc.* VII. admota *falce divinæ juſtitiæ*, *quam appetat*, *expectetque ſpica granis onuſta*, *& jam arida* ſive *matura* ad *ſuccidendum*. Idem in יקפצון quod Ei valet, *ad ſtrictiſſimam conditionem redigi*, captat *Figuram floris* antea *expanſi*, &c. *qui flacceſcens adſtringatur*; quaſi ſenſus eſſet, *impios prius divitiis conſpicuos*, *& dilatatos*, *ad inopiam deventuros.* Magis tamen ſibi placere ait *Cajetani* expoſitionem de *Ergaſtulo*, in quo *conſtringendi* ſint, & quidem *ferricernuo*, ſive *vinculo ferreo*; ut hic duo *ſupplicia* deſcribantur, quæ improbi proceres ſint ſubituri, *Carcer*, & *Capitis truncatio*, ſub ſimilitudine *ſpicæ decuſſæ*. Ad ככל notat, mollius fore בכל *in omnibus humiliabuntur*; alias ſumi poſſe ut Gallicum *comme tout*, pro, *quantum poteſt*. Liberius adhuc רמו trahit ad *Oculos Dei faventes* quos *Vſ. prec.* agnoſcebat, ita παραφρονίζων, *ſtatim vero ac oculi Divini ſe paululum ab eo ſubtraxerunt*, *penitus defecit*, & *valde humiliatus eſt* &c. &c. Aliquid loci hac ſub Claſſe dandum IX. *Mercero*, ita commentanti, *Evecti ſunt parum*, *& non eſt unus quiſque eorum*: *ut Pſ.* 37: 36. *niſi quod hoc loco id non videtur pro eorum pœna adſerri*; *Et attenuantur*, nempe *Morte*, ככל *ſicut omnes* i. e. *ſicut ceteri homines*: יקפצון *tranſiliunt*, *e loco* ſcil. *ſuo*, i. e. *exterminantur*, *delentur. Alii obturantur*, *exponunt*, i. e. *contrahuntur*, *& compeſcuntur morte. Et ſicut caput ſpicæ exciduntur*, *facile & nullo negotio. Hoc dicit quia potentia excellebant*, *& capitibus ſpicarum erant ſimiles. Interim ſignificat id eſſe illis cum ceteris hominibus commune*, *ut ubi eorum tempus advenit*, *decutiantur. Nam & ceteri ita moriuntur ut illi*, *nec interim tota vita puniti ſunt quum tam multa ſcelera patrarint. Eo ſpectant verba Jobi*, *etſi interim repentinam & inſperatam eorum Mortem*, *qua opprimantur*, *innuat*: *Verum in eo non inſiſtit.* Sentis ita in initio *pœnam* hinc excludere Magnum Explanatorem, ut ſub finem eandem tacite incluſam velit, etſi in eam non inſiſtatur. Nempe *pœnæ conſpectum* pugnare videbat cum *Scopo Jobi*; quum tamen *eam vis locutionum ſignatiſſimarum* inferre videretur. Aciem hanc fulciet X. Clariſſ. *Ikenius*, qui hanc pericopam novo flore orationis illuminatam mecum communicavit, *Paululum efferuntur*, *& non ſunt amplius*; *marceſcunt*, μαραίνονται, (*ut* LXX. aut *exſugentur*: uti مكّ *exſugi*, *ſucco privari*, Arabice) *ſicut Roſa*: (*æſtu ſcil. ſolis*, *inclementia venti*, *aëris injuriis percuſſa*) *claudentur*, vel *conſtringentur*, *quemadmodum flores*, *vel Roſæ*, *ſubito pereuntes*, *ſolent*: *& inſtar ſupremi ſpicæ abſcindentur.* Supponit, cum reliquis hujus Claſſis defenſoribus, agi de *ſubitaneo interitu Impiorum*, *in media felicitate*, *rebuſque maxime florentibus*: nec digerens duriores illas expoſitiones ad ככל יקפצון *ſicut omnes claudentur* in ſepulcro; vel *tranſilient* e loco; vel *morientur*, quod noſtra *Juvenilia* in medium tulerant, ex *Perſia* advocat گل *Gul*, *Roſa*; unde *Guliſtan* ſive *Roſarium Perſicum*: inſcriptum: Ei *Roſæ* ſuccinere cenſet יקפצון *claudentur*, ſive potius *conſtringentur*: pro, *emarceſcent*, & *defluent*, quod & *Bolducio* in mentem hic veniſſe ſupra ta-

ractum. Hanc explicationem commendare poſſet *Ar. bun* قفص *conſtrinxit*, *conſtrictum prehendit*. Item *conſtrictus fuit*, *& in ſe contractus*. Sic in *Camuſ*. قفص الشي قرب بعضه من بعض *Conſtricta fuit res*, pro *in ſe adducta & contracta fuit*. Pro eo & قفع obtinuit, ص in ع mutato; quod inter alia valet, *in ſe corrugari*, de rebus *ambuſtis*. Sic eniteſceret, *ſicut Roſa ambuſti conſtringentur*, atque *emarceſcent*. Nil obſtat proinde huic ſpecioſæ conjecturæ ab iſta parte; ſed eidem officit, quod *Lingua Perſica* non poſſit, accenſeri *Dialectis* quæ cum *Hebræa*, eandem ſtirpem tenent, iiſdemque Radicibus nituntur. Id inſigni Philologo æque ac Theologo notiſſimum. *Ling. Perſ.* & *Turc.* immenſam quidem copiam Vocabulorum ex *Arabica* adſciverunt, ſibique fecere domeſticam; attamen nunquam propterea a nativo ſuo ſucco, & colore, deſciverunt; ipſoque ſono ſtatim pateſcit, ſit quid *Originis Arabicæ*, an *Perſicum*, *Turcicumque*. Si *Arabia* كل כל non tantum pro *Omni*, vel *univerſitate*, frequentaret, ſed etiam pro *Roſa*; eam a *perfectione* ſic dictam, atque contextui huic aptam natam, plauſibiliter contendi poſſet: præſertim ſi *Momentaneam improbi Felicitatem*, *Floris inſtar dilapſuram*, hic deſcribi, conſtaret. Certe LXX. huc collinearunt Iſtam tamen *Hypotheſin* maximis difficultatibus prægravari, ex iis quæ cum maxime deliberamus, & diſcutimus, ſatis ſuperque intelligere eſt.

Ibid. Limpidius iterum flueret *Imprecatio*, ſi utique *pœna ſubitaria* & *necopinata* depingeretur. Ad eam utcumque accommodata verſio *Syri* & *Arabis*. *Puſillum adhuc & non ſunt illi*; *humiliantur*, *& perduntur omnes irritatores* &c. Licet ſubſtituas, *ſint*, *humilientur*, *perdantur*, quod ab *Adfectu Jobi*, & *filo* non recederet. Ad eam rationem non omnino abludet: *Computreſcant brevi*, *& non ſit quiſquam talium*; *atque exſugantur*, *ſecundum univerſitatem*, vel *ſecundum completionem*: *conſtringantur*; *& ſicut caput ſpicæ ſuccidantur.*

Nempe רוֹמּוּ per *Dagesh forte* a רמם *putruit*, unde רמה *putredo verminans*, ſat commode procedit; quum aliorum rationes minus expeditæ ſint. Certe *Merc.* addubitavit, an melius foret דומו per *Daleth* a דמם *ſilete*, *expectate paululum*. Idem *Recedite* non plane rejicit. Alii alia adhuc non valde liquida, ut vidimus partim, partim videbimus. המכו lucem capit ex مك, ut a multis notatum. Ad rem forte facit, quod in *Camuſo* diſerte inculcatum مكّه مصه جميعه وذلك الممكوك *Verbum* מכך *eſt exſuxit illum totum*; *taliſque res exſucta univerſim*, *dicitur* ממכוך Hinc ſecundario مكه اهلكه ونقصه *Exſuxit eum*, eſt, *perdidit*, *attenuavit*. An hac occaſione additum ככל *prout plenitudo*, *completio* eſt; vel *ſecundum plenitudinem*, *univerſim*? יקפצון peculiarem exigit curam, inferius expediendam: quemadmodum & deliberandum de Emblemate *Capitis ſpicæ*, quod non ſine ſingulari Emphaſi hic locatum, ſatis apparet: & unde non parum roboris ſibi accreſcere putant, qui *in bonum* omnia hæc accipienda cenſuere.

Ibid. Quarta videlicet Claſſis tendebat ad *invidioſam deſcriptionem felicitatis*, *quæ ferme improbiſſimis contingere ſolet per Divinam indulgentiam*, *tum in vita*, *tum in morte doloribus exemta*. Attamen & hic ſententiarum divergia iterum. Nam I. *Lyran.* exhibet *indulgentiam quam pœna tandem ſequatur*: *quod non colligendi ſint peccatores*, *niſi quum tempus meſſis advenerit* &c. Diſtinctius *Vavaſſ.* II. hæc annotans, *ſi præter rem Jobum nolumus locutum*, *debet hoc velle*, *ut florentes & fortunati*, *licet improbi*, *integro ſæpe & ſtabili ſtatu ſint*, *tota vita*; *qui tamen ſicut ceteri concidant ad extremum*, *& læto occumbant*. q. d. *Fateor illorum felicitatem non eſſe perennem*, *ſed morte dejici*: *attamen quamdiu vivunt*, *ſecundum habent felicitatis curſum*, *& illum ipſum exitum proſperitatis non præcipuum habent*, *ſed communem cum ceteris hominibus*. Addit, *quod ait*, *ſicut ſummitates ſpicarum*, *ſic explicare licet*; *illos ipſos impios fortunatos*, *confecto vitæ curriculo*, *in acervum projici tanquam maturas ſegetes*

tes

tes ut Cap. 5: 26. Hæc examuſſim reſpondent iis quæ *Merc.* III. attulit, negans item hic agi de *pœna*, ſed potius innui, *improbos poſtquam potentia aliquamdiu eminuerunt, idem cum reliquis mortalibus fatum ſubire, nec pejus quicquam illis accidere, quam ceteris.* Redeatur ad *num.* IX. Claſſe prima. Idem ſenſus IV. *Calvini*, ita hæc enarrantis: *In ſumma vult oſtendere, quod ſi non longius quam ad præſentem vitam reſpiciamus, ſtatus rerum confuſus nobis ſit appariturus. Nam improbi ad tempus valde vigebunt; & in ſuperiori parte rotæ erunt; ſed ſtatim deficient. Boni etiam poterunt attolli, ſed & ipſi tandem impingent.* In eandem mentem *Genev. Tigur. Deod. Caſtal. Druſ. Angl. Codurc.* plus, minuſve. Doct. *Belg.* huc quoque denuo concedunt, & ad εὐθανασίαν improborum oculos reflectunt. Accedit IV. *Epiſcop. Elienſ.* in *Elegantiſſima Paraphraſi* per ſane ſignificanter: *Ad hunc modum florent hi Improbi homines, & attolluntur ſupra omnes alios; & tum e mundo migrant ſine ulla punitione: iidemque deponuntur & clauduntur in ſepulcris ſuis quemadmodum omnes alii homines; quin, tam faciliter moriuntur, (citra moleſtos illos dolores quos nonnulli experiuntur) quam ſummitas ſpicæ frumenti carpitur tua manu.* Concinit & *Crinſoz.* V. *Attollunt ſeſe ad breve tempus; & poſtea diſparent: ſtatim vero atque dejecti ſunt, ſepeliuntur ſicut reliqui homines; vel potius clauduntur ut ſpicæ excellentiſſimæ, tantum quod demeſſæ.* Auſus vir elegantis judicii *Caput ſpicæ*, pro *ſpica excellentiſſima*, quod Linguæ genius admittit ſane; nam *Caput olei* pro *excellentiſſimo*, & alia hujus generis, non ignota. Agmen claudet Cl. *Cocc.* VI cujus cogitationes hic valde ſingulares. Poſt *Suppoſitionem* ſcilicet, in fine *V ſ. præced.* inductam, aſſumit nunc *deſcriptionem illius judicii*, & quidem, *bifariam*, a. *per modum ſubreptionis inter circumſtantes.* b. *per modum detruſionis & decuſſionis extantium culmorum in ſegete.* Utrumque ſic aſſumit, ut ſupplicium, ſi forte feriat aliquando improbum, per modum feriendi mitigari ſtatuat. *Modum ſubreptionis* ita *a.* declarat. *Tollite vos parumper, & non erit.* i. e. *ſi Deus oculum* ἔνδικον *adverterit ad facinoroſum audacem, & incipiat eum plectere, nolite expectare diuturnum cruciatum, ſed, ſi qui ſpectatores, diſcedant paulisper ab ipſo, & ſupplicio velut theatrum forment* מעט *ad breve tempus; ſine mora non erit; momento videlicet contritus humi, ad inſtar lumbrici.* Argute admodum רמו *Extollite vos ad* θεωρεῖν, *velut ſpectaturi* ſupplicium hocce: ſed ſcitote *tam cito* illud peractum iri, *ut non ſatis cito caput attollere poſſitis ad inſpectandum, nedum ut moleſta vobis futura ſit expectatio finis, in longius* videlicet *producto exitu.* Ex *Num.* 17: 10. ubi הרמו *attollimini* valet *diſcedite*, eandem fere vim adoptaverat hic *Kimch.* quin & Cl. *Guſſ.* eam urget in *Comm.* L. H. ſub רמם, quaſi *Jobus* Auditoribus ſuis diceret, *Adſcendite paululum ſeorſim ab iſtius conſortio, & non erit amplius. Vix erit vobis tempus recedendi; uſque adeo celeriter peribit.* Hæc non valde ſimplicia. *Modus decuſſionis* b. ita delineatur: *Et ſubmittimini; ut quidvis trudentur; & ut caput culmi detondebuntur.* Prius המכו *imperat. Hoph.* a מכך, etiam in *Lexico* ſic retinetur, ut ſit *deſidite* vel *ſubducite vos paulisper domi*, nam *celerrimum* erit *exitium hocce; & murmurante cœlo ſubita deſæviet tempeſtas.* Alia ad idem verbum ibidem tentata; quæ amputo. In ſequenti, nimis quoque acumini indultum, quaſi eſſet *trudentur*, *contrudentur*, *ex alto*, ut eſt in *Lex.* a *contrahendi* notione primaria: & *duplex forma judicii* depingeretur. 1. *quo plaga venit ex alto, ſtaturam porrectam & proceram veluti conglomerans, & contrahens*, quod per יקפצו expreſſum. 2. *quo plaga venit quaſi a latere, peſſumdans altius extans quid*, in verbo ימלו. Hæc ad *Judicium in altiores* hactenus. *Ejuſdem* autem *Judicii lenitas* ex his ita tandem exſculpitur. 1. *quod omnes ad iſtum modum corruunt.* 2. *quod illa contractio æque mollis ac omnium rerum. Non mollius in pugnum manus, quam ille in ſe cogitur.* 3. *quod nec major vis, quam qua ſpica erectior præ cetera ſegete defringitur; ſive vento & grandine, ſive virgula id fiat.* 4. *Quod dejectio iſta vix obſervabilis.* 5. *Quod minime æquat talis interitus illam vexationem, enectionemque pauperum* &c. *quam potentes & divites in mediis urbibus patrant.* Omnia hæc arguunt contextus noſtri obſcuritatem cum ambiguitate omnium locutionum conjunctam, quæ anſam præbuit hinc *judicio*, illinc *ejuſdem mitigationi*,

ni, idque ea ſubtilitate *Analytica*, quæ non facile cuiquam in mentem veniſſet.

Ibid. Quod eventurum mihi verebar, accidit. Poſt longos curſus, longe terra, longe mihi portus. Id tamen profectum, quod in tam ſcopuloſo mari vel cum periculo Naufragii aliquid tentandum eſſe appareat. Id etiam effectum putem, *pœnæ* vix ullum locum relinqui; exiguum *Imprecationi:* omnia autem ex ſcopo tendere ad *ſcelera graviſſima*, quæ Deus *impunita* tranſmittat fere; quantumvis fulmina mererentur, eademque provocare videantur. Certe ad *opera nefanda tenebrarum Vſ.* 18. perſequenda vocat tum univerſa ſeries, tum audaciſſimæ figuræ *Vſ.* 17. expreſſæ, quæ aliquid dirum, deteſtandum, ex ipſo Orco proruptum, inſinuant. Talis eſt ſceleratiſſima libido eorum, qui ipſam Naturam quaſi conſtuprant; quos cum *Adulteris* tanquam *turpius* adhuc *genus* connecti ſuſpicor, honeſtiſſima *Allegoria* ſuſcepta, quæ quod nominare fas non eſt, conjectandum relinquit. *Levis* eſt *ille ſuper facie aquarum*, in omnem libidinem profuſiſſimus, ut *Gen.* 49: 3. פחז כמים *Levitas* vel potius *tumidus fervor, qualis eſt aquarum*; quas nulla repagula cöercent. *Maledictus eorum Ager in terra* Sic חלקה *Agrum* pulchre cum כרם *vinea* jungit *Jer.* 12: 10. Nempe *portionem agri* deſignat, qui *aratur* & *conſeritur*. Inde anſa *Allegoriæ*, ſecundum illud, Ἀλλοτρίαν ἄρουραν ἀροῦν in *adulterum*, de quo *Plautus* ait, *fundum arat alienum, familiarem deſerit*. Sic *Genitale arvum* apud *Virg.* & *Muliebria conſerit arva* apud *Lucret.* item ad imitationem *Græciæ*; nam *Soph. Antig.* 579. dat γύας ἀρώσιμους; *mulierum*, ubi proles dicitur σπέρμα. Hinc illud Oraculi, μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ *Ne ſulcum liberorum conſere invitis Diis.* Alia complura huc congerere nil attinet. *Maledictum fundum* arat adulter; arat præſertim ἀπελθὼν ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας. Idem *non reſpicit viam vinearum* i. e. *non colit matrimonia*; *non amat honeſta conjugia*. Notum *Emblema vitis* in *uxore*, cujus *palmites menſam* ornant. Hinc *vineam* pro *jucundo matrimonio* nemo ſpernat. Poſſes & ſubtilius *viam vinearum* neglectam, nec reſpectam, interpretari, ſi reſtringas ad eos quibus *hortus muliebris* deſpicatui, *maledictum fundum arare ſolitis* videlicet: quippe qui εἰς τὸ τῆς ἡδονῆς καταβαίνοντες βάραθρα, ξένας ὁδοὺς, καὶ παρηλλαγμένας ἀπολαύσεων ἴτμοι: ut *Lucian.* in *Amor.* de hoc ipſo ſcelere. In hunc uſum גן & גנה جنة *hortus*, & ſpeciatim *vinea*, ſeſe præbet; itemque κῆπος, unde κηπίον honeſte; & μανόκηπος. Sed claudo rivos; ſat prata biberunt. Ad *Vſ.* 19. porro obſervo, occaſione tanti criminis opportunam inſeri Gnomen, quæ teterrimæ libidinis æſtum graviter perſtringat. Trifariam applicari poteſt. 1. *Terra ſicca, etiam calor, rapiunt aquas nivis: Orcum peccant.* Oeſtro hoc perciti, ſemper ſitiunt, ſemper ardent, & avidiſſime voluptatem, in refrigerium videlicet æſtus, rapientes, nunquam ſatiantur, ut ציה *terra arida*, & *ſiticuloſa*, quam חם *ardor ſolis exurit* perpetuo, *nulla aqua*, quin ne *torrentibus* quidem *aquarum*, מי שלג dictis, ut *Cap.* 6: 16. exſaturari poteſt. Qui in *Emblematico ſtilo* non hoſpites, uno obtutu notabunt quid hic valeat *Terra ſicca*, quid *ardor* & *æſtus*; quid *aquæ*, quid *aquæ nivis torrentium more actæ de montibus*; quid *rapere* denique, ſecundum illud *Horat. Venerem incertam rapientes more ferarum*; itemque *Virg.* G. 3. *Vſ.* 135. 136. 137. *Sed rapiat ſitiens Venerem* &c. &c. ex *Græco* fonte, qui Ἁρπάζειν Κύπριν habet. Sic *Orcum peccant*, valebit, *ad Orcum peccant*, i. e. *profundiſſime*, *profligatiſſime:* ut *Eſaj.* 57: 9. *Prov.* 5: 5. Vel celſiore adhuc cothurno, citra Ellipſin, *Orcum peccare*, erit, *ita peccare ut vivi in Orcum deſcendere mererentur:* ſive, *ut* ἀῤῥῆξαι χαίνειν χθὼν, *terra dehiſcere illis deberet.* Notum *Korachi* exitium. Poteſt etiam 2. Ut *terra ſicca, & calor, rapiunt aquas nivis*, ſic *Orcum* rapiunt, qui *peccant*. Id graviſſime dictum foret, pro *flagrant ardore tam ſævo, tam furiali*, ut vel *Orcum* ipſum, *cum profundiſſimis nequitiis intra ſe recipere geſtiant, modo libidinem expleant.* Denique 3. poteſt, ut *terra ſicca, & calor, rapiunt aquas nivis*, ſic *Orcus* rapit, qui *peccant*. Hoc exponerem; *ſic libidinoſos illos rapit inſatiabilis, & infernus velut, Gurges nequitiæ, in quo vivi videnteſque perire ſe ſentiunt quidem, ſed &, præ tabe corruptionis ſuæ, perire ſeſe geſtiunt.* Hanc vim *Orco* additam fuiſſe, colligas ex *Prov.* 9: 18. collato quoque *Cap.* 7: 27. & 5: 5. Prior ratio mi-

mihi, in præſenti, maxime adblanditur. In *Vſ.* 20. *turpitudo deteſtanda criminis* quatuor characteribus conſignatur. 1. *Obliviſcitur ejus uterus.* Non accedit amplius ad naturam muliebrem, διὰ τὰς ἄῤῥενας ἐπιθυμίας, atque *arvum genitale* ſinit *incultum.* Sic רחם retinet vim provulgatam, atque huic ſedi peropportunam. Inſpiceſis *Prov.* 30: 16. שכח *obliviſci cultoris ſui* dicitur eleganter *terra quæ neglecta jacet:* ut *oblivioni mandatur* viciſſim, quæ *deſeritur.* Vide *Eſaj.* 23: 15. nec non quæ ad *Cap.* 28: 4. de hoc uſu reconditiore promam. 2. *Dulce eſt ei putredo.* Ita verto, ſi *verbum* ſit; ſin *ſubſt.* rotundius adhuc habes, *dulcedo ejus putredo.* Id collatum a plurimis cum *Cap.* 21: 33. atque ob materiæ adfinitatem idem nunc ſonare creditum. Sed qui *glebam ſuavem* mortuo precatur, vel tribuit decenter, cum alluſione ad *quietem recubantis*, abſurde, ſi quid video, *vermem* ei *ſuavem* attribueret, ut boni aliquid deſignaret. Aliorum cogitata longius adhuc abeunt. Ad noſtrum nunc ſenſum notabis *Prov.* 9: 17. מים גנבים ימתקו *Aquæ furtivæ dulces ſunt.* Hinc ſignantiſſime conformatum, *Dulce ei eſt putredo verminans.* Non *horto*, non *fonti*, ſuam mandat voluptatem, ſed *ſcrobi putredinis.* 3. *Non amplius memorabitur* i. e. *Non conſulit poſteritati*; *ſe ſuumque nomen extinguit.* Ita *Pſ.* 83: 5. לא יזכר שם *Non memoretur nomen Iſraelis amplius. Stirpitus exſcindatur.* An & ex Ancipiti alluſum ad aliam ejuſdem verbi notionem, *Maſculum cenſeri*? Nempe *Virorum nomine* excidunt, qui talia patrant. Non alienum id ab *Ænigmate*, quale hic contextum. Sed ἐπέχω; ut expediam, ſi pote, 4. *frangiturque ut lignum nequitia.* Si *arborem* intelligas, reſpicietur ad *extirpationem* ejus, *nulla relicta ſobole.* Poſſis & *Lignum* interpretari *baculum*, *virgam*, a *trunco præciſam*, & *exarefactam.* Sic עץ pro *baculo* extat *Hoſ.* 4: 12. Apud *Arabes* nil tritius ſub عَصَا, עֵצָה, id eſt, antiquiſſima forma vocis noſtræ, unde contractio facta in עץ. Ad eam rationem *confractio virgæ* eſſet *Proverbialis*, vel *Allegorica* ſaltem, *formula*, qua ſignaretur *deſperatiſſima conditio rei*, *vel perſonæ*, *ad nihil utilis*, *& penitus corruptæ.* Monendum inſuper, conjugationem *Niphal* admittere vim reciprocam, unde exiret, *Frangitque ſe*, *ut virgam*, *iniquitas:* hæc *perditiſſima nequitia.* Neſcio an & ad rem faciat, quod עץ عصا apud *Arabes* etiam honeſte frequentetur, pro *Virga Virili.* Graviter ex Ancipiti *Sadius* in *Roſar.* p. 388.

پيري كه زجاي خويش نتواند خاست
الا بعصا كيش عصا بر خيزد

Senis, qui e loco ſurgere non valet ſuo
Niſi Virga, quomodo Virga ſeſe erigat?

Inde pleno ſenſu prodiret, *Et nequitia abutens ſua Virga*, *ſemet ut Virgam frangit.* Hæc explanatoris non egent. Habeo adhuc aliud *Proverbiale*, vel *Allegoricum Arabum*, quo *Lignum*, vel *arbor*, uſurpatur pro *Corpore hominis.* Exemplis res clarior fiet *Harir. Conſ.* 33.

وحادثات قرعت مروتي وقوضت
مجدي وبنيانه واهتصرت عودي ويا
ويل من تهتصر الاحداث اغصانه

Infortunia pulſarunt meum Saxum edurum, & *deſtruxerunt gloriam meam bene ſubſtructam*; *confregeruntque meum Lignum*; *Væ autem illi cujus ramos confringunt infortunia.* Per *Lignum* intelligit *ſemet*, & quidem *vigentem*, ac *robuſtum* antea, ita ut *ramos* ſuos, tanquam *Paterfamilias*, explicaret. *Lignum confractum* deſignat *corpus effœtum*, ut *rami diffracti* pingunt *cladem interitumque familiæ.* Iterum *Conſ.* 38.

خذ نصيبك من قبل رايعة
من الزمان تريك العود منحوتا

Cape partem tuam ante, *quam increpet aliquid infortunii*, *quod Lignum tibi oſtendat dedolatum.* i. e. *antequam vel ſenio vel inopia frangatur corpus*, *rape tibi gaudia quantum poteſt.*

Pulcherrime *Conſ.* II. هناك الجسم

ممدوه

ممدود لتشاكلة الدود الي ان
ينخر العود ويمسي العظم قد رمّ

Ibi, in ſepulcro, *corpus jacebit extenſum, ut vermis illud depaſcatur, donec Lignum penitus exeſum ſit, & os carioſum redditum.* Monet *Teblebius* quoſdam *Lignum* trahere ad *oſſa*, alios ad *arcam*, ſed

المراد بالعود الجسم
الناعم الذي مثل القضيب

vere intendi corpus ipſum delicate & molliter habitum, ad inſtar virgæ, ſive rami arborei. Hinc non indecente figura naſceretur, *frangitque ſemet, ut ramum arboreum, vel arborem, Nequitia*; *corpus* videlicet *voluptati prolem non daturæ tradens.* Expreſſior adhuc ſceleris ejuſdem nota in *Vſ.* 21. quem cum *præc.* arctiſſime nectit *participium* רעה, & quidem ita ut non modo *crimen* manifeſte indicet, ſed & *continuationem* ante deſcripti jam præ ſe ferat; ut ſit, *paſcens* quippe *ſterilem quæ non parit.* Non diffitebor hinc mihi ſuſpicionem primum ſubnatam, nam עקרה לא תלד ſignificantius, quam ut applicari queat *ſterilitati per potionem medicatam inductæ.* Reliquæ explicationes minus adhuc quadrant. Habes conſtructionem eandem *Jud.* 13: 2. & *Eſaj.* 54: 1. Utrobique *conclamata ſterilitas* ſignatur. Ea huic ſedi aptiſſima, ad ſignandum eum, qui κτ̀ πετρῶν ἀγόνων σπείρει *in ſterilibus ſeminat petris*, ut *Lucian.* in *Amor.* de eodem hocce. Alterum verecundiſſime item enunciatum, ubi *vidua* jam *Allegorice* denotat *deſertum & viduis noctibus damnatum fundum muliebrem.* Ad *Vſ.* 22. in quo rotundius quid aliis occurrere poterit, contendas velim ſanctionem *Lev.* 18: 23. atque conſceleratiſſimæ libidinis cumulum, vel cum periculo vitæ petitum, ex honeſtiſſimo verborum velamento tranſparere forte agnoſces. Certe אבירים *Pſ.* 50: 13. abſolute *boves* ſignat; ut alibi ad *equos* extenditur. כח *Robur* ſimili uſu cum *nervis* עצבים reperies *Prov.* 5: 10. 11. Ad hæc tamen ampliare malim. Poſt *atrociſſima* hæcce *ſcelera*, quæ *fulmina* depoſcunt *maledictionis*, & præſentiſſimum, ſi quæ alia, ſupplicium, *Vſ.* 23. jam ſubnectitur *impunitas ſecuriſſima.* יתן *Dat*, permittit *ei* Deus, *ad ſecuritatem uſque*, talia patrare; quin *ſubnixus* veluti *fortunæ indulgentia*, *confidenter & inſolenter ſe effert.* Verbum נשען iſtam amplitudinem exerit *Cap.* 8: 15. Sequens, *Et oculi Ejus ſuper viis eorum*, bifariam capere eſt: vel, *quantumvis hæc ſub oculis ſuis quotidie perpetrari cernat*; vel, *Et tamen oculis favoris tales proſequitur*, dum iis res ſuper vota fluunt. Pathos non abhorrens a graviſſima illa perturbatione, quæ Noſtrum in hunc æſtum diſputationis implicuit, & abſorpſit veluti. Redeatur ad ea quæ ſuperius circa vim phraſeos diſcuſſa. Reſtat *Vſ.* 24. quem ad *mortem ſecuram*, *facilem*, *pœnis miſeriiſque ſolutam*, pertinere, Doctiſſimis Interpretibus conſciſco: quamvis in nonnullis paulo aliter ſciſcerem. רמו *Attolluntur*, *evehuntur ad faſtigia rerum*, melius per ſe ſtabit. Quadraret *culmen* illud *elevationis*, quod hoc themate expreſſum *Cap.* 22: 12. Adfinitatem coluiſſe notionis æque ac literarum רום & רמם dubitare vix licet, ob loca diſerta *Eſech.* 10: 15. 17. 19. *Eſaj.* 33: 10. *Num.* 17: 10. *Pſ.* 118: 16. &c. Inde Cl. *Guſſ.* exponit quoque *Exod.* 16: 20. וירם תולעים *& elevabatur*, intumeſcebat, *vermibus.* Fecerat & *Cocc.* in *Lex.* *Efferebatur Vermibus*, fervere incipiebat *Quæ fervent & verminant*, *efferuntur*, *& quaſi ebulliunt.* Hæc ſatis ſpecioſa, nec tamen uſquequaque explorata. *Originibus* deputentur ergo: nunc autem expendatur, an forte רמו מעט junctim reddendum ſit; *in vermes*, vel *putredinem*, *abeunt paululum.* Concipio formam רָמֹם in *Cholem* terminatam, cujus contractio præbet רֹם *verminavit.* Conſpectus hinc emergeret non inſubidus, *Verminant paululum*, *& non ſunt* amplius; *exſuguntur que ſicut omnes*: i. e. *ſicut reliqui homines*: &c. &c. Magis tamen inclinarem in prius, *Evehuntur*, *in culmine rerum eminent*, per totam vitam: *pauxillum*, *& non ſunt* amplius; eo ſenſu quo *Cap.* 21: 13. *momento in Orcum atteruntur.* Idem adhuc ſignantius expreſſum, adjecto, *& attenuantur*, *atteruntur*, *ex-*

כה ואם־לא אפו מי יכזיבני וישם לאל מלתי׃

25 Quod ſi non ita eſt, ubi loci? quis mendacem faciet me? & in Nihilum rediget ſermonem meum?

exſuguntur ככל *quum conſummatio eſt*; *quum adeſt ipſis* ἀκμὴ, *& cumulus omnium ſortunarum*. Id non exſculpo ex כל *univerſitas*, quamvis citra fidiculas poſſem: ſed adſciſco *infin. formam* verbi כלל *completus*, *conſummatus*, *omnibus partibus & numeris abſolutus fuit*. Sic *abſolutam & cumulatam proſperitatem* Improborum deſignare potuit Noſter, una vocula amplexus, quæ multis *Cap.* 21: 23. 24. deduxerat. Ad יקפצון ſpernere non audeo, quod olim dabam ex uſu *Arabum* ſub قفز *ſalivit*, *ſubſilivit*; item *mortuus fuit*. Addo nunc, iſtam notionem eſſe figuratam; a *ſaliendo*, ut videtur, ductam, eamque adhiberi in *morte repentina*. Id percipias ex *Synonymis*; quale أبز, quod in *Camus* exponitur وثب ومات مغافصة *ſaliit*, *& mortuus fuit de improviſo*: itemque قحز quod declaratur وثب وسقط كالميت *ſaliit*, *& concidit velut mortuus*. Quando ergo in *Camus* قفز item notare dicitur وثب ومات *Salire & mori*, facile intelligere eſt, *mortem repentinam* intendi. *Originem* ſiſtet *Græcum* σφαδάζειν quod & *ſaltare* eſt, in lætitia, & *jacere moribundum*, cum *jactatione pedum*. Quum itaque קפץ ſit *ſalire*, *ſaltare*, nil proclivius, quam ut ad *mortem repentinam cum jactatione pedum conjunctam* translatio inde ſit facta, ea plane ratione, qua עלז *ſaltavit*, *exſultavit*, ad σφαδασμὸν *moribundi* traductum eſſe, oſtendi in *Clav. Dial.* p. 284. ex *Jer.* 51: 39. Dices *mortem duram* ſic pingi, quum *lenis & facilis*, ex hypotheſi noſtra, requiratur. Quid? an non ſatis facile finitur, cui poſt *brevem pedum jactationem* expirare datur? Id *Jobo* ſane nunc leviſſimum, & plane invidendum. Nihil nec ſeriei, nec genio Linguæ congruentius primæva Radicis proprietas vincet. Eam ad *Cap.* 5: 16. ſitam vidimus in σφίγγειν *conſtringere*, unde קפץ פה eſt σφίγγειν στόμα, *os conſtringere*, קפץ יד σφίγγειν, συσφίγγειν τὴν χεῖρα, in *parſimonia*, quæ σφιγξία. &c. In *Gjauhario* habes قفصت الظبي شددت قوائمه وجمعتها *Dorcadem* קפצת *diceris*, *quum pedes ei ſubſtringis & adducis*. In *Camuſo* plures *Gloſſæ*, inter alias, *in ſe adducta & contracta fuit res*; item *ſcandere*, *in altum emicare* &c. Vides unde *ſaliendi* poteſtas aſſumta ſit, quam ſub قفز item frequentari ſupra viſum, quod eſt קפז, cujus derivatum קפוז illuſtravit ὁ πάνυ in *Hieroz. part.* 1. p. 68. ubi docet ſic appellatum *Acontiam*, ſive *Serpentem jaculum*, a *ſaliendo & promicando*. Jam ut in *ſubſiliendo*, οἱ πόδες σφίγγονται, ita *moribundi* quoque σφίγγουσι πόδας, & σφαδάζουσι, *pedes trahunt jactantque*. Appoſite ergo heic loci יקפצון in σφαδασμὸν *conjiciuntur*; ad *celeritatem fati uno momento eos rapientis* expingendam. Eodem tendit imago *ſummæ ſpicæ præciſæ*, non tam *falce*, quam *ungue carptore*. Ad *falcem* contendas *Pſ.* 37: 2. Ad *unguem Job.* 14: 2. Utrumque eodem recidit, *fatum uno ictu perimens* nempe. Hoc jam, ex ſcopo *Jobi*, ad εὐθανασίαν unice referendum, quamvis alibi, vel *pœnam*, vel ſaltem *momentaneam evanidamque felicitatem*, adferat, ut in locis modo citatis. Adde *Nah.* 1: 11. *Sic ait Jehova*, *ſi conſummati*, *& ſic multi*, vel *potentes*; *etiam ſic attondebuntur*, *& pertranſibit*. Hoc eſt, *in Culmine ipſo proſperitatis uno momento falce cita fati ſternentur*.

Locus ille non parum adjutat ככל *prout conſummatio*, ex noſtro ſenſu, quamvis ibi *pœna*, hic *impunitas*, ſpectetur. Minima nempe cir-

cumſtantia variat rem. Sed, inquis, *mors* improbi, quantumvis *cita* ac *lenis*, per ſe *pœna*. Id alibi verum, in hoc conflictu minus prudenter aſſumeretur, ubi agitur de *pœnis viſibilibus*, & *ſuppliciis*, ob ſcelera cœlum provocantia *inflictis*; unde nobis de *Juſtitia* Dei, & *exitio peccatores* certo certius *manente* conſtare queat.

Verſ. 25. Concluſio vehemens, & confidentiam ſingularem ſpirans, per quam ita provocat Amicos, ut iis ſe os obturaſſe ſimul innuat. Vel inde colligere eſt, non de *pœnis improborum* diſſeruiſſe Noſtrum, ſed de eorundem *impunitate*. Rectiſſime *Merc.* proinde, *Quod ſi non ita eſt*, *ut dico*, *Improbos tota vita florere*, *nec pœnas dare*, *immania licet ſcelera patrent*, &c. &c. *quis me falſi arguet*? Non ſic agimus, quando vel in Adverſariorum ſententiam concedimus, vel ex parte ſaltem ad eam accedimus. Fruſtra eſt ergo Cl. *Schmid.* iterum *Mercero* ſe opponens, atque ad totum ſermonem *Cap* 23. 24. habitum hæc referens, in hanc mentem nimis quam dilutam, ad ipſius utique rationes, *ſi non ita res habet*, *ut hactenus per totum ſermonem dixi*, *quis mendacem faciet me*? Ad noſtras rationes, nihil hic deſideres, ſed ſuppone *Jobum* graviſſimis figuris deſcripſiſſe *ſupplicia improbis Capitibus immiſſa*; jam vel provocaverit eos, quorum in ſententiam ex parte ſaltem deſcenderat, vel telum incerta manu ſparſerit, quod neminem ferire poſſet. Verbum, ut in re liquida, non addo: tantum monebo, quum ad *imprecationem* nonnihil inclinarem, occurriſſe mihi ad hunc *Vſ. Quod ſi non* &c. pro *Quod ſi non ita Deus plectit ſceleratos illos*, *quis mendacem me faciet*? Ad *impunitatem* ſic alio flexu revolveremur; ſed multo coactiore. Non quadraret etiam ſatis illud, *Quis mendacem facieme*, & לאל εἰς τὸ μηδὲν *ponet*, rediget, *ſermonem meum.* Eo inſinuatur non *imprecatione* uſum Noſtrum, ſed *audaci aſſeveratione*, quæ aliquid *duri*, & in Deum *injurioſi*, attuliſſe cenſeri poſſet. Hoc nihil aliud eſſe poteſt, quam *bonis oppreſſis*, *vexatis*, *vindictam clamantibus*, *florere improbos*, & *immaniſſima quoque ſcelera eorum impune dimitti.* Ad iſtam *Cynoſuram* navigandum inter has *Syrtes*, ſi quis portum contingere velit. Me quidem eum tenuiſſe haud certus ſum: quin nimis vereor ne navim confregiſſe judicer, undis decumanis oppreſſus & abreptus. Iis reſiſtere quitus non ſum, quantumvis memet ab hoc curſu ſcopuloſiſſimo reflecterem. Si quem felicior aura in ſtationem tutiorem deduxerit, erit quod, vel in naufragio, mihi gratuler: hac alioquin tabula contento, quod eruendæ veritatis ſtudio huc me provectum, omnes boni, æquique, judicabunt.

CAPUT VIGESIMUM QUINTUM.

Verſ. 1. ET reſpondit Bildadus Suchites, dixitque.
2 Im-

Verſ. 1. ויען בלדד השחי ויאמר:
2 המשל

Verſ. 1. Ultimum hocce Claſſicum, quod a parte Triumvirorum ſonuit, magis receptui canentis videtur, quam prælium renovantis. *Merc.* exiſtimat *Bildadum* denuo, *poſt Socios*, *de Dei potentia & Majeſtate* tam magnifice diſſerere, *ut oſtendat*, *non eſſe quod ſe homo juſtum ac purum dicat coram Eo*, *cui ne ſublimia quidem & cœleſtia corpora ſint lucida.* Addit *Cocc. ut evincat Jobi deſiderium Deum conveniendi eſſe temerarium*; *atque ab illo voto ad ſubmiſſionem*, & *tranquillitatem animi*, *reducatur.* Idem hoc, ſat plane & rotunde comprehenſum a *de Pined.* pluribuſque deductum a *Vavaſſ.* omnium fere calculo comprobatur. Cl. *Schmidio* tamen id minus placet, cui Cenſor hicce ita argumentari voluiſſe videtur, *Nullus homo purus eſt coram Deo. Ergo quemcumque Deus affligit*, *is impius eſt.* Ea argumentatio vel claudicat, quod non obſcure innuit Vir Doct. vel ſtatuendum, *Bildadum* eouſque evectum, ut

2 המשל ופחד עמו עשה שלום במרומיו׃

3 היש מספר לגדודיו ועל־מי לא־יקום אורהו׃

4 ומה־

2 Imperium & terror cum Ipſo; faciente pacem in Excelſis ſuis.

3 Numquid eſt numerus turmis Ejus? & ſuper quem non ſtat lux Ejus?

4 Quid

ut contenderit, tantam eſſe Dei Eminentiam, ut *juſtitia & ſanctitas* omnis non modo diſpareat, cum immenſo illo fulgore collata, ſed etiam contrarium quodammodo cenſeri queat, Deo volente, cui propterea integrum ſit *juſtum pro injuſto habere, atque pœnis proſequi.* Tale quid *Bildado* tribui video a Doctiſſ. *Crinſoz.* quod ut ipſe *falſam* vocat *ideam*, ita vix ac ne vix quidem eam Diſputatori huic dare ſuſtineam; tum quod paulo craſſior ſit hic error, tum quod nimis alte Socii imbibiſſent, *Jobum* eſſe *Hypocritam.* Exiſtimem itaque, *Bildadum gravibus* hiſce *armis*, ut credebat, *Jobum* tandem voluiſſe *obruere*, & *elidere*, tanquam *læſæ Majeſtatis manifeſtum*, & *graviſſima* quæque *ſupplicia* vel hoc nomine *promeritum*, quod tam audacter provocare, & injuſtitiæ quodammodo accuſare, omnibus ſuis diſputationibus, ſuſtinuiſſet Eum, qui immenſa tum potentia, tum ſanctitate, præfulget.

v. 2 *Ibid.* Nimis affectatum eſt, quod ex R. *Levi* adoptavit *Pagnin.* per conjunctionem utriuſque membri, *Dominium & timor*, qui eſt *apud illum, facit pacem in excelſis Ejus.* Paulo quæſitior quoque, quamvis non inelegans, flexus Doct. *Crinſozii*, *Qui e celſis cœlis diſpenſat proſperitatem, dignus eſt ſubmiſſione & timore.* Disjunctim lecta Cola plus adferunt energiæ. In priori non diſplicet *Hendiadyſin* a *Junio* expreſſum, *Dominatus, & quidem formidabilis, eſt penes illum.* Quo tandem cunque pacto illud פחד acceperis, illuc redibis. Cl. *Cler.* ad verbum המשל notat, ſecundum formam *Hiph.* ſignificare potius *facere ut imperent*, Reges, nempe; *quod ſi minus placeat, quærendum forte, an non* המשל *eſſet conflatum ex He emphat. &* משל *poteſtas.* Poſterius nemo facile laudet: prius minus quadrat. *Cocc.* ob eandem *conjug.* adſcivit *efficax exercitium imperii*, ſive ἐνέργειαν *poteſtatis ſupremæ.* Anquirendum. Alterum colon, *Faciens pacem in Excelſis ſuis*, ab aliis refertur ad *orbes cœleſtes*, ab aliis ad *Angelos*, ab aliis ad *utroſque:* quæ omnia *nutu tremendo Omnipotentis* ita contineantur, ut *ſuaviſſima* inter omnes *pax & harmonia*, cum tanti Numinis reverentia, ſine ulla conturbatione, aut rebellione, conſtet. Conſulantur *Calv. Merc. de Pined. Vavaſſ. Cocc. Schmid.* aliique. *Vavaſſ.* hinc porro ſpeciatim adverſus *Jobum* hocce telum intorquet, *Qui ergo in tanta tranquillitate, concordiaque omnium, bellum uni tibi indixit, id non citra meritum tuum feciſſe judicandus.* Magis placeret *de Pined.* qui *Jobum* vellicari autumat pro *inſolenti*, & *ſeditioſo*, *qui Divinam illam cœleſtium mentium, ſediumque, pacem, ſuis clamoribus interturbet quaſi.* Eodem collineat *Cocc.* quum ait, *Bildadum* inferre hinc, *Deum homines μεμψιμοίρους, & diſceptandi cupidos, in pacatas illas ſedes ſuas non admiſſurum.* Idem, quamvis obſcuriuſcule, intentum a *Mercero.* Cenſoria gravitas, qua magnificæ hæ ſententiæ pronunciatæ, talem aculeum exigere videtur.

Verſ. 3. Ad prius Colon diſquiritur, quænam hæ *Turmæ*? Sunt qui *Angelos* intelligant, ſunt qui *ſtellas*; ſunt qui *utrumque*, quin & alia complura. *Jun.* certe *turmarios* vertens amplectitur *omnia cœleſtia & terreſtria, quæ juſſa Numinis promtiſſime capeſſant.* Eodem tendit *Merc.* offerens *innumeras copias, quas paratas habeat Deus, ſi quis Eum oppugnet.* Viſatur & *Cocc.* cum *Myriadibus Angelorum* conjungens *fulgura*, atque alia phænomena. Pulcherrima quoque Paraphraſis *Erud. de Pined.* jam non ἀσύγκλωσι miſcens, ſed ſcopum ipſum, ſi quid video, feriens, qui eſt, tanti Numinis eſſe, *Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.* Cl. *Schmid.* pro ſolis *ſtellis* pugnans, parum ſolido ſe ratiocinio tradidiſſe videtur. Mox plura.

Ibid. Major diſſenſio circa poſterius. *Merc.*

I. *Super quem non ſtat*, manet, *lux ejus*? q. d. *Ex ejus luce accepimus omnes*, *& per Eum ſunt omnia id quod ſunt.* &c. *Alii Lucem accipiunt*, *quod nihil Ei ſit ignotum*, *atque in omnia penetret Ejus lumen.* Ultimum hoc ſecutus *de Pined.* II. qui monens nonnullos ad *lumen Divinæ bonitatis* reſpicere; alios *ad Divinam ſapientiam*, *in operibus creatis relucentem:* alios denique ad *lumen revelationis*, *quo Angeli*, *copiæque reliquæ Dei*, *collustrentur*; ſibi vehementer probari ait, *ut Dei poteſtas & ſapientia amplificetur ex efficacitate agendi*, *& pertingendi ad omnes creaturas*, *omnia inferiora deſpiciendo*, *& ſuæ cognitionis lumine clariſſimo cuncta perluſtrando.* Si tamen attendas, utrumque potius complexum eum ſenties. Idem patet ex hiſce mox ſubnexis; *ad verbum legas*, ſuper quem non ſtabit lumen Ejus? *ut non ſolum exorientem & ſurgentem lucem*, *ſed etiam conſiſtentem ſupra capita noſtra*, *& calore*, *lumine*, *agendi facultate*, *præfulgentem*, *humaniſque rebus imminentem intelligamus: quæ non*, *ut ſol*, *ſurgat identidem*, *ſed pleno jubare adſtet ſuper capita noſtra.* In eandem mentem luculenter diſſeruit *Calv. Conc.* XCIV. Diverſo adſpectu *Jun.* III. *ſupra quem non exſurgit lux ejus?* i. e. *quem non ſuperat lux bonitatis Ejus? Lux Dei præcellit immenſum quantum lucem Angelorum*, *& creaturarum omnium.* Cl. *Cocc.* IV. ſic potius dicendum fuiſſe cenſet, מִמִּי, vel מאור מי *præ quo*, vel *præ luce cujus.* Ipſi autem על in hac phraſi eſt vel *ſupra*, vel *apud*, vel *contra*; ambigenti interim *Soliſne lucem* intelligat, an *fulguris: quæ ut nemini non ſuperſtat*, *ita etiam ſtat contra quemvis*, *qui aciem adverſus eam contendit.* Cl. *Schmid.* V. ſimpliciſſimum arbitratur, *ſuper quem* hominum *non exoritur*, vel *ſtat*, *lux Solis Ejus*? ut *Matt.* 5. Idem a Cl. *Cler.* aliiſque tenetur. *Lucem ſolis* cum iis quæ præcedunt, ſimul complectitur VI. Erud. *Vavaſſ.* ita commentans, *Viden'*, *ut vim & efficientiam rebus inſevit? ut eaſdem longa luce complet? Solique dedit in mandatis*, *ne quam præteriret? Quid quod perſpicaciſſimus eſt*, *ut non poſſit in cauſa tua non ſcienter verſari. Et vero quæ regio tam ſeducta*, *tam remota ab arbitris*, *quo non Providentiæ luce pervadat? quæ ſenſa animi tam abſtruſa*, *quæ non intercipiat?* Huc quoque inclinare videntur Doct. *Belg.* nec video quid obſtet, quo minus de *gemina Luce viſibili* & *inviſibili* cogitetur, niſi forte quod יקום *de Luce ſolis* valeat, *ſurgit*, quum de *Luce providentiæ* commodius reddatur, *ſtat.* Scrupuli tamen hujus perfacilis levatio, ſi *ſtare ſuper*, figurate accipiamus pro *Regimine*, *moderatione*, *præfectura*, *efficaci inſpectione*, *& præſentiſſima cura*, in quem ſenſum قام به קם בה nec non عليه, עליה frequentantur.

Ita *ſuper quem non ſtat Lux ejus*, erit, *Quem non Lux ejus viſibilis*, *quem non*, *illuſtrius adhuc pleniuſque*, *Lux ejus inviſibilis*, *infinita quadam virtute complectitur*, *ſuſtinetque*, *ut inde & vitam*, *& vires*, *& omnia hauriat?* &c. &c. Non malus inde nexus ad ſeq. *Vſ.* porrigitur. Examinari tamen denuo VII. meretur *Junii* illud, *Quem non exſuperat lux ejus?* Nempe quum *innumeras* Dei *turmas* induxiſſet *Bildadus*, i. e. *ſidera viſibilia*, *inviſibilia*, & *quicquid* in utroque Mundo *ſplendide eminet & elucet*; ſubſumit mox, *& ſupra quem non ſtat*, i. e. tanquam in culmine medio præfulget, *Lux ejus.* Verbum קום in *Lumine Meridiano* κατ' ἐξοχὴν uſurpari, vidimus ad *Cap.* 11: 17. Quod Cl. *Cocc.* obmovebat ממי, vel מאור מי, dicendum fuiſſe, non adeo ſtringit; nam in hoc quidem adſpectu ꝟ *ſtare*, pro *in ſummo culmine ſplendere*, minus quadraſſet מן *præ*, quum על *ſuper* pulcherrime ſedeat. Quid ſi utrumque complectamur? VIII. ut *ſupra quem non ſtat Lux ejus?* ex *Ancipiti* ſonet, *quas non creaturas vel ſplendidiſſimas ſua luce ſolus ſuſtinens*, *ſimul infinito illo ſplendore ſuo obſcurat*, *& delet? haud ſecus ac Sol medium cœli culmen occupans*, *omnia præſtringit non ſolum*, *ſed & præſtinguit.* Μηκέτ' ἀλίε σκόπει Ἄλλο θαλπνότερον ἐν ἁμέρᾳ φαεννὸν ἄστρον ἐρήμας δι' αἰθέρος. *Ne mihi quæras ſole aliud foventius interdiu lucidum ſidus deſertum per æthera*, i. e. *a ſtellis & luna derelictum*, ut magnifice Lyricus *Olymp. Prim.* Ad illam imaginem ſic forte concinnius cuncta digerere ſit IX. etiam ex *Ancipiti*, *Numquid numerus turmis Ejus? Et ſupra quem non ſtat Lux ejus?* Primus & literalis ſenſus, *innumeræ in Cœlo fulgent ſtellæ*, *ſed unus omnes vincit*, *deletque*, *Sol.* Alter ſublimior, *innumeræ turmæ Angelorum*, *Sanctorumque*,

4 ומה־יצדק אנוש עם־אל ומה־יזכה ילוד אשה׃

4 Quid ergo Juſtus eſſet mortalis cum Deo? & quid purus eſſet natus mulieris?

5 הן עד־ירח ולא יאהיל וכוכבים לא־זכו בעיניו׃

5 Ecce vel ipſa Luna, non tentorium obtinebit; & ſtellæ non ſunt limpidæ in oculis Ejus.

6 אף

6 Quan-

que, quæ in Cœlo inviſibili ut totidem aſtra fulgent, ſed increata Lux Divinitatis cunctis immenſum quantum præfulget. Confer *Cap.* 4: 17. 18. 19. & *Cap.* 15: 14. 15. 16. & vix ambiges inde magnificentiam figuræ hujus captatam. Ad *Vſ.* 5. recurrent, quæ huic Conjecturæ firmandæ erunt.

Verſ. 4. Pauciſſimis hic defungi licet; apparet enim levicula, nec inconcinna ſane, inverſione, idem extuliſſe *Bildadum*, quod *Eliphazus Cap.* 4. ex *oraculo*, ipſiuſque adeo Numinis adſtantis ore, exceptum, inculcarat; atque *Cap.* 15. denuo inſulſerat. Relegantur quæ utrobique dedimus. Suſpicor ideo Argumentum hocce tertio reſumtum, ut innuatur, haud alio opus eſſe, ac fuiſſe, ad omnes illas *Jobi* querelas, quin & glorias, deflandas: ac proinde non eſſe quod cum tali amplius homine diſputetur, qui ne Oraculo quidem tam claro ſe convinci paſſus fuerit.

Verſ. 5. Non e limpido hic omnia fluere, percipias ex *Merc.* hiſce, *Ecce uſque ad Lunam, & non ſplendebit*, vel, *ſplendeſcere faciet.* q. d. *ſi hæc omnia inferiora ſumantur ad lunam uſque, ne ea quidem cum Ejus luce & Majeſtatis ſplendore collata ſplendeſcent. Omnia hæc inferiora coram Eo erunt imperfecta, & impura, ad lunam uſque adſcendendo.* Id languere ſentiens, mox ſubdit, *vel potius, ſi a ſuperioribus orbibus deſcendatur deorſum verſus ad lunam uſque, omnia tenebroſa & opaca præ Deo reperientur, ad lunam uſque, quæ ne ipſa quidem ſplendeſcet coram Deo.* Ad יאהיל ſubmonet, alios ab אהל *tabernaculo* dare, *non collocabit illic tabernaculum ſuum* Deus. Poſt alia deinde, *ſed nos duas*, inquit, *faciamus radices, ejuſdem ſignificatus*, הלל & אהל, *etſi alias* אהל *hac poteſtate non inveniatur. Forſan utrumque ſignificatum complecti voluit, adjecta* א, *Non ſplendebit, nec erit in tabernaculo, inde emicans & effectus ſuos producens in inferiora.* Non abſimilis σύληψις adhæſit *Coccejo*, *Ad lunam non ſplendet. Sublunaria, & ipſa Luna, ſunt extra regionem lucis: Lunæ enim lux diluta, & non ſua, variabilis, atque adeo privabilis. Legitur* יאהיל *quod eſſet* σκηνοῦν. *Utrumque voluiſſe videtur, & quod non ſplendeat, & quod non apta ſit obſcuritas ſublunarium, quia lux lunæ, ut cum illis habitet; quippe cui ne ſtellæ quidem mundæ ſint*, i. e. *indignæ habitæ quæ domum ejus ornent; ſuo poſitæ loco, extra quem ſi ſe efferant, abolitioni proximæ ſint futuræ. Qui ergo miſer homo, non dignior verme & lumbrico, audebit, aut poterit, Deum convenire, & ex æquo cum ipſo diſceptare? qui ſi cum Luna & ſtellis ſuo ſe continet ordine, beneficiis Dei fruetur; ſin ſe efferre conetur, majeſtatis Divinæ pondere opprimetur.* Iſtum nexum rejiciens Cl. *Schmid.* ita vertendum autumat, *Ecce uſque ad Lunam, non figit tentorium*, ibi Deus: *& ſtellæ non ſunt puræ in oculis ejus*, ſupple, *ad tentorium ibi figendum.* Mentem hanc eſſe cenſet, *Tantam eſſe Dei Sanctitatem, ut nec cœlum ſidereum, nec quæ ſub illo, digna mundaque ſatis ſint, in comparatione illius, ut ſint habitaculum ei, inter quæ tentorium ſuum figat.* Id amplexi Cl. *Mich.* & *Hoſm.* ſed *Reim.* præfert receptiorem ſententiam, quæ יאהיל per geminam *Epentheſin* ſumit pro יהל, ab הלל; *Ecce uſque ad Lunam, non ſplendet* &c. quaſi per *gradationem* adſcenderetur. Eum *adſcenſum, quo omnes creaturæ a terra uſque ad ſupremum cœlum comprehendantur*, luculentiorem quoque cenſuit *Schmid.* quum *deſcenſus a ſideribus ad inferiora, & lunam*, aptior & illuſtrior viſus ſit *Mercero.* Mihi & *deſcenſus* ille incommodus, & *adſcenſus*, ita ſaltem conceptus, non commo-

modiſſimus, quaſi *Bildadus* a *ſublunaribus* ad *cœleſtia* eſcenderet; negaretque, vel idonea eſſe loca hæc, ubi *tentorium figat* Deus; vel *lucem illam* cum *Dei luce* poſſe comparari. Ita longe infra *Eliphazi* ſenſa ſubſediſſet *Bildadus*, quæ ad minimum exæquare debuit, quum ea exſuperare voluiſſe reperiatur, per novum *Schema* plauſu haud indignum. Ad illud non pertigit Juvenilis noſter conatus, quo ex اهل *dignus*, *idoneus*, ἀξία, dabam, *Ecce ne Lunam quidem aptam judicat*, &c. addens, *non agi de ſplendore, quem emittunt corpora cœleſtia, ſed de eorum puritate*, ἀξιότητι, *& integritate.* Imo vero vel maxime agitur de *eorum ſplendore*, qui ut in verbo זכו *relucet limpidiſſime*, ita & ex יאהיל *refulgere* debet, ad *Lunam*, non ad *Deum*, relato. Non tamen ad הלל recurrere tutum. Intutius אהל eadem poteſtate mactare, cum *Mercero*. Cum *Coccejo* autem & יהל *ſplendebit* adſciſcere, de *Luna*, & יאהיל *tentorium figet*, de *Deo*, non *figuram* dabit *ex Ancipiti*, quæ uni *ſubjecto* immanere debet, ſed diſtinebit curam, maliſne cum *Schmid.* ad *Deum* tandem revocare verbum hoc, an, quod poſterius colon jubet, ad *Lunam.* Juſtius erat *Anceps* illud, quod *Merc.* offerebat, *Non ſplendebit Luna, nec erit in tabernaculo:* ut *orbem ſuum volvens Aſtrum hoc, ibique micans*, veluti *in tabernaculo ſuo verſari* concipiatur. Sic ſaltem *Merceri* mentem capiendam cenſeo; eique citra ullam hæſitationem inhærerem, ſi אהל cum poteſtate certa *tabernaculum tendendi*, & *habitandi in tentorio*, obtinuiſſet quoque alteram *Lucendi*, qui in הלל continetur. Quando tamen id incertius, teneamus יאהיל σκηνώσει *tentorium habebit*, ſtilo ſubliniore traductum ad *ſtationem*, ut ſic dicam, *Lunæ*, quam in *Campo Ætheris* magnifice tenere ſolet. Eam *ſtationem obtinere* non poteſt *Luna*, ſtatim atque *Sol ſurrexit*, nedum ut *eo ſtante*, & *culmen cœli tenente*, *occupare* eam queat. Ad decus figuræ clariore in die collocandum obſervo, *ſidera* comparari ab *Arabum* Poëtis cum *exercitu*, *Lunam* cum *Imperatrice*; omnibuſque tribui *tentoria fixa* ſive *tenſa*, & *detenſa*, quum vel *comparent*, vel *diſparent.* Idem *Schema* frequentatur in *Die*; & *Soli* præſertim, ut *Imperatori*, *Auguſtale* attribuitur, ſive *prætorium*, cujus jubar præradians omnia obſcuret, ac caput ſubducere cogat. Magnificam imaginem habes quoque *Pſ.* 19: 6 *Soli poſuit* אהל *Tabernaculum in Cœlis.* Alia complura ibidem, *ſcenæ* iſti ſervientia, quibus non immorabor; ut mentem tandem meam clarius exponam. Connectenda nempe hæc cenſeo cum *Vſ.* 3. *Super quem non ſtat*, & præfulget, *Lux ejus.* Id gemina facie auxi. Ad utramque reſpondent hæcce noſtra; nam primo *literaliter*, *Ecce ne Luna quidem tentorium obtinet*, caput ſubducere coacta; *& ſtellæ non ſunt limpidæ in conſpectu ejus*; ſcilicet אור *Lucis*, cui dominium traditum diei, ut eſſet illuſtriſſimum ſpecimen *Lucis inviſibilis & inacceſſæ*, *quam Deus habitat*; *ante cujus* item *præradiantem fulgorem*, hic alter eſt, & ſublimior, conſpectus, *nihil conſiſtat*, *quantumvis inter Cœlites*, *ſanctoſque*, *eluceat*, *atque præcellat.* Sic idem plane, ſed decentiſſime illuminatum, reddit *Bildadus*, quod *Cap.* 4 & 15. dederat *Eliphazus.* עד ירח *uſque ad Lunam* mihi ſimpliciter ſonat, *vel ipſa Luna.* Creber iſte uſus noſtræ *particulæ.* Vide modo *Gen.* 6: 7. &c. &c. Nempe *Luna* ſemper habita *Cœli Regina*, & poſt Solem *ſiderum facile princeps.* Notiſſimum illud, *Micat inter omnes Julium ſidus, velut inter ignes Luna minores.* Ita locuti, ſine ullo ſcrupulo, *Græci*, *Latini*, *Orientales*, judicium ſecuti oculorum: quod genus cavillari, eſt operam ludere, liberaſque Linguas nimis arctas ſub leges dare. De cetero, ut laudandi *Complutenſes*, qui habent, *Non expandet lumen ſuum in modum tentorii*, ad *Lunam* relato verbo יאהיל; ita non placet conatus *de Pinedæ*, ad *Deum* id deflectentis, quaſi *Ille fons claritatis lumen ſuum ad Lunam uſque non expandere* dicatur, *quod præ Divina Luce videatur non illuminare Lunam & ſtellas*; i. e. *facere ut non ſplendeant.* Id eodem recidere, ait, quo illud *Vatabli*, *Ne Luna quidem lucida eſt cum Deo collata*; vel quod ex יהל *tranſitive* ſumto dedere, *Doct. Tigur. Ecce facit ut non exiſtat Lux uſque ad Lunam.* Poſterior illa verſio anſam præbuit *Clar.*

Scheuchz.

6 אף כי־אנוש רמה ובן־אדם
תולעה׃

6 Quanto minus mortalis, Vermis? & filius hominis, Lumbricus?

Scheuchz. ſententiam hanc revocandi ad effata *Philoſophiæ*, quaſi innuere voluiſſet *Bildadus*, corpus *Lunæ* non *lucidum* eſſe in ſe, ſed *obſcurum* & *opacum*. Mallet tamen ita convertere, *Ecce uſque ad Lunam*, *& non ponet tabernaculum*, i. e. *non tentorii in modum expandit lucem ſuam:* utpote *opacis corporibus* accenſenda. Addit Vir ingenioſus, *Lunam* ſic *Emblema* exhibere *Fidelium* & *Eccleſiæ*, omne *lumen* a *Sole Juſtitiæ* mutuantis; quæ in mediis quoque perſecutionibus, quum maxime obſcurata, variis viis colluſtrari non deſinit: atque *nunquam magis illuminata eſt*, *quam cum minus ſplendet*. Sic acceditur, ex aliqua parte, ad opinionem eorum, qui in *conſolationem* interpretati ſunt, q. d. *Bildadus*, *Nil mirum ſi Deus præclarum Virum ad aliquod tempus obſcurari permittat*, *& tenebris ærumnarum involvi*; *quando & Luna obſcurationibus ſit obnoxia mox illuminandis denuo*. Hæc longiuſcule diſcedere, facile ſentire eſt; quin *nativæ* iſti *obſcuritati Lunæ*, utut certiſſimæ, nunc quidem parum aut nihil loci relictum, quum appareat, non hoc egiſſe *Bildadum*, ut *Philoſophiæ interioris Scita* panderet, ſed *populari ratione* materiam agitatam illuſtrare voluiſſe, *Lucidiſſimis aſtris in ſcenam productis*, *quorum tamen fulgor ſolis jubari collatus*, *diſpareat*, *nulluſque videatur:* ad quam ſimilitudinem *fulgentiſſima* quoque *Cœli inviſibilis ſidera jubare immenſo Numinis Supremi* penitus *obſcurentur*, ac velut *nulla fiant*. Huc aperte ducit Colon poſtremum, *Et ſtellæ non nitent &c.* quod *comparantis* utique; non docentis; niſi contra *Philoſophiæ* ſolidiora principia contendere lubeat, etiam *ſtellas lumine non ſuo ſplendere*. Ex hiſce ſic deductis, utique ſi juſtus nobis conſtiterit calculus, ſponte pateſcit, cur *Solis* hoc in verſu nulla inſerta fuerit mentio. Cl *Schmid.* nimis ſecurus ſui; *Nos ſimpliciter*, inquit, *dicimus*, *Lunæ tantum factam eſſe mentionem*, *ut termini ad quem*; *jam ſolem non eſſe terminum ad quem*. &c. *Si vero non terminum ad quem ſpectes*, *ſed dignitatem*, *& præſtantiam*, *tam Sol quam Luna comprehendentur in verbis*, *& ſtellæ non ſunt mundæ* &c. &c. Aliquanto magis ad rem *Cocc. Solis non meminit*, *hic*, *ubi Lunæ*; *quia ſol ſplendet nobis*, *& Vſ.* 3. *producta ſuerat ejus lux*, *ut argumentum quod natura humana illam lucem Dei non ferat*; *ubi &* Lux Dei *appellatur*. Subdit deinde quæ minus ſcenæ huic reſpondent, *Quod autem Sol non ſit mundus in oculis Dei*, *eo ipſo intelligitur*, *quia ſtellæ non ſunt mundæ*. &c. &c. Secundum noſtras rationes *Sol* nec nominari debuit, nec in cenſum venire poteſt, quippe cujus *Lumen præradians* hic *Emblema* præbeat *Divinitatis*, minora *Lumina*, & *ſidera Cœli*, præ ſe delentis.

Verſ. 6. Expeditior, & rotundior, nunc erit Concluſio, conformata item ad *Cap.* 4: 19. 20. & 15: 16. Notandum, *Vermem* & *Lumbricum* hic ita per *appoſitionem* locari, ut ſimul *comparationi* cumulandæ ſubſerviant. Literali videlicet adſpectu hæc duo ſeſe referunt ad *ſplendorem* & *majeſtatem Solis*, cui ſi *concedant*, faſceſque velut ſubmittant, *pulcherrima* illa & *lucidiſſima Cœli decora*, quid tandem non *Vermis* & *Lumbricus* faciet, qui nil niſi *corruptio* & *putredo*? Hinc jam porro ſublimior ſenſus ſponte effloreſcit, atque hunc in modum completur: *Si abſurdiſſimum*, *ut vermis & Lumbricus*, *cum ſole contendant de claritate*, *quum aſtra fulgentiſſima Ei caput ſubducere cogantur*; *quanto abſurdius*, *ut homo mortalis*, *labe ac tabe corruptionis ſuæ diffluens*, *& Vermis ac Lumbrici ſimilitudinem gerens*, *cum Fonte perenni Sanctitatis in contentionem deſcendat de juſtitia*, *Eique puritatis palmam dubiam ſe facere poſſe glorietur*; *quum ne Sanctiſſimi quidem Angelorum Chori tantos ſibi animos ſumere ſuſtinerent*. Habes telum ſatis vehementi manu intortum, quo jugulari potuiſſet Noſter, ſi Adverſarius controverſiæ fines non exceſſiſſet, quum *Jobus* de *Juſtitia* tantum *cauſæ* præſentis tam fortia locutus fuerit: & ipſe in lite ceteroquin non mala nimis acer Litigator. Quæ porro de *Emblemate* gemino *Vermis* & *Lumbrici*, ratione *immunditiei* tum *Phyſicæ*, tum *Moralis*, qua mortales laborant, hic dici poſſent, cuivis ex facili occurrent.

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

Verſ. 1. ET reſpondit Jobus, ac dixit.

2 Quam

ויען איוב ויאמר : *Verſ.* 1.

מה־ 2

Verſ. 1. Variatur in Argumento proponendo. *Merc.* has duxit lineas; *Jobus non reſpondet ad Bildadi dicta, ſed eum ridet, quaſi ea attulerit, quæ parum ad rem faciant* &c. *oſtendens ſe æque ac illum Dei Potentiam & Providentiam noſſe, ac multo etiam auguſtiora de ea dicere poſſe*; ut & *longe magnificentius de ea diſſerit, ab imis mundi rebus orſus, & ad ſuprema uſque progrediens.* Idem aliis verbis expreſſum a Cl. *Schmid. Sarcaſtice & ſalſe irridet Jobus Bildadum, quod adeo impertinenter diſputaverit, & ea, quaſi contra Jobum ſint, attulerit, quæ Jobus nunquam negaverit, & melius noverit, quam ipſe Bildadus.* &c. &c. Mirum itaque, cur addiderit, *Vix capio quid Mercerus ſibi velit, cum dicit, Job non reſpondet ad Bildadi dicta: quomodo enim non reſpondet, qui meliora ſe noſſe reſpondet?* Cavillum: nam *Reſpondere Mercero* erat *Refellere:* jam vero nulla hoc in Capite *aperta refutatio*, ſed *magnifica deſcriptio Divinæ Majeſtatis, & potentiæ, ſane quam formidoloſiſſimæ*, cujus exiguam modo particulam, ac velut ſtricturam, attigerat *Bildadus*, nimium ſecurus victoriæ, quaſi jam hiſce *gravioribus armis*, ſcilicet, cauſam omnem decreviſſet, & decidiſſet. Satis ad rem ergo *de Pined. Dum Jobus aſperius pungit Bildadum, quod viſus fuerit ſupervacaneis, levibuſque rationibus, velle tueri Divinæ ſapientiæ, ac potentiæ, partes, multo ipſe uberius, & magnificentius, de iiſdem diſſerit* &c. Paulo aliter *Lavaſſ. Elevat Jobus futilem & imbecillam Bildadi, in eo ſaltem, diſputationem, quod Providentiæ Divinæ patrocinium ſuſcipere voluiſſe videatur, perinde quaſi labaret ſola, nec ſe ſuis ipſa viribus ſatis tueretur* &c. Huc acclinis & *Crinſoz.* Alii aliter adhuc calculos ponunt. *Coccejí* ſumma hæc eſt; *Jobum partim rejicere Bildadi orationem, ut nec ſolatio ægri, nec inſtitutioni errantis, nec argumento controverſo, ſcopoque deſtinato, convenientem; partim poſitiones concedere & amplificare, ut de efficacia voluntatis Dei Vſ.* 6--13. *deque tremenda ipſius Majeſtate Vſ.* 14. Eſt videlicet cuique privum quid, quo ducatur; quod ad verſus ſingulos pateſcet. Noſtra ratio ſic habet, *Bildado* ſimili nunc artificio ſeſe opponere Noſtrum, quo *Cap.* 9. Viri impetum fregerat, *Eliphazi* ſimul Oraculum extra oleas adductum eſſe arguens. Redeatur ad ea quæ *Vſ.* 1. & 2. ibidem diſcuſſa, & collata *Divinæ Majeſtatis* ac *potentiæ formidoloſiſſimæ* deſcriptione ſane quam magnificentiſſima quæ a *Vſ.* 4. ad 10. contexitur, eandem nunc incudem tundi, in eundemque ſcopum omnia dirigi, facile intelligetur. Ut ergo ibi inſinuatum ibat, *Infinitam Numinis potentiam ſibi officere, quo minus cauſæ ſuæ juſtitiam contra tantum Adverſarium evincere poſſet*; ita omnino exiſtimarem, idem illud hoc in *Cap.* retinendum; quando vis contentionis illius adeo non remiſerit, ut contra acrius ſeſe animarit identidem, atque ſuccenderit. Ad aciem reſponſionis, ac velut retorſionis *Jobææ*, tenendam, attendi velim ad exteriorem formam Argumenti a *Bildado* recuſi, *Deus Infinito Majeſtatis & Sanctitatis jubare præfulget: ergo ne Angeli quidem in comparatione Ejus puri ſatis aut ſancti; nedum ut homo mortalis; & labe peccati infectus, Juſtitiam ſibi coram Deo arroget.* Eximia, & luce meridiana ſplendidior, veritas; ſed minus verum ac ſolidum conſectarium, quod inde *Bildadus* eliciebat, ad exemplum *Eliphazi Cap.* 4. & 15. *fieri proinde non poſſe ut Jobus tam gravibus judiciis plagiſque Dei confoſſus, ſit innocens; & nil niſi contumaciam eſſe, ac perduellionem, quod tam animoſe innocentiam ſuam defendendam ſuſceperit, atque Juſtitiam ſuam vel ad Supremum Tribunal ſeſe perviclurum glorietur.* Huic ratiocinio, minus ſane juſto, reponit jam Noſter, non ſine ſtomacho, & aculeo, *Contemplationem* Infinitæ Dei Eminentiæ & Majeſtatis, quæ quidem omnibus Inferis ſuperiſque juxta formidoloſa, ſed abſurde inde colligi, *injuſtum* eſ-

2 מה־עזרת ללא־כח הושעת זרוע לא־עז׃

2 Quam juviſti *eum*, cui non nervus! & amplum reddidiſti brachium, cui nullum robur!

3 מה־

3 Quam

eſſe, quem tanta illa & tam immenſa Majeſtas Numinis prægravat, atque præumbrat, niſi aliunde *impietatis* & *injuſtitiæ* convincatur. Clarius ad ſingulos verſus cuncta dilucebunt.

Verſ. 2. Acrimoniam, & irriſionem, ineſſe, omnes conſentiunt; ſed in diverſa abitur circa verum ſenſum. Dilutum I. quod *Vatabl.* dedit, *In quo adjuviſti ſententiam & opinionem tuam de providentia Dei, quæ ſententia plane infirma eſt? Putaſtine eam confirmare brachio, in quo nulla virtus*? i. e. *ratione invalida*? Hauſtum ex turbido fonte R. *Perizolidis*, & *Gerſonid.* qui ſtatuunt, Socios pugnaſſe pro *providentia particulari*, quam *Jobus* negaſſet. Languidum quoque II. *Munſteri* hocce, *Tam jejuna eſt oratio tua, ut infirmus hinc non roboretur, nec inſipiens diſcat ſapientiam* &c. &c. Eadem reddit *Iſid. Clar.* Hoc *frigere* monens *de Pined.* III. *ardentius* cenſet, & *propoſito congruentius*, quod *Græci* & *Latini ad unum omnes de Deo acceperint*, cujus *Defenſorem* videlicet agere voluerit *Bildadus.* Poſitis autem quibuſdam Veterum explicationibus *ipſum punctum difficultatis tangere* putat, *quod Jobo deſideranti Dei conſpectum, & locum pro ſe dicendi in judicio Divino, reclamaſſet Bildadus, quaſi Divinæ Potentiæ & Sapientiæ diffideret; ne ſi Jobus cum Deo diſputaret, Deus in cauſa ſua inferior evaderet; & quaſi timeret Bildadus, ne ſi Jobus ſolus ageret cum ſolo Deo, poſſet Judici imponere.* &c. &c. Neſcio an idem voluerit *Caſtal. Inepte facis qui Deo patrocinere, quaſi tuo egeat patrocinio, cum ſit potentiſſimus.* Itemque *Merc. O quam egregie Eum adjuviſti qui imbecillus erat, & invalido es patrocinatus! quaſi vero tua defenſione indigeat Deus!* Adde *Bolduc. Druſ. Patric. Crinſoz.* qui venuſtius adhuc interrogationem hanc exacuit, quaſi *Bildadus ſibi* videretur *admirabile patrocinium cauſæ Dei præſtitiſſe allegando Ejus independentem & abſolutam Majeſtatem*; *more Cauſidicorum, qui quod ratione nequeunt, ſubtili diſtinctione, & cavillatione, vincere nituntur.* Cl. *Cocc.* IV. ad *Deum* referri *nihil neceſſe*, & *minus tutum*, cenſet; magiſque ad ſcopum, ut *imbecillem* & *inſipientem* intelligamus *Jobum* & *fratres ejus*, i. e. *homines in tentatione & anguſtia conſtitutos*; *apud quos non Majeſtas Dei tremenda, & imperium, & pavor, amplificanda ſint, ſed gratioſa voluntas explicanda* &c. &c. Eodem tendunt quæ *Calv.* prolixe diſſerit *Conc.* XCV. cum quo faciunt *Deod. Piſc. Belg. Codurc.* &c. &c. Facit & *Schmid.* in eo tamen *ſibi minus convenire* monens *cum Interpretibus, quod illi Jobum hic intelligant tanquam revera infirmum ſub afflictionibus ſuis; quum per falſam Ironiam potius ſe infirmum* nunc *vocet*, *ex opinione Bildadi & Sociorum, ratione Scientiæ & peritiæ in rebus Divinis.* Laudo; ſed & *Jun.* laudandus, qui dederat jam, *Egregia vero dicta & ſalutaria, ſcilicet! maxime cum (ut vobis videmini) apud virum infirmum, abjectum, & ignorantem agatis.* Doct. *Belg.* ad *Vſ.* ſeq. iſtam *ironiam* admittentes, eam & hic melius inſertaſſent. *Cocc.* ſerio & *Ægrum*, & *brachio deſtitutum*, & *inſipientem* ſive *errantem*, ſemet nunc appellare cenſens Noſtrum, nimis remittit, in Perſonamque, quam *Jobus* hoc in certamine ſuſtinet, committit. Omnino tenenda *Ironia* illa *Jun.* & *Schmid.* quibus ſubſcriptum a Cl. *Mich.* & *Reim.* vel concedendum V. in ſententiam ſatis ſpecioſam Cl. *Cler.* ad *Amicos* hæc revocantis. q. d. *Fruſtra duorum Amicorum ratiocinationes confirmare conatus es.* Salſiſſime ſic ללא כח & זרוע לא עז tangeret *Socios declamatores* verius quam *ſolidos diſputatores*, quibus *nova* hac *declamatiuncula*, nil niſi *Cramben* ferens *recoctam*, mirifice ſuppetias tuliſſet ſcilicet *Bildadus*. *Vſ.* 3. & 4 prima fronte minus reſpondent; eos tamen non officere venuſtiſſimo huic ſenſui, mox liquebit. Inter duo ergo poſtrema dubius animi, & ſuſpenſus, quid momenti in hanc vel illam partem ſit acceſſurum ex verſuum illorum enucleatione, experiar. Hic cave præterfugiat ſingularis Emphaſis in ללא כח, per quam *Non-nervus* junctim, figura *abſtracti* pro *concreto*, ponitur pro *homine cui nullus plane nervus*; quemadmodum &

3 Quam conſuluiſti *ei* cui nulla
ſapientia! & ſolidam rationem affa-
tim indicaſti!
4 Cui expoſuiſti ſermones?
& halitus cujus exivit ex te?
5 Ma-

3 מה־יעצת ללא חכמה ותושיה
לרב הודעת׃
4 את־מי הגדת מלין ונשמת־
מי יצאה ממך׃
5 הרפאים

זרוע לא עז *Brachium non-robur*, eſt *minime robuſtum*, ſed contra *fractum*, *contuſumque*. Utrumque in *Amicos* ſalſe, ſed ſerio; in *Jobum* non minus ſalſe, ſed ironice, quadrat, cum relatione ad conflictus acerrimos quibus inter ſe colliſi fuerunt Antagoniſtæ.

Verſ. 3. Non optimo conſilio I. *Pagnin.* ita ſeriem interſtinxit, *Cui conſuluiſti? ei cui non eſt ſapientia?* &c. מה & מי confundi, haud par eſt. Confuderat tamen & *Vulg.* *Cui dediſti conſilium? forſitan illi qui non habet ſapientiam* &c. *Vatabl.* nimis quoque ſecure, *Quare id conſilii cepiſti ſine ſapientia*, i. e. *imprudenter.* Reliqua ſic, *Scilicet ordinationem*, ſive providentiam Divinam, *abunde notam feciſti.* Quid *Munſt.* & *Iſid. Clar.* II. hic velint, ex præc. nota elucet. *De Pined.* III. ad *Deum* hæc trahit tali ſenſu, *itane vere conſiliarium agis Dei*, *cui ſuggeras*, *quid facturus ſit*, *quum ad Tribunal ejus acceſſero* &c. Latiore ſenſu *Merc.* Ex ſuo *Crinſoz.* *Putaſne Sophiſmatibus tuis bonam te apud Deum gratiam eſſe initurum* &c. &c. Cl. *Cocc.* IV. ad *Jobum* ipſum ita reducit, ut *Ironia* quidem ſubſit interrogationi, *Quam conſuluiſti deſtituto ſapientia*, *& veritatem ampliſſime explicaſti?* at ללא חכמה *ironia* careat. q. d. Noſter, *Vis me*, *ut errantem*, *docere*, *ut imprudenter agenti conſilium dare*; *ſed confundis magis*, *& implicas.* Conſimiliter *Calv.* & *Codurc.* Utrumque *Ironice* accepere *Jun. Belg. Schmid. Mich. Reim.* Placet. Nec tamen diſpliceret V. quod Cl. *Cler.* videtur voluiſſe, quamvis dubitari poſſit, an aliud adhuc intenderit, ita exponens, *Quam egregium conſilium inſipientibus dediſti*, *qui* imperitæ *multitudini eruditionem tuam adprobaſti?* Fuere & alii quibus לרב *ad multitudinem & vulgus* ſonat: ſed fortius quid, & elegantius, ſpirat, *ad multitudinem*, pro *copioſe*, *abunde*, *ampliter.* Ad Amicos ſi reducas, hic ſenſus emerget aculeatiſſimus, *Quam conſuluiſti ei qui non ſapientia!* Ratiocinatori & declamatori inſipido non tantum, ſed & inſipienti: *atque ſolidam rationem copioſiſſime expromſiſti!* Nempe Amicos hactenus nullam תושיה *ſolidam ratiocinationem* adverſus ſe intuliſſe arguit, ſimulque redarguit noviſſimum hunccе Catonem, qui tam *brevi*, & *levi* ratiocinatiuncula, quin repetitiuncula rei aliquoties jam auditæ, ſe certamina hæc finire, & ſopire, ſibi videbatur. In לרב *copioſe*, eſſe *Sarcaſmum*, quo *brevitati* illudatur præcedentis oratiunculæ, annotatum a Cl. *Reim.* cui in ſolidum hoc, ſi quid ſubſit ſolidi, debebitur.

Verſ. 4. Ad ipſum *Jobum* nunc quoque I. inclinat *Vatabl.* ita hæc declarans, *cum quo putas te verba facere*, *an cum homine imperito? & a quonam accepiſti*, *quæ dixiſti?* Paulo aliter II *Munſt.* in ultimo membro varia tentans, *Cui annunciaſti eloquia?* qui ſcil. hæc ignoret? *& ex cujus ſpiritu locutus es?* *Vel hic eſt ſenſus*, *cujus ſpiritus ſtupefactus eſt ad eloquia tua? vel*, *cujus Spiritus revixit*, *& denuo ſpiravit ad doctrinam tuam?* Argutatur in phraſi *exiit anima*, quaſi *expirare*, & *animo linqui*, notare poſſet, ut *Cant.* 5: 6. itemque *reviviſcere*; quod *Hebræi* fere tenent; argutius adhuc aliquid confingentes, *ut anima cujus exiit a te*, ſit, *quem verbis tuis vivificaſti*, *& labaſcentem denuo animaſti?* Nempe *qui aliquem erudit*, inquiunt Magiſtri, *velut animam ejus facit.* Non nimis concinnum III. quod *Vulg.* exhibet, *Quem docere voluiſti? nonne Eum qui fecit ſpiramentum?* i. e. *Deum auctorem loquelæ*, vel & *vitæ*, ut prolixe legas apud *Pinedam*, & *Bolducium*; qui mallet tamen, *Cujus Spiritus exivit a te? Non alius utique quam Dei Spiritus ex ore tuo exivit. Sed ad quid iſta nobis*, *optime ſcientibus*, *toties repetere*, *& recudere.* Id δὶς διὰ πασῶν abludit. *Mercero* placuit, *Cujus anima egreſſa eſt ex te? cujus animam for-*

5 הרפאים יחוללו מתחת מים ושכניהם׃

5 Manes Orcinorum intremiſcunt, de ſubter aquis; & Habitatores eorum.

6 ערום

6 Nu-

formaſti, ut Deus omnium animarum formator, qui ei conſilium des &c? Aſſenſit *Vavaſſ.* idemque ſenſiſſe cenſet *Vulgatum*, cui hanc ſubjicit mentem, *Quem tu inſtituere vis tuis ſermonibus? nonne procreatorem animorum, cum tu nullius animum finxeris?* Non multum hinc abeſt Doct. *Crinſoz.* Adſpectum hunc cum *Vivificatione*, *recreatione*, & *conſolatione* IV. conjunxiſſe videtur *Calvin. Conc.* XCV. *Hic locus ita expoſitus fuit, quaſi diceretur.* Quo ſpiritu loqueris? numquid Dei, an hominum? *Et hic quidem ſenſus non omnino rejiciendus* &c. *Sed ſi textus ſeries conſideretur, potius dicendum, Jobum oſtendere velle, Bildadi ſermones non fuiſſe apte propoſitos, quia animam ſuam non vivificarunt* &c. *tunc enim verbum Dei a nobis, ut par eſt, tractatur, quando dat nobis animum ad ambulandum, & corroborat nos, agileſque reddit, etiamſi fractis jaceamus tibiis; quin & in morte veluti conſtitutis vitam communicat.* &c. &c. Hæc ita complexus *Piſc. Quem conſolatus es tam efficaciter ſermone tuo ut anima mœrore ſepulta revixerit?* In confiniis & *Coccejus*, niſi quod ulterius adhuc tendat, *Cum quo indicaſti verba? quem ignota docuiſti? & anima cujus exiit a te? quinam ille cujus intercluſa anima cœpit reciprocari a tuo adflatu? Eſtne inter vivos, quibuſcum verſaris, an Mortui fortaſſis vivificabuntur per te? Nam ea locutus es, quæ ad Vivificationem Mortuorum magis faciunt, quam Solatium Vivorum.* Quorſum acies intendatur, diſcas ex annotatione *Junii*, *Quem putas me eſſe, ut talia apud me verba profundas? Ego vero amplius teneo, & ampliora de Deo prædicare poſſum. Quis itaque tam belle te docuit, & ad dicenda iſta veluti animavit? Mirum profecto fuerit, ſi ad tam feſtivos, opportunos, & ſalutares ſermones tuos, Mortui ipſi non e ſepulcro excitentur, aut ex profundo emergant.* Ad *Vſ.* ſeq. recurret. Doct. *Belg.* V. præferunt ad ultimum Colon, id quod ſepoſuit *Calvin.* ſecuti *Deodat.* ut ſit, *Putaſne illa tua Dei ſpiritu edita? Imo vero tuus te potius agitat & impellit Spiritus* &c. Huc concedit *Epiſcop. Elienſ.* Idem voluit Cl. *Cler.* dans, *A quo protuliſti hæc verba! & cujus*

mens, vel potius *flatus*, *adflatus*, *exiit ex te?* Notat את מי poſitum pro מאת מי *de cum quo*; vel & *cujusnam* poſſe verti, quod את ſæpe *Genitivum* ſignet, notante *Noldio* num. 24. Cave exempla illa firma putes: nedum hocce. Rectius Noſtri, *cui*, vel *apud quem*; ut ſeſe deſignet *Jobus*: eſt enim perinde, ſtruaſne הגיד אתו *docuit illum*, an *indicavit apud illum*, *cum illoque verba fecit*. Conf. *Eſech.* 43: 10. Cl. *Schmid.* VI. mollius fore cenſet *Cum quo tibi rem eſſe cenſes, quando ſpiritum oris tui ex te exire facis? Mene adeo contemnis, ut talia apud me loqui audeas?* &c. &c. Potuiſſet & prius Colon huc inflecti, *Quemnam indicaſti, teque prodidiſti, verbis?* ut מלין ſit pro במלין. Neutrum tale, in quo quieſcam. Non invenuſte VII. Cl. *Reim.* ſic dictum acuit, *cui ſermones indicas? & cujuſnam ſpiritus ex te exit?* ut non obſcure tangatur *Bildadus* quod apud peritiorem ſeſe ea funditet; quæ ne quidem e ſuo penu promſerit, ſed ab *Eliphazo* ſit mutuatus. Hoc cum *num.* V. ad quem magis propenderem, ita conciliari poſſet; VIII. *& cujus Spiritus*, flatus, inſtinctus, *ex te exiit? Non Dei* ſane, cujus *Oracula* te *fundere* cenſes: ſed *tui ipſius*, atque adeo *Eliphazi Spiritus*, & *adfectus*; quippe cujus *telum* illud *hebes*, & a me *retuſum*, denuo vibrare non erubeſceas. Clarius. *Non Numinis ſpiras Oraculum*, quod venerabundus adoro, *ſed Eliphazi pravam interpretationem, applicationemque, tibi ab illo Anteſignano veſtro inſpiratam. velut.* Nempe ad *Cap* 4. præſtructum, ex ore ipſius Dei prolata fuiſſe ea verba, quæ toties jam *Jobo* caſtigando, & confutando, admota eſſe vidimus.

Verſ. 5. Subita nox diem ſolemque adimit; adeo ſpiſſis tenebris involuta hæcce. Communis fere calculus tenet, poſt acrem illam *reprehenſionem Bildadi*, *Exordii* loco præmiſſam, accedi ad *Narrationem*, atque *prædicationem Infinitæ* Dei cum *Potentiæ*, tum *Sapien-*

tiæ,

tiæ, ſe in *Providentia* exerentis, ab imis Mundi partibus, ad ſummas uſque. Explicationis tamen ratio minime expedita, anſam præbuit *Jun.* & *Trem.* itemque *Coccejo* alium nexum inſtituendi, atque verba hæc in unam ſententiam colligandi cum præc. *Vſ.* ſecundum faciem modo indicatam. Nempe verſio *Junii* habet, *Ipſi expertes vitæ reformarentur; inde ab aquis etiam habitatores earum.* Intelligit, in poſteriori Colo, *Cadavera jam olim ſubmerſa, quæ quaſi jus habitationis longinquitate temporis ſibi compararint in profundo mari.* Ad prius nihil annotatum, ſed apparet, tum ex ipſa verſione, tum ex iis quæ ad *Vſ. præc.* jam anticipata, intendi in voce רפאים *mortuos ſepulcris clauſos*, quos, *Hyperbolica ironia*, tam *feſtivi ſermones excitare* poſſe dicantur, una cum iis qui *profundo merſi*, & obruti jacent. Aliter adhuc Cl. *Cocc.* qui cenſet *Jobum extenuaſſe*, in hoc Exordio, *orationem Bildadi ut non convenientem ejus ſcopo, nimirum αα. ſolatio ægri Vſ. 2. ββ. inſtitutioni errantis Vſ. 3. γγ. præſenti inſtructioni & animationi vivorum, non mortuorum Vſ. 4. 5.* Illo adſpectu *Ironia* hæc *aculeata* tantundem valeret, ac, *videris ſane non vivos docere velle, ſed mortuos.* Verba ipſius *Cocc.* ſic habent: *Ita aliena eſt ratio*, & oratio, *tua a præſenti negotio, ac ſi a vivis tranſires ad mortuos. Nam inter nos agitur de libertate fidelium ad Deum; tu in medium fers efficacem Dei voluntatem, quaſi inter Manes doceres, Deum ex loco mortuorum facere poſſe locum vivorum, licet ille ſit ſub profundiſſimis aquis, & mortuos vivificare.* &c. &c. &c. Item: *Eſtne inter vivos*, quibuſcum verſaris, *is*, cujus anima a te exivit, i. e. revixit; *an mortui fortaſſis per te vivificabuntur? Ea certe locutus es, quæ ad vivificationem mortuorum magis faciunt, quam ſolatium vivorum.* Aliter quoque cola interſtinguit ; ποίυ, שכניהם non nectens cum מים, ſed cum רפאים. *Manes*; & ה interrogative capiens, ad hanc formam, *An Manes gignentur, de ſubter aquis, & habitatores eorum.* Addit, שכני רפאים *Habitatores Manium* poni pro שכני שאל *Habitatores Orci*, & רפאים pro שאל venire *Prov.* 2: 18. & 9: 18. *Eſaj.* 14: 9. Vel רפאים pro *Mortuis* alias adhibitum, ut *Eſaj.* 26: 14. *Pſ.* 88: 11. hic eſſe *Locum mortuorum.* Multa hiſce obduci poſſent, ſive Linguam ſpectemus, ſive rem ipſam. Iis tamen immorari haud lubet. Periti ea per ſe ſentient. Baſin, quæ omnia hæc ſuſtinet, haud ſane firmam eſſe, uno tantum verbo ſubmonebo, nam ſerra contentionis non reciprocatur circa *Libertatem fidelium accedendi ad Deum* ut ſupponit Magn. Interp. ſed an *Jobo liceat*, *citra notam contumaciæ & rebellionis*, *Juſtitiam ſuam defenſitare adverſus Deum, cum Eoque congreſſum poſtulare.* De cetero laudem magni acuminis eximiis Viris deberi, in nova hac commodioris interpretationis via, ad locum impeditiſſimum, tentanda, gratamecum poſteritas ſemper agnoſcet.

Ibid. Magni fluctus ſententiarum nos in altera Hypotheſi pandenda excipient. *Vulgat.* l. habet, *Ecce Gigantes gemunt ſub aquis; & qui habitant cum eis.* Cum *Interr.* LXX. Μὴ γίγαντες μαιωθήσονται ὑποκάτωθεν ὕδατος, καὶ τῶν γειτόνων αὐτοῦ; Hæc *Nicet.* ſic exponit, *Numquid Gigantes illi, cum Deo pugnantes, demerſique, nutricis, obſtetricisve, opera curari iterum poſſunt, aut ſua vi emergere? Unius imperio Dei mortui ad vitam revocantur.* Ad *Gigantes diluvio ſubmerſos*, itemque *Dæmones ſupplicia æterna luentes* reſpexit *Lyran.* & quidem eum in finem, ut *Bildadi vana gloriatio* comprimeretur. Similiter *Gloſſ. Ordin.* notat, *Poſtquam repreſſit tumorem ſuperbiæ, addit, cur de ſcientia ſuperbit homo, cum ignorantiæ abyſſus ſuperbos Angelos premat?* Item: *Gigantes* ſunt *ſuperbi; aquæ, populi; Elati autem dum in hoc ſeculo aſſequi honorem celſitudinis cupiunt, ſub ponderibus populorum gemunt. Nempe omnis ſuperbia eo ipſo in imo jacet, quo ſe in altum erigit.* Quid non *Allegoriæ* fabricat officina, ubi ſemel fornacem exſufflavit vis imaginationis? Literales expoſitiones de *Gigantibus Antediluvianis Tartaro traditis*, itemque *Dæmonibus*, plurimis Veterum aliqua ſaltem cum ſpecie adhæſere; eoque & *Symm.* collineaſſe videtur θεόμαχοι ſubſtituens pro *Gigantes*. Cl. *Cler.* quidem annotat, *nihil nobis negotii eſſe cum Fabuloſis Gigantibus, qui a Poëtis dicuntur in Tartara præcipites dati.* Sed Veteres reponere poſſent, ſe non *Fabuloſos Poëtarum* conſectari, ſed *Scripturæ* illos, unde fabulari Hiſtoriæ anſa porrecta. Erud. *de Pined* II. eaſdem haſce opiniones Veterum laudans, *cum vocibus quidem eas convenire* cenſet, *ſed non cum inſtituto Jobi, & Divinæ Providentiæ prædica-*

eatione, ex Naturæ, & Creationis operibus inſtituta. Exiſtimat itaque *Jobum* ita totam hic *Naturam* perambulare, *ut* incipiat *a Cetis marinis, quæ multitudine, varietate, & magnitudine, animalia terreſtria exſuperant.* Inde *pergat ad terræ viſcera & partes abditiſſimas Vſ.* 6. *tum etiam ad aëris regionem & quæ ibi generantur meteora explicanda progrediatur; abſolvatque tandem in hujuſmodi Naturæ mirabilibus totum Caput.* Multum confidere debuit huic cogitationi, ut *germanum, ſolidumque*, commendare auſus, quod ſatis longe repetitum: nam paucis, credo, perſuadebitur, *Ecce Gigantes gemunt ſub aquis*, vel ad mentem *Vulgati*, nedum *Jobi*, eſſe, *Aquatilia gigantea, atque univerſim genus omne piſcium incredibili fœcunditate luxuriant, & mirabiliter parturiunt; atque multiplicantur.* Item, *Et qui habitant cum eis*, valere, *reliquique piſces Gigantum iſtorum in humida regione adhabitatores:* ac præſertim, *parvi illi piſciculi, qui Cetis adnatare, quin prænatare, ſolent, ad ducatum vaſtiſſimis molibus inter brevia præſtandum.* Ei tamen concinit *Codurc.* niſi quod vertere maluerit, *Immo ab Ipſo formata Monſtra marina, ſubter aquis, & habitatores earum* aquarum. Concinit & *Grot.* cum *Patric.* Omnibus anſam præbuerat *Merc.* III. monens *Græcos* reſpexiſſe videri *ad grandia Cete quæ Deus ſub aquis nutriat & formet.* Ipſe *Ab. Eſram, Gerſonidem*, alioſque, ſecutus, ita ſenſum evolvere conatur: *Quid tu mihi Dei potentiam & providentiam ab ipſis Cœlis, in quibus pacem facit, oſtendis? Atqui ego tibi longe amplius de ea dico, quod ad ſubterranea etiam loca & procul a conſpectu noſtro ſummota, ad Centrum uſque protendatur* &c. *Etiam* grana mortua, *velut emortua ſcilicet ſub terra, & ſub aquis, ac earum incolis, formantur, & animantur, ac vivificantur, poſtquam putrefacta ſunt pullulantia. Loquitur autem maxime de iis quæ mari & fluminibus creſcunt; ut lignis Almughim, inquit R. Levi* &c. *Quamquam idem R. Levi mavult per* mortua *accipi* metalla, & mineralia, *quæ appellant, aurum, argentum, æs, ferrum, & id genus, quia ſi de* herbis *aut* lignis *dicere voluiſſet, dixiſſet potius* יצמחו *germinant, quam* יחוללו *formantur.* Subdit deinde, *Sed ego univerſim intellexerim de omnibus quæ procreantur in locis, & e locis, ſubterraneis.* Ad *Vſ.* 6. tamen fluctuans, *Non diſpliceret*, inquit, *pro Gigantibus exponere*, Etiam Gigantes contremiſcunt ſub aquis, & earum incolis. q. d. *In terra ſepulti, a conſpectu Domini: per Proſopopœiam ſenſu mortuis tributo, quaſi eorum vires; elangueſecerit Deus, eos perimens, & humo mandans.* Alludit ad *Etymon* quorundam, qui *Gigantes* רפאים a רפה *elanguit, remiſſus fuit*, derivant coactiſſime. Mox ad aliud ſe convertens, רפאים *pro Mortuis*, inquit, *recte etiam eodem ſenſu exponas: ut Manes & eorum Vicini in imis aquarum Abyſſis, ſubter aquas, contremiſcere* dicantur, *coram Eo cui orcus nudus* &c. Concludit tandem, *Utrumque admirandam Dei potentiam & providentiam oſtendit, quæ & ad Manes (cum eo vel potentiſſimi detrudantur, & tunc* רפאים *ſimul utrumque ſignificare poterit, Gigantes, & Mortuos) & ad Ea, quæ in ſubterraneis locis generantur, ſe extendat. Sed ſignificatio* formandi *videtur aptior, ut referatur ad* Metalla, & *quæcunque in imis terræ locis gignuntur.* &c. &c. *Quod autem de* granis putrefactis *dictum eſt, etiam ad reſurrectionem facit: ut* 1 *Cor.* 15: 36. In poſtremam illam opinionem deſcenſum a præſtanti Interprete, emiror; quum ſi jam concedatur רפאים ſimpliciter ſonare מתים *Mortuos*, longa inde via ſit ad *Metalla, Corallia, Grana* &c. *reſque inanimatas*; quas nemo מתים *Mortuas* abſolute appellatas facile credat, nedum ut grande illud רפאים, quo *vita functi, Manes* &c. ſignantur, eouſque extentum credatur. Tanta eſſe non poteſt, non debet, auctoritas *Rabbinorum*, ut talia illis accredamus: ac proinde *Gerundenſis, Gerſonidis, Ab. Eſræ* nomina hic nil niſi nomina; ut & *Munſteri, Vatabli, Druſii*, aliorumque Virorum inſignium, qui huc calculum, *Rabbinos* illos ſecuti, contulerunt. Quid non ſibi permittat *Commentatio*, ſemel Linguæ fines egreſſa, diſcas ex hiſce *Iſid. Clarii: Enumerat Jobus opera Dei, & longe copioſius quam Bildadus de eis loquitur, atque ita, ut multo amplior ſpei ac conſolationis materia ſuppeditetur. Docet ergo, quomodo Deus ex* nihilo *& abjectiſſimis rebus* ſumma *faciat; idque in utilitatem hominis. Nempe ex* mortuo *& putrefacto ſemine educit germina, & arbores, tam in* aquis, *quam in* locis aquis vicinis. *In* aquis *creſcunt conchylia in quibus uniones inve-*

niun-

niuntur: ex viſceribus terræ *eruuntur metalla auri & argenti. Stercore fœtido redditur* ager *fertilis.* Quanta licentia! Aliquid enucleatius adhuc quæſitum a *Calvin. Conc.* XCV. *Tu verba mihi feciſti de potentia Dei, eo quod turmæ Ejus ſint innumeræ; & omnes creaturæ in manu Ejus. Id totum confiteor: quin longius intueor, in abyſſum enim & centrum terræ oculos penetro: video Deum producere res quæ ante* Nihil *erant, aut res quæ* mortuæ *erant vivificare. Unde venit vita omnibus creaturis? Id quaſi abſconditum eſt in profundiſſimis terræ viſceribus, & penetralibus. Si quis quærat, quomodo conſervatur vigor noſter? ubi quæſivit Deus vitam quam dedit hominibus? perinde eſt* ac ſi ipſam ex abyſſis depromſiſſet. *Quomodo* terra *producit fructus ſuos? quomodo* Triticum, *quod ita germinat, poſtea fructificat?* &c. &c. Hæc & complura alia, ab aliis hunc in ſenſum producta, non captaſſent Interpretes Doctiſſ. niſi *Rabbinis* nimis credulos ſeſe præbuiſſent. Cl. *Cler.* IV. notioni *Mortuorum* preſſius inhærens; *Mortui commoventur ſub aqua, & hujus incolæ.* Intelligit, in priori colo, *homines ſubmerſos, qui Deum omnia pervadentem & videntem non fugiunt, &* commoventur *ſi ita ei libeat.* In poſteriori, *piſces.* Addit, *cum vero* יחוללו *ſignificet* pati dolores partus, *nec tamen ea ſignificatio conveniat* Mortuis, *vertimus* commoventur. *Quod tamen intelligendum non eſt de* reſurrectione mortuorum, *quam ignorabat Jobus, ſed de quavis alia mutatione quam in iis facere poteſt Deus; ut ſi e fundo maris ad litora ejiciantur cadavera.* Qui ſic init rationes, perdere potius cauſam videtur, quam vincere; & ſi in *Hebræo* extat *Mortui dolore partus adficientur de ſub aquis, & habitatores earum*, nunquam Vir Doctus impediet, quo minus hic ab iis, quibus integra omnia, agnoſcatur aliquid quod ſe ultra *Cadavera adutus*, ſi forte, *ejecta, piſceſque*, extendat. Longiuſcule iterum ab uſu vocabuli deflectit, quod Doct. *Crinſoz.* V. obtulit, *Corpora inanimata, eorumque habitatores, formata ſunt* per Dominum; *res quæ erant ſub aquis.* Ei *Rephaim* nunc ſignat *Terram informem in initio rerum, & incolis vivis deſtitutam; aſſimilem propterea* ſepulcro, *aut* Mortuis, *quibus hoc nominis competat Pſ.* 88: 11. *Prov.* 2: 18. &c. Dein, *adfixo* relato ad *Rephaim*, *Habitatores eorum*, ſunt *Animalia terreſtria* & *Homines*, quibus *Domicilium* hocce *ex aquis eruerit Deus; quæque ex materia aquis obruta ante efformarit. Gen.* 1: 9--27. Addit, *hanc explicationem videri ſimpliciorem, quam aliorum illam, quæ ſub vocabulo* Rephaim *exhibet* Metalla &c. *vel & eorum, quæ adfert creaturas quaſdam imaginarias, potentias quaſdam ſubterraneas, de quibus Jobus forte nunquam cogitavit.* Quid per *creaturas* illas *imaginarias* intelligat Vir judicii elegantis, non reperio, qui enim vel *dæmones*, vel *Manes* reſpexere, hactenus nil imaginarium ſecuti. De iis *Jobum* cogitare potuiſſe, non video quo jure addubitari queat. An & nunc cogitarit, alia quæſtio eſt, quæ pendet ex uſu Vocabuli *Rephaim*, quod pro *terra rudi in initio creationis* hic poſitum, quatenus veluti *ſepulcrum* erat *mortuorum*, neutiquam *naturalis* ſuadet *ſimplicitas*, quam alibi felicius a Rever. *Crinſoz.* ſervatam cenſerem. Loca certe, in quibus hæc vox obſcurior *appellative* proſtat, *Manes mortuorum* ſuggerunt potius, quam ipſum *ſepulcrum:* quod tamen ſi liberalius dederim, *ſepulcrum ejuſque habitatores, de ſubter aquis efformatum a Deo*, nihil ſane habebit, quod ſubjiciat *terram cum animantibus ſuis productam in prima creatione:* ſed contra vel invitum cogitare jubebit de *Reſuſcitatione mortuorum quos Deus ex Abyſſo ipſa reproducere valeat.* Illuſtre hoc theatrum V. Doctiſſ. *Belgis* obverſatum video, *Mortui naſcentur de ſub aquis; & habitatores earum.* רפאים capiunt pro *vita functis*, ex *Pſ.* 88: 11. *Prov.* 2: 18. & 9: 18. *Jeſ.* 14: 9. & 26: 14. יחוללו *Naſcentur*, ex *Pſ.* 51: 7. &c. iiſdem valet *renaſcentur per Reſurrectionem e mortuis*, quæ *Matt.* 19: 28. *regeneratio* vocatur. *De ſub aquis* exponunt *e terra ima.* Denique *habitatores aquarum* iis ſunt *cadavera mari, aliiſque aquis, merſa*, coll. *Apoc.* 20: 13. Tota complexio ſpectatur ut commodiſſima ad materiam, de qua diſſertare exorditur Noſter, nec non ad nexum cum *Vſ.* ſeq. ubi *Orcus & perditio*, ſive *Loca profundiſſima terræ*, cum *Abyſſo damnationis æternæ* memorantur. Hanc explicationem, ſi verba in ſe conſiderentur, nihil habere quod reprehendi poſſit, adfirmare ſuſtineo. Ei quoque aſſenſum denegare vix auderem, ſi de Dei *infinita potentia & Majeſtate* in genere tantum hic diſſertatum fuiſſet. Sed, ut ad *Vſ.* 1. vidimus paulo aliter calculus noſter poſitus. Præterea abrupta nimis videtur hæc mentio *Reſurrectionis mor-*

mortuorum; quæ in medio, vel ad finem, opportunius comparuiſſet, quam in initio hujus ſermonis. Difficultatibus quoque neutiquam exemta VI. Cl. *Schmid.* ſententia ita vertentis, *Gigantum Manes commoventur*; *inferius aquæ* commoventur, & *habitatores earum.* Statuit 1. *Jobum* deſcribere *ſummam Dei Majeſtatem ab omnibus creaturis agnoſcendam*; *ita ut terreantur qui iræ Ejus obnoxii*, *revereantur*, *qui reverentiam non excuſſerunt*; *obediant tandem omnia*, *potentiaque illius ſuſtententur & creentur.* *Incipere itaque* 2. *a mortuis damnatis* &c. 3. *Hos appellari nomine* רפאים *Gigantum mortuorum*, *quod hi inter damnatos præcipui*, *per Metonym.* *Tandem* 4. *ſenſum eſſe*, *Majeſtatem Dei*, *quam Tu Bildade qualitercumque deſcripſiſti a terra uſque ad ſummum cœlum*, *ego agnoſco ſe extendere ad ima uſque loca ſub terra*, *ita quidem*, *ut contremiſcant mortui damnati*, *commoveantur aquæ*, & *quæ ſub illis*, *aperiat ſe Infernus*, *nec occultare ſe queat.* Si intra *regionem damnatorum* ſe continuiſſet hæc interpretatio, ſatis appoſita cenſeri potuiſſet; ſed cum *Damnatis tremefactis*, non ſane appoſitiſſime conjungi putem *aquas inferius commotas*, *earumque habitatores*, *piſces*; *omnes quidem*, ait Vir Doctus, *ſed hoc loco præcipue vaſta corpora Cetorum & Balænarum*, &c. Scilicet ad *terrorem* hoc facere putabat; ſed vel *piſces Cetaceos in aquis*, cum *Manibus Gigantum in Orci tenebris*, unam in ſententiam colligatos, non adducor ut credam; nam quod Cl. *Reim.* id ideo fieri potuiſſe autumet, quod *in profundo verſantes balænæ*, *viciniam veluti colant cum regione mortis*, mihi quidem haud ſatisfacit. Magis arrideret, quod *Reim.* de ſuo promſit VII. מתחת *Elliptice* ſumendum pro *ſub aquis ſita Loca*, quorum *habitatores* ſint vel *mortui* generatim, vel ſpeciatim *mortui damnati.* Eadem dubitatio tenet Virum Doctiſſ. circa vocem רפאים, quæ ei *porrectos*, *extenſos*, ex *Origine*, ſignans, amplectitur omnes *mortuos*, præcipue autem *damnatos*; qui *a facie Dei* dicantur *contremiſcere*, ex ſignificatione Radicis חול, quæ adfert *dolorem* & *tremorem.* Non æque commodum dixerim VIII. quod ex alia notione *Deod. Gigantes formatos a Deo*, exponat, *Dæmones* & *Spiritus damnatorum.* En IX. paradoxum *Bolducianum*, cui רפאים *ſectam Prophetarum* denotat, qui ſe ferebant *animarum Curatores*; q. d. Noſter, *Nihil obſtare quo minus Deus optime cognoſcat profundiſſimam inferni partem*, *quæ ſub aquis*; *in qua priſcorum illorum ac peſſimorum curatorum animæ miſere gemunt*; & *multi cum eis habitant*; nempe vel *mali homines*, vel potius *Dæmones.* Deſino X. in R. *Salom.* qui רפאים auſus exponere גיהנם המרפה את הבריות *Gehennam quæ creaturas viribus defectas reddit*; & quidem hunc in ſenſum, *Num Gehenna ſatiatur* חללים *occiſis?* a חלל. Reliqua pro *Periphraſi* habet עמקי עמקים *profundiſſimæ Abyſſi*, ſub qua ſita *Gehenna.* In hac opinionum tanta diverſitate, quid deſiderem ſentio; quid præferendum ſentiam, non obſcure indicavi; in quo penitus conquieſcam, necdum reperio. Ergo novus nobis curſus capeſſendus, & vocabulum רפאים, unde omnia pendent, enucleatius adhuc pertractandum.

Ibid. Incipio I. a *Bolduc.* in *Eccl. ante Leg.* L. 1. *Cap.* 9: 10. cujus fœcundum cerebrum confinxit *priſcam ſocietatem Raphaimorum*, *qui fuerint curatores Animarum*, & *Prophetæ*, a רפא *ſanavit*, *curavit*; *quorumque ſectæ*, & *inſtituti*, *etiam fuerit Bildadus cum Sociis*; quos Noſter hic pungere voluerit iſta appellatione. Addit, ſecundo ſic appellata *cadavera medicata in ſepulcro poſita*: & tertio per *Analogiam* ad ea, *Manes in receptaculo aliquo inferorum morantes.* Apud *Merc.* II. invenio *Gigantes* hoc nomine dictos, *quod qui eos conſpicerent*, *elangueſcerent* viribus præ terrore remiſſis, a רפה *remiſſus fuit*; unde & *Mortui* ſecundo, *quod eorum vires elanguerint*, & *remiſſæ ſint.* A *Rabbinis* hæc hauſta; quæ iſti Scholæ relinqui potuiſſent ſine diſpendio. Communior ſententia III. fert, *Rephaim* pro *Gigantibus* eſſe *proprium*, vel *gentilitium*, qui a profatore *Rapha* id nominis invenerint; *Mortuos* autem *appellative* ſic dictos a *remiſſis reſolutiſque viribus.* Cl. *Cocc.* laudata hac opinione, addit IV. *Niſi ſic velis*, רפאים 1. *eſſe cadavera*, *mortuos*, *Manes*, *ipſum Tartarum*, & *ſimilia.* 2. *Homines horrendos*, *monſtroſos*, *terrificos*: *quaſi*

quaſi Manes, & *Umbras*, & *ſpectra*, *in media luce verſantia.* Id ad *Maſii* mentem fere conceptum, opinantis, *Gigantes* ita appellatos, *quod inſtar Manium habitarent in antris*, *cavernisque profundioribus.* Cl. *Vitr.* in *Comm.* ad *Eſaj.* 14: 9. his veſtigiis ductus, *veram ſententiam* cenſet, *ob monſtroſam magnitudinem*, *quam communem habuerint cum* umbris defunctorum, *ſic vocitatos* Gigantes; quod *Umbræ*, *Maneſque*, *majore forma & ſtatura eſſe crederentur*, *quam corpora viventium.* Magnis ergo his Judicibus primaria poteſtas ϛ רפאים *Manes*, ἄλλων καμόντων. In contrarium abit Cl. *Guſſ.* V. in C. L. H. *Exponunt* רפא Gigantem & mortuum. *Non ſunt multiplicandæ notiones ſine neceſſitate: & prior ſufficit*, *quam Boch. Geogr. Sacr.* p. 364. (348.) *confirmat*, *dum* appellativum *eſſe docet. Ubique tam facile pro* Gigantibus, *quam pro* Mortuis *ſumi poteſt*, *etſi Eſaj.* 14: 9. & 26: 14. *accidat ut Gigantes proponantur mortui. Sicque Prov.* 9: 18. *ut qui viribus hodie inſoleſcentes*, *crimina eadem libidinis & violentiæ patrant*, *increpentur*, *quod non attendant*, Gigantes *ipſos pœnas horum ſcelerum nunc dare* &c. &c. Idem ſediſſe videtur *Schmidio*, intelligenti tum hic, tum alibi, *Manes Gigantum mortuorum*, *quod hi inter mortuos damnatos præcipui.* Hinc anſa porrecta conjecturæ, in *Juvenil.* expoſitæ, רפאים ex *Origine* deſignare *protervos*, *inſolentes*, & 1. quidem *Gigantes*: 2. *Rebelles in Deum*, ſive adhuc *in vivis*, ſive *e vita diſceſſerint.* Provocabam ad *Prov.* 2: 18. & 9: 18. & 21: 16. ubi non alios quam *ſpiritualiter mortuos* intelligi poſſe tendebam. Veriverbium tunc occurrebat ex رفه רפה *commoda mollique vita uſus fuit*, unde proclivis via ad *inſolentiam* &c. Non eſt cur pœniteat conatus in voce abſtruſiſſima; nec tamen pedem in eo figo: omnino enim ה רפאים in tribus illis dictis *Salomonis* aliquid grandius, graviuſque, ſpirat, atque ᾅδην *Orcum* oculis ſubjicit, *domui meretriciæ contiguum.* Cl. *Cocc.* in *Lex.* ſub רפה *Reſolutos*, *in pulverem redactos*, adſciſcens in notionem primariam, *Pſ.* 88: 11. reddit, *An computreſacti ſurgent?* Obſerves velim, quatuor ibi congeſta, מתים *Mortui*, רפאים *putreſacti*, vel ſecundum alios, *Manes:* קבר *ſepulcrum*, & אבדון *perditio.* Obſervandum inſuper, præceſſiſſe *Vſ.* 4. 5. 6. ejuſdem *Pſ.* שאול *Orcum*, בור *Foveam*, מתים *Mortuos*, & quidem חללים *profanatos ad cædem*, ac *lanienam* omnem, שכבי קבר *procumbentes in ſepulchro*, qui *a manu Dei exciſi* & *exterminati* ſunt in בור תחתיות *Foveam infimarum* partium terræ; in *loca tenebroſiſſima*; in *Abyſſos profundiſſimas.* Obſervabis denique, in hoc contextu, interrogando inſinuatum רפאים *non eſſe* vel *ſtaturos*, vel *reſurrecturos ad Deum laudandum.* Quid momenti ferat, deinceps ſenties. Idem conſpectus *Eſaj.* 26: 14. מתים *Mortui haud reviviſcent*, רפאים בל יקומו *Rephaim non reſurgent: pro certo viſitaſti*, & *exterminaſti eos*, *omnemque memoriam ipſis* תאבד *perdidiſti.* Ridicularius error *Græcorum*, ἰατροὺς utrobique inſerentium. Cl. *Guſſ.* vertere jubet, *Gigantes iſti* (*Tyranni noſtri, hoc titulo digni*) *non reſurgent*; *ut nos vexent.* Cl. *Cocc.* dat, *Computreſacti non ſurgent*, additque, *homines mortui in peccatis.* Explicat in *Comm.* itemque in *Synopſi*, myſtice, *omnes homines mortui ſunt in Adamo*, *ſed ex illis revixerunt qui crediderunt in Chriſtum*; *illi vero qui concluſi in regno eorum*, *qui dicuntur Mors & Infernus*, *non revixerunt Apoc.* 20: 5. *ſed per ſecundam mortem indurati ſunt.* Hæc minus digerens Cl. *Vitr.* notavit, *in voce* רפאים exanimati, vita ſoluti, *nullam hic quæro ſingularem Emphaſin.* Ipſe hunc ſenſum offert, *Deum Reges*, *principeſque*, *qui Eccleſiæ moliuntur excidium*, *extincturum*; *vel ſaltem* civili morte, *quæ oppoſita* reſurrectioni *Vſ.* 19. *ad eum ſtatum redacturum*, *ut ad Eccleſiam perſequendam* reſurgere *non poſſent.* Id nimis jam exile, quam ut granditatem vocabuli, ſcenamque hanc, impleat. Omnino *Rephaim nunquam ſurrecturi*, ſignare debet *Exitio datos*, vel potius *Orco mandatos ſub maledictione Dei ſemper incubitura.* Nubeculam Magno Interpreti offudit *Vſ.* 19. cui aliquid lucis adfudiſſe, operæ pretium fuerit. *Mortui tui reviviſcent*, *Cadaver meum: reſurgent. Expergiſcimini & cantate Habitatores pul-*

pulveris! quia ros olerum ros tuus; ואריץ רפאים תפיל. Clauſula inſignis, quam vetus Interp. *Lat.* ex LXX. dederat, *Terra vero impiorum cadet.* Emendavit *Hieron. Et terram Gigantum detrahes in ruinam.* Alii maluere, *& in terram dejicies Gigantes.* Cl. *Cocc.* audaciuſcule, *Et terram Orcus faciet cadere.* Supponit ὁ πάνυ רפאים eſſe מקום רפאים *Locum mortuorum*, indeque exſculpit, *Locus, & terra, mortuorum, cadere faciet*, pariet, progignet, *terram viventium.* Hoc eſt, ut ſummam verbo reddam, *Ipſum regnum tenebrarum & Mortis ſecundæ, imperium Antichriſti, parturiet, quin enitetur, veros & vivos fideles, atque adeo Eccleſias florentes.* Cl. *Vitr.* hanc ſubtilitatem *quæſitam* nimis & *adfectatam* vocans, exhibet cum pleriſque, *Et terra mortuos*, quos utero concluſos tenebat, *edet, quæque homines deglutire & abſorbere ſolet, nunc vice verſa (tempore reſurrectionis) homines veluti pariet & enitetur.* παρερμηνείαν reliquam *inde ortam* cenſet, *quod interpretes non perſpexerint veram vim vocis* רפאים, *quam ſibi perſuaſerint ſemper in deteriorem ſumi: præjudicio vere erroneo; notare enim universim fato functos, quod colligere potuiſſent ex Vſ.* 14. Non meditatiſſime enimvero; quum nimis apertum ſit *Rephaim* in *deteriorem* ibi *partem* non vergere, ſed tota lance propendere. Eadem poteſtas non tam *functorum*, quam ad *Inferos amandatorum cum maledictione Dei*, pellucet ex *Eſaj.* 14: 9. שאול מתחת *Orcus de ſubter contremuit tibi; in occurſum adventus tui excitat tibi fato functos; omnes capros terræ ſurgere fecit e ſedibus ſuis* &c. &c. Ita Cl. *Vitr.* cum plurimis. *Cocc.* ſic ſtruit, עורר לך רפאים *Excitavit tibi Infernus omnes arietes terræ* &c. Quodcunque elegeris, ſive *Loca infera*, ſive *Mortuos, Maneſque ibi verſantes*, nunquam effugies, quin רפאים plus ſignet quam vel *flatum diſſolutionis*, vel *vita ſolutos*; agitur enim de *Rege improbo*, in *ſedem & regionem improborum deturbato.* Suſtinebit hunc adſpectum feraliorem *Prov.* 21: 16. *Aberrans a via maturæ prudentiæ* בקהל רפאים ינוח *in cœtu, in Panegyri, Rephaim quieſcet.* Admirabilis ſcena, quam non explent *mortui* ſimpliciter, non *Manes* in genere; ſed *Manes damnatorum*, atque *ad Inferos ablegatorum a facie Dei.* Citra neceſſitatem *Cocc.* & heic *Locum* ipſum ingerens, *In Panegyri inferni quieſcet.* Graviſſimus Sarcaſmus in verbo ינוח *quieſcet, reſidebit*, qui peritos haud præteribit: קהל ſupra quam dici poteſt elegans: & *Panegyrim Orcinorum* nemo temere improbarit. Idem Character *reprobationis & damnationis* elucet ex *Prov.* 9: 18. *Et neſcit Rephaim exiſtere ibi*, in domo meretricia; *in profundiſque* שאול *Orci eſſe ejus invitatos.* Vides *Societatem Orcinam*, cui *contubernales* fiant, qui *aquas furtivas*, & *panem clancularium* venantur. Iterum de *adultera Prov.* 21: 18. *Subſidit ad Mortem domus ejus; ejuſque orbitæ ad Rephaim*; Cl. *Cocc.* denuo *ad Infernum.* Alii *ad mortuos* &c. Cl. *Guſſ. ad Gigantes*, ea ambage, qua ſupra. Nec *ſpiritualiter mortui* etiam, *in vivis* adhuc numerati, ſatis quadrant, ut olim opinabar, quum ad *Orcinos* illos qui in *abyſſum perditionis* amandati, manifeſte reſpiciatur. Hæc omnia fiduciam mihi addunt promendi tandem, quod ad *Eſaj.* 26: 19. mente concepi, *at terra Rephaimos abortiet, abortivo partu excutiet*, i. e. *in Reſurrectione Eccleſiæ, ſub imperio mortis & damnationis manebunt Rephaim*, quos *Vſ.* 14. *non reſurrecturos* dixerat Vates. Pro cumulo maledictionis itaque nunc ſubnectitur, eos non *participes futuros ſortis ſanctorum in luce, quum Mors abſorbebitur ad victoriam*; ſed *Terram infauſtiſſimo abortu ejecturam* eſſe *reprobos, maledictione Dei onuſtos*, non ad *vitam*, ſed ad *Mortem ſempiternam.* Hæc explicatio ad omnes *Hypotheſes*, quæ de illuſtri hocce Oraculo prolatæ, ex æquo accommoda. Linguæ genium ſi ſpectes, non inferior quoque reperietur. Certe Cl. *Vitr.* ad *Vſ.* 18. hujus *Cap. Eſaj.* ipſe addubitat, num נפל *cadere* pro *naſci* apud *Hebræos* obtinuerit, qui *abortum* potius, ut *fœtum deciduum*, derivato נפל deſignarint. In hoc *Vſ.* autem *ejectionem violentam* agnoſcens, non infitetur, in *Abortum* multo magis quadrare noſtrum הפיל, quam in *excluſionem maturi fœtus.* Ego qui πίπτειν & *Cadere* a *Græcis Latiniſque* traductum comperio ad *fœtus omnes ex utero prolapſos*, ſimi-

ſimilem uſum τῷ נפל non detraxerim quidem; aut dubium fecerim; ſed tamen confirmare mihi poſſe videor, verbum הפיל *Cadere facere*, pro *in dias luminis oras edere ſemen ſanctum*, non ſatis reſpondere *dignitati perſonarum*, vel & *naturæ* hujus *partus fauſtiſſimi*, quo *Terra*, *rore benedictionis cœleſtis commadefacta*, *enititur Filios Dei in Cœlitum ſedem*, *regionemque*, *ſuſcipiendos*: ſed omnino tendere ad *abortum infelicem eorum quos terra utero amplius ferre gravata veluti*, *excutit tandem*, *Orco*, *cui debentur*, *tradendos*. Hac occaſione autem non poſſum non expromere *Etymon* diu quæſitum, nec forte dum inventum, τῶν *Nephylym* נפילים, *Gigantum*, quos a נפל *aboriri* denominatos, quaſi dicas *monſtra abortiva*, non abhorret a vero.' Veriſimilius ſaltem, quam quæ *Rabbini*, Aliique, non nimis fabre dolarunt. An eodem modo רפאים a רפה *flaccidum eſſe*, ἀμβλώματα, ἐκλείπειν, *fœtus abortivi*, *cadivi*; tum pro *Gigantibus*, tum pro *Manibus damnatorum*? Hoc commendare voluiſſem, non deeſſent colores, ſed vereor ne colores tantum. *Etymologiam* interim ſeponere nunc liceat in aliud tempus, num forte ad eam conſtituendam alicunde clarius quid, quam quæ luſtrata, adluceſcat; atque colligamus, dubitari non poſſe, omnibus curate perpenſis, quin grande hoc vocabulum tum *Gigantes* ſonet, tum *Orcinos*, ſive *Manes eorum qui Orco traditi ſub maledictione Dei*; unde unde tandem appellatio iſta emanarit. Heic loci poſtremam notionem eſſe ſpectandam, extra dubitationis aleam collocat *v. ſ. ſeq.* ubi *Orcus* & *Perditio* hoſce *inquilinos* ſedium damnatarum evidentiſſime requirunt; neque a ſe ulla ratione divelli patiuntur.

Ibid. Cum aliqua jam fiducia non longe a ſcopo aberrandi, conſpectum textus abſtruſi præhibebo. *Bildadus Jobum* confecturus ſcilicet, & decretorio ictu jugulaturus, *Dominationem Numinis abſolutiſſimam*, *infinito terrore armatam*, produxerat, adjecto inſuper *immenſo Majeſtatis & Sanctitatis inacceſſæ fulgure* dicam? an *fulgore*. Ad hæc Noſter, intempeſtiva grandiloquentia deriſa, ita redorditur, ut iſtam *Eminentiſſimam Majeſtatem*, *quin & Sanctitatem*, non *ſuperis* tantum, ſed & *inferis formidoloſam*, oculis ſubjiciat; eoque ipſo oſtendat ſe haudquaquam concedere Adverſariis in religioſo ſenſu *de Dei Independentia*, & *Dominatione abſoluta*, qua nemini rationem reddere teneatur, itemque *de Ejus potentia tremenda*, qua *Majeſtatem* ſuam *adverſus refractarios & perduelles juſtiſſime ſanciat*, vindicetque. Horum cogitationum plenus Vir ſanctus, in *Abyſſum* veluti deſcendit, ex prærupto, atque ut *Supera loca ſerena pace ridentia* ſub tanti Domini nutu, atque imperio, induxerat *Bildadus*, ita ipſe *ſedes Inferas* nunc in ſcenam adducit, cum *Manibus damnatorum*, quos maledictionis æternæ fulmen percuſſit. Hoc autem facit Noſter, non ſane ut carpat, aut criminetur, ſed venerabundus, ſed ſacro horrore tactus, ſimileque exitium ſe meriturum inſinuans, ſi quæ hactenus de *innocentia* ſua adverſus Deum egiſſet, ex *contumacia* & *rebellione* eſſent profecta. Secundum has rationes ſatis liquidas, quæ turbatiſſima ante, e limpido fluere incipient. הרפאים *Orcini*, *Manes damnatorum* יחוללו *cruciatu adficiuntur*, *contremiſcunt*, a חול, & quidem velut *parturientis doloribus conſtricti*. Magna imago: mens profunda; quæ inculcat eos *ſub vinculis tenebrarum attineri & aſſervari ad judicium Magni Diei*. Poſſes quoque a חלל unde formula חללי חרב, *confoſſi gladio*, vel potius *profani ad gladium*, *cædem*, & *lanienam ſævam*, ut *Eſaj.* 53: 5. & 51: 9. ut ſit, *Orcini omnibus telis* iræ Divinæ *expoſiti*, ac velut *profanati*, *jacent*. מתחת מים *de ſub aquis*, longe *infra profundiſſimas abyſſos aquarum*, procul a *celſis* illis & *ſerenis cœli regionibus*, ad *inferos* & *Tartara* amandati. ושכניהם *Et habitatores*, non *earum* aquarum; (quod, ſi *piſces* intelligeres, langueret; ſi *cadavera mari merſa*, minus quadraret) ſed *eorum*, nempe *locorum infernorum*, quæ in מתחת מים comprehenſa. שכן ſic tranſlatum *Pſ.* 94: 17. *ferme habitaſſet anima mea exſcidium*. Ceterum ſi quis contenderet יחוללו *formantur* eſſe exponendum, id eſt *naſcentur*, *renaſcentur*, per *Reſurrectionem e mortuis*, ut ad judicis vivorum ac mortuorum tremendum illud Tribunal ſe-

ſe

6 עָרוֹם שְׁאוֹל נֶגְדּוֹ וְאֵין כְּסוּת לָאֲבַדּוֹן׃

7 הֹנט

6 Nudus eſt Orcus coram Eo; & non eſt operimentum perditioni.

7 Ex-

ſe ſiſtant, ſuggererem ei vel ſic *dolores partus*, adjiceremque imaginem illam *Terræ Rephaimos abortientis* ex *Eſaj.* 26: 19. Ego quidem intra fines ante deſcriptos me continere mallem, ob rationes ſuperius ſtrictas, aliaſque, quas perſequi ſupervacuum.

Verſ. 6. Suum & hic ſenſum premens I. Cl. *Cocc.* cenſet *ita hæc præcedentibus cohærere, ut ſequentibus ſimul tranſitionis vice inſerviant* q. d. *Nam ſi de Mortuorum vivificatione agis, facile tibi do: patent ipſi tam Manes atque Terra viventium: neque ullo tegmine excluditur vis Ejus ab illis.* Tranſitionem hanc ſubſumit deinde; *Largior tibi efficax illud imperium Dei, quod non tantum in* ſuperioribus *pacem efficit, ſed etiam ad* Inferna *pertinet &c.* Ad *ſcopum* deinde ita hæc dirigit: *Nihil ergo impedit hoc imperium, quominus accedamus ad Eum, quia ipſe accedit ad nos cum illo imperio.* Supponit nempe Vir Doct. defendi *congreſſum cum Deo*, quem optaverat toties. *Orcum*, & *perditionem nudam Deo*, deinde *tria* hæcce *complecti* docet. 1. *Scientiam rerum abſtruſiſſimarum*, etiam *poſſibilium, quæ non ſint, niſi poteſtate.* 2. *Potentiam vocandi quæ non ſunt, tanquam quæ ſint, in integrumque reſtituendi, quæ corrupta.* 3. *Sapientiam etiam in imperfectiſſimis occupatam, ut ex iis potentia Dei illuſtretur: quorſum pertineat productio non extantium, conſervatio productorum; item, inanima animare; mortua vivificare; bruta docere; mortuos in peccatis in vitam vegetare; damnandos juſtificare; miſeros beatitate, caducos immortalitate donare.* Longiuſcule repetita omnia. *Scopus* haud dubie diverſus. *Jun.* II. omiſſa copula cum *Vſ. præc.* hic exorditur *prædicationem* magnificam *Potentiæ & Sapientiæ Divinæ*, κλιμακώδη, a *Centro terræ Vſ.* 6. & *terra univerſa Vſ.* 7. initio facto &c. Ei שְׁאוֹל eſt *ſepulcrum*; אֲבַדּוֹן *Locus perditionis*, in quo *animantia conſumuntur.* Idem viſum fuerat *Vatablo*; *Rabbinorum* veſtigia prementi, *Infernum & perditionem pro eodem accipit, nempe pro loco in quem quæ pereunt deſcendunt.* Conſentit *de Pined.* ita copulans, *Cum ad profundum maris deſcendiſſet, in quo Dei potentia & ſapientia relucet, etiam profunda terræ viſcera penetrare cogitatione aggreditur*; &c. Ambigit deinde nonnihil, malitne in שְׁאוֹל & אֲבַדּוֹן *ſepulcrum* ac *conditionem mortuorum*; an ſimplicius *Loca terræ nobis occultiſſima, ad quæ acies Dei penetret*; ad poſterius pronior. Hauſit ex *Merc.* cui III. שְׁאוֹל item *Centrum & loca ima terræ*, quæ mox *Perditio, quod quæ ibi ſunt, nobis velut perdita ſint.* Dilute. Addit; *Noſtri ad infernum ſupplicii Locum referunt; quod eo etiam oculi Dei penetrent ad puniendum malos; id quod non abnuo. Eſt ſimilis ſententia Prov.* 15: 11. &c. *Simplex ſenſus eſt, quem dixi; qui ad Allegoriam recte poſtea transfertur.* Ne hanc quidem admittens Cl. *Cler.* IV. ſic diſputat, *certum eſt* שְׁאוֹל *vocari in V. T. loca ſubterranea; ac proinde ſepulcrum; ſed nemo ita vocabat Locum pœnarum, quæ poſt mortem luuntur, & quæ erant ignotæ*; &c. Minus fidenter talia pronunciari poſſent: ſaltem nullo ſtudio partium implicitis contraria omnia liquere poſſunt. Non excurro in notas quæſtiones: ſed rogo tantum, an ullo pacto veri ſit ſimile, grandem orationem quam Vir Doctiſſ. Noſtro attribuit, *Nudi ſunt Inferi coram Illo, neque ullum eſt perniciei integumentum*, intra hos fines terminari, *Oculus Dei penetrat quoque ultra terræ ſuperficiem, ſive ſint ſepulcra, ſive alia loca profundiora.* Id foret ferme, magno cothurno nihil dicere. *Belg.* noſtri V. in שְׁאוֹל amplectuntur geminam vim, *Loca profundiſſima terræ*, & præſertim *Orcum damnatorum*, eodemque modo אֲבַדּוֹן ad geminam *perditionem* extendunt, alteram *corporum conſumtorum*, alteram *animarum.* Hæc ſi *Vſ.* 5. de *Reſurrectione* egiſſet, ſic ad *ſcopum*, quem fixi, revocari poſſent, *ad tremendum Judicis Supremi Tribunal vivos trahendos fore eos, qui nunc Orco præcipites acti.* Malim tamen VI. quod & alios maluiſſe cerno, *Dei oculum infernas quoque ſedes damnatorum pervadere.* Ad-

 de-

7 Extendens *ille* Aquilonem ſuper Chaos; ſuſpendens terram ſuper nihilum!

8 In-

7. נטה צפון על־תהו תלה ארץ על־בלימה ;

8 צרר־־

derem *Manum vindicem*; quando, ut præmunitum *Vſ.* 1. & 5 Noſter nunc, ad *Bildadi* imitationem, *Terrorem Domini* admovet, ejuſque ſacro ſe horrore penitiſſime imbutum demonſtrat. Illud *Nudus*, & *ſine Tegumento*, in *Oculum Manumque vindicem* proclive, percipias ex *Hebr.* 4: 12. 13. Utrumque magis adhuc eminebit, ſi יחוללו a חלל derives, ſic enim ex חללי חרב promta anſa ad *formidoloſiſſimam* illam *Gladii ancipitis aciem*, quæ ibidem deſtricta. Nimium ſubtilis *Cajetanus*, *nudum infernum* trahens ad *animas corporibus exutas*, quæ ſint tanquam *velamina*. Ineptius adhuc argutatur in voce כנגדו, *coram Eo*, quaſi innueretur *corporibus non indutas* animas *intellectum dirigere poſſe verſus Deum directa cognitione*, *ſine converſione ad phantaſmata*. Sic nucleus veritatis aufertur; piguorique relinquuntur putamina.

Verſ. 7. Vereor ne quæſitior ſit, quam verior, ordo, quem plerique captant, quaſi gradatim ab *imis ad ſumma* ſcanderetur. Non ſatisfacit quoque, quod ſimpliciter hæc ad *mirabilem Dei potentiam ac ſapientiam* comprobandam dicta cenſeantur. Variatur inſuper nonnihil in ſenſu conſtituendo; nam צפון *Aquilo* hic ſatis anceps; תהו non clarum; בלימה obſcurum. *Allegorias* valde frigidas I. conflarunt Veteres, quibus *Aquilo* deſignat *Diabolum*, quod *torporis frigore gentium corda conſtringat*; qui dicatur *extendi ſuper vacuum*, i. e. *ſuper vera religione inanes*: itemque *Terra appenſa ſuper Nihilo*, denotat *homines terrenos ſuper bona tranſitoria confidentes*. Hæc *Lyran.* & *Pſeudo-Hieronymus*: nec non *Gloſſ. Ordin.* ubi alio adſpectu quoque, *Terra in Nihilo ſuſpenſa*, detorquetur ad *Eccleſiam e gentilibus coactam*. Hæc vere nihilo nixa nomen & omen implent. Solidius II. quod *Lyran.* adferat *Cœlum extenſum ad modum tentorii in Hemiſphærio noſtro*, quod *Aquilonis* nomine ſignetur, eo quod *Polus Aquilonaris ſtet ſemper elevatus ſuper Hemiſphærium noſtrum*; quod quaſi *extenſum ſuper vacuo* i. e. *aëre*. Eidem *Terra appenſa ſuper Nihilum*, quatenus *ſub terra nihil* concipitur *quod ei fulcimentum præbeat*. Per hæc veſtigia gradiuntur longe plurimi, niſi quod nonnulli *Synecdochice* per *Aquilonem* intelligant *totum Cœlum*, cujus *Polus Borealis* ſemper nobis *conſpicuus*, quum *Auſtralis* conſpectum noſtrum fugiat. Videſis *Munſt. Iſid. Calv. Merc. de Pined. Codurc. Grot. Cocc. Schmid. Cler.* &c. Res eodem redit. De תהו video addubitatum a Cl. *Cocc.* ſitne *aër* ſive *vaſtum inane*, quod dicitur *a terra ad ſtellas porrectum*; an *Nihilum* ſtrictius ſumtum, *ut negata forma ſuperficierum*, *negetur* ſubſtantia, *quod cœli nullum habeant ſpedamentum aut fulcrum quo eleventur*. Poſterius hoc urguetur a Cl. *Schmid.* qui *Cœlum* & *aërem* ſimul vocabulo *Aquilonis* complexus, ambo *Nihil* habere concipit, *quo in ſublimi detineantur*, *niſi Deum*. Ad בלימה etiam aliquid fluctuationis. Veteres & Recentiores, ſerie invitante, ex בלי מה *non quid* coalitum cenſuere. *Rabbini* tamen quidam a בלם *capiſtravit*, *frænavit*, non omnino abſurde intulerunt *frænum*, *fibulam*, qua hic *rectum moderamen* conſignetur. Quæ *Kabbaliſtæ* argutati fuere in *fibula* ſive *conſtrictione prima* Cauſæ primæ, & *duabus* aliis cauſarum ſecundarum, dabit Cl. *Buxt.* in *Lex. Thalm.* Cl. *Cocc.* tria obmovit. 1. *Nomen hoc non probari uſu.* 2. *Clarius efficaciam Dei oſtendi negando omnia*, *quam* fibulam *vel tale quid ponendo.* 3. *Suſpenſionem requirere potius paxillum aut columnam.* Duæ rationes non ferient, ſi *Capiſtrum* pro *frænatione*, & *moderatione potentiſſima*, acceperis. Eam notionem obtinuiſſe non negarem, etiamſi exempla deficiant, ſi modo בלם *Capiſtrare* recte reddatur *Pſ.* 32. Cl. *Guſſ.* certe eam recentare III. non dubitavit,

in

in *Comm. L. H.* ſub בל ubi ad h. l. ita diſſerit: *Cœlos die ſecunda creavit Deus, cum aqua ac terra permiſtæ merum Chaos vel* Tohu *erant, adeo ut eas ad cœlorum ſuſtentationem nihil contuliſſe certum ſit. Interim Cœlos a* Polo Arctico *denominat, quia noſter ille polus eſt, adeoque ſuperius tegmen eſſe videtur* &c. *Ad poſterius Colon inquiet Philoſophus aliquis, Terram ſpectari* ſuſpenſam ſuper Nihilum, *utque* Nihilum *pro fulcro habentem, reſpectu totius globi terreſtris cujus* centrum, *unum punctum imaginationem ipſam fugiens* &c. &c. *At vero nimis hæc Philoſophica, pro Sp. S. inſtituto, ac more. Dein nomen* ארץ *non ponitur alibi pro* terræ mole *in ſe ſpectata, ſed ſemper pro* terra habitabili *ſumitur* &c. *Itaque hic recogitare poſſes, ut Deus tertio die aridam excitans,* antra *ſubtus excavarit, adeo ut ſuper* vacua ſpatia, *ut fornices quoſdam, terra attollatur* &c. *Sic igitur* בלימה *poſſet eſſe* nihilum, *evitata inſolenti ſubtilitate. At* בלימה *etiam vel frænum eſſe poteſt, vel* refrænatio, *formæ* אכילה &c. *pro efficaciſſima potentia Dei, quæ aquis terram circumluentibus indeſinenter dicere videtur* הַבְלְמוּ הַמַּיִם *refrænemini O aquæ!* πεφίμωσθε. &c. Concludit poſtremo, *Terram hanc habitabilem, per ſe collapſuram ab aſſultibus undarum, ſervari; ne peſſumeat, beneficio* refrænationis iſtius, *quæ idcirco terræ ſit fundamenti vice* &c. &c. Multum in his acumen, cui plus tribui poſſet, ſi בלימת מים dixiſſet Noſter; *refrænationem* abſolute ſic poſitam haud credibile. Si ergo בלם *Pſ.* 32: 9. eſſet *Capiſtrare*, ratio Linguæ permittere tantum poſſet, *ſuſpendens terram ſuper Capiſtratione*; i. e. *nutus ſui moderamine.* Ea tamen imago, quantumvis præcellens, heic minus apta, & plena. Quid quod *Capiſtrandi* notio non exploratiſſima? Hoc alibi ex collatione *Dialectorum* diſcutiendum; unde patebit בלם ſignare *Tumorem* & *inflationem labii*, cum *obturatione oris.* Ita לישן בלים *Lingua blæſa & obſtructa* in *Lex. Thalm. Buxt.* qua laborans *Arabibus* eſt بلسم. Iiſdem الابلسم אבלם eſt غليظ الشفتين *Craſſis labiis præditus.* Hæc nihil ad locum noſtrum; ad quem nihil quoque facit, quod Cl. *Hott.* ſuſpicabatur, ex بلّسم pro قبّح *deformem fecit*, quaſi בלימה eſſet *deforme & turpe quid*, quale תהו. Dandum potius fuiſſet τὸ بلّم *exprobravit, increpuit.* Sed hæc alias. Ex omnibus his efficitur, tutius, hactenus quidem, בלימה compoſitum ſtatui, quam ſimplex; præſertim quum ea compoſitio longe ſit facillima, & ſponte velut nata; qualis in בליעל quoque obtinet. Pergamus IV. ad Cl. *Scheuchz.* meditata, qui huic explanationi, qua צפון capitur pro *Cœlo*, ac præſertim *Hemiſphærio* noſtro, officere autumat, quod *Jobus* hic *ſolam terram* conſideret ut *corpus terraquæreum.* Exiſtimat itaque *Aquilonis* nomine deſignatum nunc *denſum & compreſſiorem aërem borealem, qui ſe ſecundum leges æquilibrii diffundit verſus calidiores regiones, & Æquatorem, omnia recreans, aërem purgans, ceteraſque opportunitates miniſtrans.* Non multum hinc diſtat V. Doct. *Crinſoz.* vertere auſus, *Ipſe eſt qui laxat Aquilones per äerem, & terram ſuſpenſam tenet ſuper Nihilo.* Citatur תהו pro *äere* ex *Cap.* 6: 18. ubi nos aliud ſecuti. צפון pro *vento Boreali* ex *Cap.* 37: 22. adducitur. Adde *Cant.* 4: 14. Nil tamen impedit, quo minus utrobique *plagam Borealem* intelligamus, quæ vis alibi obtinere ſolet. Paulo incommodior quoque phraſis: nec cauſa apparet cur ſolus *ventus Aquilo* induceretur; niſi recurratur forte ad *Philoſophema* Cl. *Scheuchz.* Ad rem & linguam ſatis commode VI. *Junius & Trem.* quibus *Aquilo* eſt *orbis terrarum, Synecdochice, quatenus Aquilo, ut ſuperior pars Orbis noſtri, incumbit inferioribus partibus; & omnes ſimul incumbunt Nihilo.* Ita תהו & בלימה idem fere deſignarent; itemque צפון &

& ארין. *Rabbini*, quibus eadem mens ſedit, *Aquilonis* titulum referunt ad opinionem illam vetuſtam, quæ *plagas Septentrionales* ſolas fere *habitabiles* credebat, *Auſtralibus* videlicet *nimio calore exuſtis*. Si *gradationem* ſervandam ducerem, nihil aliud ſequerer. Vel citra eam, magnum iſti interpretationi locum concedo. Scilicet dubium eſſe nequit, quin reſpiciatur ad תהו ובהו *Chaos, vaſtum confuſumque*, ex quo *Orbis terrarum* potentiſſimo juſſu eductus. Sic ergo *Aquilo expanſus ſuper Tohou*, ſumi poſſet pro *Terra producta ex cæca congerie*, & *mole confuſanea*. Sed quum *Tohou* ſignet *inhabilem* quidem, *aliquam* tamen *materiam*, opportune additum, *ſuſpendens terram ſuper Nihilum*, non tantum ad *Creationem e Nihilo* docendam, ſed ſimul inculcandum, *ſuſtentationem*, & *providentiam cuncta portantem*, *veluti ſupra Nihilum ſuſpenſas tenere res creatas*, in *Nihilum*, unde emerſere, ſponte redituras, niſi *Omnipotente manu ſuſtinerentur*. Sic בלימה pleniſſimam vim & Emphaſin exeret; quam hic minuere & vel *aërem* interpretari, vel *Centrum*, *Ens rationis*, vel tale quid, res, & ratio, prohibent. Nempe Noſter totus in eo eſt, ut *Dei tremendum*, *independens*, & *abſolutiſſimum Dominium*, *Infinita potentia armatum*, juſtis pingat coloribus. Ecquid hinc abeſſe poteſt *Creatio e Nihilo*? Ecquid *ſuſtentatio*, & *ſuſpenſio* quaſi, ne *in Nihilum* cuncta revolvantur? Nemo dixerit, qui hæc duo conſiderat veluti *Cardines*, ſuper quibus *Independentia Dei* cum nititur, tum volvitur; quæ nulla ſane ſine hiſce duobus eſſe, vel concipi, poteſt. Fateor interim VII. illuſtrius adhuc, & magnificentius, fore theatrum, ſi צפון *Hemiſphærium* noſtrum, totumque adeo *Cœlum*, complectatur per *Synecdochen*. Ei adſpectui favet 1. verbum נטה quod in *Cœlo tentorii inſtar diſpanſo* & *diſtento* protritum. *Pſ.* 104: 2. *Jeſ.* 40: 22. & 42: 5. & 44: 24. & 51: 13. *Zach.* 12: 1. itemque *Job.* 9: 8. Favet 2. ejuſdem contextus collatio, ubi *Vſ.* 9. ſubnectuntur *ſidera Borealia*, quibus opponuntur חדרי תימן *penetralia abdita Auſtri*. Concinne ergo omnia illa uno vocabulo *Aquilonis* renovata, oculiſque ſubjecta. Nonnihil forte momenti 3. adderе poſſet *Etymon*, non a צפן *condidit*, ut volunt, ſed a צפה *ſpeculatus eſt*, *e ſpecula proſpexit*, ductum, quæ appellatio convenit *Polo Arctico cum ſuis ſibi ſideribus*. Illud jam *Hemiſphærium* noſtrum, *cœlumque* univerſum, dicitur *expanſum ſuper Tohu*, hoc eſt, *ex indigeſta mole magnificentiſſime fabricatum*, in eandem *cæcam confuſamque congeriem* collapſurum, niſi manu Creatoris jugiter ſuſtentaretur; atque ita *ſuper* ipſum *Tohu* veluti *fornicatum*, & *ponderibus* ſuis *libratum*, *connixumque*, *ſtare* juberetur. Eſt grandis non minus, quam vehemens imago, quales *Arabia* ſpirat, & inſpirat; per quam *Tohu* repræſentatur ut *Vaſtum* aliquod *profundum*, in quod pulcherrima mundi machina ſponte infracta, & diſſoluta, abiret, Omnipotentis manu ei ſubducta. Confer uſum proverbialem noſtræ vocis *Eſaj.* 34: 11. Eodem cothurno dictum, *ſuſpendens terram ſuper Nihilo*; quod ſupra ſatis declaratum. Obſervandum hic præterea artificium, quod in ſublimiore & ſententioſo Orientis ſtilo regnat, ut in duo Cola diſpeſcantur, quæ inter ſe indivulſo nexu cohærent. Simplex oratio dediſſet, *Expandens Cœlum ſuper Tohu & Nihilum*; *ſimiliterque terram ſuper utrumque ſuſpendens*. Hoc venuſtior ratio ita diſpenſat, & diribet, prout hic expreſſum. Crebrum eſt *Schema* in *Proverbiis Salomonis*, unde agmen exemplorum advocari poteſt.

Ibid. De *nexu* & *ſcopo* paucula. Supra jam inſinuavi, *Gradationem*, quam plerique hic quærunt, revera quæſitam videri. Ei filum neutiquam reſpondet. Cl. *Schmid.* contentus dixiſſe, *Opera deinceps Sapientiæ & Potentiæ Majeſtatis Divinæ plena recenſet*; *quod difficultatem non habet*, *nec obſcurum eſt*. *Itaque circa cohærentiam non erimus occupati*. Ea tamen *occupatio* hic ſupervacua non fuiſſet. Cl. *Cocc.* arbitratur in his & ſequentibus *concedi*, & *amplificari*, *poſitiones Bildadi*, *de Efficaci Dei Voluntate*, *per ejus admirabilia effecta* in theatro naturæ. Secundum ſeriem a nobis deductam progreditur Noſter ad *Eminentiſſimam* illam *Dei Majeſtatem*, quæ Inferis juxta Superiſque tremenda, aſſerendam. Hoc magnificentiſſime exequitur, recluſo theatro *Creationis*, *ſuſtentationiſque*, quo univerſa hæc mundi machina, *Cœlum*, *Terra*, *Maria*, quæque in iis ſunt omnia, *e Nihilo evocata*, atque omnipotente juſſu educta, *ſuper Nihilum* veluti *ſuſpenſa* ſuſtinentur, & conſervantur, ne ad *infor-*

for-

8 צרר־מים בעביו ולא־נבקע ענן תחתם׃

8 Inſtringens aquas in nubibus ſuis; ita ut non rumpatur nubes tranſverſa ſub illis.

9 מאחז

9 Fir-

ſorme Chaos non tantum, ſed & *Nihilum* ipſum revolvantur. Hoc adſpectu ut nihil potentius, ad *Dei Independentiam*, & *Infinitam perfectionem*, ſupra excellentiſſimas quoque creaturas, evincendam; ita nihil efficacius ad *dependentiæ* noſtræ ſenſum, religioſumque tanti Numinis timorem, nobis incutiendum. Huc, ni me omnia fallunt, cuncta hoc Capite magno ſpiritu elata collineant; in quibus ſimul deprendere mihi videor validiſſimam retuſionem omnium eorum, quæ hactenus Noſtro certatim impegerant Socii, a criminatione *Hypocriſeos* progreſſi ad *impietatem*, cui tandem ſuperadditus *Atheiſmus*. Conferantur quæ ad *Vſ.* 1. prælibata; atque inde reſumatur profundiſſimus ille ſenſus, metuſque, ſummi Numinis, quo ſe penitus penituſque imbutum jam declarat Vir Sanctiſſimus, qui in omnibus ſuis conteſtationibus, & provocationibus, nihil ſane *derogatum* voluerat *Divinæ Eminentiæ*, *Sanctitati*, *Perfectioni*; nihil quoque *ſibi*, ut *Creaturæ*, *arrogatum*, *contra*, nedum *ſupra*, *Deum*; ſed qui tantum *innocentiam* ſuam, & *juſtitiam præſentis cauſæ* aſſertum iverat, quæ cum *Divinæ Majeſtatis Infinita ſupereminentia*, & *abſolutiſſima* etiam *poteſtate*, neutiquam pugnare cenſenda ſit.

Verſ. 8. Pulcherrimæ figuræ; egregie ſemet ſuſtinentes. Prima eſt, *Ligare aquas in nubibus*, metaph. deſumta ab *utribus*, ut obſervat *Merc.* citans *Pſ.* 33: 7. & 78: 13. quaſi נד pro נאד ibi poſitum eſſet. Rectius *Acervum* iſtis in locis dederis; eſtque diverſum miraculum. *Utres cœlorum* occurrent infra *Cap.* 38: 37. ubi exempla adferentur. Nunc tantum conferam *Prov.* 30: 4. *Quis* צרר *colligavit aquas* בשמלה *in veſtimento?* in *tenui linteo* veluti, vel *ſacco percolatorio*. Confer *Exod.* 12: 34. *Joſ.* 9: 4. 1 *Sam.* 25: 29. Apud *Arabes* صرّ eſt *ſtrinxit*; inde ſpeciatim, *inſtrinxit*; *nodavitque* crumenam, ſacculum, qui صُرّة, צרה, ut צרור صرار eſt *funiculus ſtringens*. In Sacris צרור pro *ſacculo* etiam tritum. *Hagg.* 1: 2. *Prov.* 7: 20. *Gen.* 42: 35. &c. Alluſumne ergo ad *veſiculas* innumeras, unde nubes conflatas tradunt Philoſophi? Haud abludit a vero, habentque, qui hæc profundius commeditari volent, quod ex appoſitiſſima imagine eliciant; quomodo ſcilicet aquæ in nubes *attrahantur*, attractæ *conſtringantur*, conſtrictæ *detineantur*, detentæ *percolentur*, & *deſtillentur*, ad terras pluviis, imbribuſque, fœcundandas.

Ibid. Eodem colore orationis ſubnexum, *& non finditur Nubes ſub iis.* Immenſæ illæ aquarum moles, gurgites, maria, ut ſic dicam, cœleſtia, quæ gravitate ſua deſcendere nituntur, atque omnia perrumpere, inundare, perpetuoque diluvio mergere minantur, ne findunt quidem *tenuem* illam & *pellucidam* nubium *veſtem*, quibus collecta & conſtricta ſunt. Alluſionem factam ad *Diluvium Noachi*, quum *cataractæ cœlorum* perruptæ, & *Nubes* omnes *diſciſſæ* videbantur, non video cur negetur; quod enim *de Pined.* & *Schmid.* ajant, agi de *ordinario* & *conſueto curſu Naturæ*, quid ad rem? *Ordinarium* ſane eſt, *non diffindi Nubes*, providentia nempe potentiſſima id orbi præſtante, quod promiſſum *Gen.* 8. Ergo ad illud *Extraordinarium* ſic alluditur, ut ſimul inſinuetur, Omnipotentia Divina niſi eſſet, *perpetuis diluviis* omnia *obruenda*; quin in *Chaos* antiquum, *Nihilumque* adeo *ſuum*, relapſura fore.

Ibid. Habes *connexionem* arctiſſimam, quæ *Vſ.* hunc non ſinit ſubſiſtere in *generali contemplatione potentiæ*, & *ſapientiæ* Divinæ; ſed adhuc *ſpecialius* adſtringit ad id, quod *Vſ. præc.* fuerat expoſitum: *Deum cœlos extendere ſuper Tohu*, & *terram ſuper Nihilum ſuſpendere*, id eſt, *vocare ea quæ non ſunt, ac ſi eſſent*, *ſolo voluntatis efficaciſſimæ nutu*; tum in *creando*, tum in *conſervando*, *ſuſtentando*, *gubernandoque*. Hoc digito tetigiſſe ſatis: ad demonſtrationem quippe, uberioremque de-

9 Firmans faciem ſolii; ſuper quod nubilationem ſuam expandit.

9 מאחז פני־כסה פרשז עליו עננו׃

10 Ter-

10 חק

ductionem, nullum ſpatium ſatis.

Verſ. 9. Sublimior dictio nonnihil caliginis offudit. Non commodiſſima I. verſio *Vulg. Qui tenet vultum ſolii ſui, & expandit ſuper illud nebulam ſuam.* Pro *Solii*, *Solis* legens *Auguſtin.* ad *Eclipſes* extra rem & ſeriem abiit. Allegorici Doctores hæc deflexere *ad gloriam vitæ futuræ necdum manifeſtam.* Doct. *de Pined.* obſervans *vultum ſolii Divini* nihil aliud eſſe quam *viſibilem cœli conſpectum*, *ſplendore jucundiſſimo oculos ferientem*, τὸ *tenere* exponit, *occultare*, *& nubibus obducere.* Mavult tamen *tenet* & *expandit* in unam periodum colligare, ut ſit, *Deus tenet.* i. e. *Capit faciem ſolii ſui*, *& eam obnubilat*, per *pleonaſmum.* Debetur *Iſid. Clario*, cui *vultus ſolii* eſt *apſis* & *curvatura cœli*, quam Deus *apprehendat* & *obtegat velamento nubium.* Adriſit Cl. *Clerico* vertenti, *Anteriorem partem Solii occupans*, *ſupra id nubem expandit.* Eandem *obnubilationem* argutius adhuc captavit II. *Cajetan.* qui *capiens faciem cœli* exponit, *tollens apparentiam cœli*, ſive *intercipiens nubibus.* Subtiliſſime ex *Rabbinis Vatabl.* III. *Adſtringit*, coagulat, *faciem ſolii ſui*, i. e. *aërem ipſum*, *in media regione cœli exiſtentem*, *ut ſuper eo* videlicet *vapores in nubem coëant* & *adſtringantur.* Vel eadem, vel affinia certe, quæ *Merc.* IV. habet, cui מאחז eſt, *retinet*, *adſtringit*, *roborat*, *conſolidat ſolii ſui*, i. e. *cœli*, *ſuperficiem per nubes*, *ut quod alioquin liquidius videbatur*, *nubibus conſolidetur*, *ac coarctetur.* Subdit, *Cœlum* h. l. non pro *cœlo ſtellarum*, aut *cœlo ſupremo* ſumi, ſed pro *aëre ſuperno*, ubi *nubes*, *pluviæ*, *tonitrua*, *fulgura*, &c. Diceres diverſum eſſe a *Vatabli* adſpectu; ſed eodem collineatum docebunt hæcce, *Male ſimpliciter*, *retinet & firmat cœli ſuperficiem*, *ut in eo poſtea nubes conſternantur: quum enim aër*, *præſertim ille ſuperior*, *ſit liquidiſſimum corpus*, *vix conſiſtere poſſe viderentur in eo nubes vaporeſque denſiores: ideoque velut conſolidatur & incraſſatur a Domino*, *ut nubes continere poſſit.* Conſentiunt fere Doctiſſ. *Belgæ*, *Grot.* &c. Non injucunda figura *Nachmanid.* V. מאחז interpretatur מקרה *contignans*, *contabulans*, ex uſu verbi 1 *Reg.* 6: 10. ut *Pſ.* 104. 3. *Qui contignat aquis cœnacula ſua.* i. e. *qui tabulatis veluti*, & *contignationibus*, *ſuſpenſas* in aëre *exædificat moles nubium.* Cl. *Schmid.* VI. hoc non procul a vero abeſſe cenſens, melius credidit, *Apprehendere facit facies ſolii*, nempe עננו, *nubem ſuam*, quam huc retrahere jubet; ut mens ſit, *Deum eo uſque nubes evehere*, *ut ipſum cœlum æthereum adſummam ſuperficiem*, *etiam prope attingant.* Non ſcandiſſe ſupra *Tabulata*, *nubes alte exſtructas* captanti, melius fuiſſet; nunc enim vereor ne utramque tibiam Vir Doctus fregerit, nec Linguæ litans, nec Naturæ rerum; niſi ad *Hyperbolen*, frigidam heic loci, confugere vellet. Alii VII. מאחז maluerunt *continens*, *claudens*, *faciem throni ſui*; quibus favet uſus *Syriacus* & *Arabicus* Radicis, pro *claudere fores*, quem & *Neh.* 7: 3. & *Pſ.* 77: 5. invenies. Huc concedit Cl. *Reim.* itemque *Scheuchz.* Doct. *Crinſoz.* huncce ſenſum ſic expreſſit, ordine verborum trajecto, *Ipſe eſt qui cooperiens Cœlum nubibus ſuis*, *impedit quo minus ſolium illud* potentiæ ejus *appareat detectum.* In confiniis verſatur III. *Patric. Nubes pandit ante glorioſam faciem Cœli*, *ad reprimendos radios Solis*, *ne torreant terram.* Et Cl. *Cocc.* VIII. huc inclinat, dans, *Firmavit faciem ſolii*, *obducendo ei nubem ſuam.* Notat, *Solium* eſſe *cœlum Eſaj.* 66: 1. *Firmaſſe* dici vel, *quia aqua non irrumpit in cœlum*, *ſed infra in ſua regione ſubſiſtit*; vel, *quia quaſi claudit obducta nube.* Notabis præterea פַּרְשֵׁז *obducendo* enunciatum, *infin. forma*, & ambigere præclarum *Interp.* an non potius valeat ἅπαξ λεγόμενον hocce, *ultro citroque ducere*, quum *Nubes velum ſit*, *quod nunc obducatur*, *nunc reducatur*, *firma & ſtabili cœli facie.* Ultimum illud conceptum ad mentem Eorum IX. qui מאחז reddunt *confirmans*, *conſtabiliens*, *conſolidans*, ad *ſerenitatem cœli* reſpi-

10 חק חג על־פני־מים עד־תכלית אור עם־חשך׃

10 Terminum circinavit ſuper facies aquarum; ad conſummationem exactam lucis cum caligine.

11 עמודי

11 Co-

picientes; vel & ad ipſum *firmamentum ſoliliſſime junctum* & *coagmentatum* veluti. In *Lex.* unum hocce tenet ὁ πάνυ, exhibens, συγκροτῶν *coagmentans faciem ſolii* i. e. *cœli*, & couferens 2 *Chron.* 9: 18. *& ſex gradus ſolio*, *& ſcabellum auro tectum ſolio*, מאחזים *coagmentata.* Huc oculos intendiſſe putem *Jun.* & *Trem.* dantes, *Continet ſuperficiem ſolii*, *& expandit ad illud nubem ſuam.* Diſtinctius *Codurc. Coagmentans faciem ſolii. Intelligit* Firmamentum הרקיע *quod dicitur*, *comparatque illud Solio*; Nubem *autem Velo*, *quod Ætheri obtenditur* &c. Illuſtris eſt adſpectus, quem magnificæ huic orationi lubens inſeruerim. Nempe פני כסא *Faciem ſolii* omnino explicandam cenſerem de *fornice ſupremi cœli nobis obverſa*, *& aſtris radiantibus diſtincta.* Ejus *coagmentatio* & *ſuſpenſio ſuper Tohu* & *Nihilum*, verbo אחז venuſte, & ſignanter, expreſſa, quotidie nobis Omnipotentis *Creatoris* ac *Conſervatoris* immenſam Majeſtatem oculis ingerit, atque *ſupremi* illius *Regis* profundiſſima veneratione nos indeſinenter feriret, niſi inter miracula vivendo, ad ea ſenſim ſine ſenſu obſtupuiſſemus. Super illam *exteriorem faciem ſolii ſui* פרשז *expandit Deus nubem ſuam* ענגו, vel ut *aulæa*, quæ modo *adducantur*, modo *reducantur*; vel ut *tapetia*, ſuper *cœruleum cœleſtis ſolii fundum*, *pavimentumque*, *ſtrata.* Utrumque quadrat ad Magnificentiam Regalis Aulæ, & Sedis. Quid præferendum ſit, haud facile decernas; amant enim Orientales utramque imaginem, & *Nubes* nunc *Aulæis* comparant; nunc *tapetiis.* Radix פרש فرش ad utramque notionem quoque ſe benigne porrigit. Origo verbi Quadriliteri, cujus ultimum elementum ingenioſe *Avenar.* exſculpſit ex זין *ſplendor*, *copia*, ut ſit *expoſuit ſplendide & copioſe*, etiam nihil decideret, ſi vel firma foret, quæ nunc tenui filo ſuſpenſa. Propendere tamen me fateor ad imaginem *Aulæi Penſilis*, quod *adductum*, *reductumve*, *Cœli Stelliferi conſpectum*, i. e. *exteriorem faciem ſolii cœleſtis*, dixerim potius *convexam adverſamque* ejus *partem*, vel *oculis ſubtrahit*, vel, qua late patet, *conſpiciendam præbet.*

Ibid. Ad vocem כִּסֵּה *Solium* recte annotaverat *Merc.* ה pro *Aleph* poſitum, idque tribus in locis fieri juxta *Maſoram.* Cl. *Guſſ.* gratis id dici arguit in C. L. H. & 1 *Reg.* 10: 19. כסה non amplius de *throno* ipſo ſeu *ſedili* capiendum contendit, ſed de ejus *lateribus*, & *teſtudine*, *tegentibus ſedentem*, ut כסה ibi valeat *Tegmen.* In noſtro contextu autem *Cœlum non propoſitum* ait *ſub notione throni*, *ut alibi*, *ſed tegumenti*; *quatenus occultat hominibus Dei majeſtatem*, *viſui etiam ἀκατάληπτον*. Talia ſurrepunt, quando loca extra ſeriem conſideramus, & ad calculum Grammaticum nimis ſcrupuloſe ſedemus. Si כסה hic non eſſet כסא *Thronus*, periret omnis gratia, ac dignitas, magnificæ deſcriptionis; & neſcio quæ confuſio, & humilitas ſermonis, cuncta implicaret; quid enim vel magnum, vel clarum, in hac ſententia? *Continens faciem Tegumenti*; *expandit ſuper eo nubem ſuam.* Eam expreſſerunt quidem *Syrus* quoque & *Arabs*, ſed nemo audiendos cenſuit. Nimis crebra eſt commutatio ע א in ה, & viciſſim, quam ut *ſolium* hic non maneat *ſolium*, ſive *Radicem* conſtituas כסה *texit*, *operuit*, unde כִּסֵּה & כִּסֵּא *ſedes tecta*, *cooperta*, & deinde *Thronus*; *Aleph* vel *He Radicalibus:* ſive כרס كرس *congeſſit*, *conſtruxit*, unde *Chald.* & *Syr.* כרסא, *Arab.* كرسي, *ſuggeſtum*; *ſolium*;

lium; iiſdem literis *ſervilibus*. De his alibi curatius.

Verſ. 10. Plus difficultatis ſubeſt, quam prima fronte apparet. *Merc.* I. ad *Marinas* & *inferiores aquis* deſcendi putat, poſtquam de *ſuperioribus*, *quas* Deus *in nubibus continebat*, dictum eſſet, ut & iis *terminum præſcriptum* eſſe, quem nunquam prætereant, inculcetur. *Ad conſummationem uſque lucis & tenebrarum*, exponit, *in perpetuum*; *quamdiu lucis & tenebrarum vices durabunt.* Idem hoc a *Jun.* & *Trem.* ita expreſſum: *Decreto circinavit ſuperficiem aquarum*; *uſque ad conſummationem lucis cum tenebris.* Id paulo adfectatius; nam omnino חק infert *terminum*, *limitem præfinitum*; quem eodem ſenſu fere hic tenent *Luth. Calvin. Tigur. Genev. Angl. Belg. Piſc. Druſ. de Pined. Vavaſſ. Codurc. Grot. Patric. Crinſoz. Guſſet.* in voce חוג, ubi reddendum inſinuatur, *Modum ſuperficiei aquarum deſcripſit quaſi circino*, *uſque ad finem diei & noctis.* Additur pro ratione, *nam alias nec finis erit lucis in Paradiſo*, *nec tenebrarum in ſtagno ſulfureo.* Citra eam ſuus Viro Docto calculus conſtare potuiſſet. Aliter II. *Diem Noctemque* huc inſerunt *R. Levi* & *Perizolid.* quaſi עד non eſſet *temporis*, ſed *Loci*, in hanc mentem, *Terminum præſcripſit aquis uſque ad eum locum ubi viciſſitudo diei & noctis finitur.* Hoc ita expreſſit *Vatabl.* *uſque ad eum locum in quo dies habent* 24. *horas*, *itemque noctes*, *totidem.* Confer quæ Doct. *Merc.* de *Rabbinico* hoc *Philoſophemate* in medium dedit. Ejuſdem fere commatis, quod Cl. *Cler.* III. profert, *Fines* terræ *deſcripſit in aquarum ſuperficie*; *uſque ad lucis & tenebrarum confinium.* Refert ad errorem veterum, qui noſtrum tantum *Hemiſphærium* a ſole illuſtrari, *Auſtrale* autem perpetuis tenebris teneri credebant. Id craſſius, quam ut in cenſum venire queat; nec video, qui conciliaverit Vir Doct. hanc commentationem cum illa, qua *Vſ.* 7. fuit uſus, *Terram e Nihilo ſuſpenſam* induci, quod circa eam *ſol* ac *ſtellæ*, utpote *rotundam*, moveri crederentur; ſecundum illud, *Nec circumfuſo pendebat in aëre tellus.* Subtilius limatum IV. quod Cl. *Cocc.* hic agi velit de *æſtu* & *incremento marium* ſecundum *novilunia*, & *plenilunia*; negans ſermonem eſſe de *retuſione fluctuum per litora & arenas.* Ut hoc inveniat, ſupponit *ſolam lucem Lunæ* hic intendi, *cujus finis perfectionis quoad lucem ſit in Plenilunio*: *finis perfectionis quoad tenebras in Novilunio.* Inde hunc ſenſum elicit, *Mari non licere ulterius creſcere*, *quam ad novam*, *plenamque Lunam*; *ex illo autem cogi decreſcere.* Acutiſſ. *Scheuchz.* non immerito hoc a *Jobo* intendi addubitavit; aliud ipſe ſecutus, de quo ſtatim. Addere nobis liceat, liberiuſcule ſupponi *Lunæ lucem*, itemque *obſcuritatem*, *perfectam*, *ac completam*, his phraſibus conſignari; quum nulla mentio *Lunæ* vel præceſſerit, vel ſequatur. Cl. *Schmid.* V. receptæ opinioni quam *num.* I. ſiſtit, in priori Coмо ſubſcribens, ad poſterius duos movet ſcrupulos: 1. *ingratius eſſe ut dicatur*, *Finis lucis cum tenebris*, *pro tenebrarum.* 2. *ingratum item*, *ut diuturnitas unius rei naturalis*, *per alterius diuturnitatem exponatur.* Mavult proinde, *uſque ad finem erit Lux cum Tenebris.* Intelligit *Finem mundi* & *rerum*, & repetere jubet verbum חג *circumſcripſit*, quaſi inſinuetur, ut *aquis*, ita & *luci* ac *tenebris*, ſuos *terminos* a Deo eſſe *deſcriptos* uſque ad conſummationem ſeculorum. Doct. *Reim.* VI. deſignari cenſet per *lucem cum tenebris*, *Orientem*, & *Occidentem*; quaſi doceret Noſter *Mare æque ac terram in circuli modum conglobari*, & *orbem circumplecti* ab *ortu* ad *occaſum* uſque. Simile quid produxerat *Erud. Vavaſſ.* *Quid ſi Orientis & Occidentis partes intelligantur?* &c. Audaciſſime VII. *Bolduc.* pro *vero* venditat, *Ordinem invertit ſuper facies aquarum* i. e. procellam a ſe ſuſcitatam ſedat, *uſque ad perfectionem lucis cum obſcuritate*, i. e. *tam ſubito*, *ut opaca caligo mox in perfectam lucem mutetur*, *atque jucundiſſima ſerenitas ex luctuoſis tenebris exoriatur.* Nullus *Morpheus* tam artifex, formatorque novarum figurarum, quam hic Interpres. *Eugubin.* VIII. non in *Mari* hærendum cenſuit, ſed ad *ſuperiores aquas* eſcendendum, *ſuper quas Cœlum* ſit *circinatum*, & *circuli in morem circumductum.* Qui *aquas ſupracœleſtes* ſtatuunt, hic inveniant forte, de quo ſibi plaudant, & placeant. Cl. *Scheuchz.* IX. arbitratur de *aquis ſuperioribus* & *inferioribus* ſimul contextum huncce explicandum eſſe; ut inculcetur tum *Nubibus æthereis*, tum *maribus*, *fluviiſque*, ſuos *terminos* eſſe *præſtitutos*, ac *quaſi circino deſcriptos*, ut *exactiſſimum æquilibrium ſervare* cogantur, quantumvis nonnunquam videantur turbare, & vel *cœlo* vel *terræ* ſub-

ver-

verſionem minari. Ultimum membrum eodem modo capit ſagaciſſ. *Philoſophus*, quo *num.* I. vidimus, cum quo hæc ſententia ſic convenit, ut molliorem progreſſum, tranſitumque, præſtet ad *Cœlum*, & *Maria*, *tempeſtatibus concuſſa*, *iterumque compoſita* l. ſ. 11: 12. Omnium ſubtiliſſime X. hoc in textu verſatus eſt Doctiſſ. *Nieuwent. Contempl.* XXV. *pag.* 630. ubi longe diverſum *opus providentiæ* admirationi noſtræ offerri autumat, quod ſe exerit in *finibus* ſive *extremitatibus Lucis* & *Tenebrarum* exactiſſime *regendis*, ac velut *ad circinum dimetiendis.* Nempe *Lux ſolis colluſtrans orbem terrarum ex dimidia parte, ibi finitur, ubi altera pars incipit, opaca illa, tenebriſque obſita, quæ in conum deſinunt umbroſum, ultra terram longe projectæ.* Si hunc conſpectum teneamus תכלית ſignabit *confinia lucis & tenebrarum*, & quidem על פני מים *ſuper facie aquarum, ſuper globo terraqueo, qui ſoli obverſus, circinatiſſime*, interventu aquarum Orbi circumfluarum, ad dimidium uſque *illuſtratur*, averſam partem *opacitate & umbra nocturna involvente*, etiam *ad circini* accuratiſſimam *dimenſionem.* Addit Eximius *Philoſophus* תכלית etiam ſumi poſſe pro *extremitate*, ſive *fine*; ita ut *finis lucis* ſtatuatur ad *medium orbem radiis ſolaribus illuſtrem: finis* autem *tenebrarum* in *extremitate* demum *tenuiſſima coni illius obſcuri*, quem opacitas terræ efficit. Hæc admirabilis *Acuminis* plena; an & *Luminis*, ſolidæque veritatis, dijudicandum relinquo illis, quorum in hoc genere præpollet, cum acie, auctoritas. Mihi, ne quid diffitear, ipſa illa elimatiſſima ſubtilitas, quæ utrique ſenſui ſubeſt, ſuſpectior; nec facile conceſſerim על פני מים *ſuper facie aquarum* nihil aliud hic deſignare, quam *exactiſſimam* illam *circinationem quæ interventu* demum *aquarum efficiatur ad medium orbem terræ.* Commodius, ſimulque plenius, judicarem, quod *num.* IX. exhibui; nec tamen תכלית *conſummationem Lucis cum Tenebris* ad *finem Mundi* pertinere perſuadeor. Res & ſeries potius exigere videntur XI. in תכלית *conſummationem operis abſoluti, & elaboratiſſime perfecti*, ex uſu Radicis כלה *Gen.* 2: 1. 2. Aliud longe eſt *Jer.* 33: 20. 25. *Si Fœdera diei & noctis abolebuntur, ne dies & nox exſiſtant ſuo tempore*; indeque potius inferrem & heic loci *continuationem Lucis cum tenebris*, *earumque ordinem*, ac *orbem perpetuum*, *quem* Creator ac Conſervator potentiſſimus ſtupendis modis *decircinaverit*, atque *ad* diurnas nocturnaſque *vices obeundas adſtrinxerit* quam *exactiſſime.* Iſta *deſcriptiſſima* & *exactiſſima ratio Lucis* ac *Tenebrarum*, meo quidem judicio, voce תכלית expreſſa eſt. Favet mihi uſus conſimilis *Job.* 11: 7. *An ad conſummationem* עד תכלית, vel *exactiſſimam rationem*, *invenies Omnipotentem?* Item *Job* 28: 3. ולכל תכלית *& ad omnem exactiſſimam rationem ipſe inveſtigans &c.* Nec aliter *Neh.* 3: 21. עד תכלית *uſque ad exactiſſimam rationem domus Eljaſchybi*; *ad finem ejus accuratiſſime dimenſum.* Inſigni *Metaph.* *Pſ.* 139: 22. תכלית שנאה שנאתים *conſummatione odii peroſus ſum eos.* Vides omnia conſpirare in centrum *exactiſſimæ commenſionis.* Cl. *Guſſ.* non nimis exacte loca hæc expendit, ſub כלה ubique urgens *ultimam rei, locique, partem*; & *Job.* 11: 7. ſignificari cenſens vel, *ultimum locum in quo Deus eſt*; vel, *ultimum attributum, poſtremamque eſſentiæ Ejus partem quaſi*; in hoc autem contextu, vel, *ultimum locum ubi lux exiſtit*; vel, *ejus ultimam partem, qua immediate contingit caliginem.* Mutavit ergo ſententiam, quam ſupra expoſui; nec tamen mentem ſuam ad h. l. explanavit. Meam tandem ſic declaro, *Statutum circinavit ſuper faciem aquarum, ad exactiſſimam uſque rationem Lucis cum Tenebris:* i. e. ut *Lux*, & *Tenebræ*, *perennes volvere* poſſent *vices*, atque *Diem Noctemque* ordine haud interrupto Terris præſtare. Hæc ſunt *Æterna illa Fœdera Mundi*, ad quæ provocatur *Jer.* 33: 20. 25. coll. *Gen.* 8: 22. Hæc *Opificis & Gubernatoris* ſummi demonſtrationem evidentiſſimam adferre urget *Cic. Lib.* 2. de *Nat. Deor. cap.* 5. ubi *æquabilitatem motus*, *nunquam mentitam*, *converſionem cœli*, *ſolis*, *lunæ*, *ſiderumque omnium diſtinctionem*, *utilitatem*, *pulchri-*

11 Columnæ cœli contremiſcunt; & obſtupeſcunt ab increpatione Ejus.

11 עמודי שמים ירופפו ויתמהו מגערתו:

12 Ro-

12 בכחו

tudinem, *ordinem*, ponit *Quartam cauſam*, eamque *vel maximam*, *quæ notionem* Numinis *in hominum animis informarit* &c. &c. Iterum *Cap.* 38. *Quis enim hunc hominem dixerit qui cum tam certos cœli motus*, *tam ratos aſtrorum ordines*, *tamque omnia inter ſe connexa & apta viderit*, *ea caſu fieri dicat*, *quæ quanto conſilio geruntur*, *nullo conſilio aſſequi poſſumus*? *An cum machinatione quadam moveri aliquid videmus*, *ut Sphæram*, *ut horas*, *ut alia permulta*, *non dubitamus quin illa opera ſint rationis*; *cum autem impetum cœli admirabili cum celeritate moveri vertique videamus*, *conſtantiſſime conficientem viciſſitudines anniverſarias*, *dubitamus quin ea non ſolum ratione fiant*, *ſed etiam excellenti quadam Divinaque ratione*? Item *Cap.* 39. *Reſtat altiſſimus*, *omnia cingens*, *& coercens*, *cœli complexus*; *extrema ora & determinatio Mundi*: *in quo cum admirabilitate maxima igneæ formæ curſus ordinatos definiunt. E quibus ſol*, *cujus magnitudine terra multis partibus ſuperatur*, *circum eam ipſam volvitur*, *iſque Oriens & Occidens Diem Noctemque conficit* &c. Adde & illa:

> *Cetera labuntur celeri cœleſtia motu:*
> *Cum cœloque ſimul noctesque dieſque feruntur.*

Idem hocce ſpectaculum, quo nihil poteſt admirabilius eſſe, nihil pulchrius, *Jobus* hic in oculis mentibuſque defixum voluiſſe putem, formula exquiſitiſſima, *Circinavit determinationem*, & quidem עד תכלית *uſque ad conſummatiſſimam & libratiſſimam rationem Diei & Noctis*, reliquorumque *motuum*, ac *curſuum*, quos *Sol*, *Luna*, *ſidera*, tum *vaga* illa & *errantia*, tum *inerrantia*, conſtantiſſime ſervant, ac conficiunt. חק pro *Finibus deſcriptis*, habes in *Mari*, *Job.* 38: 10. & *Prov.* 8: 27. 29. Collatio utriuſque loci & hic מים pro *aquis marinis* poſitas ſuggeſſiſſe videtur. Id tamen nimis abruptum, quum *Vſ. præced.* *Cœlum Nubibus velatum* obtulerit tanquam *magnificentiſſimum ſolium Regis æterni*; unde tam ſubito ad *maria* deſcendi non eſt conſentaneum. Obſervo itaque iſtud חק etiam in *Cœli deſcriptione*, & *ambitu decircinato*, juſtiſſimam occupare ſedem. *Pſ.* 148: 4. *Laudate Eum cœli cœlorum*, *& aquæ*, *quæ ſupra cœlos. Ipſe enim juſſit & creata ſunt. Et facit ea ſtare uſque in æternum.* חק *ſtatutum poſuit*, *nec tranſgreditur* quicquam eorum leges motioneſque ſibi præfinitas. Adde *Jer.* 31: 35. Ergo חק חג *ſtatutum circinavit*, egregie quadrat in *immenſum illum univerſitatis complexum*, *ac circulum*, qui ſupra *Cap.* 22: 14. חוג שמים *decircinatus Orbis Cœlorum* dictus. Non obſtat על פני מים *ſuper facie aquarum*; nam vel *proverbialis* queat eſſe formula, *ſuper materia liquidiſſima & fluidiſſima* illum *æthereum circulum deſcriptum* eſſe inſinuans: vel preſſius *ſuper aquis cœleſtibus*, iiſdem videlicet illis, quæ *Pſ.* 148: 3. 4 & *Gen.* 1: 6. 7. comparent. Plura addere ſupervacuum. *Syſtema Mundi* Noſtro ex diſciplina veteri heic obverſatum; ſecundum quod *Terra mediam obtinens ſedem globoſa*, *& ſuis undique nixibus in ſeſe conglobata*, *pendet*; *mari* primo, mox *aëre & nubibus circumfuſa*, *ſuper quas deinde Æthereus orbis ſeſe expandat*, *vaſtiſſimo circumplexu cuncta comprehendens ſimul*, *colligansque*. Hoc ſufficere debet *Jobum* commentanti, neque fas duxerim, ulterius pergere, atque in hanc vel illam partem *Philoſophiæ* aliquid ex hiſce decidere velle.

Verſ. 11. Quæſitæ multorum interpretationes nebulas offundunt. Ad *Allegoriam* I. detorquet *Gloſſ. Ordin.* *Columnas cœli Sanctos Angelos*, *vel ſummos Eccleſiæ Prædicatores appellat.* Ita *Greg. Philip. Th. Aquin. Nic. de Lyr.* aliique Latini paſſim; quorum luſus amputo. Subtiliſſime II. *Perizolid.* quatuor Elementa *Terræ*, *Aquæ*, *Aëris*, & *Ætheris ignei*, nomine *Columnarum cœli* adfecta cenſet,

ſet, quod iis *Cœlum incumbere* atque *inniti* videatur. Non longe hinc abeſt III. *Cocc.* intelligens *aërem, qui vicem columnarum Cœlo præſtans, ventorum flabris, aut tonitruum violentia, concutiatur.* Singulare quid ſecutus etiam ὁ πάνυ in verbo יתמהו *obſtupeſcunt*; quod quum plerique referant ad *commotionem* & *concuſſionem attonitam*, in contrarium convertens, *compoſitionem* & *quietem immobilem* inferre arbitratur: q. d. *Movet aërem, & motum componit nutu.* Aſſumtum ob ſimilitudinem ſeq. *Vſ.* ubi item *Mare conturbatum, compoſitumque*, induci putatur. R. *Salom.* IV. argutius quid captavit, quaſi reſpectum eſſet ad *primam conditionem Cœlorum*, qui *in creatione fluxæ* & *liquidioris* naturæ, ad Dei mandatum *conſolidati ſteterint*, haud aliter quam ſi *in attonitum ſtuporem defixi fuiſſent.* Conf. *de Dieu.* Longius abivere V. *Jun.* & *Trem. uſque dum columnæ cœli concutiantur, & obſtupeſcant* &c. i. e. *donec mundi machina diſſolvatur* &c. Nempe quum *conſummationem ſeculorum* in *Vſ. præc.* inveniſſent, eam continuari commodiſſimum duxere. *Columnæ cœlorum* iiſdem ſunt *Montes quibus cœlum videtur incumbere.* Eoſdem *montes altiſſimos* VI. alii ſpecioſius induxerunt, non de *fine mundi* locum explicantes, ſed de *concuſſionibus cœli* & *terræ* per *graviſſimas tempeſtates.* Confer *columnas terræ concuſſas Cap.* 9: 6. ubi item *Montes* a multis intelligi vidimus. Huc concedunt *Munſt. Vatabl. Grot. Patric.* &c. nec alienus inde *Cocc.* inſinuans *Montes* accipi poſſe, ſi *aërem cœli nomine complectamur.* Quod ſi *Bolducio* VII. id accredas, *montes mediocris proceritatis* appellantur *Columnæ terræ*; ut *altiſſimi*, & *ſidera* veluti *tangere* minantes, *columnæ cœlorum.* Joculari acumine adjungit, *alluſum ad duos montes in Mauritania, Atlantes dictos* &c. Scilicet Græcas fabellas lectitarat Noſter, & fama *Atlantis Regis* & *Montis cœlum humeris ſuſtinere* dicti, aures ejus attigerat! Quanto melius manſiſſet intra fines *Merceri* VIII. *Metaphorice hæc dicuntur; non quod alioqui cœlum columnas habeat, quibus nitatur, ſed quod in vehementiore orbis concuſſione videatur nobis perinde ac ſi nutent ejus columnæ.* Idem voluiſſe crediderim *Druſium*, cui *Columnæ cœli* ipſum *cœlum*; ut *columna auroræ* eſt *Aurora*; & *columna nubis*, ipſa *nubes*: & *columnæ terræ* ipſa *terra. Cap.* 9: 6. Hæc tamen minus accurate dicta, & digeſta; nec exempla quadrant. Idem certe voluit *de Pined.* qui *cœli columnas* nihil aliud eſſe ait quam *ipſam cœli firmitatem & robur.* Idem quoque *Piſc. Belg. Codurc. Schmid. Cler. Reim. Scheuchz.* qui conferre jubent δυνάμεις οὐρανῶν *Vires cœlorum Matt.* 24. Expreſſius adhuc & illuſtrius *Vavaſſ. Cœli molitionem & fabricam columnis veluti ſubnixam inducit poëtice, & figurate*; q. d. *Totum nutu tremefecit Olympum.* Omnium expreſſiſſime *Calvin. Conc.* XCVI. *Verum quidem nullas eſſe columnas quæ cœlum ſuſtineant; ſed Jobus hic ſimilitudine utitur, quia Vaſta Ædificia columnis ſuſtentantur, Si quis magnum Templum conſtruat, neceſſe eſt columnas adhiberi, quæ tantam ædificii molem fulciant. Idem igitur de cœlo judicatur, quod quidem tanti ædificii ſpeciem habet, ut columnas requirere videatur* &c. &c. In hac ſplendida *Metaphora* acquieſcendum cenſerem; præſertim quum ea nobis repræſentet *Cœlum* ut *Templum* aliquod, ac *palatium* magnificentiſſimum, cujus *ipſi poſtes*, & *columnæ*, ad *vocem imperioſam* tanti Numinis *intremiſcant*, & *attonentur*; nedum ut *creaturæ rationabiles* ſacro Ejus horrore percuſſæ, infinitam iſtam Majeſtatem vereantur. Hic perpetuus *Jobi* ſcopus neutiquam ex oculis dimittendus; ſecundum quem תמה non ad *quietem* & *compoſitionem cœli commoti* pertinere poteſt, ſed neceſſario ad *pavorem attonitum, horroremque* illum *religioſum*, debet revocari, quem & *Eſajas Cap.* 6. per *poſtes Templi concuſſos* inſinuatum voluit.

Ibid. Portum tenerem, niſi me in fluctus, & æſtum, retraheret Cl. *Guſſ.* conatus; qui in *Comm.* L. H. ſub רפף vertere jubet, *Columnæ cœlorum incorruptibiles ſunt, & tamen ſtupefiunt præ increpatione Ejus.* Planius ſub עלה p. 602. ubi per meram conjecturam verti ſolere ait, *quaſſatæ ſunt*; potiorique jure reddi, *valent*, aut *incolumes eſſe debent*; hoc ſenſu, *montes ad id facti ſunt, ut ſemper ſtent incolumes, & increpatione Dei tamen turbantur, & contremiſcunt a fragore tonitrui, quanto magis nos tam fragiles.* Concedo equidem, rarum eſſe & obſcurum, quicquid ex רוף vel רפף supereſt; nec הריפות *Prov.* 27: 22. & 2 *Sam.* 17: 19. ſatis ſubſidii ferre, ad vim *quaſſationis* evincendam. Sed non conceſ-

12 Robore ſuo convibrat mare; & intelligentia ſua percuſſam haurit ferociam.

13 Per

12 בכחו רגע הים ובתבונתו מחץ רהב

13 ברוחו

ceſſerim Viro *Doctiſſ.* voculam תרופה *Eſech.* 47: 12. ſemel tantum lectam, & ex רפא vulgo *Sanationis* potentia auctam, ſtatis tutam ac firmam eſſe ad hanc *incorruptibilem incolumitatem columnarum Cœli*, i. e. *Montium* ſuſtinendam. Si vel vinci poſſet רוף idem fuiſſe cum רפא, *ſanavit*, & הריפות eſſe *aliquid quod ad valetudinem conferat*, ut tendit Cl. *Guſſ.* nunquam tamen perſuaderer ירופפו id poſſe ſignificare, quod inde exſculpitur, *Columnæ cœlorum incolumes & ſanæ factæ ſunt:* pro *vigorem* habent *incorruptibilitatis*. Ne in *Viribus* quidem *Cœlorum* id tolerem; nedum in *Montibus*. Duriſſima quoque nunc inſertio illa, oppoſitioque, *& tamen ſtupefiunt*. Liberalius, credo, & prudentius fuiſſet, judicium ſuſtinere; vel opem aliunde circumſpicere. Sed qui poſſet, quem ſua *Hypotheſis* omnem opem *Dialectorum* excludere juſſit? Eæ ſui contemtum magnifice hic vindicant, atque verum Loci noſtri conſpectum ſupra omnem dubitationis aleam evehunt *Chaldæis* nempe רפרף eſt *nictare*, *motitare* oculos, alas, *vibrare tremulo motu*. Radix non רוף, ſed רפף. Cl. *Buxt.* tamen in *Lex. Thalm.* etiam רוף admittit, citans ex *Bereſch. Rabb.* חלב רופף *Lac tremens*; ſed ad רפף revocandum eſſe cave dubites. Notandum inprimis *Job.* 9: 6. *Chald.* ſubſtituere מיתרפפין in *Columnis Cœlorum tremefactis*. Concinit uſus *Syrorum* item in *vibratione tremula*. Succinit denique late fuſa *Arabum* copia ſub رفّ & رفرف *Motitavit*, *palpitavit*, *tremulum vibravit*, alas, oculos, &c. &c. quæ jam ex Fontibus expromere, & perſequi, haud licet. Venuſtiſſime ergo! *Columnæ cœlorum in tremulum vibramen conjiciuntur*, *& ſtupeſcunt*, vel *paveſcunt* &c. En aliud adhuc in ſinu Linguæ abditum. רפף nempe etiam *vibrationem fulmineam* ſignat apud *Arabes*, omnemque adeo *tremulum & coruſcum ſplendorem*, qualis e *laquearibus altis reſultat*, & *reverberatur*. Hinc *Schema* exorietur, quo nil grandius, illuſtriuſque, concipi poſſe autumem: *Columnæ cœlorum tremulum vibrare coguntur*. i. e. *inter fulmina*, & *tonitrua*, *ſuolime Tectum Mundi*, *ſuper capita noſtra ſuſpenſum*, *quantum quantum eſt*, *intremiſcit*, *ad vocem increpationis Dei:* nedum, inquit Noſter, nos terræ vermiculi non contremiſcamus religioſiſſimo tanti Numinis pavore intimis medullis adfecti, ſed feroces adverſus eum ſpiritus attollamus, quod mihi jam toties, ac ſi neſcirem quicum mihi res eſſet, objectatum. *Origines* noſtræ ſtricturas haſce clariore in luce collocabunt; atque oſtendent ſimul תרופה non eſſe *ſanationem*, non etiam *contritionem*, quod *Forſt.* adſcivit, ſed *lætum virilemque honorem frondis*, vel *commoditatem*, *jucunditatem*, ac *recreationem* inde *redundantem*; ſive radicem ponas תרף ترف; ſive ריף راف aut רוף. Enucleatius quoque הריפות in iiſdem excutietur, cujus *Radix* non tantum eſſe poteſt רוף, ſed etiam רפת *comminuit*, *confregit* رفت, ut ſit *formæ* קיטור, קימוש, ſimiliumque, atque deſignetur vel *cannabis contuſa*, vel tale quid, ad quod conſtituendum libera ſpatia requiro.

Verſ. 12. Magni fluctus ſententiarum utrumque Colon vexant. *Vulg.* l. *in fortitudine illius repente congregata ſunt maria*; *& prudentia Ejus percuſſit ſuperbum*. Allegorici Doctores hæc traxere ad *Aquas gentium in Eccleſiam congregatas*, *& Diabolum Cruce Chriſti debellatum*. Alii II. applicuere ad *collectionem* illam *aquarum in Mare*, de qua *Gen. Cap.* 1. Huc collineantes *Jun.* & *Trem.* dedere, *Virtute ſua diſrupit mare*, ut conſpiceretur arida; *& intelligentia ſua diſcidit pelagus*. In notis additur,

tur, *proprie ſuperbiam*, i. e. *ſuperbam aquarum congeriem*. Multi III. alluſum autumant ad *Miracula in Mari Rubro*, & adverſus *Ægyptios*, edita, quorum vel *Rex* hic deſignetur nomine *ſuperbi*, aut *ſuperbiæ*; vel *Regio* potius, quæ & alibi *Rahab* dicta. Ita *Deod. Codurc. Grot. Cler.* &c. ex collatione *Jeſ.* 51: 8. 9. eo pronius, quod רגע *findere*, ut plerique volunt, mirifice quadraret. *Merc.* tamen IV. *Non placet referre ad diviſionem Maris in gratiam Iſraëlitarum, quia ante illud tempus credimus fuiſſe Jobum; & quia generaliter potius loquitur de operibus Dei. Poſſet accipi de Mari, poſtquam exundavit in terram, ſeſe in clauſtra ſua recipiente; quia tunc velut rimas & rugas contrahit. Sed malo* רגע findit, dividit, i. e. *conturbat & concitat fluctibus. Ejus contrarium* מחץ percutit, *vulnerat*, *transfigit*, *compeſcit*, *domat* Robur, *elationem maris*, & *ferociam*. Ita *Piſc. Belg. Crinſoz. Reim.* &c. &c. Cl. *Cocc.* V. ambigens *tertiumne* ſequatur, an *quartum*, τὸ רגע reddit *Movet mare*; & mox *deprimit ferociam*. Ei adſtipulatur *Schmid.* VI. niſi quod רהב ſonare velit *Cetum*, hoc ſenſu, *Deum commotis fluctibus Cetos allidere ad ſcopulos*; ut *Pſ.* 74: 13. *Eſaj.* 57: 1. Adde *Eſaj.* 51: 8. 9. Monuerat VII. *Merc.* quoſdam *Hebræorum* maluiſſe ex alia verbi notione, qua מרגע *quietem* adfert, *Quieſcit ejus virtute mare*, & *percutit* i. e. *ſedat elationem ejus*. Eos ſecutus *Vatabl. Vavaſſ.* Tranſitive VIII. *de Pined.* ad hanc faciem, *ſedat robore ſuo Mare*, & *percutit ſuperbum*: nempe *Mare*. Doctiſſ. *Gatak.* in *Miſcell.* p. 705. 706. huc calculum confert, & totum locum de *procellis ſedandis* agere contendit. Eandem vim ita amplectitur Cl. *Guſſ.* ut *findendi* illam plane removendam arbitretur. In *Origin.* L. 1. *Cap.* 10. hæc & alia divortia opinionum circa רגע luſtravi; atque oſtendi genuinam notionem eſſe *vibravit*. Inde IX. hunc promo conſpectum, *Robore ſuo vibrat*, *vibratis fluctibus tollit*, *mare*: & *intelligentia ſua ferit*, altis vulneribus haurit, *ferociam*. Prius Colon ad *fluctus commotos* pertinere, indubium ex *Jeſ.* 51: 13. & *Jer.* 31: 35. Poſterius minus liquidum. Ad *fluctus ſtratos* traxit fere omnes blanda quædam vis, quæ *percuſſionem* & *inflictionem vulnerum* hic ad *edomationem tumidi Elementi* referendam eſſe facile perſuadebat. Doct. *Beza* adjecit *Fulmina maris tumorem tranſverberantia*. Hoc jam vereor ne plus quam *Dithyrambicum* ſit, & Naturæ legem violet. Durities hæc *Schmidium* impulit ad *percuſſionem Cetorum*. Id expendi meretur, eſt enim & mollius, & accommodatius ad proprietatem verbi מחץ, quod a *concuſſione*, & *jactatione urnæ* in *puteo*, transfertur ad *vulnera altius inflicta*, *quibus vitalia hauriuntur*. Adiſis *Opuſc. de Defect.* Vocabulum רהב *ſuperbiam* aliis, aliis *ferociam*, aliis aliud conſignans, cum ſua *Radice* necdum eo lumine perfuſa, quæ nebulas hic illic offuſas diſcutere valeat. Videor tamen ſine errore ex *Dialectis* proferre poſſe *formidoloſum*, vel *formidabile quid*, in genere: unde forte ſpeciatim *formidoloſa moles*, qualis eſt *monſtri marini*. Eam vim ſuggerit *Eſaj.* 51: 9. *Evigila O brachium*, המחצבת רהב *quod exſcidiſti Rahab*, מחוללת תנין *dilaniaſti Draconem*. Item *Pſ.* 89: 11. *Tu contriviſti* כחלל *tanquam profanum ad cædem & lanienam* רהב *Rahab*, & *robuſto tuo brachio diſperſiſti hoſtes tuos*. Alludi & ibi ad *monſtra marina* patet ex *Vſ. præc.* adjecto & *Pſ.* 74: 11. nec omiſſo *Eſaj.* 27: 1. Non ſum neſcius, magnos interpretes per *Rahab* intelligi velle *Ægyptum*, & præſertim *Delta* ita dictum: ſed poſterius illud neutiquam tam exploratum, quam ſummus *Boch.* ſibi aliiſque perſuaſit, & negare auſim الريف *Elryf*, quod hodiernum eſt nomen *inferioris Ægypti*, quicquam commune habere cum Myſtico titulo רהב *Rahab*, quo *Ægypti regnum univerſum* in Sacris inſignitur; a *formidoloſa*, ut videtur, *mole potentiæ*. Quid ſi רהב *formidoloſa moles monſtri marini*, ſpeciatim quoque ſignaverit *Crocodilum*, atque inde *Ægyptus* appellationem iſtam induerit? Cogitent, & anquirant, Eruditi. Ad noſtrum contextum generalior notio ſuffecerit *molis monſtroſæ*, ſive *bel-*

13 Per ſpiritum ipſius Cœlos diſſerenat; proſternit manus ipſius ſerpentem ominoſum.

13 ברוחו שמים שפרה חללה ידו נחש בריח׃

14 En

14 הן־

belluæ marinæ, quam Deus dicatur מחץ *altis vulneribus transverberare*, quum inter *tonitrua* & *fulmina* de quibus *Vſ.* 11. *commotis ſævis tempeſtatibus*, *mare* veluti *evertit* & *fundo emovet*, ita ut *Cete* & *monſtra formidoloſiſſima*, in litus *ejecta*, vel ad ſcopulos *alliſa*, male pereant, *telis*, *ictibuſque* ſummi Numinis veluti, *confixa*. Non ergo ad *fluctus ſtratos*, & *ſedatos*, pertinet poſterius hocce Colon, ſed eoſdem vel maxime *concitatos*, & *cœlum*, *terram*, *maria miſcentes*, ad vivum depingit. Id ſcenæ, ſcopo, nexui, ita reſpondet, ut mihi ſubito ex magnis hiſce fluctibus in ſtationem ſatis tranquillam conjectus eſſe videar. Quid tamen, ſi רהב non deſignet *belluas marinas*? conjectura enim hactenus nitimur. Quid ſi רהב *tumorem* & *ſuperbiam fluctuum marinorum* potius exprimat? In eos ſane *formidoloſæ molis* appellatio non male etiam quadraret: nec tamen propterea ancoram bene jactam revellere cogerer: quod מחץ ex *Origine* ſua magis hic inclinet ad *fluctuum conturbationem*, quam ad *eorum ſedationem*; eſt enim مخض & خاض proprie *jactavit urnam in aqua commota*, unde ad *vulnera graviora* tralatio facta. *Camus*, مخض الدلو نهز بها في البير *Verbum* מחץ *cum ſitula conſtructum valet*, *immiſſam in puteum urnam jactavit huc illuc hauriendi ergo*. Redeatur ad *Cap.* 5: 18. ubi exempla *Metaphoræ* aggeſta. Jam vero ut *puteus jactata urna e fundo* veluti *commovetur*, & *totus conturbatur ab eo*, *qui illuc aquatum deſcendit*; ita Figura per ſane illuſtri Deus hic induceretur *aquatum* quaſi *deſcendens in Mare*, ejuſque *fundum* ipſum *concutiens inter fluctus in Cœlum conſurgentes*. Conſimili figura *Lignatum deſcendere* dicitur Deus, quum *Cedros Libani cædit inter tonitrua & fulmina Pſ.* 29: 5. 7. Imago hæc pulcre recinit *Capiti* 9: 8. ubi *Calcare vertices maris* dicebatur Deus, & *tumidiſſimos ejus fluctus ſub pedibus habere*, ad eos *ſternendos* pro arbitrio, poſtquam potentiſſimo Ejus nutu *celſos in Cœlum vertices ſuſtulerunt*.

Verſ. 13. Graves iterum undæ nos involvent. *Vulgat.* I. dat, *Spiritu Ejus ornavit cœlos*, *& obſtetricante manu Ejus eductus eſt coluber tortuoſus*. Veteres more ſuo Allegoriam ſectati, prius Colon ad *prædicatores Euangelii donis Cœleſtibus ornatos*, itemque *Angelos*, applicuerunt: poſterius ad *Diabolum e ſocietate bonorum Angelorum*, vel & *Eccleſia*, *eductum Dei manu & potentia*. Vide *Gloſſ. Ordin. Lyran.* &c. Id ita colorare nititur *Doct. de Pined. Dæmonis expulſione videtur potiſſimum Deus expoliviſſe*, ornaſſeque, *ſupremos cœlos*, *& quaſi per* Obſtetricationem *ex illis lucidis ſedibus* protuliſſe, *in has inferiores tenebras*, *ſerpentem Antiquum*. *Niſi velis potius* parturitionem *hanc referre ad pœnas ſempiternas* &c. Mox tamen nuncium argutiolis hiſce mittens, *quod in iis cohærentiam deſideraturus ſit Lector non oſcitans*, de ſuo II. depromit *Meteorologicam deſcriptionem fulgetrorum* & *fulminum*. Ac primo quidem *Fulgetra* elicit ex priore membro, quaſi *cœlum ornare*, valeret, *in mediis tempeſtatibus nubiferam regionem illuminare fulgoribus coruſcis*. Secundo *Fulmen* miro acumine extundit ex *Colubro tortuoſo* poſterioris Coli, *quod obſtetricante Dei manu a nubibus parturiri* videatur, dum *recurvo tractu impulſum*, *triſulcum*, *ſcintillas ardentes vomens*, *ſumma celeritate fertur*. Feriunt hæc, & velut præſtringunt aciem; neutiquam tamen e tam ſolido lucent, quam credidit Vir Eruditiſſ. fidentius pronunciare auſus, *non ſolum poſſe*, *verum etiam debere ſic accipi has imagines*. Nimis ſane arbitrarium 1. *Cœlos ornatos* reſtringere ad *fulgores e nubibus promicantes*. 2. Nimium *Ænigmaticus* ille *Coluber tortuoſus*, pro *fulmine*. Quid quod בריח diſtinguatur a *tortuoſo*? *Eſaj.* 27: 1. Mitto alia vel arguta nimis, vel precaria. Laudo interim conatum nobili ingenio dignum; quem ita forte plauſibi-

biliorem feciſſet, *parturit manus Ejus Colubrum penetratorem.* Satis libere III. Doct. *Beza*; *Cœlos inenarrabili pulchritudine exornavit, & ſpiræ illæ ſuis gyris cœlos undique ſerpentium inſtar percurrentes, ſunt opus manibus ejus tornatum.* An non & hoc plus quam *Ænigmaticum*? Ejuſdem generis eſt quod R. *Levi* IV. circumſcribi velit *viam Lacteam, quæ longis tractibus per Cœlum ſerpat.* Ad rem facturum putavit *Codurc.* ſi adderet, *Anguis* בריח *fugientis nomen inter omnia ſidera quadrare in* Galaxiam; quia *finibus ſuis fugit aciem intuentium.* Confer *Vatabl. Grot. Patric.* &c. &c. *Criuſoz.* V. maluit *orbem ſigniferum*, ſive *Zodiacum.* Aliis VI. placet *Conſtellatio Draconis*, *ſeptenis*, ut volunt, *Orbibus ſeſe circa Urſas intorquentis.* Huc acclivis *Calvin.* itemque *Grot. ſi modo*, inquit, *tam veteres, quibus utimur, Aſteriſmi.* Magna dubitatio: de qua ad *Cap.* 9. Paulo aliter VII. *Boch. Hieroz.* 2: 5. 13. ubi נחש בריח *Eſaj.* 27: 1. ad *Piſcem Zygænam*, *cujus capiti tranſverſus additus vectis*, referens, iſto quoque nomine adfectum fuiſſe a *Phœniciis* aliquod *ſidus*, conjectat. Conſentit Cl. *Cler.* nec ego in *Juvenil.* melius quicquam diſpiciebam, tentans interim בריח *ominoſum, infauſtum*, partim *ſidus*, partim *animal ſerpens*; in figuram ſimul *Leviathanis* & *Diaboli Eſaj.* 27: 1. Diſſenſionem profitetur Cl. *Vitr.* ad *Eſaj.* 27: 1. bonis uſus rationibus; & *ſerpentem rectum* utrobique reddens. Magni illius Viri de h. l. opinionem VIII. hinc abeſſe nefas; *Non eſt neceſſe*, inquit, *intelligere* ſignum *aliquod* Cœleſte, *quale* illud *Draconis*, *vel ſimile quid. Vir ſanctus hic in medium profert ſummum ſpecimen operum Divinorum in* terris, *cœlo oppoſitis. Hic vero an intelliges* Cetos, balænas, piſtrices? *equidem ſunt belluæ magni & vaſti corporis, magna potentiæ Divinæ exempla; ſed præter magnitudinem parum habent ſingulare, quod mireris. Quid itaque? intellige ſis Crocodilum, cujus hoc aſſero eſſe Epitheton*, ſerpens rectus, *unice loco Jobi quadrans. Eſt enim creatura Dei, tam mirabilis, quam terribilis. Ille* Serpens *eſt, quatenus breviſſimis pedibus* reptat *magis, quam* graditur. *Eſt ſerpens* בריח Rectus, extentus, *quia ſe non volvit in ſpiras & gyros* &c. *Eſt autem* ברח *vere & proprie* extentum eſſe in rectum, *unde* בריח *vectis*, & ברח *fugere, recta videlicet linea* &c. Doct. *Belg.* IX. ſuſpenſo pede procedunt, *vaſtæ molis Colubrum, ſive marinum, ſive terreſtrem ſignari* monentes. Cl. *Cocc.* X. gradum figit in *Balæna*, quæ *ſerpens penetrans* dicta, *quod celeri & impetuoſo motu in directum feratur.* Subnectit, *Clarum eſſe e contextu ſumma imis conjungi; eoque ipſo commendari Divinam potentiam & providentiam.* Conſimile judicium *Merceri*, *Mirum non eſſe a Cœlo inchoatum verſum, finiri in mari, quod duo admiranda Dei opera in duobus diverſis & remotiſſimis locis oſtendere voluerit* Noſter. Idem *Serpentem fugacem & penetratorem* reddi poſſe autumat; quamvis & *Vectem* retinere conetur, ut ſit *Serpens vectis more, ab uno extremo januæ ad aliud permeantis, ſpatioſus.* Confer *Jun.* & *Trem.* qui tanquam dubio vacuum tradunt *Balænam appellari vectem maris ob immanem longitudinem.* Omnibus his חללה eſt vel *peperit*, vel *formavit*, a חול; quaſi ageretur de *Specimine potentiæ Divinæ in tam vaſta bellua producenda*, ſive jam *balæna* ſit, ſive *Crocodilus*, ſive aliud *monſtrum.* Commonuit tamen *Merc.* alios vertere *vulnerat, percutit, dolore adficit.* Poſterius item a חול: prius a חלל. Hinc exſculpſit *Nachmanid.* XI. quod quum *Cœlum nubibus, pulſis ſerenatur*, etiam *mare ſedetur, atque tunc a Deo* quaſi *vulneretur & compeſcatur, Cetus, qui motu ſuo mare turbabat, fluctuſque concitabat.* Rabbinum olet. Vicinum quod *Bolduc.* XII. auſus; *Solo mentis actu, velut ſpiramine, planicies maris fit pulchra, ut cœlum ſerenum: occidit manus ejus Cetum, qui Rex draconum eſt.* Nempe שפרה ei *pulcritudo*, unde prius Colon ita reddit, *in ſpiritu ejus Cœli pulcritudo* facta eſt mari pacato. Subdit, *pacati maris malaciam* a Noſtro *comparari cum cœli ſereni venuſtate & limpiditate*: quin innui, *in abyſſo ſic placata, tanquam in ſpeculo, cerni poſſe Cœli pulcritudinem*, i. e. *omnium ſiderum ordinem, figuram, ſplendorem* &c. Proh luxuriem! quæ & in בריח profuſiſſima; quum *hoc nomine denotari* ait *eximiam fortitudinem, qualis in vectibus, quibus onera graviſſima deferuntur: & quidem eadem analogia, qua Reges, fortiſſimi-*

que *Duces*, *quibus ſuſtentatur Regnum*, *vel Exercitus*, *vocantur Vectes*. &c. &c. Hæc extra oleas vagantur. Intra eas neſcio an ſatis manſerit Cl. *Guſſ.* XIII. ſub חול, ubi formam חולל *parere fecit* exponendam eſſe ubique contendens, noſtrum locum ſic convertit; *parere facit manus ejus ſerpentem tranſverſarium*. i. e. *Cetos*, per quos intelligatur *Cetaceorum ſpecies*, *quæ contra piſcium morem vivipara*. Adjicit, *Non dubito poſt Cœlorum mentionem*, piſcem *admittere*. *Nam hocce caput fere de rebus cæleſtibus & marinis promiſcue agit*. Miſcuerunt Expoſitores: non *Jobus*. Subtexit deinde, multis interjectis, *Eſaj*. 51: 9. מחללת תנין *Parturire faciens Balænam*, *in diviſione maris Rubri*. *Non realem partum ſignificat*, *ſed dolorem &c. Haud ſcio an idem ſit ſenſus Job*. 26: 13. Poſterius hoc, *dolore & cruciatu adficit Cetum*, a Cl. *Schmid*. XIV. jam propoſitum fuerat, & quidem in mera *Allegoria*; per quam *adornatio Cœlorum* intelligenda ſit *de Cœleſti gloria & beatitudine Angelorum*, *& beatorum*; cui opponatur *cruciatus æternus Diaboli & angelorum ejus*. Id ad luſus veterum, quos *num*. I. tetigimus, nos retrahit; ut incertiores jam tandem, quam acceſſeramus, dimitti videamur.

Ibid. Ad vocabulum שפרה ſpeciatim haud levis exiſtit fluctuatio. *Ab. Eſræ* l. ב *pleonaſtice* poſitum, ut ſit, *Spiritus ejus cœlos ornavit*; in 3. *fœm. præt. pih*. omiſſo *Dagesh*. Id amplexus *Forſt*. niſi quod maluerit, *Spiritus ipſius cœlos explicavit*. Nempe Radix שפר, cujus genuina notio non ſatis explorata, ei, alliterationis facula prælucente, eſt idem quod פרש *expandit*, & פשר *explanavit*. Erratici tales igniculi. Alii II. præeunte item *Ab. Eſra*, *He Paragog*. adſcivere; ut in 3 *maſc*. referatur ad *Deum*; pro שִׁפֵּר. *Merc*. III. quod iſta *Paragoge* in *præs*. vix occurrat, maluit *verbum Quadriliterum* adoptare, formæ תחרה. Idem voluiſſe videtur *Jurch*. שפריר *Jer*. 43: 10. huc transferens, quaſi eſſet, *tabernaculi in modum extendit*. Cl. *Cocc*. IV. per *Aſyndeton* ad יד pertinere autumat, ut ſit, *Manus ejus in* vel *cum ſpiritu ejus ornavit cœlos*; *peperit Balænam*. Myſterium S. *Triados* eo pacto hinc elucere cenſet ἰσχύν. Cl. *Schmidio* nil ſimplicius, & Theologo magis congruum. Scilicet *Manum Dei* hic interpretatur *Filium Dei*, qui alias *Potentia Dei*, quæ & ipſa *Manus Dei*. Nollem ut *ſimplex* commendari, quod valde implicitum; nec ſtylo ſacro congruens. R. *Levi* V. *ſubſtantivum* facit, formæ אמרה, in hanc mentem, *Spiritu ejus Cœli pulcritudo*, pulcrum quid, *ea venuſtate*, *ut major & abſolutior eſſe nequeat*. Calculum ei, cum aliis, adjunxit Cl. *Guſſ.* At judicio Cl. *Cler*. *durum loquendi genus* ſic inducitur. Mallet ille *delere* vel ב *in* רוח, *vel* ה *in* שפרה, *& legere* שפר. Apponit, *ut in tam antiquis monumentis*, *Lingua non ſatis nota*, *nihil facile mutandum*, *aut librariorum culpæ tribuendum*; *ſic quoque ſomnium eſt Judaicum*, *ne unum quidem leve mendum irrepſiſſe in libros Hebraicos*. Adjecta & alia in eundem ſcopum, de quibus nunc diſputare haud vacat. Si licentia Critica iis ſe terminis contineret, quos hic figit Vir Doctus, hoc eſt *ſenſum Hebraicum non mutaret*, haud multum damni, periculive, inde redundaret. Sed qui aliquo in loco ב vel ה delere jubet, ut receptus ſenſus paulo rotundior, nitidiorve, ejus judicio, evadat; an non ponticulum ſibi, aliiſve, ſternit, ad conſimile quid tentandum in aliis, quæ plus damni, periculive ſint tractura? Exempli gratia ברוחו levi mutatione fieri poterit בדברו *in verbo ejus*, nec opus erit torſiuncula, qua *ſpiritu ejus* exponitur *ſpiritu oris ejus*, ſeu *verbo*. Quid ſi evicero Lectione illa, *per Spiritum ejus Cœlum pulcritudo*, nil ſanius, nil venuſtius eſſe? Sane ne ſenſu quidem illo, quem exhibebat R *Levi*, *multo pulcherrimam & abſolutiſſimam eſſe Cœlorum ſabricam*, quicquam merito carpas: quum *abſtracta* pro *concretis* inter virtutes orationis numerentur, atque a ſublimiore ſtilo adfectentur ambitioſiſſime. Non tamen in eo ſenſu, ad quem & reliqui tendunt fere, acquieſco, quod iſta *magnificentiſſima Cœlorum architectatio* ſuperius depicta fuerit. Series omnino nunc exigit, poſt *tremefactas Cœlorum columnas*, inter *tempeſtates tonitrubus & fulminibus gravidas*, eorundem *diſſerenationem*, &

pa-

pacatiſſimam ætheris tranquillitatem. In hanc mentem nil pulchrius, ſublimiuſve, quam, *per Spiritum Ejus cœlum claror, nitor, ſplendor merus*, qualis eſt Auroræ, quum *tenebris fuſcatus aër fulgore jucundiſſimo aureſcit*, ut ait *Varro*. Radix שפר *πρέπειν pulchrum eſſe*, primario valuiſſe videtur, *nitere, renidere, clareſcere, diluceſcere.* Inde *Chald.* שפרפרא *Aurora*, quæ *Syris* שפרא, *Arabibus* سفر שפר, latiore tamen uſu complectens بياض النهار *Albedinem* & *claritatem diei*, ut *Gjauh.* docet. Materia *Originibus* deputanda.

Ibid. Conſtituta voce שפרה, & oratione *Jobi* ad juſtiorem ordinem revocata, magna nobis acceſſio facta lucis, ad totum huncce verſiculum clara in die collocandum, atque ex ſententiarum fluctibus emergendum. Apparet nempe meram *Allegoriam*, de qua *num.* I. & XIV. viſum, ſtare non poſſe. Cadunt item, & ſponte defluunt, quæ *num.* II. III. IV. V. VI. VII. extant. Nec *numeris* VIII. IX. X. XIII. quicquam loci, ſi teneatur *formatio* aut *parturitio monſtri*, vel *Nilotici*, vel *marini*. Omnino חוללה valere debet *percuſſionem* talium monſtrorum, *interfectionemque*, ut eorum *cadavera fluitantia*, & *in ſcopulos*, aut *arenas*, *ejecta*, argumento ſint, *procellas deſæviiſſe*, atque *tranquillitatem undis rediiſſe.* Aliquid ſimile obverſatum iis, quos *num.* XI. & XII. poſui. Hi argutiis quæſitis intricarunt, quod non infeliciter extricare potuiſſent. Scilicet, ut prius Colon *diſſerenationem cœli* exhibet, ita poſterius ad *pacationem maris turbati*, poſt *ſtragem belluarum*, omnino referendum, ut membra membris reſpondeant; atque prius verſui 11. poſterius *Vſ.* 12. rite ſubcinat. Sic itaque vertendum cenſerem, *per Spiritum ejus Cœli merus fiunt claror: manus ejus proſtravit*, & in prædam abjecit, *Draconem marinum: Leviathanem* &c. Hanc ſcenam ſiſtit *Pſ.* 74: 13. *Tu ſciſſo mari tuo robore conſcidiſti capita Draconum ſuper aquis. Contriviſti capita Leviathanis, cumque dediſti in prædam deſerticolis.* Agnoſco enimvero inſignem *Allegoriam*; ſed *Allegoria* omnis ſupponit *Literalem ſenſum*, cui ſublimior ſuperſtruatur. Eadem ratio *Eſaj.* 27: 1. quod ut nemo *Myſticum* eſſe negaverit, ita *effecta potentiæ Divinæ in belluas marinas* fundamenti loco ſubſternenda eſſe item inficias iverit nemo. Redeundum præterea ad *Eſaj.* 51: 9. ubi *Brachium Domini* inducitur *exſcindens* רהב *molem formidoloſam*, מחוללת תנין *gravi ſtrage* in prædam *profanans* & *abjiciens monſtrum marinum.* In eo argumentum eſſe *ſtrati* & *ſedati* ſimul *Maris*, docebit collatio *Pſ.* 89: 10. 11. *Tu dominaris in ſuperbiam Maris, quum tollunt ſe fluctus ejus, tu mulces eos. Tu contriviſti* כחלל רהב *ſicut profanum* ad cædem & lanienam omnem *formidoloſum robur* monſtri marini. Quando ergo & in noſtra hac ſerie *Vſ.* 12. præceſſit מחץ רהב *percuſſio letalis monſtri marini* inter furentes procellas, quæ *Mare e ſuis* velut *ſedibus tollant*, non liberum, nec integrum, ſi quid video, interpreti, חללה inde divellere, atque *ſtragem* & *lanienam Cetorum* ex oculis dimittere, quæ a *rad.* חלל prono alveo decurrit. Hanc præ חול, unde חולל eſſet *dolore adfecit*, commendat כחלל ex *Pſ.* 89: 11. modo adductum.

Ibid. Terram jam videre mihi videor; vela colligam proinde, & quid mihi hic iterum iterumque meditanti inhæſerit, verbulo complectar. Duplicem ſubeſſe putem ſenſum. Si *Literam* I. ſpectemus, רוח *Spiritus* hic *ventum* commodiſſime deſignabit, ut exiſtat, *per ventum ejus*, fugatorem nubium, *Cœlum lucida ſerenitas: manus ejus proſternit* נחש בריח *Serpentem dirum, monſtrum ominoſum*, eo adſpectu, quo declaratum. *Serpens vectis* a *Cl. Cocc.* & *Vitr.* rejectus merito. *Serpens penetrator* vel *Serpens Rectus, recta pergens*, pro *Crocodilo*, lumen habet, & acumen. Sed ברח eſſe *extendi in rectum*, & inde *fugiendi* notionem aſſumtam, ſupponitur a Viro Magno, non probatur. Hæ, & aliæ aliorum opiniones, circa nomen haud dubie aliquid *grave* & *dirum* ſonans, aliis curis ſeponendæ. Mihi interim tenere liceat *Serpentem ominoſum*, *infauſtum, peſſimi augurii:* de quo aliquid libatum in *Juvenil.* Titulus ille in *Crocodilum*, &

14 En hæ ſunt extremitates viarum ejus! & quid Sphærula Verbi quod audivimus! & tonitru Magnificentiarum Ejus quis intelligat!

14 הן־אלה קצות דרכו ומה־שמץ דבר נשמע־בו ורעם גבורתו מי יתבונן :

& *alia monſtra*, ſatis quadrat Eximie autem convenit *Serpenti antiquo*; quem *Leviathanis* emblemate veſtiri notum. Hinc ſublimior II. conſpectus ſponte ſubnaſcitur; quo *Cœli Spiritu Dei*, *flatuque vitali*, *ſerenati*, vel *in ſerenitatem ridentiſſimam hilarati*, *poſt ingentes procellas*, commodiſſime repræſentant *renovationem & recreationem omnium rerum*, quam Deus Eccleſiæ promiſit, atque præſtabit in conſummatione ſeculorum. Tunc *Serpentem* illum *antiquum* penitus *confectum*, pedibuſque ſuis ſubjectum, videbit Dei populus, de eoque glorioſiſſime triumphabit. *Merc.* cum *litera* aliquid *ſublimius* requiri non diffitetur, quum *Eſaj.* 27: 1. *Satanam* allegorice intelligi monens, addit, *& hunc locum*, *ſi libeat*, *illuc ſecundario poſſe referri.* Mox tamen, quaſi nimium dediſſet, *Quum miranda Dei opera*, *in hac mundi fabrica*, *ſuſceperit commemoranda*, *hoc loco haud temere Allegorias recipiendas cenſeo.* Implicuit eum τὸ חללה *formavit*, quod ad *Allegoriam* non quadrat. Interim non temere *Allegoriam* a nobis ſuſceptam, vel initium grandiſonæ hujus orationis vincat, ubi *Manes Orcinorum fulmine maledictionis æternæ percuſſos*, itemque *Orcum*, & *perditionem*, in argumentum tremendæ Majeſtatis Divinæ, tangi vidimus. Non abhorret ergo, ut & in eo terrore, oblique ſaltem admoto, deſinatur. Sint interim judicii libera, & quem *Allegoria* hic non delectat, ei *literam* noſtram tenere lubens permitto; vel & commodiorem veſtigandam committo.

Verſ. 14. Admirabilis clauſula, in qua pandenda magnæ & miræ iterum diſſenſiones. *Vulg.* I. *Ecce hæc ex parte dicta ſunt viarum ejus*, *& cum vix parvam ſtillam ſermonis ejus audiverimus*, *quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri*? Luxuries *Allegorica* Veterum ſibi hic mirifice indulgens, *parvam ſtillam* diſtorquet ad *Aſſumtionem formæ ſervi*, *quæ ad comparationem Dei aſſumentis ſtilla permodica ſit* Item *tonitruum magnitudinis* ad *Divinitatem Chriſti*, vel & *terribilem adventum* die noviſſimo. Saniora II. *Vavaſſ.* ſtringit, *Quæ proxime commemoravi*, *quota portio eorum ſunt quæ Deus Numine ſuo adminiſtrat & exequitur*? *Tranſlate & concinne dicta omnia*, *audire*, *intueri*, *ſtilla*, *tonitru*; *tonitrua fere comitatur vehemens imber.* שמץ cur Ἰκμάδα & *ſtillam* expreſſerint Veteres, reperies ad *Cap.* 4: 12. Rabbini utrobique *exiguum quid* adſcivere, ex quorum mente III. *Merc. Ecce hæc extrema viarum Ejus*: *& quanta exiguitas audita eſt*, vel *audivimus*, *de eo*? *craſſiores ſumus quam ut vel milleſimam partem operum Ejus delibare queamus. Et tonitru fortitudinum Ejus quis intelligat*, *pro dignitate & merito*? Subnectit, *Tonitru ad literam a quibuſdam exponitur*, *quod ex eo ſumma Dei potentia cognoſcatur*; *ſed præſtat ut metaphorice accipiatur*, *pro vi & magnitudine.* q. d. *Quis comprehendere poſſit ingentes Domini virtutes*, *quæ velut vocem Tonitrui more attollant.* Similia habet *Vatabl.* qui רעם per *vim* expreſſit; *Calvin.* per *terrorem.* Adde *Belg. Druſ. Patric. Crinſoz.* &c. qui *magnitudinem tremendam virtutum* vel *potentiarum*, i. e. *fortium factorum*, per *tonitru* figuratam ſtatuunt. *Codurcus* IV. שמץ exponit *fruſtum*, *fragmentum*: & בו *in eo*, ad *ſermonem Jobi* referendum opinatur. Idem ait, *Conferre ſe quæ Eſaj*: 6. *de fimbriis Dominicæ veſtis memorantur. Nempe ſummus etiam limbus earum totum orbem occupat. Ita & Jobus ſe ſumma tantum capita tetigiſſe indicat gloriæ divinæ* &c. Iſtæ *fimbriæ* hic male aſſutæ: nec bene ſutum, ſartumve, quod ſubditur, *Quodnam tonitru poſſet repræſentare laudem potentiæ ejus*? i. e. *Nulla tanta vox*, *quæ poſſit aſſequi laudem immenſarum Dei virtutum.* Vicinum eſt V. quod *Eugub.* captavit, *Quum ego vix minimam Divinorum operum particulam balbutiendo recenſuerim*, *quid ſi alius quis vocem adferret Angelorum*, *& velut tonaret ac fulminaret*? Hæc longiuſcule abeunt. Propius VI. *Jun.* & *Trem. Tonitru ſummæ potentiæ Ejus quis intelligat*? i. e. *Ipſum intonantem*, *& loquentem coram.* Cl. *Cocc.* VII. שמץ *ſuſurrum*

rum

rum ſonare ſupponens, & מה non *extenuare* ſed *exaggerare*, hanc faciem exhibet, *Ecce hæ oræ viarum ejus! & quid eſt ſuſurrus verbi, quem auſcultemus? Sed tonitruo fortitudinum ejus quis attendet?* Hæc ita declarantur. *Primo diſtinguit hæc opera & effecta ab aliis majoribus quæ fecit, ſupercœleſtibus, tanquam oras viarum, ſive lineas quaſdam adumbrantes potentiam Ejus* &c. &c. *Deinde opera hæc nominat* ſuſurrum ſermonis; *ab uſu & fine. Sunt enim opera Dei ſignificativa: indicant gloriam auctoris Pſ.* 19. *Rom.* 1. *Sed non ſunt* ſermo clarus, *verum* ſubmiſſior ſuſurrus, h. e. *indices leniores ac benigniores, & quaſi puerorum magiſtri, non omnia docentes, ſed captui accommodata.* מה *Quid* i. e. *quanta res eſt! Non* quantillum, *ſed* quantum! *Si illæ* oræ viarum & ſuſurrus ſermonis, *quem audimus, tanta res eſt, quis tonitru ejus audire poterit?* Tonitru fortitudinum *vocat* ſermonem clarum fortiter prolatum, *quod ſit veluti* Tonitru maximum. *Hoc vult: Neminem eſſe tam capaci & valido ſenſu, ut auſit ſuſtinere tantum Tonitru, & ei attendere: ac non potius aut deprecetur, aut exſurdeſcat eo verberatus.* Subjungit, *Jobum innuere, etiamſi opera Dei captu noſtro majora ſint in tantum, ut pavorem potius adſerant, quam* congrediendi fiduciam, *tamen Deum ad iſtum modum non eſſe adſtrictum; Eumque tam poſſe mitem ſe atque affabilem manifeſtare, quam plenum tremendæ majeſtatis.* Scilicet de *Libertate accedendi ad Deum* diſputari cenſebat, ut ad *Vſ.* 5. vidimus. *De Pined.* VIII. germanum ſibi olim viſum profeſſus, ut *tonitruum magnitudinis* ſit *Divinæ virtutis immenſitas*, & *vis admirabilis efficiens magnificentiſſima naturæ miracula, ad quæ audita, aut conſpecta, attoniti ſtupeſcant mortales*, deſcendit tandem in *Nicetæ* expoſitionem, atque de *Tonitruo* proprie dicto agi cenſet, cujus *rationem phyſicam* nemo valeat explanare. Doctius hæc, quam ſolidius, exequitur: nam quicquid e Sacris profaniſque congeſtum, ad *Tonitrui miracula*, & *Majeſtatem Divinam* veluti, utpote quo *reſerata mugiant aurea Templa mundi*, id peræque quadrat in *figuratam* interpretationem, eique pondus & decus eximium addit. Provocat enimvero Vir Erud. ad *filum non interruptum:* ſed quod ipſe ſibi nimis argute nevit, quaſi *continuaretur deſcriptio tempeſtatum*; & *Serpens tortuoſus*, in *Vſ. præc.* pingeret *Fulmen.* Videmus interim, quid Eum huc adegerit. Sed quid traxit IX. Cl. *Schmidium* cujus calculus ad *Vſ.* 13. longe aliter ſubductus? Illi שמץ eſt, *ſonus auditus in aëre, atque in verba formatus:* conſequenter, *notitia inde hauſta.* Concluſionem hinc talem format, *Si Majeſtas Dei digne exponenda foret, longe majora fuiſſe dicenda, ſed eo noſtram in hac vita ſcientiam non poſſe pertingere, quod vel ex uno* Tonitrui exemplo *pateat: quod nemo perfecte queat inveſtigare. Eſt autem Tonitru potentiarum, per modum ſuperlativi, quod ſummam potentiam Dei manifeſtiſſime & validiſſime demonſtret.* Subdit ad finem, *Ita non video quid* tropo *opus ſit.* Ad hoc exemplum Cl. *Cler. unde oriantur Tonitrua, quæ ſunt potentiæ ejus eximia ſpecimina, quis ſcit?* Simplicius adhuc Cl. *Mich. Tonitru roborum ejus* exponit *Validiſſimum.* Mihi obſervare liceat; 1. Nimis abruptum eſſe hoc ſpecimen *potentiæ* Dei; neque orationem ſic ſatis commode claudi. 2. Non tam abſtruſam eſſe rationem *Tonitrui*, ut reliqua Naturæ miracula præ ſe deleat: & tanquam imperſcrutabile quid ſupra alia omnia evehatur. Senſit ſcrupulum *Doct. de Pined.* eumque levare conatus eſt. 3. Dei potentia immenſa jam luculentiſſime deſcripta per *concuſſionem columnarum Cœli*, inter *tonitrua* & *fulmina*, *Vſ.* 11. adeoque *Tonitru* ita ſumtum hic nimis langueret. Itaque ſi *tropum* tollas, ex lucidiſſima oratione obſcuram, ex ampliſſima efficies anguſtam, atque tibimet tua veluti obſtrues lumina. Laudandus X. Cl. *Reim.* quod cum *Litera Tropum* conjunxerit ſaltem, in hanc mentem, *Quam exiguus ſuſurrus qui a nobis auditus de eo! Verum quis intelligat Tonitru potentiarum* i. e. *præpotentium factorum Ejus*, eaque condigne conſcribat? Alludi putat ad eum qui procul percipiens *ſonum ſubmiſſiorem*, neutiquam tamen judicare valeat de *tonitruum fragore & robore.* Credo id voluiſſe virum Doctiſſ. *quæ nobis jam innotuere de Deo, ejuſque immenſis virtutibus, eſſe veluti ſuſurrum, in comparatione ad Tonitru.* Si explorata foret iſta poteſtas, jucundam imaginem lubentiſſime amplecterer; ſed ex שמע *auditio*, שמץ pro *ſuſurro* aſſumtum a Cl. *Cocc.* non valde firmo nititur talo. Diſcuſſum ſupra *Cap.* 4: 12. ubi ex conjectura, fulta uſu *Arabici* سبط, obtuli *ſphærulam*,

lam, lineam margaritarum; & figurate, *ſeriem orationis, pulchre connexam, & tanquam gemmis*, ac *margaritis, diſtinctam.* Eam *Figuram* hic aptiſſime ſedere, adfirmare auſim XI. *Ecce hæ ſunt extremitates viarum Ejus! & quid* foret *nexa ſeries* veritatum, *quæ audita*, vel, *quam audivimus*, (נִשְׁמַע ad utrumque ſe præbet) *de Eo? atque tonitru potentiarum Ejus quis intelligat*? Vides effloreſcere ſua ſponte diſtinctionem inter id quod omnibus ex æquo inculcant *Opera naturæ*, & inter *Veritates ex revelatione hauſtas.* Eas gemmula exquiſitiſſima orationis appellat Noſter שֵׁמֶץ דבר *Sphærulam Verbi*, ad imitationem *Eliphazi*, qui *Verbum* ad ſe *ex Revelatione perveniſſe* gloriatus fuerat, *unde Auris ejus* שֵׁמֶץ *Sphærulam*, & *nexam ſeriem veritatum cœleſtium* accepiſſet. De illo *Verbo revelationis* agi & hic, colligere eſt ex נִשְׁמַע, ſive *Audivimus* vertas, ſive *Auditum eſt* בו *de Eo*. Mollius fuerit בו ad דבר relato, *quod* Audivimus. מה *Quid*? cum admiratione, & exaggeratione, ut *Eccl.* 11: 2. מַה יִּהְיֶה רָעָה *Quid futurum ſit, malum*? &c. pro *quantum*? Item *Cant.* 5: 9. *Quid dilectus tuus præ dilecto alio*? Adde *Pſ.* 8: 2. *Cant.* 4: 10. &c. Ita & hic, & *Quid verbum* illud revelationis *ex veritatibus omnem captum ſupergreſſis contextum*! Quæ non cogitatio iſtarum rerum ponderi infinito ſuccumbat? Quæ mens *Tonitru* illud *potentiſſimum Oraculorum Divinorum*, quo, ex ore ipſius Dei, aures noſtræ circumſonant, percipere valeat? ac non eo potius in ſacrum horrorem, ſtuporemque, conſigatur? رعد وبرق *Tonare & fulminare* pro *Magnifica oratione percellere, in admirationemque rapere*, non *Athenis* notius, quam *Arabiæ.* Speciatim iſta formula, vel & alterutrum iſtorum verborum, concelebratur in *magnificis promiſſionibus*, anſa arrepta a *nubibus pluviam promittentibus*, dum vel *tonant*, vel *fulminant*, vel utrumque ſimul faciunt. In *comminationibus* non minus hæc duo frequentari, vel me tacente intelliges. En jam רעם גבורתיו *Tonitru Magnificentiarum Ejus*, ſecundum omnem amplitudinem *Verbi revelati*, quod tum *promiſſionibus*, tum *comminationibus ſuis*, Numinis immenſi & Æterni reſonat & pandit Majeſtatem; ac præſertim *Sanctitatis & Juſtitiæ infinitæ* radiis oculos animoſque præſtringit.

CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM.

Verſ. 1. Perrexitque Jobus ſententioſum ſuum promere ſermonem, & dixit.

2 Vi-

Verſ. 1. וַיֹּסֶף איוב שאת משלו ויאמר׃

2 חי־

Verſ. 1. In Argumento hujus capitis proponendo laboratur. Non nimis appoſitum hocce *Erud. de Pinedæ* I. *Ex eo quod tam conſtanter de Deo, tamque vere & ſolide loquatur* Jobus, *confirmat iterum ſuam innocentiam, ſuamque de impiorum ſupplicio, & extremo interitu, ſententiam.* Subtilius II quod *Jun.* & *Trem.* poſt *innocentiæ* teſtificationem ſolemnem, Noſtrum *in eo eſſe* velint, ut doceat, *probos & improbos uſu adflictionum innoteſcere:* hoc eſt, *non ex afflictionum numero aut gravitate eos cognoſci, ſed ex animi conſtitutione; quod probi adverſis æque ac ſecundis rebus Deum invocare, in Eoque acquieſcere, & oblectationem capere perſeverent: quum hypocritæ plane dejiciantur de mente, ipſique animum abjiciant.* Diverſa mens, & ratio, III. Doct. *Merc.* cui a pleriſque ſubſcriptum. Is duo *Cap.* 27. & 28. ſimul complexus, eorum ſummam hanc conſtituit. *Primo, agnoſcere* Noſtrum, *impro-*

probos hic aliquando a Deo puniri; *nec exiſtimandum*, *quod antea de eorum felicitate dixerat*, *perpetuum a ſe cenſeri. Verum*, *ſecundo*, *occulta eſſe & impervestigabilia Dei judicia*, *atque quum reliqua omnia labore & induſtria hominis veſtigari & erui queant*, *Judiciorum tamen Dei rationes penetrari*, *& erui non poſſe*; *cur ſcilicet bonis mala*, *& malis bona ſæpe contingant in hac vita* &c. Neutrum tale, in quo acquieſci queat; quod & Vir Doct. ſenſiſſe videtur, quum ſubjungit, *Difficile eſſe mentem Jobi intelligere in his capitibus.* Sane haud credibile 1. Noſtrum tam ſubito Amicorum ſententiam, cui hactenus contradixerat, admiſiſſe, atque de pœnis improborum in hac vita eodem plane modo diſſeruiſſe, quo Triumviri. 2. Rationes cur Deus *bonis mala*, *malis bona* evenire ſinat in hac vita, non videntur eſſe tam abſtruſæ, ut omnis aditus ad eas nobis præſeptus, ac præciſus, dici queat. Cl. *Cocc.* IV. in alia omnia diſcedit, exiſtimans capitibus 27 & 28. *perorari cauſam Amicorum*, *quos juſtificare ſe poſſe neget* Noſter, *ob timorem peccati*, *quo bifariam retineatur*, *tum quod judicium Divinum contra conſcientiam peccanti juſte immineat*; *tum quod ſumma timoris Dei & peccati*, *ſit præſtantia*, *quippe qui timor vera ſapientia*, *cui omnia hujus Mundi bona nequeant comparari.* Hæc non e limpido manant. Cl. *Schmid.* V. ſtatuit, *Jobum occurrere voluiſſe ſuſpicioni*, *quaſi pietatem repudiaturus*, *& ad impietatem prolapſurus eſſet*, *quippe qui impios non ſemper adfligi diſputaſſet.* Poſtremum claudicat: & vel hic jam Vir Doct. potuiſſet ſentire incommoda explicationum ſuarum, quibus nobis *Jobum* induxit, graviſſima ſæpe judicia improborum exequentem, partim in terris, partim in tenebris exterioribus, eos male perditura. An qui ita diſputat, in ſuſpicionem venire poteſt transfugii, quod facere meditetur in caſtra impietatis? At ſi, quod noſtra fert ſententia, hactenus nimium adfectui indulgens Noſter, *felices vivere & mori impios*, *piis* vero *contraria omnia evenire*, animoſiſſime tetendit, paratiſſima ſane cum ſuſpicio, tum criminatio, iſta. In *Analyſi* ejuſdem Viri Doct. vereor ne cardines rerum minus accurate fixi ſint. In univerſum hic dicere liceat, nihil majorem apud me admirationem occupare, quam multiformes illas facies *Analyſium*, in quas excellentiſſimi Interpretes a ſe invicem diſcedere ſolent. Ea diverſitas tanta ferme, quanta lineamentorum in vultu. Suus interim vultus, & ſua lineamenta, quemque maxime delectare ſolent; idque tenerrimo iſti ſenſui, quo nobiſmet intime commendati ſumus, humaniter condonandum, ſi modo ſuam quiſque formam pro formoſiſſima publico oſculo excipi non jubeat: aut ſi non propterea ſibi aſſenſionem deberi cenſeat, quia *Analyſin* ſic ſatis rotundam, deductamque, *Hypotheſi* ſuæ accommodare valuit. Id quoque mihi addere concedatur, per eſſe lubricum, & intutum, ut primo *Hypotheſis* jaciatur, ad quam deinceps concepta *Analyſis* regat & moderetur explicationem verborum & ſententiarum; cum ex verbis rite enucleatis, & expenſis, juſta demum *Analyſis* efflorescat, quæ *Theſin* jam ipſa trahat, non autem ab ea trahatur. Hæc paulo pluribus, quod notaverim, cum hic, tum alibi, ex *Analytica* ſubtilitate præſidium quæri pro hac vel illa *Hypotheſi*, eamque ſatis ſolide ſtabilitam videri, ſi in partes & membra ſeſe ſecandam ſat commode præbuerit. Ne ergo id ipſum peccem, quod peccare fecit etiam maximos Virorum, integra omnia mihi & Lectori meo ſervabo, atque jam de *Scopo*, *nexu*, *argumento*, *Capitis* hujus, nihil præmittam, nec præjudicabo, ſed judicium illud ipſi *Jobo* deferam, id eſt, ejus Linguam explanare conabor, ut illa tandem in re gravi & obſcura decidat.

Ibid. Novum quid, & grande, habet formula nova, *perrexitque Jobus figuratam ſuam dictionem extollere.* Ea inſinuatum videtur, poſt tam illuſtre & magnificum de Deo præconium, quod non ſine inſtinctu adflatuque ſacro ediderat, ejuſdem Numinis impulſu majores Noſtro animos acceſſiſſe, ut de Amicis in ſilentium transditis veluti triumpharet. Credibile eſt totum Conſeſſum præcedentis Orationis flumine, lumine, fulgure perculſum, viro tam ſublimia diſſertanti, & ſublimiora adhuc de immenſa Dei Majeſtate ſentienti, adſtupuiſſe, ejuſque veneratione perfuſum fuiſſe. Credibile quoque, Amicos ipſos vehementer commotos, quod a Contemtore Numinis, ejuſque gratia vacuo, talia & ſenſa, & verba, proficiſci non poſſe, facile agnoſcerent. Acceſſit extraordinarius, ut ſuſpicor, motus, ardorque, quo Noſter Deo plenus, Divinum quendam hominem, vultu, geſtu, lingua, gerebat. Vel convictus itaque, vel conterritus *Tſopharus*, quem tertius nunc orbis certaminum tangebat, ſilet.

2 Vivit Deus, qui abſtulit Judicium meum; & Omnipotens, qui amarulentam reddidit animam meam.

3 Ete-

2 חי־־אל הסיר משפטי ושדי המר נפשי׃

3 כי־־

let. Silent & ceteri cenſores, atque victoriam quodammodo Noſtro concedunt. Hoc intentum videtur phraſi, *Et addidit*, *perrexit*, *Jobus* ישאת משלו. *Mercero* eſt, *loqui per parabolas*, i. e. *ſermone figurato*; *quia ſub tectis verbis & ſimilitudinibus magna erat prolaturus:* ut *Cap. ſeq. parabolam de metallis attulit* &c. Cl. *Cler.* intelligit *orationem refertam metaphoris*, additque exempla nonnulla ex hoc capite. Hoc ſenſu tota conflictatio *Jobi* & *Amicorum* dicenda eſſet משל *oratio referta metaphoris.* Id voluiſſe videtur Cl. *Schmid.* ex verbo *Addidit* colligens, etiam qui præceſſere ſermones *Jobi* nomen iſtud mereri, quod ſonare cenſet *ſermonem in vulgus publicandum*, *& in proverbium abiturum*. Cl. *Coccejo* ſimplicius valet *proferre ſententiam ſuam*, ἀποφαίνειν τὴν γνώμην. *Bolducius* indicari autumat a *contentioſo genere diſputandi* tranſitum factum ad *quietum & parabolicum docendi*; ſub alluſione ad מושלים *Parabolizantes*, i. e. *Doctores*, & *Oratores figurata dictione pollentes.* Hæc ille ſatis docte; addens, quadraturum, ſi capiatur pro *aſſumere parabolam a Deo*; ut innuatur, *a Deo Noſtrum didiciſſe*, & hauſiſſe, *quæ dicturus eſſet.* Non tamen *germanum* hunc *ſenſum* cenſens, in priori acquieſcit. Mihi poſterior multo uberior: quin verior, atque unice quadrans. Nempe שאת משל *attollere ſermonem parabolicum*, *figuratum*, *ſententioſum*, *publicum*, ſi velis, *& in publico celebrandum*, videtur ſpeciali uſu dicatum fuiſſe *inſpirationibus*, & *ſententiis Deo impellente prolatis.* Hanc vim ſubjicit nobis crebra repetitio hujus formulæ *Num.* 23: 7. 18. & 24: 15. 20. 21. 23. Crediderim quoque adhibitam eam in *ſermone magna confidentia elato*, quum quaſi *victrix cauſa*, vel *ſententia*, *alta & clara voce inſonatur.* Huc ducit *Eſaj.* 14: 4. *Mich.* 2: 4. *Hab.* 2: 6. Sic opportuniſſime, & ſingulari cum dignitate, phraſin hanc locatam apparet ad initium duplicis quaſi *perorationis*; quarum altera hic incipit: altera *Cap.* 29.

Verſ. 2. Quanta cum confidentia ſeſe victoris inſtar inferat Noſter, declarat *Jusjurandum*, quo & quæ dixerat hactenus de *cauſæ* ſuæ *bonitate*, & quæ dicturus eſſet, ſancit. Religioſum Dei *timorem* non tantum, ſed & *amorem* ſanctiſſima illa *dejeratione* per *vitam Dei* indicari, obſervant *Hebræi*; quod per *vitam Regis non jurat*, *qui Eum non amat*, *nec reveretur.* Id plus momenti hic adfert, quam prima fronte cernitur. Nempe repetiturus *duriorem* illam querelam, qua *injuriam* ſibi *a Deo factam*, *juſque* ſuum *everſum*, dixerat, non ex *impietate*, & *irreverentia*, id dictum oſtendit, ſed *ſalva pietate*, & *intima* ſummi Numinis *reverentia.* Phraſin *Removit judicium meum* recte *Merc.* expoſuit *Jure meo me privavit.* Nimis vehemens viſum *Coccejo*, qui mavult ſignificari, *Deum occultare quo in loco habeat Jobum*, *utrum pro filio*, *an pro perduelle.* Sic *removere judicium*, eſſet, *excludere a congreſſu deſiderato.* Illuc collineat & *Cler. Qui non patitur me æquo ſecum jure judicari*, *ut innocentiam meam probem.* Mollius adhuc *Crinſoz. Deum teſtem invoco*, *qui necdum reddere vult in favorem meum illud Judicium quod omnibus votis exopto.* Molliſſime *Schmid. Vivit Deus*, *qui non amplius ita me tractat judicio benigno*, *& benefico*, *quo me tractavit antea*, *quum mihi omnia bona largiretur &c.* Prius omnino retinendum: nam crimini data Noſtro hæc ipſa verba ab *Elihu Cap.* 34: 5. & quidem ea ſerie, ut liqueat משפט eſſe *jus*, *cauſæque juſtitiam*, quam ſibi *denegatam* & *detractam* innuat. Non eſt blaſphemum, nec a perſona *Jobi* abhorrens: ſed liberius tantum, & paulo crudius verbum, quod nihil aliud, rite excuſſum, ſonat, quam, *Deus me ſine culpa tam ſævum in morem adfiixit.* Negas? ipſe Deus adfirmavit *Cap.* 2: 3. Non pejeravit ergo Noſter, ſed impellente ipſo Numine hocce jusjurandum puro pectore & ore ſuſcepit. A ſcopo, veroque ſenſu, longiuſcule

3 כי־־־כל־־־עוד נשמתי בי ורוח אלוה באפי׃

3 Etenim præſentiſſima adhuc mihi mens animi; ſpirituſque Dei in naſo meo.

4 אם־־

4 Si

le deflectunt hæc Cl. *Schmid. Vos quidem, O ſocii, ex eo quod Deus amovit Judicium meum, concluditis, me eſſe impium; at ego ajo me pium eſſe, & juro, quod nunquam illam injuſtitiam admiſſurus ſim, ut dicam, me, aut alium pium, eſſe impium, quod Deus illum adfligat.* Ad *Vſ.* 4. quid *Jurejurando interpoſito* confirmatum, deciſumque voluerit Noſter, aperietur.

Verſ. 3. Illuſtris, & animoſiſſima *Parentheſis*, qua ſe ſaniſſime ratiocinari, quin Spiritu Dei agitari, inculcat Noſter; Jurijurando ſuo pondus adſtituens mentis ſedatæ, & quid juraret probe perſentientis. In alia omnia abivere Interpretes. Doct. *Merc.* cui longe plurimi ſuccinunt, I. ſimpliciter *Periphraſin vitæ* eſſe ait, in hanc mentem, *Quamdiu hac vita mihi a Deo conceſſa frui dabitur, ſi loquentur labia mea iniquitatem, meque ſontem & improbum fatear.* In unam ergo periodum conflat duos verſus, non nimis rotundam; nam ſcabri quid habet כי cum אם ita conſtructum, *Quod quamdiu* &c. *Si labia* &c. unde & *Quod* omitti poſſe ſubmonuit. Cl. *Schmid.* II. כי iſtud defendi putat ex 1 *Sam.* 14: 39. ſed ipſe ad *Vſ.* ſeq. fatetur pro אם reſumendum tunc fuiſſe כי, addendo inſuper & לא, in hanc formam חי אל כי כל עוד־־־כי לא תדברנה quamvis ne ſic quidem a *parentheſi* diſcedere neceſſe foret. Plura mox ad *Vſ.* 4. ubi etiam alii adhuc nexus duorum verſuum attingentur, ab aliis ex *Periphraſi Vitæ*, quam ſupponunt, exſculpti. Ea præter ſcrupulum jam motum premitur alio, graviore adhuc, quod *Spiritus Dei in naribus* nimium attenuari videatur, ſi ad *flatum* reducatur, ſive *reſpirationem vitalem Divinitus inditam.* Senſerunt Viri Doctiſſ. & 1. quidem ex Veteribus multi ad *Spir. S.* referre non dubitarunt, qui *Jobum in his cruciatibus ſuſtinuerit miraculoſe.* Argutiuſcule 2. *Method.* ad *conſcientiam* traxit, quæ cuique teſtis domeſticus Divinitus additus. Cl. *Cocc.* 3. adhuc ſubtilius ſimul, ſimul ſublimius, *vitam omnibus communem* in priori colo deſignatam ſtatuens, vetat *poſterius cum eo confundere, in eo quippe notari vitam* a. *quatenus a Deo fœderato eſt.* b. *quatenus ea in carne eſt.* Myſterium illud reſpicit, quod de *fœderatis Dei* inculcatur *Matt.* 22: 32. Deum non *eſſe mortuorum Deum, ſed viventium*, quo tria innuantur. *α. fœdus illud morte non finiri. β. fœdus illud ad totum hominem pertinere*; atque *ita neceſſe eſſe, corpora quoque reſurgere: γ. fœderatos Dei habere a Deo vitam meliorem animali vita:* nim. *a ſpiritu Dei. Rom.* 8: 11. Hinc jam concludit ὁ πάνυ, *quum vita illa ex fœdere Dei hauſta extra carnem ad tempus eſſe poſſit, additum, quamdiu ſpiritus Dei* in naſo meo*: quamdiu in hoc corpore mortis vitam vivo ſpiritualem.* Ad *animalem vitam* ita refert 4. Cl. *Schmid.* ut *Spiritum S.* tamen retineat, *nam forte*, inquit, *poſſumus dicere, in opere conſervationis Sp. S. Dei eſſe in naribus hominum ad creandum in iis halitum per animam humanam: ſicut in opere ſanctificationis dicitur eſſe in corde hominis; ad creandos motus ſpirituales.* Hæc nemo valde commoda dixerit. Incommodius quoque paulo כל עוד pro *quamdiu*, ſive quod *Schmid.* adfert, *Omni adhuc*, per *Ellipſin* ita ſupplendam בכל עת אשר עוד תהיה *Omni tempore quo adhuc erit.* Audacter *Codurc. Exiſtimo* עוד *poſitum pro* עד *uſque*, vel עת *tempus, juxta idiotiſmum linguæ Jobi.* Ignorabatne formulam בעודני חי *quum adhuc vivus ego? Deut.* 31: 27. & 2 *Sam.* 12: 22. Item בעודי *in adhuc Ego*, contracte, *Pſ.* 104: 33. Ad eam rationem בעוד נשמתי בי hic dicendum fuiſſet. Creberrima quidem *Ellipſis* ב ב ; ſed ubi parum aut nihil periculi in omiſſione. Hic vero ingens diſcrimen, nam

4 Si loquentur labia mea iniquitatem, & lingua mea ſi meditabitur fallaciam.

5 Pro-

4 אם־תדברנה שפתי עולה ולשוני אם־יהגה רמיה׃

5 חלילה

עוד נשמתי בי ſonat *adhuc anima mea in me eſt*; *adhuc ſpiro*; alterum autem non ſatis clare intelligetur, niſi ב accedat, quando demum exiſtere poteſt, *Dum adhuc anima mea in me*. Vocula כל inſuper noſtram ſtructuram nonnihil adjutat. Eam nunc III. exponam ad veſtigia *Chaldæi*, ארום פסק תוב נשמתי במימרי *Quia abſolute adhuc anima mea in me ipſo*. Ita vertendum cenſerem. *Londinenſes* habent, *Quia defecit iterum anima mea in me:* pro quo *Cocc.* maluit, *Quia decidit iterum animam meam in me ipſo*. Hæc parum clara. פסק תוב & כל עוד pulcre ſibi reſpondent, pro *omnino adhuc*. Eundem ſenſum exhibet *Targum Regium* ארום עד כדון כלא נשמתי בי *Quoniam uſque nunc univerſa anima mea in me: & Spiritus Dei in naribus meis*. Videtur כל ad נשמתי referre maluiſſe, ut ſit *univerſa animæ vis*, *vigor*, *præſentia*, & *præſtantia rectè ſentiendi*. Non facile decernas, quid præpolleat, utrum, *Nam omne adhuc anima mea in me*; ut cohæreant eleganter voculæ כל עוד, & *omne adhuc* tantundem ſit ac, *omni ratione adhuc*; an potius כל נשמתי connexis, non quidem directe *univerſa anima*, ſed *univerſim*, *ratione univerſa*. Prius ſimplicius, quin venuſtius. Hinc exoritur, *Nam Omne adhuc*, vel *Omni adhuc*, *anima mea in me:* id eſt: Ne putetis me malis meis ita fractum, ut quid dicam, neſciam. Sentio quæ locutus ſim, quæque adhuc eloquar; nullum verbum ex ore meo exit, non meditatum, perpenſumque: *Mens animi* quippe *præſens mihi*, & quidem כל עוד *Omni adhuc*, *in omni vigore*; *ſui ipſius probe compos*, *ſimulque conſcia ſibi omnis anteactæ vitæ*, *omnis habitæ orationis*. Cl. *Cler.* eandem hanc conſtructionis viam ingreſſus, dilutiuſcule explicat, *Quamvis æger ſim*, *etiamnum vivo*, *& ſpiro*; *adeoque probe animadverto*, *quomodo Deus ſe erga me gerat*. Sequens colon ſimiliter; *vita mihi a Deo data*, *adhuc adeſt*, *in naribuſque ſupereſt reſpiratio*. Non præfracte negaverim *Spiritum Dei in Naſo*, de *vita animali Divinitus infuſa*, ſtilo ſublimiore, potuiſſe enunciari: loca tamen, quæ allegat Cl. *Cler.* ut *Gen.* 6: 3. & alia ibidem appoſita, aliud haud dubie deſignant. Hic quoque *ſimplex reſpiratio*, & *vita*, nimis tenuis; nam *Parentheſis* hæc inſerta ad jurisjurandi, quod daturus erat, vim ac religionem ſanciendam. Inculcat nempe ſe non tranſverſum abripi perturbatione aliqua animi, nec temerario impetu accedere ad jurandum, ſed *mente compoſita*, *ſedata*, *gravi*, per præclaramque conſcientiam *erecta*, non ſine *Deo*, ejuſque *Spiritu*. Poſſis intelligere *Spiritum Dei dantem omnibus vitam*, *& halitum*, quem in *naribus* ſuis eſſe dicat, quatenus Ejus virtute *ſpirabat* adhuc, atque *facultates* ſuas *animales* ſimul & *rationales* rite poterat exercere. In hunc ſenſum *Elihu Cap.* 33: 4. רוח אל *Spiritum Dei* poſuiſſe videtur. Poſſis quoque *Spiritum Sanctificantem*, & *veritatis*, *virtutis*, *religionis ſenſu vitali adflantem*, interpretari, quo Noſter ſeſe *animari* profiteatur. Ita *Cap.* 32: 8. Obſtat nonnihil באפי *in Naſo meo*; quod aptius ad *vitam animalem*, quam *ſpiritualem*. Vide tamen an non is, qui *Spiritum Dei* habet *in corde*, non & *in Naſo* eum habere dici queat, quando Ejus impulſu veritatem *animoſe* adſtruit, atque de Divinis rebus *magna* cum *fiducia*, & *apertione oris*, diſſertat.

Verſ. 4. Particula אם evincit hic demum ipſum *Jusjurandum* ſuſcipi; quod ſi jam continuaretur, omnino כי לא *Quod*, inquam, *non*, repetendum fuiſſet. Cl. *Schmid.* quidem tales mutationes alibi quoque obtinere dicit, ſed

ה חלילה לי אם־אצדיק אתכם עד־אגוע לא־אסיר תמתי ממני׃

5 Procul abſit mihi, ut juſtificem vos, donec exſpirem: non removebo integritatem meam a me.

6 בצדקתי .

6 Ju-

ſed exempla haud quadrant. Alterutrum omnino tenendum; quod כי *Jurantis*, expreſſe *adfirmet*, ut 1 *Sam.* 14: 39. *Jer.* 22: 5. quum אם *neget vehementiſſime* per *imprecationem*, ſub iſto *ſi* concluſam. Ergo a כי ad אם tranſiliri, repugnat. Sed quid jam ſub *dira imprecatione* a ſe repellit Noſter, & quæ tandem *materia* eſt hujus *magni jurisjurandi*, quod ſe ex intima animi ſententia, & ex vivo religionis ſenſu daturum eſſe oſtendit? Doct. *de Pined.* I. hunc offert conſpectum, *Juro per Deum viventem, quam diu vixi, ſancte me, & religioſe, vixiſſe, & quoad vixero, ſancte me, & religioſe, victurum; neque falſi aliquid aut de mea innocentia, aut de Dei bonitate, & juſtitia, pronuntiaturum; neque ulli unquam mendacio conſenſurum.* Addit II. *non male cohæſurum, ſi neget, ſe conceſſurum, quod Amici de illo mentiebantur, quod videlicet impie vixiſſet, & nunc propter peccata flagellaretur.* Ad poſterius hocce, *Confeſſionem* nempe *impietatis*, & *proditionem innocentiæ*, cum *ſui ipſius calumnia*, unice reſpexit *Merc.* qui plurima tulit puncta. Cl. *Schmid.* III. latiori ſenſui, quem ad *Vſ.* 2. attigi, adjicit adhuc alia; quaſi *occupet* Jobus *ſuſpicionem, ſe pietatem velle deſerere, juretque ſe & in poſterum vitam ſine impietate & dolo acturum.* Ad ea quæ in ſequentibus ediſſerturus eſſet Noſter, reſtringunt *Jun.* & *Trem.* IV. quorum *Paraphraſis* ſic habet, *Nihil tergiverſabor, omnia bona fide, & ſine dolo malo, enunciabo, rationem duntaxat habens veritatis.* Conſentit fere *Cocc.* qui *jurare* cenſet *Jobum, ſe verum, & ſerio locuturum.* Id videtur ſimpliciſſimum; exiſtimarem tamen V. gravius quid, & luculentius adhuc, ſubeſſe, quum tam *Solenne jusjurandum* poſt ſuperiora certamina, ad ſilentium jam redactis Amicis, interponitur, atque perorationi præmunitur. Eo videlicet confirmatum nunc ire voluit Noſter, ſe quicquid hactenus diſſeruiſſet, ex bono principio, tanquam coram Deo, ſub ſanctiſſimiſque tanti Numinis oculis, diſſeruiſſe, ſine ullo fermento vel *iniquitatis & malitiæ*, vel *hypocriſeos & fraudis*; atque nec *pietati virtutique*, nec *Religioni* Deo *debitæ*, quicquam detractum voluiſſe, ſuam *innocentiam* tam animoſe defenſando, Deumque ipſum provocando in congreſſum, non ſine criminatione viarum Ejus. Simile præloquium *Cap.* 6: 30. ubi *omnem corrupti adſectus impetum a ſermocinatione ſua afuturum* conteſtatur Noſter, vehementius diſputare incipiens adverſus judicia Dei ſibi incumbentia. Id ipſum ergo ordine, & jure, ſummo, nunc repetit, atque *levatis* in cœlum *manibus* ſolenniter ſancit, nihil a ſe dolo dictum, ſed ex puriſſima conſcientia, & religioſiſſima in Deum veneratione profectum eſſe illud integritatis ſuæ retinendæ acerrimum ſtudium; ex iiſdemque fontibus ſe porro quoque diſſertaturum.

Verſ. 5. Cohærentia in oculos jam ſponte incurrit. חלילה לי *Abſit a me*, tanquam *profanum* quid, & *abominandum*, *ut vos juſtificem*, vos *juſtos* in cauſa veſtra adverſus me *pronunciem*, me *ſontem* agnoſcendo, atque *innocentiam* meam, qua me adverſus tela veſtra, quin & Dei ipſius, involvi, *e manibus dimittendo*, quaſi ea neutiquam tam *integra*, tamque *ſincera*, mihi adſit, quam gloriatus fui. Ardens Pathos! ſed ardentius adhuc, *Donec exſpirem.* Id in medio poſitum, utrimque valet. Ad poſterius languet quod Cl. *Schmid.* cum aliis habet; *non deficiam ab integritate mea, & ſanctitate, licet ſub adflictionibus gemam.* Nonnihil etiam remittit, & deflectit, quod Cl. *Cocc.* hic & *Vſ.* ſeq. *rationes dari* velit, *cur abominabile ſit peccatum* Amicos *juſtificare* 1. *Quod* ita *removeret a ſe integritatem* i. e. *ex ſincero fieret hypocrita.* 2. *Quod juſtitiam ſuam omitteret* i. e. *ex juſto fieret injuſtus.* 3. *Quod ſaltem cor ipſius* convicium faceret, *& blaſphemaret.* Magis ad rem *Merc.* *Mori ſatius eſt, quam vobis aſſentiri, & me negare innocentem.* Animoſius fuiſſet, *quoad ſpiritum exhalabo, non fatebor me ſontem.* Apparet tamen, id ipſum voluiſſe, & *Merc.* & reliquos ſe-

6 Juſtitiam meam retineo, neque eam dimittam; non carpet *quicquam* cor meum de diebus meis.
7 Fiat, ut improbus, inimicus meus: & inſurgens contra me, ſicut injuſtus.
8 Quæ

6 בצדקתי החזקתי ולא ארפה לא־ יחרף לבבי מימי :
7 יהי כרשע איבי ומתקוממי כעול :
8 כי

fere Interpretes. Id dicit acerrimus ſui defenſor: *Citius vitam dimiſero, quam innocentiam illam meam, qua me involvi, quippe quam, licet vel graviora adhuc de me ſtatuantur, ad extremum uſque halitum propugnabo.* Hic ſubſiſtas, licet. Vide tamen an non vehementiore adhuc adfectu voluerit Noſter, *ſe hanc innocentiam ſuam ſecum veſtis inſtar emortualis deducturum in ſepulcrum: quin imo ſe ea comparere velle coram Deo, poſtquam animam exhalaſſet.*

Verſ. 6. Solide I. *Merc. Quam ſemel tuendam ſuſcepi innocentiam, nunquam miſſam faciam, ſed eam conſtantiſſime retinebo & defendam.* Ad יחרף non æque bene ſupplet *me*, ut ſit, *non probro adficiet* me *cor meum a diebus meis* i. e. *quamdiu vixero non opprobrabit mihi cor meum, quod injuſte egerim quicquam, aut quod meam ipſe innocentiam prodiderim.* Languidiore ſenſu II. Cl. *Schmid. Quam juſtitiam hactenus tenui, & in vita mea obſervavi, eam etiam deinceps retinebo, nec minus juſte poſthac vivam, licet Dominus me adflixerit.* Poſterius colon ſic mallet, *Non probro adficiet* eam *cor meum a diebus meis.* i. e. *non committam, pietatem deſerendo, ut vel foris probro adficiatur, ac ſi Hypocrita fuiſſem; vel intus a meo ipſius corde; improbando eam.* מימי *a diebus meis* eidem valet *inde a primis diebus.* Cl. *Cocc.* III. ut ad *Vſ.* præc tetigi, dat, *non blaſphemiam faciet cor meum ullo dierum meorum*, & longe aliter nectit. Rabbinica gloſſemata IV. *Non rejuveneſcet*, vel *juvenabitur, cor meum*, ex חרפי *juventus mea, Job.* 29: 4. vel & V. *non retro abibit, non deflectet*, nihil habent, quod mereatur expendi. *Jun.* & *Trem.* VI. exhibent, *Non abjiciet* eam *animus meus unquam.* Huc acclines *Doct. Belg.* cum *Piſcat.* citant *Jud.* 5: 18. & 2 *Sam.* 23: 9. ubi חרף valet *diſcrimini exponere*, a *contemtim habendo* ſcilicet. Eruditum, ſed minus aptum. Satis appoſite VII. *Vulgat. Neque enim reprehendit* me *cor meum in omni vita.* Præclariſſima mihi conſcientia vitæ anteactæ. Conſimiliter *Genev. Nihil* mihi *exprobrabit cor meum a diebus meis.* Cl, *Guſſ.* VIII. offert, Deus *non probro teget cor meum ab omnibus diebus meis: non reperiet a vitæ meæ initio, huc uſque, quo mihi hypocriſeos notam inurat.* Vide eum ſub חרף p. 288. Duriuſcula conſtructio. Mollius IX. R. *Salom. non conviciabitur* me *cor meum ob dies meos*, vel *de diebus meis*, & *totius vitæ rationibus.* Cl. *Crom.* X. ex خرف *deliravit*, non valde commode, *haud delirabit cor meum.* Commodius puto XI. ex *Origine* verbi; *Non carpit cor meum de diebus meis. Cor* pro *conſcientia* tritiſſimum. Vide 1 *Joh.* 3: 20. חרף *conviciari, probro adficere* &c. primario valuit *carpſit, carpendo ſtrinxit*, vel *ſtringendo carpſit.* Notiones in *Arabia* ſervatæ ſub حرف & خرف. *Carpere* pro *obtrectare*, & *meritis detrahere* in omnibus Linguis regnat. *Cor meum non decerpit de diebus meis. Integer vitæ, ſceleriſque purus, innocentiam, meam mihi eripi non patior; quando conſcientia mihi adeſt integerrima; quæ me nulla in parte condemnat. Ergo nec memet calumniabor.*

Verſ. 7. In verbis planis ſenſus parum planus. Nimis acerbum I. illud *Olympiod. Quæ in me inimici intorquent, calumniando, in eorum capita recidant*; quaſi eſſet telum in Amicos oblique retortum. Similis acerbitas II. in expoſitione *Merc. oportet impium eſſe & perverſum, qui mihi hac in cauſa adverſabitur.* Cum *aſſeveratione* paulo mitius *Jun.* & *Trem.* III.

8 כי מה־תקות חנף כי יבצע
כי ישל אלוה נפשו׃

8 Quæ enim ſpes Hypocritæ, quum avaritiæ indulſerit; quum eliquatiſſime tranquillaverit Deus animam ejus?

9 הצעקתו

9 Num

III. *Quiſquis mihi in hac cauſa adverſatur, tandem aliquando injuſtitiæ condemnabitur*; *prout factum Cap.* 42: 7. 8. In hanc fere ſententiam *Philip. Prophetiæ ſpiritu hæc dicere videtur magis, quam voto maledicentiæ.* Hoc ipſum mitigans IV. *Cocc.* hunc præbet ſenſum, *Non tantum ego juſte metuo aſſimilari improbo, ne incidam in pœnam ejus, ſed etiam abominor, & averſor, vos in judicium improbi incidere.* Addit, *vulgaris ratio abominandi eſt, mandare malum hoſtibus.* Præivit *de Pined.* qui *Proverbialem* cenſet eſſe *formulam*, in hanc ſententiam, *Vos me impium eſſe tenditis. Ego vero tam longe abſum ab impietatis ſtudio, ut neque mihi, neque amicis meis, optem ullos impietatis fructus. Hos percipiant certe inimici & hoſtes mei. Sic* 1 *Reg.* 25: 26. *Fiant ſicut Nabal inimici tui. Item Dan.* 4: 6. *Similiter Ovid. Hoſtibus eveniat tam fœdi cauſa pudoris* &c. &c. Idem judicium *Piſc.* & *Belg.* Cl. *Schmid.* V. tacite taxatos cenſet Amicos, atque ita ad ſuum nexum hæc inflectit, *Nullum eſt periculum ut Ego fiam impius*; *dico contra, citius futurum ut mei inimici fiant ſicut impii. Cavete itaque vobis ipſis.* Coactum. Nec expeditum VI. quod Doct. *Crinſoz.* putet telum deſtrictum in *gravem* aliquem *Adverſarium*, diverſum ab Amicis, *qui Noſtrum, occaſione calamitatum ſuarum*, omnibus *calumniis*, & *opprobriis*, *proſciderit.* Hunc *Cap.* 6: 23. & 16: 8. 9. 10. perſtrictum opinatur. Filum, & nota loquendi forma, exigunt, ut IV. interpretationi ſubſcribatur. Oſtendit nempe Vir Sanctiſſimus *quanto odio ardeat impietatis*; *quippe qui vel ſuſpicionem ejus, in ſe conjectam, toto pectore deſpuat, atque abominetur*; *diriſſimam* omnium *imprecationum* hanc numerans, *ut quis ſimilis fiat improbo.* Connexio ſic videtur concipienda: *Manibus pedibuſque obnixi id agitis, ut me vel impium eſſe fatear manifeſtum, vel ſaltem Hypocritam. Atqui nullum apud me nomen ominoſius, odioſiuſque*; *quippe ad quod totus horreo, & contremiſco*; *non inveniens quid vel capitali hoſti meo dirius imprecari poſſem.* Vides, hoc pacto, *imprecationem* nullam in cujuſquam caput vel oblique, vel directe, jaci; ſed tantum inſinuari a Viro ſancto, quid *ſummum* apud ſe *gradum abominationis & diritatis occupet*, ut ſi quid capiti alicujus vovendum haberet ad perditionem tum temporalem, tum æternam, *improbitate* vel *feliciſſima* nihil gravius reperiret. Non pœnitebit contuliſſe *Codurcum.* Addidi, vel *feliciſſima*, quod ſimul inculcatum voluerit, ſe, quæ de *Felicitate improborum* diſputaverat, non ſane diſputaſſe ex invidia, aut cupiditate conſimilis ſortis, ſed tantum ad refellendam calumniam, adverſus ſe ob calamitates, & adflictiones, innocenti divinitus immiſſas, concitatam; quaſi eſſet vel רשע *improbus manifeſtus*, vel עול *Hypocrita, Operarius iniquitatis.* Uterque character enotatus *Cap.* 18. 21. Non exigua lux ex hac obſervatione exoritur, ad diſſertationem inſequentem a tenebris, quibus obvoluta eſt, vindicandam.

Verſ. 8. Quæ huc uſque non bene convenerant ſententiæ, longius diſcedere, & ſcindi, incipiunt; diſſenſionem illam augente vocabulo ישל, quod in diverſiſſima diſtrahitur. Doct. *Merc.* I. hunc ſibi ſcopum format. *Hic Jobus ex iis quæ pii in adflictionibus facere ſolent, adverſus ſocios oſtendit ſe impium non eſſe,* Nempe, *etſi adflictiones tam probis quam improbis ſint communes, hoc tamen intereſt, quod ſpes nunquam probos deſtituit*; *in ſpem ſperant contra ſpem, vel in media cruce ac morte: at impiis cum eorum rebus, & corpore ac anima, perit & ſpes omnis*; *quippe qui in Deum non reſpiciant in adflictione*; *ſed murmurent, & deſperent* &c. Iſti jam Doctrinæ hanc *baſin* ſubjicit, *Nam quænam ſpes Hypocritæ, quum avaritiæ ſtuduerit? quum extraxerit* e corpore, tanquam e vagina, *Deus animam ejus? Significat violentam mortem, quod ægre hinc avellantur improbi, utpote ad judicium & ſupplicia æterna rapti* &c. Parilia II. ſupponunt *Jun.*

&c.

& *Trem.* liberiuſcule vertentes, *Nam quæ eſſet expectatio hypocritæ, quum expleverit, quum decuſſit Deus deſiderium ejus?* In Phraſi ישל נפשו *animam* pro *deſiderio* ſumunt, intelliguntque *ſpoliationem rerum vel chariſſimarum, ad quam Hypocritæ de mente dejiciantur, quum probi vel ſic in Deo acquieſcant.* ישל a נשל quatenus eſt *excuſſit, decuſſit.* יבצע *explebit*, a בצע *finire, conſummare.* Cl. *Cocc.* III. *Nam quæ expectatio Hypocritæ, quum lucratus fuerit; quando fruſtrabitur Deus animam ejus?* i. e. *cogetur relinquere quæ amat in hac vita.* ישל pro יַשְׁלֶה a שלה *ſecurus fuit:* item *erravit.* In *Lexico* tentatum; ſed in *Comment.* datur, *quando expediet Deus animam ejus*; ut ſit pro יַשֵּׁל a נשל. Simile quid dederat IV. R. *Mordech. Quum errare fecerit animam ejus e corpore*: ubi *expulſio & fruſtratio* concurrunt. Ab eadem Rad. שלה R. *Levi* V. *Quum tranquillaverit Deus animam ejus.* Ex hoc fonte *Vatabl. Cum pacatam reddiderit animam ejus*: i. e. *conceſſerit ei vivere in ſumma tranquillitate in hoc mundo.* Eidem יבצע valet, *quum furatus fuerit*, vel, *per calumniam rapuerit multas opes.* Hinc opis aliquid arripuit *de Pined.* pro *Vulgati* illo, mire diſſono, *ſi avare rapiat, & non liberet Deus animam ejus?* quaſi deprecanter intellexiſſet, *O ſi pacificet Deus animam ejus! quæ enim ſpes ſi non liberet?* Violentum vocans *Balduc.* & merito, non minus ipſe violenter, *ſi pacaverit Deus animam ejus*, exponit, *ſi Deus impium ſinat manere in pace, & tranquillitate, inter bona temporalia, quibus velut catenis vinctus detinetur, neque animam ejus inde liberet.* Potuiſſent cum aliqua ſaltem ſpecie *Hieron.* defendiſſe ex השלה *errare fecit, fruſtratus eſt.* Sed cordate, atque ut par, *Codurc.* aberraſſe falſus ſuum *Interpr.* a vero ſenſu, ipſe VI. inclinat in eorum mentem qui apud *Ab. Eſram* a שלל *extraxit, ſpoliavit*, derivarunt. Idem a me in *Juvenil.* prælatum. Cl. *Mich.* cenſet ſic formam magis fieri *anomalam:* ſed videan non minus *anomalum* יַשֵּׁל pro יַשֵׁל, retracto accentu, ex יְשַׁלֵּל, cum *termin. Tſeri* in *fut. Kal*, quam ex יַשֵׁל vel יַשֵּׁל a נשל.

Aliud VII. prolatum *Lib.* 2. *Orig. Cap.* 3. *par.* XI. ubi ſuſpicabar, ex שליה *ſecundina* audaciore metaphora dictum, *Quum ruptis ſecundis ejiciet Deus animam ejus*, velut *abortivo partu.* Conjectura hæc ſubnata ex uſu verbi שלה سلي apud *Arabes*, in *rupta ſecundina.* Accedit proverbium iiſdem tritum انقطع السلا *Rupta eſt ſecundina*, quum & *Mater* & *Fœtus pereunt*; quod ad *Res deſperatiſſimas* ſolenniter applicatur. Ibidem יבצע ad Deum referre malebam, ex nota poteſtate *incidendi*, vel *abrumpendi*, ut ſit, *Quum abruperit, quum abortivo partu excuſſerit Deus animam ejus.* Id eodem recidit, quo pleræque verſiones tendebant, vel a נשל, vel a שלל, ſive jam *violentam mortem* intelligas, ſive *naturalem*, ut Cl. *Schmid.* VIII. ita convertens, *Quæ enim ſpes Hypocritæ, quum exſcinditur; quum excuſſerit Deus animam ejus?* Iſtam vim *intranſitivam* adſciſcit ex *Joël.* 2: 8. ubi plerique, *non ſauciabuntur* לא יבצעו: at *Cocc. non abrumpent* iter ſuum. Notionem *quæſtus, lucri, furti*, hic nullo pacto convenire cenſet. *Mortem naturalem* urget ex eo quod *Deus* dicatur *excutere:* quaſi & in *violenta*, *Dei manus exerta* non foret. Talibus abſtinendum; atque ex ipſa ſerie decidendum, agaturne de *Morte immatura*, an *matura?* nam *abrumpere vitam* ad utrumque ſe porrigit; itemque *Anima e corpore excuſſa* ad hoc & illud accommodata. Addere debeo, *Animam rupta ſecundina ejectam*, non in *præmaturo* tantum *exitio*, ſed etiam in *maturo exitu* poſſe poni, quando videlicet *maledicta*, & *in deſperationem exitura mors*, pingenda. Si eam intendiſſet Noſter commodius adhuc ad Linguæ genium a שלה in *Hiphyl*, יַשֵּׁל pro יַשְׁלֶה ſumto, dari poſſet, *Quum abrumpet; quum ſecundinam veluti rumpere faciet Deus*

Deus animam ejus; atque in *Morte* tandem & *Mater*, & *fœtus*, *male peribunt*, id eſt, *Anima*, *cum omni* illa *felicitate*, *cujus opinione turgebat*. Eſt imago non injucunda; quam retinere poſſis, etiamſi יבצע *Lucrabitur* vertere malis, in hanc ſententiam; *Nam quæ ſpes Hypocritæ*, *quum avidiſſime lucratus fuerit*; *quando Deus ruptis ſecundinis abortire faciet animam ejus*; atque ita *omnes ſpes opeſque* hominis illius eludet? Qui idem hic agi cenſebant, quod *Luc.* 12: 19. 20. invenient forte in hoc adſpectu, quod adblandiatur; quamvis vel a נשל, vel a שלל *extracta*, *excuſſa*, quin *exſpoliata*, aut pro *ſpolio abducta anima*, non minus quadrare largiar. Quæſtio tantum eſt, an hoc jam voluerit *Jobus*, & ſi voluerit, quodnam verbum pro Radice ſit adoptandum. נשל meo judicio minimum habet juris, nam יֵשֶׁל pro יִשַּׁל a נשל ſpeciem vix habet. Allegatur a *Cocc.* תֵּצֵא pro תֵּצֶה, *Jer.* 48: 9. ſed vera radix ibi יצא. Ex יְשֹׁלֵל a שלל contractum יֵשֶׁל, retracto ſimul accentu, paulo ſpecioſius tendi poſſet: ſed nemo negabit regularius futurum יָשֹׁל vel יָשֹׁל cum *kametſchatuph* ad finem. A שלה citra ullam *Anomaliam* in *fut. kal.* exit יֵשֶׁל, per *Apocopen*; in *Hiphyl* autem יַשֵּׁל, ac proinde in gemino meo conatu nihil *inæquale*, niſi quod *Tſeri* pro *Segol* in *penultima* compareat; quod & *Cocc.* ex יִשְׁלֶה *fruſtrabitur*, & R. *Levi*, ex eodem fonte, *in tranquillitate conſtituet* יניח בשלוה inducentes, non refugerunt. Manet tamen aliquis adhuc ſcrupulus, qui tum demum levabitur, ſi ex *forma futuri kal* a שלה, quam יֵשֶׁל ex יִשְׁלֶה palam præfert, locus hicce conſtitui poſſit, atque ita explanari, ut *Jobus* hactenus quidem nihil remiſiſſe, nedum mutaſſe in ſententia acerrime defenſa; ſed cohærenter ad eam diſputaſſe, reperiatur.

Ibid. His conditionibus non videtur ſatisfacere I. *Hypotheſis* Doct. *Merc.* quæ *Adflictiones probis & improbis communes* inducens, aliquid admittit, quod Noſter adhuc, quoad curſum ordinarium providentiæ, negaverat. Notandum præterea, verbum ישל ad *animam e corpore extractam* relatum, vix ac ne vix quidem conciliari poſſe cum iis quæ *Vſ.* 9. & 10. ponuntur, in quibus ſupponitur *Hypocrita* vivus. Hoc induxiſſe videtur II. *Jun.* & *Trem.* in *decuſſionem* illam *deſiderii*, & *rerum optatiſſimarum* ſubitam *ereptionem*, qua *Hypocritæ* ſæpe *de culmine votorum deturbentur.* Id ad ſequentia quidem paulo commodius: ſed minus congruens cum iis, quæ Noſter tam vehementer contenderat de *Felicitate improborum temporali.* Sine ea *Vſ. præc.* languebit, qui viget, ſi *Felicem per totam vitam improbum* intelligamus, ut ibidem præmunitum. Minus habet difficultatis, quod Cl. *Cocc.* III. ſupponat, *oſtendi* hic *damnum Hypocritæ inevitabile*, *quod pœnam ut meritiſſimam ita graviſſimam importet.* Hæc *Theſis* cum *Hypotheſi Jobi* non pugnabit, ſi ita explicetur, ut *Cocc.* fecit, *Conceditur Hypocritæ Lucrum apparens & caducum. Lucratus eſt Hypocrita ſua opinione*, *opinione hominum*, *multa: ſed quid habet*, *quod in poſterum expectet*, *quandoquidem* ἀπέλαβε τὰ ἀγαθὰ αὐτοῦ *ad plenum accepit bona ſua*; *quæ ſcil. pro bonis habet: Luc.* 16: 15. *Cum qua non fallaci ſpe*, *cum qua conſolatione morietur*? *Luc.* 12: 20. 21. *Matt.* 16: 26. Hæc, inquam, neutiquam repugnant *Felicitati temporali improborum*, pro qua depugnavit Noſter, ſed potius eandem firmant; atque jam revera id arguunt, quod & *Merc.* & *Jun.* volebant; *Vere pium in media etiam morte Deum amplecti poſſe pro Rupe ſalutis*, *quum contra Hypocritæ ædificatio arenæ ſuperſtructa graviſſimo corruat lapſu.* Hoc interim non eſt accedere ad Amicorum ſententiam, ſed ſuam ipſius ſententiam ab invidia, & ſiniſtra interpretatione, liberare; ne exiſtimaretur ſcilicet Noſter *futuri* quoque *ſeculi felicitatem* improbis tribuiſſe, probiſque ademiſſe; quæ fuiſſet omnis Religionis confuſio, ſubverſioque. Diu mihi adſpectus iſte placuit, neque etiamnum diſplicet: quippe qui a שלה ejuſque *ſecundinis ruptis* æque fa-

facile expediri poſſit, quam a נשל aut שלל.

In eo illuſtre documentum *Futuræ vitæ* a *Jobo* cognitæ. Prævaricatur Cl. *Cler.* quando *evulſionem animæ* hic admittens a נשל, (verens quoque ne יִשַּׁל pro יַשֵּׁל ſit merum mendum) ita confert *Matt.* 16: 26. *jacturam animæ*, ut in verbis quidem Chriſti *pœnas alterius vitæ* agnoſcat, ſed hic *jacturam vitæ* ſimpliciter intelligat. Nil unquam cupidius, nil infelicius, calamo Viri Docti exire potuiſſet. An *Jobus* ignarus vitæ futuræ dicet, *Quæ ſpes Mundum lucrantis Hypocritæ in morte?* & ipſe *ſpe melioris vitæ ac conditionis* carebit? Proh incogitantiam, & ſtudium partium! Non diffitebor tamen IV. me propenſiorem nunc eſſe ad ſenſum illum, quem *R. Levi*, *Vatablus*, *Pagnin.* aliique amplexati fuere, a שלה *tranquillitatem*, & *proſperitatem*, conſignante. His adducor rationibus. 1. Quod puncta apertiſſime hanc radicem offerant. 2. Quum ſæpiuſcule Noſter שלה in *felicitate* improbi uſurpaverit, hoc ipſum verbum nunc repoſuiſſe videtur, ad mentem ſuam a detorſione, & ſiniſtris judiciis, vindicandam. Redi ad *Cap.* 21: 23. כלו שלאנן ושליו *Quantus quantus eſt, limpidiſſime defæcatus & tranquillus eſt* &c. Item *Cap.* 12: 6. ישליו *Eliquatiſſime tranquilla ſunt tentoria* &c. 3. Si יַשֵּׁל forma *fut. Hiph.* ſcriptum eſſet, pro יַשְׁלֶה, nemo vel minimum ambigeret, quin *tranquillabit*, *pacatam*, *eliquatam reddet animam ejus*, vertendum eſſet. Atqui יֵשֶׁל *forma fut. kal.* pro יִשְׁלֶה eandem poteſtatem exercere poteſt: nam apud *Arabes* سلا שלה in *conj. prim.* eſt *eliquari*, & *eliquare*; *tranquillari* ad liquidum, & *tranquillare*. Dices cum Doct. *Merc.* hanc vim *tranſitivam* in *kal* nuſpiam extare. Sed vide quæſo quid ex *kal* reſiduum? tria loca ubi *præt.* duo ubi *fut.* adhibetur *intranſitive*. An jam ea penuria ſat arguit שלה *tranſitive* non uſurpatum. Vel centum loca ſi extarent, pro uſu *intranſitivo*, ne ſic quidem, ſerie *tranſitionem* poſtulante, eam excludere par eſſet. *Manare* ſexcenties *intranſitive* reperies apud Auctores, ut *emanare*, *dimanare*, *permanare*, & forte *promanare*; nunquam aliter compoſitis illis uſurpandis. Vix credas ergo recte dici, *fons manat aquam*; *Poëta manat verſus*; & tamen *Horatianum*, *Poetica manat mella.* &c. Infinita talia in Linguis. Millies שוב *Redire* ſonat in Sacris; *Reducere* rarum, & tanquam in angulo abditum, ſub formula שב שבות *Reduxit abductionem*. Verbum מלא *impleri*, & *implere* paſſim. Quid ſi illius verbi quinque tantum loca *intranſitive* manſiſſent, & ſextus *tranſitionem* exigeret; ecquæ dubitandi ratio? Addatur 4. de *morte* omnes *ſpes opeſque* improbi *ad nihilum redigente* agi *Vſ.* 19. &c. quem juſtum ordinem nonnihil turbabis, ſi hic illum exitum anticipes. Denique 5. יבצע abſolute poſitum, ut inciſum, ſive Comma per ſe efficiens, multo rotundius vertitur, *Avaritiam exercebit: Avare lucrabitur*, quam vel *abrumpet* animam Deus, quod ante propoſui, vel *abrumpetur*, *exſcindetur*, quod Cl. *Schmid.* volebat. Rogat quidem ille, quid hic *quæſtus lucrumque*? ſed *Vſ.* 16. facile arguat, *Lucrum per fas*, *per nefas*, *corraſum*, optime convenire. Uſum conſimilem בצע cernes *Hab.* 2: 9. *Eſech.* 22: 27. *Pſ.* 10: 3. *Prov.* 1: 19. Eo admiſſo, nil rotundius quoque, quam ut *cupiditati inſatiabili bonorum mundi* a parte hominis, accedat *Numinis indulgentia in longa*, *pacata*, *& tranquilla*, *eorum poſſeſſione ei concedenda.* Hoc phraſi ישל נפשו *Eliquaverit* i. e. *Liquidam*, *defæcatam*, *& tranquilliſſimam reddiderit animam*, ſignanter expreſſum, ſecundum thematis indolem, nuper in *Originibus* declaratam. Et mihi jam conferre liceat *Luc.* 12: 19. *Anima! multa habes bona repoſita in multos annos: quieſce; ede; bibe; hilaris eſto*; abſque ut ulterius procedam. Scena inverſa deinceps demum aperitur *Vſ.* 13. & ſeq. ad finem capitis; quod non habebit *Cataſtrophen* legitime præparatam, &

9 הצעקתו ישמע אל כי־תבוא עליו צרה׃

9 En clamorem ejus audiet Deus; quum venerit ſuper eum anxietas.

10 אם־

10 Pro-

& adductam, niſi præmiſſus fuerit *lætior* ille *conſpectus fortunarum ſuper vota fluentium*, quo *Hypocrita culmen felicitatis temporalis* ſæpe *attingit*; & ſibi arrogat תקוה *ſpem*, *fiduciam*, *firmam expectationem*, & quidem, quod probe notandum, *in Deum defixam*, *ob ſigna favoris Divini*, *& benedictionis*, ut videtur, per omnem vitam, viamque, *comitantis*. Ita *Bildadus* ſupra *Cap.* 8: 13. תקות חנף תאבד *firma ſpes Hypocritæ peribit*: & *Tſopharus Cap.* 11: 20. תקותם *ſpes firma eorum crepatio animæ*, ſive *mera deſperatio*. Nobilis in primis locus *Prov.* 11: 7. *Quum moritur homo improbus*, *perit ſpes firma*, qua *magnifica omnia* de Deo *crepare* ſolebat, *ob proſperitatem* nempe *temporalem ſecurus*, & partem ſibi in gratia Numinis vindicans; ſupra ipſos etiam pios, cum adflictionibus colluctantes. Hac anſa *expectationem religioſam*, vel *ex religionis radice natam*, ipſamque adeo *Religionem* denotare cœpit, ut ad *Cap.* 4: 6. & alibi ſubmonui. Ex his omnibus exſurgit tandem ſententia reliquæ *Jobi* contentioni aptiſſima, qua *Hypocritæ* adſcribit תקוה *expectationem favoris Divini*, *ex longa fortunæ indulgentia conceptam*. Eam tamen utpote *putri radice nixam*, & *in ventum abituram*, procul a ſe averruncat; & ne *hoſtium* quidem *capitibus* pernicioſius aliquid voveri poſſe inculcat; quippe quæ hominem ſtulta imaginatione faſcinans, ſic tandem dementat, ut nunquam reſipiſcere, atque ad veram pietatem, felicitatemque, emergere queat. Ad hanc rationem מה־תקוה *Quæ ſpes*? vel *quid expectatio*? non abſolute negat, ut volunt Interpretes; ſed comparate, quo innuitur, *Hypocritam* habere *expectationem*, & quidem ex *Religione natam*, quatenus Deum *ore* colens, non *corde*, Eundem ſibi propitium credit, *firmiterque ſibi perſuadet*, eo quod *perpetua* ipſi *felicitas* Divinitus contingat.

Verſ. 9. Hærent hic omnes interpretationes, quas inſpicere licuit: & ferme dicere auſim, ſemet ſuo telo tandem confixiſſe *Jobum*, ſi id dixerit, quod ad h. l. proferri ſolet. Sane a *Jobi conditione adflictiſſima* non ſolum, ſed & *conclamatiſſima*, quod toties ipſe lamentatus, toto cœlo alienum eſt, ut *Hypocriticæ ſpei* ita illudat, *Numquid clamorem ejus audiet Deus*, *quum venerit ſuper eum anxietas*? Vult dicere, ait Cl. *Schmid. quantumcumque* & *quam miſerabiliter clamet*, *non exaudiet eum Deus in adflictionibus*. Ita inſultare *Hypocritæ* potuiſſet *Eliphazus*, & fecit, *Cap.* 22: 27. ubi Noſtro ſimul non obſcure objicit *longos clamores necdum exauditos*, nec *exaudiendos* niſi reſipiſcat. Longius adhuc provehitur *Merc.* ſic *interrogationem* in fortiſſimam *negationem* convertens, *Minime vero*: *quia ſine fide clamat*, *neque ex animo*; *nam in fide*, *& ſerio*, *clamantes in adflictione*, *Deus exaudit*. Quid Noſtro fiet, ſi id abſolute verum? An non longam, & perpetuam, hactenus, in longiſſima & graviſſima calamitate, repulſam experiebatur? An non *Cap.* 30: 19. adhuc lamentabitur? *Vociferor ad te & non reſpondes mihi* &c. Vellem nodum expediviſſent Viri Doctiſſ. quem magno ſilentio miſſum fecerunt. Si ישל ſignaret *evulſionem*, vel *expulſionem animæ*, omnino צרה ad *mortis angores* reſtringendum foret; ut doceatur, *Hominis hujus clamores in extremo illo articulo eſſe repellendos*. Sed vel ſic non unum maneret incommodum, ſecundum *Hypotheſin* a *Jobo* acriter defenſam, *improbis Mortem* quoque *facilem plerumque contingere*, *nullis doloribus corporis*, *nullis animæ angoribus*: *ἀδηφαγίαν*, inquam, *placidiſſimam*; quæ eſſe nequit ſine *ſumma animi ſecuritate*; *nullo ſupplicii metu turbata*, *ſed Numina ſibi propitia ſpondente*. Hoc ipſum comprehenſum in phraſi, *Eliquaverit Deus animam ejus*, qua *ſecuritas limpidiſſima* in *vita* & in *morte* exprimitur, ut patet ex *Cap.* 21: 23. Iſtam *ſecuritatem*, ex *felicitate temporali* natam, ſuſtinebis, ſi cum aſſevera-

10 Profecto in Omnipotente deliciabitur: invocabit Deum omni tempore.

אם־על־שדי יתענג יקרא אלוה בכל־עת׃ 10

11 Do-

אורה 11

ratione vertas, *Ecce* vel *profecto clamorem ejus audit Deus*; *quum ſupervenerit ei anxietas.* Deum adeo facilem experitur, & propitium, ut *ſi quid mali eum tetigerit*, *ad primum clamorem exaudiatur*, atque *a calamitate vindicetur.* Id oppoſitum *Eliphazi* promiſſo *Cap.* 22: 26. 27. *Supplicabis illi*, *& audiet te.* q. d. Nunc quidem *cœlum* tibi *clauſum*, quod *ore*, non *corde clames* contrito, & ſincero. Atqui, inquit Noſter, ſurdæ ad piorum querelas aures Dei, eorum calamitatibus in longum protractis; quum *Hypocritæ* præſentiſſimam Numinis opem experiri ſoleant, ſi quid adverſi ipſis acciderit. Agitatum in *Pſalmis* argumentum; ubi crebra mentio *proſperitatis*, vel *liberationis*, improborum, dum *probi* interea *luctu* & *mœrore* conſumti, *cœlum* fruſtra *precibus fatigant.* Nihil æque *ſecuritatem carnalem* nutrit; nihil *cor Hypocriſi infectum* magis in *confidentiam* inflat: ut jure meritiſſimo tanquam cauſa præcipua enotetur, quæ תקוה *ſpem de Dei favore*, & *gratia ſingulari* ingenerare ſoleat. ה אמתי *He veritatis*, vel *adfirmationis*, aliquoties habuimus, ubi *interrogationis* eſſe credebatur. Vide *Cap.* 4: 6. 21. & 8: 11. & 20: 4.

Verſ. 10. Impeditiores adhuc fiunt rationes eorum, qui ad *pœnam Hypocriſeos* hæc reducunt, iterum per *interrog.* negantem prolata ſententia. *Num ſuper Omnipotente delicias aget* &c? Ad hæc *Merc.* I. *Minime. Piis hæc in adflictione, imo extra, & ante adflictionem, conſueta, ut deliciæ eorum in Deo ſint, in calamitatum mole ſperantes, & in mœrore ſe oblectantes, & reficientes ſpe in Dominum; ſcientes ſe a Clementiſſimo patre caſtigari, non ut perdantur, ſed ut probentur* &c. *At impii murmurant, vel ſi orent, id non faciunt ſerio & aſſidue: quin ubi ſe exaudiri ſtatim non vident, deſperant protinus, quia fide & ſpe muniti non ſunt. Hæc quum faciat Jobus in adflictione quæ impii non ſolent, ſe impium non eſſe oſtendit.* In ſe optima, non optime tamen quadrant in præſentem *Jobi* cum *ſtatum*, tum *adfectum.* An non & ipſe ſub mole adflictionum ſuarum vel murmuravit, vel ad murmurationem proxime acceſſit? An non quodammodo deſperavit, *omnem* ſibi תקוה *ſpem convulſam* & *abſciſſam* clamitans. Vide modo *Cap.* 17: 11. 15. 16. Adde quæ *Cap.* 30: 14. 15. 19. 20. 22. 25. &c. denuo deplorabuntur. Mitto alia, quæ quivis ſentiet alieniora ab æſtu illo & tumultu mentis conturbatæ, quo Deum ſibi in hoſtem converſum, & doluit, & doliturus eſt: cujuſque vi abreptus ſe ne natum quidem ardentiſſimis votis optaverat. Minus adhuc convenit II. quod *de Pined.* ut *germanum* commendat, *oblectationem hanc in Deo* referendam eſſe ad *preces obtentas*, & *vota impetrata.* Ita ſemet pro *Hypocrita* jugulaſſet Noſter. Hæc ratio alios III. impulit ad laxiorem ſenſum; *Hypocritam omnes ſpes opeſque ſuas, extra Deum, in bonis hujus mundi habere defixam.* Huc Cl. *Cocc.* commentatio etiam collineat, ita habens: *Quia bonum ſuum in terra quærit, non poteſt deliciari in Deo: neque invocare Deum omni tempore, ſive malo, quia reſpectat potius terrena remedia; ſive proſpero ac ſecundo; quia non ſperat omne ſuum bonum a Deo* &c. Commodius, quoad perſonam *Jobi*; ſed & dilutius quoad ſeriem. Longius abit IV. Cl. *Schmid.* cui כל עת eſt *quovis tempore*, vel *felici*, *quum Deus quaſi ridere videtur: nam*, inquit, *ſemper impietas malam conſcientiam relinquit, quæ fiduciam impedit, aut ſaltem facit ne nihil impetretur.* Atqui *improbi* & *Hypocritæ* ſæpe confidentiſſimi, Fortuna præſertim adflante. Non dexterrime etiam digeſti tres gradus, quos concipit Vir Doctus *Vſ.* 9. 10. *Hypocritam non poſſe habere fiduciam in Deum nec tempore mortis, nec tempore anguſtiæ, nec tempore quovis alio.* Cl. *Reim.* IV. in verſionibus hactenus admiſſis *Cohærentiam* deſiderans, reddendum cenſet, *ſi delectaretur Omnipotente, invocaret Eum omni tempore:* quaſi ratio daretur, *cur Deus non audiat Hypocritam in rebus adverſis clamantem.* Eodem aciem intendit Eleg. *Crin-*

ſoz.

11 אורה אתכם ביד־אל אשר עם־
שדי לא אכחד׃

11 Docebo vos de manu Dei: quod penes Omnipotentem non celabo.

12 הן־

12 Ec-

ſoz. Si delicias ſuas in Omnipotente habuiſſet, poſſet Eum invocare omni tempore. Mihi V. ſi יִשַׁל *Vſ.* 8. notaret *Mortem*, ita locus hicce accipiendus videretur: *Num ſuper Omnipotente delicias aget; Eumque invocabit omni tempore? etiam extremo illo, & omnium anguſtiſſimo?* Num poterit *ſpe viva & firma* in Deum, tanquam *in Rupem ſalutis defixa, terrores Mortis vincere, ac triumphare?* Id ſatis ad rem. Sed *Cataſtrophe mortis Vſ.* 19. demum venit. Itaque vide VI. an recipi queat, quod ad *liquidum & ſecurum animum* Hypocritæ, in verbo יִשַׁל, & ad *liberationem ejuſdem ex anguſtiis*, ſtatim ac *clamare* occœperit, non male quadrabit: *Sane de Omnipotente delicias aget; Deum vocabit omni tempore.* אם ſuccinit ה״ לִנ in *aſſeverationem: Jer.* 31: 20. &c. Eſt depulſio, & retorſio ejus, quod *Cap.* 22: 26. dixerat *Eliphazus; Tunc ſuper Omnipotente delicias ages; & attolles ad Deum faciem tuam:* i. e. poteris *tuo* Eum *jure invocare, de ejuſque favore gloriari.* Iſtam ſententiam non firmatum ire voluit, debuitve, Noſter, ſed potius enervare ſtuduit. Reponit ergo, *Atqui & Hypocritæ glorientur de Dei erga ſe favore*, & *Numen ſemper lætum, propitiumque, ſuo* velut *jure, in vota vocant, omni tempore.* Verbum התענג ſingulari pollet emphaſi & gratia, inferens *delicatum*, & *ſuperbum* quaſi *gaudium*, quale eſt *Amatoris, ſperatam ſuam poſſidentis.* Hinc pulcherrime transfertur ad *Delicias animæ fidelis in Deo exultantis: Pſ.* 37: 4. *Jeſ.* 58: 15. &c. Nil impedit interim, quo minus ad *gloriationem & ſuperbiam ſpiritualem Hypocritarum*, ſerie illuc ferente, applicetur. Vide *Eſaj.* 57: 4. Vides *ſpem Hypocritæ, ſuis coloribus illuminatam*, quando ei *ſuperba* quoque in Deum *gloriatio*, & *lætitia* attribuitur: ſimulque ſentis quam apte hæc præſtructa, ad irreparabilem hujus hominis ruinam tanto plenius oculis ſubjiciendam. Hoc pacto idem ferme conſpectus emerget, quem exhibet *parabola Matt.* 7. de eo, qui *Domum* ſuam *ſuper arena ædificat*; quorſum *Emblemata Vſ.* 18. manifeſto ducunt. Is ſibi, rebus ad vota euntibus, quoad vivit, pulcre videtur beatus, de ſalute ſua, & gratia apud Deum, altos gerens ſpiritus, atque vana fiducia etiam fidei & ſpei piorum, nutanti nonnunquam, & luctanti cum adverſis, illudit. Suſpicio incidit, loco ſic conſtituto, aculei quid ſubeſſe, quo Amici cavere jubentur, ne *rebus adverſis* hominis *probi* inſultantes, eumque *Hypocritam & improbum* eſſe contendentes, ipſi reperiantur *Hypocritæ*, ob proſperitatem ſuam ſcilicet magnifice nimis de ſe, & pietate ſua, ſentientes; atque ſibi præ miſero Amico jus ad gratiam & communionem Dei velut arrogantes. Eos hac in parte ab *Hypocriſi* plane intactos nemo dixerit. In Comm. *Hieron.* reperies *Hypocritam* hic exponi *falſum in amicitia & doloſum*; atque in *Amicos* dictum cenſeri, qui *Jobum ad Tartarum avaris rapuerint votis.* Hoc jam violentum, ut & reliqua ibidem proſtantia. Si *Sodales* tanguntur, ictus non niſi ex obliquo in eos recidit, in *veri nominis Hypocritas*, ob *florentiſſimam proſperitatem ſibi placentes*, & *ſecure ſemet paſcentes*, directus.

Verſ. 11. Novis difficultatibus Viri Docti implicantur pro ſua quiſque *Hypotheſi. Merc.* I. *Propoſitio eſt ad ſequentia, qua attentionem captat quod magna ſit dicturus, & ardua.* Manum *Dei, intelligit Dei* opera, *quæ in Dei manu & potentia ſunt poſita, ut* proſperitatem infelicitatemve *piorum & impiorum. Nam de his omnibus dicturus eſt.* Eadem vocari cenſet, *quæ ſunt apud Omnipotentem, depoſita in æternis ejus decretis & judiciis.* Nempe אורה *docebo* in *fut.* acceptum, aliud nihil pati poſſe videbatur. Multa incommoda; nam unice agitur de *Hypocriſeos & improbitatis horrendo exitu.* Et quorſum tunc illud *docebo vos?* An non ſtrenuos ſatis Doctores in eo ſe præbuerant? Senſit Magnus Commentator, adjungens, *Ceterum*, inquit, *ne putetis me ignota alioqui vobis allaturum* &c. Hoc II. *Doct. de Pined.* in eam adduxit opinionem, *Jobum*

nunc profiteri, *ſe multo luculentius quam amicos diſputaturum de impiorum ſuppliciis*; *nunquam enim ſe negaſſe*, *improbos in hac vita aliquando puniri*: *ſed illud tantum aſſerere*, *veriſſima aut ſupplicia aut præmia ad vitam alteram reſervari.* At non video, cur eo nomine ſe *Amicos docturum* eſſe diceret, quum & apud ipſos utique dubio vacuum, *qui male exſcinduntur in hac vita*, *ſub maledictione iſta pejus adhuc perituros poſt mortem.* Ad phraſin, *Docebo vos* ביד idem Vir *Erud.* multa tentat, ut *Divina gratia*, & *ope. Divina quadam dicendi ratione*, *& efficacitate:* atque adeo *in manu* velut *excelſa Dei*, *me ſuſtinente*, *& audaciam mihi addente*, *qua alacer orationem hanc aggredior.* Acumina, non lumina. Cl. *Cocc.* III. longe diverſus, *Monſtrabo vobis manum Dei* &c. Ad ea, *videri poſſit*, inquit, *aliud indigitare quam* pœnam *injuſtorum ſimpliciter. Dei* potentiam *nimirum &* ſeveritatem, *quam non modo in injuſtis puniendis*, *ſed & in piis probandis & caſtigandis exercet*; *quæ efficere debet ut timeamus ipſum. Nam ſi juſtus vix ſalvatur*, *improbus ubi comparebit*? *Ita Jobus etiam* ad ſe ipſum *potuit reſpexiſſe*, *quum dicit*, Vos omnes vidiſtis, *ſcil. in me*, *quid* manus *Dei poſſit efficere*, *& quod etiam pii non evadant tentationem multiplicem Crucis. Attamen propius conſideratis omnibus*, *hic ſenſus magis e verbis elucet: Quantum ex dictis veſtris liquet*, *vos omnes* vidiſtis manum Dei, *quam grave ſit incidere in illam ſuo peccato. Nam enarraſtis varia impiorum ſupplicia: nec dico vos mentitos. Res ita ſe habet.* Non celabo quod cum Omnipotente *decretum*, *ut aliquando irroget Hypocritis*, *ſed potius vobiſcum decantabo.* Quare *ergo* vanis veſtris cogitationibus evaneſcitis, *inque iis vobis placetis*, *ac non potius Deum timetis*? *Quod in aliis* vidiſtis, *vos ipſi*, *ne Hypocriſin foveretis*, *metuere debebatis.* Evaneſcere *eſt vana fiducia niti.* Hæc neutiquam tam liquida, atque ὁ πάνυ cenſet, qui *miratur interpretes hic nodos ſibi nexuiſſe.* Quid? an *Jobus* victorem ſeſe ferens Amicorum, ſubito ipſis victoriam deferet: & recte eos diſputaſſe pronunciabit? Alia, quæ hic dici poſſent, amputo. Cl. *Schmid.* VI. hanc *cohærentiam* ſibi placere ait, quod *Jobus*, *quum jam ſatis occupaverit ſuſpicionem*, *quaſi ex deſperatione ad omnem impietatem prolapſurus eſſet*; *nunc ex abundanti ulterius progrediatur*, *& plura addat incommoda quæ impietas gignit* &c. &c. *Itaque nunc cum aliqua præfatiuncula hic incipit alterum impietatis incommodum*, *attractionem ingentium malorum corporalium*, *quæ* a manu Dei *improbis immittuntur.* Ita ſua jam vineta cæderet Noſter, & *doceret Amicos*, quod *ipſum* omni contentione virium *edocere* voluerant. Doct. *Crinſoz.* VII. commodius paulo, *declarabo vobis effecta providentiæ Dei*; *neque celabo vos* ſapientiam *quæ apud Deum eſt.* Nempe *eam*, de qua tam magnifice diſſertat *Cap. ſeq.* Idem *Belgis* noſtris placuiſſe apparet, nec quicquam concinnius dari poſſe video, ſi ad *Vſ.* 8. 9. 10. recepta ſententia teneatur. Quod enim VIII. *Jun.* & *Trem.* auſi, *Doceo vos in plaga Dei* verſans, eum *qui* ſibi conſtat *cum Omnipotente non ementior*: inter ea cenſeri poteſt, ob quæ hanc non *verſionem*, ſed *averſionem doctorum* vocitaſſe traditur Summus *Bochartus.* In notis additur, *Ego non facio*, *ut Hypocritæ ſolent*, *ſed animum meum ut conſtitutus eſt erga Deum in graviſſima calamitate*, *vobis expono*: *& videtis ipſi* &c. En IX. quid mihi occurrerit ad nexum ſalebroſiſſimum. Retineo & ipſe *præſens*, *Doceo vos*; idque ad *præcedentia* ſimul & *ſequentia* ſic refero, ut *Jobus*, qui ſibi ſocios viciſſe videbatur, (& vicerat) jam tandem oſtendat, *ſe veram viam Dei cum Hypocritis eſſe declaraturum*, *in qua exponenda non leviter offendiſſent ſodales.* Habes aliquid, quod Filum & Ordo diſputationis ſponte ſuggerit. Habes item, quod ad ſilentium jam redactis Amicis, & æſtu concertationis defervente, ſibi ipſi quodammodo debebat Noſter: ſaltem *Veritati* ac *Religioni*, quam violatam ſane noluit, id dare debuit, ut poſt *acres* illas *contentiones*, quibus *perpetuam Felicitatem improborum*, & *Hypocritarum*, extulerat, ſub finem declararet, quid *de* illorum ergo *ſorte* ac *conditione apud Deum ſentiret*; ne quid mali forte ulceris foviſſe crederetur. Id conſignare incipit cordatiſſime *Vſ.* 7. & *Vſ.* 8. ſpecialius *ſpem Hypocritæ* explodere aggreditur; eam prius delineans a parte illa formoſa, qua præſtringit, & faſcinat, non aliorum tantum oculos, ſed ipſius hominis a ſemet deluſi. Ponit itaque primo, *animam* ejus a Deo ipſo *eliquatam* veluti, per *proſperitatem opimam*, & *tranquillitatem ſecuriſſimam*, quam *nullæ fæces turbent.* Addit, ſecundo, *Numinis favorem præſentiſſimum in malis*, *ſi quæ forte ingruerint*, *ad preces ejus depellendis.* Cumulum imponit, tertio, *ex gloriatione in Deo*, tanquam *ſuo*, quem *om-*

12 הן־אתם כלכם חזיתם ולמה־זה הבל תהבלו׃

12 Ecce omnes vos vidiſtis: & ad quid hoc vanitate vaneſcitis?

13 זה

13 Hæc

omni tempore ſibi *propitium experiatur*; ſecus ac *vere pii* & *religioſi*, quibus talia incidunt tempora, ut Deus faciem ipſis ſuam ſubduxiſſe, iiſque in hoſtem converſus eſſe videatur. Cernis tales lineas, quas *Hypocritæ ſpem* pingere volens, haud facile omiſerit; egregie ſimul quadrantes in præſentem *Jobi conditionem*, *adfectionemque.* De his omnibus jam non immerito pronunciat Noſter, *Doceo vos de Manu Dei*, i. e. *de iis quæ Deus agere ſolet*; *quæ in curſu providentiæ ejus*, & *regimine rerum humanarum*, *ſeſe manifeſte exerunt.* Attexit, *Et quod cum Omnipotente non celo*; *non abnego*; *non fucato colore eludo.* Id fecerant quodammodo Sodales, qui ita in *Hypocriſin* declamaverant, ut quod *cum Omnipotente eſt*, ratione viarum Ejus, in peccatis, per longam conniventiam, tranſmittendis, non ſine fuco negaviſſent, & experientiæ contraria docere ſuſtinuiſſent. Poſſes quoque, *Doceo vos per Manum Dei*, i. e. *ſpiritum intus in me agentem*; quorſum *Chaldæus* tendebat, a *Merc. Druſ.* aliiſque ita laudatus, ut ferme ſubſcribant. *Caſtal.* certe reddere non dubitavit, *Docebo vos Divinitus.* Quod alii habent, quæ *in manu Dei* ſunt, ad prius, quod prætulerim, ſponte ſua redit. Si urgeas vim *fut. Docebo* ad præcedentia non minus aptum reperietur; q. d. Noſter, *Vidi vos in magno errore verſari circa Regimen providentiæ*; itaque *Docebo vos Manum Dei*; *tempus eſt*, *ut verum conſpectum harum rerum*, *de quibus multa in vanum diſſeruiſtis*, *vobis pandam.* Vides, hoc pacto, ſequentia ſimul includi poſſe, quin debere; quatenus ſe de *Exitu Hypocritarum* certiora, & cum Dei viis conjunctiora, editurum eſſe, inculcat.

Verſ. 12. Habet aliquid ſingulare *Paraphr. Tigur.* quod hic conſpici meretur. I. *Cum vos omnes ſpeculationibus Theologicis operam dederitis*, *quare tam vanas opiniones habetis.* Nempe verbum חזה *vidit*, per excellentiam poſitum cenſuere, pro *rebus Divinis contemplandis vos dediſtis.* חזון eſt *viſio Prophetica*, & חזה *videns* olim vocabatur *Vates.* Quidni & *videre* dicamus uſurpatum, ut *prophetare*, pro *Docere in Eccleſia*; & *Oracula Dei tractare.* Non abhorret a perſona horum virorum; vereor tamen ne ſubtilius ſit. *Merc.* II. ad *experientiam* referens, quam omnes habuerint, de *piorum adflictionibus*, & *impiorum felicitate*, non longe a ſcopo abeſt: eum tamen non ferit, ſibi ipſi, ut ſic dicam, elapſus, quum addit, *Hæc vos videre potuiſtis*, & *bonos*, & *malos*, *adfligi*; *cur ergo tam vani eſtis ut me ex adflictionibus improbum pronuncietis*; *præſertim quum aliter probi adfligantur*, *aliter improbi*, *quibus nihil ſpei a Domino relictum*, *quique ad Deum non reſpiciunt*, *nec orant nec exaudiuntur: quum contra fiat in probis.* &c. Redeatur ad ea, quæ *Vſ.* 8. diſcuſſa. Longius labitur Cl. *Schmid.* III. ita connectens, *Docebo vos de manu vindicatrice Dei*, *quæ punit improbos*; *nec mihi longa probatione opus erit*; *Vos enim ejuſmodi oculis veſtris vidiſtis*; *niſi quod in applicatione evaneſcitis*, *quando omnes impios*, & *neminem niſi impium*, *puniri voluiſtis.* Videtur prima fronte ad rem; ſed accuratius inſpectum, cum ea directe pugnare reperietur. Reſolve modo, *Docebo vos*, *quod ipſi Experientia eſtis edocti*, *impios a Deo puniri*; *etſi non omnes puniri concedam.* Non potuit, non debuit ita ratiocinari Noſter: hoc capite potius ea exponens quæ a *Syſtemate* Amicorum longe diſſidebant, quin imo funditus illud ſubverſum eunt. Quid Cl. *Cocc.* IV. hic viderit, ad *Vſ.* præc. exhibui. Languidiuſcule V. Doct. *Crinſoz.* *ſed noviſtis illud omnes jam: quid ergo vanis ſermonibus frena laxatis*? Quid noverant? Num quod ſequitur de *pœnis Hypocritæ*? At *Jobi Syſtema* aliud tulit, & feret, quam Amicorum illud. *Codurc.* VI. non aptiſſime, *ſignificat ſe non repugnaturum illis in eo*, *quod recte ſenſerant*, *dixerantve*, *atque experientia cognoverant* q. d. *Vos eſtis dictorum meorum teſtes.* &c. &c. In *præſ.* extulere VII. *Jun.* & *Trem.* *Vos omnes videtis*, nempe, *quomodo me geram in hac calamitate*, *longe aliter ac Hypocritæ ſolent.* At-

qui

13 Hæc eſt portio hominis improbi apud Deum: & hæreditas *quam* violenti ab Omnipotente auferunt.

13 זה חלק־־־אדם רשע עם־־־אל ונחלת עריצים משדי יקחו׃

14 Si

14 אם־־

qui objecta fuit Noſtro *contumacia*, *ſuperbia*, *rebellio*, *crimen læſæ Majeſtatis*; ex eoque ipſo, quod non ſummiſſius ſe gereret, *Hypocriſeos* ei & *impietatis* dicam impegerunt Triumviri. Concludimus VIII. *Ecce omnes vidiſtis*, vix aliter capi poſſe, quam, ex ſerie verſu præc. deducta, *vidiſtis Hypocritas florentiſſimos.* Ecce *experientia diſcere debuiſtis*, quæ ego de *Gloriatione Hypocritarum*, deque *Numinis erga eos indulgentia per totam vitam*, antea diſputavi, & nunc extra fervorem diſputandi, repeto. *Quare ergo vanitate evaneſcitis?* Quare *experientiæ*, quare etiam *conſcientiæ veſtræ* obluctamini, tendendo *Hypocritis*, *avariſque* opum *raptoribus*, *adverſa omnia in terris* evenire, iiſque *vivis* ac *videntibus prædam ſuam extorqueri*, ut pro *Exemplis juſtitiæ Divinæ* inſerviant, quum omnibus *oculos in fronte gerentibus* manifeſtum ſit, eos plerumque *tranquille vivere*, *tranquille mori*, atque in *familia opulenta* & *florente ſaturos rerum* ac *dierum exſpirare.* Ita hactenus diſputaverat Noſter, nec video cur a ſententia iſta deflexiſſe ſtatuatur. Pertinent hæc omnia ad תקוה *ſpem Hypocritæ*, tanquam lætum quid, pulcrumque, extollendam; quam tamen cum *infeliciſſima ſua ſorte* commutatam ſe nolle teſtatur *Jobus*, jam vere *Jobus*, id eſt *fide invicta armatus*, & *Martyr*, ut ſic dicam, *pietatis*, cum qua vel *diram mortem* ſubire malit, quam *placidiſſimo* illo *fine* impiorum *finiri.*

Verſ. 13. Ad magnas hic anguſtias rediguntur Interpretes. Sentias ex *Merc.* I. ſic commentante, *Eadem quæ hoc loco dicit Jobus, dixerant & Socii. Quid ergo? Videtur nunc accedere ſententiæ eorum, quod Deus Judicia ſua in Impios hic revelet.* Id incongruum ſentiens, ſubnectit II. *Multi hinc ad finem Cap. conceſſionem & Mimeſin inducunt, quaſi Job hæc ita quidem fateatur accidere, quæ Socii narrarant: neque ſe in hoc cum illis controvertere, verum in hoc non eſſe exitum & ſcaturiginem ſapientiæ, quæ in eo conſpiciatur, quod Deus bonos affligat, & malos proſperet; quæ quidem occulta ſit Dei ſapientia, nulli homini pervia* &c. *Huic expoſitioni libens aſſentior, ſed interim & aliorſum hæc afferri puto cum R. Levi, ut quia ſupra de* Felicitate impiorum *dixerat, non propterea ab illis haberi debeat impius, quaſi eos laudet, ac ſequi velit; quippe qui ab illis abhorreat, & cum ſociis agnoſcat inſtabilem eſſe eorum felicitatem, eoſque pœnas tandem acerrimas dare. Non tamen ſemper id fieri, ut dicebant Socii; ſed ſe ſenſu deprehendiſſe, ut & ipſi deprehendere potuerant, aliter ſæpe accidere.* &c. Hæc fluctuant, & ſemet implicant. Diſtinctius III. *de Pined. Mihi non eſt exploratum, an hæc, & ſeq. ad Vſ.* 19. *recitet Jobus ex Amicorum perſona, an ex propria ſententia. Certe veriſimile eſt, ex aliorum ſententia proferri, ita ut quæ Amici diſſeruerunt de Temporalibus impiorum ſuppliciis, repetantur quaſi importune ab illis objecta & inculcata,* videl. *impios ſolere in hac vita pœnas dare amiſſione filiorum, abolitione poſteritatis, direptione bonorum omnium. Deinde vero ſubjungat ex propria ſententia Vſ.* 19 *Dives cum dormierit*; q. d. *Ego ſic ſtatuo ſupplicia impiorum a morte incipere &c.* Ita fere *Munſt. Clar. Cajet.* calculos ſubduxere: unde veri nominis *Mimeſis* exiſteret; quam tamen mox deſerit *de Pined.* ex ſua ſententia hæc *Jobum* expromiſiſſe ſtatuens, ut *luculentius & magnificentius adhuc, quam Amici, impiorum ſupplicia delinearet*; quippe *qui nunquam negaſſet eos aliquando in hac vita puniri.* Tactum ad *Vſ.* 11. *num.* II. Sed notandum, iſtud *aliquando* parum ad rem facere, nec *Jobum* hic delineare quid *aliquando* accidat, ſed quid *plerumque & ordinario*, ſecundum *Leges juſtitiæ Divinæ.* Hoc *Hypotheſi Jobi* hactenus defenſæ contrarium. Et tamen huc deſcenſum a præſtantiſſimis Interpretibus; quod aliud nihil relictum videretur. Vide *Calv. Piſcat. Belg. Angl. Patric. Crinſoz. Schmid. Reim.* &c. Excogitatum tamen IV. a *Jun.* & *Trem.* quod nodum ex parte levare videbatur; nam hinc ad *Vſ.* 20. *agi* ſtatuunt *de*

de Calamitatibus, *quæ etiam improbos invadant:* Inde ad finem, *de miſerrima animi eorum conſtitutione*, *longe diverſa*, *ob terrores conſcientiæ*, *a conditione proborum.* Alium adhuc nexum V. quæſivit Cl. *Cocc.* per רשע hic ſpeciatim notari autumans *eum*, *qui ſe juſtitiæ Dei per obedientiam fidei non ſubjicit*, *ad omnem juſtitiam propriam abnegandam*; *atque ita Legi juſtitiæ Legem injuſtitiæ vel opponit*, *vel apponit.* Subtile. Addit ſubtilius: *Hoc in Amicis ſuis latere vidit Jobus*; *hoc deteſtatus eſt*; *& propoſitis maximis ſuppliciis ab ea cogitatione eos avertit.* Si hæc *Hypotheſis* e facili flueret, jam nec in totum, nec ex parte, idem diceret *Jobus* cum Amicis; longe diverſas perſonas impetens, quin Amicos ipſos oblique feriens, tanquam qui a *puritate fidei deflexiſſent*, & facti eſſent עריצים *violenti*, *proximum injuſte exacerbantes.* Fateor VI. quum ad *Vſ.* 10. ſuſpicio mihi commota, Amicos ibi, ut & *Vſ.* 8. 9. pungi, quod *ſecure nimis* & *arroganter* ſeſe *efferrent*, ſimul mentem mihi pepuliſſe ſimilem fere conſpectum hujus *pericopæ*, quam ipſorum fere phraſibus in capita Amicorum retorſerit Noſter, denunciando ipſis perniciem ſibi intentatam, ſi in iſta *Hypocriſi*, *arrogantia*, & *violentia* erga inſontes a Deo adflictos, perſeverarent. Talem *adfectum* Noſtro ſubinde ſurrepſiſſe nil mirum; revera enim non *inclementer* tantum, ſed & *inſolenter* tractabatur a *Cenſoribus ſuperciliosis.* Tale illud *Cap.* 19: 29. *Metuite vobis a gladio* &c. Item *Cap.* 13: 7. 8. 9. & 6: 14. Mire præterea congrueret talis peroratio in Eum, qui jam victorem ſe ferens, par pari quodammodo retuliſſet. Non acquieſco interim in hac *Hypotheſi*, a qua multa me retrahunt, ſed VII. cum ordine, & evolutione materiæ, inter *Jobum* & *Amicos* diſcuſſæ, conjunctiſſimum arbitror, ut nunc tandem Noſter declaret, quid ipſe ſentiat de *ſorte*, & *conditione* talium *Hypocritarum*, quos Deus patitur *in terris florere*, *ſuperbire*, *triumphos agere*, *per nefas omne ad culmina rerum graſſari*; *eoque in faſtigio fortunarum ad mortem uſque vigere*, *atque adeo magnifice ſuperbis Mauſolæis inferri.* De tam *illuſtri perſona* cogitandum hic eſſe, omnia arguunt. Diſputatores Viri principes; controverſia ipſa ad talem ſemet reſtringens, quin & diſerte alligata in ſuperioribus; itemque hoc ipſo Capite; nam *Vſ.* 8. יבצע infert *quæſtum avaritia inexplebili corraſum.* ישל item *opimam* non minus quam *tranquillam* ſignat *fortunam.* Hoc verſu עריצים manifeſto ducit ad *Tyrannos præpotentes. Vſ.* 16. 17. 18. porro comparebunt *Theſauri* a longo *congeſti*, & *conſtructi*, in *Domo ſplendida* illa quidem, & *magnis opibus ſubnixa*, ſed quam *tinea* rodat, id eſt *Maledictio Dei ſuo tempore eruptura*, *ad potentiam malis artibus exædificatam funditus evertendam*, *ſub ruiniſque ſuis ſepeliendam.* De tali jam *Hypocrita*, animi ſui ſententiam aperire incipit Noſter, oſtenditque ſe quum *Felicem* Eum *vivere* & *mori* dixerat, humano more diſputaſſe, ad Amicorum tela retundenda: de cetero neutiquam dubitare, quin & *Domus* talis *improbi poſt mortem* illius tandem aliquando pejus *ruitura* ſit, quam *conſurrexerat*; & *anima* ejuſdem *graſſatoris* confeſtim expertura ſit, dari Deum *hypocriſeos* & *impietatis* ſeveriſſimum vindicem; qui ſibi *ſub larva religionis* non patiatur illudi, ſed qui viciſſim ſpes & imaginationes omnes vani cordis deludat; in exitium æternum præcipitato, & turbine iræ a facie ſua diſturbato illo, qui caput in cœlum auſus fuerat efferre.

Ibid. Habemus jam clavim, ut confido, illuſtris hujus pericopæ. Apparet enim ſtatim, quanta cum Emphaſi nunc ille חנף *Hypocrita*, idemque *Lucripeta inſatiabilis*, qui *Vſ.* 8. 9. 10. *Deum ſibi propitium gloriabatur*, appelletur אדם רשע *Homo impius*; nec non עריץ *Exactor tyrannicus*; qui *Pſ.* 37: 35. eſt רשע עריץ *Improbus violentus palmæ inſtar expandens ſeſe in terris.* Adde ex oratione *Eliphazi Cap.* 15: 20. idem hocce conjugium vocum, רשע & עריץ, per quas ibi *Jobus*, ſimileſque *Jobo divites*, *ſub perſona religionis graſſantes*, ex ejus mente, deſignantur. Illius hominis *pœnas* longe aliter jam delineandas ſumit Noſter, quam *Amici* fecerant: ut ex collatione *Cap.* 15. ubi *Eliphazus*; & *Cap.* 18. ubi *Bildadus*; & *Cap.* 20. ubi *Tſopharus* declamant, unam eandemque incudem tundentes, apparebit. Nempe non deſiſtens a ſuperiore ſententia, ſed eam ulterius confir-

 mans,

14 Si multiplicantur filii ejus, ad gladium: & germina ejus, non ſatiabuntur pane.

15 Re-

14 אם־ירבו בניו למו־חרב וצאצאיו לא ישבעו־לחם :

15 שרידיו

mans, oſtendit nunc, iſtam *ſcenam felicitatis temporalis poſt ſata demum everti*. Idem inſinuaverat *Cap.* 21: 19. 20. 21. *adfectui* tamen nonnihil ibi indulgens, & *ſupplicium vivo* potius *ac videnti infligendum fuiſſe* contendens. At hic non diſputans, ſed docens, *repoſitam* agnoſcit *in theſauris Dei pœnam*, qua & *Domus injuſtis artibus ad* maximam *potentiam provecta*, & *ipſe injuſtus*, *exſcindantur*. *In theſauris*, inquam, *Dei repoſitam*, *poſt Mortem* ſcilicet; ut ex *Vſ.* 20. clariſſime videre eſt. Idem inculcatum formulis חלק עם אל *portio cum Deo*, & נחלת *Hæreditas ab Omnipotente percipienda*; quibus & *Tſopharus* uſus *Cap.* 20. fine. In priori עם creditur poſitum pro מעם, *de cum Deo*. Cl. *Schmid.* non male obſervat, *cum Deo*, eſſe *in decretis Divinis*, *quæ Deus ſecum habet recondita*, *ſuo tempore exequenda*. Ita planiſſime *Deut.* 32: 34. *An non illud reconditum mecum? obſignatum in theſauris meis?* Deſignantur judicia gravia quidem illa, ſed & tarda, *poſteritatique* demum ſuperventura, ſecundum illud *Habak.* 2: 9. הוי בצע בצע רע לביתו *Væ avaritiam avaram exercenti*, *peſſimam ſuæmet domui: in alto nidum ſuum ſtruendo.* &c. &c. &c.

Verſ. 14. Magnopere in univerſa hac Oratione *Jobi* diſponenda cum hæretur, tum diffidetur. *Merc.* I. ita ſeriem ordinat: *Quinque hic adfert*, *in quibus improbi ſpem & felicitatem ſuam collocare ſolent*; *copioſam prolem*, *divitias*, *incolumitatem*, *ædificia magna*, & *nominis celebritatem*; *quæ omnia illis eripienda dicit*, *etſi ita non ſemper fiat*; *ſed juxta Sociorum opinionem loquitur*, *uti etiam verum eſt ſæpe.* Multa incommoda, ut ad quemque verſiculum pateſcet. Ad omnia ſimul pertinet, quod *Jobus* jam idem dixiſſe ſtatuatur cum Amicis, ſub ea tantum exceptione, *non ſemper id fieri*, *ſed ſæpe*. Putat autem *duo* hoc in *Vſ.* exhiberi *genera mortis violentæ*, Gladium, & mediam; *quibus & ipſi puniendi ſint*; & *liberi in pœnam parentum*. Adverſus eum Cl. *Schmid.* II. tendit, *non ex Amicorum ſed ex propria ſententia hæc dixiſſe Jobum*, *quippe qui non negaſſet minas Divinas in Impiis ſortiri eventum ſuum*, *ſed ſemper eos puniri: quod ne minæ quidem Divinæ velint. Jobum itaque in hoc articulo melius loqui*, *quam Amicos*, *juxta verum ſenſum minarum illarum.* Hæc parum plana vel nihil dicunt, vel idem quod *Merc.* dixit. Minus quoque aptum, quod ad אם *ſi multiplicentur filii*, notet Vir Doct. *Duplicem pœnam indicari poſſe: alteram*, *quod non raro impii improles ſint: alteram*, *quod ſi prole multa gaudeant*, *ea tamen priventur variis plagis*, *præſertim gladio*, *fame*, *peſte.* אם non dubitantis, ſed confirmantis, & *florentiſſimam familiam*, atque adeo *gentem*, *ex Improbo Divite proſeminatam*, ante oculos ſtatuentis. *Jun.* & *Trem.* III. multo diverſius ad *Vſ.* 20. agi cenſent de plagis *familiam*, *divitias*, *ædes*, *proventus* improbi, diſſipantibus, unde in *deſperationem* & *diffidentiam* conjiciatur, ad finem uſque Capitis deſcriptam. Cl. *Cocc.* IV. *Pœnas Hypocritarum* α. in *familia Vſ.* 14. 15. β. in *bonis Vſ.* 16. 17. γ. in *domo Vſ.* 18. δ. in *Ipſo Vſ.* 19. 20. 21. 22. ε. in *memoria Vſ.* 23. ſubliniore mactat ſenſu, atque primo *Amicos* oblique *peti* ſupponens, inde adſcendit ad *Juſtitiæ propriæ ſectatores*, *Judæos*, *Pontificioſque*. Harum meditationum guſtulum ſi cupias, en *poſteros Judæorum ad famem ſpiritualem* i. e. *verbi Dei & conſolationis penuriam damnatos*. Item, *Domum Antichriſti*, *ut blattæ*; *ut tugurium*; *quæ* ſcil. *facillimo opere ſit convellenda*. Vides genus. Alii V. promiſcue hic diſſeri volunt de *pœnis improborum in vita*, *in morte*, *in filiis*, *in bonis &c.* Id ad quemque verſum promentes, quod ſua cuique conjectura ſuggerit. *Codurc.* nimis feſtivus, *in quatuor his verſibus nil difficile* dictitans; atque ad huncce plane ſilens. *De Pined.* ita mentem exponit: *Minatur impio exitium filiorum per gladium hoſtilem*, *ſive bellum*; *itemque famem*, i. e. *exilium*, *ignobilitatem*,

ege-

egeſtatem. Similia habet *Cler.* in *Paraphraſi* & *Crinſoz*. Nimis argute *Druſ.* ad poſterius colon, *Nullus erit cibus*, *qui eorum famem explebit. Tanta erit maledictio Dei*, *ut etiam in copia inopiam experiantur.* In priori *Bellum Gladio* figuratum ſtatuens, minus rite ad *Eriſichtoniam* quandam *maledictionem* reſpexit in hac *miſerrima eſuritione.* In priori colo *Bolduc.* deprendit *Gladium Juſtitiæ*, quem Magiſtratus gerit, q. d. *ſi multos habuerit filios*, *tam diſſolute vivent*, *ut appareat eos recta pergere ad infame ſupplicium* : ita ut *qui ex his nati fuerint*, *ad ſummam penuriam recidant.* Eodem collineaſſe videtur Ill. *Grot.* cui ad *Vſ.* ſeq. *Capite damnati* obverſantur, *quos lugere vetitum.* Hæc & alia complexus *Ven. Patricius* qui ita *Jobum* inducit loquentem, *vidimus ſane numeroſam ejus poſteritatem cadere Gladio Juſtitiæ*, *aut Belli*, *aut popularis Tumultus furore : eoſque*, *qui evaſerant*, *reſervatos ad pereundum fame crudeli.* Ad verum ſenſum rite conſtituendum, obſervo VI. ita digeſtam videri hanc enucleatiſſimam tractationem, ut *primo* exponantur *Judicia Divina* in *poſteritatem*, & *familiam præpotentem*, *improbi*, *poſt Mortem ejus*, incubitura, ad male parta male diſſipanda. *Secundo* depingatur *theſaurus* cumulatiſſimus *Iræ* ejuſdem *in ipſam improbi perſonam effundendus* ſtatim *ad Mortem*, & *ultra eam*, quum jam incidit in Manus Dei vivi; atque ad Tribunal juſti Judicis comparere coactus fuit. *Prior* pars a *Vſ.* 14. ad *Vſ.* 19. deducitur. *Poſterior* a 19. ad finem capitis decurrit. In hac *generali partitione* potuiſſet *Judicium*, ſub quod *Dives beatiſſime*, ut videtur, *moriens*, & *beatam*, florentemque hactenus, *relinquens Familiam*, confeſtim *cadit*, præmitti, adjecta dein *maledictione poſteritatem* & *Domum* ejus *extirpatura*; ſed dedita opera ordo commutatus; & initium factum a *pœnis ad hujus vitæ Oeconomiam pertinentibus*, ut inde ad *pœnas longe graviores Oeconomiæ futuræ* tranſcendatur. Id nemo male digeſtum dixerit. Digeſtius merito cenſeatur forte, tum ob rationem obviam; tum quod *vitæ futuræ judicia illa* a nobis non niſi *per Fidem* hactenus *apprehendantur* : quum priora illa in *ſenſus* & *experientiam* noſtram incurrant. De iis ergo prius actum, utpote proxime *Controverſiam* ſpectantibus : *viſibiles enim plagas in domum improbam immittendas* maxime urſerant Amici. Addiderim, in *inviſibilibus pœnis* finire maluiſſe Noſtrum, quod illatum vis nullo fine terminetur, ſed in omnem æternitatem ſeſe extendat. Incipitur ergo a *Maledictione viſibili*, quæ *improbum Raptorem* feriat *poſt Mortem* : non autem *in vita* ; ut Amici tetenderant. In ea evolvenda legitimo ordine proceditur. Venit nempe primo *numeroſiſſima*, eademque hactenus *opibus* & *divitiis florentiſſima*, *progenies*, quæ *beati*, ut gloriantur, Patris, *beatam* & *opulentam cernit hæreditatem*; atque *perpetuam* ſibi *potentiam* & *gloriam* in culmine rerum deſpondet. Huc vocat אם *ſi*, quod eſt *concedentis*, vel *innuentis* tale quid locum habiturum, ut vel ex *Vſ.* 16. manifeſtum. *Si creverint* ergo & *multitudine*, & *fortunis Filii ejus* : itemque *Nepotes* צאצאים, *ſplendida germina*, *ſi excreverint*, *ſeque lætiſſime diffuderint in terris*; *Gladius* tamen *vindex* tandem *in eos deſtringetur*, atque *per omne genus malorum*, Divinitus *inſtantium*, *ad ſummam egeſtatem* & *inopiam opulentiſſima* illa *familia*, *male partis ſuperba*, *revolvetur.* Habes quod Sacræ Literæ, quod profanæ etiam, quod denique *Experientia* omnium, & *Dei Judicia* in Mundo, teſtantur, ac ſanciunt. Conjunxi in unam ſeriem duo membra, quæ ſublimioris ſtyli elegantia disjunxerat. Naturalis nempe ſtructura erat, *Si Filii ejus & Nepotes læte excreverint*; erunt *ad Gladium*, & *non ſaturabuntur pane.* Si quis *disjunctionem* retinere malit preſſius, ad *ætatum diſtinctionem*, nil deceſſerit nobis. *Gladium ultorem Dei* jam bis habuimus *Cap.* 15: 22. quorſum reflecti putem : & *Cap.* 19: 30. Pro eo ברק *fulgurans acies* inducta *Cap.* 20: 25. Adde *Pſ.* 7: 13. & 17: 13. Non excludo *Bellum*, *formidoloſiſſimum* illud *flagellum*, quo Deus *Judicia* ſua *in terris* exercet; & *quo* tanquam *Gladio Juſtitiæ injuſtitias*, *avaritias*, *rapinas Mortalium*, publice vindicat : ſed nec Emblema hoc fine includo. Confer *Pſ.* 78: 62. 64. ubi חרב bis diſtrictum, non ſine notabili diſcrimine. Exiſtimarem *Vſ.* 62. *Gladium* latiore ſenſu poſitum, quam *Vſ.* 64. ut prior deſignet *Gladium vindicem quem ipſe Deus vibrat* : poſterior *gladium hoſtilem in manu hominum.* Locus inſpectus mentem meam penitius inſpiciendam dabit. Sub priore comprehenduntur *omnia illa mala*, quæ *vis ſæva belli ſecum trahit*; videlicet *cædes* non tantum & *lanienæ*; verum

15 Reſidui ejus in mortem ſepelientur: & viduæ ejus non flebunt.

15 שרידיו במות יקברו ואלמנותיו לא תבכינה׃

16 Si

16 אם־

rum etiam *urbium*, *ædium*, *agrorum*, *incendia*, *populationes*, *evaſtationes*; *pecorum prædarumque abactiones*; *violationes corporum*; *captivitates*, & *abductiones in ſervitutem*; quæ & alia mala innumera hic Noſtro obverſata, ad oſtendendum, quomodo in *via ordinaria* providentiæ *opes ex rapinis & ſpoliis pauperum corraſæ* iterum *ſoleant diſſipari*, ne de iis *tertius quartuſve* gaudeat *hæres*. Eſt *Doctrina veriſſima*, & *Regula* ferme *perpetua*: quam & Amici ante oculos ſibi propoſuerant; ſed a qua impetu diſputandi multum deflexerant; *in præſenti Calamitate Domus Jobææ* hanc ipſam *Dei vindictam* manifeſtiſſime conſpici contendentes. Veriſſime ergo Noſter *Vſ.* 11. *Edocebo vos de Manu Dei. Doctrinam* male a vobis explicitam, pejus applicitam, juſto in lumine collocabo.

Verſ. 15. Duæ formulæ abſtruſiores. Eas ita declarat I. *Merc. Morbo*, vel *Morte quavis mortui, humabuntur: & ne viduæ quidem, aut impii mariti, aut ejus filiorum, ploraturæ ſunt ob eorum improbitatem & ſævitiam, quod eos non amarint. Vel, quod funere ſolenni non ſint proſequendi, ubi funus deducentes uxores flere ſolerent.* Hoc ita in *Paraphr.* expreſſit Cl. *Cler. Qui vero naturali morte ſublati fuerint, ne a ſuis quidem viduis deflebuntur: quia viros utpote malos oderant.* Utrumque dilutius; nec ulla ratio Linguæ permittat, ut *in morte ſepeliri*, nihil aliud ſonet, quam *mori* & *ſepeliri*; idque cum oppoſitione ad *gladio occiſos*, *quorum cadavera inſepulta*, ut idem Vir Doct. autumat. Juxta *Merc.* autem *ſepultura hic non memoratur tanquam honorifica, ſed opponitur eorum vanitati, qua ſe putarant æternum victuros* &c. Scintilla veri, quæ deinceps clarius micabit. *Jun.* & *Trem.* II. argute, *In ipſa morte ſepelientur* i. e. *adhuc animam agentes*; *& ne ab intimis quidem lugebuntur: ita ſunt exoſi omnibus.* Præiverat *Vatabl. Qui evaſerint ſepelientur adhuc vivi moribundi.* Addit tamen, vel *morbo*, aut *peſte*, *confecti ſepelientur.* Poſterius arriſit *Druſio* notanti מות θάνατον *Mortem*, pro *Peſte* nonnunquam poni. Amplexus & *Cocc.* III. *Per peſtem venient ad ſepulcrum, atque ita tum per cruciatum morientur, tum frequentes ſepelientur.* Ad ſignificationem Myſticam, quam hic ſimul complectitur, confert *Apoc.* 6: 8. III. *Patric.* IV. hinc elicit *plagam adeo ſævam, ut nemo hos peſtiferos ſepelire auſit.* Acumen non invenuſtum, quod Cl. *Schmid.* plenius expoſuit: *Dum morientur, erunt ſimul ſepulti, nec aliam habebunt ſepulturam, quam mortem. Hoc fieri ſolet tempore peſtis, ut vel non ſint, qui ſepeliant; vel præ timore contagii non audeant ſepelire: ita ut cadavera inſepulta permaneant, morte eos velut ſepeliente, dum ſuper terra in pulverem putreſcunt.* Idem intendit, ſed latiore adſpectu V. *Eleg. Crinſoz. Non aliam habebunt ſepulturam ac eam, quam cuique genus mortis ſuæ procurat.* Quouſque pateat, percipias ex *Codurc.* VI. qui *Vulgatum* laudans, cujus eſt, *ſepelientur in interitu*, id expoſuit, *Carebunt funere; & Mors ipſis erit ſepultura, quatenus vel obruantur, vel mergantur, vel devorentur, vel abſorbeantur.* His omnibus, aliiſque, *inſepulta* videlicet obtingit *ſepultura*; quæ ſemper gravis & triſtis viſa gentibus, magnum pœnæ gradum in Sacris quoque occupat. Ad *viduas luctum non edituras* idem *Vir Doct.* notat, *ſignificari adeo infamem & ignominioſam eorum mortem futuram, ut ne viduis quidem lugere concedatur; ſecundum illud Tiberii edictum*, Ne capite damnatos propinqui lugerent; *apud Suet. in ejus vita.* Idem annotatum ab III. *Grot.* quaſi *magnis criminibus infames fore poſteros* inſinuaretur. Si iſti ſcenæ diriori hic locus eſſet, *in morte*, vel *in mortem ſepeliri*, notare poſſet, *cum execratione Dei hominumque humari*, atque *defodi.* Tale quid VII. obverſatum iis, qui de *Morte ſecunda* cogitarunt. In his *Diod.* ita ſatis pulchre commentans, *Forma hæc loquendi indicat ſepulcrum improbis eſſe veſtibulum Inferorum, & mortis veræ atque æternæ; quum contra fideles ibi ſeminentur cum certa ſpe vitæ* &c. 1 *Cor.* 15. Ea *maledictio* cur ad שרידים *reſiduos* reſtringeretur, dari nequit; & in priori parte hujus pericopæ *Vi-*

ſibi-

ſibilia magis *Judicia* ſpectantur. *Bolduc.* VIII. *Mortem* poſitam vult pro *Loco ſubterraneo ubi plebeji ſepeliebantur*, ita filum ſuum texens, *Impius in filiis non ſolum punietur, Gladio Juſtitiæ perituris; ſed etiam in Nepotibus, totaque adeo progenie, quæ licet proavum habuerit ditiſſimum, & nobiliſſimum, ad abjectiſſimam tamen deveniet conditionem; & non magnifice, ſed plebeje inhumabitur.* Iſtam *ſepulturæ vilitatem* unice etiam attendit IX. *Piſc.* cui *in morte ſepeliri* valet, *ſtatim a morte, ſine pollinctura, & reliqua cura, qua Divites ſolent funerari.* In vicinia Doct. *Belg.* X. *ſepelientur inhonorati, & ignobiles, fama cum ipſis putreſcente.* Idem ab Erud. *Vavaſſ.* uberius declaratum: *Eſt hæc proprie inſepulta ſepultura. Mors illos ſua ſepeliet; nihil præterea honoris ſupremi conſecuturos. Vult enim Mortem iis futuram pro ſepultura, quaſi qui inhumati projiciantur; aut jaceant ſane inopes & infleti; quorum interitum honore ſepulturæ cognati, affines, ipſæ conjuges, carere patiantur.* Arduum eſt, quid in his palmam mereatur, finire. Deciſio illa expeditior erit, ſi ultimum Colon ad liquidiorem rationem perduci poſſit; nam & in eo magnopere diſſidetur.

Ibid. Ambigitur primo, an *viduæ non plorantes* pertineant ad *patrem improbum*, an ad *poſteros*. Deinde haud convenitur in ſenſu. *Merc.* I. *Viduas pluraliter dicit, quod ſæpe plures uxores haberent: Vel non improbi tantum uxorem, ſed & ejus filiorum innuit.* Quomodo applicet, ſupra viſum. Cl. *Schmid.* in eadem ſententia verſans, *Non video*, inquit, *quid obſtet, quo minus & propria uxor* improbi, & *uxores filiorum ac nepotum* intelliganrur. Poſterius unice tenet II. *de Pined.* quod non inſolens, ut *plurali* adjungatur *ſingulare* diſtributivum. Rationem autem *ceſſantis luctus* reddit, *vel quia ſimul cum viris ſuis eadem lue periventur: vel quod mali mole obrutæ, ſe potius, quam maritos, lugere cogentur; vel quod tot malis deplorandis nullæ ſufficient lacrymæ.* Placuere hæc Cl. *Coccejo*, ita notanti, *Non plorabunt* viduæ, *quia ſimul morientur: ut Pſ.* 78: 64. *coll.* 1 *Sam.* 4: 19 20. *Vel quod in cumulo miſeriarum occalluerint, nec vacare poſſint ſolenni planctui ob propriam miſeriam. Eſech.* 24: 20. *Vel quia major planctu calamitas.* Poſterius illud intendi *Pſ.* 78: 64. vix dubium; nec tamen ibi excluſerim *ſolemnia honeſtioris ſepulturæ*; ut duplex *profanatio dignitatis Sacerdotalis* ibi ſignetur; altera *quod Gladio ceciderint, qui Sacroſancti erant*; altera quod *honeſto & ſolemni funere caruerint.* In hanc mentem rectiſſime & hic *Doct. Piſc.* & *Belg.* III. *Viduæ non plorabunt, ſolennes exequias celebrando.* Nollem additum, *quia exoſi erant ob improbitatem*, id enim & extra formulam, & præter rem; quum nil *viduas* has *pias* ſtatuere jubeat. Alii IV. trahunt ad *morborum & malorum ſævitiem, ob quam gratulanda potius mors illa veniat, quam comploranda.* Omnino tenendum V. quod de *ſepultura honeſtiore*, & *ſolenni planctu viduarum*, mos Orientis ſponte ſuggerit. Totum genus loquendi cognoſcas ex illo *Hamaſæ*

يا طعنة ما شيخ كبير
يفن بال ۞
تقيم المآتم الاعلي عالي
جهد واعوال ۞

Heus confoſſionem Senioris longævi & decrepiti!
Quæ excitabit maximum Leſſum cum adflictione & ejulatu.

Ad hæc *Tebriz. innuit ſe confodiſſe virum principem; ac propterea Leſſum maximum*, ſive *conventum mulierum lugentium celebriorem nominat.* Habes *Leſſum maximum* virorum principum; qui ſupponit *medium*, *media fortuna utentium*; & *infimum* ſive *plebejum.* Ergo *nullo Leſſo honeſtari*, *infimo* eſt *inferius*; ſive id fiat ob *infamiam*, ſive ob *luem*; ſive ob *deſolationem & inopiam tantam*, quæ nec *linteum ſepulcrale* relinquat *viduæ*, nec *privam foſſulam*, ad mariti *cadaver cum* aliqua *ſpecie honeſtatis humandum*, aut *complorandum.* Poſtremum hocce *ſcopo* & *nexui* maxime reſpondet. Deſcribitur videlicet illa *revolutio fortunarum, qua Domus opulentiſſima, quæ ex injuſto Mammona excrevit ad ſummum gradum ſplendoris & dignitatis, maledictione notabili Dei iterum decreſcere ſolet, & ad extremum inopiæ ac vilitatis deprimi in ſeris poſteris.* Cernis, credo, ſponte, *viduas* non eſſe *Patris improbi* illas, ſed *Poſterorum* ejus, & quidem שרידים *Reſiduorum*, qui ſine *re*, & *nomine*, ad *mendicorum* conditionem redacti. Cernis quoque, *in morte ſepeliri*, ube-

16 Si cumulaverit ut pulverem argentum; & inſtar luti paraverit veſtem.

16 אם־יצבר כעפר כסף וכחמר יכין מלבוש׃

17 Pa-

17 יכין

uberius, commodiuſve, exponi non poſſe, quam *Mortem* ipſam *habere pro ſepultura:* nec *foſſula* gaudere *propria*, in quam *contruduntur.* Cernas denique velim hanc *abjectiſſimam mortem*, & *inſepultam* vere *ſepulturam*, *ſuper terra putreſcere*, videlicet, vel & *in abditum* aliquem *angulum tumultuarie defodi*, oppoſitam eſſe *ſuperbæ Tumulationi*, *improbis parentibus* tributæ *Cap.* 21: 31. &c. & mox *Vſ.* 19. quoque tangendæ. Non ergo ad *Improbæ Domus conditorem* hæc *maledictio*, & *pœna*, referenda, niſi Noſtrum ſibimet contrarium inducere lubeat, ſed ad *poſteros* ejus, & *ſeros* Nepotes proroganda, quos vindictam Numinis tandem aſſequi, & exequi, nunquam ſane negaverat Noſter, ne quidem *Cap.* 21. ſed diſerte agnovit, objectionem inde motam refutans *Ibid. Vſ.* 19. 20. Ceterum, quamvis אלמנותיו *Viduæ ejus*, pro *eorum*, ad שרידים *Reſiduos* commodiſſime redeat, per ſolennem *Hebraiſmum*, non incommode tamen τὸ ו ad *proſatorem* ſic applices, ut *viduæ ejus*, ſint, *ad Familiam ejus pertinentes.* Similis plane conſtructio *Pſ.* 78: 64. ubi *Viduæ ejus* non redeunt ad כהנים, ſed ad *populum Vſ.* 62. de quo & dictum erat כהניו *Sacerdotes ejus.* Ad eandem normam & hic שרידיו *Reſidui ejus*, improbi ſcilicet: i. e. *abnepotes ejus*, & *ultima poſteritas*, quæ ex *ſtirpe* Divinitus *maledicta* ſupererit, *opulentæ* Domus *cladem*, & *ruinam* veluti *teſtans*, & *circumferens vita trepida*, ac velut *fuga*, & *mendicatione*, *ignominioſa.* Confer quæ ad *Cap.* 20: 26. de vocabulo שריד notavi, quod conſtanter adfert *fuga elapſum e gravi clade.* Phraſin figuratam Amici adoptans *Jobus*, ſimul ſententiam ejus corrigit, ad normamque accuratiorem experientiæ reducit. Hujus *Doctrinæ*, & *veritatis capitalis*, non Sacri tantum Libri, ſed etiam profani, refertiſſimi ſunt; in *Tragœdiiſque* præſertim Veterum materia hæc crebro tacta; ad illud *Æſchyli* confirmandum in *Eumenid.* *Vſ.* 540. ἐς τὸ πᾶν δὲ σοι λέγω βωμὸν αἴδεσαι Δίκας, μηδέ νιν, κέρδος ἰδὼν, ἀθέῳ ποδὶ λὰξ ἀτίσῃς, ποινὰ γὰρ ἔπεστι, κύριον μένει τέλος. *In ſumma edico tibi, Aram Juſtitiæ reverere; neque Eam, Lucrum ſpectans, impio pede calcitrans inſultes; pœna namque aderit; fixuſque manet finis.*

Verſ. 16 Opulentæ Domus *Fortunas*, *avare*, & *injuſte*, *aggeſtas*, grandibus figuris expingit Noſter. Vocula אם *ſi*, non eſt *incertam*, ſed *certam* ponentis *conditionem.* Nam, ut ſupra vidimus, cardo quæſtionis verſatur, non circa omnes *improbos*, quod minus recte vulgo ſupponitur, ſed circa *improbos Lucripetas*, *Raptores* & *Oppreſſores* ſimul *pauperum.* Talis jam, Deo non connivente tantum, ſed & indulgente, ac frena Tyrannidi laxante, dicitur *coacervare argentum tanquam pulverem.* Apud *Arabes* צבר صبّر in II. *conjug.* frequentatur pro *citra pondus aut menſuram accepit aliquid per cumulum*; & صبرة eſt *cumulus frumenti*, *lapidum acervus*, & ſimilia. Apparet *Dialectos* amicas ſociare dextras, ſeque invicem illuſtrare. *Zach.* 9: 3. extat eadem formula, quæ haud dubie *Proverbialis.* Additum *ibid.* quod ejuſdem monetæ, *& ſicut Lutum platearum Aurum.* Non mirabere ergo & hic, ex eadem officina, *inſtar luti ſi paraverit veſtem.* Comparatio iſta tum *copiam* pingit, tum *vilitatem* vel *pretioſiſſimæ veſtis*, inde *oriundam* in domo divite, ſecundum *Luculli* profuſionem, qui rogatus *centum Chlamydes purpureas* ad *ſcenam* ornandam, dubitanſque, num præbere poſſet tantam veſtem, *poſt paulo ſcribit* ei qui munus erat editurus, *ſibi millia quinque eſſe domi chlamydum*; *partem vel tolleret omnes.* Nempe, ut addit *Satyricus*;

Exilis domus eſt, ubi non & multa ſuperſunt,
Et dominum fallunt; & proſunt furibus.

Orien-

17 יכין וצדיק ילבש וכסף נקי
יחלק :
18 בנה כעש ביתו וכסכה עשה
נצר :
19 עשיר

17 Parabit, & juſtus induet: &
argentum innocens partietur.
18 Ædificavit tanquam tinea,
domum ſuam: & ſicut tugurium
quod fecit cuſtos vineæ.
19 Di-

Orientalium luxuries hoc in genere infinita. Quæſitior ſubtilitas Cl. *Schmidii*, ſuſpicantis *ad Lutum figuli* alluſum, *quod facile & non magno pretio is ſibi comparet, varia inde & plurima vaſa formaturus; ad quam rationem impius facile omnis generis veſtes ſibi comparet.* Non pœnitebit adiiſſe *Boch. Hieroz. part.* 2. p. 617. ubi *Veſtes in Theſauris congeſtas*, & *repoſitas* a Veteribus, docet. Locis a Viro Magno adductis, addas licet *Eſaj.* 23: 18. quo uti non neglexit Cl. *Cocc.* ad *Allegoriam*, qua *Antichriſti opes in ſpolium ceſſuras Eccleſiæ*, & hic attendi opinatur. Alios luſus dabunt *Hieron. Gloſſ. Ordin. Lyran.* aliique hujus figlinæ Artifices.

Verſ. 17. Pulcherrima *Epanodos*, qua *poſterius priore loco* redditur. In verbis omnia per ſe lucent. Senſum ipſum obſcurat nonnihil *Hypotheſis* recepta, agi de *Improbo in vita ſua exſpoliando* omnibus hiſce *divitiis* & *ornamentis.* Hæc *Merc.* ita commentari coëgit: *Opes ab improbis ſæpe immodico labore congeruntur; quibus non liceat ipſis uti; vel quod non audeant attingere præ avaritia; vel quod illis adimantur juſto Dei Judicio, ubi illis uti frui ſperarant. Uſura autem & fructus ſæpe aliorum eſt, ut Juſtorum. Sed hæc non ſemper. Imo contra ſæpe Juſtos egere, improbos affluere videas.* Menti & Scopo *Jobi* haud adeo congrua hæc, ut nec alia ab aliis allata. Recta collineabis, ſi hos *theſauros improbitatis a longo congeſtos, poſt Mortem Raptoris diſſipari*, & *in prædam juſtioribus poſſeſſoribus concedi*, ſtatuas, *poſteris* ejus tanquam *injuſtis Heredibus* ex illa *opulentia* ad *ſummam* tandem *inopiam* detruſis.

Verſ. 18. Hanc *lentam*, ſed *certam*, *ruinam Domus improbæ*, ad ſummam felicitatem evectæ per injuſtitiam, & oppreſſionem, duæ excellentes figuræ depingunt. Prima eſt, *Ædificavit Domum ſuam* כעש *ſicut tinea*, ut *Vulg.* habet, vel *ſicut tineæ*, ut alii malunt. Ea vox a *Rad.* עשש iſtam vim haud dubie poſſidet. Sed & aliam obtinet a *Rad.* עוש *Job.* 9: 9. ubi *Arcturum* pleroſque vertere vidimus. Hanc *Jun.* & *Trem.* duce *Ab. Eſra* I. huic quoque ſedi ſic aptant: *Ut ædificaverit quaſi Arcturi Domum ſuam; erit velut tugurium quod fecit cuſtos.* Referunt ad *prætorium ſplendidum*, & *magnificam ſubſtructionem*, *qua velut cœleſtem domum ſibi fieri curaverit* improbus. Addunt tamen, *Denique velut in cœlo fuerit ſua ſententia.* Id jam *figuram* pro *litera* ſubſtituit; vel & cum ea conjungit. *Merc.* II. *ſicut tineæ* vertens, reſpicit ad *magnifica ædificia*, *quæ* improbus *conſtruxerit*, *tanquam æternum duratura: quum tamen domui tineæ ſimilia reperiantur.* Vim ſimilitudinis ita pandit: *Tinea veſtem corrodens domum ſibi perpetuam conſtruxiſſe videbatur, ſed ea ipſi adimitur ubi primum ab homine veſtis excutitur. Ita improbo accidet, ut Domus magnis ſumtibus ædificata, tanquam ſtabilis in ævum futura, ei adimatur: vel morte præventus ea frui nequeat. Sic ſupra Cap.* 8: 14. *domui aranei comparata fiducia improbi.* Vix crederem ad *domum materialem* adhæſum, niſi ad *Vſ.* 14. præmiſſum eſſet, *inter ea, in quibus ſpem & felicitatem ſuam collocat* improbus, *eſſe magnifica ædificia.* Adhæſit & *Schmid.* obſervans, *tineam eſſe beſtiolam, quæ facile pereat variis caſibus, & ultra unam æſtatem non vivat. Senſum itaque eſſe. Ædificabit quidem impius magnificam domum, ſed diutius fere non poſſidebit quam tinea, quæ ſummum per æſtatem domum ſuam poſſidet, ſi non citius caſu quodam intereat.* Lumina ſibi ſua obſtruit Vir Doctus, *literæ* tam tenax, quum *figura* pulcherrime ſplendeat. Eam *Boch.* III. *Hier. part.* 2. p. 617. ſic elucidavit. *Tineæ domus eſt* foramen, *quod in panno aut veſte confecit. Ea domus parum firma, quum atteratur in dies, illa ipſa tineæ tabe, qua primo conſtructa fuerat, donec pannus ipſe, in quo domus eſt, in nihilum abeat. Recte igitur Jobus de impio, cujus labores ſunt vani & irriti, Ædificat ut tinea domum ſuam.* Appo-
nit-

nit & judicium de *Arcturi domo*, quam alieniſſimam cenſet; quod ſic duo *Hemiſtichia*, quæ *Jobus* conjunxit, *divellerentur*. Cl. *Cler.* adjecit, *Quid Arcturo cum domo caduca*? Atqui *Junio* non *caduca*, ſed *magnifica & ſuperba Domus* obverſabatur, *inter ſidera ipſa* veluti *reſplendens*, quæ ad *tugurioli humilem conditionem* ſit redigenda. Si conſtructio paulo magis faveret, diffundi poſſet illuſtris imago, relata ad *Fortunas ſplendidiſſimas Improbi*. Certe *inter ſtellas habitare*, vel *Nidum ſuum locare*, alibi quoque in Sacris occurrit; & *decidere ex aſtris* apud *Cic.* Speciatim *Arabes*, ad *ſummum culmen ſplendoris & gloriæ* deſignandum, adhibere amant الفرقدان *Alpherkedan* dictas *duas ſtellas circa Polum Borealem*; quippe quæ ſupra reliquas omnes emineant. Cl. *Cocc.* IV. inter utrumque anceps, ſublimiori adſpectui utrumque ſic accommodat: *Domus Antichriſti eſt ut Blattæ; ut tugurium. Facillime opere convulſa eſt, & convelletur. Sed & verſio Junii aptiſſima. Nempe* Arcturi domus *eſt cœlum ſtellis fulgentibus aptum. Jam Antichriſtus Domum ſibi fecit Cœlum, in quo ſedeat tanquam Sol cinctus ſtellis. Cadet tamen de Cœlo ſuo una cum ſtellis convoluto.* Obſtat, ut dictum, *Junio*, conſtructionis ratio, quæ *Vaw* ſic converti, vix ac ne vix quidem patitur. Addere auſim, multo ſignantius ad ſcopum *Jobi*, *ſicut tinea*, ſi modo *imaginis* illius *gravitas* enucleetur. Id feliciter præſtitit *de Pined.* V. cujus ſumma huc redit, *Tinea rodendo ſibi ædificans domum, eandem ſimul ſubruit, ſibique veſte brevi conſumta exitium creat. Non aliter impius alienas res mordendo, & vorando, Domum ſuam erigere & ſtabilire moliens, eandem ſimul demolitur, opibus & fortunis, quas injuſte corraſit, excutiendus.* Idem & *Calvin.* egregie præſtiterat: *Tinea corrumpit & perdit omnia, ut ſibi Domicilium paret, & quicquid invenit, arrodit, damno & diſpendio alterius ſuam ſibi domum conſtruens, in qua tamen nihil præter corruptionem, & putrefactionem, Sic improbi præclara quidem palatia conſtruunt, ſed ſimul, ut tinea, corruptionem ſecum in ea inferunt; & poſt aliquem ſplendorem Domus eorum dejicientur.* Cernis ad *ſplendidam ædificationem* Divitis reflecti, quatenus ea *ſplendidiſſimæ fortunæ* indicium facit; quod facile concedi poteſt, ſi modo *Figuræ* præcipuus relinquatur locus. Eam Doct. *Belg.* unice hic tenent; meliore judicio quam *Piſc.* qui ſoli fere *literæ* inſiſtit. Iſta autem *figurata vis* ſententiam noſtram de *Oeconomia* hujus *Cap.* & *Materia* adverſus Amicos ad mentem *Jobi* perorata, valide adfirmat. Nempe nemini non compertiſſimum, *opulentas* ſæpe *Domos*, ac *Familias*, ex *injuſto Mammona exædificari*; eaſque non ſtatim corruere, vivo ac vidente Raptore, ſed aliquamdiu in poſteris ſtare, ac durare, ſine ullo metu ruinæ, ut videtur. Interim tamen Domus illa vere ruinoſa, atque intus velut eroſa, tanto graviore lapſu concidat neceſſe eſt, quanto altius excrevit; ut fixus maneat terminus rerum, *Male parta, male dilabi.* Emblemati *Tineæ* ſubeſt ſimul *vis proverbialis*, quæ *Maledictionem* intus *cæco & lento morſu exedentem* adfert. Vide *Pſ.* 39: 12. *Hoſ.* 5: 12. quæque ad *Cap.* 4: 19. dicta. Ibidem voculæ עש, *Arabice* عـش, aliquid lucis additum. Deleo itaque conjecturam, quæ olim adblandiebatur, *Ædificat ut Nidum domum ſuam*, ex عـــش: nam nec Figura illa tam luculenta: & ſcrupulus, cui tunc adhærebam, nullus, ſi כעש cum Cl. *Cocc.* reſolvas כבית העש *ſicut domum tineæ*; vel, quod prætulerim, cum *Hieron.* reddas, *ut Tinea.* Doct. *Deod.* ita ſtruens, *Ædificabit, ſed Domus ejus erit ut Tineæ*, minus commodum credidit *Tineam* inducere *ædificantem*, quæ nil aliud quam diruat. Sed in eo dicti vigor, quod ex *Ironia* & *Oxymoro* conflatum, quo *Tinea ædificans* introducitur, ita *Domum* ſuam in veſte, vel ligno, *exſtruens*, ut ſimul eandem *deſtruat* atque ſubvertat.

Ibid. Secunda ſimilitudo etiam pervenuſta. Ejus vim plerique conſtituunt in *brevitate vitæ* vel *felicitatis* improborum. Sic *Merc. Cuſtos vineæ, aut ficuum aliorumve fructuum, tugurium ex levi materia compingit æſtate, dum fructus pendent. Hoc collectis fructibus diruitur, vel negligitur; & hyeme ac pluvia ſuperveniente facile, ac velut ſponte ſua, corruit. Idem de domo improbi verum.* Si *Domum poſt fata collapſuram* figurate accepiſſet, non multum requirerem. Plus vitii in expoſitione Cl. *Schmid. Cuſtos non plus intendit, quam ut per tempus uvarum, aut ficuum, fruatur ſuo tugurio, quod & conſequitur: ſed impius in pœnam, quam Deus illi immittit, non fruitur diu domo ſua, & turbato ordine naturæ, juxta quem diu-*

19 עשיר ישכב ולא יאסף עיניו פקח ואיננו ;

19 Dives cubabit; ſed Nihil colligetur : oculos ſuos aperit, & nullus eſt.

20 תשיגהו

20 Ap-

diutius vivere potuiſſet, contra etiam ſpem ſuam, qua multos annos poſſeſſionis præcipiebat, e domo ſua abripi ſolet, quando de morte nondum cogitat; & in momento abſcinditur. Hæc nec *Scopum* feriunt, nec *naturam comparationis* exprimunt. Propius accedit *de Pined.* in *Cuſtode* dupliciter *impium avarum* repræſentatum notans, primo, *quod aliena, non ſua prædia ſervet*; ſecundo, *quod non integrum annum, ſed brevi quodam, certo, & definito tempore anni, in cuſtodia ſit, & temperaria tantum umbraculi habitatione utatur. Ita nec propriam, nec perpetuam, atque æternam, eſſe poſſeſſionem Divitiarum. Quanta igitur ſtultitia, tantum operæ & ſollicitudinis ponere, in erigendo tugurio, quod brevi collapſurum, aut deſerendum!* Addit, *per Sarcaſmum irridere videtur magnificentiſſima mortalium ædificia, & Arces munitiſſimas, vocando Tuguria ruſtica, & peranguſtas caſas. Quid enim erigere poſſit homo niſi Tuguria; & non niſi ad breviſſimum tempus?* Hæc omnia, in ſe bona, & ingenioſe dicta, non optima fient, ſi *Literam* premas, vel & ad *breviſſimam* & *vaniſſimam Impiorum felicitatem* ea referas, eodem ſenſu, quo Amici. Contrarium nempe nunc urguet Noſter, *Cladem* & *ſubverſionem* iſtam *poſteris incumbere* demonſtrans, in quorum ruinis appareat, omnem illam *Fortunam Domus opulentæ, ad inſtar levidenſis caſulæ, ſponte defluere*, atque nihil aliud fuiſſe quam *Umbraculum Cuſtodis, alienam vineam ad tempus ſervantis*: ut *eam* deinceps *cum ſuis fructibus*, & *vindemia, vero poſſeſſori*, ac *Domino*, relinquat.

Verſ. 19. Mira diſſenſio diſtrahit Interpretes, in contextu ubi amiciſſima conſenſio eos jungere potuiſſet, & debuiſſet, niſi verum Filum e manibus fuiſſet elapſum. *Merc.* I. *Dives jacebit*, morietur, *nec colligetur*, ſcil. ad populos ſuos; i. e. *non ſepelietur. Hoc dicit, quod honore ſepulturæ ſit cariturus, in majus dedecus* &c. *Et hoc ſæpe fit, ſed ſæpe etiam non fit.* &c. Senſit pro judicio ſuo incommoda hujus expoſitionis; eaque ſic levare conatus eſt. Incommodius adhuc poſterius Colon declaratur, *Aperuit*, aperuerit, *oculos ſuos* in opes ſuas, *ut illis fruatur, nec erit*, ſcil. *ejus opulentia. Nihil inveniet, quia ei opes ademtæ fuerint. Vel*, non erit ipſe, *morietur ubi ſe putabit iis fruiturum.* In prius Colon conſentiens III. *Grot.* poſtremum *Aperiet oculos & nihil inveniet* ita explanat, *ſæpe etiam dum vivit, a ſuis deſeretur, ob morbos contagione formidandos.* Adhæſit Viro ſummo hæc ſuſpicio, ex *Vſ.* ſeq. ubi *Eurus* ei *peſtilens aura.* Ab *Epiſc. Eli.* hic ſenſus ita expreſſus : *Quum moritur, carebit monumento: quin vivens adhuc, uſu venit, ut ſe ab omnibus derelictum videat.* Ad prius quoque conſonus *Vatabl.* extremum ſic accepit, *Aperiet* aliquis *oculos* &c. q. d. *in puncto temporis, ac ictu oculi, deſinet eſſe impius.* Hunc calculum ſuum fecit Cl. *Schmid.* niſi quod prius ita inſuper reſolvat, *Etiamſi dives modo fuerit, mox tamen cubabit*, morietur, *nec congregabitur*, ſepelietur, *morte inopina extinctus. Ramban* conjicit; *neque congregabitur* a filiis *ejus ſubſtantia.* Hæc parum plana. Nec planius II. quod Cl. *Cocc.* negans *ſepeliri* huic loco ſatis quadrare, ſubſtituat, *Dives decumbit, & non aggregatur* cœtibus, *Num.* 12: 15. *Acuerit* aliquis *oculos ſuos, nuſpiam eſt.* Ita האסף *aggregari cœtibus* hic valeret *vivere, & verſari inter homines*; quod exemplo caret: niſi forte, ut *Num.* 12: 15. *recolligi* in cœtum, eſt *convaleſcentis a lepra*, ita hic *valetudinem reſtitutam* captavit præcl. Interp. cui & שכב *decumbere*, hic non *morientis*, ſed *ægrotantis* eſt, quando gradationem verſui huic ineſſe ſtatuit, ita procedentem, *decumbit, non aggregatur, nuſpiam eſt.* In *morbo* item hæret III. *Ab. Eſra*, quaſi ſenſus eſſet, *decubiturum Divitem, nec tamen moriturum, utpote longis morbis cruciandum.* Extra oleas. Aliis placuit IV. *quod decumbens, non ſit curandus a liberis & domeſticis.* Id rejectum a *Mercero*; ſuſceptum a Doct. *Crinſoz.* locum ita conſtituente, *Quantumvis Dives, ſi decubuerit* in Lecto, *non recolligetur*; i. e. *mors ejus tam promta erit, ut tempus non ſit habiturus*

rus opes ſuas ad ſanitatem recuperandam adhibendi; utpote momento exſpiraturus. Ita האסף *recolligi* eſſet *curari*, quod ad *num.* II quodammodo accedit. Plurimis *cubare* hic eſt *cubitum ire.* Inde *Jun.* & *Trem.* V. *Dives cubat, quum nihil dum interverſum eſt; ubi oculos ſuos aperit, nihil adeſt.* Hoc eſt, *ſimul atque evigilat, bona ſua periiſſe videt.* Conſimiliter *Piſc. Impius Dives cubitum ibit, & in lecto jacebit, abſque ut aliquid ablatum ſit; ſed antequam iterum ſurgat, jam de bonis illius ablatum fuerit multum.* Idem tenet Cl. *Cler.* ſententiam vocans *claram.* Mihi parum clara ea videtur, utpote *Jobi* inſtituto haud reſpondens; nec ſane nervoſa. Languet quoque VI. quod Doct. *Belgis* viſum, *Dives decumbit* dormiturus, *nec* morte *colligitur* adhuc: *aperuerit oculos* de nocte evigilans, nec mali quicquam metuens, *nullus eſt*, ſubita pernicie oppreſſus. Nec viget VII. illud *Vavaſſ. Dives decumbet, nec colliget ſe* aut *reſurget, ubi ſemel jacuerit; nam repente expergefactus intelligit actum eſſe de ſua ſalute.* Satis fidenter VIII. *Codurc.* omnes a germano ſenſu exorbitaſſe pronuncians, pro vero vendit, *Dives decumbit, nec ſarcinas collegerat*; quando *oculos aperit* mane, *evanuit, morte ſublatus e medio.* Mihi האסף pro *ſarcinas colligere* ignotum: quin & *non colligere ſarcinas*, pro *ſubito mori*, male hic locatum eſſet, etiamſi Figuram *Hebræis* notam fuiſſe daremus. Vide quid *Bolduc.* IX. ſomniaverit, *Dives quidem morietur, at nullus erit cœtus in exequiis ejus: Videbitur quidem ſuper Feretrum tanquam apertos habens oculos, ſed non erit ipſe, verum ſtatua ejus.* In his venditandis quam magis ſibi placuit, tam magis haud dubie diſplicebit iis, qui inanibus paſci non ſolent. Fingit mirificum illud Cerebrum, agi hic de *Funere Larvato*, ubi *Dives* vero funere deſtitutus, in *Effigie* tantum effertur, *ſedens ſuper Feretro tanquam ſi adeſſet, oculis apertis, licet cadaver ejus inde abeſſet.* Quibus ambagibus huc perveniat, apud ipſum invenietur. Agmen coget X. *Vulgatus*, rotundiſſime dans, *Dives cum dormierit, nihil ſecum auferet; aperiet oculos ſuos, & nihil inveniet.* Senſus multo uberrimus, *in Morte Diviti omnia relinquenda, nec Opulentiam ſuam Eum ſecuturam.* Pauci inde diſceſſiſſent, niſi לא יאסף minus rite ſic converti autumaſſent: quamvis non valde tractum, *Nil colligetur*, pro *nihil ſecum auferet de bonis præſentis vitæ*; quod *Lyran.* aliique exhibent. *Cajetan.* tamen maluit, *non congregabitur ad Societatem Juſtorum*; in quam mentem a multis accepta Formula ſolennis נאסף אל אבתיו *Collectus eſt ad Patres ſuos.* Argutius, quod captavit *de Pined.* cui *Non colligi* valet *morti & exitio tradi*; ex uſu verbi *Pſ.* 27: 10. *Dominus colligit me*, pro *eripit a morte.* Poſterius hocce onerat ſententiam, non ornat. *Cajetani* illud nimis ſublime, credo, judicabitur. Prius, *nihil auferet ſecum*, ex *Non colligetur*, etiam aliquid habet non omnino lævigatum, ad unguemque politum: quamvis illud reliquis omnibus anteponere non dubitem; quippe in quo nervoſe comprehenſum, quod pluribus deducitur *Pſ.* 49: 17-21. *Ne timeas quum Dives factus fuerit Vir* &c. *Nam in morte nihil omnino ſecum feret; neque deſcendet poſt eum gloria ejus* &c. &c. Habes *Divitem in media opulentia placide* ac *ſuaviter decedentem*; quem *omnis* ſua *Fortuna*, & *Felicitatis imaginatio, poſt Mortem deſtituit, inſtar Somnii avolans, e manibuſque* uno momento *dilapſa.* In hunc jam ſenſum vide XI. an non & rotundius, & plenius ſe præbeat, *Dives cubabit, at Nihil* factus *colligetur: oculos ſuos aperit, & Nullus eſt.* Nil cumulatius concipi poteſt. עשיר ad *Improbum Raptorem* ita ſe refert, ut *præſentem* ejus *ſtatum* exprimat, q. d. *cum maxime opulentia omni circumfluens*, tum *poſſeſſa*, tum *ſperata.* ישכב *decumbet, mortem oppetet*, ex formula ſolenni שכב עם אבתיו *cubuit cum patribus ſuis.* 1 *Reg.* 2: 10. & 11: 43. & 14: 31. & 16: 28. & 22: 40. atque ita ſemper in Libris *Reg.* & *Chron.* tam de *Malis*, quam de *Bonis.* In noſtro Libro abſolute frequentatur, ut *Cap.* 3: 13. & 14: 12. &c. &c. Ibi *ſepultura* ſimul incluſa, quum alias dici ſoleat, *occubuit, & ſepultus fuit.* Pulchre *Pſ.* 88: 6. שכבי קבר *Cubantes ſepulcri*: alibi עפר *pulveris*; unde & Noſter *Cap.* 7: 21. *Nunc in pulverem occumbam.* Abſolute iterum, & adſpectu jucundo, *Pſ.* 3: 6. *Decubui, & dormivi.* Nempe משכב *cubile*, etjam pro *ſepulcro* venit: ut *Eſaj.* 57: 2. *Requieſcent ſu-*

20 תשיגהו כמים בלהות לילה
גנבתו סופה׃

20 Apprehendent eum, ſicut aquæ, externationes : noctu furatur eum procella radens.

21 ישאהו

21 Tol-

ſuper Cubilibus ſuis. Cave proprium credas piis; nam & de Regibus gentium idem Vates magnifice, *Cap:* 14: 18. שכבו בכבוד *Decumbunt cum gloria quiſque in Domo ſua* i. e. *Monumento.* Ad eam rationem & hic, *Dives decumbet*, *Hypocrita*, idemque *Raptor. Continget ei ut in mediis Divitiis placida quiete obdormiſcat; & ſplendide tumuletur.* Poſterius hoc vis ſententiæ ſuggerit; qui enim *Dives decumbit*, & *cum maxime Fortunatus*, in *Fortunata* & *opulenta Domo*, is *Divite* quoque *Sepultura honeſtatus* per ſe intelligitur; etiamſi verbum שכב non directe illuc tenderet. Eſt aliud adhuc. *Dives decumbet* etiam Hypocrita ille, non *re* tantum, ſed & *ſpe duraturæ* in poſteris *felicitatis*; & *benedictionis*, *ſe*, *ſuamque domum*, poſt fata, *proſecuturæ.* Hæc eſt illa תקוה *firma expectatio* quæ *Vſ.* 8. 9. 10. præſtructa, ut ad hanc *Cataſtrophen* perveniretur. Ut autem ibi *gloriationem in Deo* illi homini datam vidimus, ita vix eſt ut *Dives* non ſimul ſublimiore ſenſu illuc quoque feratur. De illo mire & miſere falſo mortali, decenter non minus, quam graviter, ſubnexum, *at Nihil colligetur.* Iterum obſervandum, נאסף *Colligi*, in *Morte obita*, itemque *ſepultura*, ei annexa, percelebratum eſſe; ut vis fieret Linguæ, ſi aliud in hac ſerie quæreretur. *Colligi ad populos ſuos* habes *Gen.* 25: 8. & 49: 29. 33. *ad patres ſuos*, *Jud.* 2: 10. abſolute *Num.* 20: 26. *Aaron colligetur & morietur ibi.* Item *Eſaj.* 57: 1. *Ante malum*, vel potius, *propter malum*, *colligitur Juſtus*; illuſtris locus 2 *Reg.* 22: 20. *Ecce colligam te ad patres tuos*, *& colligeris ad monumenta tua.* Patet inde, *Colligi ad patres*, ſecundum popularem loquendi rationem, *ſtatum* ſignare *animæ a corpore disjunctæ*; ſive *abitum ad plures.* Ergo poſt שכב *decumbere*, quod propius *Corpus* tangit; rectiſſime נאסף *colligi*, *ad pluresque abire*, quod *Animæ* magis proprium; ut ſic pulcherrimus gradus ex *Mundo Viſibili* cogitationem noſtram ſubito transferat in *Mundum inviſibilem*; ibique *Hypocritam* cernamus ex *Divite*, & omnia *læta* ac *proſpera ſomniante*, uno momento *Nihil* factum, & *re*, *ſpe*, *ope* omni, ad æternam confuſionem, *nudatum* atque *excuſſum.* לא *Nihil*, ſubſtantive, οὐδὲν, τὸ μηδὲν, & quidem, pro ſerie, *Nihil*, ratione *felicitatis temporalis*, & *æternæ.* Exempla congeſta ad *Cap.* 4: 21. Adde 22: 20. *Græcis* ſpeciminibus adjungas velim, *Pind. Nem.* 6: 1. 5. ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος· ἐκ μιᾶς δὲ πνέομεν ματρὸς ἀμφότεροι· διείργει δὲ πᾶσα κεκριμένα δύναμις· ὡς τὸ μὲν οὐδέν· ὁ δὲ χάλκεος ἀσφαλὲς αἰεὶ ἕδος μένει οὐρανός. *Unum idemque genus hominum & Deorum: ex unaque Matre ſpiramus utrique. Diſcrimen conſtituit vis quanta quanta diremta: quatenus illud quidem* hominum *Nihil: Æreum vero tuta ſemper ſedes manet Cœlum.* Ibi *Schol.* quoque τὸ μὲν ἡμέτερον γένος τὸ μηδέν ἐστι, καὶ ταπεινόν. *Noſtrum quidem genus, ipſum Nihil eſt & humile.* Vides τὸ μηδὲν deſignare *extremam humilitatem*, *infirmitatemque*, atque adeo *mortalitatem*, cum omnibus ejus *miſeriis* & *ærumnis.* Eleganter etiam ὁ καὶ ἡ μηδὲν, *Hic & hæc Nihil*, ſtruitur, in *perſonis quorum ſpes opeſque funditus periere. Soph. Electr.*

Τὴν μηδὲν εἰς τὸ μηδὲν δέξαι

Nihili factam ad Nihil recipe.

Compellat *cineres Fratris*, ut *miſerrimæ*, & ad deſperationem redactæ, eadem *urna claudi* liceat. Magnifice igitur elatum, *Dives cubat*, in *mundo viſibili*, *at* τὸ μηδὲν *Nihil*, vel μηδεὶς *Nullus* factus, *colligitur ad plures.* Nempe omnis illa *imaginaria felicitas* Hypocritæ una eum ipſo *exſpirat*; & *anima* nullis amplius præſtigiis deluſa, ſe criminibus ſuis *ſub maledictione* ſempiterna conſtrictam tandem perſentiſcit. In hunc ſenſum adjicitur, *Oculos ſuos aperit*, *& Nullus eſt.* Mirum, in tam evidenti Charactere, ad aliud reſpici potuiſſe

a Doctis interpretibus, quam quod *Luc.* 16: 23. de *Divite* contignatum, *Tollens oculos ſuos in tormentis.* Nempe *oculi* mortalium dum vivunt *clauſi*, ac *præſtigiis faſcinati* velut, *aperiuntur* demum poſt *mortem*; atque nonniſi in *pœna evigilant*, quos *culpa alto merſerat ſopore.* Formam loquendi habes & *Gen.* 3: 7. in materia cognata. Retinerem quoque vim *ictus oculi*, ſive *momentaneæ* & *ſubitæ Cataſtrophes*, quam multi hic captarunt; male tamen in *alium* transferentes, quod in *ipſum Hypocritam* admirabiliter quadrat; *Oculos aperit & Nullus eſt: uno momento ſe periiſſe, æternumque periturum eſſe videt*, & jam reapſe experitur.

Verſ. 20. Excellentiſſima *deſcriptio iræ Divinæ*, ad inſtar *Diluvii*, & *Tempeſtatis*, omni vi ac mole ſua in *Hypocritam* ingruentis, & quidem, ut ſeries evincit, poſt *Mortem*; quum *in Manus Dei vivi* jam *incidit*, qui *ſub larva pietatis, impietatem exercuerat*, atque *felicitatem perpetuam*, ex fortunæ indulgentia, *ſibi deſponderat.* Qui ad *præſentis vitæ mala* hæc applicanda cenſent, ut implicitas, ita diſſonas valde, rationes habent. Plurimi I. in genere deſcribi putant *gravem improbi florentis ruinam per necopinata Dei Judicia, fluminis, vel venti inſtar, eum opprimentia; ut ludibrium, & exemplum ſimul, fiat orbi terrarum.* Ita *Calvin. Merc. Piſc. Genev. Angl. Belg.* &c. qui tamen monere coguntur, talia *exempla* in improbos *non ſemper edi, ſed ſæpe.* Atqui nec *ſemper*, ut Amici, nec *ſæpe*, id fieri, docere vel debuit *Jobus*, vel potuit; ut ſupra præſtructum. Id ei incumbebat, ut *de Exitio Hypocritarum ea promeret, quæ* ſuperiorem ejus *contentionem non convellerent*, ſed partim *confirmarent*, partim *liberarent a ſenſu irreligioſo.* Idem II. valet adverſus eos, qui ſpecialius quid figuris hiſce deſignatum putant, ut *morbos contagioſos, Latrocinia, abductionem in captivitatem*, & ſimilia, quorſum *Munſt. Tigur. Druſ. Grot. Patric.* &c. tendunt. Liberrima III. *Paraphraſis* Cl. *Cler. Latrones nocturni torrentis vel venti inſtar eum invadent; & everſis tentoriis alias ſedes quærere cogent.* Ad iſtud filum *Vſ.* 22. & 23 ita torquentur, *Hoſtes telis eum obruent, nec expectabunt ſimilibus armis ſe arceri; ſed procul irritos conatus irridebunt.* Nil frigidius; niſi quod *Bolduc.* IV. Alpinis nivibus dubiam fecerit palmam, ita περιφράζων: *Cumulus malorum horribilium amplexabitur eum; nam ſtatim ut nox fuerit, turbulenta Veſpillonum turba eum tollet. Et tanquam ſi vento vehementiſſimo raperetur, perget ad ſepulturam tumultuariam, ubi Libitinarii ſine ulla diſcretione, aut miſeratione, ſuper ipſum projicient terram, lapides, ſaxa a manu, & pala, veluti fugientia; ori, naſo, oculis, faciei, minime parcentes; adſtupenteſque interim inſigne hoc ſpectaculum vanitatis humanæ, Divitem in foſſum putredinis projectum &c. &c.* Helleboro iſta ſcribenti opus fuiſſet; nam *candido Lectori* hunc *ſenſum lenem, ſuavem, & germanum viſum iri* credit.

Cl. *Schmid.* V. בלהות capiens pro *Terroribus mortis*, hunc ſibi nexum nectit: *De morte impii locutus modo, operoſius celeritatem illius exponere pergit; maxime quomodo illa, & quam varie veniat: nimirum per modum aquarum ingruentium; per modum turbinis; per modum Euri ſicci & impetuoſi* &c. &c. Id paucis, credo, perſuadebitur; & jam *terrores* ſaltem *conſcientiæ*, & *conſpectum ſcelerum*, tanquam totidem *ventos* ac *turbines animam ſibi* ipſi *excutientes*, huc induci voluiſſem. Hæc ipſa tamen incluſiſſe Virum Doctum ſuſpicari eſſet, niſi *mortem necopinam*, eandemque *celerrimam*, & *nictu oculi peractam Vſ.* 19. ſibi propoſuiſſet. Cl. *Cocc.* VI. paucis *ſenſum eſſe* ait, *Quum minime putaverit, & ſe quieti dederit, tum ſubito profligabitur; & injiciet in eum Deus tela ſua, fulgura, grandinem* &c. *quemadmodum Pharaonem peſſumdedit.* Ad *literamne*, an in *figura?* Neſcio: niſi quod hæ ipſæ lineæ ductæ videantur ob ſublimiorem conſpectum *Antichriſti*, cujus *caſum ultimum* hæc pericopa expingat. Ad *terrores conſcientiæ* VII. reſpexere *Jun.* & *Trem.* & quidem *in adflictionibus* ſupra deſcriptis, quaſi *Jobus* hinc conficeret tandem, ſe non eſſe improbum, quia illis *ventis, procellis, & turbinibus terrorum, quibus perculſi jacent impii, quum plagæ Dei eos tangunt, non agitabatur, ſed ſpem & fiduciam in Deum defixam retinebat.* Enimvero fateor, non *conſcientiæ furiis perculſum jacuiſſe* Noſtrum; attamen *terroribus Dei ſe, tanquam indagine cinctum, & exagitatum*, ſæpius deploravit, atque ſimili ferme figura iterum queretur *Cap.* 30: 21. Obſtant complura, quæ ſupra ex parte tetigi. Alia ergo *ſcena* nobis quærenda, in quam omnia hæc *dira & horrenda* expetant, omnemque ſuam vim exercere queant. Eam VIII. nuſpiam inveniri poſſe autumem, quam *in ſtatu*

poſt

21 ישאהו קדים וילך וישערהו ממקומו׃

22 וישלך

21 Tollet eum Eurus, & ibit: & tempeſtate æſtuante auferet eum e loco ſuo.

22 Et

poſt Mortem, quum jam *Hypocrita placide defunctus*, & *magnifice ſepultus*, ſubito ſe *Nullum* eſſe experitur; atque in *Tenebras exteriores amandatur*, & *aſpellitur a facie* Dei, haud ſecus ac *ſtipula turbine acta*, ut tandem ſcelerum meritiſſimas pœnas dependat. In hanc mentem *Vulgat.* & Latini fere Commentatores collineant; quos tamen nimiæ ſubtilitati indulſiſſe haud diffiteor. Luxuriat etiam nonnihil in materia graviſſima *de Pined.* quamvis de cetero rem ipſam *Paraphraſi* prolixiore non male complexus ſit. Hoc in *Vſ.* cur בלהות per *inopiam* converſum ſit ab *Hieron.* non exputo, niſi quod eam captaſſe videatur ex *Vſ. præc.* Deſignantur *diræ cœleſtes*, & *Furiæ mentis conſternatæ*; ut ſupra alicubi monui. Illæ תשיג *aſſequuntur* tandem *nocentem*, eumque *corripiunt*: & quidem כמים *inſtar aquarum*, *immenſo* velut *agmine* ac *gurgite*; quando illi homini ſua *crimina*, & *ſcelera*, ſub conſpectum dantur, cum *execratione* ipſis annexa. Ea *execratio* per *Judicis ſententiam* ei inſinuata, comparatur cum *turbine radente*, qui *de Nocte* ipſum *furatur*: i. e. *nil tale opinantem rapit*, & *in exitium propellit*. Confer *Pſ.* 50: 3. 4. Nota formula *ſicut Fur in nocte*, etiam de *Die Judicii* adhibita ab Apoſtolo. An & hic alludatur ad *Noctem mortis*, & *tenebras exteriores*, in medio relinquo. Difficultates, quæ huic explicationi obmoveri poſſunt, ſub finem removebuntur.

Verſ. 21. Miſſis variis ſententiis, quod ex maximam partem jam tactæ, filum modo ſuſceptum pertexam. De *litera* tamen paucula prælibanda. Alluſum haud dubie ad *ventum urentem*, & *venenatum*, quem *Arabes* سموم *Samoum* vocitant, & حرور *Harour*; cum hoc tenui diſcrimine, quod *Harour* a *calore adurente*, חרר, nomen trahens, *Nocturno* potius *vento* tribuatur; ut *Samoum*, *peſtifer* & *ſiderator*, שמם, *diurno* magis competit. Uterque dicitur سموم שער *percutere venenato æſtu*, atque vocabulo שערה in Sacris paſſim deſignatur. Hujus *peſtiferi venti* creberrima mentio in Itinerariis eorum, qui *Orientem* peragrarunt; unde diſcimus non ſolum *momento perimi*, *qui eo adflantur*, ſed & *corpora* eorum *horrendum* plane *in modum fœdari*, *nigreſcere*, *computreſcere*. Adiis ſatis amplam & curioſam deſcriptionem talis venti, ex *Thevenotio* adductam, apud Cl. *Cler.* nec omitte *Sadium* in *Guliſt.* p. 352. Hinc anſa porrecta Orientalibus, *ad diriſſimum exitium* hoc Emblemate pingendum. *Tim.* p. 320. وسقوهم كاس السموم وجرعوا كاس الحرور *Et bibendum dedere iis poculum venti venenati, diurni, ac nocturni, idque exſorpſerunt.* Docte, & ad intimum Linguæ genium *Harir. Conſ.* 27. معاذ الله ان اجهز على مكلومي او اصل حروري بسمومي *Avertat Deus, ut trucidem quem vulneravi, atque nocturnum meum ventum venenatum ſuperaddam diurno.* Gravi figura *Alcor. Sur.* 35. 20. *Non ſimiles ſunt cæcus, & viſu præditus; non tenebræ & lumen;* ولا الظل ولا الحرور *non umbra, & ventus calidus nocturnus.* Per *umbram* intelligit Dei *Benedictionem* & *gratiam*, ut per *ventum Calidum*, *æternam maledictionem*, & *pœnam*. Eodem adſpectu & hic, *Tollet eum Eurus, & abibit*: q. d. *Tempeſtas iræ & maledictionis Divinæ ſubito correptum iſtum hominem rotabit*, & *in perniciem abripiet ſempiternam*. ילך *ire*, abſolute *perire*, *ire in maximam malam rem. Eſaj.* 50: 11. & alibi ישערהו *procelloſe abripiet*, rectiſſime inter-

22 Et injiciet ſe in eum, neque parcet: a violentia ejus fugiendo fugiet.

23 Complodet *quiſque* ſuper eos manus ſuas: & ſibilabit ſuper ipſum e loco ſuo.

22 וישלך עליו ולא יחמול מידו ברוח יברח:

23 ישפק עלימו כפימו וישרק עליו ממקומו:

pretes: addatur tantum vis illa *æſtus viſcera perurentis*, quam *Origo* ſub سموم conſervata miniſtrat. *E loco ejus*, intelligetis, *ubi* antea *ſtabat*; *quemque ſe obtenturum ſperarat*. Inſignite, quatenus מקום ſic ſumtum ſiſtit *priſtinum gradum felicitatis*, *quem in Mundo tenuerat*; quin & *eum*, *quem ſibi in vita futura arrogarat*: Confer *Cap.* 8: 18.

Verſ. 22. Plurimi, quod ישלך carere videatur *ſuppoſito*, *Deum* inſerunt, qui *immittat in eum tela ſua*. Vel רעות *mala*, & *flagella*: vel *iſta* quæ præceſſere *terribilia*. Id ferri poteſt. Infelicius Cl. *Cler. Hoſtis*, vel *globus latronum*, *immittet in eum* tela, *non parcus* in jaciendo. Reliqua dilutius adhuc, *procul a manu ejus fugiet*, i.e. *refugiet hoſtis*, *nec expectabit ſimilibus armis ſe arceri*. Continuaſſet ſaltem *trepidam fugam illius*, qui *telis* undique obrutus. Pulchra ſtructura, quam ex *Nachmanide* laudavit *Merc. Et irruet in eum* ventus, *neque parcet*. Cl. *Schmidio* id minus commodum, ſupplenti, *Deus projiciet ſuper eum manum ſuam*, *a qua manu fugiendo fugiet*. Anxium. Non improbo, ut dixi, ad *Deum* tacita mente rediri, & *tela* ſimul ſuppleri. Patentiſſimum id præbet conſpectum ſuppliciorum; quæ alia ſuper alia ingerenda; *fugiente* ſemper improbo, ſed nunquam *effugiente*. Mirifice tamen blanditur, *& immittet*, vel *projiciet ſe*, ventus ille viſcerum peruſtor, *ſuper eum*; atque *omni* ſua *mole* ac *violentia* in ipſum *incumbet*. Iſta *violentia* pulcherrime hic expreſſa per יד *Manum*, *ventis* quoque tribui ſolitum ſtylo Orientis. *Tim.* 321.

وسقتهم ريح الفنا سفي الرمال
بيد الدبور ۞

Et raſit eos Ventus interitionis, ut arenas radit Manus procellæ.

Ibn *Doreid.*

واصنت صوبه يد الصبا .

Compulit aquam ejus pluviam manus Euri

Elegantiſſime ergo, *projiciet ſe ſuper eum tota iræ Divinæ moles*, ac *tempeſtas*, atque *omni ſuo impetu in eum deſæviet*; *nunquam remiſſura*: *ita ut æternum fugere cogatur*, *abſque ut unquam effugere queat ſæviſſimum hunc turbinem*. Ignoratio hujus uſus peperit nobis *opulentiam e manu Divitis fugientem*. Item, *a plaga ejus* improbi, *fugientem comitatum ejus*. Nec non, *manu Dei celeri morte confectum*, atque ita *profugum* velut improbum. Quin, *veloci lapſu in ruinam æternam datum*, *manu Domini non tenente ad ſalvandum*. Ipſe *Kamban* nimis argutus, *a manu venti fugientem* inducens, *quod ventum veluti prævertat*, *in exitium abiens*, *ne eum Eurus aſſequatur*. Alii denique *negatione* repetita dantes, *& non fugiet*, ſententiam corrupere: quæ *fugam ſempiternam* exhibet, cum *ignominia*, *clade*, & *conſternatione*, ut *Cap.* 20: 24. viſum. Exprimitur nunc appoſitiſſime conditio eorum *qui quærent mortem*, *nec invenient*. Hæc demum *maledictio cumulatiſſima*; & *perditio ſine fine perditura*.

Verſ. 23. Quum & hic *Ellipſis* videatur eſſe *ſubjecti*, diverſimode ſuppletur. Sunt I. qui ad *Amicos condolentes*, & *ſtupentes*, traxere. Alii II. referunt ad *Illuſionem* aliorum hominum: vel in *genere*, ut *Merc. Piſc.* &c. *Unuſquiſque videns* improbum *perditum*, *manibus plaudet*: vel in *ſpecie*, *juſti* ut *Cajetan.* & quidem, *qui in locum improbi ſucceſſerunt*, ut *Schmid.* argutiuſcule ממקמו *e loco ejus* premens,

mens, quaſi eſſet *ex hoc ipſo loco unde aufugere coactus* impius, pii *complodent manus*, *eumque exſibilabunt.* Ad *Deum* III. inflectere auſi *Jun* & *Trem.* per Ἀνθρωποπάθειαν. Flexerant & Veteres, ut *Nicet.* in *Caten.* & *Hieron.* &c. quos ſecutus *de Pined.* in paraphraſi repræſentat *Dei triumphum de hoſte in barathrum miſeriæ præcipitato.* Non eſt abſonum; nam *Prov.* 1: 26. conſimile *Schema* offert. Mallim tamen IV. cum Cl. *Cocc. imperſonaliter*, ut *uno* poſito *plures* intelligantur. Eo pertinere cenſet *adſ. plur.* in כַּפֵּימוֹ, ut ſit, *Complodent manus ſuas:* ad quam normam quoque expreſſum עָלֵימוֹ *ſuper eos*, *ſoni* & *ſenſus* cauſa; quum *univerſa Hypocritarum natio* Noſtro obverſetur. Suſpicabar V. citra *Ellipſin* teneri poſſe *Ventum* illum *turbinem*, cui quum יד *Manus* data ſit *Vſ.* 22. nunc כפים ſublimiore adhuc cothurno addantur, *Ventus ille complodet ſuper illis manus ſuas: & ſuper quolibet ſibilabit e loco ejus.* Venuſta non minus, quam gravis, figura. *Ventus plaudit alas*, *complodit manus*, quando *vehementi ſono fertur*, *& omnia per auras verrit.* Idem *exſibilat* veluti, quæ *rapido & ſtridente turbine aufert e ſuis ſedibus.* Ad *Tempeſtatem iræ Divinæ* in nocens caput *deſævituram* ſi traduxeris, habebis ſimul *triumphum* illum *Juſtitiæ*, quem *num.* III. intentum vidimus: unde nec II. & IV. *num.* abludunt. Non diffitebor me nonnihil huic conjecturæ audaciori tribuere; nec tamen in ea pedem figere ſuſtineo. Tutius arbitror quod IV. propoſui, ſenſu *indefinito*, *complodent* omnes *ſuper iis manus ſuas. Quivis Sanctorum*, *qui Judicia Dei* in Hypocritas *ſpectabit.* Illos *Spectatores in terris* ſi conſtituas, & quidem *eo* ipſo in *loco* ubi periit Hypocrita, pro *ampliſſimo univerſitatis theatro* eligis *angulum anguſtum.* Ajo ergo *Cœlites* omnes hic *exploſores* induci, & *deluſores* eorum, qui *Deum* voluerant *ludificari.* Nec obſtat מִמְּקֹמוֹ *e loco ejus*; quaſi inferret *locum in terris*, ubi improbus *habitarit*, & *ſupplicium luerit:* nam exilior eſt *litera* illa, quam ut in cenſum venire queat: quicquid *Piſc. Schmid.* &c. tendant. Dilutius adhuc *Merc.* ad *Riſores* retulit, *e loco ubi quiſque erit*, *illuſuros.* Id nihil ad rem. Omnino *hominis* hujus *Fortunæ* per *Locum* denotantur, vel *priſtinæ unde decidit*; vel *præſentes in quas incidit.* Si prius, ממקמו valebit, *ſuper eum e loco ſuo* dejectum. Si poſterius, habebis, *ob locum ejus*, & *ſtatum miſerrimum.* Confer *Cap.* 18: 21. prius nunc ſonantius judicarem; ex *Vſ.* 21. commodiſſime reſumtum.

Ibid. Finiiſſem, niſi difficultates reſtarent e medio removendæ. Quod enim Recentiores tam magno conſenſu ad *pœnas viſibiles* reſpexerint, non ſine juſtis gravibuſque cauſis factum, credere par eſt. Princeps ratio I. haud dubie, quod quum *Familiæ improbæ viſibilis maledictio* & *interitio* delineari cœpta eſſet *Vſ.* 14. 15. 16 17. in *Patrem* tanto magis *iræ diræque* cœleſtes *viſibiliter expetere* debere viderentur. Atqui id nec *Experientiæ* adeo conſonum, & a ſuperioribus diſputationibus *Jobi* plane diſſonum; qui *Filios* quidem *puniri* tandem aliquando, ſed *Patres* ipſos *impunitos abire* inſinuavit *Cap.* 21: 19. 20. 21. Quum autem ibi cum *adſectu* diſputans, iſtam *impunitatem* nimis tetendiſſet, recte & ordine nunc temperat ſententiam, eamque ab omni impietate prudenter vindicat, *pœnas inviſibiles* poſt Mortem agnoſcendo, *conſummandas per Judicium ultimum.* Illius *Terrores* ſane hic ſimul obverſatos Viro Sanctiſſimo, *Materia* ipſa & *modus deductionis* arguere videntur: nam qui de *tota mole maledictionis Divinæ in Caput ſceleſtum effundendæ* differit, non poteſt non illuc omni mente ac cogitatione ferri, etiamſi *Noviſſimum* illum *Diem* non diſerte exprimat. Relege ſis, quæ *Vſ.* 13. & 14. præmunita. Sed jam II. hoc ipſum minus veriſimile viſum, *directe* de *pœnis vitæ Futuræ* actum in hoc acerrimo conflictu. Sane & nos ſupra non ſemel cum Eximio *Mercero*, aliiſque, inculcavimus, illuc non egreſſos videri noſtros Diſputatores. Addidimus tamen temperamentum, nec in totum iſtam *Oeconomiam* ſeponendam, ſatis inſinuatum, &, ni me omnia fallunt, evictum. Tunc eo non pergendum monui, quum *Materia* ipſa, & *ſtatus Quæſtionis*, ad *viſibiles adflictiones*, & *pœnas* reſtrictus, illuc gradum proferre non ſinebant. Nunc longe diverſa res eſt: nam *Religio* & *Veritas* a Noſtro exigebant, ut nimis vehementes illas ſententias de *Felicitate perpetua improborum*, in *vita* non ſolum, ſed & in *morte*, mitigaret, ad juſtioremque normam elibraret. Id magnifice ab eo præſti-

ſtitum hoc in *Capite*; in quo niſi cum *Maledictione viſibili* in *poſteritatem Improbi incubitura* poſt ejus obitum, conjungamus *molem iræ Divinæ eum*, *poſt vitam feliciſſimam*, *graviſſimo* tamen *exitio mactaturam*, nec ſuum *Jobo* ſyſtema hactenus conſtabit, nec ordo rerum juſto filo evolvetur: nec ſententiæ vibrantiſſimæ verum illud pondus, ac decus, quod admirationem nobis, & ſacrum horrorem, incutit, condigne ſatis ſuſtinebunt. Ad III. argumentum, ex *Vſ.* 21. & 23. illatum, quaſi *Locus* nos adſtringeret ad viri *Domum*, & *ſedem in terris*, non eſt quod vel verbum addatur. Finiamus ergo, & jam *Capitis* hujus *ſummam*, *Analyſinque*, ſponte ſemet ſub oculos, manuſque, dantem, cujuſvis induſtriæ *colligendam* ac *deducendam* relinquamus.

CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM.

Verſ. 1. Profecto eſt argento ſcatebra; & patria auro, quod conflant.

2 Fer-

Verſ. 1. כי יש לכסף מוצא ומקום לזהב יזקו׃

2 ברזל

Verſ. 1. Admirabile, & ſapientia, ac pietate, profundiſſima plenum Caput. In ejus *nexu* cum præcedentibus, *Scopoque* conſtituendo, magna opinionum divergia. *Philipp. Presb.* I. nimis imprudens, *Quis non videat*, inquit, *quam diſſonantia ſint hæc ſuperioribus? Sed videtur mihi per ænigma*, & *parabolam*, *ſub horum nominibus metallorum mores hominum*, *ac virtutes deſcribi animorum*; *minime ordinis conſequentia*, *Prophetarum more*, *cuſtodita*. Qui tam belle cœperat, non poterat non vitreis *Allegoriis* ludere, & ludi; pro theſauroque, ac gemmis, meros ex fodinis hiſce carbones eruere. Adiſis & *Hieron.* ſuppoſiticium; atque ipſum *Chaos* tam cæcum, confuſumque, negabis. *Gloſſa Ordin* etiam tota levi ſabulo ſuperſtructa. *Lyran.* II. literam ſaltem quandam ſubſternere conatus, collationem *Divitiarum* cum *ſapientia* inſtitui cenſet, *ut oſtendatur*, *non eſſe indecens Divinæ providentiæ*, *impios temporaliter proſperari*, *juſtoſque adfligi*; *eo quod horum bona ſpiritualia longe antecellant illorum bonis temporalibus.* Hæc in ſe bona; ſed *Jobi* actionibus, & contentionibus ſuperioribus, parum congrua. Cum iis pugnat quoque III. quod *Vatabl.* aliique poſt *R. Levi*, putent, *rationem hic reddi quare probis improbiſque idem eveniat*; *& utrique nunc felices agant*, *nunc infelices.* Nempe, *Quia mundus ſubjectus mutationibus*, *& nihil in eodem ſtatu permanet*; *rebus omnibus vices quaſdam obeuntibus.* Quomodo in hunc ſenſum multi verſiculi torqueantur, deinceps parebit. *Nicet.* IV. omnia hæc directa cenſet, ad demonſtrandum, *Providentiæ Divinæ rationes ab homine penetrari non poſſe. Penetrare quidem Eum terræ viſcera*, *& abditiſſima quæque ſcrutari*, *ſed imperſcrutabiles eſſe vias Dei*, *& ſapientiam plane inacceſſam.* Hoc tamen quum nimis *generale* eſſet, ita porro adſtringitur. *Non poſſe proinde ab homine perveſtigari*, *cur improbis feliciter viventibus*, *probi miſeriis & adflictionibus vexentur.* Ad eandem fere mentem *Calvin. Conc. Centeſ.* quamvis non tam preſſe. Preſſius *Merc. Metalla poſſunt ab hominibus perveſtigari*; *atque adeo ex ipſis terræ viſceribus eruuntur*, *quæ quis inacceſſa judicaſſet. Verum Sapientia in occultis Dei Judiciis poſita*, *ut ratio indagetur cur boni adfligantur*, *mali proſperentur*; *ſola rerum omnium homini imperveſtigabilis: nec de ea aliud nobis Deus revelavit*, *quam ut Eum timeremus &c.* Hanc ſententiam plurimos tuliſſe calculos deprendo. *De Pined. Vavaſſ. Bolduc.* præſertim prolixius eam urguet. *Jun. Piſc. Belg. Patric. Crinſoz.* eodem fere collineant. Cl. *Schmid.* V. obmovet, *nibil de adflictionibus piorum & proſperitate impiorum haberi Cap. præc. ſed omnia*

nia in pœnis impiorum decurrere. Contendit itaque *Jobum* ut *ſuſpicionem a ſe amoliretur*, *quaſi ad impietatem deſciſcere*, & *pietatem repudiare meditaretur*, de *præſtantia pietatis* tam ample & magnifice *diſſeruiſſe.* Eſt hæc connexio illa quam ex R. *Salom.* adduxit *Merc.* qui reflectit oculos ad *Vſ. 6. Cap. præc. Juſtitiam meam miſſam non faciam. Quid enim mihi accederet*, *ſi improbus eſſem*? Omnibus *divitiis*, *fluxis*, & *evanidis illis*, *poſſeſſio Sapientiæ*, *cui me addixi*, *præponderat.* Alio flexu VI. Cl. *Cocc.* de *præſtantia timoris Dei* diſſertatum ſtatuit, cum reditu ad eundem *Vſ. 6.* quaſi qui ibi *negaſſet ſe amicos juſtificaturum timore criminis & peccati*; nunc *iſtum Timorem Dei*, *tanquam veram ſapientiam* celebrare ingrederetur. *Codurc.* VII. ſuo more præfidenter. *Hujus Cap. cum ſup. compagem quæſivere interpretes. Orationis ſeriem tenuit nemo. Circuitione non utar*; *ſed rem eloquar. Superioris Cap. finis fuit*, *Multos attonitos potentium clade inſperata. Locus itaque maxime idoneus huic Epiphonemati. O quam alta & impervia Dei judicia*! &c. *Hunc eſſe nativum ſenſum depoſito Sacramento adverſus quemvis contendam.* Si idem vult, quod *num.* IV. poſitum, alienis ſuperbit plumis: ſi aliud, multatus abeat neceſſe eſt; quum nihil iſta cohæſione coactius ſit, & ſimul exilius in hac ſede. Propius ſcopum *Caſtal.* VIII. reſpici cenſet, ad *ſpem hominis pii*, *oppoſitam ſpei Hypocritarum. Eam in Religione poſitam*, *omnium quæ expetuntur rerum eſſe pretioſiſſimam. Sed eam non quærendam*, *ubi quæruntur quæ a mortalibus ſolent expeti*, *aurum & gemmas rimantibus ex imis terræ viſceribus. Sapientiam in ſuo cuique animo quærendam.* Eodem fere ſpectat Cl. *Cler.* quum *oſtendi* ait, *quanta induſtria*, *quanto labore etiam*, *homines ſcrutentur metalla*, *gemmaſque: dum ſapientiam*, *rem omnium pretioſiſſimam*, *quærere negligunt.* Cl. *Reim.* idem intendiſſe videtur; niſi quod IX. adhuc arctiorem copulam det cum *Vſ. ult. præc. Cap. An non merito tales ſtulti derideantur*, *qui lucro perituro inhiantes*, *de veris ſapientiæ theſauris minime ſolliciti ſuere.* Addere mihi liceat X. nil commodius, nec uberius dari poſſe, ad ſenſus *Cap. præc.* a nobis declaratos, quam ut poſt *conſpectum Hypocritæ Mundum lucrantis*, *ſed irreparabile damnum patientis quoad animam*, infinitum *pretium* ac *pondus pietatis* inculcetur cæcis *mortalibus*, *in viſcera terræ deſcendentibus ad falſas Divitias* inde *eruendas*; quum *cœleſtia* interim ac *vera bona* parum curent, atque adeo pro his vanis ac fugacibus rebus vendant. Hanc graviſſimam materiam ſi quis tractandam ſumeret, non poſſet eam tum copioſius deducere, tum validius adſtringere quam hoc ipſo ſub nexu *Divitis ad culmen opulentiæ provecti in mundo*, *ſed mox in barathrum æternæ miſeriæ demerſi*, *quod Dives fieri in Deo* neglexiſſet. Celare tamen nequeo, ne id quidem omni ex parte expeditum mihi videri; ſive *Cohærentiam* ſpectemus, ſive *Modum deductionis.* Certe, ſi huc unice fuiſſet collineatum, ſeriem aliter adhuc inſtituendam fuiſſe, facile animadvertet, qui partes univerſas diligenter expenderit. Videatur itaque XI. an liquidius omnia habitura ſint, ſi ſtatuamus magnificam hanc *perorationem* pro *Coronide* impoſitam univerſis diſputationibus, qua *Amicorum*, qua *Jobi* ipſius, ad inculcandum; *Tremendas plane*, *& nobis impervias eſſe vias Dei*; *quod ut Majeſtate*, *& Potentia*, *ita Sapientia quoque Solus polleat. Ad eam hominibus aditum eſſe præſeptum*; *atque ita præcluſum ut qui viſcera terræ ſibi patefecerint*, *ex imiſque tenebris abditiſſimas ejus opes eruerint*, *ad ſapientiæ theſauros*, *& venas multo pretioſiores*, *nulli queant pervenire*; *quantumvis eas ſtudioſiſſime indagent. Nil aliud ergo relictum mortalibus*, *in cæca velut caligine rerum jacentibus*, *quam ut procul adorent*, *Deumque inacceſſam habitare lucem agnoſcentes*, *in Ejus timore*, *& fuga criminis*, *omnem ſuam ſapientiam collocent: donec ſecula vanitatis præterierint*, *atque ex præſentis vitæ tentationibus*, *& fluctibus*, *in tranquillum portum invehi detur.* Hoc ampliore conſpectu multa mihi videor lucrari; nam & ſic *in Cauſam ſuam* ſatis animoſe adhuc *inſtat* Noſter; & Amicos graviter reprehendit; & quæ crudius diſſeruiſſe videbatur de *perpetua felicitate improborum in terris*, prudenter denuo temperat; *pietatem ſummam* eſſe *ſapientiæ*, & *principium bene vivendi*, ac *moriendi*, cœleſti quodam adfectu, & lumine orationis, declarans.

Ibid. Neſcio cur tam liberaliter pronunciet Cl. *Cocc.* de *pericopa* hinc ad *Vſ.* 12. procurrente, *Nihil ea facilius.* Tranſcripſit Cl. *Schmid.* Nimis vereor, ne ſub manibus multo difficillima reperiatur. Ne hic quidem *Vſ.* omnino planus. *Partic.* כי quibuſdam redundat; aliis infert *Nam*; ſed pleriſque adfirmat, *Certe*, *profecto*; quod præferendum.

2 Ferrum e pulvere eruitur, & lapis fuſilis, æs.

3 Fi-

2 ברזל מעפר יקח ואבן יצוק נחושה׃

3 קץ

יש *eſt*, *exiſtit præſens ſolidumque*, non ſine adfectu dictum, deinceps ſentietur. מוצא *exitus*, *egreſſio e viſceribus terræ*, ſecundum plurimos, *Coccejo*, aliiſque, eſt *vena* ipſa *metalli*. *Vulgat.* maluit, *principium venarum*. Captaſſe videtur ex vi interiore formæ, *Locum unde quid exit*, ſive *enaſcitur*. Id arripere poſſent, qui *metalla e viva radice excreſcere*, *ramoſque* velut *diffundere*, ſtatuant. Incommode *Pagn.* *Eſt argento latebra.* Forte *Scatebra* a manu ejus exierat. Plerique *exitum* dedere potius quam *venam*, quia non tam agitur de *productione* metalli *in terra*, quam de ejus *eductione ex fodinis*. Cl. *Schmid.* in hunc ſenſum attentus, ex poſt. *hemiſtichio* ſupplet מקום מוצא, ut ſit, *Locus exitus*. At מ *Locum* ſæpe formans, directe יש מוצא exprimi patitur, *eſt Locus exitus* i. e. *ubi e vena eruitur*. Nempe veriſimile, utramque vim conſpirare. מוצא מים eſt *ſcaturigo aquarum*. מצא דשא eſt *Locus herbidiſſimus*, *ſcatens* quaſi *herbis*, *Job*. 38: 27. Conſimiliter hic, *Eſt ſane Argento ſcatebra*; *dantur quam plurima loca unde Argentum divite* quadam & *inexhauſta vena exit*, *vel eruitur*: *ſunt nobiles* in terris *Argentifodinæ*. Adjectæ mox *Aurifodinæ*; מקום לזהב dictæ. Nonnihil hæretur in ſtructura ſeq. verbi יזקו *Conflant*; quod huic membro alligari ſolitum, ambiguum fecit, num de *Arte*, an de *Natura* deberet accipi. *De Pined.* ad ipſius *Naturæ mirabile opus* referendum cenſet, *Vulgato* velificans, qui dederat, *Auro locus eſt*, *in quo conflatur*. Habes *Officinam ſubterraneam ipſius terræ Matris*. Nempe & *Aurum* eruitur, quod *ſtatim ſuum* eſt, *nec coquitur*, ut ait *Plin Lib.* 33: 4. non tantum *Balucem*, ſive *grana minutiora*, quærentibus offerens, ſed *Lapides*, & *Maſſas*, quæ *denas libras excedant*. Interim & *natura* verbi, & *forma plur.* magis ducunt ad *conflatores homines*: nec tamen ſatis teres quod *Merc.* bifariam ſupplens, vel אשר בו, vel אשר משם, det, vel, *locus in quo aurum conflant*, vel, *unde conflant*. Magis adhuc unguem offendet, ſi cum Cl. *Schmid.* addideris אותו, *Locus auro*, *ubi fundunt illud homines*. Atqui מקום ipſam *Fodinam* haud dubie ſignat, non *Locum* ubi *effoſſum aurum purgatur ab hominibus*, & *lotum*, *fuſumque*, *coquitur*. Ut e limpido fluant omnia, יזקו ad utrumque membrum redire juberem. מקום *Locum* autem augeo hic ſingulari elegantia, qua ſonat *patriam terram*. Ita *redire in Locum ſuum*, eſt ad *Lares proprios reverti*. Venuſtiſſime ergo, *Eſt Argento ſcatebra*; *& patria Auro*; quod *conflant* mortales. Suppleo ſimpliciter אשר; ad *argentum* æque ac *aurum* ſeſe referens, quemadmodum & זקק *utrumque metallum* uſu ſuo amplectitur. Ita ſumendum מקום pateſcit ex *Vſ.* 12. 20. 23. ubi eadem venuſtas indicabitur. De cetero ad *Scopum* illum, quem fiximus, illuſtrandum, egregie conducunt *Pliniana* in præf. *L.* 33. *Metalla* nunc, *ipſæque opes*, & *rerum pretia dicentur*: *tellurem intus inquirente cura*, *multiplici modo*. *Quippe alibi divitiis foditur*; *quærente vita aurum*, *argentum*, *electrum*, *æs*: *alibi deliciis*, *gemmas & parietum digitorumque pigmenta*: *alibi temeritati*, *ferrum auro etiam gratius inter bella cædeſque*. *Perſequimur omnes ejus fibras*, *vivimuſque ſuper excavatam &c.* *Imus in viſcera ſacræ parentis*; *& in ſede Manium quærimus opes* &c. &c. Reliqua eadem granditate, & gravitate cenſoria.

Verſ. 2. Qui ad *Vſ. præc.* rationem dare volebant, cur *Argentum* præpoſitum eſſet *Auro*, hic ſilent de *Ferro* ante *Æs* nominato. Talia plerumque argutiora, quam ſolidiora. Sed quæritur, cur ubi reliqua etiam *Metalla* e terra proveniant, *Ferrum ex ea capi* dicatur. *Merc.*

3 קֵץ שָׂם לַחֹשֶׁךְ וּלְכָל־תַּכְלִית

הוּא חוֹקֵר אֶבֶן אֹפֶל וְצַלְמָוֶת׃

4 פָּרַץ

3 Finem poſuit horridæ caligini; & ad exactiſſimam uſque rationem ipſe perveſtigans; lapidem horridæ caliginis & umbræ mortis.

4 Rum-

Merc. reſpici putat ad *Matricem* ferri *terram fæculentam.* Idem intendit *de Pined.* monens *materiam ferri nimium terream, & non niſi pulveris inſtar, quæ deinceps arte compingatur, in ſerrumque ſolidetur.* Addit, *forte innui ferri fodinas non eſſe tam abditas, tamque profundas, quam auri & argenti.* Utrumque tetigit Cl. *Scheuchz.* qui & monet, alios alluſum velle *ad convenientiam ferri cum terra*, quod *ea ſine ferro fodi, ſcindi, arari, coli* nequeat. Id longe petitum: quemadmodum & Cl. *Schmid.* acumini indulgens, longiuſcule abit, *pulverem* expreſſum cenſens, *ut raperemur in admirationem operis Divini, quo metallum adeo durum in re adeo molli reperitur.* Opinio *Merc.* quæ plurimis placuit, diſplicet eidem Viro Doct. *quod ferrum e pulvere non dicatur fieri, ſed ſumi.* Reſponſio paratiſſima, ſi quis receptam ſententiam tueri velit; nam *ſumi*, vel *tolli*, hic eſt, *magna copia promi*, & *proferri in vitam.* Nempe *Optimum, idemque peſſimum* tamen, *eſt vitæ inſtrumentum*, ut iterum cum *Plin.* loquar; *ſiquidem hoc tellurem ſcindimus, ſerimus arbuſta, ponimus pomaria; vites ſqualore deciſo cogimus juveneſcere omnibus annis. Hoc extruimus tecta, cædimus ſaxa, innumeroſque ad alios uſus ferro utimur. Sed eodem ad bella, cædes, latrocinia; non cominus ſolum, ſed etiam miſſili volucrique, nunc tormentis excuſſo, nunc lacertis, nunc vero pennato; quam ſceleratiſſimam humani ingenii fraudem arbitror. Siquidem ut ocyus mors perveniret ad hominem, alitem illum fecimus, pennaſque ferro dedimus.* Sentis, quanta *Emphaſi* dixerit Noſter, *Ferrum e terra tollitur; magna copia expromitur*; veluti *ultro ſe manibus offerens & ingerens.* Sic מֵעָפָר *ex pulvere*, nihil aliud ſonaret, quam *ex terra*, illa *communi Matre* veluti, vel *Nutrice*, id ſponte *ſuppeditante.* Dices, *Aurum & argentum* indidem quoque *ſubminiſtrari.* Recte vero; ſed in *Ferro* ſignatior iſta phraſis; ſimulque ad *Matricem* ejus forte alluſum; quod non definio.

Ibid. Minus commode in poſtremo Doct. *Tigur. Et lapis, ut æs, funditur.* Verum, ſed loco minus aptum, ut Cl. *Scheuchz.* quoque faſſus. *Vulg.* liberius, ſed magis ad rem, *Et Lapis calore ſolutus in æs vertitur.* Bifariam *Merc.* vel, *& Lapis funditur æs*, pro *in æs*; vel tranſitive, *& lapis fundit æs.* Sic צוּק adhibitum putat *Cap.* 29: 6. Conſonat *Plin. L.* 34. 1. 2. *Æs fit ex lapide æroſo, quem vocant Cadmiam. Fit & ex alio lapide, quem Chalciten vocant in Cypro, ubi prima fuit æris inventio.* &c. Alii, ut diſcrimen generis vitetur, maluere, *e lapide funditur æs*: ſed jam נְחוּשָׁה *fœm.* cum *maſc.* יָצוּק parum conſiſtit: nam *Eſech.* 1: 7. 1 *Reg.* 7: 45. 2 *Chron.* 4: 16. diverſa ratio ſtructuræ. Hinc *Cocc. Et lapidem fundit* homo *in æs.* Paulo coactius. Magis, quod *Schmid.* tentat, *& lapidem fundit* terra *æneum.* Mihi alia conjectura ſubnata ex *Cap.* 41: 15. 16. ubi יָצוּק non eſt *fut.* in *kal*, a צוּק, ſed *Pahul* & יָצַק, directe ſonans *fuſum, conflatumque metallum*; & quidem ἄκλι-τον, ut ſit, *fuſum quid, maſſa fuſa.* Similiter *Cap.* 29: 6. malim, *petra fuſa, in ſummamque duritiem metalli conflata velut.* Hinc exiſtit, *& Lapis fuſus, æs.* Repetas, *e terra tollitur*; ut ſit periphraſis *Æris*, & alluſio ſimul ad *Matricem* ejus, *Lapidem æroſum.* Habes iterum copiam paratiſſimam *Metalli*, cujus & *Bona*, & *Mala*, ſimul Noſtro obverſata, ut in *Ferro* vidimus.

Verſ. 3. Subita caligo oculis circumfunditur; ut vix diſpicere ſit, ubi ſimus; & quam in materiam altius nos rapiat Noſter. *Munſt.* I. vago adſpectu, *Nihil eſt tam abſconditum quod non reveletur, & cujus interitum Deus non cognoſcat.* תַּכְלִית ei *conſumtio.* Item *Vatabl.* II. miro conatu hinc elicienti, *Deus eſ-*

ſi-

ficit, ut quæ non erant, ſint: & vice verſa omnem rem formatam redigit uſque ad materiam informem. q. d. *Facit ut quæ erant, non ſint.* Proh Acumina! *Iſid. Clar.* III. ex *Kimch. Nihil tam abſconditum cujus* perfectionem *Deus non agnoſcat Etiam abditiſſimos Lapides qui in fundamento terræ, ipſe novit.* Longiſſime petitum, nec ad rem; & tamen ex parte ſecutus eſt IV. *Calvin. Conc. C. Tenebræ quæ homines impediunt, & conſpectum rerum iis auferunt, a Deo terminantur, & circumſcribuntur. Eo ſignificat Jobus, quamvis in hoc Mundo magna ſit rerum diverſitas; Deum tamen poſt tenebras has miſſurum lucem.* Non expectaram. Paulo propius ad ſeriem *Merc.* V. *Etſi intelligi poſſit Dominum tenebris modum facere, & finem, quum poſt noctem invehit diem; & generalis hæc ſententia eſſe queat, Deum in tenebris latentia producere in lucem; peculiariter tamen hoc ad erutionem metallorum pertinet.* q. d. *Loca tenebroſa terræ homini Deus indicat, & perveſtigabilia reddit.* Monet, alios quidem ad *Hominem* referre hæc, & ſeq. *qui ut metalla e terræ viſceribus eruat, lumen etiam eo inſerat*; ſed ſe malle ad Deum, *qui metallorum inventionem, alioqui difficillimam, homini conceſſerit.* Intelligit ergo per *Lapidem caliginis* &c. *lapides denſiſſimis tenebris obductos, & ſub terra altius abſtruſos*, unde *gemmæ & metalla excidantur* &c. Medium colon ad *Deum* applicare coactus, durius exponit, *Ipſe inquirit, & ſcrutatur per homines conſummationem* תכלית *rei quantumvis arduæ* &c. Veſtigiis his inſiſtens *de Pined.* per *lapidem caliginis* denotari putat *cavernas montium, ſiliceaſque radices, quas cum ingenti periculo homines excavant ad effodienda metalla &c.* Medium membrum contortius adhuc, *Univerſorum finem Ipſe* Deus *perquirit, & inveſtigat; adeoque & metallis, pretioſiſque lapidibus, quantumvis reconditis, tempus latitandi præfinivit.* Idem plane expreſſit *Vavaſſ.* At *Codurc.* VII. ad *Hominem* reducto verſu, *ſignificari* ait, *eſſe aliquem tandem finem quærendarum opum.* תכלית ei *gemmam pretioſam* ſignat; quam & *lapidem caliginis &c.* appellatam vult, quod *ima terra lateat.* In confinio *Grot.* VIII. cui prius colon valet, *Etiam in ipſis terræ viſceribus, quæ* caligo & umbra mortis *nominantur, ordinem rerum*, (קץ ſic mallet reddere cum LXX.) *diſpoſuit.* Medium, *ſcit quouſque hæc vel illa metalla, & alia ſubterranea, pertingant.* Ultimum ad *Gemmas* trahitur *penitus abſtruſas.* Idem fere intenderat *Caſtalio*, a *Patric.* quoque adoptatum. Cl. *Cler.* IX. in priori colo parum differens, mediumque dans, *in omni confinio ipſe inveſtigat*; poſtremum cum *Merc.* accipere maluit de *Lapidibus & Saxis, in quibus auri & argenti venæ ſerpunt.* Rotundius quid tentarunt *Jun. & Trem.* X. *Terminum impoſitum tenebris, & omnem perfectionem* mortalis *ipſe perveſtigat: lapidem caliginis & umbræ lethalis.* Eodem fere modo Doct. *Belgæ*: niſi quod תכלית malint *Extremitatem.* Sed שם *impoſitum, paſſive*, nimis durum; nec molle, quem Deus *impoſuit*, ſupplere. Cl. *Cocc.* XI. qui jam *Hominem* inſeruerat *V. ſ.* præc. ita pergit, *Finem ponit tenebris, & ad omne extremum ipſe veſtigat lapidem caliginis & umbræ mortis.* i. e. *Minuit tenebras & intromittit ad eas lucem.* Reliqua non explicat. Crediderim *Lapidem Caliginis* &c. ei eſſe *Cavernas terræ profundiſſimas, & ad inferos actas* veluti, atque *exciſas.* Ab his omnibus magno intervallo ſe ſejunxit Cl. *Schmid.* XII. primo negans, *de Cohærentia hic eſſe laborandum.* Addit dein, *Jobum res varias cum ſapientia ita comparare, ut dicat res illas inveniri poſſe, & abſtruſa illarum revelari; cum ſapientia vera nuſpiam in rerum natura inveniatur; ſupernaturalis* ſcil. *non naturalis exiſtens.* Libera jam omnia ſibi fecerat Vir *Doct.* quem non miror, hinc profectum, ad *Deum* omnia referre potuiſſe in hanc mentem, *Terminum poſuit tenebris, & juxta omnem finem perveſtigat eas.* i. e. *Deus optime novit quomodo terminos conſtituerit tenebris noctis, & quas debeant habere viciſſitudines cum luce; quam diu hyeme, quam diu æſtate durare.* Ultima his reſpondere cogit, *Lapidem caliginis* &c. tropice ſumendo pro *Termino*, ſive *lapide terminali.* Adjicit, & *Lapidem ponderis*; quaſi *ponderaſſe* diceretur Deus, *quam graves & denſæ caligines eſſe debeant.* Cogitas, quid ad rhombum? *Hæc omnia* inquit Vir Doct. *Deum facere obſervat homo, mente ponderat, aſſequitur ſagacitate, ac proinde inventione pollet.* Vel nihil video, vel hæc omnem in partem *laborant.* Non ſubticebo tamen XIII. & *Chryſoſt. Olympiod.* &c. de *tenebris nocturnis* locum hunc explicuiſſe, *quibus Deus ſpatium*

cum.

cum luce diviſum aſſignarit. Anſam dederat *Verſ. Græc.* quæ πέξιν *poſitam tenebris* exhibet, ſed merito tanquam alienius a ſerie, miſſum factum. Omitti hic XIV. nequit Acutiſſ. Philoſophi nova conjectura, in *Contempl. Mund. pag.* 631--634. ubi ad *Hominis induſtriam*, in *dimenſionibus tenebrarum nocturnarum mathematica ratione exigendis*, locum hunc applicat, ita eum convertens, *Finem*, *quem* Deus *poſuit tenebris Coni nocturni*, & *omnes ejus extremitates*, *tam in circulo*, ſive *Baſi*, *ubi incipit*, *quam in ſumma meta*, *ubi finitur*; *ipſum quin imo perpendiculum hujus caliginis*, *quod per mediam & denſiſſimam partem Noctis tranſit*, homo capaci mente *penetrat*, & *exactiſſima ratione mathematica tenet.* Pro hoc ſenſu facere putat Vir Doct. quod *Vſ.* 7. de *via volucribus ignota* ſubditur. Id non quadrare cenſet in *ſubterraneos* illos *meatus*, quibus Metalla adeuntur; ſed convenire *ſublimi itineri*, & *volatui* quaſi, *Cœlum* ſcrutantis, & *Diei Noctiſque curſum metientis.* Speciosior probatio, quam ſolidior: nec ſine magno frigore *via Aſtronomi ſupra Nubes ſcandentis*, & *Cœlum mente ac cogitatione perambulantis*, diceretur *incognita Aquilis* & *volucribus*, niſi *Allegorice.* Non veriſimile quoque illius *celſioris volatus Aſtronomici* unum ſolummodo ſpecimen hic poſitum; & quidem ipſum hocce, circa *dimenſionem tenebricoſæ Metæ*, quam *umbra* efficit *Nocturna.* Alia, quæ *ſtructuram*, & *ſcopum*, ſpectant, mitto; quod omnes ferme ab hac parte, plus minus premamur. Cl. *Guſſ.* XV. bis h. l. tetigit in Comm. L. H. & *primo* quidem ſub כלה ad *Deum* omnia traxiſſe videtur, medium comma reddens, *Deus ſcrutatur uſque ad omnes ut ut remotas*, *ac ultimas*, *partes cujuſque rei*; *quod ibi applicatur corporeis.* At *ſecundo* ſub קצין, ubi קץ *terminum extenſionis* inferre ex loco noſtro probat, ita pergit. *Id merito diceret de Deo. At de homine id dicit*, *quia aperiendo viſcera terræ*, *luci ſubjicit loca ei prius inacceſſa*, & *minuit tenebrarum ſpatia.* Id accedit ad eorum opinionem, quos *num.* VII. VIII. IX. X. XI. propoſui: e quibus Cl. *Cocc.* rotundiſſimus. Ei tamen nec *Atnach* ſatis favens; nec perpetuus Libri ſtilus; qui inciſa amat. Non expoſuit etiam, quid per *Lapidem caliginis* intelligat, *imaſne cavernas* montium; an ipſos *Lapides pretioſos* inde *erutos.* Neutrum ſcrupulo exemtum. Ad eum, ſi pote, tollendum, dabo XVI. geminum conatum. 1. *Terminum ponit tenebris*, & *ad exactiſſimam ſubtilitatem ipſe*, Homo, *perſcrutans eſt: Lapide caliginis & umbræ mortis.* אבן *Lapis* pro *Libella*, *perpendiculo*, *Zach.* 4: 10. Figura ſublimiore inde *Eſaj.* 34: 11. *Extendet ſuper eam* קו תהו *Lineam Tohu*; & אבני בהו *Lapides Bohu.* Non ſignatur *Libella fallax*, *corrupta*, *inepta ædificationi*, ut Cl. *Cocc.* cenſet; ſed *extendere ſuper aliquem Locum Lineam* & *Libellam Tohu Vabohu*, eſt, eum *redigere in merum* & *verum Chaos:* quod mihi nunc eadem grandiloquentia vocare liceat *Chaos examuſſitatum*, atque ad *confuſionis Normam accuratiſſime exactum.* Sic recte Cl. *Vitr.* Simili ſublimitate efferri potuit *Lapis horridæ Caliginis* & *umbræ mortis*, pro *perpendiculo illuc penetrante*; ejuſque *ſpatia*, ac *menſuras*, ad *exactiſſimam rationem exequente.* Sic, imagine valde ſublimi, Homo viſcera terræ ſcrutans, *ad Maneſque ipſos*, ut *Plin.* ſupra locutus, penetrans, ut *metalla* profundiſſime latentia eruat, inducetur tanquam *Artifex induſtrioſiſſimus*, *Libellam habens in manu*, qua ipſam *umbram mortis* veluti *metiatur*, *caliginoſiſſima antra* ſibi *aditum præbere cogens.* Id *generatim* hoc in verſu intendi, non videtur in dubium vocari poſſe: quum enim præcedat, *Metalla* ex *intimo* terræ *ſinu* ab homine *erui*, nil propius, quam ut nunc ſubnectatur, *Denſiſſimas tenebras*, *quibus illæ* in meditullio terræ *defoſſæ*, improbo ejuſdem conatu *evinci*, & *perrumpi* potuiſſe; haud ſecus ac ſi *Libella umbræ mortis* ei in manum tradita fuiſſet, cujus ductu *vaſtiſſimam* quoque, & *horridiſſimam caliginem*, *ſub leges* ſuas *mittere*, atque *in penetralia Mortis vivos foſſores immittere* valuerit. En 2. aliud adhuc, vicinum, eodemque recurrens. Nempe אבן *Lapis* per *Excellentiam* notus pro *Fundamento.* Inde אבני בור *Lapides putei Eſaj.* 34: 19. ſunt *fundamenta*, & *imæ ſedes putei.* Eſt & ibi Figurata locutio, ad *imum gradum perditionis* & *ignominiæ* tendens. Non eadem, ſed ſimili figura, heic, *Ad exactiſſimam rationem perſcrutatur* homo חשך tenebras: *Ipſum Lapidem* fun-

4 Rumpit alveum de cum pede montis; illi vero oblivioni traditi a pede, extenuantur præ homine, vagantur.

4 פרץ נחל מעם־גר הנשכחים מני־רגל דלו מאנוש נעו :

5 E

5 ארץ

fundamentalem quaſi *horridæ caliginis & umbræ mortis.* i. e. *ipſum terræ Centrum.* Illa imago videtur obverſata Veteribus, ex quorum mente *Paraphr. Chald.* nobis dedit: *Et finem omnem ipſe perſcrutans eſt*; אבנין מפולמן דמן תמן נפק חשוך וטולי מותא *Lapides prægrandes, informes, ex quibus prodiit caligo & umbra mortis.* Alludit ad *Tohu vabohu*; & videtur innui, ipſum *Chaos* ab homine penetratum quaſi, dum centrum terræ rimatur. Utraque imago habet ſublime illud, quod in hoc Libro regnat. Prior requirit *præp.* ב: ut ſit, *in lapide* באבן. Poſterior ſupplementi haud indiget. Habet & hoc, præterea, quod inſignius creſcat oratio, ſi poſt *perſcrutans ipſe* חשך *tenebras*, ſubſumatur, *Lapidem* ipſum *tenebrarum & umbræ mortis.* Si jam cum illo *Centro*, & *imo fundamento*, hic conjungere lubeat *ſaxa* & *ſilices in viſceribus montium*, eorumque *fundo*, ac *radice*, *latentes*, egregium Anceps exorietur, quod ſimul ſiſtat *profundas* e quibus *metalla* effodiuntur *cavernas.* In תכלית eandem vim teneo, quam ad *Cap.* 26: 10. inductione firmavi. Si malis, *ad omnem extremitatem*, vel *ad perfectionem omnem uſque*, eodem redibit. Sed ſignantius, *ad libratiſſimam & exactiſſimam rationem.*

Verſ. 4. Cimmeriæ tenebræ; quas me exſuperaturum vix ſperare auſim. Multi I. ſine ullo *nexu*, niſi quem ipſa *varietas* præbet, agi cenſent de *Fluviis*, & *admirandis vicibus*, quæ circa eos notantur. Magna tamen circa id ipſum divortia opinionum. *Munſt.* 1. priora trahit ad *fluvios ſiccatos* a Deo; poſterius, ad *fluvios profundos* quos Deus *alio loco arido excitet.* Ita ſaltem *Clar. Nunc aquæ oblivioni datæ a pede* vadabiles ſunt; *& tranſiri poſſunt* pede non tincto: *nunc iterum* extolluntur, *ultra quam ut* ab homine *poſſint tranſiri. Qua viciſſitudine multa revelari contingit.* Contrario ordine *Vatabl.* 2. *Alicubi* erumpit *in magna abundantia* fluvius juxta habitatores ſuos: h. e. *in terra habitabili propter aquam. Contra aquæ* ignotæ pedibus, *per quas nullus tranſierat*, *& quæ* altiores erant homine, *ſtaturam ejus ſuperantes*, recedunt, *& evaneſcunt.* Inter utrumque 3 ambiguus *Calv. Conc.* C. verſione liberius fuſa: *Facit ut fluvius ſe extra ripas effundat adverſus habitatorem terræ; aquæ ita attollantur ut fundus pedibus tangi nequeat; & in majorem homine altitudinem ſublatæ abeunt.* Suppletur ante הנשכחים ᵗᵒ מים *Aquæ*; & cum R. *Levi* ſupponitur דלל hic idem valere quod דלה *in altum tolli*, ex *Eſaj.* 38: 14 Poſterius recte improbatum a *Merc.* qui 4. exhibet, *Erumpit* ſæpe torrens *ab accola* i. e. *ex eo loco ubi accolæ erant*; vel, *ut amplius non ſit accola*; vel, *ab accola ſuo alium in locum deflectens*: & aquæ *quæ oblivioni traditæ erant a pede*, nec tranſvadari poterant, *attenuantur* i. e. exſiccantur *ab homine*, *hominibus illius loci*, *ut illis amplius non fruantur: ac moventur*, *abeunt*, *evaneſcunt.* Addit Vir Doctiſſ. *Vides antitheſin*, *inundationem & ſiccitatem. Et hæc vident homines. Horum origo, & rurſus finis, hominibus innoteſcit. At ſapientia homini imperveſtigabilis.* Commodius fore credidit 5. *Schmid. Abripit torrentem a peregrino; qui torrentes oblivioni traduntur a pede; attenuantur* a Deo; *ab homine diſcedunt.* Senſus. *Deum ita aliquando abripere torrentes a peregrinis, & viatoribus, ibi confidentibus, ut nullus pes peregrinorum ſe eo amplius conferat.* Simile quid dederat *Ab. Eſra* 6. niſi quod גר a נגר derivans, maluerat, *Deus rumpit torrentem, qui decurrebat, ejuſque alveum deſiccat* &c. &c. Ænigmaticum ferme eſt 7. quod *Vulgat.* habet, *Dividit torrens a populo peregrinante eos, quos oblitus eſt pes egentis hominis, & invios.* Hoc, & in *Allegoria*, quam texuit *Pſeudo-Hieron.* & in *litera*, quam *de Pined.* explanare conatus eſt, nihil habet, un-

unde vera lux oriri queat. *Codurc.* 8. *oblivioni mandata a pede* mirifico acumine capit pro *Epitheto* Poëtico *aquarum*, quod eæ ſine miraculo *calcari* nequeant: ut hic emergat ſenſus, *vulgo contingit ut agri ſtagnent erumpentibus alicunde torrentibus*; *qui tamen induſtria hominis mox ſiccantur*, *& feraciores fiunt.* Significari putat, *multa nova oriri in rerum Natura*, *atque homines multa uſu diſcere.* Eodem collineat Cl. *Cler.* 9. qui *contortas* & *frigidas* vocans omnes alias expoſitiones, ita reddit, *Erumpit torrens e ſcaturigine*; *cujus aquæ pede non trajiciuntur*; *dein attenuantur*, *& ab homine diſcedunt.* גר ſumit pro *Fonte*, ex גרה جرى *Arab. fluxit.* Id paucis ſatis vicinum, validumque, videbitur. Sed rogat *Vir Doct. unde Torrens niſi e Fonte?* Ne id quidem validum. Eodem jure tendere poſſem pro conjectura *Juvenili*, qua a جرّ גרר *traxit*, *pedem montis* olim obtuli. Sed parum fido iſti conatui; & nihil hactenus invenio ſub hoc Numero I, quod non torrente ipſo fluxius mihi videatur; atque a ſerie & vero ſcopo *Jobi* longe aberrans. Propius II. jaculantur, qui ſpeciatim agi volunt, de *ſubitis fluxibus aquarum*, *quibus Metallorum foſſores infeſtari* ſolent, dum *terræ viſcera rimantur.* Et hic iterum multa diſſenſio. *Jun. & Trem.* 1. ita mentem declarant: *Quum repente ſtagnat ſpecus metallica*, *& cuniculi irrumpentibus aquis inundantur*, *ea eſt ars & ſapientia hominis*, *ut etiam profundiſſimas aquas exhauriat*, *& ſpecus areſaciat.* Iis מעם גר valet *dimiſſo accola*, i. e. *recedens ab alveo ſuo ordinario*, *qui accolebatur.* Conſimiliter *Piſc. Dum diſcedit ab eo loco*, *ubi accolebatur*, *deſerens nimirum alveum ſuum per fiſſuram fundi ſubruti a foſſoribus* &c. &c. Alii 2. id ipſum malunt, *e vicino*, loco, videlicet. Videſis Doct. *Belg. Patric.* &c. *Caſtal.* 3 *ex peregrino* ſolo, dedit, trahens hæc ad *Corrugos*, quos vocat *Plin.* L. 33: 4. id eſt *fluminum corrivationem in ipſas Aurifodinas magna mole factam.* At *Bold.* 4. גר a גרר auſus dare *Latomum*, *Lapicidam*, *montium ſaxa ſcindentem*; ita omnia contexens, *Erupit torrens a juxta Ceſore*, aquarum *oblivioni traditarum a pede*; *elevatæ ſunt præ homine*; *motæ ſunt.* i. e. *Dum foſſor metallorum cuneis ſuis lapides diffringit*, *ſæpe contingit ut fiat apertura*, *ex qua aquarum ſubterraneæ voragines*, *pedi inacceſſæ*, *eædemque tam altæ*, *ut ad earum fundum nullus homo penetrare poſſet*, *quum diu inertes*, *& immotæ ſtetiſſent in vaſtiſſimis antris*, *motæ fuerint*, *& fluere cœperint.* Magnifice ſe circumſpicere debuit, quum adjecit, *Gaudeat Lector hac ſibi gratanter a nobis tradita elucidatione*, *quam ut legitimam ab omnibus ſuſcipi peroptamus.* Diverſiſſimo flexu *de Dieu* 5. מעם גר pro *E vicino*, ex *Arab.* غـــور *profunditas*, *caverna*, mallet *e profundo.* Nec *aquas* ſubaudiri concedens, totamque iſtam phraſin improbans, *Homines* ipſos deſignari cenſet, *pedum præ ſtupore & metu oblitos*: vel inverſa hic locutione, *a ſuiſmet pedibus oblivioni traditos.* q. d. *Quando torrens ſubito* e profundo, *vel* e vicino *loco erumpit*; *ſi quis adeo non percellitur*, *ut pes ſuum Dominum oblivioni det*, *is fuga celeri vitæ ſuæ conſulere poteſt*: *ſed qui adeo expaveſcunt*, *ut a propriis pedibus oblivioni tradantur prorſus attenuantur*, *& migrant ex hominum conſortio.* i. e. *ſpiritu exhauriuntur & abeunt ad plures.* Durum: nec mollius alterum hoc, *Qui oblivioni traduntur a pedibus*, *extrahuntur ab hominibus*, *diſcedunt.* i. e. *opera hominum e fodinis elevantur & attolluntur*, *& ſic demum movent ſe*, *ac diſcedunt*, *alioquin præ metu immoti.* Obſcuritati textus condonandum quicquid in hiſce frigidi, & coacti; præſertim quum *Conjecturas* ſe aliorum *conjecturis* addere monuerit Vir Doct. Expendendum III. quod Cl. *Cocc.* tentavit in loco conclamato ferme: *Perrupit vallem expertem incolæ*, *oblita pedi*: *deſidunt*; *ab homine palantur.* Expoſitioni *Junianæ* obmovet, *hic nondum de illa parte μεταλλείας agi*, *qua inter fodiendum flumina veniunt declinanda*, *vel exhaurienda.* Ad *hominem* autem, *metalla* quærentem, periodum hanc applicans, partem explicat, partem Lectori explicandam relinquit. Explicuit, פרץ *perrumpit* fodiendo: נחל *Vallem*: דלו *deſidunt in puteis.* נעו *palantur per cuniculos.* Addit, *vel* דלו *elevantur*: ut *Eſaj.* 38: 14. *Homines in quærendis gemmis*, *metalliſque*, *de rupibus ſæpe pendent*; *& euſque adſcendunt*, *ubi inſiſtentis hominis veſtigio locus non eſt.* Sic re-

reflectere videtur דלו מאנוש *Elevantur præ homine.* At locus ille *Eſajæ*, ad quem ſæpius jam remiſſi fuimus, ſi a דלל ſit, reddendus, *Attenuantur & exhauſti languent oculi mei in altum:* ſi a דלה, *ſitulas agite oculi mei in cœlum*, ut alibi tactum. In *Lex.* ſub דלל verbo indicatur, de *hominibus in metalla deſcendentibus* heic loci id adhibitum. Sed quid jam, quod Lectori explicandum datum, מעם גר *expers incolæ vallis?* An *vallis ſterilis, arida, a nullis habitata?* An *unde incola abire & migrare coactus?* Quid *oblita pedi loca?* An *infrequentia & deſerta ſupra terram?* An magis, *inacceſſa infra eam.* Hæc explanari debuiſſent; ut tanto melius judicium de pulchro conamine ferri poſſet. Mihi nihil horum in poſtremis hiſce ſatisfacere videtur; quamvis quod ad rem ipſam ſagaciſſime conjectum autumem; omninoque teneam, audaciſſimum illum & giganteum laborem, *metalla e viſceribus terræ effodiendi*, verſu noſtro expreſſum. Huic etiam *Hypotheſi* inſiſtens IV. *Eleg. Crinſoz.* reddere ſuſtinuit, *ſibi perrumpit* homo *voraginem, ut ſe ſeparet de* viventibus; *& ut vadat in loca pedi inacceſſa. Una vena vix exhauſta eſt, quin aliam anquirat.* Splendidus ſenſus; quem tamen non tam vis Linguæ accendit, quam acumen ingenii dantis, quod materia ipſa exigere videtur.

נחל *Vallis*, pro *voragine ſubterranea*, non ſatis ſtabilitur ex *Pſ.* 18: 5. coll. *Pſ.* 23: 4. Alia ibi ratio *metaphoræ.* מעם גר *Il va d'avec les* vivans, *abit de cum* viventibus, nulla ratio ſtructuræ, vel Linguæ, permittat. הנשכחים &c. *Loca oblivioni data a pede*, pro *viis* illis *inviis* quas ſibi aperit Foſſor metallorum, ſpecioſum, ſed non adeo aptum. *Oblivioni mandantur a pede*, quæ olim *frequentata*, *deſeruntur.* Poſtremo דלו מאנוש ad *venas ab homine exhauſtas* reduci, & mox נעו ad *homines qui alias venas indagent*, nimis liberum. Commodius a Cl. *Cocc.* extrema hæc ad *Foſſores deſidentes in profundum;* & *palantes per cuniculos*, junctim relata. Hoc mihi V. *conjecturam* movit, הנשכחים מני רגל *oblivioni datos a pede*, pulcre pingere *Foſſores funibus ſuſpenſos*, & *demiſſos* in *Fodinas*, ut jam *alitum* quandam ſimilitudinem induant, non ſurium, ſed *deorſum volantium.* Non mea eſt imago hæc, ſed *Plinii*, *Lib.* 33: 4. *Alibi rupes inviæ cæduntur, ſedemque trabibus cavatæ præbere coguntur. Is qui cædit* funibus pendet, *ut procul intuentibus ſpecies nefaria quidem, ſed* Alitum *fiat.* Pendentes *majore ex parte librant, & lineas itineri præfigunt. Itur qua* inſiſtentis veſtigiis hominis *locus non eſt. Manes trahuntur ad homines, ut vitium importent.* Habes in illo, *itur qua veſtigiis inſiſtentis hominis locus non eſt*, ipſum illum characterem, quem Noſter voluiſſe videtur. Habes *Homines* ſub terra *pendentes*, & *Alitum ritu* natantes in vaſto inani. Sed turbat nonnihil, *ſpecies nefaria quidem.* Doct. *Pint.* ſcribere jubet, *ſpecies ne ferarum quidem, ſed alitum fiat.* Summ. *Gron.* tentat, *Species natantium quidem, ſed alitum fiat.* Mollius quid deſiderarem. Interim habemus tales, quos *pes deſtituiſſe*, & *oblivioni dediſſe* videtur; quando *officium* ipſis *ſuum negat*, vel *præſtare nequit*, in *mundo* illo *ſubterraneo*. Eodem reducerem דלו מאנוש *ſubſidunt ab homine*, quod capere eſt, vel, *ultra fines datos homini*; ad *inferos*, *ipſoſque Manes*, ut *Plin.* non ſemel: vel, *præ homine*, *præ quam homini fas eſt*; eodem ſenſu: vel denique, *attenuantur præ homine*, in profundum demiſſi, ut non amplius *homines* videantur, ſed *Manes*, & *Umbræ mortuorum.* An *Plinio* ſic *nefaria* ſumta *ſpecies*? Non dixerim. *Nefas* tamen κατ' ἐξοχὴν refertur ad *Inferos*; unde *nefaria ſpecies* eſſet *Spectrum*, *Umbra ex Inferis emerſa.* Melius ſic foret, & mollius, *nefaria ſpecies quædam, ſed alitum.* Num tale quid captaverit *Plinius*, videant Critici. Pulchre ſuccinit נעו *vagantur*, *palantur*, ut *umbræ*, *ſpecieſque* hominum, non *homines.* Plus tribuerem his conjecturis, ſi prius membrum reſponderet. Verbum פרץ *tranſitivam* & *intranſitivam* vim poſſidet. Ex poſteriori notione 1. dari poſſet *Erūperit torrens de cum accola.* Nempe *Torren-*

5 ארץ ממנה יצא־לחם ותחתיה נהפך כמו־אש׃

5 E terra exit panis; & quod ſub ea, verſum tanquam igne.

6 מקום־

6 Lo-

rentes e montibus auri argentique feracibus devoluti, divites illas venas hominibus detexere, vel *nudando* loca illa, ubi metalla latebant, vel eorundem *ramenta*, quin & fruſta pura puta ſecum vehendo, indicia theſauri in viſceribus montium abditi. Si id voluerit Noſter, ſequens ה per *Ecce* redditum, *aviditatem* ſignabit *mortalium*, ad *Metalla* his veſtigiis *rimanda*, atque e *centro terræ extrahenda.*

Sed quid ſi a גרר جر *traxit*, גר جر ſit *pes montis*, ejuſque *baſis*? Sic foret, *Eruperit torrens de cum pede montis*; *Ecce oblivioni dati a pede*, mortales, *præ homine attenuati ſidunt deorſum*, *vagantes per invia & inacceſſa antra* &c. Vide interim 2. an mavelis, *Rumpit*, *perrumpit*, *vallem de cum pede montis*, homo, aditum ſibi parans ad terræ penetralia; *Ecce* autem foſſores *oblivioni mandati a pede &c.* Ita נחל *Vallis*, *alveus*, *canalis*, non incommode hic deſignaret *canales deorſum actos*, quos ſibi homo in montibus metalliferis immenſo labore effodit, vel potius ferro & igne effringit. Certe *Plin. L.* 33: 4. *Canalicium Aurum*, vel *Canalienſe*, vocari ait, *quod puteis foditur marmoris glareæ inhærens*, *venarum canalibus per marmor vagantibus.* Quid ſi *vena* ipſa *metalli*, in *monte Aurifero*, dicta fuerit נחל *canalis*, *alveus*? Non abhorret; & eſt multo commodius, quam *vena*, a *Latinis* uſui huic dicata. Hæ *venæ metallicæ* aliæ *profundæ*, i. e. *recta deorſum euntes*; aliæ *dilatatæ*, ſive *per latitudinem* montis *expanſæ*; aliæ *obliquæ & tranſverſæ*, ſunt *veri alvei*, & *canales*, in quibus *metallum* tanquam in nativo *lecto* ſuo continetur; ut appellationem נחלים *alveorum* iis inditam fuiſſe a Veteribus, plus quam veriſimile cenſeri poſſit. Hinc jam tandem ſimpliciſſimum hocce emergeret; *perrumpit* homo *alveum*, *metalli pretioſi* ſcil. cui מוצא *ſcatebram* eſſe *Vſ.* 1. dictum fuerat; idque מעם גר *de cum baſi montis*, ſurſum & deorſum rimaturus; *Ecce autem oblivioni dati a pede*, *attenuantur*, vel *ſidunt*, *præ homine*, ad *Inferos* & *umbram mortis*, haud ſecus ac *umbræ divagantes*, extra *ſolis*, & *vitæ*, *ditionem* veluti, ac fines. Deſinam in inſigni deſcriptione immenſi moliminis, quam *Plin. L.* 33: 4. ſtrinxit. *Tertia ratio* auri inveniendi *opera vicerit Gigantum. Cuniculis per magna ſpatia actis cavantur montes ad lucernarum lumina. Eadem menſura vigiliarum eſt: multiſque menſibus non cernitur dies. Arrugias id genus vocant*; *ſiduntque rimæ ſubito, & opprimunt operarios*; *ut jam minus temerarium videatur e profundo maris petere margaritas. Tanto nocentiores fecimus terras. Relinquuntur itaque fornices crebri montibus ſuſtinendis. Occurſantes ſilices igni & aceto rumpunt: ſæpius vero, quoniam in cuniculis vapor, & fumus, ſtrangulant*, *cædunt fracturis*, fractariis, *CL. libras ferri agentibus*; *egeruntque terram humeris noctibus ac diebus*, *per tenebras proximis tradentes. Lucem noviſſimi cernunt* &c. Lege & *Senecam Nat. Qu.* 5. 15. ubi eandem hanc inſaniam exagitans, *Avaritiam* ait, *venas terrarum lapidumque rimatam*, *in tenebris male abſtruſa quæſiſſe: lucem a tergo reliquiſſe*; *hominem ad ſidera erectum defodiſſe*, *& in fundum telluris intimæ merſiſſe*, *oblitum dierum*, *oblitum naturæ melioris* &c. Non eſt credibile, in ampliſſimum huncce campum, invitante materia, haud ingreſſum eſſe Noſtrum: præſertim quum ſic *Scopum* recta feriret; & ſuperioribus contentionibus aptiſſimam coronidem imponeret. Explicationi ultimo loco poſitæ nec diffido, nec tamen planiſſume confido. Crepera eſt lux; nec ſatis benigna ad omnem dubitationem dirimendam.

Verſ. 5. Ex variis *Hypotheſibus* multa & hic varietas. *Viciſſitudinem rerum I. Merc.* ſic expreſſam cenſet, ut *Terra feraciſſima* quondam, dicatur *ſucceſſu temporis ſterilis reddi*, *haud ſecus ac ſi ſubter eam ignis, & ſeminaria ſulphuris eſſent*, *per quæ aduſta fiat*, *& ſalſuginoſa.* Præiverant *Munſt. Vatabl.* &c. Contra-

6 Locus Sapphiri lapides ejus; & glebæ auri *ſunt* ipſi.

7 Viam

6 מקום־־־ספיר אבניה ועפרות זהב לו ;

7 נתיב

trario adſpectu II. *Iſ. Clarius*, *Codurc. Schmid. Cler.* q. d. *ignes ſubterraneos non obſtare, quo minus terra fertilis ſit.* Teſtes ſane *Italia*, *Sicilia*, *Babylonia*, *Sodomorum*, ante ſubverſionem, *Hortus.* Sed quid ad rem? Minus clare *Grotius*, hic adſcribens, *Locus Paradiſi fertiliſſimus flamma obſidetur.* An ad *Sodomorum conflagrationem* reſpexit? Eam III. tangi putant *Phil. Thom. Lyr. Titelm. Oſor.* vel ſimile ſaltem *Terræ ſulfureæ incendium.* Ita IV. *Vavaſſ. Terræ fructuoſæ nonnunquam ſulfureas habent venas, & ex iis incendia concipiunt.* Alii V. propius ad ſeriem, cogitant de *Terra frugifera, ſimulque apta nata ad ſulfur* inde *effodiendum*, aliamque *materiam igniferam.* Huc inclinant Doct. *Belg. Sulfur* tum ex *Aurifodinis*, tum ex *propriis* quoque *ſedibus*, erui, notum. Ad ipſum *metallorum coctionem* in ſinu terræ, quæ fiat *ope ſulfuris*, refert *Piſc.* VI. adſpectu non invenuſto. *Cajet.* VII. argutiore luſu ad *ignes gemmarum*, & *lapidum pretioſorum*, reduxit. Ejus mentem in *Paraphr.* expreſſit *de Pined. Terra altius eruta & ſubtus verſa, ignem exhibet: nam ſulfuris beneficio, & vi, conſequuntur igniti lapilli. &c.* Luxuriat *Bold.* VIII. qui ex *Vſ.* præc. *Torrentes* illos, quos ibi induxerat, *ex fodinis* magno impetu *proruptos*, nunc fingit *terras frumentiferas innundare auro, & gemmis.* Longe diverſam rationem iniere *Jun.* & *Trem.* IX. qui hunc & ſeq. *Vſ.* incommodius in unam periodum colligantes, hunc ſubjiciunt ſenſum: *Quamvis ſæpe in ſubterraneis ſpecubus venæ terræ ſulfureæ, ſive natura ſua, ſive ferramentorum ictibus irritatæ, ſive lucernis inflammatæ, in homines exardeſcant; tamen non deterrentur illi &c.* &c. Ergo ad *contemta pericula* pertinet horum judicio. Ad *audaciam improbam foſſorum* aliter relatum a *Caſtal.* X. *Agunt per magna ſpacia cuniculos, & terram ſubeunt, non ſecus ac ignis facit. Quin etiam occurſantes ſilices igni & aceto rumpunt, dum illic gemmas & aurum quærunt.* Calculum huc confert *Cocc. Vſ.* 5. 6. *Parentheſi* includens, reddenſque, *Et* quod *ſubtus eam* eſt, *vertitur tanquam igni.* Accedunt his partibus Doct. *Crinſoz.* & *Reim.* Senſus tunc foret, *Ferro & igne interiora terræ viſcera perrumpi, & ſubverti* ab *hominibus*, in *Almam matrem* ſuam nimium quantum ingratis. Huc certe tendit locus *Plinii* a Cl. *Cocc.* appoſitus: *Perſequimur omnes Terræ fibras, vivimuſque ſuper excavatam* &c. *Imus in viſcera ejus &c. tanquam parum benigna, fertilique, quaqua calcatur.* Hoc pacto נהפך inferret *ſubverſionem*, & *ruinam* velut *Naturæ*, ut *Plin. Lib.* 33: 4. loquitur; ubi *inſana* hæc *molimina* terram a *ſedibus* ſuis *ſubruentium* multis exequitur. כמו אש *tanquam igni*, כאש, nihil habet, quod merito offendat. Officit nonnihil, quod *Vſ.* 9. ad has *ruinas* & *everſiones ſubterraneas* potius ducere videatur. Difficultas ſolvi forte poſſit, aſſumto duplici aſpectu, altero *generali*, totius *terræ*, cujus *inferiora ſubruuntur* & *vaſtantur*; etiamſi *Alma Parens* illa, mortalibus *panem* & *victum* tam largiter fundens, violari non debuiſſet: altero *ſpeciali*, in *ſilicibus montium perrumpendis* & *a radice convellendis.* Non infitendum tamen נהפך *converſionem* quoque adferre poſſe, eoque manu nunc ducere illud כמו *tanquam igni.* Si ad verum *ignem rupibus frangendis* adhibitum reſpiceretur, dicendum fuiſſet במו *per ignem*, non *ſicut per ignem.* Offeram proinde XI. geminam, quam conſtructionis ratio admittit, faciem. *Et quod ſub ea, convertitur ſicut per ignem.* Vel, *Et ſub ea convertitur velut ignis.* Utrumque ſeſe præbet ad *Sulphur Naturæ*, quod *Chemici* vocant, cujus *igneo*, & *penetrali*, *vigore*, *per omnes terræ fibras diffuſo*, *Metallica corpora*, & *gemmæ*, ac *lapides pretioſi*, generantur, atque perfectionem ſuam nanciſcuntur, admirabili quadam *converſione*, *commixtione*, & *temperatione Elementorum.* Illuſtrabunt hæc, quibus occulta Naturæ miracula clavis Chemiæ recluſit, ſi veriſimile factum, iſtam *ſubterraneam officinam* nunc tangi. *Vſ.* ſequens mirum in modum huic adſpectui favet. Series quoque favebit unice, ſi

ſi cum Cl. *Cocc.* verſus 5. 6. *Parentheſi* diſcluſeris, 4. & 7. inter ſe propius connexis. Siue *parentheſi* ſic continuare poſſis, poſt *Vſ.* 4. Nempe *terra*, illa *Benigna Mater*, non *ſurſum* tantum *feraciſſima*, ſed & *deorſum* eſt *profuſiſſima*, *perpetuum* quoddam *conflatorium omnium divitiarum*, & *rerum mirabilium*, *exercens*, ad quas perſcrutandas, & eruendas, ultro hominem quaſi invitat.

Verſ. 6. Mire hæc torquentur. Vix capio quid *Merc.* I. velit, ita pergens, *Illius terræ locus erit*, *vel erit illa terra locus lapidum Sapphiri*, *ex quibus excidantur Sapphiri: & pulveres auri erunt* illi *loco:* q. d. *locus ille terram habebit aptam ut ex ea eruatur aurum. Sapphirum cum auro conjunxit*, *quod punctis aureis colluceat: vel lapidum & metallorum ſimul meminit.* Hæc confuſiora; nec cum præc. *Vſ.* ne ad mentem quidem ejus accepto, rite connexa. *Vatabl.* II. vage admodum, *Eſt regio in cujus lapidibus inveniuntur Sapphiri: eſt item alia terra cujus pulvis eſt merum aurum.* Non multum abeſt III. Cl. *Schmid.* hic *mira* tangi docens, quæ cum *credi* vix poſſint, & *maxima* ſint, inveniantur tamen. *Ita mirum eſſe*, *in lapidibus ignobilibus naſci pretioſiſſimam Sapphirum*; & *dari pulverem aureum.* Dilutum. Incommodius quod לו ad *Deum* reducat; ut ſit, *pulveres auri ſunt Deo* ſcil. *in terra.* Cl. *Cler.* IV. ſupplet in fine, *Et pulveres auri ſunt ei*, qui quærit: *ad Auriferos* potiſſimum *fluvios* reſpici cenſens. *Erud. Crinſoz.* V. ad *Terram* revocat לו, dans, *Reperitur Sapphirus inter lapides ejus*, & *illa eſt quæ dat nobis pulverem auri.* Obſtat genus; nam ſic לה dicendum fuiſſet. Doct. *Belg.* VI. ad מקום referentes, habent, & *pulveres auri illi* loco *ſunt.* i. e. *cum Sapphiri e lapidibus terræ eruuntur*; *tum pulveres unde aurum conflatur.* Conſimiliter *Cocc. Quique* locus *habet pulveres auri.* Non ſtricte dictos *pulveres* intelligas, ſed *glebas.* Aliter adhuc *Piſc.* VII. *pulveres vero aurum* dant *illi* homini: nec non *Jun.* & *Trem. pulveres vero aurum* ſunt *illi.* Conſtructio non favet. Hinc anſa porrecta ad rotundius illud, quod *de Pined. Bolduc. Vavaſſ.* amplexi, VIII. ad *Sapphirum* redire hos *pulveres*, quippe quæ *aureis punctis* aliquando *colluceat*, ut docet *Plin.* 37: 9. reddens *Theophraſti* χρυσόπαστον *auro reſperſam.* Eſt *Regia* quæ vocatur, quam *auratilis pulviſculus punctulis ad gratiam interlucentibus variat*, ut *Solin.* loquitur. Complures lapides pretioſos hoc *aureo pulvere* a natura *diſtinctos* percenſens *Bolduc.* appellatione *Sapphiri* omnes illos comprehendi ſuſpicatur. Cl. *Scheuchz.* in hanc ſententiam a Doct. *Tigur.* expreſſam, ita concedit, ut tamen *Lapidem Lazuli*, vel *Lazurium*, potius deſcribi autumet. Cl. *Braun.* de *Veſt.* p. 679. conſulendus quoque; cui ſubſcriptum a Cl. *Crom. Reim.* &c. Et mihi pulcherrimæ expoſitioni calculum adjeciſſe volupe eſſet, ob ſtructuræ rotunditatem; ſed vix crediderim, illum *auratilem pulviſculum Sapphiri* peculiari mentione dignum. Gemmarum miracula, & artificis Naturæ luſus hac in parte, ſi tangere voluiſſet Noſter, & plura, & illuſtriora, dediſſet. Ex conſpectu ad *Vſ. præc.* dato, quo *Alma Mater Terra* dicitur non *ſurſum* tantum, ſed & *deorſum fœcunda*, ad hominem *ſuis opibus inundandum*, occurrit mihi IX. hic ſenſus, ad *ſeriem* & *ſcopum* ſatis quadrans, *loco Sapphiri Lapides ejus*, terræ; & *glebarum auri*, *pro ipſo:* homine. Hoc eſt, *Terra homini* tam *benigna* eſt, ut *Sapphiros*, aliaſque *luciḍiſſimas gemmas* ei procreet, ac profundat, maxima copia, haud ſecus ac *lapides:* ſimiliterque *glebas auri.* Conſtructio ſic digerenda: אבניה מקום ספיר ועפרות זהב לו *Terræ ejus Lapides* ſunt *loco Sapphiri*, & *glebarum auri*, *ipſi.* מקום *Locus*, pro *gradu honoris*, *dignitatis*, *pretii*, non videtur vel durum, vel precarium. Grandis ſententia; *Dives Natura nil aliud quam Lapides formans*, *in iis producendis tam ſplendida eſt*, & *munifica*, *ut Gemmarum locum*, *honorem*, *pretium*, inter homines obtineant, quæ ipſa pro *lapidibus format* & *fundit.* Similis ratio poſterioris membri; *Lapides*, & *maſſas concretas*, fingens opulenta Natura, fingit *Glebas auri*; atque ita hominem *Gemmis* & *auro inundat* veluti. Pulcher luſus ex ambiguo, oriundus ab אבן *Lapis*, proprie *maſſa concreta firmius.* Ea tum *Lapidem vulgarem*, tum *pretioſum*, tum *metallum*, ſignare apta. עפר non ſolum *pulverem*, ſed & *glebam* ſona-

7 Viam hanc nulla novit volucris; eamque ne oculus quidem accipitris perſtrinxit.

8 Non

7 נתיב לא־ידעו עיט ולא שזפתו עין איה׃

8 לא־

nare, notum. Mollius forte fuerit, ſi Colon poſterius non cohæreat cum מקום prioris, ſed ita transferatur; *Et pulveres* vel *glebæ auri*, *pro illo*. *Natura* tam *profuſe largitur aurum*, ut *pulverum* & *glebarum inſtar* illud paſſim *abjiciat*. Ita *Lapides* & *pulveres* ſibi pulcre ſuccinent; & *proverbiali* quadam *ratione* ſimul, *profuſiſſimam abundantiam* deſignabunt. Sed X. retineatur מקום pro *Loco* ſtrictius dicto, & quidem *Natali*, idemque ferme ſenſus exibit; *Locus natalis Sapphiri Lapides ejus*; *& pulveres*, vel *glebæ auri*, *eidem*, loco. i. e. *Lapides formans Terra*, *ſimul Gemmas in medio eorum conformat*; *nec non glebas fulvi metalli*. Nempe *auri venæ* inter *marmora* & *ſilices* reperiuntur in montibus; & *Gemmæ* non in molli *terreno*, ſed *inter ſaxa* & *cautes* fere *naſcuntur*. Sic, non injucundo acumine, *Terræ gremium ſuperius* & *mollius panem*, *inferius* & *lapideum gemmas* atque *aurum profundere* diceretur, *ad hominem* omnibus *bonis rebus*, & *divitiis*, *cumulandum*. Poſſis & hic ſtruere, *Lapides ejus*, terræ, ſunt *Locus* natalis *Sapphiri*, *& pulverum auri*, *ei*, homini, vel, *pro eo*. Scripſeram hæc, quum Cl. *Guſſ. Comm.* L. H. ſub ספר inſpiciens, h. l. quoque ab eo contra Cl. *Braun.* tangi & illuſtrari deprendo. Præcipue urguet Vir Doctiſſ. contra *Sapphirum* χρυσίτιον, עפרות non *pulviſculos* eſſe, ſed *materiam ex qua*, & quidem heic, *glebam fodinæ*. לו ad *hominem* ſeſe referre, *Vſ.* 4. nominatum, *de cujus induſtria*, *& ſagacitate*, totus hicce contextus ad *Vſ.* 12. uſque ſit exponendus. Denique non *differentias rerum*, *ſed res tantum in hoc catalogo perceuſeri*, ac proin עפרות neceſſario *glebas* ſignare, *unde Aurum ſeparare* & *excoquere* calleat homo.

Verſ. 7. Laboratur in connexione. *Vatab.* I. ad *viciſſitudinem rerum* ſic inflectit, *ut terra* aut *regio aliqua ab avibus & animantibus quoque ſuis* dicatur *deſeri*, & *perpetua ſolitudine inhorreſcere*. Ad *loca Averna* propter *halitus ſulfureos* traxit II. *Vavaſſ.* qui *viciſſitudinem* illam *rerum* ita hinc elicit, ut *Vſ.* 5. 6. deſcribi ſtatuat *mutationem terræ frumentariæ in metalliferam*; *quæ ſulfureis ignitiſque vaporibus ſterilis non ſolum*, *ſed & horrida atque inacceſſa redditur*. Huc *Thom. Dionyſ. Titelm.* aliique præivere. Parum in his quod placere queat. *De Pineda* III. ſimplicius, magiſque cohærens, autumat, *ex eo Dei ſapientiam commendari*, *quod hujuſmodi regiones auro*, *gemmiſque*, *locupletes*, *adeo ſint ſteriles herbarum*, *& arborum*, *ut neque nidificationi*, *neque paſtui ſint idonei*. Nempe ut *Plin. Lib.* 33: 4. *Aridi & ſteriles Hiſpaniæ montes*, *& in quibus nihil aliud gignatur*, *huic bono coguntur fertiles eſſe*. Atqui dantur *terræ auriferæ*, eædemque majorem in modum *frugiferæ*. Id adverſus *de Pineda* monere non neglexit *Bold.* IV. acclinis in Fabellam, quam & Doct. Jeſuita attigerat, de *Gryphibus*, qui *in Scythia* narrantur *Loca auro & gemmis abundantia cuſtodire*: quaſi illuc alludens Noſter, diceret, *illas volucres hominibus quidem in locis ſolis & vaſtis indicium præbuiſſe aureorum montium*; *ſed in regionibus cultis aliter abditos illos theſauros fuiſſe detectos*, *per torrentes* ſcil. *auriferos & gemmiferos*. Commentum ad *Hyperboreos montes*, unde natum, remittimus; quemadmodum & ea quæ *Chald.* de *Paradiſo*, aliique de *Salomis*, luſere. *Merc.* V. propius ad rem, filum *Vſ.* præced. ita proſequitur, *Talis Locus unde Sapphiri*, *& aurum*, *eliciuntur*, *ab hominibus inventus Dei dono*, *eſt ſemita ante avibus feralibus ignota*, *& vulturis oculo penetranti intacta*. Illud *ante* melius abfuiſſet. Duriuſculum quoque, *Locus Sapphiri eſt ſemita* &c. Hinc *Jun.* maluit, *in ſemita* &c. *Cocc.* inſuper adhibet *parentheſin*, ejus ope *Vſ.* hunc cum *Vſ.* 4. arctius revinciens. Non erat cur id durum adeo videretur Cl. *Schmidio*, ut in alia omnia diſcedere maluerit, VI. ad *Deum* ipſum hæc & ſeq. reducendo, ſine ordine, ſine filo, ſine certo & fixo ſcopo. *Nos ſimpliciter*, inquit,

quit, *ad occultos meatus terræ referimus, quos Deus mirabili opere in ipſa terra fecit, & qui ſuum etiam habent uſum, licet hominibus non plane cognitum. Inveniunt autem nonnunquam homines ejuſmodi occultos meatus.* Precaria, coacta, frigida omnia. Nam 1. nulla ſpecie *Deus* inducitur *agens*; mentione Ejus præparata ad finem *Vſ. 6. pulveres auri ſunt illi.* Sed eo dato, quo jure jam 2. נתיב *ſemita* erit, *ſemita* Deo ſub terra? Repetimus, ait Vir Doct. *ex Vſ. præc.* לו *Illi.* Quid tum? ergone *Deo*? nonne multo opportunius *Homini*? præſertim quum mox בארץ *in terra* ſubaudiendum eſſe addat. Et quinam 3. illi *ſubterranei meatus Dei, quos homo nonnunquam invenit*, licet *aves* & *feræ* illuc penetrare nequeant? Si *fodinæ* maneant, in ima viſcera terræ deſcendentes, habeo quod ſequar: iis ademtis, nihil. Mirari 4. licet, cur non potius *meatus aëreos*, & *ſpatia Cœlorum*, omni nexu ſolutus, ſpectaverit. Huc certe, ad *volucrium* mentionem, oculum convertit *Doctiſſ. Niewent.* VII. cui *meatus ſub terram acti*; ideo minus commodi nunc videntur, quod *aves* non *inferiora* petant, ſed *ſuperiora.* Redi ad *Vſ.* 3. ubi quorſum tendat Vir Eximius expoſitum. *Nachmanid.* VIII. cum *ſequentibus* colligans, dedit, *ubi ante ſemita erat alitibus ac feris ignota, & plane inacceſſa, ibi Deus manum in ſilicem mittens fontes eduxit aquarum.* Scilicet & ille *Agentem* ſtatuit jam *Deum.* Ad *ſequentia* quoque *Codurc.* IX. referre maluit, ut *ſemita* hæc ſit, *quam ſibi homo aperit per montes, & ſaxa exciſa.* Mihi X. perplacet conſtructio Doct. *Belg. Semitam iſtam non cognovit volucris rapax* &c. Sic cum *præcedentibus* quidem proxime cohæret, ſed ad *ſequentia* quoque ſimul ſe extendit. Si in fine *Vſ.* 5. *Subverſio terræ per cuniculos* intellecta, illuc cum *Crinſoz.* & *Reim.* redeundum: ſin *converſio* & *conflatio* ejuſdem *in metalla*, per *ignem* Naturæ *ſubterraneum*, ad *Vſ.* 4. reſpiciendum: vel & ita continuandum; *iſtam viam* qua *gemmas* & *metalla* ſcrutatur homo, *neſcit eam ales rapax:* &c. &c.

עיט *Avem prædatricem* proprie ſonat. Inde Αιετὸς & Αετὸς *Aquila*, dicta videtur *Bocharto.* Grandis imago, qua *Avi prædatrici intentatum* iter *capeſſere* dicitur *Homo* in viſcera terræ *audaciſſimus* deſcendens *prædator.* נתיב non *ſemita*, ſed *via munita*, cum delectu poſita, ad *magnitudinem* & *molem operum ſubterraneorum* depingendam. Aliquid *proverbiale* ſubeſſe huic comparationi, non eſt dubium. Certe e poſteriori Colo vis illa relucet; ubi איה *acutiſſima viſu*, eademque *rapaciſſima*, avis, *hanc viam oculo perſtrinxiſſe* negatur. Eſſe ſpeciem *Accipitris*, quam Veteres *Æſalonem*, Galli *Emerillon* vocitant, demonſtratum a *Boch.* in *Hieroz.* p. 2. pag. 194. de cujus *accerrimo viſu* ſic *Arabs.*

ازرق لا تكذب عيناه
فلا يرى القانص ما يراه

Cæſius, cujus nunquam fallunt oculi:
Nec venator videat, quod ille videt.

Hic vices inverſæ: *Homo metalla ex intimis terræ viſceribus eruens, acutius cernere, & veſtigare, dicitur* ſuam *prædam*, quam *celebratiſſimæ* illæ *venatrices.* Hoc a Viro Magno ibidem quoque inſinuatum ad hujus loci illuſtrationem; cujus conſenſus nobis hic ut gratiſſimus, ita graviſſimus accedit, ad totius *periodi ſenſum* illum & *conſpectum*, quem tenendum eſſe judicavimus. Addo, quum *Oculus Accipitris viam* hanc *vel ſtrinxiſſe* negatur, ſimul alludi ad reliquas dotes hujus alitis, mira *audacia*, & *volandi pernicitate*, pollentis: cui *Homo, ſubterraneo quodam volatu* ad *imam ſedem umbræ mortis*, per *prærupta, æterniſque tenebris damnata loca, deſcendens*, palmam tamen præripiat. Confer *nefariam* illam *ſpeciem Alitum*, quam *Plin. Foſſoribus metallorum* dedit, ad *Vſ.* 4. ſupra. Verbum שחף ad *Cap.* 20: 9. illuſtratum. Eo nil opportunius ad præſentem materiam. *Codurc. peregrinum* eſſe *verbum* notat. Quo jure, non video. Rarior uſus, & vis minus perſpecta, hanc ei ſuſpicionem moverunt.

Verſ. 8. Aliquid lucis debetur *Periphraſi*, bis tantum occurrenti, בני שחץ. LXX. υἱοὶ ἀλαζόνων. *Chald. Filii Leonum.* Inde שחץ apud *Thalmud.* inter nomina *Leonum* Mirifice

Ee ee e 3

8 Non calcarunt eam feræ animoſiſſimæ; non ſuperbius ſe intulit ſuper eam Leo.

8 לא־הדריכהו בני־שחץ לא־עדה עליו שחל׃

9 In

9 בחלמיש

fice *Vulgat. Filii inſtitorum.* Audiverat credo *Hieron.* aliquid de uſu verbi شخص apud *Arabes*, *peragravit regiones.* Idem tamen *Cap.* 41: 25. dedit, *Filios ſuperbiæ.* Nempe ibi ridiculum fuiſſet *inſtitores* inducere; qui hic, ubi de *auro* & *gemmis* conquirendis agitur, quadrare videbantur. Quicquid tamen eruditi pulveris ſparſerit *de Pined.* non eſt juſta nunc exaggeratio *inacceſſæ* hujus *viæ*, quod illuc *nulli* pervenerint *inſtitores.* Omnino *feræ rapaces*, & *audaces*, hoc nomine ſignantur. Hoc nemo in dubium amplius vocat: ſed dubitatio circa genuinam vim phraſeos needum diremta. *Merc. Filios elationis* aut *ſuperbiæ* amplectitur. Alii malunt, *filios animoſitatis* & *audaciæ.* Cl. *Cocc. filios ferociæ* reddens, monet שחץ *Arabibus* eſſe *μιπωεί-ζειν magno corpore eſſe.* Hoc *Bocharto* in *Hieroz. par.* 1. p. 718. 719. placitum, *filios proceritatis* danti, ex eodem hoc fonte. Utrobique tamen *ferocia* plenius quid fert, quam *proceritas*; quæ hic nonnihil languet. Sentias ex Viri ſummi expoſitione, ad l. h. *Attollitur humana induſtria ex eo, quod ut aurum & gemmas effodiat ex terræ ſinu, ea loca pervadat homo, quæ neque avibus pervia, neque* feris procerioribus, *quantumvis hominem ſuperent mole ac vaſtitate corporis.* Quid ad rem? Fortius quid ſpirat *animoſitas*, vel *ferocia*, quam utique nec *Arabes* ignorant, quibus شخص eſt ارتفع *efferri.* Speciatim in *oculo ſublato, intento, & acrius fixo*, frequentari amat; unde شاخص שוחץ *abſolute* eſt, *apertos fixoſque habens oculos.* Inde porro, *intrepide pergens, & recta quaquaverſum tendens*, *inconniva* velut *acie.* Character dilucet infra 41: 26. ut ibid. oſtendam. Nil aptius quoque heic loci; *Non calcarunt eam*, qui omnia calcant audaci oculo, & greſſu, *Filii viſus inconnivi; obtutus aperti, fixi, adverſus terrores omnes obfirmati.* Habes cum aliarum ferarum, tum *Leonum*, ſignatiſſimum characterem, quorum *vis* præcipua *in oculis*; unde & مبصر *videns*, per excellentiam dictus apud *Arabes*, *quod prædam ſuam, vel de nocte, videat eminus, ad eamque recta contendat.* Hinc ἐξυδερκέστατον θηρίον *Bocharto* ארי & אריה appellatum creditur, a ראה *vidit*, ut λέων a λάω, λεύσσω, item *video.* Hæc perſequi, jam nec lubet, nec licet. Colligo tantum, nil opportunius hic inferri potuiſſe, quam *Filios acerrimi viſus*, *nocturnas prædas agere ſolitos*, *lucem vix ferentes*; *in cavernisque montium habitantes*, *quorum oculum nulla vel denſiſſima caligo conterreat.* Hi tamen ad *cavernas* illas *immenſis orgyis ſub terram actas*, *in quas Foſſores metallorum ſe demittunt*, *accedere non ſuſtinerent.* Id valet לא הדריכוהו *non calcarint* potius, quam *non calcarunt*; poſterius enim ſimpliciter *acceſſum*, prius *audaciam* quoque *accedendi* negat. Non excurro in magnum locum, a *Plinio*, aliiſque, ſæpe tactum, de *Nocte* vere *inferna*, quam *Foſſores metallici* extra *ſolis* & *dies viam*, *cognitionemque*, ad *lucernas* omni momento *vaporibus* craſſis, *flatibuſque*, extinguendas, patiuntur. Nempe *ad metalla damnari*, eſt, *ad inferos amandari*; & *vivus mortui* ac *defoſſi* ſortem ſubire.

Ibid. De *audacia accedendi* ad loca æternis tenebris horrentia egiſſe Noſtrum, confirmat poſterius Colon. In eo עדה uſu *Hebræo ornari*, *ornare ſe*, magno conſenſu ex *Chald. Dialecto* exponitur, *tranſire.* Apud *Arabes* cum *tranſitu*, *curſum* quoque deſignat عدا & præſertim *vehementem*, *infeſtumque*, qualis *Leonis in prædam ruentis.* Vide tamen quid Cl. *Guſſ.* tentarit. Is ſub עדה *tranſeundi* notionem expungi poſſe cenſens, hic dat, *Leo*

9 בחלמיש שלח ידו הפך משרש הרים׃

9 In glaberrimum ſilicem mittit manum ſuam; ſubvertit a radice montes.

10 בצורות

10 In

Leo ſe non exornavit ſuper illo. i. e. *majeſtatem ſuam non oſtentavit.* Subdit, *Quia majeſtas a Leone inſeparabilis, ejus* adventus *in locum*, & oſtentatio majeſtatis *in loco*, *pro eadem re habentur. Poſterior locutio in Poëmate gravi præfertur. Adde*, *quod ratio haberi poſſit* jubæ, *qua erecta Leo ſe exornat*, *quando prædam nactus eſt.* Specioſum; ſed longiuſcule circumductum. Plauſibilius fuerit, forte, ſi redeatur ad *Originem* ‡ עדה, quæ ſub ادا aſſervata, *paravit ſe*, *accinxit ſe paratu*, & *ornatu.* Inde porro, *Magnifice*, vel *Animoſe*, *ſe intulit.* Vicinum eſt, nec tamen idem, quod *Cap.* 40: 5. excellenti figura elatum, עדה נא גאון *Ornatus nunc incede magnificentia* &c. &c. Hinc formare queas לא גאה עליו שחל *Non ſuperbus ſe ſuper eo intulit Leo ferox.* Ea phraſis extat *Jobi* 10: 16. יגאה כשחל *Qui ſe ſuperbe infert ut Leo.* Quidni & יעדה? Cothurnus *Jobi* hanc imaginem amplecti ſuadet. Nil tamen decido; quum عـدا quatenus *curſum* infert *prædantis*, mirifice etiam quadret. Uterque adſpectus inſignis, ad *audaciam accedendi* ad talia loca, *fames* licet & *cupiditas prædæ* ſtimulent, *Leoni* detrahendam. Sentias, ſi, quod vis comparationis exigit, ita hæcce reſolvas, *viam* hanc *intentatam Aliti rapaci tentare auſus eſt Homo* &c. & *quo ne audaciſſimæ quidem ferarum ſeſe inferre ſuſtinerent*, *illuc Auri ſacra fames humanum genus intulit*, *Terræ ditiſſimo gremio invitante*, *vel & irritante.* Ad שחל *Leo ferocior*, vel ut *Bocharti* conjectura fert, *nigricans*, nihil monuiſſem; niſi Cl. *Clericus* aliquid dubitationis moviſſet ex eo, quod *Thevenot.* memoret *Animal in Meſopotamia crebrum*, Chakale *dictum*, *Gallico more enunciato vocabulo. Id eſſe Hybridum*, *ex lupo & vulpe natum*, *Thöem. Rem iſtam in medio a ſe relinqui*, *quod* שקל aut שגל *ſcribatur.* Doct. *Crinſoz.* idem ex *Thevenot.* inſinuat ad *Cap.* 4: 10. Vicinitas ſoni fraudem fecit; nec چـقـال *Ciakal*, quod *Turcicæ originis eſt*, pro quo *Perſæ* ſonant شـغـال *Sjigal*, quicquam commune habere cenſendum cum שחל. Loca omnia inſpecta non *ignobile animal*, qualis *Thos*, ſed *Regem animalium* offerunt. Vide modo *Cap.* 4: 10. & 10: 16. *Turcica*, quin & *Perſica*, tantum diſtant ab *Arabicis*, & *Hebraicis*, quantum *Belgica* & *Gothica* a *Latinis.* Hi termini non movendi. چـقـال ditionis *Arabicæ* nunquam fuit, nec eſſe potuit, ut vel ſimplex vocis adſpectus arguat.

Verſ. 9. In diverſa diſceditur. Præcipuas opiniones ſtrinxit Doct. *Merc.* Nonnulli I. ad *Deum* trahunt, qui ut omnia perpetuæ viciſſitudini obnoxia fecit, ita quoque *ſucceſſu temporis petras*, *monteſque*, *in pulverem redigat.* Extra rem, & ſcopum. Ei quoque non reſpondet, quod alii cum R. *Levi* II. item de *Deo* explicent *tremoribus terræ montes & petras radicitus ſubvertente.* At *Merc.* III. *Malo*, inquit, *ſpecialiter ad fiſſionem rupium ad fontes & fluvios inde eliciendos accommodari. Nam quum Deus in montibus fluvios producit*, *diffiſſis rupibus velut montes a radicibus ſubvertere videtur*, *emolliens eorum duriſſimam naturam*, *ut in aquas reſolvantur.* Induxit ſpecies ex *Vſ.* 10. arrepta a *Nachmanide:* ſed *Rabbino acumen* minus felix relinquendum fuerat. Pergit *Merc.* IV. *Quidam noſtrorum ad* Hominem *referunt*, *montes & rupes operibus actis demolientem aliquando*, *ſicut legimus Demetrium*, & *J. Cæſarem*, *Iſthmi fauces perfodere voluiſſe*, *ad geminum mare committendum* &c. Extant ferme omnibus ſeculis talium molíminum monumenta; nec omnino præter ſcopum hic jactus. Eum ferire videntur V. qui ad *Metal-*

lur-

10 In petris rivos diffindit; & omne pretioſum vidit oculus ejus.

בצורות יארים בקע וכל־יקר ראתה עינו׃ 10

11 A

מבכי 11

lurgorum immanes illas *foſſiones in terræ viſceribus* hæc revocant, per quas *montes* tanquam *a radicibus convelluntur*, & *duriſſimæ* etiam *petræ improbo labore evincuntur.* Ita longe plurimi, nec infimi interpretum, inter quos Doct. *Tigur. Caſt. Jun. Piſc. Belg. de Pined. Cocc. Patric. Guſſ. Cler. Crinſoz. Reim.* &c. &c. *Druſ.* dubitanter, *immittit manum ſuam &c. vel Homo, ut metalla inde eruat, vel Deus, ut potentiam ſuam oſtendat etiam in ea quæ duriſſima.* Alia adhuc dubitatio *Codurci.* Is *ſtertere* pronuncians *eos qui hæc ad Deum referunt*, *anceps* ait, *num opera in aurifodinis intendantur*, *an alia fluminibus deducendis deſtinata.* In *aurifodinis* quidem manet *Bolduc.* ſed quia *ſuppoſitum* dubium, ſubdere auſus fuit *Alitem*, & *Leonem*, reſumta *negatione* ita pergens, *Non extendit ad ſilicem manum*, *non ſubvertit montes*, *non rivos excidit* &c. &c. quantumvis *roſtro* valeat, aut *unguibus &c.* Subrides mecum, ad bellam inventionem; eamque auctori ſuo lubens relinquis. Cl. *Schmid.* valde infelix in univerſa hac pericopa, *foſſores metallorum* explodit, *prope ridiculum* dicens, quod *Piſc.* & alii de iis cogitarint. Ipſe ſtatuit, *Jobum pergere in admirandis Dei*, *in quibus hoc quoque ſit*, *quod licet hominibus impoſſibile videatur*, Subvertere montes, *inveniatur tamen*, *& experientia probetur*, *Deum id præſtare.* Quid ad rem? *Sed*, inquit, *quem montem foſſores unquam radicitus ſubverterunt? Magnum opus non niſi in Deum cadit.* Non digna ſatis Viro Docto captio. *Plinium* in *præf. Lib.* 33. & *Cap.* 4. legiſſet. Nonnulla jam ſuperius excerpta. His adde, *Tamen in ſilice facilior exiſtimatur labor. Eſt namque terra ex quodam argillæ genere*, *glareæ mixta*, *Candidam vocant*, *prope inexpugnabilis. Cuneis eam ferreis aggrediuntur*, *& iiſdem malleis*, fractariis; *nihilque durius putant*, *niſi quod inter omnia auri fames duriſſima eſt. Peracto opere cervices fornicum ab ultimo cædunt*, *dantque ſignum ruinæ*, *eamque ſolus intelligit in cacumine montis pervigil. Hic voce*, *ictuve*, *repente operarios revocari jubet*, *pariterque ipſe devolat. Mons fractus cadit in ſeſe longo fragore*, *qui concipi humana mente non poſſit*, *& flatu incredibili. Spectant victores ruinam naturæ* &c. &c. Legatur quoque *Sen.* N. Q. L. 5. 15. in egregio illo excurſu quo *vaſtos* & *inſanos* hominum *labores in Aurifodinis* perſtringit.

חלמיש *ſilex glaber*, ideo quoque hic poſitus, quod *pretioſiſſimæ metallorum venæ* inter *marmora*, & *duriſſimas* fere *cautes*, ſerpant. Eadem ratio *gemmarum*, hic ferme latitantium. Huic ergo interpretationi palmam dare ſeries, ſcopus, omnia, jubent.

Verſ. 10. Iterum multa diverſitas. *Vatabl.* I. *Deus*, *cum vult*, *exundare facit totam regionem*, *aquis ſubverſam*; *cum tamen omnem pretioſitatem videret oculus ejus*, hominis, in ea regione; i. e. *quicquid pretioſum*, *in ea inveniretur.* Coactum, & frigidum. A *Rab. Levi* eſt, cujus mens hæc: *Terra prius feraciſſima aquarum ſubitis inundationibus ſubmergitur.* Non concinnius II. quod ex *Nachman.* dedit *Merc. Duritie rupium fiſſa*, *mollita*, *in aquas reſoluta*, *tunc ſi quid intra eas pretioſum*, *patet oculo Domini.* An ergo non antea? Clar. *Schmid.* III. rotundius & commodius quid daturus, *Quid ſi interpretemur*, *ſuppleto* אשר, *in petris rivos diffindendo educit*, *& omne pretioſum* quod *vidit oculus ejus.* Novum opus Dei hic proponi contendit Vir Doct. *prorſus jejunos eos videri* pronuncians, *qui hæc iterum de metallorum foſſoribus accipiunt*; *quippe qui Majeſtati verborum nimium quantum detrahant.* Parcius iſta viris. Non valde digeſtum ſane, quod ipſe habet; *Deus poteſt per montium rupturas in lucem producere*, *quicquid pretioſum in illis videt*, *quod præter Eum nemo videt.* Addit, *Forte eo reſpicitur*, *quod quando petræ diffinduntur*, *aquæ erumpentes gemmas & aurum ſecum vehere ſolent.* Ad *opera foſſorum* in *Aurifodinis* reſpicitur a pleriſque, quos ſupra laudavi, cum quadam tamen differentia. Nam *de Pined.* IV. *Nicetam* ſecutus, cogitat de *magnis fluminibus*, *qui exciſis rupibus*, *& montibus petroſis*, *in rivos multos deducantur ad alveum perſcrutandum*, *& pretioſa quæ-*

que

11 מבכי נהרות חבש ותעלמה יצא אור׃

11 A fletu flumina religat; & obſignatiſſimum quodque exp omit in lucem.

12 והחכמה

12 At

que inde eruenda. At reliqui deſcribi ſtatuunt *corrugos*, quos vocat *Plin. L.* 33. 4. a *corrivatione*, ut putat, dictos, quum *flumina magno labore & impendio ducuntur in Aurifodinas*, *ad ruinas montium lavandas.* Habes ibidem, *ad hoc perficiendum*, *cædi rupes invias*, *& cogi ſedem præbere cavatis trabibus* &c. Additur deſcriptio *piſcinarum*, *quæ in ſuperciliis montium cavari* ſoleant, *in quibus emiſſaria*, *unde*, *repleto ſtagno*, *excuſſis obturamentis*, *erumpat torrens tanta vi*, *ut ſaxa pervolvat.* Sentis nihil *detrahi Majeſtati* locutionis, quum *Homini* tribuimus, quod non *niſi Homini plusquam humana molienti*, ut ad *theſauros* terræ *abditiſſimos* perveniat, convenire poteſt. Diceret quis, meliori jure, aliquid Majeſtati ſummæ videri detractum, ſi de ipſo *Deo* tanquam incredibile quid hæc proponerentur; ultimo etiam Colo, quocunque tandem modo coloretur, aliquid abſoni ſemper tracturo. Ad *hominem* perfacilis, & juſtiſſima applicatio. Non poſſum interim, quin VI ſubmoneam, *Figurate* forte prius Colon eſſe accipiendum, ut *homo in rupibus rivos excidere* dicatur, quatenus *Auri*, *Argentique*, *venas illas divites ſibi pretioſum illud metallum fundere cogit.* Hoc tamen non recipio, niſi *Vſ.* ſeq. ad eandem figuram ſeſe reduci patiatur.

Verſ. 11. Nova divergia. *Vatabl.* I. *A ſtillatione fluminum coërcet* Deus rupes; i. e. *quaſi faſciis adhibitis ligat*, & *reprimit*, *rupes*, *ne effundant flumina*, ſiccans regionem ante inundatam, *atque ita eam aquis abſconditam*, *iterum profert*, & *oculis ſubjicit.* Languor merus, in quem incidant neceſſe eſt, qui in hoc genere ex *Rabbinis* ſolis ſapere volunt. R. *Levi* nempe ducem habuit. *Merc.* II. *A ſtillatione*, & fluxu, *fluvios alligat*, eos cohibet ne fluant; Deus: *atque ita abſconditum producit in lucem*; i. e. *quicquid erat in fluminibus*, *ut conchas*, *etſi hæ proprie in mari viſuntur*; *ut gemmas*, aut *cetera denique pretioſa*, *quæ ante latebant in aquis*, *iiſdem exſiccatis apparent hominum conſpectui.* Quid audio? an *Conchæ margaritiferæ* tum demum homini apparent, quum *ſiccatum* eſt *mare*? Ne de *gemmis* quidem verum eſt, eas tum inveniri, quum Deus flumina exſiccat. Dilutius adhuc III. *Schmid. Aliud Dei opus*, inquit, *quod homines inveniunt*, *& experiuntur in rerum natura fieri*, *priori contrarium*, Exſiccatio fluminum; *quorum generationem Vſ. præc. expoſuerat.* Per *Hypallagen* autem dictum cenſet, *a fletu fluvios ligat*, pro *fletum a fluviis ligat*, i. e. *facit ut fletus petrarum non erumpat in fluvios.* Deinde *Mercero* ſubſcribit, ratione ſenſus, ut *Conchæ* & *Gemmæ fluminibus ſic exſiccatis homini apparere* dicantur. Mitto IV. *Fluvios ex fletu colligatos* & *conflatos in prima creatione*; quod R. *Salomoni* tribuit *Merc.* ſed mens ejus paullo aliter habet; nam ad מבכי noſtrum citat ex *Cap.* 38: 16. נבכי ים, ibi ab eo expoſitum per מסגרי *clauſtra*; ut fiat; *clauſtra fluminum alligavit.* Radix ei בוך, unde נבוך *hæſit perplexus.* Ejuſdem commatis V. quod *R. Peritſol.* hic inducat *perplexos*, i. e. *procellis circumactos* & *intortos fluvios*, ex quo fonte apud *Munſt.* & *Clar.* invenies *flumina procelloſa ſæpe in alium locum coërcita*, *ut appareat quod in fundo latebat.* Hi omnes ad *Deum*, invita ſententia, reſpexerunt. Ad *Hominem* adfini ratione VI. *Cajet. A perplexitate flumina ſtrinxit.* Intelligit *multitudinem aquarum*, quas *obturatis fontibus* induſtria humana reſtringat, & exſiccet. Vim ſententiæ ſpectaſſe videntur potius, qua verborum LXX. & *Vulg.* VII. dantes βάθη ποταμῶν ἀνεκάλυψεν, *profunda fluviorum ſcrutatus eſt.* חבש ex חפש *ſcrutari* quoque exponere auſus *Caſtal.* VIII. *Ex lacryma perſcrutatur fluvios.* Applicat *Metallurgis*, *qui ubi rupes lacrymare vident*, *eas excavant*, *ad corrugos eliciendos.* In vicinia IX. *Cler. e fletu flumina ligat*; i. e. *e ſtillantibus guttis colligit majora fluenta*, *ad faciendos corrugos.* Cl *Reim.* id amplexus. Contraria ratione *Jun.* & *Trem.* X. *A fletu flumina obligat*, i. e. *corrugos pro* ar-

arbitrio obturat obicibus, ne vel tantillum ſtillent. Concinit *Cocc Ne lacrymam* mitterent, *fluvios obligavit &c.* Id tendit ad *aquas fodinis* viciſſim *excluſas per obturationem canalium.* Idem fere intenditur a Doct *Piſc.* & *Belg.* XI. niſi quod latiore adhuc ſenſu ad *obturationem* ipſorum *fontium* reſpiciant, ne *ſubterraneis fluviis operæ turbentur* Similiter *Codurc* vertens, *Fluviorum curſum ſiſtit, ut ne fleant* quidem, *& guttas emittant.* Adde *Vavaſſ. Patric. Crinſoz* ad *ſiccationem fluviorum* in genere magis reſpicientes. Cl. *Scheuchz.* XII. ad *Tigur Verſ. E fletu flumina colligit*, hunc elicit conſpectum, quod *quum in fodinis omnia perpetuo* velut *fletu madeant* & *ſtillent*, indeque *ſubterranei lacus* exiſtant, *aquæ* iſtæ ab operariis *emittendæ* ſint, atque aliorſum *derivandæ* Ego XIII. adoleſcentulus olim hic videre mihi videbar *illam audaciam hominis*, *qua ſibi etiam ex fundo maris*, *& intimis receſſibus ſcopulorum*, *divitias parat.* Vertebam itaque, *ſcopulos fluentorum ſpoliat*; מִבְּכִי pro מִבְּכִי legens, a נבך نبك, quod *Cap.* 38: 16. occurrere autumabam; & ex *Arab.* خبس adſciſcens vim *ſpoliandi.* Multa multo audacius conjecta, etiam a prudentiſſimis Criticorum, *Boch. Cocc. Vitr. Guſſ.* &c. &c. quum unum modo punctulum immutetur. Non inſiſto interim; nam centies expertus ſum, nil pellacius iſto genere. Si tamen נבכי ים *Cap.* 38: 16. ſint *Loca ſcopuloſa maris*, ut iſtic loci diſquiretur, noſtrum מִבְּכִי iſta quoque notione mactari poſſet, ſine ulla mutatione, a מִבְּךְ *Locus* נְבָכִים *ſcopulorum*, cum *Jod paragog.* quod dicitur, ſive potius *pleonaſtico*, unde eſſet, *Locum ſcopuloſum mihi fluentorum* maris *ſpoliat*, indeque *Margaritas*, divitem prædam, pretioſa pericula, *audaciſſimus urinator rapit.* נהר de *fluento*, ſive *impetu fluente maris*, uſurpatum *Jonæ Cap.* 2: 3 خبس *manu cepit*, *ſpolium retulit*, cum حبس חבש *vinxit*, *religavit*, adfinitatem habet, quatenus quæ *manu capimus*, & pro *ſpolio auferimus*, veluti *vincta & prehenſa ducimus.* Exiſteret hoc pacto, cum *viſceribus terræ effoſſis*, ad *gemmas* & *metalla* eruenda, *Marium* quoque *fundus* tentatus, ad *conchas margaritiferas* inde extrahendas. Hæc ut ut ſpecioſa forte, talia tamen non ſunt, in quibus vel ipſe conquieſcam, vel ab aliis acquieſci velim. Tutius concedi putem in ſententiam Doct *Belg.* num. XI ut hoc *Vſ.* jam rotundetur, & compleatur, quod de *operibus* & *molimintbus Metallurgorum* diſſertatum fuerat. Quicunque de Fodinis conſcripſerunt, *Machinas Hydraulicas* celebrant, aliaſque *inventione*, & *artes*, quibus *aquæ ſubterraneæ exhauriantur.* Hoc vere eſt *flumina ligare*, *vincire*, *frenare*, *coërcere*, ne *fleant*, *lacrymulamve* mittant; quando ubi *ſcaturigo* videbatur *perennis*, & *inexhauſta*, efficitur tandem tanta *ſiccitas*, ut ne *fletus* quidem, i. e. *ſudor*, aut *mador roſcidus*, remaneat. Ita *flere* apud Latinos eſt *rorare*, *tenui rore*, vel *ſudore madere*, in *terra*, in *parietibus*, in *ſignis*, in aliis. *Lucan. L.* 7 163. *Rorantia fletu ſigna.* Audacius *Lucr.* 2 631. *Sanguine fleti*; ubi alii *pleti*; pro *repleti.* Tenendum *fleti*, pro *madefacti rore ſanguineo*, ex veteri Lingua, quæ *fletum* pro *lacrymis madentem* agnovit. In rem præſentem deducet hoc ejuſdem L. 1. 350.

In ſaxis ac ſpeluncis permanat aquarum
Liquidus humor, & uberibus flent omnia guttis.

Eadem venuſtate auctum fuiſſe בכה, quod eſt بكى *ult. Vaw & je*, non eſt cur dubitemus. Inde ortum بكا *ult. Aleph* de *Camelo*, in *Camuſo*, قل لبنها *parum lactis reddidit.* Dicebant nempe بئر بكي *puteus flens*, pro, *tenui aqua præditus*; ſive *ſudans*, & *rorans*, non *ſcaturiens*, ac *fluens. Fletus* jam, ſic tranſlatus, traxiſſe videtur verbum חבש, quod ſpeciatim eſt *faſciis obligavit*, ad *fletum*, *fluxumve*, *comprimendum.* Ad eam ſane rationem nonnulli auſi, *a fletu flumina faſciavit.* Conferendum quoque, quod Cl. *Guſſ.* ſub חבש ad.

12 והחכמה מאין תמצא ואי זה מקום בינה׃

13 לא־ידע אנוש ערכה ולא תמצא בארץ החיים׃

14 תהום

12 At Sapientia unde invenietur? & quiſnam locus Prudentiæ?

13 Non novit homo taxationem ejus; neque invenitur in terra viventium.

14 Abyſ-

ad h. l. tetigit. Senſus itaque hujus *Vſ.* cum *præced.* ſic completur, *Naturam ipſam rerum leges veluti recipere ab homine, ad opes abditiſſimas e meditullio Terræ educendas in lucem, eumque nunc Flumina efficere, ubi non erant: nunc exſiccare, ubi erant, ipſa ſcaturigine extincta.* תעלמה *Obſignationem* proprie notare, indicatum in *Opuſc.* de *Defect.* Id pulchre applicitum ad *Theſauros quaſi ſub ſigillo Naturæ conditos.* יוציא אור *Educit lucem*, pro לאור *in lucem*, nihil habet quod offendat. Forte tamen grandius adhuc, *ſignatiſſimum* quodque *educit Lucem*, atque *clarum facit diem.* Cothurnus talia lumina ſublimioris ſtructuræ adfectat.

Verſ. 12. Expeditior dehinc via. Hic pauciſſimis defungi licet, ob ea quæ in Limine diſcuſſa ad *Vſ.* 1. unde & *nexus*, & *ſcopus*, tum ad aliorum, tum ad noſtram mentem, eluceſcet. Quid incommodi premat quaſque ſententias, hic eodem filo late deduci, & diſputari, poſſet: ſed cujuſque examini & judicio id permiſſum malim. Mea ratio quid ferat, *num.* XI. diſtincte poſitum. Confirmatur iſta propoſitio, per formas loquendi hic adhibitas; *At ſapientia unde reperietur?* Homo *ſignatiſſima* quæque *in lucem producens, ubi tandem inveniet ſapientiam*; atque *ex qua* veluti *nativa ſede, vena, fodina, eam veſtigare & eruere valebit?* מקום *Locum* pro *patria terra, & ſede* hic ſumendum, *Vſ.* 1. admonui. *Interrogationem* hanc inferre *Negationem fortiſſimam*, qua Homini *aditum* ad *ſapientiam* præſeptum, & *ſigillo* veluti *impoſito* hactenus *præcluſum* eſſe, inſinuetur, quivis cernit. Eo ipſo autem reliquas ſententias plus minuſve infirmari ſentiet, qui eas ad hanc *connexionem* examinare inſtituet.

13 Non videtur ſatis planum, quod *Merc.* *Non noſcit homo pretium ejus*, exponat, *neſcit locum ejus, eſt ei ignotum. Nam quæ nota nobis, iis pretium ſolemus conſtituere.* Dilutius *de Pined.* cui *non novit*, eſt, *non expertus eſt*; in hunc ſenſum, *Nemo ex his terrenorum bonorum perveſtigatoribus in eam incidit, dum lapides pretioſos & metalla ſcrutatur.* Nempe reſtringit ſententiam ad *carnales, carnalia quærentes.* Poſterius membrum ſic reſtrinxerat *Vulgat. Neque invenitur in terra ſuaviter viventium.* Eodem tendit *Paraphr. Chald.* Veteres quoque Magiſtri ex hoc loco tradiderunt, *ſapientiam non reperiri niſi in iis qui ſemet mortificarunt.* Argutum, ſed parum ſolidum heic loci. Argutius, quod *Vavaſſ.* intelligat *Locupletes, eoſdemque curioſos, qui quum rariſſima quæque conquirant, tamen ſapientiam non poſſideant*; *ut & apud eos fruſtra quæreretur.* Infelix, qui contra Fontem interpretari cogitur. Plerique ſtatuunt, duo hic dici diſtincta, quæ naturali copula cohæreant; primo, *Hominem neſcire quam pretioſa ſit ſapientia:* ſecundo, *eam quoque inter homines non poſſe reperiri.* Addunt alii, inter quos *Cocc.* & *Schmid. peccato cæcatum hominem, ſatis digne ſapientiam æſtimare non poſſe.* In ſe verum, ſed ſedi huic minus aptum. Ex *Vſ.* 15. & ſequentibus, aliud nunc agi apparet: & ex *Vſ.* 17. & 19. liquet ערך hic capiendum non de *interiori valore*, qui dicitur; ſed de *pretio quo* quid *compenſari*, aut *coëmi*, queat. Huc ducit proprietas vocis, quæ inſert *collationem* & *contentionem duarum rerum, ut appareat quænam melior.* Hinc exſtitit notio *taxationis, æſtimationis*, qua indicatur *pretium pro aliqua re pendendum.* Sic naſcitur ſimpliciter; *Neſcit homo pretium quo comparari queat.* Ut *inæſtimabilis eſt ſapientia*, ita *nullus homo* quicquam tam *pretioſum noſcit, poſſidet, promere valet*, quod ejus ערך *æquiva-*

14 Abyſſus dicit, non in me illa: & mare dicit, non mecum eſt.

14 תהום אמר לא בי־היא וים אמר אין עמדי׃

15 Non

15 לא־

valens pondus dici mereatur. *Infinita* eſt *ſapientiæ dignitas*; *maria & terras præponderans.*

Ibid. Poſterius Colon ita cum præcedenti copulandum cenſet Cl. *Schmid. Non novit homo pretium ejus, multo minus invenitur in terra viventium.* Id longius abit a vi *præpoſ.* ו; & hiatu non caret. Rotundiſſima eſſet ſententia, ſi ad ערך rediret τὸ תמצא, *Non invenitur taxatio ejus in terra viventium. Nihil* tam *pretioſum in Terris*, quod cum *ſapientia comparari* queat, nedum *eam æquiparare.* Nil commodius ad *Vſ. ſeq.* Nomina *ſegolata* plerumque *communis* ſunt *generis.* Eo magis adblanditur, quod *ſapientiam inter Homines non reperiri Vſ.* præc. inculcatum abunde. Si quis ad *ſapientiam* referre malit, hæc poterit eſſe copula; *cœleſtem* ejus cum *dignitatem*, tum *ſedem*; atque *excellentius* hoc *mercimonium* in terris fruſtra quæri. Cl. *Clericum* ſibi ſoli ſatisfeciſſe crediderim, quum notat, *hoc intelligendum de perfecta Religionis cognitione, quæ revera tunc temporis nuſpiam inveniebatur; a ſolo Chriſto ſerius revelata.* Quid ſtudium partium, ſi hoc non eſt? Pulchre *Epiſc. Elienſ. Eheu! hæc*, ſapientia, *non poteſt coëmi omnibus quæ homo miſer danda haberet pro ea: neque res eſt quam ulla pars Mundi hujus ſuppeditet.*

Verſ. 14. Statuunt omnes, eſſe inſignem *Proſopopœiam*, qua *Abyſſus*, & *Mare* inducantur, conteſtantes ſolenniter, *Sapientiam penes ſe haud reperiri.* Hoc non valde ſimplex, & clarum, multas peperit expoſitiones alias aliis argutiores. R. *Salom.* I. per *Abyſſum* intelligit *eos qui Margaritas & metalla eruunt, homines* plerumque *Idiotas: mare* autem *detorquet* ad *Navitas* & *Mercatores*, item *parcos ſapientiæ cultores.* In eo parum ſalis. Niſi & Aquilarum acies conniveret, non dediſſet hic III. *Grot. Apud Nautas ſapientia habitare non ſolet.* Melius II. *Epiſc. Elienſ. Nunquam Foſſores tam profunde ſcrutari poſſunt viſcera terræ, ut ad ditionem ſapientiæ penetrent; neque qui maria navigant quaquaverſum, eandem advehere valeant.* תהום *Abyſſum*, pro *terræ imis ſedibus*, non omnino abnuerim. *Thalmudicis* קבר תהום *ſepulcrum Abyſſi*, eſt *profundiſſime ſub terra latens.* Et *Pſ.* 71: 21. תהמות ארץ *Abyſſi terræ*, haud dubie *profundiſſima* ejus *viſcera.* Plerique tamen III. *Abyſſum & Mare* pro Synonymis habentes, vicino ſenſu exponunt, *Nuſpiam in inferiori orbe ſapientiam inveniri, quantumvis procul diſſita loca, & maria, adeantur, ac perluſtrentur.* Habet & *Merc.* quem huc attuliſſe nollem, *Cœlum, non animum, mutant, qui trans mare currunt.* Cl. *Schmid.* IV. plenius quid dare voluit, q. d. *Quod ſi quis in fundum maris profundiſſimum ſe demitteret, non inventurus eſſet ibi ſapientiam; ut nec, ſi vel totam maris amplitudinem pernavigaret.* Idem hocce completius dederat *Vavaſſ.* qui ornamento ſingulari orationis *Quantum eſt terræ, quantum maris eſt, induci* putat, *loquens, & negans, ad interrogationem, num ſapientiam habeant penes ſe? ullo angulo, ſinu, aut profundo, eam a ſe poſſideri.* Si id voluiſſet Noſter, *Aërem*, & *Æthera*, haud omiſiſſet. Hoc ſentiens *Cajet.* V. ad *Aërem* detorſit vocem תהום *Abyſſi.* Eum refutat *de Pined.* VI. cui *Abyſſus* videtur referenda ad *profunditatem fluminum*, ut hac ratione a *mari* diſtinguatur. Senſus ei hicce; *Sapientiam non concreſcere, neque procreari, inter Margaritas, Unioneſve, neque eam ab urinatoribus poſſe inveniri, vel & a Mercatoribus per mare advehi.* His non contentus *Bolduc.* VII. adjecit *animantia*, cum *terreſtria*, tum *marina*; *ſapientiæ* videlicet *incapacia, nec Dei notitiam habentia.* Ut hoc inveniat, תהום *Abyſſos* referri poſſe ait ad *quadrupedia in terris.* Rogas qua *Rhetorica*? Non alia, quam qua quicquid in buccam. Veteres Allegorici VIII. *Abyſſum* traxere ad *Infernum*; & *Mare*, ad *hoc ſeculum*, & *homines ſeculares, qui careant ſapientia.* Cl. *Coccejo* IX. adhuc ſublimius quid obverſatum, ita commentanti, *Infi-*

15 לא־יתן סגור תחתיה ולא
ישקל כסף מחירה׃

15 Non dabitur aurum pro ea; neque appendetur argentum, pretium ejus.

16 לא תסלה בכתם אופיר בשהם
יקר וספיר׃

16 Non æſtimabitur auro Ophyrio, Soham pretioſo, Sapphiroque, contra.

17 לא־

17 Non

ſipientes ſunt homines natura. Nec in terra viventium *reperitur ſapientia*, h. e. *in ea terræ regione, quam homines incolunt*; *nec* in orco, h. e. Abyſſo tota; *ac nominatim* in Mari, *ſcilicet Abyſſo aquarum, aliquis notor ac index invenitur. Imo Orcus revelando omnia occulta ſua, tanquam voce clara teſtatur, apud ſe non eſſe, operamque omnem apud ſe quærendo perdi. Intelligas, ne ex* mortuis *quidem ullum eſſe, qui docuerit* vivus; *vel* reſurrecturus *ſit, ut doceat*; *aut ſi* reſurgat *docere poſſit*. Adjungens, תהום *Gen.* 1. dici *molem confuſaneam aquearum & terrearum partium*, ſubinnuit, cum ים *Mari* conjunctum, rectius ad *Abyſſum terræ* i. e. *Orcum*, revocari. Enimvero vereor ne omnes hi jactus præter ſcopum eant; non ad *Sapientiam*, ſed ad *Æſtimationem*, & *pretium, qua illa acquiri* poſſit, re & ſerie vocante. Hinc X. exoritur ſenſus dilucidus, idemque cum longiore *Exegeſi* illa, in quam Noſter mox exſpatiatur, unice connexus, *Abyſſus dicit, Non eſt in me ea* ערך *taxatio, æquivalens ſapientiæ pondus* ac *pretium. Mare item* fatetur, *Non eſt mecum*. Hoc pacto loquuntur duo illa ſecundum naturam ſuam, & confeſſionem edunt valde pulchram, ipſiſque decoram, *ſe* quidem *abundare Gemmis, Auro, Margaritis, alia Merce pretioſiſſima*; *ſed nihil in ſinu opulentiſſimo continere quod cum Sapientia vel nominari mereatur*; *nedum eam* ערך *æquare* ac *penſare valeat*. תהום *Abyſſus* & *Centrum terræ, Gemmas* & *Metalla*; *Mare margaritas*, & *aliam pretioſiſſimam mercem*, fundens. Id plenius quam ſi תהום *inferiora* ים *ſuperiora maris* interpretemur. Quod ſi XI. היא non ad ערך redire contendatur, ſed ad חכמה *ſapientiam* ipſam, ſic ſenſum conſtituendum ducerem, *Abditiſſimi ſinus terræ & maris conſona voce teſtantur, ſe quidem Gemmas, Aurum, Margaritas, aliam infinitam opulentiam, in vitam humanam effundere*; *ſed ſapientiam nobilioris* eſſe *ſeminis*, & *originis*, ad cujus *cœleſtem lucem* ac *ſplendorem*, omnes illi *radii, ignes, luces, ſplendores lapillorum* & *metallorum*, quibus in admirationem rapiuntur mortales, evaneſcant, atque in merum nihil abeant. Ita *Terra* & *Mare* teſtimonium ferent Naturæ ſuæ conſentaneum, atque cum ſerie ſequente etiam ſatis conjunctum.

Verſ. 15. Sequitur pulcherrima *Epexegeſis*. In ea quoad nexum, & ſenſum, omnia lucent. Aliquid tantum obſcuri in quibuſdam appellationibus *Auri*, & *Gemmarum*, quarum genuina vis necdum ſatis declarata. Talis in hoc *Vſ.* vox סגור, *Auri genus* ab *includendo* dictum, quod *in theſauros recondatur*, ut *Merc.* aliique volunt. *De Pined.* cenſet deſignari *Aurum factum, formatumque in pretioſæ alicujus coronæ, aut monilis, figuram*, a *clauſura*, quod *coronæ figura* undique *clauſa*; vel quod *caput claudat*. Cl. *Cocc.* exiſtimat *Aurum clauſum* eſſe, quod *ſculpturam* non habet, *ſolidum, nulla inciſione diminutum*. Doctius viſum iri credidit *Boldnc.* ſi *Aurum canalienſe* ex *Plin.* daret, *quod venarum canalibus per ſaxa vagatur*. Cl. *Guſſ. exquiſitiſſimum aurum* dictum ſuſpicatur, ex eo, *quod non exponeretur in officinis, ut ibi ſicut ceteræ Aurificum merces venum proſtaret, ſed in ciſtis remotioribus reconditum aſſervaretur*. Hæc, & alia, acumen habent; lumen perſuaſionis abeſt. *Originibus* aptior materia, quam Commentationi huic. Poſterius Colon a Cl. *Cocc.* venuſte expreſſum, *Non appendetur Argentum pretii ejus*. Alii per *Ell.* ל *in pretium*; vel per Appoſitionem, *Argentum pretium*. Optio libera.

 Verſ. 16.

17 Non certabit ei aurum, & Cryſtallus pellucida; aut permutatio ejus vas aureum.

18 Ramoth & Gabiſch ne memorabitur quidem, & tractio Sapientiæ præ margaritis.

19 Non

17 לא־יערכנה זהב וזכוכית ותמורתה כלי־פז׃

18 ראמות וגביש לא יזכר ומשך חכמה מפנינים׃

19 לא־

Verſ. 16. Mihi ipſi gravis fierem, nedum Lectori, ſi hic diſcutere aggrederer, quicquid Viri Docti ad ſingula fere vocabula diſſentiunt. סלה judice *Mercero*, proprie eſt *ſternere humi*, unde *æſtimandi* ſecundaria notio ei ducta videtur, quod *merces æſtimandæ juxta ſe invicem ponantur* &c. Cl. *Guſſ.* hanc *Originem* ut genuinam amplexus. At *Coccejo* סלה contra eſt *attollere*, *elevare ad æqualem ſuperficiem*, unde ad *ponderationem* tranſlatum cenſet. Alii alia promſere. Cl. *Schmidii* judicium ad ea ſic habet. *de ratione ſignificationis non adeo ſumus curioſi, quod in conjecturis fere res infelicius interpretibus ſuccedat.* Atqui ſine iſta curioſa indagine nunquam pervenietur ad liquidam Linguæ rationem. Conjecturis tamen, quantumvis ſagacibus, non ante fidendum, quam Auctoritas *Dialecti* acceſſerit. Apud *Arabes* شلا *Elevationem*, & *ſublationem in altum*, adfert. Adfine شال eandem vim poſſidet, ad *Librationem* & *bilances* quoque traductum. Necdum tamen liquet; & *Originibus* curam hanc delego. Ibidem de כתם ulterius diſquiram, quod inter *Auri* nomina; a *colore* ſecundum *Cocc.* Aliis aliunde. *Vulgatus* כתם אופיר *Tinctos Indiæ colores* reddidit, quos exponere coacti Doctores Pontificii, adferunt, pars *veſtes picturatas*, pars *lapides diverſicolorios*, pars *materiam tinctilem*; de quibus late *de Pined.* In *Hebr.* & apud LXX. eſſe *Aurum Ophir* agnoſcit *Vavaſſorius.* Aliis כתם *Gemma*, vel *Monile.* אופיר *Ophir* duplex, docente *Boch.* G. S. p. 138. una in *Arabia*, altera in *India.* Hic de *India* agi non veriſimile cenſet ὁ πάνυ, *quod ætate Jobi, qui Jacobo Patriarchæ pene æqualis, ad terras illas necdum acceſſus patuerat.* Origo ei a وفر ופר *abundavit opibus.* Hæc, & alia, aliud in tempus ſeponenda. Ad שהם non parva etiam diſſenſio. *Onyx*, vel *Sardonyx*, plurimos calculos aufert. Adeatur Cl. *Braun.* de V. S. & *Bernard.* ad *Joſeph.* a سهم *ſagitta*, *ſtria*, dictam autumans gemmam, quod *candidis* ferme *zonis cingatur.* Cl. *Cler.* ad *Gen.* 2: 12. eandem conjecturam offert. Doct. *Hill.* ex *cæruleo* שמים *cælorum*, quibus *ſingulare* ſubjicit שהם, *Hyacinthum* exſculpſit. Non migrandi fines *Analogiæ.* Hæc miſſum quoque facere jubet سحم *Niger fuit* a Cl. *Crom.* adductum. Aliquid lucis mihi ferre poſſe videtur شهم variis notionibus proſtans apud Cl. *Gol.* ab *igneo ardore* propagatis. Sic exiſteret *Lapis coruſcis micans ignibus*, per excellentiam. Iſne *Adamas*, aliuſne, alibi diſcutiendum. יקר *pretioſi* Epitheton *Gemmam principem* arguit. Ne ספיר quidem dubio exemtum, quum *Sapphirum* plerique, *Cocc. Robinum*, vel *Pyropum*, malit.

Verſ. 17. Iterum in diverſa trahitur זכוכית, a זכך *pellucidus fuit*, aliis *vitrum*, aliis *Cryſtallum*, aliis *Adamantem* conſignans. Tria hæc congenera eſſe ſummus Noſter *Boerhavius* indicat in *Elem. Chem.* p. 51. Cl. *Schmid.* poſterius ſequens, ſatis ſpecioſe addit, *Forte Au-*

Aurum & Adamas dictum pro *Adamas in auro.* Mihi non diſplicent quæ olim pro *Cryſtallo* produxi, collato زجاج זגוג, mutatione ſolenni ج כ in ג, quam & *Chaldæi* in זגוגית factam arguunt. Addo nunc figuram *Hendiadyſin*, ut *Aurum* & *Cryſtallus* veniant pro *artificioſiſſimo* & *pretioſiſſimo vaſe Cryſtallino.* Apud *Plin. Lib.* 37: 2. memoratur *Trulla Cryſtallina ingentis pretii*; & duo *calices Cryſtallini*, quos *Nero in ſuprema ira illiſos fregerit*, *ſeculum* videlicet *ſuum ſic puniens*, *ne quis alius ex his biberet.* Certe *vas* aliquod circumſcribi veriſimile, tum ne toties *Aurum* fruſtra repetatur, tum quod ſeq. Colon *Vas aureum* quoque exhibeat פז *aurum ſolidum* eſſe, haud liquet; nam פזז valet *Levis, agilis fuit*, ut in *Animadvſ.* ad V. T. oſtendimus. Cl. *Guſſ.* in *Comm. L. H.* ex conjectura aſſumit vim *extendendi*, unde ſuſpicatur פז eſſe *Aurum in virgulas brachiis ſimiles deductum.* Viri Magni *Boch.* & *Huet.* nomen proprium ſtatuunt, truncatum ex אופז *Uphaz*, quod & *Ophyr.* Quiſque ſuo in ſenſu abundet, donec plenior dies omnem dubitationem decernat. Circa conſtructionem paululum ſcrupuli incidit ob *negationem* repetendam, pro *Et* ſubſtituto *Nec.* Id refugiens *Schmid.* mallet, *ut ſit permutatio ejus vas auri puriſſimi.* Id commodiſſimum foret, ſi *unum idemque vas* intenderetur in utroque membro. Mallem tamen diſtincte, *Non certaverit ei auro revincta Cryſtallus*, Trulla Cryſtallina; *aut permutatio ejus* fuerit *vas auri Phaſii.* In tali ſerie *Non*, menti ſponte obverſans, elegantius omittitur. ערך venuſtiſſime locatum, inferens ex gemina poteſtate *æſtimandi*, & *aciem inſtruendi*, quaſi *concertationem de valore.* A Cl. *Schmidio* quoque indicatum.

Verſ. 18. Ad *Ramoth* & *Gabiſch* nihil ſolidi, aut certi, adfertur *Excelſa* & *Eminentia*, quæ *Vulgat.* ut aliquid ſpeciei iis addi poſſit, ex רום *altum eſſe*, & גבשושית *Chald. collis eminens*, nimis vaga. Prius occurrit adhuc ſemel *Eſech.* 27: 15. Poſterius *Eſech.* 13: 11. 13. & 38: 22. in phraſi אבני אלגביש *Lapides magnæ grandinis.* Per ראמות ex ראם *Rhinoceros* nonnulli arripuere *pellem Rhinocerotis*; alii *ejus cornu*; cum iis facit *Codurcus*, monens alterum *Gabyſch* poſſe capi pro *Gemma quæ ex Draconibus petitur*; *Pyropo*; *Carbunculo*; *qui Arabibus Gabſchi.* Ill. *Grot.* priorem vocem *Coralia* a *Rabbinis* exponi notans, alteram haud dubie eandem eſſe pronunciat cum *Arabum* جبيبس *Carbunculus* ſive *pyropus.* Reſcribendum جبيبس, vel جبشي ut cum *Codurci* illo *Gabſchi* conſonet. Cl. *Cler.* ait גביש etiamnum apud *Arabes* eſſe *Pyropum* aut *carbunculum.* Scire vellem, ex quo fonte hæc hauſta; nam nihil tale vel in *Camuſo*, vel in *Gjauhario*, vel in aliis *Lexicographis*, reperio. Cl. *Crom.* in *Ramoth* ex رومة *gluten*, invenit *Chryſocollam*, in *Gabysh*, ex جبسين, *gypſum.* Cl. *Hott. Theſ. Phil* p. 502. *Gypſum* quoque adduxit: itemque *Smegm.* p. 119. Sed nec dignum utrumque, quod *Catalogo* huic inferatur; nec جبسين eſt *ditionis Arabicæ*, Originem *Græcam* & forma & ſono præferens. In *Camuſo* الجبس exponitur الجامد الثقيل الروح *congelatus*, & *gravis*, ſive *tardus*, *ſpiritu.* Eſt derivatum ſolivagum, *Radicis* deperditæ جبس, quæ ſecundum iſtam expoſitionem *primario* notaſſe potuit *frigore concrevit.* Ea vis obtinet etiam ſub affini جمس גמש Inde apud *Eſech* אבני אלגביש *Lapides grandinis* non incommode deſcenderent. An *Coralium* quoque ſic dictum a *concreſcendo*? cujus videlicet *Baccæ candidæ & molles ſub aqua, exemtæ confeſtim durantur & rubeſcunt.* An potius *uniones* ſi κατ' ἐξοχὴν dicti, quod *Grandinem* referant? Huc *Jun.* aliique conce-

19 Non certabit ei Topazius Arabiæ Cuſchææ ; neque auro puro contra æſtimabitur.

20 Un-

19 לא־יערכנה פטדת־כוש בכתם טהור לא תסלה :

20 והחכמה

cedunt. Mihi haud liquet. *Bolducio* גביש ſonat גבה איש *altitudinem Viri*, id eſt, *indumentum quo vir ſpectabilis redditur.* Inde *Ramoth* & *Gabiſch* ei deſignat *Veſtimentum Phrygionium unionibus puſtulatum.* Si roges, quid hoc ad *Lapides grandinis*? reſpondebit, intelligendos eſſe qui *vibrent* & *coruſcent inſtar veſtis Regiæ, qualis erat Herodis illa, de qua in Actis.* Nihil in his ſani. Et alii tamen, antequam ille ſomniare occiperet, *ſericum* in ראמות, tum hic, tum *Eſech.* 27. amplexi fuerant; quibus, aliiſque, immorari non decet in opere per ſe ſupra modum excreſcente.

Ibid. Extra ſeriem abit *Vulgat.* I. *Trahitur autem ſapientia de occultis.* Doct. *de Pined.* redditum mallet ex LXX. II. ἕλκυσον σοφίαν ὑπὲρ τὰ ἐσώτατα, quaſi inſinuaretur *Sapientiam præ omnibus theſauris occultis eſſe attrahendam*; vel & *longanimiter ſeminandam* ex uſu vocis *Pſ.* 126: 5. Arceſſitum. Illa ἐσώτατα & *occulta* ex פנים quatenus *Intus* convertitur, arrepta a Veteribus. *Aquila* III. illuc quoque reſpiciens, γλυκὺ δὲ σοφία παρὰ τὰ περιέλιπτα. *Tractio* ei, vel *ſuctio* rei dulciculæ, ut acute *de Pined.* vel *attractio*, & *excerptio* ex aliis rebus omnibus. Apparet jam tum in oblivionem miſſum, quid פנינים proprie ſignarit. *Rabbini* & *Noſtri* diviſi, aliis *Lapides pretioſos* generatim, aliis *Curalia*, aliis *Margaritas*, aliis *Pyropos* vel *carbunculos*, amplexantibus. Ad *Aquilæ* mentem IV. *Schmid.* משך *Tractionem* exponit *electionem aliquid ad ſe trahentis.* Idem infert Magiſtrorum השתדלות *ſtudium acquirendi.* Argutius alii *Rabbini* V. alluſum putant ad *extractionem* metallorum, & gemmarum, *e fodinis* Id placuiſſe videtur Erud. *Crinſoz.* Conſimili acumine VI. *Boch. Margaritas* voce noſtra deſignatas ſtatuens, ad earum *extractionem e profundo* reſpici autumat. Præiverat *Codurc.* id nemini ante ſe in mentem veniſſe jactans; merito reprehenſus a *Vavaſſ.* quum non differat a præcedenti niſi in circumſtantia. In *Curalium* idem conveniret. *Mercero* VII. משך eſt *æſtimatio, pretium*, pro quo nonnulla olim adduxi, ex uſu *trahendi*, in *commerciis.* Non æque commoda VIII. *tractio*, pro *fama*, & *celebritate*, longe ac late *diſtracta.* Nimis argute *Druſ.* IX. *quod poſt ſe trahit* Sapientia, *pretium* ejus; niſi idem intenderit quod *Grot.* X. dans, *Attractio Sapientiæ præ margaritis:* i. e. *Sapientia propendet. Græci dicunt* ἄγει. Recte: ſed propius erat, ἕλκει. Cl. *Cocc.* & *Cler.* huc accedunt. Ita planiſſume ὁλκὴ *tractio* eſt *pondus*, *pretium*, *momentum bilancis*, unde inter alia apud *Heſych.* exponitur ῥοπή· βάρος· σταθμός. Pulcherrima imago; qua in lancem conjicitur hinc, *quicquid* eſt פנינים *Gemmarum*, vel *unionum*; illinc *ſapientia*, quæ his omnibus immenſum quantum *præponderare* reperiatur. Nempe τὰ πλεῖον ἕλκοντα, βαρύτερα νομίζονται, *quæ plurimum trahunt graviora cenſentur*, ut ait *Plato.* Admirabili venuſtate *Polyb.* L. 8. 16 Ἀνὴρ ἕλκων τὸ τῆς πράξεως σύστημα *Vir tanti incepti pondus trahens*, i. e. *ſeſe ei ſuſcipiendo, ſuſtinendo, exequendo, parem, atque adeo plus quam parem, probans.* Item L. 12: 16. οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἐκφέρεται δόξαν, ὡς ἕλκων τὴν τοῦ συγγραφέως προστασίαν, *Neſcio ſane quo pacto opinionem abſtulerit ejus, qui præſtantiam Hiſtorici trahat.* Qui *gravem* & *præſtantiſſimum Hiſtoricum impleat.* Si Veteris Linguæ *Hebrææ* major nobis copia eſſet, exemplis abundaremus conſimilis elegantiæ, quam verbum משך *Trahere* ex proclivi induit. Quod autem ad פנינים attinet, *Margaritæne*, ut cum pleriſque viſum & *Bocharto Hieroz. part.* 2. p. 681. an *Gemmarum inſignitius* aliquod *genus*; commodiori iterum occaſioni ſeponendum. Si *uniones* notarentur, locus eſſet conjecturæ eleganti Cl. *Guſſ.* XI. cui משך eſt *ſeries longior*

20 והחכמה מאין תבוא ואי זה מקום בינה׃

21 ונעלמה

20 Unde ergo Sapientia veniet? & quiſnam locus Prudentiæ?

21 Ete-

gior Unionum filo immiſſo ſimul junctorum. Adfine eſt مسكة משכה *armilla* apud *Arabas.* Fateor bonam ſic naſci figuram, qua משך חכמה eſſet *Baccata ſeries ſapientiæ*, vel *collo*, vel *armo* aptanda: ſed vereor ne hic nimis quæſita ſit. Mihi quidem ἁπλῆ & ſimplicius quid, & gravius ſimul, nunc adferre videtur.

Verſ. 19. Verbum יערך & hic duplici vi auctum, quam indicavimus ad *Vſ.* 17. פטדת כוש aliis eſt *Smaragdus Æthiopiæ*, aliis *Topazius Arabiæ*; nam *Topazium Æthiopiæ* nulla Veterum auctoritate niti, docuit ὁ πάνυ *Geogr. Sacr.* pag. 211. ubi *Chuſch* non tantum *Æthiopiam*, ſed & *Arabiæ* partem interiorem ad *Mare Rubrum* porrectam, notaſſe, dubitationi exemit. *Topazium* primitus *repertam in inſula Arabiæ quæ Chitis vocatur*, tradit *Plin.* 37: 8. addens *Jubam* dicere, *Topazon Inſulam in Rubro mari, ſtadiis CCC. a continenti, nebuloſam, & ideo ſæpe quæſitam navigantibus. Nomen accepiſſe, quod Topazin Troglodytarum lingua ſit quærere.* Hæc Inſula, *Topazii patria*, ad *Chuſitidem* pertinebat. Rectiſſime ergo *Topazius Chuſchææ*; vel *Chuſchæorum.* Etymon *Jubæ* frigidum, & merito ſuſpectum. τοπάζιον, pro quo & πάζιον ſcribi monet *Heſych.* cum פטדה *Radicalem convenientiam* habere monuerunt Viri Doctiſſ. *Ar. Mont. Caſtel. Braun. Bern.* &c. Sed quid valuit Radix פטד, & unde *Gemmæ* id nominis inditum? Cum *Avenario* dicere פטד eſſe *Quæſivit*, & inde τοπάζειν eſſe derivatum, eſt ludere; non docere. *Forſt.* ad *peregrina* hanc vocem ablegavit; *Æthiopicam* vel *Troglodyticam* eam ſupponens. Sed iſti *Æthiopes*, apud quos *Topazius* naſcitur, ſunt *Arabes.* Forma quoque manifeſte *Arabica*, ſive *Hebræa*, a radice פטד. Eam ſi a longa oblivione revocarim, ecquid erit pretii? Tritiſſimum apud *Arabes* فصد פצד, quod in *Camuſo* eſt شق العرق *fidit*, ſpec. *venam.* in 2. *diffidit.* In 4. افصد الشجر *findere fecit Arbor*; itemque in 7. انفصد انشقت الشجر *fiſſa fuit Arbor*, عيون ورقه *fiſſi ſunt oculi foliorum ejus.* i. e. *protuberarunt & eruperunt gemmæ foliorum.* Ad mutationem ט in צ adeatur *Clav. Dial.* Eſt ergo פָּטָד proprie *protuberatio gemmæ cum fiſſione corticis.* Idem & פֶּטֶד فصد *fiſſio*, *ruptio*; unde פטדה *Pitda*, *Pitsda*, & *Potda*, *Potsda*; & mox per tranſpoſitionem *Dopaz*, *Topazius*, a *protuberatione* ſic dicta, quippe quæ *ampliſſima gemmarum*, ut *Plin. Lib.* 37: 8. docet. Ei *ſimilitudine proxima Callais*, *in rupibus oculi figura extuberans*, *leviterque adhærens*, *nec ut agnata petris*, *ſed ut appoſita*; ait idem. Adde *Strab. L.* 16. *Epiphan.* &c. En פטדה فصدة *gemma oculi inſtar extuberans e ſede in qua naſcitur.* Hæc *Cuſchæis* illis, ſive *Troglodytis Arabibus*, de quibus *Plin.* fuit *Potſed*, vel *Pozda*; unde *Græci* mercatores *Topazion* ſuo more, & ore, conflarunt, in τοπάζειν neſcio quid argutantes deinde, quod Criticos multa ſecula exerceret, eſſetne vox *Græca*, an *Troglodytica.* Vide *Salm.* in *Solin.* p. 763. ubi Vir ſummus non feliciſſime in hiſce verſatus fuiſſe reperietur; contra rem & rationem ſtatuens *Topazium* a *Topazo* inſula nomen traxiſſe; itemque *Sapphirum* dictam, ab inſula ejuſdem ſinus *Arabici*, Σαπφειρίνη, in qua eruebantur *Sapphiri.* Hæc contra ſe habere, & *Inſulis* illis nomina indita a Gemmis ibi reperiundis, dubitari nequit.

Ibid. Nimis fidenter *ibid.* in *Exerc. Plin.* pro-

21 Etenim obſignata eſt ab omni vivente; & a volucre cœlorum eſt occultata.

22 Per-

21 ונעלמה מעיני כל־חי ומעוף השמים נסתרה:

22 אבדון

pronunciatum, ad vocem כתם, *Quicquid argutantur omnes Interpretes, Kethem eſt Græcæ Originis* κάθεμα, *quod monile ſignificat, auro & gemmis variatum.* Inde *Catenam* quoque ductam obiter monens, ita pergit; *Ergo* Kethem Ophir *eſt monile ex auro vel gemmis Ophir:* & Kethem Paz *ex lapidibus Paziis vel Topaziis.* Ex talibus ingenii luſibus nunquam vera lux exiſtet. כתם ex *Græco* κάθεμα immigraſſe in *Linguam Hebræam*, tam parum credo, quam, vicibus inverſis, κάθεμα ex כתם in *Græciam* derivatum. Multo ſatius, ignorationem confiteri, quam *Linguarum fines figere*, & *refigere*, ad fortuitam ſoni affinitatem. Hæc non hujus loci. Redeatur ad id quod *Vſ.* 16. de hac voce tactum.

Verſ. 20. Nonnihil deflectit Doct. *Merc.* cenſens Noſtrum nunc *docere unde petenda ſit Sapientia, & ubi inveniri queat.* Longius abit *Cler.* ita *Paraphr.* concepta, *Si quæratur unde orta ſit Sapientia, & ubi ſit prudentiæ locus, nemo poſſit quæſtioni reſpondere.* Cl. *Cocc.* hic paulo obſcurior. Veritati proximus *Schmid.* ex ſuperioribus *inferri* tandem ſtatuens, *Sapientiam nuſpiam locorum in hoc mundo inveniri, aut erui poſſe.* Huc collineatum, ſcopus ad *Vſ.* 1. fixus præmonſtrat. Nexum ſic commodiſſime reſumas, *Hæc* jam *Sapientia*, tam pretioſa, omnibuſque Gemmis & Theſauris immenſum quantum antecellens, unicumque vitæ bonum, unde tandem eruenda datur? aut qua in ſede ſeſe inveniri patitur? Nulla. Omnis ad eam aditus præcluſus; quum in *fallacibus & fugacibus bonis Naturæ* nimium quantum *profuſa* reperiatur. Quid a Noſtro intendatur, ad finem diluceſcet.

Verſ. 21 Recte monet *Merc.* ו *Et* poſitum pro *Quum.* Similiter *Cocc. Etenim.* Eodem redit *Schmidii*, *Nimirum. Nempe.* Ad נעלמה ingenioſe *de Pined. Neſcio quid*, inquit, Virgineum *atque caſtiſſimum videtur ſapientiæ tribui in voce abſcondi. Alma* Virgo *Sapientia. Eſt enim eadem vox a qua* Virgines *dicuntur abſconditæ.* Reſpicit ad עלמה, quæ *ſignata virgo*, ex *origine* in *opuſc. de def.* adducta; illud *abſcondi* proprie eſſe *obſignari.* Inde & hic, *Namque obſignata eſt*, *ſigillo* quaſi *clauſa*, *ab oculis omnis viventis.* Ad *virgineam caſtitatem* hic alluſum dici patior; ipſe non dixerim. Qui alluſionem iſtam adhamaret, adjungere poſſet & aliam in verbo נסתרה *vel occultata*; nam & *Virgines* κατ' ἐξοχὴν dicuntur מסתרות مستترات *velatæ*, *poſt velum latentes.* Gravioris curæ eſt, quo ſenſu hæc poſita ſint, examinare; nam verba clara; res ipſa minime. Nonnulli I. כל חי reſtringunt ad *animalia bruta*; ut iis, nec non *volucribus cœlorum*, negata dicatur *ſapientia.* Huc concedit & *Bolduc.* hanc *ſolam* ut *legitimam expoſitionem* amplectens. Atqui haud dubie illegitima, ſive phraſin ſpectes כל חי, ſive *ſcopum*, & *ſeriem.* Aliis II. *omne vivum* notat *homines carnales*, *ſenſibus obtemperantes*; ac præſertim *Vulgus* illud *craſſius*, quod terræ adfixum. His addi volunt *volucres cœlorum*, ad *Philoſophos*, & *eos qui ſapere* videntur *in mundo*, denotandos. Habes in Comm. *Hieron.* ubi etiam reperies *ſpiritus malos*, *Avibus* aſſimiles *Matt.* 13. Specioſiore *Allegoria* III. multi tum *Judæi*, tum *Chriſtiani*, cum *Hominibus Angelos* hic complexi. *Munſt.* & *Iſid. Clar. Aves Cœli*, inquiunt, *putantur eſſe Angeli Dei*, *qui non noverunt omnia myſteria Dei. Idem ſentiendum de hominibus Sanctis qui migrarunt ex hoc ſeculo, & qui hic ſignificantur nomine* perditionis, & mortis; *propter corporis diſſolutionem.* Poſteriora violenta, priora utcumque ferri poſſunt. Cl. *Cler.* IV. *Angelos* huc inſeri haud ferens, ſub *Avibus* maluit *ſublimiorum contemplationum peritos*; ut ſit, *Sapientia penes nullum omnino hominem reperiunda, ne eos quidem, qui ſublimiora contemplari, & al-*

ta

ta capeſſere ſolent. Animi pendeo, quo tendat Cl. *Cocc.* V. ſic commentans, *Intelligimus & hic & Vſ.* 13. *non modo corruptum hominem, ſed hominem qui ullo modo terreſtris aut animalis dici poteſt* 1 *Cor.* 15: 44. 45. *adeo ſcilicet, ut nec* homo integer *ſapientiam noverit*, ψυχικὸς ἐστι. Per volucres cœli *quidam* Angelos *intelligunt*; *de quibus* 1 *Petr.* 1: 12. *Epheſ.* 3: 10. *Sed ſimplicius eſt, quod neque in imo, neque in ſummo animali naturæ, videatur ſapientia.* h. e. *ſapientiæ Auctor, fons, & ſcatebra. Nam quid* volucrium oculis *cum Sapientia, quatenus ea vox ſignificat cognitionem rerum ſive divinarum, ſive humanarum.* Niſi fallor, *Volucribus* ſtricte dictis locus negatur, per eaſque jam figurari ſupponitur *hominem integrum*, & *perfectum*, quatenus adhuc χοϊκὸς, ut *Adamus in ſtatu integritatis.* Vix diſcerno interim, quid velit illud, *imum & ſummum animal naturæ.* Plurimi VI. citra *Allegoriam, omne vivum* referunt ad *Homines* generatim ſumtos, & *in terris* adhuc *degentes:* quibus adjunguntur *Aves, quæ cœleſtia & ſublimiora loca petere ſolitæ, nuſpiam tamen ſapientiam reperiunt, quippe quæ apud ſolum Deum reſideat, & in ejus Mente inveniatur*; *nuſpiam alibi, vel furſum, vel deorſum, in quantumvis arduis, remotis, abſtruſiſve locis.* His fere verbis uſus *Merc.* cum quo conſpirat *de Pined. Simplex & germanus ſenſus eſt, in regione ſublunari & ætherea, quam pervagantur, nuſquam inveniri ſapientiam, ut cujus Origo ſupercœleſtis.* Atqui non diſputat Noſter de *Origine*, unde petenda ſit: ſed inculcatur, *eam* penitus *eſſe præcluſam creaturis: Numinis* videlicet *æterni, infiniti, inacceſſo lumine cincti, verum* & *legitimum peculium*, unde *radioli* tantum, & *ſcintillulæ* aliquæ cum creaturis communicentur. Si jam hoc intenderit Noſter, ſola *litera* languidior, quam par: nec ſatisfacit quod Doct. *Merc.* putet *Aves nunc poſitas, ad ſupplementum Vſ.* 13. & 14. *ideoque repeti, quod ſupra de Abyſſo poſuerat Vſ.* 22. Nulla hic repetitio. Quod *Vſ.* 22. inſinuatur toto cœlo diverſum ab eo, quod *Vſ.* 14 vidimus. Cl. *Schmid.* fortius *literam* premens, dilutiorem eam dedit: *Etſi aves cœlorum ſapientiæ capaces non ſint, nihil tamen inde ſequitur, quam quod nos volumus, eo minus ſapientiam apud illos eſſe, & hoc magis verum, quod ſapientia ab illis ſit occultata.* Id cum *Num.* I. ex hac parte convenit: ſed in priori colo *Creaturas rationales* intelligens Vir Doctus, nimis diſparia ſociavit, & *Jobo* ſententiam tribuit valde frigidam, *Homo nullus ſapientiam poſſidet; multo minus Aves Cœlorum.* Subdit, *Forte avium Cœli hoc ſenſu meminit, quod nulla avis, quantumvis egregii volatus fuerit, eo pervenire queat, ubi eſt ſapientia.* Id ad *Merceri* mentem rediret. Cum ea conſonat quoque hocce *Vavaſſ* VII. *Ne aves quidem, volatu potentes altiſſima loca, ex quo plurima circumſpiciant, deprehendant eam, & obſervent.* Si ad *literam*, vereor ne argutum magis, quam ſolidum quid, extuliſſe videatur Noſter; quis enim vel ſuſpicetur *Aves ſedem Sapientiæ forte noſcitare.* Hoc anſam dedit *Th. Aquin.* VIII. cogitandi de *Avibus Auguralibus*, e quorum vel *cantu*, vel *volatu*, omina captabantur: quaſi oppoſita eſſet ſententia hæc ſuperſtitioni veteri, quæ futurorum præſcientiam Volucribus quibuſdam aſſignabat. Longiſſime petitum; nec hujus loci. Hæreo interim, nec quid ſequar, ſatis diſpicio. Totam *literam* deſerere, vix tutum: ei ſoli inhærere, nimis dilutum. Videamus ergo IX. an *cinnus* ſatis aptus ex geminato adſpectu conflari queat. *Omne vivum*, eſto, *quicquid animantium in terris verſatur:* item, *volucris Cœlorum, quicquid æthereas domos ſublimi volatu circumluſtrat.* Habes *incolas*, ut ſic dicam, *inferiorum*, & *ſuperiorum ſedium*; prior claſſis complectitur & *bruta*, & *homines ratione præditos*, etiam *ſubtiliſſimos* illos, & *vividiſſimos*, quorum *ingenio nihil* videtur *impervium:* poſterior, *Alites* omne genus, & eorum Emblemate appoſitiſſime hic repræſentatos *Cœleſtes Spiritus. Ab* horum *omnium oculis obſignata* & *obvelata* dicitur החכמה *ſapientia*, quatenus in ſe ſpectatur ut *Archetypon omnis perfectionis*, cujus *vi* & *efficacia* univerſitas rerum e Nihilo educta, *ſubſiſtit* atque etiamnum *ſuſtinetur.* Id patet ex *Vſ.* 23. 24. 25. 26. & *Vſ.* 27 preſſius adſtringetur. Cl. *Cocc.* ex parte noſter; diſtinguens *inter Sapientiam quæ eſt Exemplar & Finis*; & *eam quæ eſt Umbra & medium. Illam eſſe apud Deum, quin* ipſum *Deum, ac* proin *ſoli Deo notam. Hanc a Deo in nobis, ut Sapientiæ illius radium.* Mox *Vſ.* 23. plura ad Ejus mentem declarandam reddentur. Noſtri quoque ſunt, qui *Angelis* ipſis hanc *Sapientiam* detrahi ſtatuerunt. Contra nititur Cl. *Schmid.* hoc argumento, *Noſtrum loqui de Sapientia quæ etiam cadit in homines,* nempe *Timore Domini*; ergo *magis adhuc in Angelos.* Sed facile videre eſt, aliam

22 Perditio & Mors dicunt; auribus noſtris audivimus auditionem ejus.

22. אבדון ומות אמרו באזנינו שמענו שמעה׃

23 Deus

23 אלהים

aliam eſſe faciem *Sapientiæ* homini a Deo commendatæ, aliam, cujus *poſſeſſor* ſolus Deus; ad quam nulla ſcilicet acies creata penetrare queat. Hæc eſt illa *Sapientia*, de qua *Cap.* 12: 13. magnifice Noſter, quamque comitantur, & ſtipant, *potentia*, *conſilium*, *prudentia*, *gloria*, & תושיה *ſolidiſſima* & *exactiſſima ratio* *V.* 16. *ibid.* Monuimus ad iſtum contextum, *ſcintillas* & *radiolos* harum rerum *lucere in Creaturis*, *ipſum Fontem eſſe penes Deum*, quo *clauſo*, omnis *perfectio creaturæ obſcuretur*, & *extinguatur*. Inde hicce tandem ſenſus emergit, *Sapientiam quæ ſit omnium rerum cauſa*, *norma*, *ratio exactiſſima*, tanquam *ſigillo præcluſam eſſe omnibus Creaturis*, *infimis*, *mediis*, *ſummis*, tum quæ *in terris*, tum quæ *in cœlis* verſantur. Hoc verum *primo* in *beſtiis* & *volucribus*, quibus quamvis a Deo tributa ſit incredibilis quædam vis, & ſagacitas, circa ea quæ ad eorum conſervationem ſpectant, etiam ſupra ipſos homines, *Cauſas* tamen *rerum* & *naturas* ignorant. Idem quoque verum in *Hominibus* & *Angelis*, qui quantumvis lumine *rationis*, & *intelligentiæ* ſublimioris gaudeant, atque in Naturis rerum vel contemplandis, vel veſtigandis, excellant, tamen *ad* earum *interiorem*, & *omnibus numeris abſolutam rationem*, ſeſe penetrare nequeant, ſed tum *opera*, tum *vias* Dei, *obvelatis* quaſi *vultibus* adorare cogantur; quippe qui minimis quoque rebus characterem impreſſerit Infinitatis, quæ nonniſi ab Ente infinito poſſit comprehendi. Hoc *Scopum*, quem ſupra præfixi, recta ferit, atque *vias* Dei *celſiores* eſſe inſinuat, quam ut earum incomprehenſibilem ſublimitatem metiri conemur; quippe quod nihil aliud eſſet quam pugillo ſuo Oceanum, aut ulna Cœlum, velle complecti. Si interim X. *Angelos* huc non inſertandos eſſe judicaretur, *Ales Cœlorum* referri poſſet ad *Homines excellentiſſimis facultatibus præditos*, tum *ad Naturæ arcana inveſtigandum*, tum *ad ſubtiliſſime* ex ejus principiis *ratiocinandum*; ut quaſi *Aquilæ ſublimi volatu efferri* videantur, ad *Cœlum* & *terras* perluſtrandum. Uniformior ſic forte erit totus contextus, in quo *omnis vivens* & *Beſtias*, & *Homines vulgares*, deſignabit: *Ales Cœlorum* autem, cum *Aquilas altivolantes*, tum *ingenia Aquilina*, quibus *principatus ſagacitatis* cuncta *perveſtigantis* defertur.

Verſ. 22 Grande Schema; profundus ſenſus: diſſenſus Interpretum multus. *Munſt. Iſid. Clar.* aliique I. *perditionem & mortem* mira *Allegoria* detorquent ad *ſanctos defunctos*, qui etſi *Dei conſpectu gaudentes* in cœlis multa cognoſcant, *vias* tamen *omnes Dei* non intelligant, ac præſertim *occulta* ejus *Judicia* haud penetrent. Vicinum II. ſed latioris ditionis, quod R. *Perizol.* trahat ad *Mortuos corporibus exſolutos*, qui *liberius* & *purius* res omnes contemplentur, quam quum viverent. Placuit *Calvino* Conc. CII. *Quin etiam*, *qui ex hac vita exceſſerunt*, *quamvis hoc corpore mortali non ſint implicati*, *minime tamen ea*, *quæ ſunt conſilii arcani Dei*, *capiunt*. Non multum hinc diſtat III. Cl. *Cler. Si mortui interrogari poſſent hac de re*, *faterentur ſe audiſſe quidem multos ſermones de Sapientia*, *ſed nunquam ſe ad plenam & perſpicuam ejus cognitionem pervenire potuiſſe*. Conſonat ferme IV. Doct. *Crinſoz*. *Quicquid extitit ſapientum*, *ac Philoſophorum*, *Naturam & Providentiam ſtudioſiſſime ſcrutati ſunt*, *ſed abierunt ad plures*, *abſque ut ſibi ſatisfacere potuerint*; *agnoſcentes Enti Infinito tantum juſtas rerum omnium Ideas conſtare*. Idem voluit *Oſorius*, in *Paraphr. Innumerabiles homines opinione Sapientiæ præſtantes dejiciuntur ad Inferos*, *qui nomen quidem Sapientiæ tenuere*, *ſed vim ejus complexi non fuere*. Paulo aliter V. *Ab. Eſra V.* ſeq. cum hocce ita copulans, *Majores mortui ſe aliquid de Sapientia inaudiviſſe fatentur*, *nempe quod Deus ſolus ejus viam intelligat* &c. Preſſius *perditioni* inhærentes alii VI. *gehennam*, & *mortem* æternam, inducunt; quaſi vel *Diabolus* gemino hoc nomine ſignaretur, vel *Dæmones* ſimul, & *damnati Manes*. Huc tendunt *Hieron. Philipp. Cajet. Luth.* quibus ita pollicem premit *Schmid.* ut ſtatuat *Locum a ſapientia remotiſſimum* ob oculos hic poni,

cu-

cujus incolæ teſtentur, *ſe nihil de Ea ſcire*, aut *habere*, *niſi nudam aliquam famam*, *quæ vix ad aures eorum penetrarit*, *a ſuperioribus ad ipſos delapſa*. *Nam*, addit Vir Doctus, *in Inferno nihil eſt Sapientiæ*, *ſed meræ tenebræ*; *vix creditur Deus eſſe*, *& cum tremore tamen*. Hæc non feliciſſime dicta, multimodis laborant. *Piſcat.* VII. *perditionem* etiam *Gehennam* interpretatur; at *Mortem* exponit de *ſepulcro*; quaſi inſinuaretur *neutrubi ſapientiam quærendam*. Huc inclinat *de Pined.* VIII. cenſens per *Proſopopœiam* introduci *mortuorum regionem infernam*, *quæ interrogata de Sapientia*, *ab Ejus amatore & ſtudioſo*, *reſpondeat*, *Nunc tantum* illius nomen ac famam *ex tuis verbis* percipimus; *ante hunc diem apud nos inauditam*. Argutiſſime. Sine ea arguria *Merc.* IX. ſtatuit *Loca ſubterranea* & *centrum terræ* hic *perditionis* & *mortis* nomine venire, *quod iſtic res ſint perditæ*, *& procul a conſpectu noſtro remotæ*. *Ea* autem *loca* ſponte *fateri*, *ne ſibi quidem perſpectam eſſe ſapientiam*, *nec apud ſe eam eſſe*. Addit *perditionem* & *mortem* idem nunc deſignare cum *Abyſſo Vſ.* 14. Conſimiliter *Druſ.* cui *Abaddon* ſunt *Loca ſubterranea ſoli Deo patentia*: & *Mors* pro *ſepulcro*, item *terræ intima quæ oculos noſtros fugiunt*. Eodem tendere videntur Doct. *Belg.* nec aliud voluere *Jun.* & *Trem.* *Perditio & mors dicant* &c. i. e. *omnes res creatæ quæ ante perierunt*: q. d. *neque nunc*, *neque unquam antehac comprehenſa fuit* ſapientia *a mortalibus*. Id ex parte convenit cum *num.* III. IV. V. In hiſce expoſitionibus, *Auribus audire auditionem*, quodammodo *minuit*, aut *negat cognitionem*, quaſi fateantur *mors* & *perditio* ſe *fando* tantum *aliquid* de hac *rerum pulcherrima* percepiſſe; de cetero neſcire *ubi ſit ea*, niſi quod Deus *eam poſſideat*, ſoluſque *eandem impertire* queat. Sed aliis *Auribus audire auditionem* potius videtur inferre *cognitionem propiorem* & *certiorem*. Hinc *Allegorice* X. *Chald.* *Domus perditionis*, *& Angelus Mortis dixerunt*, *Audivimus auditionem Ejus*, *cum Iſraeli tradita fuit Lex in monte Sinai*. Meminit & *Raſchius* illius veteris traditiunculæ, *Satanam veniſſe ad Deum*, *& rogitaſſe*, *ubi nam reſideret Sapientia*; *eique reſponſum*, *apud Filium Amrami*. *Eum interrogatum*, *reſpondiſſe*, *in Mari*; *ſed Mare negaſſe*. *In Abyſſo*; *ſed Abyſſum item negaſſe*. *Tandem lege promulgata per Moſen*, *dixiſſe Satanam*, *tum demum veram ſapientiam ad aures ejus perveniſſe*. Ipſe *Raſchi* XI. adhuc ſubtiliorem *Allegoriam* captat, *Perditionem* & *Mortem* trahens ad *mortificationem ſui*, *qua via Sapientiam aſſequantur pii*. Id & quibuſdam Noſtrorum riſiſſe, quibus *Sapientia* hic *Chriſtus*, *ſola mortificatione ſui inveniundus*, monuit *Merc.* Vicinum quid, nec tamen idem dat *Bolduc.* XII. cui *perditio* & *Mors* figuram præbent *adflictionum*, & *cruciatuum in hac vita*, *quibus homo a peccando deterretur*, *& retrahitur*, *timore Dei per flagella illa ei incuſſo*. Contortius adhuc *Vatabl.* XIII. *Hebræi exponunt*, *materia ipſa informis oſtendit quodammodo Divinam ſapientiam*. *Aliis melius*, perditio & mors *eſt ipſe* homo perditus & corruptus *propter peccatum Adæ*. q. d. *Relucet Sapientia in homine qui eſt Filius mortis*: *Voluit enim Deus Sapientia ſua ſalvare hominem qui perditus erat & mortuus*. Quod *Hebræis* tribuit, a R. *Levi* XIV. eſt, cui *Perditio* & *Mors* eſt *materia prima*, *quæ expers omnium formarum*, *neceſſe habeat forma adveniente per Dei ſapientiam perfici*. *Hoc ergo modo Divinæ ſapientiæ famam ad eas penetraſſe*, *quod ſenſerint Dei virtutem*, *quæ rudi*, *& informi*, *materiæ*, *formam conciliare valeat*. Cl. *Cocc.* adhuc ſubtilius telam hanc contexuit XV. cui *perditio* eſt *generalius quid*, *pertinens ad omnes res*: ut *mors ſpecialius*, *pertinens ad animata*. *Illud etiam dici reſpectu rerum quæ ſimpliciter non ſunt*: *hoc tantum reſpectu prius animatorum*. *Utrumque referri poſſe vel ad* conditionem, *vel ad* locum. *Ad* locum, *ut* perditio *ſit omne illud ubi non eſt Ens creatum*, mors, *locus mortis mortuorumve*, *qui alias* שׁאול. *Ad* conditionem, *ut* perditio *ſit ex quo omnia*, *quæ verbo Dei ſiſtuntur*, *& in quod ſua natura redeunt*: mors, *in quod redeunt viventia* &c. *Teſtatur autem* perditio & mors *apud ſe non eſſe Sapientiam*, *neque ſe noviſſe locum Sapientiæ*, *ſed ſe* audiviſſe famam ejus. 1. *ſi ad* Locum *applices*, *ſenſus erit*, *Etiam* Mortis regionem, *imo* ſpacium *hoc quod* extra Mundum *eſt*, *in quo mundum imaginamur eſſe*, *& quod* vacuum *fuit antequam mundus eſſet*, *clamitant*, *ad ſe uſque penetraſſe virtutem Dei*, *exſecutricem Sapientiæ*. 2. *ſi ad* conditionem rerum; *& eæ ut ex nihilo ſunt & vivunt*, *ita teſtantur Dei Sapientiam & potentiam* &c. Sentis omnia ad ſubtilitatem ſummam elimata; eademque cum *ſcopo* & *ſerie* ſatis conjuncta. Horum pars obverſata III. *Grot.* XVI. *Quod omnes res compoſitæ in ſua principia redeunt*, *in-*

23 Deus intelligit viam ejus; & Ille novit locum ejus. | 23 אלהים הבין דרכה והוא ידע את־מקומה׃

24 Nam | 24 כי־

gens eſt Sapientiæ Divinæ teſtimonium. Nempe *perditio* magis quadrare videbatur in *deſtructionem & diſſolutionem rerum*, quam *in earum conditionem informem*, vel *Nihilum*, antequam producerentur, & informarentur. Cl. *Schmidz.* XVII. *Cocceji* fere ſententiæ inſiſtens, *eductionem rerum e Nihilo ad exiſtentiam*, proponi cenſet ut *argumentum validiſſimum ſapientiæ, potentiæ, & virtutum Divinarum, quatenus tranſitus ille* a Nihilo ad Eſſe *infinitus, nonniſi infinita vi præſtandus.* Aliquid ab his omnibus diverſum, & acute cogitatum, exhibet *Epiſc. Elienſ.* XVIII. *Mors optima eſt informatrix, & ſepulcrum unicus locus, ubi aliquid de ea* ſapientia *diſcere nobis liceat. Sed omne illud quod nobis hæc duo narrare poſſunt (quod tantum a plena enarratione abeſt, quantum rumor a certa cognitione) eſt, brevi omnes ad æqualem conditionem* mortis *fore redigendos; quando ſane non magni fuerit momenti, felicesne fuerimus, an infelices.* Hæc in ſe ſpectata, pulcherrima: ſed ſeriei minus apta; nec ad præſentem *Jobi* adfectum. Eſt & hoc probe notandum, formulam *Auribus noſtris audivimus auditionem ejus*, non *minuere*, ſed *augere*, & *diſtinctam* potius *perceptionem* inferre. Illuc certe tendunt loca *Job.* 42: 5. & *Pſ.* 18: 45. & *Eſaj.* 66: 19. *Nah.* 3: 19. *Hab.* 3: 1. Adde *Joſ.* 9: 9. ubi non ſane *tenuis auditio*, quamvis *e longinquo ad aures allapſa*, ſed *fortiter feriens*, ac *terrorem incutiens.* Item *Joſ.* 6: 29. *Jer.* 6: 24. & 50: 43. Ad eam rationem graviſſime & heic, XIX. *Perditio & Mors dicunt, Auribus noſtris intonuit, atque etiamnum intonat, ejus imperioſa, & potentiſſima vox, ex immenſo intervallo ad nos allapſa, qua ſentimus, experimur, ſcimus, Sapientiam habitare in Excelſis, eamque poſſideri ab Eo qui in Æternitate reſidet, æternus ipſe & infinitus.* Secundum hunc adſpectum *Perditio* & *Mors* introducuntur ut *perſonæ Auribus* & *Lingua præditæ*; quæ & ſciant ubi habitet *Sapientia*, & Ejus *ſedem* ac *Fontem* homini indicare queant, ſi modo has *Duces* & *Doctores* non recuſet. Hanc ſublimem *Proſopopœiam* nunc a Noſtro conceptam, dubitare nequeo: ſed ambiguus adhuc ſum quid per *Abaddon* & *Maveth* intelligendum habeam. *Nihilum & Materia informis*, 1. præbent quidem contemplationem plane admirabilem, quatenus ab iis tunc *Sapientiæ* ſummæ *vox audita*, quum *Deus vocaret ea quæ non ſunt, ac ſi eſſent*: ſed cum ſubtilius eſt, tum audacius, *Abaddon* convertere in *Nihilum*, & *Spacia imaginaria*, quæ Docto *Italo* eleganter *Immenſi Campi del Nulla.* Quod III. *Grot.* 2. convenientius ad naturam vocum dedit, *num.* XVI. eſt id quidem aliquid, ſed granditatem hujus *Proſopopœiæ* non explet. Dicamus ergo 3. *Perditionem* & *Mortem* eſſe id quod vocabula illa ſuo ſono adferunt, *deſtructionem* & *diſſolutionem* rerum tum *animatarum*, tum *inanimatarum*, quæ arguit, eas omnes non *a ſe* eſſe, ſed ab *Alio*, *e Nihilo* juſſu Omnipotentis *evocatas*, atque a nutu & Numine Ejus ita dependentes, ut ne ad momentum quidem *durare* ac *ſubſiſtere* valeant, Deo manum ſuſtentatricem ſubducente, ac ſpiritum vitæ retrahente. Hoc pacto revera *Perditio* & *Mors* teſtimonium publicum ferunt, & alta voce clamant, penes *Deum tremendam* eſſe *Majeſtatem*, Eique ſoli *Sapientiam eſſentialem* competere, quæ ut *infinita*, ita a *finitis creaturis* ne *concipi* quidem, nedum *capi* queat. Sequentia hunc adſpectum unice commendant. Non poſſum tamen quin locum XX. concedam ſenſui haud inconcinno, quem *Syrus* & *Arabs* amplexi, cum propiore nexu *Vſ.* ſeq. ubi *Perditionem* & *Mortem* adhuc *loquentes* concipiunt, & *profitentes*, Deum *ipſis notam feciſſe viam ſapientiæ* &c. Et his Interpretibus formula *Auribus audivimus auditionem*, non *minuit*, nec *negat*, ſed diſertim *confirmat*, atque *Divinitus* illas *edoctas* inſinuat, *ubi* & *quid* ſit *Sapientia*, ad eam Hominibus demonſtrandam, & commendandam. Si *Sapientia Vſ.* 20. ſit *una eademque* cum *Timore Domini Vſ.* 28 nil rotundius, aut grandius, dari poſſe exiſtimem; ſive *Perditionem* & *Mortem* ſumamus, de *Diſſolutione animæ & corporis*, cum *putrefactione* in *ſepulcro*: ſive etiam *mortis æternæ horrores* ſimul aſſumamus: utrumque nempe tremendam penes Deum Majeſtatem eſſe clamans, Ejus religioſum metum cunctis incutit & inſcul-

ſculpit. Quomodo ad hunc ſenſum ſequentia diſponenda eſſent, ſigillatim indicabitur.

Verſ. 23. Ad mentem iſtam *Syri* & *Arabis* I. continuatur *concio*, ut ſic dicam, *pœnitentialis Perditionis & Mortis*, ſignificantium Deum *ipſis notam feciſſe viam Sapientiæ*, quippe qui ſolus *Locum* ejus *noſcitet*, atque *indicare queat*. In הבין pro *declarare*, *notum facere*, nihil duri, vel inuſitati: ſed לנו addendum fuiſſet, ad hunc ſenſum conſtituendum. Ellipſis interim tolerari poſſet, ſi cetera hunc nexum poſtularent. Etiam ex *Hebræis* & *Chriſtianis* nonnulli II. paulo aliter continuant, ut *Perditio* & *Mors* teſtentur, *Solum Deum intelligere viam Sapientiæ* &c. Doct. *Merc.* III. mavult eſſe *ſubjectionem*, qua ipſe *Jobus* ſubdat mox, *Solum Deum intelligere viam* & *rationem Sapientiæ*: vel *viam qua ad eam perveniatur*; quippe quæ *penes ipſummet reſideat*, atque *in Ipſius mente inveniatur*. Addit, *Non quod non in hominibus etiam inveniatur, ſed quod neget natura in illis inveniri* &c. *Ex gratia videlicet eſt, non ex natura, & de ea quantum vult, & quibus vult, diſtribuit, atque communicat*. Monet quoque, quoſdam *Hebræos* pro הבין legiſſe הכין *Deus aptavit viam ejus*. Nempe abſonum videbatur, *Sapientiam* quodammodo poni *extra Deum*, ſi dicatur *Viam ad Eam intelligere, & ejus Locum noviſſe*. Hoc etiam *Mercerum* movit, ut דרך *viam* per *rationem* exponeret primo. Secundum tamen haud dubie rectius, quia *via*, & *Locus*, ſibi invicem reſpondent. Hoc interim plus difficultatis trahit, quam vulgo ſentitur; & Cl. *Schmidium* pertraxit ad interpretamentum valde frigidum, *intelligit viam & noſcit locum ejus, ad dandum eam hominibus*. De eo mox plura. Cl. *Cocc.* anſa hinc porrecta IV nimis ſublimia captaſſe videtur. Ei *Deus novit viam Ejus*, eſt, *unde veniat, & qua, & quo. Novit enim Deus a ſe egredi Sapientiam, & in carne venire ad homines* Vides ad *Sapientiam Hypoſtaticam Filii* textum a magno Theologo referri. Idem in altero obſervare eſt; nam, *Novit Locum ejus*, exponitur, *Novit Sapientiam implere omnia, & nec Cœlo, nec terra, capi: eſſe apud Deum, imo in Deo, & Deum*. Hunc *Myſticum* & ſublimiſſimum *Sapientiæ* uſum *Jobo* nunc directe obverſatum dicere non auſim: & tamen *Sapientiam* quatenus *ea in Deo reſidet* ut *attributum eſſentiale*, ſpectandam eſſe, haud negarim. Negat Cl. *Schmid.* V. contendens agi de *communicata ſapientia*, ſenſumque ita conſtituens, *Solus Deus intelligit qua via homines ad Sapientiam pervenire poſſint, & ubi illam inveniant. Via autem illa eſt, ut accedatur ad Deum, apud quem eſt Sapientia*. Scopus non recte fixus, irritum parit jactum. Vir Doctus ait *Jobum* oſtendere, *ſe ad impietatem prolabi nec debere, nec velle: quia ſola pietas vera ſapientia*. Si hoc verum, jam nimis Rhetoricatus fuerit Noſter, qui *pietatis* ſibi *ſuæ* conſcius utique, non dixiſſet, *Sapientiam in hoc Mundo nuſpiam reperiri*, & *aditum ad eam omni viventi præcluſum*. Ut aliquid lucis VI. infundam loco, qui quamvis *lucere* videatur, revera *obſcurus*, obſervo, omnino continuandam *Proſopopœiam* inſignem *Vſ.* præc. ſuſceptam *præter* omnem *expectationem*, & ſingulari plane, ac *paradoxo* quaſi, *Schemate*, non tam cito poſſe finiri, quaſi vel per *ſubjectionem* ut *Merc.* vel per *concluſionem*, ut *Schmid.* volebat, plenius *edoceatur*, quod *Perditio* & *Mors docere* non poterant; ut pote ad quas *vix tenuis famæ aura*, de ſapientia, *eſſet perlapſa*. Imo vero *Perditio* & *Mors* hic tum *bene inſtructæ*, tum *inſtruentes*, & *docentes* inducuntur; earumque *Sermo* ad finem uſque Capitis propagatur. Senſit *Cocc.* monens *omnia eſſe jungenda tanquam unius Proſopopœiæ verba*. Hæ jam *Monitrices* mortalium, figura decentiſſima, *Sapientiam* quoque *perſona* conveſtiunt, eique *Locum* & *Sedem* aſſignant, ubi *ſuis opibus beata Domina habitet*. Quum autem *Deus* dicitur *intelligere viam Ejus*, i. e. *aditum* & *acceſſum ad eam*; & *noſſe Locum ubi diverſetur*, per משל *figuratam orationem*, more Orientalium, inſinuatur, *Solum Deum poſſeſſorem eſſe Sapientiæ*, *neque eam a quoquam alio attingi*, nedum *capi*, ac *poſſideri*. Vides *Sapientiam* nec eſſe *pietatem* illam, pro qua tendebat *Schmid.* nec etiam *perſonalem* illam ſive *Hypoſtaticam Filii*, quæ *Cap.* *Prov.* 8. tam magnifice delineatur, ſed eſſe eam quam *Deus Triunus* poſſidet *ſupremam Sapientiam*, cujus *ſcintillæ*, & *radioli*, tantum, ab *intelligentiſſimis creaturarum*, *ad menſuram gratiæ*, *virtutis*, & *perfectionis*, ipſis impertitæ, *capi*, & *poſſideri* queant.

Verſ. 24. Ad rationes *Syri* & *Arabis* I. *Perditio*

24 Nam ille ad fines terræ aciem vibrat; quod ſub univerſo cœlo videt.

25 Quum faceret vento Libramentum; & aquas appenderet ad dimenſionem.

26 Quum

24 כי־הוא לקצות־הארץ יביט
תחת כל־השמים יראה:

25 לעשות לרוח משקל ומים תכן
במדה:

26 בעשתו

ditio & *Mors* pergunt, & indicant, Deo in facili fuiſſe, & *cognoſcere Locum Sapientiæ*, & *notam facere ipſis viam ejus*; eo quod *oculus* ejus *terras* & *cœlos circumluſtret*. Id jam paulo coactius, ſi *ſapientia* hic ſit *Timor Domini*. Cl. *Schmid.* II. difficultatem eſſe in *nexu* agnoſcens, ad ſuam mentem ita hæc inflectit, *initium viæ ad pietatem eſſe contemplationem operum Dei in Natura*, & *ex eo quod Deus omnia videat ad fines terræ*, *ut faciat vento pondus*, & *omnia potenter gubernet*, *diſcere hominem*, *timorem Dei eſſe veram Sapientiam*. Hæc in ſe non nimis limpida, pulcherrime nexam ſeriem conturbant, ex qua liquet, *rationem* reddi, *cur Deus ſolus viam Sapientiæ intelligat*, quia nempe *pollet oculo cuncta penetranti*, & *complectenti ſimul*, *ac ſemel*, *uno*, *quod dicitur*, *ictu*. Hoc voluiſſe putem & *Mercerum* III. qui extra *Proſopopœiam* ſic exponit, *Ex rebus creatis probat* Jobus *Dei Sapientiam: & primo quidem ex amplitudine providentiæ & potentiæ*, *quæ ad fines ultimos terræ & Cœlorum ſeſe extendit*, *ipſum ſolum viam ſapientiæ noſſe*, i. e. *eam cognitam & perſpectam habere*, *demonſtrat*. Ad eam rationem plerique: niſi quod *Epiſc. Elienſ.* IV. maluerit, *Nam quis gubernare poſſet mundum*, *quam Ille*, *cujus intelligentia infinita eſt*, *videns omnem motum Creaturarum ab una extremitate ejus ad aliam?* Hoc paululum abit. Longiuſcule deflexit de *Pined.* V. hæc & ſequentia ſic connectens, *Fidendum eſt Deo docenti*, *non eſſe Sapientiam ſublunare*, *aut terrenum*, *bonum: nam Ille*, *utpote Creator univerſorum*, *novit quid Cœlorum ambitu & terræ finibus. continetur: cujuſque valoris ſit*, *quicquid ſub cœlis*, *exploratiſſime videt*, *librans quippe & ponderans omnia*, *quantumvis leviſſima*, *cujuſmodi venti*, & *ſtillæ imbrium*. Hæc undique nutant. Non agitur amplius de *valore Sapientiæ*; multo minus *teſtis Deus* citatur, *librans* etiam *leviſſima*. Mitto in *Philoſophiam* peccari, quæ *aquam* ſemper *graviſſimam*, *aërem* quidem olim *levem*, nunc vero *gravem* docet. Cl. *Cocc.* VI. *Proſopopœiam* continuans hoc *Vſ.* & ſeq. ex *Opere Dei* probari cenſet *Eum eſſe ſapientem*, atque adeo *in Sapientia*, & *in verbo ſuo*, *omnia condidiſſe*, & *gubernare*, *eo quod ventis pondus*, *aquis libramentum*, *imbribus modum*, *fulguribus curſum*, *præſcripſiſſe reperiatur*. Speciatim vero ſic adſtringi putat, quod præceſſerat, *Deum noſſe Sapientiam & Locum ejus*, *quia* ſcil. *hæc non fiunt a Deo*, *quin ſit eorum cauſa Exemplaris in Deo*. Id redit ad *Sapientiam Hypoſtaticam*. Ei tanto opere hic inhæſum nollem, nam inde ad *Vſ.* 27. nimiæ ſubtilitates exiſtent. Sunt & alia incommoda. Quid nobis ſedeat VII. jam ex parte indicatum. *Proſopopœiam* omnino retinendam duco. Inducitur autem Deus, non indecenter, a *duabus Magiſtris* hiſce, *Perditione*, & *Morte*, tanquam *fulmineo* ſimul & *immenſo oculo præditus*, ac *proinde ſolus aptus*, venia ſit phraſi, *ad Sapientiam cum inveniendam in ſua ſede*, *tum comprehendendam*, & *pro legitimo peculio ſibi vindicandam*. Abſonum dices, *Sapientiam a Deo inveniri*, & *occupari*, *quum in ipſo reſideat*, & *ex ipſo emanare debeat*, *tanquam perenni ejus fonte*. Eſſet ſane, niſi משל *figurata oratio* tales fictiones captaret, & quivis ſtyli illius non ignarus, ſtatim ſentiret quorſum hæc tendant. *Illuſtri* nempe *Schemate* ſic pingitur, & ſub conſpectu, etiam rudiſſimorum, ponitur, *Deum eſſe infinitum*, *cujus oculus cœlis ipſis patentior*, & *ictu fulmineo potentior*, *cuncta ſimul & ſemel comprehendat: ac proinde Eum ſolum Sapientiæ capacem*; *quippe quæ abſoluta & perfecta eſſe nequeat*, *niſi omnia quæcumque ſunt*, *fuerunt*, *erunt*, *clariſſimo in lumine collocata pateſcant*, *atque uno ſimpliciſſimo actu Intuitionis præſentia ſiſtantur*. Huc facit ver-

verbum יביט, quod cum יראה conjungendum, ut ad utrumque membrum vis utriuſque pertineat, in hunc ſenſum, *nam ipſe vibrantiſſima*, ſive *intentiſſima*, *acie*, *Cœlum ſimul & terras*, uno quaſi nictu, nunquam connivo, aut remiſſo, *circumluſtrat.* הביט proprie *tremulum vibrare*, *vibrantem* oculi *aciem intendere*, ἀτενίζειν, unde יביט יראה ἀτενίζει ὁρᾶ, quam ſtructuram dabit *Pſ:* 22: 18.

Verſ. 25. Magis hiare incipit I. quod *Syrus* & *Arabs* ſecuti, vertentes, ܕܥܒܕ *qui fecit*, الـذي جـعـل &c. &c. Cl. *Schmid.* II. etiam non ſine hiatu, *ut faciat vento pondus*, & ut *aquas diſponat menſura.* Redeatur ad *num.* II. *Vſ.* præced. ubi connexio plenior ad Viri Docti mentem propoſita. Conſimiliter *Merc.* III. dat, *Ad faciendum*, ſive *ut faciat vento pondus* &c. alium tamen ſequens nexum: *Quum ventus & aër ſit leviſſimus, & omni pondere careat, Deus tamen illi pondus facit, quum ſuum vento cuique modum & rationem præſcribit, quo tempore, & quo velut pondere*, i. e. *qua vehementia & impetu ſpiret* &c. Hæc ita ligat: *Pergit oſtendere Deum in prima rerum creatione omnia feciſſe ſumma Sapientia, ut non in alio quam in Ipſo ſit quærenda.* Poſteriora hæc a *Scopo* non abeunt: in prioribus *Philoſophia* non agnoſceret amplius *aërem omni pondere carentem.* Doct. *Niewent.* IV. hunc locum adducit, ad comprobandum, *Gravitatem aëris*, quem tot ſecula *leviſſimum* credidere, *Jobo* tamen θεοπνεύστῳ notam fuiſſe; ita vertens: *Quum faceret Aëri pondus*, vel *Libramentum.* Sane & *Jun.* ac *Trem.* habent, *Aptando pondus aëri*; ſed *gravitatem illius elementi* hic directe intendi, non eſt veriſimile, quum *Oeconomia* loci aliud quid exigat, nempe *Librationem exactiſſimam*, qua vel *Aëri*, jam, ſi placet, vel *vento*, quibus nihil videtur *liberius*, & *ſolutius*, ſuus *ordo*, *modusque*, ita præſcriptus, ut ne *tantillum* quidem *leges* ipſis *datas* poſſint tranſſilire. Hoc adſpectu exiſtimem *ventum* adhuc plenius quid dare, quam *Aërem*; nam ſi *aër fluidior* videri queat, quam ut ne minimum quidem fines ſibi circumdatos excedat, *ventus* qui *aër impulſus*, multo magis adhuc eoſdem tranſabire deberet, niſi *Librator exactiſſimus* ei præſideret, qui omnem ejus motum, curſumve, leniorem, rapidiorem, procelloſum, nutu nunquam fallente temperaret, atque moderaretur. Cl. *Cocc.* ergo V. ad rem: *Flagellari aërem, & in hanc illamve partem, pro ratione temporum, & animalium uſu, continuis ictibus impelli, levius, graviusque, incumbere, certis per annum varietatibus regi, nonne Sapientiæ artificium eſt?* Eadem ratione Doct. *Belg. Patric. Crinſoz. Scheuchz.* qui præſertim conferendus, ad משקל *libratiſſimam* illam *rationem venti*, quam Deus omnibus terris pro ſitu, & conditione ſua, aſſignavit, accuratius percipiendam. Cl. *Schmid.* id ſequens quod in *Merceri* expoſitione ſupra tetigimus ut minus exactum, *vento pondus factum* dici putat, eo reſpectu, *quod rebus incumbat quaſi, tanquam pondus, & arbores ac plantas incurvet* &c. Ita quidem *Plin.* L. 2: 48. dixit, *ventos majore pondere incurſuque illatos, ſi late ſiccam nubem ruperint, procellam gignere, quæ Ecnephias Græcis.* Sed facile apparet Noſtrum omnes omnino *ventos*, *maximos*, *minimos*, complexum; ac proinde nihil aliud quam *elibratiſſima ratio* eorum hic attendi poteſt. Necdum interim diſcuſſum, quo *nexu* ſubditum illud לעשות, ſitne *ut faceret*, vel *quum faceret*, cum reflexu ad *primam creationem* ut *Merc. Belg.* &c. an potius *ut faciat*, ad *gubernationem* cum *creatione* includendam, quod urguet Cl. *Schmid.* & *Coccejo* quoque placitum. Mihi VI. *Quum faceret*, feriei, & *ſchemati* ſimul, accommodatius videtur; nam ad *primam creationem* adſcendi, patet ex *Vſ.* 27. ubi Cl. *Schmid.* ad ſuam illam rationem τὸ אז *Tunc*, nec non reliqua verba, dilutiſſime exponere coactus fuit. Ex noſtra mente repræſentatur *Deus* ſolus *idoneus Sapientiæ poſſeſſor*, per *Proſopopœiam* continuatam, ut *Qui in Creatione Mundi* oſtenderit *ſe habere oculum omnia ſimul & ſemel contuentem, atque infinita penetratione pollentem, ventos exactiſſima ratione elibrando, & aquas ad menſuram appendendo; iis legibus & regulis motuum ordinatis, quas ne tantillum quidem egredi valeant.* Non excludo ergo *Gubernationem*, ſed *Creationi* principem locum aſſigno, atque agi exiſtimo de *Sapientiſſimis* illis, & omnem *captum humanum tranſſcendenti-*

26 Quum faceret pluviæ ſtatutum; & viam coruſcationi tonitruorum.

26 בעשתו למטר חק ודרך לחזיז קולות׃

27 Tunc vidit eam, & recenſuit eam; conſummavit eam, atque etiam perveſtigavit eam.

27 אז ראה ויספרה הכינה וגם־חקרה׃

28 Et

28 ויאמר

tibus regulis motus, ſecundum quas ipſi quoque *venti*, *aquæ*, *imbres*, *fulmina*, *ire* coguntur. Hæc qui præſtare potuit, ille demonſtravit, ſe *ſcire* ubi *habitet Sapientia*, omnemque ejus *vim*, & *efficaciam incorruptibilem*, infinita mente eſſe complexum: de quo ad *Vſ.* 27. plura.

Ibid. Verbulum debetur poſtremæ phraſi, exquiſitiſſimæ ſane, & ex intimo Naturæ ſinu depromtæ: *Aquas appendere menſura.* Ita *Merc. Cocc.* &c. Miratur *Schmid.* & præfert *aptare*, *diſponere*; quod מדה *menſura* ſit adjecta. Exiguum diſcrimen dices; ſed eſt grandius, quam prima fronte apparet. Si *Schmid.* ſequare, ſimplicem habes *figuram*, qua *Aquæ*, *Maria*, *Flumina*, *Fontes*, intra certam *menſuram* dicuntur *fluere*, quam ipſis *admenſus* Deus. Si *Merc.* & *Cocc.* geminata exiſtet figura, quæ ſimul *Librationem exactiſſimam* inferat, qua aquarum infinita illa vis, & moles, conſtantiſſime *Æquilibrium* ſuum ſervat, ad *Legem altitudinis* omnem ſuum motum, fluxumque, conformare coacta. תכן pro *Librare* nollem in dubium revocaſſet Vir Doctus. Speciatim eſt *exigere & examinare ad libellam*; unde *Pſ.* 75:4 *Ego* תכנתי *libravi*, *ad libellam exegi*, *columnas ejus.* Huc reſpici, ſubtiliſſime conjectum ab Eximio Philoſopho in *Contempl. Mund.* p. 819. 820. ubi etiam obſervat מדה *menſuram* aliquando notare *altitudinem.* Ut hoc ipſum clarius evadat, moneo מדד proprie eſſe *tendit*, *extendit in longum*, *latum*, *& profundum.* Inde transfertur non ad *menſurationes liquidorum*, ſed ad *dimenſiones corporum* triplici hoc reſpectu. Admirabili ergo venuſtate, & luce, figuratum, *Librare aquas dimenſione illa triplici*, *ad omnem proportionem æquilibrii*, *quam ſemper & ubique obſervare cogantur.*

Verſ. 26. Paucis חק *ſtatutum datum pluviæ*, haud dubie eſt *Lex*, & *Modus*, quem egredi nequeant *aquæ Cœleſtes.* Concinne *Cocc. Pluvias vel pſecade rorare*, *vel guttis ſtillare*, *vel imbre fundi*, *cujus aquilegis ingenium*, *niſi Divinæ rationis eſt*? Habes ſub conſpectu, quæ hic dici, vel cogitari, poſſunt. Sequens חזיז aliis ſonat *nubem*, aliis *nimbum*, vel *procellam*, aliis *fulgur.* Cl. *de Dieu* prius, non ſine optimum, elegit, *nubem tonantem* reddens; & adducens *Æthiop.* אחזז. *rigavit.* Plerique *Fulgetrum* tenent a חזה *vidit*; ut הגיג *meditatio* ab הגה. Id merito ſuſpectum. Cl. *Crom.* monens in *Lex. Opit.* conferri حز *ſecuit*, & خز *confodit*, *transfixit*; ipſe adfert حس *occidit*, *internecione delevit.* Id longius abit. Teneo, quod ad *Cap.* 38: 25. olim dedi, eſſe *fulgur coruſcum*, *& crenatim* quaſi *inciſum.* ex حز. *Origines* id firmabunt. *Aſyndeton*, quo nonnulli volunt, *viam fulgetro*, *tonitruis*, haud placet. Rectius plerique *coruſcationi*, vel *fulguri tonitruorum.* Intelligeſis *quod ignium tonitrua comitari*, *interque nubes cum fragore colliſas*, *elidi* ſolet: *via* profecto *libratiſſima* item, atque ad *Regulas motus*, in *Elemento* omnium *rapidiſſimo*, exacte conformata. Reliquam Lampada *Philoſophis* trado.

Verſ. 27. Inſignis *Apodoſis*, & concluſio, ad ſuperiora. Ex mente *Syri* & *Arabis* I. qui duas *Magiſtras* ex *Vſ.* 22 adhuc loquentes concipiunt, *Deus Sapientiam vidit*, *declaravit*, *conſtituit*, & *inveſtigavit*, *orbem terrarum* con-

28 ויאמר לאדם הן יראת אדני היא חכמה וסור מרע בינה׃

28 Et dixit homini, en timor Domini Sapientia; & recedere a malo prudentia.

condens, quum ſimul *conſtituit*, atque *Homini edixit*, *Timorem Domini Humanæ Sapientiæ* eſſe *ſummam*. Habet, quod prima fronte blandiri queat. Simile quid exhibet *de Pined.* ſed paulo confuſius: *Cum certis Legibus univerſitatem creaturarum a ſe conditam conſtringeret Deus*, *in eam potiſſimum Sapientiam & Legem reſpiciebat*, *qua hominem eſſet gubernaturus*, *& quam oportebat hominem ſervare* &c. &c. In vicinia Cl. *Schmid.* II. niſi quod ad *præſens* omnia revocet, *Tunc videt illam*, *& enarrat illam* &c. *Et dicit homini* &c. Contendit, *Deum* dici *videre*, *enarrare*, *aptare*, & *inveſtigare ſapientiam*, non *ſibi*, ſed *nobis*, in hunc ſenſum: *Quando Deus mirabilia ſua facit*, *in vento*, *in aquis* &c. *tum reſpicit tanquam finem operum iſtorum*, Sapientiam pro nobis; *tum ipſo opere eam enarrat nobis*; *tum parat eam pro nobis* &c. *tum inveſtigat etiam eam pro nobis* &c. &c. Multis difficultatibus ſibi, hac via, exſolutus videtur Vir Doctus. Non omnibus idem viſum iri putem. *Merc.* III. non rotundiſſime, quamvis propius ad rem, & ſeriem, *Tum*, *quum hæc admiranda ordinaret*, *vidit eam Sapientiam* q. d. *contemplatus eſt in eam*, *ut ex ejus præſcripto omnia faceret* &c. Item, *enarravit eam.* q. d. *declaravit*, *& manifeſtavit*, *quæ ante velut occulta erat in mente ejus: tunc* enarravit eam, *vel Angelis ut Chald. vel Hominibus. Vel potius figurate*, enarravit, *quia materiam* enarrandi eam *præbuit* &c. &c. Item, *aptavit eam*, *ut ſcil. res omnes ea aptarentur ea qua ſunt elegantia formæ & figuræ. Quinetiam inquiſivit*, ſeu *ſcrutatus eam eſt:* q. d. *Abſolutiſſima ſapientia quaſi diu perveſtigata omnia effecit*, i. e. *perfectiſſima.* Eſt aliquid in his membris ſic expoſitis minus aptum, & teres. Adfine, quod dat *Epiſc. Elienſ.* IV. *Quumque hæc omnia ordinaret*, *placebat ſibi in Sapientia*, *quam in operibus ſuis videbat*; *eamque manifeſtam & viſibilem reddidit*; *ac ſimul perpetuas eſſe leges ejus juſſit*, *propterea quod nihil in ea deficere*, *poſt exactiſſimum ſcrutinium*, *reperiebat.* A *Scopo* nonnihil deflexum. Cl. *Cocc.* V. ſublimius ſcandit: *Comprehenſio ſapientiæ*, *quæ Deo*, *Patri* ſcil. *aſſignatur*, 4. *modis explicatur.* 1. vidit eam, *ut cauſam exemplarem*, *omnis enim productio*, *in quocunque gradu Entitatis*, *eſt vel ſimulacrum*, *vel umbra*, *vel veſtigium*, *generationis & productionis æternæ Filii ex Patris Eſſentia.* 2. Et recenſuit eam, h. e. *omnem ejus* ποικιλότητα *in Conſilio concepit & complexus eſt.* 3. Et conſtabilivit eam, *Filium præordinans Exſecutorem omnium conſiliorum*, *Caput electorum*, *Judicem omnium* &c. 4. Et perveſtigavit eam, *quod de unione perſonarum in unitate Eſſentiæ*, *& mutua* περιχώρησιν, *ac immenſitatis commenſu*, *accipere*, *nulla nos prohibet ratio.* 1 *Cor.* 3: 10. Nimis acumini indultum a Magno Theologo. Noſtra ratio, quam univerſum Schema mihi ſimpliciter ſubjicit, ſic habet VI. *Perditionem* & *Mortem*, ex *Perſonarum* ill*a fictione*, quam ad finem uſque pertexi diximus, teſtari, *Numen* illud *Tremendum*, quod *ex Nihilo omnia producere valuit*, *atque etiamnum ſuſtinet*, *ac gubernat ſapientiſſime*, *ſolum capax repertum*, *quod & Sapientiam incorruptibilem in ſua ſede oculo inconnivo intueretur*, *& omnem ejus vim*, *atque efficaciam immenſitate ſua complecteretur.* Recorderis velim, eſſe משל *parabolicam repræſentationem*, per quam, ad genium Orientis, ſumma venuſtate ob oculos ponitur, ut jam aliquoties inſinuatum, *Sapientiam ſolidam non niſi abſoluto rerum Domino*, *& Creatori*, *convenire.* Ad ſingula verba paucis. 1. *Vidit eam*, eſt, præter alia, quæ omitto, *Ejus pulcherrimam faciem ſolus videre valuit.* 2. *Recenſuit eam*, quomodo verti poſſe monuit & *Merc.* commodius, quam *enarravit*, vel quam, cum Hebræis, *deſcripſit eam* בספר *in Libro*, quod nimis argutum. *Recenſuiſſe* autem dicitur Deus *Sapientiam*, tunc quum Orbem conderet, quod omnes *numeros*, *rationes*, & *ſummas ſummarum* Ejus, *numeratiſſimas ſibi eſſe* eo ipſo oſtenderit. 3. *Aptavit eam*, rectius putem ἠκρίβωσε αὐτὴν *accuratiſſime inquiſivit*, vel *perquiſivit eam*, ut 1 *Sam.* 23: 22 Poſſis quoque, *exactiſſimam* & *ſolidiſſimam* ejus *ſummam ſubduxit.* 4. denique, *perſcrutatus eſt eam*, valet, *ejus abditiſſimos* & *profundiſſimos ſinus pertentavit. Immenſitatem Sapientiæ immenſus æquavit.* Laudandus mihi Doct. *Crin-*

ſoz. qui ad hanc ferme rationem feliciter & rotunde dedit, *Tunc Sapientia præſens eſt oculis Ejus; diverſos ejus calculos cernit; eoſdem inter ſe comparat; eandemque ſequitur in combinationibus ſuis, & profundiſſimis intentionibus.* Muta *præſens* in *præteritum*, & habebis quod *Schemati* noſtro examuſſim reſpondeat.

Verſ. 28. Ad calculum *Syri* & *Arabis* I. jam tandem ediſſeritur quænam ſit illa *pulcherrima* & *pretioſiſſima rerum*, illa *admirabilis Sapientia*, nempe *Timor Domini.* Doct. *de Pined* cum ſuperioribus hoc ipſum ita contexuit; *Non exigit Deus ab homine, ut vel terras pervagetur, vel maria tranſcurrat, vel reconditos ſinus eorum penetret, ſi diteſcere velit opibus Sapientiæ; ſed tantum, ut quam ille commonſtrat Sapientiam, amet, & Numen cognitum veneretur, ac colat.* Laudat *nexum Vatabli*, illud *Et dixit*, ſic aptantis, *Dum hæc faceret Deus viſus eſt quaſi dicere homini, quid eſſet vera Sapientia, videl. Cuſtodia Divinæ legis.* Idem urguet Cl. *Schmid.* II. *Hoc dicere non eſt oris ſed operis. Deus nempe iſta opera homini proponendo, quaſi* dicit *illi*, *Ecce Timor Domini eſt Sapientia.* Addit, *Jobum ſic abſolvere argumentum ſuum alterum, quare non deſerturus ſit Deum, & ad impietatem declinaturus: nim. quia non poſſit alibi invenire, nec aliunde conſequi veram ſapientiam, niſi a Domino, cujus Timor ſit ipſa illa vera Sapientia.* Dilute. *Merc.* III. *Quum res omnes per hanc* Sapientiam *conderet, tunc velut monuit hominem.* Ecce &c. q. d. *Admonuit eum, nihil eſſe quod curioſius ſingularum rerum cauſas inquireret, & occulta Dei judicia ſcrutaretur.* &c. Applicat ſpeciatim, ad Quæſtionem, *cur bonos adfligat* Deus, & *malos proſperet.* Similiter *Jun. Piſc. Belg. Patric. Crinſoz.* &c. Sublimius iterum, & ſubtilius, Cl. *Cocc.* IV. *Habuimus præc. Vſ. Sapientiam eſſe a Deo, apud Deum, æqualem Deo, & per Ipſam eſſe omnia. Hoc Vſ. oſtenditur, Eam eſſe & Lucem, quæ exſplendeſcat ex ſecreto Divinitatis, ad illuſtrandum tenebras* Perditionis & Mortis, *ſive ad impertiendam ſui unionem & communionem* &c. *Clarum igitur, quomodo* Perditio & Mors *dicant, Deum homini dixiſſe: quia illa* ἰδίκα, *quatenus eſt in homine, ſive etiam imago Dei in homine* τῷ μηδὲν ὄντι *atteſtatur, eum ad Sapientiæ communionem inter omnia animalia deſtinatum* Dixit *ergo* Deus, 1. *in conſcientia hominis, quia rectum eum fecit;* & *in peccatore non plane ſinit extingui conſcientiam.* 2. *quoties aliquid mandavit; cum promiſſione boni, aut comminatione mali.* v. g. *non edes de arbore.* Timor Domini *autem eſt* Sapientia 1. *quia eſt medium, per quod Sapientia ad nos venit, ut uniatur nobiſcum, & habitet in nobis.* 2. *quia eſt imago & ſimilitudo Sapientiæ. Uti enim Filius, æterna Sapientia, gignitur a Vero Bono, & adhæreſcit illi; ita* timentes Deum *ab illo illuminantur, & ad Eum converſi affixique ſunt. Uti Filius, quanquam æqualis Patri, tamen ordine eſt ſecundum Patrem in ſubſiſtendo & operando, ita homo in unione Dei ſervat locum ſuum, qui eſt ſervi, eique ſe adjungit ut Domino* &c. &c. Hæc in quibuſdam partibus *Hypermyſtica*, quæ prudens Lector diſcernet. Noſtra ratio V. ſic ſimpliciſſime habet, *Perditionem* & *Mortem* graviter introduci tanquam duas *Monitrices*, quæ *mortalibus* inculcent, Deum qui *abſolutam, omnibuſque numeris perfectam, Sapientiam, a ſe* ſolo *comprehendi* demonſtravit in operibus Naturæ, in quibus Divina plane vis, & *immenſitatis viſibilis*, ut ſic dicam, *ſpecies elucet*, ſimul *oſtendiſſe* Homini, ac velut *clara*, & *ſonora*, *voce edixiſſe, Sapientiam* omnem, ad quam *Creatura adſpirare*, & *pervenire*, poſſit, ſitam eſſe in *Reverentia Domini:* ſecundum illam *Gnomen* Scholæ Cœleſtis, ראשית חכמה *Initium Sapientiæ*, imo vero, *princeps pars*, & *vis, Sapientiæ, ejuſque eminens culmen*, eſt, *Timor Jehovæ.* Verum. Quam magis quis colluſtratur lumine Dei, & *Sapientiæ Cœleſtis* fit particeps, tam magis ſubſidit in profundiſſimam *Numinis Sapientiſſimi* venerationem, & adorationem, agnoſcens apud ſe nihil aliud eſſe, quam guttulam ex immenſo Oceano, aut radiolum a Patre luminum ſecum communicatum. Habes, quod ad *Vſ.* 1. inſinuatum, *Num.* XI. *pietatem, eſſe ſummam Sapientiæ, & principium feliciter vivendi ac moriendi.* Hanc unam felicitatis viam *Homini* a Deo datam, commendatamque, appoſitiſſime teſtantur *Perditio* & *Mors*; quod ea deſerta, vel neglecta, neceſſario ad *Perditionem* & *mortem æternam* deveniatur, ut qui *Sapientiſſimus* ſibi videbatur, tandem reperiatur *ſtultiſſimus.* Hæc proſequi, atque ex *rationis*, & *revelationis*, lumine ulterius demonſtrare, ſibi quiſque poterit; nemini enim non *dictum, edictum, inculcatum* Divinitus, atque

vel

vel *ex ſenſu Mortalitatis ſuæ* peniciſſime *inſculptum*, *Timor Domini*, *Hominis Sapientia*, *& recedere a malo*, *illa* demum vera, & ſalutaris, *Intelligentia*.

CAPUT VIGESIMUM NONUM.

Verſ. 1. ויסף איוב שאת משלו ויאמר׃

2 מי־יתנני כירחי־קדם כימי אלוה ישמרני׃

3 בהלו

Verſ. 1. ET perrexit Jobus victricem ſuam tollere ſententiam, dixitque.

2 Quis dabit me, ſecundum menſes antiquos! ſecundum dies *quibus* Numen me cuſtodiebat!

3 Quum

Verſ. 1. Dubitari nequit, quin ad finem perducta ſuperiori Oratione, *Jobus* interquieverit aliquantum, viſurus num quis denuo in aciem cum ipſo deſcendere ſuſtineret. Quum nihil a parte Sociorum, quamcumque tandem ob cauſam, moveretur, Victorem ſeſe iterato inferens Vir Sanctiſſimus, Epinicium, ut ſic dicam, canit, atque omnes prægreſſas Actiones, conteſtationes, querimonias, legitimas fuiſſe, demonſtrare nititur. Eum in finem enarrare incipit ſingulares plane benedictiones, olim Divinitus in ſe collatas, atque congeſtas, tanquam in Virum Dei, & Juſtitiæ, ac Religionis, ſtrenuiſſimum Defenſorem, cum ampliſſima ſpe, & fundatiſſima fiducia, eas uſque & uſque cumulandas fore. Has tamen omnes, qua res, qua ſpes, ita nunc ſibi in perpetuum ademtas, ut ignominiam, & Maledictionem, cumulatiſſimam, tum ab hominibus, tum a Deo ipſo, experiri cogatur, haud ſecus ac ſceleroſiſſimus mortalium, quum tamen *innocentiæ*, & *virtutis conſummatiſſimæ*, teſtes, Deum ſimul, homineſque, habeat; & ad geminum hocce teſtimonium præclariſſima cum conſcientia provocare poſſit, & auſit. Quantum lucis nobis ex *Scopo Jobi* ſic conſtituto adfulſurum ſit, deinceps pateſcet. Quomodo & heic Magni Interpretes lumina ſibi ſua obſtruxerint, alium *Scopum* ultimæ hujus Orationis quærendo, ad *Vſ.* 2. paucis tangetur. De phraſi *Tollere ſententiam*, quatenus *victricem cauſam* infert, redeatur ad *Cap.* 27: 1.

Verſ. 2. Votum hoc in diverſiſſima diſtrahitur. *Merc.* I. *Quis det*, ponat, *me*, *juxta menſes antiquitatis*. i. e. *efficiat ut ſim*, *qualis fui priſcis temporibus* &c. *Non quod ſimpliciter optet ad priſtinam redire felicitatem*, *ſed ut Socios coarguat ex ante acta vita*; *quod nihil in ea egerit*, *unde nunc tam gravia patiatur*. &c. Cl. *Schmid.* II. *ſe vix videre* ait, *quid hæc ſibi velint*; ipſe cenſens *nihil aliud ferre votum hoc*, *quam luctum ex amiſſa felicitate*; *cum quo* tamen *& ſpes aliqua reſtitutionis poſſet conjungi*; *quod nunc* Jobus *ſe ex infirmitate paululum erexerit*. Suppoſitio parum ſolida. *De Pined.* III. nimis ſubtilis, quaſi Noſter, *Amicos videns attentos*, & *tanquam oratione ſua obſtupefactos*, *ſubito recordatus fuerit priſtinæ conditionis*, *& auctoritatis*, *quum omnes ab ore ſuo ſuſpenſos tenebat*, *eorumque animos dictis regebat*. Non longe hinc diſſidet IV. *Epiſc. Elienſ.* *utinam Deus mihi priſtinas redderet fortunas*, *majore cum obſervantia verba mea exciperetis*, *quam nunc*, *ob meas calamitates*, *facitis*. Conferatur *Codurc*: id unice urguens. Cl. *Cocc.* V. votum hoc conceptum autumat, 1. *ut confirmaret*, *quod modo dictum erat*, Timorem Domini eſſe Sapientiam, *ſiquidem ipſe expertus fuerit Deum Amicum & Beneficum timenti ipſum*; *& conſequenter*, *Timorem Dei tanquam utiliſſimum ſibi haud deſerendum*. 2. *ut ſubinnueret mutationem ſui ſtatus eſſe cauſam mutati de ſe hominum judicii*; *qui mox longe aliter judicaturi eſſent*, *ſi in integrum re-*

3 Quum ſplenderet iſta Ejus Lucerna ſuper caput meum: ad Lucem ejus tenebras perambularem.

4 Qua-

3 בהלו נרו עלי ראשי לאורו אלך חשך :

4 כאשר

reſtitueretur &c. 3. *ut indicaret, nihil ſibi præter votum priſtini ſtatus relictum.* Poſteriora duo ſuum habere poſſunt locum: prius non item, nam *Jobus infeliciſſimus* mortalium, non *idoneum ſpecimen* ſane *utilitatis ex Timore Domini redundantis.* Propiori iſti nexui inſiſtens & *Bolduc.* VI. exiſtimat *Noſtrum qui ex tam altis fortunis ad tantam miſeriam deciderat, innocens, ſuo exemplo ſancire voluiſſe, Dei Judicia non curioſe ſcrutanda, ſed cum timore adoranda.* Adfectus *Jobi* hunc ſenſum non admittit. Cum eo etiam vix conciliari poteſt Judicium *Calvini* VII. *Conc.* CIV. *prima ſpecie videtur Jobus deſiderare præteritum tempus, & dolere, quod Deus mutarit ipſius conditionem, & pro eo quod ipſum proſperis rebus florentem reddiderit, nunc eum tam acerbe adfligat. Sed hæc non eſt ejus mens & Scopus. Vult oſtendere, ſi ex rebus externis de ipſo judicandum eſſet, proſperitatis potius ſuæ tempus reſpiciendum fuiſſe* &c. &c. Admitti poſſet, ſi *Cap.* 29. per ſe ſtaret: nunc arctior ejus copula cum *Cap.* 30. 31. aliud exigit. *Piſc.* VIII. cenſet, *Jobum crimine impatientiæ ſemet purgare voluiſſe, depingendo ex quanta gloria & felicitate, ad quantam ignominiam & calamitatem detruſus eſſet, citra culpam aut noxam; ac proinde mirum non eſſe ſi toties in acerbiſſimas eruperit querelas de ſua ſorte.* Id *Adſectui Jobi* rite reſpondere, quivis ſentit. Eſt ergo, ut IX. concludamus, *votum* hocce *indignantis* quaſi, atque *injuriam* ſibi *factam teſtantis.* Dices *indecens*, & *arrogans* nimis. Videtur, ſed non eſt; ſi attendas ad *perſonam* quam Noſter univerſa hac diſputatione ſuſtinuit, *Juſtum* ſeſe, & *Sanctum*, & *Dei reverentiſſimum* non ferens, ſed vincens. Hoc qui evicit, decentiſſime exclamat, *Quis dabit, quis præſtabit, quis efficiet me, ut ſim ſecundum menſes antiquos*, mihi immerenti ereptos. Inſtas, ſic *liberrimæ* Dei *gratiæ* derogari. Bene inſtas, ſed ſimul confirmas expoſitionem noſtram, quæ bona non eſſet, niſi aliquid ei ſubeſſet, in quo *modum exceſſiſſe* Noſter reperiatur; ut merito ei ſuccenſere potuerit *Elihu*, quod *in oculis ſuis Juſtus eſſet*, *Cap.* 32: 1. Ad Linguæ vim obiter notetur, nimis quæſitam eſſe, & duram, conſtructionem *Jun.* & *Trem.* *O ſi quis daret mihi* ut *tanquam menſibus præcedentibus, tanquam diebus* præcedentibus, *Deus conſervaret me.* Torſit eos כימי in *regimine* poſitum, quaſi vox קדם repetenda foret. Rectius ſuppletur *Relativum* אשר, quod ſæpe præcedenti voci addere *formam conſtructam* notum. Poſſis & arctius, ut *Deus cuſtodiebat me*, deſignet *ſtatum illum vitæ, in quo cuſtodiam Dei ſingularem plane expertus fuerat*, cui ימי in *form. conſtr.* elegamter præmittitur; ut in illo אחרי לא יועילו הלכו *poſt non proſunt ambulant Jer.* 2. &c. &c. Id eodem redit. In verbo ישמרני *cuſtodiebat me*, attenditur vel *cura paſtoris*, vel *vigilia excubitoris*, aut *præſidiariæ ſtationis.* Confer φρουρουμένους 1 *Pet.* 1: 5. *Bolduc.* hinc exſculpit *Jobum* fuiſſe *Æditumm* & *Sacrorum cuſtodem.* Ei *cuſtodiebat me*, valet *Cuſtodem faciebat me ſacri Tabernaculi.* Nimia mira nobis, hinc orſus, ad reliquos item *Vſ.* narrabit. In voce קדם *Poëticam Hyperbolen* indicavit Cl. *Guſſ.* qua *proſperitas amiſſa* proponatur *ut remota multis ſeculis.* Revera קדם *longum olim, ſecula*, atque adeo *Æternitatem antegreſſam* ſignat; eandemque vim apud *Arabes* conſtanter obtinet قِدَمٌ, unde قِدَمًا, *olim, antiquiſſimis temporibus, ante longa ſecula.* Videri poſſet nimium, ſed attende 1. *Miſeros* ſic loqui ſolere, quibus *dies* velut *anni*, & *anni* tanquam *ſecula.* 2. Adflictiones *Jobi* ut graviſſimas, ita *in longum tempus protractas* fuiſſe; ſub iiſque non *dies*, non *menſes*, ſed *annos* veriſuniliter ab eo exactos. 3. Eadem for-

4 כאשר הייתי בימי חרפי בסוד אלוה עלי אהלי׃

5 בעוד

4 Qualis extiti in diebus Autumnitatis meæ; quum Arcanum Dei eſſet ſupra tentorium meum.

5 Quum

formula dolenter ſignificari, *cum memoria priſcæ felicitatis, ſpem ejuſdem recuperandæ abiiſſe.*

Verſ. 3. Omnia lucida. Ambigitur tantum ad הלו, ſitne *intranſitiv.* & *kal*, cum pleonaſmo *adſ. Quum ſplendeſceret illa Lucerna ejus* &c. an *tranſitiv.* ex *Hiph.* per *contractionem* pro ההלו *Quum ſplendere faceret* &c. Poſterius tenent *Merc. Cocc.* omnes fere; etiam *Schmid* duplicem dans rationem. 1. quia verbum in *kal* nuſpiam pro *ſplendere* extat: 2. quia ſæpe verba *imperfecta med. rad.* in *Hiph. He* abjiciunt. Nos nullum *Hiphyl* ſine *He* agnoſcimus, & ריב aliaque, nobis purum putum *kal.* Prius, nimis anxium. Apud *Arabes* هلّ in *kal* conſtanter *intranſitive ſplenduit*; *emicuit lætius* &c. Niſi ergo ſtatuas הלל in *kal* quoque *tranſitivam vim* tenuiſſe, nihil effeceris. Ea quidem paulo molliorem facit ſtructuram; ſed *intranſitiva* notio mihi grandius quid & ſonantius nunc ferre videtur, per illum *Pleonaſmum*, tam tritum in Sacris, ut adhæreſci non debuiſſet. Vide modo *Num.* 23: 22. & quæ Cl. *de Dieu* ad *Eſt.* 7: 5. Figura *Lucernæ ſuper capite pendentis* quaſi, illuſtrata ad *Cap.* 18: 6. Non erat cur Cl. *Schmid.* quod ibi recte poſuerat, hic demutaret, & נר *ſolem* potius ſignificare contenderet. *Bolduc* commentum, quod & ibi tetigit, hic plenius exequitur, manibus pedibuſque obnixis urguens, ante *Moſen* jam, in *Eccleſia Patriarchali* obtinuiſſe *Sacra Tabernacula Lampadibus colluſtria, quæ ſuſpenſa fuerint ſuper caput Prophetæ, quum, ad conſulendum Deum per ſomnia, ſuper lectum decumbebat.* Talis *Tabernaculi præſulem* egiſſe *Jobum*, atque eo huc alludi, pugnat; laudem meriturus, ſi ſe intra fines potuiſſet continere; & nihil aliud hinc elicuiſſet, quam Noſtrum *lumine Prophetico* fuiſſe *colluſtratum*, atque *Oracula in rebus dubiis* ſæpe *reddidiſſe*, non tantum ut *Doctorem inſignem*, ſed etiam *Vatem Divinitus adflatum.* Hanc *Perſonam* nemo Noſtro detraxerit; atque illuc nunc quoque digitum intendi, veriſimillimum autumo. *Lucerna* ergo *ſuper capite reſplendens* hic non ſolum figuram præbere videtur *ſingularis proſperitatis*, & *benedictionis*, quæ Noſtrum *ubique comitata fuerit*, ſed etiam *illuminationis extraordinariæ*, & *colluſtrationis Cœleſtis*, quæ Ipſum *effecerit Virum Dei dictis & factis potentem.* Huc facit *Emphaticus Pleonaſmus*, de quo ante. Eodem quoque vocat formula poſtrema, *Ad lucem ejus perambulabam tenebras.* Non quadrant *pericula*, & *calamitates*, in quas implicitus fuerit Noſter, niſi cum Cl. *Cocc.* generatim ſic explices; *Homo naturaliter cæcus eſt, & in tenebris verſatur; improvidus futurorum: accedunt caſus, & pericula quotidiana. Illuminationis Divinæ eſt, actiones regi in bonum, conſilia eventibus ſecundari, pericula ſoſpitem exire.* Eo collineavit & *Olympiodorus*, per *tenebras* intelligens *cæcos vitæ fluctus, quibus jactatus, ad Divinam legem reſpiciat, ut illo velut ſidere, ac Cynoſura, directus iter ſuum conficiat.* Doct. *de Pined.* plenius, *Divina lux disjiciebat omnes tenebras, ne unquam illas ſentirem; ſed lætus, alacerque, pergerem; nullis difficultatibus impeditus, & undiquaque felix.* Id vere eſt, *ad lucem Dei perambulare tenebras.* Non omittenda interim videtur *Prophetica* illa *illuminatio*, & *gratia*, qua pro aliis quoque *Tenebras diſcutere*, *Ducemque fidiſſimum* ſe *in rebus* maxime *dubiis* præſtare ſolebat.

Verſ. 4 Huc manifeſto vocat *Secretum Dei ſuper tabernaculo.* Poſterius illud prius expediemus, quod inde lux ad primum quoque Colon, magna obſcuritate involutum, reditura ſit. Nonnulli *Hebræorum* per סוד *Arcanum Dei* intelligunt *Angelos comites*, & *ſtipatores piorum: Pſ.* 34: 8 R. *Salom* accipit pro *ſocietate piorum Tabernaculum Jobi frequentantium.* Alii *Magiſtri* ſic, *Quum arcana ſua*

me-

mecum communicaret Deus, ut providerem imminentes calamitates, eiſque cum meis effugerem. Hoc jam *lucem Propheticam* adfert. Sed *Merc.* tenuiore ſenſu maluit, *Arcanam* Dei *voluntatem*, & *occultam providentiam, quæ omnes Jobi res rexerit.* Faſſus tamen סוד magis deſignare *Commercium, ad arcana conſilia communicanda* hunc quoque ſenſum apponit, *Quum Dei conſortium eſſet in meo tabernaculo*; vel, *quum in tabernaculo meo gauderem Dei ſocietate; comitante, aſſiſtente, & protegente me Deo.* Cl. *Cocc.* in eadem voce agnoſcit *ſecretum & familiare contubernium, quod paucos admittit participes:* ut *ſup.* 15. 8. & 19: 19. *Pſ.* 25: 14. *Prov.* 3: 32. Cumulatius, quod Cl. *Schmid.* exponat, *ſummum favorem*, & *arctiſſimam conjunctionem, qua Deus ſedem quaſi ſuorum intimorum conſiliorum fixerat ſuper Tabernaculo Jobi*, &c. Idem clarius adhuc expreſſum a *Codurc. Cum eſſet Domus mea quaſi Fanum, aut Sacrarium, ex quo Oracula pandebantur.* Si & hic ſubſtitiſſet *Boldus.* cum ingenio judicium ſociaſſet: nunc *Sacrum Tabernaculum* hinc exſculpens, in *cujus adyto arſerit Lucerna*, quæ *Dei* vocitata ſit, *addito lecto bicipiti ex virgulis ramiſve contexto, ſuper quo Conſultores ad captanda Divina ſomnia decubuerint:* pro *completa antiqui ſanctuarii forma*, ut ipſe ait, exhibet completum ſpecimen imaginationis ſibi omnia permittentis. Mihi dubium nullum videtur relinqui, quin *Arcanum Dei ſuper Tabernaculo* Jobi *relucens*, exprimat *Dignitatem*, & *Auctoritatem, Prophetæ*, cujus Domus vel ob *Doctrinam ſalutarem*, vel ob *Oracula* quoque frequentabatur. Hoc ipſum ad multa in ſequentibus facilius expedienda prælucebit.

Ibid. Videamus an & ad hanc facem tenebras prioris membri evincere queamus; quod ad vocabulum חרפי diverſiſſima patitur interpretamenta. Plerique *Hebræi* I. dant, *ſicut eram in diebus Adoleſcentiæ meæ.* Id & *Herou.* ex *Rabbino* ſuo hauſiſſe videtur. Ad eam vim extundendam omnis lapis motus. III. *Grot.* etiam *Symm.* ſic vertiſſe monens, addit 1. חרף in hac ſignificatione eſſe vocem *Syriacam.* Reſpicit ad חרפי *præmatura* in *Targ.* & *Thalm.* At *Caſtalioni* 2. notio Hebraica *Hyemis* videtur traducta ad ſignificationem *veris*; quod quum annus apud *Hebræos* fuerit diviſus in *Æſtatem*, & *Hyemem*, ſub *Hyeme* quoque *Ver* includatur. Inde exprimere auſus, *qualis eram veris mei tempore.* i. e. *in adoleſcentia.* Cl. *Cocc.* 3. adhuc ſubtilius, *Quemadmodum* קיץ *æſtas eſt principium autumni*; ita חרף *hyems quoque principium veris; quo arandum, ſeminandumque, complectitur. Prov.* 20: 4. *Ut autem* hieme *terra non oſtendit germen, ſed ſua veſte nuda* anni opprobrium *agit; ſemina vero confovet, & ad proliciendam herbam præparat; ita hic in metaph. per* hiemem *intelligitur* ætas improlis, *qua homo fructum germenque non edit, dum expectat ſeminis maturationem.* Quid non ſibi permittunt docta ingenia! Cl. *Guſſ.* 4. hærens an admittere debeat iſtam rationem, intelligere mallet *ætatem prorſus infantilem*, & vertere כאשר *poſtquam fui in diebus hyemis meæ, quibus nihil fructus, nihil etiam florum adhuc apparet. Poſteaquam dies illi ſteriles primulæ infantiæ elapſi, locum ceſſere meliori ætati.* Quid audio? *Hyemſne* pingere apta *tenellam infantiam*? Non ferretur vel in minimo ſcriptore. Alius Viri Doctiſſ. conatus infra ponetur. En 5. quid *Pinedæ* in mentem venerit: *Adoleſcentia eſt Hyems, quia iſta ætas multis fluctibus & procellis jactatur.* Notum mihi *fretum adoleſcentiæ* ex *Floro:* ſed *Hyemem* ne *Hiſpanus* quidem ille auſus fuiſſet. Idem 6. aliud apponit, ex חרף *opprobravit, quod ea ætas vitiis & probris*, vel & *exprobrationibus*, ac *increpationibus, obnoxia maxime.* Paulo mollius 7. quod ex חריפות *ſolertia Chald.* legas apud *Druſ.* & *Codurc.* qui etiam confert סכינא חריפא *Gladium acutum* apud *Rabb.* & *Arabes.* Inde elicit *dies vigoris*, aut *florentis ætatis:* quod ſi vere *Adoleſcentia* hac voce ſignaretur, palmam facile ferret. Sed cur quæſo mordicus adeo inhæſum iſti *ætati*, quum *virilis* multo congruentior ſeriei noſtræ? Eam amplexus II. *Merc.* cui חרף eſt *Hyems cum Autumno*; ſive *Autumnus Hyemis principium, fructus jam maturos & firmos ferens.* Id ſi ſimpliciter tenuiſſet, plauſum tuliſſet: ſed nunc ſubdidit confuſiuſcule, qui-

bus

bus & alii confuſi, *Non intellexerim ad literam Jobum loqui de tempore Juventutis, ſed Allegorice per Juventutem tempus ſuæ ſelicitatis priſtinæ accipere, quum velut in ætatis flore, ac quodam autumno, eſſe videretur.* Si *robur ætatis*, vel *honorem vigoremque ejus*, cum *Autumno* junxiſſet, & *literam* non penitus deſeruiſſet, obtemperatum, credo, fuiſſet a pluribus. Certe & *Græcis* illa imago obverſata, ὅτε ἤμην ἐπιβρίθων, dantibus; nam *βρίθειν* & ἐπιβρίθειν dicitur *Autumnus* jam *maturis fructibus onuſtus* veluti, ac *prægravatus.* Ecce tamen III. *Jun.* & *Trem.* ex *Hyeme* preſſius ſumta exprimentes, *ut eram diebus Hybernorum meorum.* Annotant, eſſe *Allegoriam inſignem, quæ amplius explicet, quod modo dixerat, de immunitate a communibus ærumnis:* q. d. *quemadmodum ſtationarii milites degentes in hybernaculis, quieſcunt a laboribus, & eis de commeatu providetur a duce: ita etiam mihi conſulebat Deus, dum aliis ſubeundæ erant permagnæ moleſtiæ.* Placuit *Piſcatori* & aliis. In malum IV. hanc *Hyemem* ſumendam putarunt alii, ut ſit, *qualis eram antea in ordinariis malis hujus vitæ*, quum *procellæ*, & *hyemes*, vitam noſtram *infeſtare ſolitæ*, me quoque tangerent, ſed *propitio* tamen *ſemper Deo*, non, ut nunc, adverſo. Cum eo conſonat V. quod Clar. *Ikenius* amiciſſime mecum communicavit, *Qualis eram in diebus infortunii mei.* Nempe *Arabibus* حرف & حرفة *infelicitas vitæ* ſpec. *cum non augetur peculium.* Contrario ſignificatu احرف *Felix fuit opum incremento*, unde idem *Vir Doctiſſ.* accommodatius ad ſeriem eliciebat, *in diebus felicitatis meæ*, ſive *felicioris* & *vegetioris ætatis.* De eo mox plura. *Bolduc.* VI. ſuo more, *ſicut eram eo ipſo tempore, quo* hyemavit me, i. e. *floridam* ac *decoram felicitatis meæ ætatem, in horridam & procelloſam convertit hyemem.* Tenet hactenus formam חֹרֶף per *Hyemationem* converſam. Eodem ſenſu, ſed ex alia verbi tum forma, tum notione, Cl. *Schmid.* VII. *Quemadmodum eram in diebus* quibus *probro me expoſuit* Deus. Intelligit *principium harum calamitatum*, & *adflictionum probroſarum.* Eodem tendit Cl. *Cler.* dans, *in diebus opprobrii mei*, i. e. *tempore quo inuſitatis calamitatibus in me immiſſis, pro ſcelerato haberi cœpi.* Alio adſpectu Cl. *Guſſ.* VIII. item *dies opprobrii* tenens; *Meminit alicujus occaſionis ſingularis ac brevis, qua* dedecus *ei impendebat, ſed illud ſtatim averſum fuit a conſilio Dei præſidente Domui Ejus. Tunc non, ut nunc, reliquit eum Deus opprobrio expoſitum.* Argute: ſed citra ſpeciem. Ut aliquid certius IX. ſi pote, conſtituatur, ante omnia videndum, quid חֹרֶף valuerit, *Autumnumne:* an *Hyemem*? alterutrum enim *anni tempus* ſignari nemo negat. Plerique volunt *Hyemem*, quod ea ſit ὄνειδος & *probrum anni*, inquit, cum aliis, Cl. *Cocc.* Eo acumine non contentus Cl. *Guſſ.* addit, *Hyemem omnia intra tellurem retundere, quale quid in nobis efficiat opprobrium & pudor, quo vultus viri, cum tota hilaritate, apparere ceſſat.* Semper emiratus fui, quo modo ſibi in talibus tantum ſumere auſi fuerint Viri Docti, ſine ulla alia auctoritate, quam magni nominis, & ingenii, nimium ſibi haud dubie indulgentis. Id genus *Etymologiarum* non poteſt non mancum exire, quamdiu Radicis *Origo* clauſa. Aperiri primum debuiſſet unde *opprobrium, ignominia, blaſphemia*, ſuccreviſſent, ante, quam de *Hyemis* veriverbio quicquam tentaretur. Aperiunt *Arabes*, quibus خرف eſt *carpſit, ſtrinxit, ſtringendo decerpſit fructus.* Eadem vis *ſtringendi* ſub حرف primaria: indeque *acies* dicta, حرف, quod *ſtringat.* Hinc jam habes ſponte *calumniam, exprobrationem, opprobrium* &c. *quo alicujus nomen ſtringitur, carpitur, laceratur.* Habes & *Hyemem*, ſi velis, quod *ſtringat, deſtringat* omnia. Sed cave tam manifeſtum credas, ac cenſet *Guſſ.* ex *Pſ.* 74: 17. & *Zach.* 14: 8. eſſe *Hyemem*; nam alii pro *Autumno* pugnant iis ipſis locis; accedente *Gen.* 8: 22. ubi *Autumnus* multo commodior, quam *Hyems.* Id vel ſine auctoritate *Dialecti* ſeries, & res ipſa ibi ſuggeret; niſi jam præjudicata opinione illuc acceſſum ſit. Hoc latius alibi diſcutiendum. Nunc rogo tantum an non naturalius ſit, ubi διχοτομία temporum anni, per קיץ וחרף, *Ver* & *Æſtatem* ut *Calidiora* jungi,

 item

itemque *Autumnum* & *Hyemem* ut frigidiora; quam, inverſis vicibus, *Hyemem & Ver*, itemque *Æſtatem & Autumnum*, connecti? Sed hoc ipſum quoque alibi latius. His rationibus jam addita diſerta auctoritas *Dialecti*, *Autumno* ſuum jus in perpetuum addicit, non excluſa tamen *Hyeme*, ubi bipartita temporum ratio eam includere jubet. Abſolute interim poſitum חרף eſſe *Autumnum*, docet conſtans uſus *Arabum*, quibus magis placuit forma خريف חריף, ut קציר *meſſis*. Nomen & omen rite expreſſum a *Gjauh*. الخريف احد فصول السنة تخترف فيه الثمار *Una tempeſtatum anni* חריף *dicta, quod in ea fructus decerpantur*. Ipſum *Thema* ſic declaratur, خرف الثمار اي اجتنبها والثمر مخروف وخريف *Qui fructus colligit dicitur* חרף, *iſque fructus vocatur* מחרוף & חריף *form. partic.* &c. Hinc *pomarium* מחרף مخرف, & מחרפה مخرفة. Item אחרף اخرف *conj.* 4. دخل في الخريف *ingreſſus eſt autumnum*; & اخرفت الشاة אחרפת השה *Autumnalem fœtum edidit Ovis*. Inde חרוף خروف *agnus*, proprie *fructus autumni*. Tandem חֲרְפָה خُرْفَة est ما يجتني من الفواكه *omne illud quod e fructibus carpendo colligitur. Autumnitas*, i. e. *proventus autumni*. Hinc jucundo proverbio percrebuit التمر خرفة الصايم *Dactyli Autumnitas æſtivantis*. Non dubitabis ex omnibus hiſce, quin *Eſaj.* 18: 7. verba קיץ & חרף notent *Æſtivos & Autumnales fructus colligere*. Cur *Beſtiæ* dicerentur *Hyemare* ſuper *Arbore nuda*, & nec *folia* nec *fructus* præbente, equidem non intelligo. Viciſſe videor חֹרֶף eſſe vel *Autumnum*, vel *Autumnitatem*, tum *tempus anni* ſignans, tum *fructus illo tempore carpi ſolitos*. Græcis ὀπώρα utrumque etiam amplectitur; dicta quaſi ὀπὸς ὥρα. Id vocabuli pulchre ab iiſdem tranſlatum ad *maturitatem Juvenilem*, & *Pubertatem plenis nubilem annis*. Ita *Pind. Iſthm.* 2. *Vſ.* 7. 8.

Ὅς τις ἐὼν καλὸς, εἶχεν Ἀφροδίτας
Εὐθρόνου μνάστειραν ἁδίσταν ὀπώραν

Quicunque formoſus exiſtens habebat Veneris
Pulchrithronæ procam, ſuaviſſimam Autumnitatem.

Idem *Nem.* 5. 10.

οὔπω γένυς φαίνων τέρειναν
Ματέρ᾽ οἰνάνθας ὀπώραν

Nondum gena ei protulit teneram
Matrem vitis florentis Autumnitatem.

Hoc eſt, *nondum Lanugo genas veſtiens pubertatem prodebat*. Conſimiliter *Æſchyl. Suppl.* 1005. pulcherrime Ἀλληγορεῖ

Τέρειν᾽ ὀπώρα δ᾽ εὐφύλακτος οὐδαμῶς.
Θῆρες δὲ κηραίνουσι καὶ βροτοί τι μιν
Καὶ κνώδαλα πτεροῦντα, καὶ πεδοστιβῆ.
Καρπώματα στάζοντα κηρύσσει Κύπρις.

Tenera Autumnitas non facilis ad ſervandum.
Beſtiæ ei infeſtæ, & homines:
Et animalia alata, & pedeſtria.
Fructus extreme maturos annunciat Venus.

Agitur de *violentia* quam *Danaides* timendam haberent in terra peregrina, ob *pulchritudinem maturam*, & *cum maxime vigentem*; quam Poëta vocat *Autumnum*, *fructu maturo & ſtillante*, *illectantem*. Eædem *ibid. Vſ.* 1022. ſic reſpondent,

Ἐμῆς δ᾽ ὀπώρας οὕνεκ᾽ εὖ θάρσει, πάτερ.

Autumni mei ratione bono animo es, pater.

Græ-

5 בעוד שדי עמדי סביבותי נערי׃

5 Quum uſque Omnipotens mecum eſſet: in circuitibus meis pueri mei.

6 ברחץ

6 Quum

Græca hac figura uſus *Horat. Od. L.* II. 5: 10. 11. *Tolle cupidinem immitis uvæ: jam tibi lividos diſtinguet Autumnus racemos, purpureo varius colore.* In eandem metaph. trajectum quoque μετόπωρον *ſeneſcens autumnus*, ſive *Tempus autumnitatem collectam ſequens:* unde *Euripidæum* illud τῶν καλῶν καὶ τὸ μετόπωρον καλόν *pulchrorum quoque ſeneſcens autumnus pulcher.* Secundum iſtam rationem vides locum dari *Adoleſcentiæ*, vel potius *Juventuti* jam *maturæ*, qua *Jobus* tanquam *Vir juvenis*, in *pleno vigore ætatis*, nec non *fortunæ*, *Domum* vidit *florentiſſimam*, & *numeroſa* mox *prole beatam.* Graphice *Ovid. Metam.* 15. 200. ubi oſtendit *Annum ætatis noſtræ imitamina peragere* quatuor ſuis tempeſtatibus, cujus quaſi *pueritia*, *ver*; ut *juveni valenti* ſimilis *Æſtas*; quam

Excipit Autumnus poſito fervore juventæ
Maturus, mitiſque inter juvenemque ſenemque:
Temperie medius, ſparſis per tempora canis.
Inde ſenilis hiems tremulo venit horrida paſſu.
Aut ſpoliata ſuos, aut, quos habet, alba capillos.

Ad hanc rationem *Autumnus vitæ* erit *Ætas virilis*, *ſuis fructibus fœta*, & *exuberans*; quam a *Jobo* hic intentam nemo in dubium, credo, vocaſſet, niſi *Hebræis* חֹרֶף *Hyemem* deſignare ſibi perſuaſiſſent. Hinc omnis illa fluctuatio, quam ſupra expoſuimus, orta. Nobiſcum facit præter *Merc.* & *Calvin.* nimis tamen circumſcripte hunc *Autumnum vitæ* includens *a vigeſimo quinto, ad trigeſimum quintum uſque annum.* Noſter quoque Cl. *Hott.* in *Theſ. Phil.* p. 507. ubi *ex genio Ling. Arab. ſe dies Autumni reddere* dicens, ſcrupulum reliquerat multis, quaſi pugnarent inter ſe *Dialecti*; quas amiciſſime conſpirare oſtendi. Cl. *Crom.* ad مُخْتَرَفَة *Pomarium* reſpiciens, hinc non abludit: non opus tamen *Horto*, ubi forma magis *Autumnitatem*, ſive *Autumnalem maturitatem*, invitat. *Nicet.* in *Caten.* planiſſume ad hanc mentem, *Quando velut frugiferæ arbores bonis eram uſquequaque onuſtus*; *fortunis*, *muneribus*, *familia*, *conſpicuus* &c. Eodem fertur paraphraſis *Epiſc. Elienſ.* Talis vir figurate dici poteſt اخرف *Autumnum agere vitæ*, ὀπωρίζειν; qua occaſione forte & احترف in *Camuſo* expoſitum نما ماله وصلح وكثر *Crevere bona ejus, & proſper, ac numeroſus evaſit.* Hoc in *Originibus* anquirendum; ubi utramque *Radices* حرف & خرف cum notionibus quamque ſuis una ſtirpe teneri oſtendetur. Cl. *Cler.* חרף *Hebræis* æque, ac *Arabibus*, pro *Autumno* uſurpatum fuiſſe agnoſcens, eum heic minus aptum cenſet, quod *virilem ætatem*, aut *ſenectam* potius, denotare deberet. *Senectam* omittere debuiſſet, quæ *Hyems vitæ*. Cur *ætas virilis*, *vigens*, & *vitæ fructus maturrimos ferens*, *carpenſve*, non quadret, haud ſane video, quum nullam aliam *Ætatem* ſeries rerum admittat.

Verſ. 5. Neſcio quid languidi ſpirat, *Quum adhuc mecum* Deus: quum *necdum a me diſceſſiſſet.* Senſit *Cocc.* monens עוד inferre nunc *permanſionem*, qua *uſque* & *uſque* ſe Deus *familiariorem ſe Noſtro faciebat* &c. Ridet: & convenit cum *Origine*, quæ ſita in *iteratione*, & *continuata repetitione:* unde & העיד *teſtari*, quaſi *iterum iterumque aſſeverare.* Ad ſequens colon ambigitur *Liberoſne* intelligat, an *famulam turbam*? Utrumque jungunt *Merc. Cocc.* &c. Solos *ſervos* mavult *Schmid. Herum cingentes, ad juſſa capeſſenda.*

 Mi-

6 Quum lavarem greſſus meos in butyro; & petra fuſilis apud me in Rivos olei.

6 ברחץ הליכי בחמה וצור יצוק
עמדי פלגי־שמן :

7 Quum

7 בצאתי

Mihi ſi alterutrum eligendum, *Liberi* multimodis præplacerent, nam *patrem familias* pingit, *natorum turba circumſtipatum.* Hi ſoli digni nominatim nunc exprimi; quum famulitium vix locum hic mereatur. *Bolduc.* nobis *Jobum* fingens *ſupremum pontificem*, & *Sacri Tabernaculi præſulem*, intelligendos ait *minores Sacerdotes* & *miniſtros*. Ad *Vſ.* ſeq. non ridebis, ſed indignabere, quum *Pontificem* hunc *cum ſuis miniſtris ſimulacra* cernes *linire*, & *ſplendidis coloribus polire.* Applices iſti homini *Hoſ.* 4: 17. 18. 19.

Verſ. 6. Utroque in membro nonnihil variatur. הליכים aliis *greſſus*, ſive *pedes* notat, aliis *vias*, ſive *deambulationes.* יצוק nonnullis *intranſitivum*, pleriſque *tranſitivum*, a themate צוק, quod alias *arctum eſſe* ſonans, nunc a יצק *fundere* notionem mutuari creditur. Quod ad rem ipſam, ſunt I. qui alluſum velint ad *lautitiam conviviorum.* Id non improbabile cenſens *de Pined.* adducit morem *pedes ungendi* accubituris, *capitibus* item *oleo perfuſis.* Alienum. Conatu minus ſano II. *Bold.* חמה *butyrationem* vertens, & explicans de *linimento ſtatuis perungendis*, inducere hic auſus *Jobum Pontificem*, cum *miniſtris ſanctuarii ſui*, *ſimulacra*, & *Teraphim*, *oblinentem in Ambulatoriis* ſive *porticibus*; *Petra* i. e. *Alabaſtro ei fundente oleum pretioſum*, *ſanctis* ſcil. *hiſce cerimoniis obeundis.* Adeone Frontem cuiquam perire potuiſſe! *Cajet.* III. non molliter in *Petra* invenit *lapidem molarem trapeti ad oleum exprimendum.* Specioſius paulo IV. cogitatum de *Petris* in quibus *torcularia* parata. Alii V. reſpici volunt ad *loca ſaxoſa*, quæ *feracia* fere *Olivarum:* qualis *Arabia Petræa:* vel & argutius, VI. quod *Loca* quoque *petroſiſſima*, & *maxime ſterilia*, ei *abundantiam olei extulerint.* Similiter in priori membro, quod *tantus* ei *numerus pecudum in omni tractu*, & *via*, ut undique *copia lactis*, cum *cremore*, & *butyro*, *ad domum* ejus *confluxerit.* Simpliciſſimum cenſet VII, *Merc.* ut *Hyperbole* ſit, *qua* in priori colo *tanta copia lactis ſignificetur*, *ut vel pedes in butyro poſſent lavari:* in poſteriori, *tanta copia olei ut quemadmodum e rupe fontes oriuntur*, & *flumina*, *ſic indidem rivi olei funderentur.* Citat in hunc ſenſum *Deut.* 32: 13. Idem minus adhuc commode *Vatabl.* expreſſerat, *Quando tanta mihi erat copia olei*, *ac ſi fuiſſet Petra in oleum fuſa.* Non multum hinc diſtat VIII. *Schmid.* præferens, *Quum lavarem vias meas butyro* &c. addenſque, contra *Merc.* quaſi, *Non eſt magna abundantia tantum habere butyri*, *ut pedes eo lavare quis poſſit*; *ſed ſi etiam viæ*, *quocunque ſe vertit*, *butyro fluant*, *ea demum ingens affluentia.* Nollem Viros Doctos ut ſuam tollant, aliorum ſententiam nimis premere. An *Mercerus* iſtam *pedum lotionem in butyro*, una *actione* abſolvit, ut negandum fuerit, magnam abundantiam per eam deſignari poſſe? An non *quotidianam* quaſi *lotionem* potius intellexit? An non in eo ſumma adfluentia? Si dicas, id neminem facere, vel feciſſe, rogabo, an ergo quis *vias laverit* unquam *butyro*? Fidiculis non torquenda improprie dicta. Si, citra *Allegoriam*, nil aliud figurari tendas, quam *ſummam affluentiam*, ajo decentius eſſe *Greſſus*, vel *pedes lavabam butyro*, quam *vias*. Quam difficile ſit inter tales formulas firmo ſtare talo, percipias ex eo, quod ad aliud mox delabatur *Schmid.* ſubdens; *Videtur reſpici ad duras vias*, *quemadmodum mox petræ mentio fit.* q. d. *non tantum prata* & *agri*, *in quibus multum pabuli*, *butyro fluebant mihi*; *ſed etiam duræ viæ*, *in quibus incedebam.* Hoc redit ad *num.* VI. niſi quod *Allegoricum* quid ſimul admiſceri videatur. Quæ is diſcrimen? ſine *Allegoria*, per meram *Hyperbolen*, *duræ viæ* ſunt *loca ſterilia*, *impaſcua*; at *Allegorice* deſignantur per *duras vias*, *incommoda* & *aſpera rerum.* Hæc unice in oculis habuit *Calvin.* IX. *Dicit ſe ſuper Butyro ambulaſſe*, *ut plantæ eo ungerentur:* & *id quod maxime durum erat*, *etiam ipſi in delicias* & *ſuavitatem converſum*; *ita ut quaſi ex communi hominum conditione exemptus nataverit in deliciis.*

7 בצאתי שער עלי־קרת ברחוב
אכין מושבי׃
8 ראוני נערים ונחבאו וישישים
קמו עמדו׃
9 שרים

7 Quum egrederer ad portam, ſuper urbe; atque in Foro conſtituerem ſedile meum.
8 Videbant me juvenes, & occultabant ſe; & decrepiti ſtabant, *loqui* ceſſabant.
9 Prin-

ciis. Tangit *Mercerus*; & *duriorem* vocat *Allegoriam.* Mihi ea molliſſima; certe cothurno *Jobi* aptiſſima. *Lavare greſſus butyro*, eſt *incedere per butyrum.* Id *figurate*, primo, eſt, *ubique mollem* habere & *commodiſſimum greſſum.* Allegorice, ſecundo, valet, *nihil aſperi*, & *adverſi*, *ſentire in vita*; *nullam ſoli*, *per quod graderis*, *duritiem*, vel *ſalebroſitatem*, *experiri.* Ita Formulæ *incedere per ſpinas*, *per ignes ſuppoſitos cineri doloſo*; & contra, *incedere per roſas*, *per ſericum*, &c. ſuum decus Allegoricum nemini non ſponte inſinuant. *Arabs* hoc ſuo more effert, *incedere per butyrum:* unde altior Cothurnus mox format, *Lavare greſſus in butyro*. Poſterius Colon, ita concinnius expreſſeris: *Et petra fuſilis*, i. e. metalli fuſi inſtar duriſſima, *mecum fluenta olei.* יצוק forma *part. pahul*, a יצק crebrum in Libro hocce, pro *ſolidiſſimo* & in *metalli duritiem conflato.* Eſt *Epitheton* grandiſonum *Rupis*; fortius adhuc aliquid reſonans quam חלמיש צור *Deut.* 32: 13. & alibi; *glaberrima tactu*, i. e. *pura puta petra.* Vidit Cl. *Guſſ.* ſub יצק, ubi vertit, *Et rupes ſolida (ſine interſtitiis inter partes) mecum erat rivi olei:* h. e. *manabat oleo*; *& in oleum reſolvebatur prope me. Emphatice & Hyperbolice.* Laudo, & jam X. ſuperaddo, *miraculoſam omnium rerum adfluentiam*, *quæ alicui Divinitus confertur*, *non ſine admiratione aliorum*, *tantæ benedictioni adſtupentium*, *& in eo ipſo Manum Dei agnoſcentium.* Hoc *Allegoria* noſtra conſignari, dubitare non patitur *Deut.* 32: 13. & *Pſ.* 81: 17. *Pſ.* 114: 8.

Verſ. 7. Minutum, quod ex Hebræis I. *Vatabl.* inducat Noſtrum *deambulaturum circa portam urbis*, ſive *mœnia*, &c. Nimis quoque quæſitus II. tranſitus, quem *de Pined.* facit, *Ab agris & rure, ad urbem ſe transferens.* *Non felix ſolum ruri*, inquit, *eram*, *ſed etiam domi*, *atque in urbe*, *beatus.* Recte tamen *portam* exponit de *loco Judicii.* Cl. *Cocc.* III. in eo conſentit, quod *rure venientem* concipiat Noſtrum: *portam* proprie dictam retinens, atque a רחוב *platea*, ubi *Forum*, diſtinguens. Præmittit, *veteres ordinarie non habitaſſe in urbibus*, *ſed ex agris ad Nundinas*, *alioſque cœtus*, *ventitaſſe*, unde קרת & קריה *civitas*, ab *occurſu.* Subſumit dein, *Hoc eſt*, *quod dicit: ſimulac rure in urbem veniens*, *intra portam*, *ea tranſita*, *pedem poſuiſſem*, *jamque ad cœtum graderer*, *vixque poſuiſſem in foro* רחוב *ſedile meum* &c. &c. Hæc ſubtiliora, quam par: nec Linguæ conſonum, ut יצא שער ſit *rure redire ad portam*, ſive *urbem intrare.* Hoc impuliſſe videtur IV. Cl. *Reim.* ut mallet, *quum exirem portam* ædium mearum *in civitatem.* Omnino conſciſcendum V. *Mercero*, & reliquo Choro interpretum, *portam locum Judicii* deſignare, ob rationem nemini non notiſſimam. יצא *Exire* infert *deſcendere in publicum*, *prodire e domo ſua in Forum.* Sed cur tam ſignanter additum עלי קרת? Maximas nugas agit *Jarchius*, *ſuper Trabe* nobis conſtruens *Tribunal.* Cl. *Schmid.* V. ait, *ſuper urbe* adjectum, ad diſtinguendam *portam Urbis* a *porta Domus.* Quid opus? Subdit, *ſingularis Hebraiſmi eſt*, *porta ſuper urbe*, *qua urbs clauditur.* Ita & *Hieron.* cepiſſe videtur *portam civitatis* reddens. Mihi ille *Hebraiſmus* parum compertus. *Merc.* VI. maluit *per civitatem*, cum quo plerique faciunt. *Tranſire* על דרך *ſuper via* quivis ſentit eſſe, *per viam*; ſed, *ſuper Civitate*, ſic ſtrui poſſe, mihi haud li-

9 Principes continebant verba; & manum ponebant ad os ſuum.

9 שרים עצרו במלים וכף ישימו לפיהם׃

10 Quod

קול-- 10

liquet. Cl. *Cler.* VII. dedit, *Cum egrederer portam verſus ad urbem.* Hoc ad *Cocc.* ſtructuram & mentem. *Cajetan.* VIII. argutiuſcule, *ſuper eis quæ ſunt civitatis:* ob *negotia* videlicet *publica. Bolduc.* IX. ſui ſimilis, hinc elicit, *Metropolin Huzitanæ regionis, hic urbis nomine inſignitam, fuiſſe ædificatam ad clivum montis; & portam judicii in ſuperiori ejus parte: ac propterea dictum ad portam ſuper Civitate.* Mihi trivium X. ſeſe offert ſcrupulo huic levando. 1. *ſuper urbe*, ad perſonam *Jobi* reflexum, dare poteſt, *urbi præpoſitum*, *principem Civitatis.* 2. *ſuper urbe* ad *portam* relatum, erit, *porta urbi præſidens*, *Tribunal urbi jura dicens.* 3. *ſuper urbe exibam portam verſus*, magnifica phraſi magnificum pingit virum, qui *per urbem* exiens *ad Forum*, quaſi *ſuper urbe eminet* inter *procedendum*, atque *oculos* & *ora* in ſe convertit ſalutantum.

Verſ. 8. Summam venerationem ſibi ab omnibus exhibitam luculenter exequitur. Leviuſculum I. quod Cl. *Cler.* prius colon referat ad *pueros de via cedentes*, *ne puerili luſu & concurſu ei moleſti eſſent.* Non ſatis grave quoque II. quod *Nicet.* cogitet de *juvenibus petulantioribus*, *qui Viri virtutem reveriti ſe ab ejus conſpectu ſubduxerint* &c. Vicinum quid III. dedit *Merc. Abdebant ſeſe præ metu mei aut pudore*, *mihi cedentes: etſi alioquin rebelles ſæpe juvenes*; *ſenectutem contemnere ſoliti.* Ad *juvenilem ætatem graviſſimæ Jobi doctrinæ minus idoneam* IV. trahit *de Pined.* Idem forte voluit *Cocc. Me viſo juvenes de medio ſe ſubduxerunt*, *verecundantes in conſpectum meum dare juvenilem ſuam infirmitatem.* Cl. *Schmid.* V. ſimplicius autumat, *Juvenes honoris cauſa ceſſiſſe certatim e via*, *& denſos conſtitiſſe ut poſteriores vix videri poſſent.* Repræſentat ſibi *tale Forum*, *in quo ſenes ſedeant*, *juvenes vero coram ſenibus ſtent*, *& univerſum forum occupent: Veniente autem Viro Magno*, *aut principe*, *Juvenes ſumma cum veneratione apertam præbeant viam Ipſum excipientes*, *& ſenes aſſurgant.* Ita & Reliqui fere Interp. duo illa *ſurgere*, *ſtare*, ad *Reverentiam* referunt, *venienti* & *intranti in conſeſſum a ſenibus* ipſis exhibitam. *Bolduc.* VI. addit, *in ſententia ferenda ipſos* quoque *ſeniores adſtitiſſe*, *pro Tribunali aſſidente Jobo.* Eidem prius colon pertinere videtur, *ad Juvenes*, qui *Jobo non ita grandævo* adhuc, *demiſſis vultibus*, & *profunda inclinatione*, *totius corporis venerationem commonſtrantes*, *ſemet quaſi abſconderint*, *coram Eo.* Hæc a *Schmidii* cogitatis non abludunt; ut nec a vero. Certius tamen quid, & propius, de his formulis pronunciari poſſet, ſi nobis tum *Univerſa Jobi perſona* notior eſſet, tum *ratio* illorum *Temporum*, *Morumque.* In rebus haud liquidis locus conjecturæ. VII. Hi נערים mihi videntur eſſe *pars cœtus*, cui *Jobus* vel *intererat*, vel *præſidebat*; ut *Juvenes*, ſint *Juniores in comitiis*, vel *populi conventu.* Nempe vox hæc *Decrepitis* oppoſita, poteſt adferre *viros Juvenes*, *ad publicum accedentes*, & vel *Conſiliis*, vel *Judiciis*, admotos. Hi *Jobo* præſente, vel & præſidente, *occultabant ſe*, h. e. *tanta Viri reverentia tenebantur*, *ut ne hiſcere quidem ſuſtinerent*, *ad aliquid in medium proferendum*; *ſemet velut in angulum ſubducentes.* Eodem aſpectu & *ſenes grandævi*, *ſummæ* cum *auctoritatis*, tum *prudentiæ*, ubi coram *Jobo* iis loquendum eſſet, *ſtabant*, i. e. *hæſitabant:* quin imo *ſubſiſtebant*, atque velut *attoniti hærebant*, linguam præcludente profundiſſima veneratione, qua *Jobum*, licet ætate inferiorem, ut *Virum Numine plenum*, proſequebantur; atque ad *Lumen* ejus facem ſuam accendere geſtiebant. קום *ſtare* in omnibus Linguis protritum, pro *ſtare attonitum*; *Hærere.* Occurrit hoc uſu *Pſ.* 109: 28. *ſteterunt*, & *perplexi facti ſunt.* Item עמד pro *ceſſare a loquendo.* Infra *Cap.* 32: 16. Sequentia huc manifeſto feruntur.

Verſ. 9. Creſcit oratio, & jam Viri principes, muneribus honoribuſque conſpicui, venerabundum in ſilentium confixi inducuntur. Exilius paulo videtur, quod *Merc.* & *Schmid.* illud *cohibere ſermones* referant *ad oratio-*

10 קול־נגידים נחבאו ולשונם לחכם דבקה׃
11 כי אזן שמעה ותאשרני ועין ראתה ותעידני׃
12 כי־

10 Quod ad vocem Eminentium, comprimebantur; & Lingua palato eorum agglutinabatur.
11 Nam auris audiebat, & beatum prædicabat me; atque oculus videbat, & atteſtabatur mihi.
12 Quo-

tionem a loquentibus compreſſam ſuperveniente Jobo, ut ei primum votum concederent. Idem *Schema* ſervandum, quod *Vſ.* præced. inchoatum. Recte Cl. *Cocc. In foro Jobi, Duces ipſi, ac magiſtratus, vocem tenent; Juri accipiendo, conſilio audiendo,* &c. *vacantes. Ipſi principes populi nec mutiunt, & in populi numero Leges, præcepta, monita, conſilia, attenta taciturnitate excipiant.* שר *latius patet, quam* נגיד, & illius *qualecumque imperium*, hujus *in totum populum poteſtas eſt.* Rectiſſime etiam monitum a *Merc.* formulam *ponere manum ad os*, jam non pertinere ad *oſculum venerationis*; ut nonnulli volebant; ſed ad *ſilentium admirabundum, quo verbis Jobi adſtupebant.* Nota formula ex *Prov.* 30: 32. & *Job.* 21: 5. cui ſimilis illa, *digito compeſce labella.* Addit Cl. *Schmid.* non revera *manum ori admotam*, ſed *ſilentium ita circumſcribi: nec in totum nihil locutos cenſendos eſſe, quippe quod confeſſus judicialis non ferebat; ſed eos* Jobo *primum dediſſe votum, eique ſine prolixitate uno verbo aſſenſos.* Hæc nimis ſcrupuloſa. Grandior Cothurnus nunquam nimis premendus. *Sapientiæ Divinæ, in Jobo relucentis, profunda veneratio*, omnes *in ſtuporem* quaſi *defigens*, non aliis figuris illuſtrius potuit conſignari. Confer *Jeſ.* 52: 15.

Verſ. 10. Grandius adhuc aliquid, in eandem rem, ſuperadditur. Non male *Merc. Proceres etiam me loquente, aut præſente, vocem continebant, & abſcondebant quaſi. Quos loqui pudet etiam ſeſe abſcondere ſolent, una cum voce.* Ad hæc Cl. *Schmid. Major Jobi laus erit, ſi dicamus viros quos alias, & merito, non pudebat loqui, conticuiſſe ad præſentiam Jobi, tanquam ſapientioris, quam ſi dicamus ſimpliciter illos* puduiſſe, *aut ex alia cauſa tacuiſſe.* Reniduiſſet *Mercerus* hanc criſin legens, & ſe per *pudorem* nihil aliud intendiſſe monuiſſet, quam *eandem Sapientiæ Excellentioris, & Divinum quid ſpirantis, venerationem.* Poſterius colon diſertim ſic explicuit, *Lingua eorum adhærebat palato* q. d. *ſilebant mihi cedentes, & ex ore meo pendentes.* Sed mitto tricas, quibus ſe iterum ſcrupuloſius implicuit Cl. *Schmid.* urgens *illum primum locum ſententiæ dicendæ, quem* Jobo *conceſſerint* Duces, *ſi maxime loquentibus ſuperveniſſet* &c. &c. quaſi *Lingua palato adhærens, & vox occultata*, nihil aliud ſonaret. Atqui ſi nihil aliud reſonarent hæ formulæ, jam nimis Rhetoricatus fuiſſet Noſter; qui tam graves figuras haud dubie captavit, ad aliquid plane *Extraordinarium*, hoc in genere, inculcandum; videlicet *talem* ei *Honorem*, atque adeo *ſacrum timorem, ab ipſis principibus populi, exhibitum, qualis non niſi Viro Divinitus illuminato, & Auctoritatem pluſquam humanam gerenti, tribui ſolet.* Jam non opus diſquirere, *in totumne conticuerint*, an *poſtremi ſententiam tulerint*; id enim rem, ſcopumque, haud tangit. In conſtructione prioris Coli eſt aliquid minus planum, ac teres. Plurimi cum *Merc.* 1. *Vox principum occultabantur*, poſitum cenſent, pro *occultabatur:* ut verbum ſequatur propinquius, quum ad remotius ſit referendum. Talia *Syntaxis Hebræa* profert. Audaciuſcule 2. *Jun.* & *Trem. Eloquentes anteceſſores occultabant ſe:* quaſi קול נגידים eſſent *vocis anteceſſores:* vel potius, *vocem anteceſſores*; ex noto *Græciſmo*; qui ſane & bonus ſæpe *Hebraiſmus.* Per non abſimilem formam 3. *Cocc. Vocem principes occulebantur*; quod נחבא *occultari magis* perſonæ quam voci *videatur convenire.* Cl. *Schmid.* aliud ſe dare putans, idem reddidit, *Vocem Ducum* quod attinet, *occultabant ſe, nec emittebant vocem.* Eſt valde ſpecioſum, & me quoque ratio, a Cl. *Cocc.* adducta, huc impellit. Sed *Origo Radicis* חבא recluſa prio-

ri

12 Quoniam vindicabam inopem quiritantem; & pupillum; cuique nullus opitulator.

13 Benedictio pereuntis ſuper me veniebat; & cor viduæ cantillare faciebam.

14 Juſtitiam induebam, & illa induebat me; tanquam pallium & cidaris judicium meum.

15 Ocu-

12 כי־אמלט עני משוע ויתום ולא־עזר לו׃

13 ברכת אובד עלי תבא ולב אלמנה ארנן׃

14 צדק לבשתי וילבשני כמעיל וצניף משפטי׃

15 עינים

ri forte ſtructuræ palmam aſſeret. Eſt *occultavit tanquam ſub vaſe ſuperinjecto.* Inde apud *Arabes* خبا *ult. Aleph. & Jod*, latiore uſu *Occultatus fuit ignis*, pro *reſedit*, *reſtinctus fuit.* Ad eam rationem *Vox occultata*, eſſet *compreſſa*, *cohibita*, *extincta.* Vel ſic tamen tertia illa ratio obtinere poterit, quoad *vocem principes comprimebantur*, *ſuperiore auctoritate*, *& Sapientia*, *velut oppreſſi.*

Verſ. 11. Aliquid dubii circa nexum, & ſenſum. *Merc.* I. ut *rationem* accipit ſummæ illius venerationis, q. d. *Auris quæ me audierat loquentem*, *vel quæ meam ex aliis audierat famam*, *me beatum prædicabat ob ſapientiam*, *gravitatemque: item*, *oculus meam magnitudinem videns*, *mihi teſtimonium reddebat de beatitudine mea*, *vel vitæ integritate.* Eſt in his aliquid non uniforme; nam aliud eſt *audire loquentem*, aliud *audire famam.* Poſterius amplexus de *Pined.* II. qui confert Exemplum *Salomonis* 1 *Reg.* 10. cujus *præſentia non minuerit famam*; *ſed longe ſupergreſſa fuerit.* Eodem tendit *Schmid.* hanc verſiculi ſummam exhibens, *Tam felix tamque honoratus ſui apud omnes*, *ut fama mea ad longinquos etiam abierit*; *qui ad eam ſolam me beatum prædicabant*; *magis*, *ad conſpectum ipſum.* Similiter *Cler.* Ad priorem rationem preſſius III. *Epiſc. Elienſ. Quin tantum abeſt ut Tyrannum egerim*, *quod mihi objectum Cap.* 22: 5. 6. *ut nulla fuerit auris*, *quæ ſententiam a me datam audiret*, *quin laudaret Integritatem meam*, *neque oculus erat me adſpiciens poſtquam locutus eſſem*, *in quo non obſervare poſſes venerationem mei.* Eodem collineat *Cocc.* niſi quod IV. latiore adhuc conſpectu utatur; *Homines quæ dicebam*, *quæque faciebam*, *approbabant*; *& Divinum quid mihi ineſſe agnoſcebant.* Habes hoc pacto *aurem perculſam & in admirationem raptam*; itemque *oculum ſplendore Viri præſtrictum* dicam? an *præſtinctum*? quippe in quo *Sapientia*, & *Virtus*, *Extraordinaria*, cum reliquis Donis *Virum Dei* conſummantibus, relucerent.

Verſ. 12. Satis commode I. connectit *Merc. Aperte ſignificat hunc ſibi honorem tantum habitum*, *tantamque auctoritatem conciliatam apud omnes*, *non vana quadam opinione*, *ob potentiam*, *opeſque*; *ſed quod afflictis opem ferret* &c. Cl. *Schmid.* flexu coactiore II. *Notum eſſe debet ex ſcriptura*, *quod quum Sancti opera ſua laudant*, *non conſiderent opera in ſe*, *& legaliter*, *ſed ut fructus fidei. Id ergo dicit. Tanta beatitudo mihi non contingebat extraordinarie ut Impiis*, *qui nonnunquam feliciſſimi ſunt*, *nec tamen digni*; *ſed contingebat mihi juxta promiſſionem*, *& ordinem Divinum*, *quo vere credentibus etiam promiſit temporalem felicitatem. Ut vere credens nempe fidem meam operibus teſtatus*, *Liberabam pauperem* &c. Iſti obſervationi Theologicæ hic parum loci. Paulo languidius quoque III. quamvis rotundius, *Jun. & Trem.* כי *Quod* reſolventes *infinitive*, atque ita cum præc. *Vſ.* copulantes; *Teſtificabatur mihi*, *Me eripere pauperem vociferantem.* Secutus *Crinſoz.* Ne copula quidem cum *Vſ.* ſeq. IV. ſat opportuna, *Quoniam liberabam pauperem* &c. *Benedictio pereuntis ſuper me veniebat.* &c. Omnino prius prætulerim, ita commodiſſime amplificatum a *Cocc.* V. *Vocula* כי nam, *rationem notat Judicii illius. Nonne enim ſingulare eſt eligi* Hominem a Deo *inter omnes* Eximium, *ut ſit* Inſtrumentum *clemen-*

mentiæ, *ac potentiæ ſuæ ad incolumitatem miſerorum*, *atque injuriam patientium* &c. &c. Ferit: nam *Jobus* ſemet deſcribit ut *Juſtitiæ acerrimum vindicem*, qui ut malis omnibus *Terrorem*, ita bonis *Amorem*, & *ſummam* ſui *Reverentiam*, commoverat; ad ipſum, tanquam *e Cœlo delapſum ſtatorem Religionis*, ac *virtutis*, ſuſpiciendum. Characterem quadrare nemo inficias iverit.

Verſ. 13. Idem nexus. Idem character. Præter id quod *Merc. Cocc.* alii annotarunt, adſciſci velim *publicas acclamationes*, & *fauſtas comprecationes*, quibus Noſter undique cumulabatur, tanquam *ſidus* aliquod *ſalutare*, *pereuntibus* ſub ſæva potentiorum tyrannide, & viduis deſolatiſſimis, *præſentem* ferens *lucem*, *opemque*. Argutiuſcule hoc ipſum captatum a *Bold.* quaſi has demum *veras* eſſe *laudes* inculcaret Noſter, quas dat multitudo. Non admiſerim quoque *Cor viduæ jubilans* dici, *ob ſexus verecundiam*, *quæ publicas acclamationes a mulieribus fieri non permittit.* Imo vero *Cor jubilans* complectitur quoque *cantum*, & *lætas voces*, ex *cordis abundantia profuſas.* Talia non notarentur, niſi ſubtilitas quorundam ſibi in talibus placeret.

Verſ. 14. Splendidæ figuræ. Solide *Merc. ut veſte aſſidue indui quis ſolet inter homines verſaturus*, *ſic mihi indumenti loco fuit Juſtitia*; *ei exercendæ jugiter invigilavi: unde* &, *quemadmodum eam indui*, *hoc eſt*, *ſectatus ſum* & *magno ſtudio obſervavi*, *ſic ea me induit veluti*; & *ornamenti loco fuit* &c. &c. Minus apte וי ילבשני poſteriori *Hemiſtichio* additum a nonnullis, quaſi eſſet, & *induit me judicium meum tanquam pallium.* Sic magna pars gratiæ perit, quæ ex *Antanaclaſi* eodem in Colo eniteſcit. Eam non videtur percepiſſe Cl. *Schmid.* quum *induit juſtitiam* & *induit me*, per modum *Exegeſeos* exponit, *Juſtitiam ita indui*, *ut totum me circumquaque velut veſtis circumdaret*, & *arcte adhæreret. Suam namque induſtriam in ſectanda juſtitia commendat. Nec loquitur tantum de juſtitia habituali*, *ſeu inhærente virtute*, *ſed ejus quoque exercitio*; *quod juſtitiæ erga proximum exercendæ ſtudioſiſſimus fuerit.* Omnia hæc in priori לבשתי *Indui* continentur, quod eſt 1. *proficere ad habitum juſtitiæ.* 2. *Juſtitiam exercere*; ut recte *Cocc.* Minus rectum, quod וילבשני & *amicivit me* item duo notare velit 1. *plenum juſtitiæ ſtudium*, *occupans totum hominem*, *omneſque ejus facultates.* 2. *Decus*, *gloriamque ex ſtudio juſtitiæ natam.* Atqui *plenum* illud *juſtitiæ ſtudium* jam comprehenditur ſub לבשתי *Amicivi*, *Indui*: ergo וילבשני & *Amicivit me* poſteriorem tantum Interpretationem admittit: prout *Latini* eadem figura dixiſſent, *Colui juſtitiam*, & *illa me coluit.* Dignitas *Schematis* ſentietur ex uſu tritiſſimo verbi لبس לבש *induit*, tum *rem*, tum *perſonam*, ad *familiariſſimam conſuetudinem* exprimendam; unde apparet *induere juſtitiam*, eſſe, eam tum *habitu*, tum *exercitio quotidiano*, ſibi *familiariſſimam*, ac veluti *domeſticam*, *efficere.* Ea *Juſtitia* viciſſim *cultorem* ſuum *induit*, quum eum reddit *Illuſtrem*, atque Ei *Juſti*, *Sancti*, *Religioſi*, *Viri Decus*, & *Nomen*, adſtituit. Hanc *gloriam*, & *Laudem*, ſi ex ſolido efflorefcant, *vera* hominis *ornamenta*, ſequens colon depingit: *ſicut Pallium* & *Cidaris* erat mihi *Judicium meum.* Paulo ſubtilius *Merc.* trahit ad *conſpicuitatem*, ut *Jobi æquitas omnibus dicatur conſpicua fuiſſe*, *inſtar veſtis extimæ*, *ac tiaræ.* Crediderim tamen eum idem voluiſſe, quod *Cocc.* qui obſervat eſſe hæc *Ornamenta Regia* & *Sacerdotalia. Eſech.* 21: 31. & *Eſaj.* 62: 3. ac proinde ſenſum eſſe, *eandem ſibi Majeſtatem peperiſſe* exercitium habitumque Juſtitiæ, *quam ſolent Ornamenta illa Regibus* & *Sacro Sanctis capitibus conferre.* Non placet *Schmidio*, ſimplicius cenſenti, *etiam* hoc colon *accipere de circumpoſitione* & *adhæſione*, *tanquam pallii*, & *cidaris: atque has veſtes nominatas*, *quod Judices Pallio* & *Cidari ornati in forum procederent.* Idem hocce luculentius executus *de Pined.* qui מעיל propterea mallet eſſe *Interulam*, *quæ nunquam a Noſtro deponebatur*, *ſed ei intime adhærebat.* Similiter *Bolduc. Vavaſſ.* &c. verſione *Vulg.* invitante. Non diffiteor *Schema* inde *floridum* exſiſtere, ut Noſter inſinuatum eat, ſe *non*, *ut alios Judices ſæpe*, *ornamentis illis externis ſolummodo conſpicuum pro Tribunali ſediſſe*, *ſed Æquitatem ipſam pro Pallio*, & *Cidari*, *ſibi circumpoſuiſſe*; in quem ſenſum & paraphraſis Ill. *Patricii* concinnata. Habet tamen prior ille adſpectus adhuc magnificentius quid, & ad ſeriem noſtram ube-

15 Oculi eram cæco: & pedes claudicanti Ego.

16 Pater Ego egenis: & litem, etiam ignotiſſimi perſcrutabar.

17 Et confringebam caninos eminentes injuſti; & ex dentibus ejus excutiebam prædam.

18 Proin-

15 עינים הייתי לעור ורגלים לפסח אני :

16 אב אנכי לאביונים ורב לא־ידעתי אחקרהו :

17 ואשברה מתלעות עול ומשניו אשליך טרף :

18 ואמר

uberius; manente interim, quam amplector, alluſione illa ad *Ornamenta Judicum:* ut per *Juſtitiam* ita *a ſe cultam* dicatur viciſſim *excultus magnifico pallio*, & *cidari Laudis teſtatiſſimæ*, omnibus inſignibus Regalibus, vel Judicialibus, ſanctioris. Confer quæ *Cap.* 19: 9. prælibata.

Verſ. 15. Preſſius literæ inſiſtens *Chryſoſt. oculis* & *pedibus captos* intelligit, aut *alio* quo *vitio corporis laborantes*, quibus *Jobus* non *per ſervos*, ſed *ſuiſmet manibus*, ſuccurrerit. Reliqui fere Interpretes, qua Veteres, qua Recentiores, *figurate* hos *cæcos* & *claudos* acceperunt: ſive in *genere*, pro *ignorantibus*, & *errantibus:* ſive in *ſpecie*, pro iis qui *Duce* & *Patrono* deſtituebantur in cauſis ſuis &c. Solus *Schmid.* non videt, *quid tropo opus ſit*, contendens *proprie* etiam *cæcum* & *claudum* ſumendos, ut *viduam*, *pupillum*, *reliquos.* Monet, *in cauſis judicialibus multum impedimenti afferre cæcitatem*, & *claudicationem*; *quod cæcus ſcripturas legere nequeat* &c. *ut nec claudus in forum pergere.* Inde elicit, *Jobum non paſſum*, *ut cæcus in judicio deciperetur*, *claudove abſentia fraudi eſſet.* Credo equidem; nam quis hoc *judex* patiatur? Sed id nunc velle Noſtrum, non credo, quia nihil magnum ſonat, eximiumve. *Chryſoſtomi* adſpectus, uberior ille quidem, ſed minus ſeriei aptus. Tenendus itaque *tropus*, quem Doctiſſ. Interpretes rite illuſtrarunt: niſi cum *de Pined.* utrumque complecti mavelis. Hunc conſuluiſſe non pœnitebit; multa enim commode cogitata adpoſuit: inter alia *Judicem* & *Principem* eſſe quidem *Caput* rerum, ſed qui ſimul *oculus*, & *pes*, eſſe debeat *vel viliſſimis ſuorum* &c. Hoc ipſum a Noſtro intendi, non dubitarim.

Verſ. 16. Pulchra *Paronomaſia* neminem non advertit אב לאביון. Ea clarius adhuc emicabit, ſi *Radicem* utriuſque vocis attendamus, אבה, cujus *origo* אבי *voluit.* Doct. *Merc.* exponit *patrem ſublevantem* & *alentem.* Cl. *Schmid.* mallet *Patrem in judiciis defendentem*; & *patrocinantem.* Talia diſcuti nollem; nam omnes facile intelligimus *Paterni Nominis amplitudinem* nullis finibus terminari. In *Diw. Hud.* extat, quod huc ſpeciatim quadrat.

ابو الاضياف والايتام ساعة
لا يعد اب

Pater hoſpitum, & pupillorum, quum nemo numeratur Pater.

Similiter *Tebrizius* ad *Hamaſa*, يقال فلان ابو الايتام اذا يحفظهم ويكثرون عنده

Dicitur Pater Orphanorum *de eo qui fovet eos*, *quantumvis frequentes adveniant.* Plura non addo; nam & his careri potuiſſe judicabitur, quum nulla non Lingua *Patrem* ſic frequentet. In poſteriori colo vix ſtare queat, *Litem quam non noram*, *perſcrutabar.* Nimis malus Judex, qui incognita cauſa pronunciat. Hoc *Mercero* anſam dedit, ad cogitandum de *cauſis ad ipſum non delatis*, *quas tamen diligenter veſtigarit*, & *ſciſcitatus ſit.* Doct. *Schmid.* priori opinioni adhærens, eam ſic colorat, *agi nunc de iis qui forum*, & *fori proceſſum*, *non norunt*, *ut qualis cauſa ſit Judex ex iis cognoſcere nequeat.* Sic parum lucramur. In promtu erat, *Cauſam hominis plane ignoti. diligentiſſime perſcrutabar.* Egregius cha-

18 ואמר עם־קני אגוע וכחול ארבה ימים׃

18 Proinde dicebam; in Nido meo exſpirabo; & ut Arenam amplificabo dies.

19 שרשי

19 Ra-

character Sanctiſſimi Judicis. *Ignotis*, & *Peregrinis*, *in Oriente*, *ne aditus quidem ad Judicem*; *nedum ut cauſæ ejus ſcrutandæ dignetur vacare*. Senſere *Caſtal. Cler.* alii, haud dubie, vi ſententiæ ducti.

Verſ. 17. Figura ſplendidior, quam ut vel verbulum ei illuſtrandæ addatur. Ad מתלעות *Molares* vulgo, obſervo tantum, proprie eſſe *Dentes qui longius ex ore eminent*, a תלע تلع *prominuit*. Tales ferme *ferarum*, ac præſertim *Aprorum*. Cum *feris rapaciſſimis* autem hic collatos *oppreſſores miſerorum*, palam eſt. His *Caninos confringere* non potuit Noſter, neque *prædam e dentibus excutere*, niſi *intrepide* ſemet infinitis *odiis*, *periculiſque*, objiciendo. Magnus locus: quem ingredi tamen haud vacat.

Verſ. 18. Magnificam deſcriptionem *gloriæ*, & *felicitatis*, qua ut *Juſtitiæ*, *Virtutis*, & *Religionis*, *ſtator* ac *propugnator*, olim floruerat, excipit *ſpes*, & *fiducia*, *radicibus firmiſſimis nixa*; qua ſibi hujus *Eximiæ Benedictionis conſtantiam* & *perpetuitatem* promittere potuerat; atque adeo debuerat. Ita ſcribo, ut occurram cogitationi cuivis hic promtæ, atque a Commentatoribus paſſim notatæ, nimium ſibi indulſiſſe Noſtrum, qui ſpes tam longas inchoarit, neque *inconſtantiam* & *viciſſitudinem rerum humanarum* ſatis attenderit. Tritus in hunc ſenſum locus, *dicebam in feſtinatione mea*, *non vacillabo in æternum*; *ſed te faciem abſcondente conterritus fui*. Talis tamen *confeſſio*, ſi omnia expendantur, non adeo nunc quadrat; nec ſeries rerum, ac ſententiarum, ullo pacto patitur, ut *feſtinationi*, ac *judicio præcipiti*, adſcribatur, quod Noſter tanquam *ſolidiſſimo fundamento ſuperſtructum* proponit. An non, ſi *confeſſionem* hic ederet Noſter *nimiæ fiduciæ*, ex tanta proſperitate conceptæ, ſuo ſe telo confoderet, & tum præcedentibus querelis, tum ſecuturæ adhuc conteſtationi, nervum inciſiſſet? Cl. *Cocc.* ſenſiſſe debuit, quum ſpei huic tres ſubdit rationes. 1. *a conſtantia Dei in benefaciendo*. 2. *a perſeverantia* Jobi *in bono*. 3. *ab aliorum etiam hominum opinione*. Addit, *Jobi ſpes*, *de qua hic ſermo*, *non eſt abſoluta*, *abſque omni formidine contrarii*; (*vide Cap.* 3: 25. & 10: 13.) *ideoque in illa non fundabatur gaudium ejus*: *ſed in alia de qua Cap.* 6: 10. & 13: 16. & 19: 25. 26. 27. *Probabilis tamen erat*, & *fulta revelatione Dei aliqua*. *Poterat illa meliori ſpe eſſe contentus*; *ſed erant* δεδουλωμένοι, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου *Gal.* 4: 3. *Itaque ſperabant* & *metuebant adſectu prope mercenario*: Poſtrema melius abfuiſſent. Priora etiam minus recte habent; nam *Cap.* 3: 25. & 10: 13. longe aliud intentum. Media admitto, nempe *ſpem probabilem*, & *Dei aliqua revelatione fultam*: addiderim, *ſpem abſolutam*, *abſque formidine contrarii*. Per *contrarium* intelligo, non *miſerias ordinarias*, *mortalitati* noſtræ velut *debitas*, quas nemo ſanus, nedum ſapiens, ad ſe haud acceſſuras ſperarit; ſed *Extraordinarias*, quales nunc experiebatur, cum *ira* & *maledictione* Dei, ut putabat, conjunctas. Dices non quadrare, quod ne quidem in mentem ei venire potuerit, *ſe conſque a Deo fore deſerendum*, quum *tot favoris Divini præſentiſſima pignora haberet*. Atqui id ipſum nunc Noſter inculcat; oſtendens ſe tum ob *ordinariam*, tum ob *extraordinariam* illam Dei *in ſe gratiam*, *feliciorem* ſibi *vitam*, *mortemque*, *promiſiſſe*, quam nunc calamitoſiſſimus mortalium *ſubeundam* ſibi cerneret. Vides *ſpem probabilem*; *ſolido fundamento nixam*; *abſolutam*; quam *ſi non foviſſet*, *gratiæ* ſibi *collatæ derogare*, & *diffidere* debuiſſet. Clavem dediſſe me ſpero, qua tum inſignis hicce contextus, tum reliqua omnia, commodius aperiri poſſint.

Ibid. Prius colon, haud dubie proverbiale, clarius videtur, quam eſt. *Vatabl.* I. *Moriar cito*, *ac citra moleſtiam longæ ægritudinis*. Captavit, quod & pluribus placuit, in *Nido*, *Lectulum*: monetque *de Pined. Tyrannos ferme non mori in Nido*, *Lectoque ſuo*, q. d. *quod Tyrannus non eſſet*, *ſed Pater popularium*, *ſe placidam mortem inter amplexus ſuorum ſibi ſpo-*

ſpopondiſſe. Adjectum a *Vatabl.* II. *Cum nido meo* i. e. *in medio liberorum meorum:* quem ſecutus *de Pined. ſi nidum dicat pullis plenum, ſignificabit mortem in medio liberorum, qui parentis amantiſſimi oculos clauderent.* Utrumque complexus III. *Merc. Moriar Domi meæ, tranquille & ſuaviter, inter meos liberos, eos ſuperſtites relinquens; neque exul, cogar e domo & bonis pulſus alibi mori.* Conſimiliter *Cocc.* קן *Nidum* pro *pullitie* hic poſitum obſervans, ad *ſuperſtitationem domus*, & *liberorum*, reſpexit. *Schmid.* IV. id nimis reſtrictum cenſens, per *Nidum* intelligit *omnia illa in quibus hominis felicitas temporalis conſiſtit, & quæ poſſidet: ſicut nidus avi eſt, quicquid illa poſſidet præter corpus ſuum.* Eadem latitudine & *Merc.* deinceps ſub *Nido* dederat *Patriam, Domum, familiam*, & *bonorum affluentiam*, non corrigens ſe, ſed explicatius reſumens, quod antea fuerat poſitum. Subtile, nec tamen omnino extra oleas V. quod *de Pined.* ſubjungit, *Forte etiam* Nidus *ſignificabit eminentem urbis locum, in quo* Regia *ſtructa, utpote in optimo & munitiſſimo loco: quod Obad. Vſ. 4. eſt inter ſidera poſuiſſe Nidum.* Ad hoſce explicatus VI. obſervo, nimis inſiſti in *felicitatem externam*, & *fluxam*, quam non adeo *propriam, perpetuam, ſtabilemque*, ſibi deſpondere auſus fuiſſet *Jobus*, pro ſua ſapientia. Hoc ipſum anſam dedit tales *ſpes*, ut *nimias*, carpendi. Ego ob ea, quæ modo diſcuſſa, exiſtimarem, ſublimius quid in hoc *Nido* intentum, ad quod ſuperiora illa *acceſſionis*, ſi forte, inſtar habeant. Nempe *Nidus* non tantum *Domum, Liberos, Patriam, Fortunam*, figurare aptus, ſed etiam *pacatiſſimum*, & *jucundiſſimum, ſtatum animæ, ſemet in Deo poſſidentis, cum vivo ſenſu gratiæ*, & *Benedictionis, uſque & uſque perennaturæ.* Hic omnino *Nidus* ille in quo *Jobus* perennem felicitatem, ſpe haud ſane improba, præcipiebat olim: atque in quo ſe exſpiraturum, ſanctiſſime confidebat. Hic *Nidus*, vere *ſupra ſidera poſitus*, talis ei merito viſus, unde *excidere* nunquam poſſet; quod Eum non *ſuperbia* ſtruxiſſet, nec *imaginatio*, ſed ipſius *Dei Manus*, tam munifice *ſervum* ſuum *ornans*; atque *Cœleſtibus donis, religioſiſſime exceptis, habitiſque*, ſupra omnes mortales *mactans.* Emblema ſic adhibitum, videtur deſumtum ab *Aquilis*, in *celſiſſima rupe nidulantibus.* Hoc *Orientalibus* protritum fuiſſe, nemo ambiget. Extat *Obad. Vſ. 4.* de *ſecuritate inacceſſa*, quam *Edom* ſibi deſponſabat. Per *accidens* nempe ibi *malum* fit, quod ex ſua natura *bonum.* Ne *Græcis* quidem *Latiniſque* ille *Nidus* proverbialis incognitus; qui ſecundum ſeriem, in qua locatur, exponendus. Cogites forte illum *Nidum* nimis hic *ſublimem*; neque *Eum* nunc intendi, quod reliquis omnibus Fortunis evolutus Noſter, ex *Gratia* tamen Dei non excidiſſet, ſed cum hac ipſa, vel ſic, ſe exſpiraturum confideret. Si ita me urgeas, negabo etiam *Domo, Liberis, Fortuna, Felicitate temporali, excidiſſe* eum: nam nec per *iram* & *maledictionem Dei*, ut opinabatur, inde excidit, & omnia cumulatius ei reddita, in iiſque ipſis exſpiravit. Vides ergo ex præſenti *Adjectu* de mente *Jobi* judicandum, qui ſe non de *Fortunis, opibus, Domo florentiſſima, dejectum* conqueritur; quippe qui dicere potuerat in recenti adhuc vulnere, *Deus dedit, Deus abſtulit, ſit Nomen Domini benedictum:* ſed e *Nidulo* ſe *ſuo præcipitem actum*, hoc eſt, *gratiam Divinam ſibi immerenti ereptam, cum eaque Sanctitatis, Juſtitiæ*, & *pietatis, pulcherrima ornamenta ſibi per vim velut detracta*, acerbiſſime deplorat. Nimis ſæpe ex oculis dimittunt Doctiſſ. Interpretes id unde *Jobus* nunquam, urgentibus Dei plagis, oculos dejiciebat, quod *Calamitates hæ* tam ſævæ, tam horrendæ, tantiſque terroribus intus & extus ſtipatæ, *tanquam in Caput ſceleratum*, & *Nocens, immiſſæ* viderentur, *ad eum e terra viventium pro Exemplo vindictæ Divinæ eradendum.* Id creberrime ſupra a Noſtro tactum, ab Amicis pro certo concluſum, hinc utique abeſſe non debet, ad ſenſum illuſtris pericopæ rite conſtituendum. Quomodo ea, quæ ad קן in *Juvenil.* tentavi, cum hoc adſpectu conciliari poſſent, ſub finem indicabo.

Ibid. Ad poſterius membrum, ſententiarum notum exiſtit trivium, quum חול *Arenam* aliis, aliis *Phœnicem* avem, aliis denique *Palmam* arborem, deſignare videatur. Prior vertendi ratio nititur uſu conſtanti hujus voculæ; media anſam, præſidiumque, ſumit ex *Nido*; tertia ex ſeq. *Vſ.* firmamentum quærit. Luſtremus. Plurimos I. calculos aufert, *Et tanquam Arenam multiplicabo dies.* Bifariam. Nonnulli 1. invitante innumero *Are-*

næ numero, traxerunt ad *conditionem beatam*, qua Noſter poſtquam expiraſſet, fruiturum ſe crediderit: Vel & ad *Reſurrectionem*, & *vitam æternam*. Habes apud *Munſt.* & *Iſid. Clar.* Per quam incommode. Plerique ergo 2. reſpiciunt ad *dies* hujus *vitæ*, *multiplicandos quam copioſiſſime.* Ab his partibus ſtant *Chald. Syr. Arabs. Rabbini* multi: *Vatabl. Calvin. Merc. Druſ. Jun. Piſcat. Belg. Angl. Genev.* &c. *Bolduc. Codurc.* a *Vulgato* diſcedentes: *Cocc. Boch. Schmid. Patric. Crinſoz. Cler. Reim,* &c. Formula proverbialis, qua *maximus numerus per Arenam & pulverem* ſignatur, tritiſſima in Sacris, profaniſque. *Gen.* 13: 16. & 22: 17. *Num.* 23: 10. *Joſ.* 11: 4. *Jud.* 7: 12. 1 *Sam.* 13: 5. 2 *Sam.* 17: 11. 1 *Reg.* 4: 20. *Pſ.* 78: 27. & 139: 18. Singularis exempli eſt 1 *Reg.* 4: 29. vel 5: 9. *Dedit Deus Salomoni Sapientiam & intelligentiam multam valde, & amplitudinem cordis, vaſtiſſimam ſcientiam, ſicut arenam ſuper litore maris.* Conſimili ratione κόνις & ψάμμος in *proverbium* abiere, unde ψαμμακόσια, *innumerabilia*; itemque illud *Apollinis.*

Οἶδ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης.

Conſonat *Horatianum*, *Numeroque carentis arenæ.* Vide & *Ovid. Metam.* 14: 136. Hæc, & alia, a Viris Doctis adducta, huic expoſitioni litem moveri vix patiuntur. Ipſe tamen *Merc.* II. magis inclinat in opinionem veterem, per חול deſignari *Phœnicem*, illam *vivaciſſimam avium*: tum quod *Nidus* præceſſerit; tum quod *Maſor.* annotet, כחול venire בתרי לישני *duplici* ſive *diverſo ſignificatu.* Obſervat etiam *Kimch.* Doctores *Academiæ Näardenſis* ad *Euphraten.* legiſſe חול *Chul*, pro *Chol*; ut *Phœnicem* ab *Arena* diſtinguerent. In *Zohar*, *Etymon* dari hujus חול *Chul*, a חיל quod eſt *Robur*, monuit ſummus *Boch. Hieroz.* part. 2. p. 818. &c. ubi alii quoque *Magiſtri* in partes advocantur, qui *Græcam* fabellam novo colore ornarunt, *ſolam Phœnicem de fructu vetito non comediſſe*; *ac propterea immortalitatis honore mactatam.* Ex Patribus 1. *Tertull.* & *Beda* ad *Reſurrectionis ſpem fidemque* applicuere; parum attendentes, dum *Jobo* hanc adſtruunt in *illo feliciore ſtatu*, eo ipſo conſequi, *ſpem fidemque* ejus nunc temporis circa iſtam veritatem non nutaſſe tantum, ſed & convulſam jacuiſſe. Id ipſi, credo, nollent. Paulo ſpecioſius 2. qui *vivaciſſimam longævitatem* reſpiciunt cum *morte vegeta*, *jucunda*, &, ut ſic dicam, *odora*, atque *benedicta*, inter *Aromata fragrantiſſima* & *Caſſiæ*, *myrrhæ*, *thuris*, *ſupremos honores.* Nimis bella imago, quam ut non arrideret: unde *Doct. Tigur.* & *Cajetan.* eam amplexi; nec alieni inde *Piſcator*, *Grotius*, alii, ſive quod in totum *Fabuloſam* non cenſuerint *Avem*, ſive quod judicarint inde *Figuram* vel ſic potuiſſe adſciſci, quæ ad opinionem vulgarem ſit accommodata. Non auſim accedere: nam חול *Chul*, vel *Chol*, nec a חיל *Robore*, nec ab حول *Annus vertens*, qui *Bocharti* luſus, pro *Phœnice*, quicquam habet, in quo pes figi queat; etiamſi ex *Plinio* adduceretur inſuper, *cum hujus Alitis vita magni converſionem Anni fieri*, *iterumque ſignificationes tempeſtatum & ſiderum eaſdem reverti. Lib.* 10. *C.* 2. Reſtat III. *vivaciſſima* arborum, *palma*, *Arabiæ* nobilis *Phœnix*, quam LXX. & *Vulgat.* amplexi, illi ὥσπερ στέλεχος φοίνικος, ad vitandam ambiguitatem, hic *ſicut palma*, reddentes. Subſcripſit *de Pined.* exiſtimans *Truncum palmæ* expreſſum a Senioribus, tum *propter firmitatem*, tum *propter gradatos illos corticis pollices*; *quos faciunt rami ſingulis annis decidentes*; *ſicut in* Trunco palmæ *multi anni queant numerari.* Id ſubtilius, quam neceſſe. Sufficit eſſe *Arborem dignitate*, *pulchritudine*, *utilitate*, & *vivaci vigore*, omnium facile *principem*: quam vocabulo חול deſignatam, ex collatione *Arabici* نخل נחל in primis conatibus noſtris firmare ſtuduimus: productis aliquot exemplis, ubi inchoata a *Nun*, & *Quieſc. Med. rad.* communem vim poſſident: ut פוח & נפח *ſpiravit.* מול & נמל *præcidit.* עש & نعش *plauſtrum*, Idem obſervatum fuerat a Cl. *Crom.* Ne autem quis ad קן *Nidum*

19 Radix mea aperta erit ad aquas: & ros pernoctabit in ramo meo.

20 Glo-

19 שרשי פתוח אלי־מים וטל ילין בקצירי׃

20 כבודי

adhæreret, monebam, *Nidum* quoque figurate dari *palmæ*; ad *ſedem nativam* indicandam: vel & a *rad.* קנן قــّن, in qua ineſt *firma compactio*, qualis eſt *funis*, *ex fibrillis palmarum plexi*, poſſe reddi, *Expirabo cum firmitate mea & ut palma multiplicabo dies.* Certe קן *Nidus*, non aliunde videtur dictus quam a *fibris firmiter connexis* & *compactis*, de qua *Origine* alibi: ac proinde non extra fines Linguæ *Hebrææ* abirem, ſi *compactionem* illam *firmam* hic tenerem, atque ad *vivum ſenſum Gratiæ Divinæ*, cum *vigore* & *robore vitæ ſpiritualis*, applicarem. Interim, ut par eſt, *Nidi* notionem præferri, facile fero: neque quod de *palma* protuli, adeo mihi firmum, & tutum, ut in eo penitus conquieſcam. Eam quidem amplecti ſuadet *Vſ.* ſeq. ſed *varietas* & *denſitas Emblematum* in ſublimiore ſtylo Orientis tanta, ut inde argumentum ſatis validum duci nequeat. Donec ergo hæc omnia ad liquidiorem rationem perducantur, accedere mihi liceat ad priorem ſententiam, paulo aliter explicitam: Ejus durities in eo potiſſimum ſita, quod *Sapientiæ Jobi* vix conveniat, ut *innumerabiles vitæ dies* vel ſperarit, vel promiſerit ſibi. *Male factum* plurimi cenſent, non quidem quod dulci fortuna ebrius fuerit; ſed quod ſibi indulſerit paulo plus quam par erat, ex imbecillitate humana. Alii *jure* id *factum* & *abs re*, diſputant; quod *Longævitas* inter *Benedictiones illius temporis.* Neutri faciunt ſatis; nec ſeries rerum patitur, ut *Longævitas* abſolute intelligatur; quippe quam Noſter nunquam ſibi tam certo addixiſſet. Intellexerim potius *Dies lætos*, *amplos*, *amplitudinem*, *dignitatem*, *gloriam immortalem* Jobo *addituros*, per *exercitium Juſtitiæ*, & *virtutis* ac *Religionis patrocinium*, ad quod ipſum *Divinitus electus*, & *conſtitutus* eſſe videbatur. Ita ימים *Pſ.* 34: 13. & 1 *Pet.* 3: 10. itemque ſupra *Cap.* 9: 25. *Dies mei præ curſore leves aufugerunt*; *non viderunt bonum* i. e. *non attulerunt ſenſum boni*; vel, *non exhibuerunt mibi illum fructum proprium*, & *perpetuum*, *quem mihi ſpoponderam.* Dices, non evitari incommodum, quum & ſic utique promiſerit Noſter in annos plus quam Neſtoreos. Reſpondeo, aliud eſſe, *ſpem vitæ longiſſimæ fovere* in *genere*, aliud *ſpeciatim* ratione plus quam probabili perſuaſum eſſe, *Deum* nobis *vitam prorogaturum* in *longos* uſque *dies*, ut quod opus, munuſque, ſub ejus auſpiciis, & donis ad hoc ipſum collatis, feliciter cœptum, ad ſperatum quoque finem, fructumque, perducatur. Si notior nobis eſſet *Jobi perſona*, & *Extraordinaria* illa *unctio*, qua tum *Judicis*, tum *Doctoris*, *munus* fortiſſime ſuſtinuit, rectius de hujus phraſeos poteſtate judicare poſſemus: ſatis tamen lucis nobis & ex præcedentibus, & ex conſequentibus, adfulget, ad concludendum, ארבה ימים *multos amploſque faciam dies*, referri debere ad *multitudinem* & *amplitudinem rerum*, quas ſe, ſub tam Eximiæ Gratiæ influxu, geſturum eſſe ſperarat; atque adeo læta cogitatione occuparat. Hoc latiore ſenſu, כחול *ſicut Arenam amplificabo dies*, cum *numero* ſimul admittit illam *amplitudinem*, qua glorioſe, i. e. *ad Egregium publicum*, *Gloriamque Dei:* vixiſſe cenſemur. Ita *Salomon*, Exempli gratia, cui data *amplitudo cordis ut arena in litore maris*, הרבה ימים *dies amplificavit*, *gloria Sapientiæ florentiſſimus* &c. &c. Sic duo *Cola* ſibi jucunde ſuccinunt, *ſpemque pulchram* nobis ſiſtunt, homine Sapiente, Sancto, Numinis pleno, digniſſimam: quæ etiamſi nunc fefelliſſe videretur, haud fefellit tamen; ſed largo fœnore Noſtrum cumulavit; quando hæ ipſæ calamitates majorem ei & *auctoritatem*, & *amplitudinem*, conciliarunt, glorioſiſſime reſtituto in integrum, ut non ſuis tantum popularibus, ſed & ſeculis omnibus, admirationem Divinæ gratiæ, ſplendidiſſime in tanto hocce viro relucentis, commoveret.

Verſ. 19. Jucundiſſimæ figuræ; quas alii in præ-

præſenti, alii in *præterito*, alii *in futuro* connectunt. *In præſenti*, ſic: *Dicebam*, *multiplicabo dies* &c. *Radix* enim *mea aperta* eſt &c. Ita *Vulg. Pagn. Merc.* &c. In *præterito* ſic: *Radix* namque *mea aperta erat* &c. Ita *Vatabl. Cajet. Piſc. Belg. Cocc.* &c. In utroque *fundamentum ſpei* ſiſtitur. Ipſam *ſpem*, *in futuro*, maluere *Jun.* & *Trem.* *Radice mea explicata ad aquas, ros pernoctabit in ramo meo: Gloria mea erit* ut *novella apud me* &c. &c. Etiam *Schmid.* huc calculum confert. Gravior diſſenſio circa ſenſum. *Cajetan.* I. literæ adhærens, prius colon ad *arbores*, poſterius ad *ſegetem* refert; quaſi *annos abundantiæ ſuæ* hic reſpiceret Noſter, quos olim habuerat, quoſque perpetuo ſe habiturum ſperarat. Huc Cl. *Cler.* videtur inclinare. Ad *Meſſes copioſiſſimas* II. alii omnia retulere; quibus & *Radix aperta ad aquas*, pertinet ad *ſementem*, *in locis riguis læte creſcentem.* Cl. *Schmid.* III. monens *Lutherum* hanc opinionem ſecutum, ipſe *Radicem* mavult figurate exponere, *ut Jobus ſemet arbori compararit, quæ perpetuo trahat aquam radice non obturata, ſed aperta, & humorem tranſmittente.* In poſteriori colo *Luthero* accedens, *nihil impedire* ait, *quo minus duplex ſimilitudo in uno verſu ponatur, nam & Vſ. præc. id factum. Amplificari ſic deſcriptionem felicitatis ſperatæ, ut* 1. *ſperaverit, ſe totum fore ſuccoſum.* 2. *ut Meſſis ſua, & alia bona, conſtanter, & mirabiliter, benedictione roris Divini fruerentur.* Præſtitiſſet totam *Lutheri* ſententiam amplecti; quam ſic dividere, ut aperta fiat μετάβασις εἰς ἄλλο γένος. *Merc.* IV. anceps in קציר, ſitne *Ramus*, an *Meſſis* pro *propaginibus* poſita, intra ſimilitudinem *Arboris* ſubſiſtit, *quæ feliciſſime ſuccreſcat, aqua inferne, rore ſuperne, enutrita*; *ad inſtar cujus Noſter reputarit, tum quum floreret, perpetua hac felicitate fruiturum ſeſe; quod velut* Radix *ejus humore Divinæ benedictionis rigaretur ob Juſtitiam & integritatem:* & Rami *item deſuper velut rore Divinæ benevolentiæ fœcundarentur.* Vides conatum aliquid enucleatius tentantis in *genere figurato*, nec tamen ſatis expedientis. *De Pined* V. continuari cenſens comparationem a *palma* cum *Vulgato*, in priori membro *Radicem apertam ſecus aquas*, per *Hypallagen* exponit, *quod aqua aperta ſit circa Radicem*; præfert tamen mox *apertam* pro *circumfoſſa:* ut Noſter ſemet aſſimilet *palmæ ad decurſus aquarum aperta ſemper Radice diſficultates omnes, atque ardores temporis ſuperantem*, &c. &c. Poſterius membrum a *Vulg.* expreſſum, *& ros morabitur in meſſione mea.* Id *Doctiſſ. Jeſuita* ſubtilius trahit *ad aërem roridum, quem deſiderant ruſtici tempore meſſis, ut ſegetem integris ſpicis demetere poſſint, nullo grano præ ariditate diſſiliente.* In hac autem *meſſe* vel *meſſione* deinde alluſum cenſet ad *tempus mortis:* quaſi diceret Noſter, *ſe omnia felicia ſibi olim pollicitum, etiam Cœleſtem illum* rorem, *quo facile ac jucunde avelleretur, ſeu* demeteretur *e vita, & inferretur in ſepulcrum* ſicut acervus tritici; *nam quibus non affunditur cœleſtis ille* ros, *cum ingenti doloris ſenſu præciduntur; & magno labore moriuntur.* Simile quid extat in *Caten.* *Quemadmodum fructus rore completi, & ad maturitatem perducti, ſuo tempore demetuntur, ita ego in bonorum copia, ætate exacta, putabam ex hac vita me migraturum.* Vide VI. quid *Bolducius* hinc extuderit, ita nectens, *Nempe genus meum naturaliter fœcundum eſt; eademque fœcunditas fructus* ventris mei *proſequetur.* Ei שרש *Radix* eſt *ſtirps Jobæa.* פתוח *aperta radix*, eſt *apta generationi*, prout *vulva* dicitur *aperiri.* Per מים *aquas* intelligit *ſemen genitale:* per *Rorem* iterum *Donum fœcunditatis e Cœlo:* quo קציר *Meſſis Jobi*, i. e. *Filii quos jam meſſuerat, irrorati, irrigatique, fœcundarentur ad nomen paternum perpetuandum.* Commodius קציר *Ramos* dediſſet, *Radici* reſpondentes. Utrumque *Emblema* ſic uſu venire non nego: ſed heic loci minus congruens ille conſpectus, quum nihil aliud hic admitti queat, quam quod *Jobus* ex *indubitato Gratiæ ipſi collatæ principio*, ſibi deſpondere potuerit & debuerit. Ad illud proxime acceſſit *Cocc.* VII. cui *Radix* ſpiritualiter eſt *Fides, qua accipimus ſalutariter omnia bona a Deo.* Per *radicem apertam ad aquas*, figurari putat, *affluentiam gratiæ & benedictionis Divinæ omnigenæ, atque omnis temporis, ut nulla eſſet non modo interruptio, ſed & nulla pars aut formæ ſui, quæ benignitatis non participaret.* Per *ſegetem* denique intelligit *ramos*; omnia in *præterito* convertens, *Radix mea erat aperta ad aquas; & ros pernoctabat in ſegete mea:* i. e. *multitudine ramorum*; prout vocem קציר

Cap.

20 Gloria mea nova erit mecum; & Arcus meus in manu mea reviveſcet.

21 Me

20 כבודי חדש עמדי וקשתי בידי תחליף׃

21 לי־־

Cap. 14: 9. ſumtam vidimus. Subjungit, *hæc quidem ſpiritualem habere ſententiam*; *neque tamen vigorem corporis & ſtatus excludi*; *qui priſcis expectandus fuerit ſecundum literam Legis* &c. Addit præterea, *piorum ſpem omnem in ſpirituali vigore radicari. Impiis quidem virorem & vigorem quoque attribui*, *ſed eum mere externum eſſe*; *non enim* patere *eorum* radicem *ad fontem* aquæ vivæ, *ſed ad putidas hujus ævi lacunas*, *nec* rorem *incumbere* ramis *illorum*, *qui veram afferat vivacitatem*: *adeo ut ſi in hoc ſeculo non* retorreſcant *quoad* ſtatum & ſpeciem; *tamen in morte quicquid habent* vigoris, *una cum* virore *extingui*. Habes adhuc preſſius, quid per *Radicem ad aquas explicatam*, perque *rorem in ramis pernoctantem*, intendi, cenſuerit ὁ πάνυ, *vigorem* nempe *viroremque lætum ſtatus*, tum *externi*, tum potiſſimum *interni*. His cum acumine, lumen ineſſe, nemo negarit: nec dubito quin *Merc. Piſc. Belg. Patrie. Crinſoz.* aliique qui *florentiſſimam* olim *conditionem Jobi* hic ob oculos poni ſtatuunt, utrumque *adſpectum*, *Corporalem*, & *Spiritualem*, conjunctum voluerint. Si itaque in *præterito* verſiculus hicce conceptus, nihil uberius dari poſſe puteni. Malim tamen *in ſuturo* ſuſceptam orationem ita continuare, *Radix mea aperta erit* &c. &c. Nempe oſtendere hic incipit Noſter *ſpes ampliſſimas vitæ beatioris*, *in gratia Dei*, & *uberrima* ejus *conſolatione*, *tranſigendæ*, *cum omni fructu tum interno*, *tum externo*, *Cœleſtis illius unctionis*, *quam largiſſime in ſeſe effuſam fuiſſe* demonſtraverat. In *Allegoria* ſic concepta, *Radix* eſt *principium vivum*, *firmuſque vigor Gratiæ* Noſtro *collatæ*. Ea *aperta*, id eſt, *explicata*, & *bibendo latici expanſa ad aquas*, ob oculos ponit *jugem* illum *influxum Spiritus Sancti*, & *donorum ejus*, quibus ſe *exuberaturum* quoque *jugiter* crediderat; præſertim in obeundis muneribus illis, in quibus ſe hactenus *Virum Dei* præſtiterat, cunctiſque probaverat. *Ros ſuper Ramis pernoctaturus*, vel *generatim* idem illud grata varietate pingit; vel *ſpecialius* deſignat *Benedictionem* Dei, & hominum ſimul, *Noſtro ſuperventuram*, tam *lætos Ramos*, *eoſque fructibus onuſtos*, *explicanti quaquaverſum*. Id plenius. *Ramos ſuos pandit* Vir Sanctus, tanquam *Arbor juſtitiæ*, quum *ad multos Sapientiæ*, *pietatis*, & *virtutis ſuæ*, *vim ſalutarem extendit*: ſuper illis *Ramis recubat*, & *pernoctat*, *Ros*, quum *Deo*, *hominibuſque*, *grata* illa *officia*, *meritas* quoque *benedictiones*, & *laudes*, reportant; quas cum *Rore* comparare ſolent *Arabes*. Iiſdem *ros* depingit *pulchritudinem roſcidam*, ut ſic dicam, & *recenti ſemper vigore placentem*. Et ea egregie quadrat. Cernis *Dies ampliſſimos quos ſibi* Noſter *venturos* haud vana utique ſpe præcipiebat; qui & deinceps ei venerunt, atque expectationem ejus cumulatiſſime implerunt. Si quis exiſtimet *externas* quoque *Fortunas* ſpectandas, non intercedo; modo ne id quod infimo gradu ſtare debet, principe loco collocetur; quodque exiguam particulam effecit apud virum vere magnanimum, opumque contemtorem, votorum ejus ſummam conſtituat.

Verſ. 20. *Publicam*, non *privatam*, *Perſonam ſuam* attendiſſe Noſtrum, hic verſus, & ſequentes, manifeſto arguunt. Recurrit & heic, quod *Vſ. præc.* tactum de *connexione*; quum aliis placuerit *in præſenti*; *Gloria mea eſt* &c. Aliis *erat* &c. Aliis, *erit*, &c. *Merc.* l. in *præſ.* q. d. *Gloria mea ſubinde in dies renovatur*; *tantum abeſt ut imminuatur mea auctoritas*, *ut in dies magis ac magis augeſcat*. Item, *Arcus meus* i. e. *robur*, *ac potentia*, *cum abundantia felicitatis*, *novas ſubinde vires recipit*, *ac velut reviveſcit*. Non abſimiliter *Il. Cocc.* ſed in *præter. Nullo die judicium hominum de me minuebatur*; *quin in dies glorioſior fiebam* &c. *Arcum dicit auctoritatem*, *qua poſſit multos deterrere ab injuſtitia*, *non tantum cominus congrediendo*, *ſed & eminus comminando* &c. החליף *eſt* ſe permutare *ſcil. de veteri in novum*, *de debili in robuſtum*. *Job.* 14: 7. *Eſaj.* 40: 31. In *Futur.* III. *Jun.* & *Trem. Gloria mea erit*, ut *novella apud me* &c. monentes ſimul, eſſe *allegoricam figurationem a plantis*, *quæ irrigantur*, & *perpetuo ut novellæ virent*. Duo priora, quaſi *Rationem* reddunt *ſpei Vſ.* 18. indicatæ: poſterius eandem *Spem* continuat, & illuſtrat. Hoc, utpote nervoſius,

21 לי־שמעו ויחלו וידמו למו
עצתי׃

22 אחרי

21 Me audient, & expectabunt; & altum in ſilentium dabuntur ad conſilium meum.

22 Poſt

ſius, ſimulque rotundius, multimodis præferendum; cur enim *rationem* redderet conceptæ *ſpei*, qui tam ſolida ei fundamenta, inde ab initio capitis, ſubjecerat? In ſecundam tamen ſententiam a pleriſque deſcenſum, quod ſequentia non *in futuro*, ſed *præterito*, collocata eſſe crederentur. Id ſecus ſe habere, Cl. *Schmidius* viciſſe mihi videtur; qui & hic proinde *futurum* rectiſſime retinet; in reliquis *Mercero* & *Coccejo* conſentiens; nec tamen de nihilo ſubmonens, *invictum illum eſſe cujus arcus in manu, & inter jaculandum innovatur, ac validior redditur.* Hoc a Noſtro intentum, patet ex ſimili *Schemate Gen.* 49: 13. *Sedit*, permanſit, *in perenni* vigore *Arcus ejus*, *& agilia facta ſunt brachia manuum ejus* Geminum, *Pſ.* 18: 35. *Deſcendere faciunt brachia mea arcum æneum.* i. e. *tendunt invicti*, *indefeſſique*, *bellatoris inſtar.* Vide etiam 1 *Sam.* 2: 4. Figuram Orientalibus mirifice placitam, ſpeciminibus quibuſdam illuſtrabo. *Harir. Conſ.* 26.

اخلاقه غر ترف وفوقه فوق
اذا ناضلته غلاب

Mores ejus candidi nitent; *& Crenæ* Arcus ejus *ſunt ubi certaveris cum eo*, *Crenæ victoris.*

In *Hamaſa.* اصبحت قوسه موترة *Evaſit Arcus ejus nervo præditus.* Latiore adhuc ſenſu *Harir. Conſ.* 28.

كنت يوم كنت قويم الشطاط
جموم النشاط ارمي عن قوس
المراح الي غرض الافراح

Eram tum temporis erectus ſtatura, *plenus agilitatis*, *qui ab Arcu lubentiæ jacularer ad ſcopum lætitiæ.* Ad eandem rationem *Haſta*, *Gladius*, *Telum*, &c. traducuntur. *Diw. Hud.*

فانت قناتك صلبة اذا
قرعت فضت قناة المكايد

Ad te quod attinet. Haſta tua dura eſt; *quæ ſi feriatur Haſtam adverſarii comminuat.* Item *Hamaſ. Etiamſi adverſæ res in nos incubuerint*,

فما لينت منا قناة صليبة فما
ذللتنا للتي ليس تجمل ۞

at non emollierunt Haſtam noſtram duram, *neque nos dejecerunt ad id quod minus decorum.* Notat ibi *Tebriz.* العرب تضرب المثل بالقناة فيقولون قناة بني فلان صلبة اي هم اعزاء وقناتهم خوارة اي هم ضعاف اذلاء *Arabes Proverbialiter frequentant Haſtam*, *dicuntque*, *Gentis illius vel Familiæ Haſta dura eſt*, *quum Nobiles & Honoratos ſignificare volunt.* *Contra*, *Haſta eorum flaccida*, *pro debiles ſunt*, *& ignobiles.* Hinc univerſum genus ſatis cognoſcere eſt; nec jam opus *Gladio ſecanti*, *Telo penetranti*, ſimilibuſque, inſiſtere. Suſpicabar aliquando, יחליף ſubjiciendam vim *transverberandi*, quæ ſupra *Cap.* 20: 24. extat: ut *Arcus transverberans* ſit Emblema *Auctoritatis cui nihil reſiſtere valeat.* Sed venuſtius adhuc, *Arcus meus in manu mea revireſcet*; quam notionem ſupra quoque adſtructam reperies *Cap.* 14: 7. Exemplum eſto, quo *Maccab. L.* 2: 55. dicitur, *Balſamum*, *ſtructa Domo ſecunda* جف لم يخلف بعد ذلك *exaruiſſe*, *neque poſtea reviruiſſe.* Concinit *Eſaj.* 41: 1. & 40: 31. unde & *dignitas* & *ubertas* figuræ cognoſcetur. A *Græcis* Ἀναθάλλειν eadem virtute traducitur: quin θάλλειν dicuntur omnia, etiam *mala*, in qui-

22 Poſt Verbum meum non iterabunt; & ſuper illos ſtillabit ſermo meus.

22 אחרי דברי לא ישנו ועלימו תטף מלתי :

23 Et

23 ויחלו

quibus ineſt *recens* ſemper *vis* & *vigor*; unde πήματα θάλλοντα, & νέος θάλλων apud *Soph.* Similiter *Eurip. Phœn.* 819. Δυσδαίμων ἔρις θάλλει. Proclivior tamen uſus *in bonum*, quo θάλλειν eſt *victoriis vigere* ac *florere*. Crebrum *Pindaro*, & *Tragicis*. Hoc in *Arcu florente*, ac *frondente* quaſi, luſum pulchrum efficere, quivis ſentit. Intentum a Noſtro, nec dixerim, nec negarim.

Verſ. 21. Fluctuatur in *nexu* magis, quam in *ſenſu* ſequentium. *Merc.* I. qui *Vſ.* 18. 19. 20. in *præſenti* ceperat, jam ad *præteritum* ſe refert, monens, Noſtrum *redire ad deſcribendam auctoritatem in qua antea apud omnes fuerat* &c. Diſerte *Piſcat.* addidit, *repeti* hic quod *Vſ.* 9. 10. dictum fuerat. *Jun.* ne idem repeteretur, diſtinguit tres *gradus optati*. Primus a *Vſ.* 3. ad 7. ad *Domum* & *Familiam* adſtrictus. Secundus a *Vſ.* 7. ad 18. *Honorem publicum* ſpectans. Tertius, ad *prærogativam in honoratiorum conſeſſu*, atque *conſiliis*, pertinens. Non video quid *ſecundus*, & *tertius*, differant. Id anſam præbuit *Jarchio*, ad *prædictiones Jobi* hæcce trahendi, *quarum eventum, ut indubitatum expectare ſoliti fuerint.* Id nihil. Mollius *Cocc.* ad *dicendi*, *docendique gratiam*, ac *vim*, qua polluerit Noſter, applicat; quod & *de Pined.* fecerat, inter optimi principis artes, & partes, numerans *Eloquentiam* & *Copiam dicendi*. Si pericope ad finem capitis pertexta, in *præterito* concipienda eſſet, non dubitarem *aliam* hic *Jobo perſonam* dare, non *Judicis* amplius; ſed *Doctoris:* utramque enim Eum geſſiſſe, vero conſentaneum. Sed II. commodius viſum Cl. *Reimaro*, ut *in præſenti* cuncta decurrant, ex filo ad *Vſ.* 18. inchoato. *Dicebam, cum nido meo expirabo* &c. *Nam Radix mea eſt aperta* &c. *Gloria mea jugiter innovatur* &c. *Me audiunt & exſpectant.* Amplecterer, eadem *Doctoris perſona* retenta; niſi *Vſ.* 19. & 20. non *rationem ſpei*, ſed *ſpem ipſam* ſignari, luculentius cenſerem Hanc Cl. *Schmid.* III. & ibi, & hic, feliciter tenuit, *in Futuroque* omnia limpidius fluere oſtendit. Dices, ne ſic quidem *repetitionem* evitari; nam & *Schmidium* illuc redire quo *Merc.* aliique redierant, ita verſu hocce evoluto, *Quemadmodum hactenus eam apud omnes habui auctoritatem, ut promte me audiverint, ita ſpes eſt, in poſterum quoque promte me audituros.* Id revera dilutiuſculum; nec credibile eadem quæ *in præterito* præmiſſa erant, nude reponi ut *in futurum* quoque ſperata. Hæc ratio haud dubie movit Interpretes, ut *præteritum*, vel *præſens*, aptius judicarint: accedente inſuper altera hacce, quod *Jobus* tam magnifica ſibi *in futurum* promittere ſalva verecundia, & modeſtia, vix potuerit. Uterque ſcrupulus eximitur per *explanationem Vſ.* 18. & duorum ſeq. ad noſtram mentem, unde patet *ſpem* hancce non fuiſſe *Carnalem*, ex rebus nimium ſecundis ortam; ſed *ſpiritualem*, ex vivo ſenſu *Gratiæ*, & *Unctionis Cœleſtis*, natam; qua magnis rebus gerendis, & *ſalutari* præſertim *Doctrinæ* cum *Auctoritate Prophetica tradendæ*, ac *propagandæ*, *Divinitus* ſeſe *miſſum*, & *conſtitutum*, dubitare non poterat: ut nec populares ea de re dubitabant. Eo admiſſo, decentiſſime ſane dicere potuit *in futuro*, quod hic expreſſum; *præcepta*, *monita*, *conſilia*, quæ Dei nomine daturus eſſet, *reverenter excipienda fore*; prout haud dubie factum fuit ab omnibus aliquo Numinis metu imbutis, poſtquam ut *Aurum* ex *Fornace* emerſiſſe viſus fuit. In verbo יחלו ineſt *præſtolatio avida*, eademque *lenta* i. e. *tenaciſſima.* עצה عظة *Conſilium*, abſolute infert *monitum*, *pietatem*, ac *religionem*, inculcans. ירמו vel forma *Chald.* a דמם *complanabuntur*, *in altum ſilentium ſtrati* velut, ac *compoſiti*, metaph. a *fluctibus ſtratis* & *ſedatis:* vel quod *Joſ. Kimchius* ſuſpicatus, Radix נדם, ejuſdem notionis. De eo in *Originibus*.

Verſ. 22. Non neceſſarium duco per ſingula nunc ire, & exponere, quid reliquis Interpretibus vel in *præterito*, vel in *præſenti*, ſe-

23 ויחלו כמטר לי ופיהם פערו למלקוש :

24 אשחק אליהם לא יאמינו ואור פני לא יפילון :

25 אבחר

23 Et exſpectabunt, tanquam pluviam, me; atque os ſuum diducent ad pluviam ſerotinam.

24 Ridebo ad eos, non ſecuri fient: neque ſerenitatem vultus mei cadere facient.

25 Ele-

ſeſe obtulerit; quæ vel incommodi, vel diluti, quid, ſecum trahere debere, ex prægreſſis facile colligere eſt. Omittere tamen nequeo conatum Cl. *Guſſ.* ſub שנה reddentis, *poſt ſermonem meum, non diſcrepabant* a ſe ipſis. i. e. *nihil mutabant de magno illo pretio, in quo me, & conſilia mea, habere ſolebant.* Non eſt magnum. Ne *Schmidius* quidem *in futuro* hæc capiens, vim ſententiæ explet, q. d. *Non tantum ad meditatius meum conſilium nihil excipient, ſed etiam ad quodcunque meum verbum nihil replicabunt; nec contradicent unquam.* Non premendum ita דבר *Verbum*, quaſi *unicum* modo ſignaret: nec id ſane per *non iterabunt* intentum: ſed *verbum* omnino hic eſt *Doctrina*; & *non iterare*, eſt *fateri optimum*, atque amplecti pro *eo* cui nil *par*, aut *ſecundum.* Sic *unicum* Jobi *verbum*, a nemine *iterandum*, ſi premere quis velit, non injucundum fatebor luſum; cujus tamen cocio eſſe nolim: nam & מלתי *Dictum meum* in *ſing.* poſitum. Sub תטף R. *Salom.* recte olfecit לשון נבואה *vim Prophetiæ*, ut *Deut.* 32: 2. *Mich.* 2: 6. *Amos.* 7: 16. Male tamen *in præterito* accepit, quod *Jobus* in *futurum* ſibi deſponſarat. Idem monitum velim de annotationibus *Merc.* & *Cocc.* in quibus nil deſidero, quam ut *præter.* in *futur.* convertatur. Pulchre *Cocc. ſtillabat ſuper eos; non prætereffluebat. Prophetæ docentes populum dicebantur* ſtillatores, *Mich.* 2: 6. 10. *Eſech.* 21: 2. 7. *quod illorum officium eſſet populum* verbo *Dei tanquam* pluvia *aut* rore *ad omnem* χρείαν τῆς οἰκοδομῆς *clementer, aſſidue, & ad cujuſque captum, irrigare.* Cl. *Schmid.* mallet *metaph.* deducere a *favis mellis* ex *Prov.* 5: 3. *Cant.* 4: 11. ut ita *ſuavitas ſermonis*, cum *promtiſſima acceptione*, ſignetur. Variandi cauſa non ſpreverim, ſi modo *doctrina Prophetica* ſimul retineatur.

Verſ. 23. Nobiles Orientis figuræ, in *Doctrinis, ſententiiſque*, mentem *rigantibus, recreantibus, fœcundantibus.* In *Haririo* eæ utramque implent paginam. *Conſ.* 2. استسقي الوبل والطل *Rigari cupiebam ab imbre, & rore*, i. e. *A nemine non doctrinam & ſapientiæ præcepta expetebam.* Item, واستغزروا ديمته *& pluviam ejus copioſiſſimam celebrarunt.* Iterum *Conſ.* 3. *Dixi ei* ما اغزر وبلك *quam copioſus imber tuus!* i. e. *Eloquentia.* Et *Conſ.* 16. انه اذا نطق اصاب وان استمطر صاب *Hic ſane quum dicit, ſcopum ferit; quumque rogatur pluviam, largum fundit imbrem.* De verbo יחל conſule *Vſ.* 21. Formula פער פה *diſtendere os, ſitim avidiſſimam*, itemque *ſacram* quandam *admirationem*, expingit. Hæc jam multo commodius *in futuro* efferri, quam vel *in præſenti*, vel *in præterito*, inde efficio, quod *Jobus, in diebus Autumnitatis ſuæ*, ad illam *ſpem*, cum *ſuam*, tum *omnium*, jam *maturuiſſe* videretur; ut non ſolum tanquam *Juſtitiæ unicus vindex*, verum etiam tanquam *ſtator & propagator veritatis Cœleſtis*, in gente ſua emineret, atque *Prophetiæ Donum*, quod *Juvenis*, & *Vir*, oſtendere cœperat, luculentius adhuc deinde exertaret; ubi ad *provectiorem ætatem* perveniſſet.

Verſ. 24. Sententia prior non omnino plana. *Merc.* I. in *præter. ſi luderem, & jocarer* *cum*

25 Eligam viam eorum, & ſedebo Caput: & tendam ſicut Rex in turma: ſicut qui lugentes conſolatur.

25 אבחר דרכם ואשב ראש ואשכון כמלך בגדוד כאשר אבלים ינחם׃

cum illis, *nonnihil detrahens de ſeveritate*, *&* *me demittens*, *non credebant illi me jocari*, *ſed ſerio agere*, *id gravitate*, *&* *auctoritate*, *mea indignum putantes*, *&* *ne tum quidem me jocari credentes*, *quum revera jocarer*, *me illis familiariorem exhibens*, *&* *de cenſoria gravitate aliquid remittens.* Hoc voluit *Beda. Tanta reverentia & honore habebar*, *ut Sapientiæ meæ & gravitati*, *indulgentiæ blandimentum*, *&* *remiſſionis hilaritas*, *congruere vix poſſet.* Voluit & *Nicet.* in *Caten. Quod per riſum a me fiebat*, *periclitandi alterius cauſa fieri arbitrabantur.* Adde *Gregor. Vir Sanctus talem ſe exhibuit ſubditis*, *ut etiam ridens timeri potuiſſet.* Id pleriſque arriſit. Sed *Cocc.* locum *Jocationi & riſui* non concedens, agi cenſet de *approbatione*, & *judicio*, q. d. *Conſcientia infirmitatis ſuæ non fidebant ſibi*; *ideoque etſi* benevolentiam *meam ipſis oſtendiſſem*, ſecuri non fiebant, *ſed timebant*, *ne alii deprehenderentur eſſe atque* judicarentur *a me*; *atque iccirco operam ſtudioſe dabant*, *ne* judicium *illud*, *meum honeſtum de ipſis atque ἀδοξίαν prodigerent.* Paulo aliter II. *in præſenti* Cl. *Reim. Si arrideo illis*, *non nimium confidunt*; *neque tam audaces fiunt*, *ut vultum adducere cogar.* Egregie. Minus commode III. *Schmid. Non propter meam erga illos humanitatem imaginabuntur ſibi neſcio quid*, *&* *confident ſibi*, *quaſi ex timore illorum me ſubmitterem.* Amplector tamen vim *futuri*, eamque ſententiæ *Reim.* ſic apto, *Arriſurus ſum iis*, *nec tamen ſecuri fient*; *neque ſerenitatem vultus ponere me cogent.* אור פנים *Lumen vultus*, ut *Prov.* 16: 15. pro *ſerena*, & *favoris plena*, ejus *diffuſione.* Illi *ſerenitati* reſpondet quoque verbum שחק, quod proprie eſt *Renideſcere*, *fronte exporrecta*, & *lævigata quaſi.* Verſionem *non credent*, nimium torſit Cl. *Schmidius*, rogans, *num non credebant*, *quod revera ita ſe habebat*? nam quivis ſentit *figurate* dictum, ad *Majeſtatem* & *Auctoritatem* augendam. Id ergo ſi quis malit, cum Cl. *Cler.* non intercedam; quamvis *non confident*, *non confidentiores*, & *irreverentiores evadent*, adhuc commodius videri queat. *Nimia familiaritas parit contemtum*, habet vetus verbum. Politice, & ex vero, *Tac. Majeſtati major e longinquo reverentia.* Recte itaque *ſummam humilitatem & familiaritatem erga ſuos*, nihil *ſummæ*, *omnium Venerationi* detracturam eſſe dicit; qui *auctoritatem* quandam *ſingularem*, & *incredibilem* deſcribit; qualis competit Viro Divinum quid in maximis, minimis, ſeriiſque, quod dicitur, & jocis, ſpiranti.

Verſ. 25. Graviſſima concluſio, quæ ſententiam noſtram unice firmat. *Merc.* I. dilutiuſcule, adſcita *conditione*, *ſi quando viam eligerem eorum* i. e. *viſum eſſet mihi ad illos ire*, *cum illis verſari*, *eſſe in illorum conſortio familiari*, *illi tamen ſolitum honorem mihi deferentes*, *ſemper me ſummo loco ponebant*: *ac proinde* verſabar *inter illos* tanquam Rex in turma, *circumdatus & ſtipatus exercitu ſuo*, *qui in eum oculos conjicit*: ut qui lugentes conſolatur; *in quem omnes intuentur*, *&* *oculos habent conjectos.* Huc plurimus calculus confertur. Omiſſa conditione fortius, & plenius *Cocc. Deligebam viam eorum*, *&* *ſedebam in ſummo.* i. e. *veluti Cenſor morum*, *probabam viam eorum*, *aut improbabam*: *quorumque* viam ac vitam *probabam*, *eos evehebam*, *ipſe in ſummo*, *omnium ſuffragiis jubentibus*, *præſidens.* Reliqua ſic. *Neque tantum* publice *in iſto honore eram*, *ſed & privatim ad me concurrebatur*, *ita ut ædes meæ* Regiæ *inſtar exhiberent*, *vel* Tabernaculi, *copiis & catervis circumcincti. Quin imo ut ſolent* Lugentes *taciturni adſtare*, *&* *aurem præbere* Conſolanti, *ita populus cum ſubmiſſione mea viſebat limina* &c. Idem hicce adſpectus *in præſenti* II. expreſſus a Cl. *Reim.* In *futurum* III. Cl. *Schmid. Eligam viam eorum*, *&* *ſedebo in Capite*, *&* *habitabo ſicut Rex in turma*, *quum lugentes conſolatur.* Nempe כאשר *ſicut qui*, etiam per *quum*, *quando*, reddi poteſt, indeque elicitnunc, *ſicut Rex quando is turmariis ſuis*, *ob pericula triſtibus*, *animos addidit*: *tum enim omnes ab ore ejus pendent* &c. &c. Simile quid & *Cocc.* tentarat, monens *Conſolari* ad *Regem* poſſe referri; *nam*, inquit, *milites*, *ubi extra me-*

metum ſunt: *palantur: at ubi lugent*, *frequentiſſimi apud Ducem adſunt*, *qui inſerat novam animis alacritatem.* Idem illud reperio quoque apud *Bolduc.* quamvis & prioribus non diſſimilia adferat. In Cl. *Schmid.* expoſitione neſcias, utrum *figurate* omnia hæc accipi voluerit, an *proprie*. Poſterius colligeres ex eo, quod *ductum* & *principatum* deſcribi dicens, ad membrum ſecundum, *habitabo ſicut Rex*, inſinuet, *aperte agi de principatu*; *idque etiam Interpretes innuere*, *quum* Jobum *hic exercitu ſuo ſtipatum proponunt.* Atqui *Merc.* & *Cocc.* id non innuunt, ſed *figuram* ſolum a tali *Rege* deſumtam agnoſcunt; quorſum & poſteriora *Schmidii* tendere, palam eſt. Multi tamen ex *Veteribus* hinc collegerunt, *Jobum* fuiſſe *Regem*; ab eaque ſententia ſtat *de Pined.* inhærens *Vulgato*; *ſi voluiſſem ire ad eos*, *ſedebam primus: cumque ſederem quaſi Rex*, *circumſtante exercitu*, *eram tamen mœrentium Conſolator.* Ad eam verſionem monet, *Cajetanum ex particula* quaſi *colligere*, *Jobum non fuiſſe* Regem: *ſed inde colligendum potius*, *eum fuiſſe Verum Regem.* In hac ergo Clauſula exponi cenſet *Exemplum optimi principis*, *qui omnia retulerit ad publicum civium emolumentum*, *ipſa etiam arma*, & *apparatum bellicum*, *in miſerorum ſolatium adhibens.* Argute, ſed parum ſolide; quemadmodum & reliqua quæ Veteres huc attulerunt, hinc laborant. Adverſus *Pinedam* diſputans *Bolduc.* concludit, *ſimilitudinem eſſe*, *qua Jobus etiam in* privato cœtu *ſummum honorem ſibi delatum* oſtendat. Cl. *Cler.* ſuſpicatur, mendum ſubeſſe, & legendum כאשר אבירים יְנַחֵם *ſicut Rex*, *quando fortes viros ducit*; a נחה, cum *pleonaſmo adfixi.* Lubricum genus. cui nollem tam crebro ſe committerent Viri Docti; nil aliud lucrantes quam titillatiunculam. Placet interim, quod in verſione tenuerit, forma *futuri*, *Eligam viam eorum*, *ſedebo primus*, & *tendam in agmine inſtar Regis*; *ut qui lugentes conſolatur.* Habes *Faſtigium dignitatis Jobææ*, *ad quod Sanctiſſima ſpe*, & *Cœleſti quadam ambitione*, *anhelarat*, *ſeque perventurum crediderat*, *ob pignora evidentiſſima Gratiæ*, & *unctionis ſibi impertitæ.* Primum eſt, *Eligam viam eorum*, *præibo* ipſis, & *prælucebo* ad *virtutem*, *pietatem*, *religionem* omnem. Secundum, *ſedebo Caput*, loco miſſi Divinitus *Doctoris*, & *Prophetæ*, me venerabuntur; meamque *auctoritatem* nemo in dubium revocabit. Tertium, & *tendam ſicut Rex in turma.* i. e. *Meum Tabernaculum*, *ut Auguſtale*, *ſupra popularium meorum tentoria*, *Majeſtate quadam Sacroſancta eminebit*, *quam virtus*, *pietas*, *Religio*, *Doctrina Cœleſtis*, *mihi conciliabunt.* Quartum, *ſicut qui lugentes conſolatur*; vel, *Quando lugentes conſolatur.* Utrum ſumſeris cumque, cernis *pulcherrimum Characterem ambitionis Jobi*, dignum illa *Cœleſti unctione*, qua tam large fuit delibutus; ut eſſet *publicus Conſolator Lugentium*; ad quem *omnes* undique *confluerent*, *ut eum qui curas eorum explicare*, *dolores lenire*, *ſcrupulos tollere*, *vulnera ſanare*, *inque omnibus neceſſitatibus viam* & *remedium oſtendere poſſet.* Habes verba Cl. *Cocc. in præterito* ab ipſo applicita, quæ nos *in futurum* convertimus; tanquam *ſupremum culmen Votorum* Viri, & *Sanctiſſimam* ejuſdem *exſpectationem.* Amplitudinem hujus formulæ ſtatim perſentiſces, ubi *Meſſiæ munera* per eam conſignata videris *Eſaj.* 62: 1. 2. *Spiritus Domini Jehovæ ſuper me* &c. לנחם כל אבלים *ad conſolandum omnes Lugentes* &c. &c. Sentis ſimul, infelicem eſſe criſin, quæ formulæ dignitatem extinguit, eam in אבירים ינחם *Fortes ducet*, commutando.

CAPUT TRICESIMUM.

Verſ. 1. Nunc autem irrident me parvi præ me quoad annos; quorum patres ſprevi ponere cum canibus gregis mei.
2 Etiam

Verſ. 1. ועתה שחקו עלי צעירים ממני לימים אשר־מאסתי אבותם לשית עם־כלבי צאני ;
2 גם־

Verſ. 1. Argumentum Capitis in propatulo: oſtendit enim omnia contraria ſibi eveniſſe, quam quæ ſperarat, atque adeo certiſſime expectarat ex principio Gratiæ, ſibi Divinitus impertitæ. Hoc *Vſ.* 18. *Cap.* præc. adſtructum niſi accurate teneatur, pro querelis gravi & ſapiente viro dignis, delabemur ad complorationes quaſdam non ſatis viriles, quod ſibi jam priſtinus honos non exhibeatur, ſed omnium contemtionem, & deriſionem, excipere cogatur. Non eſt valde fortis, quem talia de gradu dejiciunt, ſi aliud nihil acceſſerit. Qui omnia ſua uno die ſibi erepta cernens, dicere potuit, *An non & malum ex manu Domini gratanter recipiemus*? contemtum, & contemtores, facile contemſiſſet, niſi ſuperacceſſiſſet hic omnium calamitatum cumulus, vel potius aculeus, miſeram *Jobi* animam infinito dolore confodiens, quod & Notis & Ignotis ſcelerum debitæ poenæ, & velut diræ, adverſus ipſum emiſſæ viderentur; Deo ipſo hoc judicium quaſi comprobante, & conſignante. Paucula hæcce ſatis lucis fundent, ad omnia clariore in conſpectu, ad mentem Noſtri, collocanda.

Ibid. Octo priores verſiculi mirificam continent exaggerationem *vilitatis & abjectionis* eorum, quorum *ludibriis* ſeſe *objectum* dolebat vir ſanctiſſimus. *Deſcribuntur* illi, primo, ut *ætate longe inferiores*, צעירים לימים *parvi quoad dies præ ipſo* vel, *quoad annos*, ut *Cocc.* maluit. Secundo, *quod patres eorum cum Canibus gregis ſui ponere non dignatus fuiſſet*, vel &, *non ſit.* Poſterius infert *rem factam*; quum prius, *fuiſſet*, tantum *conditionem* exprimat, ſi ſe ſervitio ejus obtuliſſent forte. Agnoſcis מאסתי *ſprevi* fortius ſonare, quam *ſpreviſſem*; atque inſinuatum iri, *patres horum protervorum*, *plagis miſeri inſultantium*, revera olim a Noſtro fuiſſe repulſos ob inſignem improbitatem, & turpitudinem: & ne ad viliſſimum quidem miniſterium in familia ſua admiſſos. Id ad rem facit, vel maxime: nil enim acerbius, quam ab iis, eorumve progenie, quibus notam ignominiæ addidimus, ob turpia & ſcelerata facta, viciſſim *turpitudinis reum* non *agi*, ſed *peragi*. Talis erat *Cauſa Jobi*, *a Deo ipſo*, ut videbatur, *publice condemnati graviſſimorum criminum*, quæ ipſi Amici ei exprobrare auſi, nedum ut inimici virulentiſſimis non vocibus, ſed telis, parcerent.

Ibid. Penitius in rem intrandum: nam locus impeditior eſt, quam prima fronte apparet. Doct. *Merc.* I. exiſtimat in *Amicos* acrem hanc cenſuram deſtrictam, præcipue autem *Bildadum & Tſopharum*, *a quibus laceratus fuerat* Noſter, *& conviciis atrocioribus proſciſſus.* Non auſus fuit *Eliphazum* adjicere, quod is ſe *vel patre Jobi ſeniorem* profeſſus fuerat. Addit tamen II. *Vel in univerſum alios intelligit, qui ei in hac calamitate inſultabant, quum antea ſummo ipſum honore affecerant* &c. Conſimiliter *De Pined.* inter utrumque anceps, *Dubium*, inquit, *an Amicos ſuos notet*, *an vero alios*, quibus *riſui & contemtui erat.* At *Codurc.* abſque hæſitatione pronunciat, *Triumviros* intendi, *eorumque patres.* Hoccine ergo tam parum ſcrupuli habebat, ut aſſeveranti confeſtim accredi poſſet? Mihi tam durum, & abſonum, id videtur, ſaltem citra *Allegoriam*, quam *Codurco* non video in mentem veniſſe; ut mirari debeam *Mercerum*,

2 גם־כח ידיהם למה לי עלימו אבד כלח׃

2 Etiam vis manuum eorum ad quid mihi? Super ipſis periit decrepitus oris rictus.

3 בחסר

3 In

rum, *Pinedam*, alioſque, vel ſuſpicioni iſti locum dediſſe. Si *Allegoria* a Doctiſſimis illis Interpretibus adſcita fuiſſet, paulo ſpecioſior fuiſſet ſententia. Ad eam ſe contulit Ill. *Bolduc.* cui omnia quæ ad *Vſ.* 9. pertexta, *ſub parabola* enunciata videntur. Per *Patres* ſcilicet intelligit *Magiſtros*; per *filios*, eorum *Diſcipulos*, nunc *Eccleſiæ prælatos*, *Jobo inſultantes*; quamvis *magiſtros* habuerint *tam ſtupidos*, *ut ne quidem Cuſtodes Canum gregis eſſe potuiſſent*; *nedum animarum paſtores.* Ad *Amicos* tamen non reſpexit, quippe qui omnes, ex ejus calculo, *Jobo longe ſeniores*; quum *Eliphazus annos* 150. *Bildadus* 140. *Tſopharus* 120. *numeraret*; *Jobus* autem *ſeptuageſimum circiter annum* modo *impleviſſet.* Adeone etiam *ſcire* homines *id*, *quod neſciant!* Plura de hac *Hypotheſi* infra reddentur. Cl. *Schmid.* IV. autumat, miſerias ſuas ex eo exaggerare Noſtrum, quod etiam *infimæ plebis homines*, *mendici ex mendicis nati*, *in ipſum illudant nunc*, *atque virum tanta olim auctoritate florentem deriſum veniant.* Id ſimpliciſſimum, nec dubito quin ut multis idem placuit, ſic omnibus, ſine Commentario, contextum hunc legentibus, id ipſum ſponte ſit occurſurum. Sequentia illuc manifeſto vocant; unde tamen ſimul pateſcit, fuiſſe homines non *mendicitate* ſolum, ſed & *turpitudine infames.* Agnovit hoc V. *Cocc.* ad *Vſ.* 8. præſertim mentem hancce ſuam declaraturus. Commonet ibidem, *Contemtum* talium hominum *fuiſſe quaſi triumphum impietatis de pietate*, *juſtitia*, *& juſta poteſtate.* Egregie! & ſæpiuſcule jam ſupra chorda hæc a Noſtro tacta. Nempe ut *Virum Religioſiſſimum* decebat, acrius urebatur per improbitatis triumphum, quam per omnium Fortunarum ſubverſionem: atque graviſſime deplorat, eo rem recidiſſe, ut qui *Sanctiſſimus* & *juſtiſſimus celebrabatur olim*, nunc *facinoroſiſſimus* cenſeatur mortalium, eoque nomine a *facinoroſis* etiam *facinoroſorum filiis* derideatur, cum *irriſione* ſimul *Religionis*, *pietatis*, & *virtutis.* Hic *profligatæ improbitatis* character magis adhuc ſentietur, ſi cum Cl. *Schmid.* ultima ſic convertamus, *Quorum Patres ne componere quidem & comparare dignatus fui cum Canibus gregis mei.* Id huc rediret; *Quos reputavi ſemper Canibus impuriores.* Nota formula proverbialis. Obſtat tamen, quod τὸ *gregis mei* ſic ſupervacaret. Rectius ergo, *quos ne Canum quidem meorum præfectura*, vel *cuſtodia*, *dignos habui olim*; ut cum *Merc.* & reliquis fere Interpretibus *Boch. Hieroz. p.* 1. *pag.* 685. *abjectiſſimum* id *munus* eſſe docens. Cl. *Schmid.* quidem ait, *Neſcio ubi moris ſit canes gregum habere cuſtodes ſuos*, *cum tamen ipſi ſint cuſtodes gregum*; ſed apparet eſſe cavillum; quum in ampla familia, ubi canum agmina, eorum curæ, & cibaturæ, viliſſimum aliquod mancipium præpoſitum fuiſſe, ambigi nequeat. Ob *improbitatem* & *nequitiam* ergo, *repulſam tulerant* hi abjectiſſimi Seneciones a Noſtro, quum *Canum* ejus *præfecturam* ambiviſſent; a quorum nequiſſima ſobole ſe nunc derideri, & pro ſceleratiſſimo hominum vexari, merito indignatur, atque ut *incredibilis* plane *caſus eventum* tam vivis coloribus expreſſum voluit. Cl. *Reim.* cenſet, ad *præfecturam canum* deſignandam על opus fuiſſe; עם autem inferre *conſortium*, & *ſodalitium*, in hunc ſenſum, *Quos ne Canibus quidem gregis mei inſerere, ac quaſi ſocios, & æquales, addere dignabar*; *quippe qui tantum utilitatis mihi præſtare non poſſent.* Meo judicio שית עם *ponere cum*, vivente Lingua, non potuit non ſæpe uſurpari, pro *apponere*, *addere inſpectorem*, ſimilibuſque; &, niſi argutiuſculum fore vererer, dicerem שית על *ponere ſuper*, nimis honeſtum viſum, ideoque dedita opera datum שית עם *ponere cum*; ut ſimul *contemtiſſima vilitas* hujus *officii* innueretur, *per quam cuſtos canum eodem loco cum canibus haberi* ſolebat.

Verſ. 2. Salebroſiſſimus locus. Præcipuus no-

3 In egeſtate, & inedia, durus ſilex: rodentes ſiccitatem; palpabilem vaſtitatem & evaſtationem.

3 בחסר ובכפן גלמוד הערקים ציה אמש שואה ומשאה :

4 Car-

4 הקטפים

nodus in voce כלח, quæ decem, & ultra, gloſſis, in diverſiſſima trahitur. Ambigitur quoque, *Patribuſne* hæc & ſequentia danda ſint, an *Filiis*? Quid præferendum ſit, conſtituto ſenſu ſponte pateſcet. Ex notione *ſenii* I. *Merc. Etſi robuſti fuiſſent, ad nihil tamen utiles mihi fuiſſent; nam* ſuper iis perierat ſenectus, i. e. *ſenili prudentia ad res gerendas carebant.* Ad eam normam *Codurc. Cum eos deficeret prudentia.* Languet. Hinc Doct. *Belg.* II. maluerunt, *Ad quid mihi robur manuum eorum? perierat ſuper illis* præ *ſenio.* Cl. *Cocc.* III. *Apud ipſos periit ſenile robur.* Supponit eſſe *ſenium vigens, crudum, firmum;* ex *Etymo Nachmanidis* a כ & לח *viridis, recens*, de quo ad *Cap.* 5: 26. Exponit, *tantum abeſt, ut in juventute, integris viribus, ad aliquam boneſti muneris partem idonei fuerint, ut, vergente ætate, quum nequitia hominem cum* Viribus *deſerere ſolet, ne* reliquum *quidem* virium *ullo boneſto opere exercuerint.* Conſonat ferme IV. quod *Jun.* & *Trem.* dant, *in illis perierat ſenium.* i. e. *Totam vitam uſque ad ſenium inanem conſumſerant.* Nec diſſonat *Crinſoz. Quando ad ſenium pervenerunt abſque ut ſapere didicerint.* Diverſus abit *Vatabl.* V cui כח non tam *vires corporis* ſonat, quam *Divitias*, in hunc ſenſum, *Quid eorum opulentia* erat *meæ collata? Miſeriores fuerunt*, præ egeſtate & fame, *quam ut ſenectutem potuerint attingere.* Vicinus VI. *Schmid.* qui *Vſ.* 1. *comparationem inſtitutam* cenſens *ratione auctoritatis*, in hoc *Vſ. ratione opum* eam factam tenet: q. d. *Etiam ratione* opum manibus *partarum quomodo mecum comparari potuiſſent? Certe in ſumma paupertate & egeſtate* periit ſenium eorum: *non tantum acquiſiverant, unde ſenium ſuum ſuſtentare potuiſſent.* Mihi *Comparationes* illæ frigidiores; quid enim *auctoritatis*, quid *opulentiæ*, in *Mancipiis præfecturam canum ambientibus?* Commodius Cl. *Reim.* VII. *Quid mihi Robuſtæ eorum manus profuiſſent? Ipſum ſenium ſuper ipſis perierat. Ne ſenium quidem ipſos* magis frugi *reddiderat.* Convenit cum num IV. & ſupponitur fuiſſe *perditos nebulones.* Ex alio ſignificatu *Temporis*, quem aſſumſit R. *Levi* VIII. *Peribat in illis tempus* i. e. *Tempus ignavia & inertia miſere perdebant.* Paulo aliter Cl. *Guſſ.* IX. *propter illos peribat tempus.* i. e. *Nullum operæ pretium faciebant: nihil boni labore promovebant.* Neutrum tale, quod in cenſum venire queat; quamvis Vir Doctiſſ. palmam huic notioni vindicare auſus ſit. *Chald.* X. ex *Cap.* 5: 26. arripuit *Foveam*; dans, *ſuper eos periit* כוך *foſſa ſepulcri.* In *Polygl.* vertitur quidem *ſenium*: ſed uſus *Chald.* & *Thalm.* agnoſcit ſolummodo *Cavernam*; quam utrobique a *Paraphraſte* intentam, dubitare non ſinit aliud *Targum*, quod exhibet, *Etiam munus cur ab ipſis acciperem, ſi decretum eſt de illis ut pereant in fovea ſepulcri.* An hinc emerſit interpretamentum *Vulg.* XI. ultima ſic reddentis, *vita ipſa putabantur indigni:* an ex LXX. magis id expreſſum? dantibus XII. ἐπ' αὐτοὺς ἀπώλετο συντέλεια. His obverſatum adfine כלה unde & *Symm.* XIII. exſculpſit, ἀπώλετο αὐτοῖς πᾶν τὸ ἀδρὸς ζωὴν *Syrus* & *Arabs* XIV. habent, *periit ipſis celſitudo.* Hoc palam eſt Divinare, non vertere. *Boiduc.* XV. maximus hariolatorum, perſuadere cupit כלח a כלה non ſignare quamlibet *conſummationem*, ſed *ſupremam dignitatem*, ſive *Regiam*, ſive *Eccleſiaſticam:* quaſi diceret, *tam abjectæ ſortis eſſe ſuos defenſores, ut ſupremæ dignitatis aſſequendæ ſpes omnis iis perierit.* Nempe vix ullus ſacrificulus, tam vilis, qui ſe Pontificali apice præfulſurum aliquando non ſperet. Reddi tamen patitur, *ſuper ipſis periit ſenium*, ſi modo explices, *ad Senioris in Eccleſia nomen & gradum eos nunquam perventuros.* Hæc poſuiſſe, eſt, ea deflaſſe. Ex *Dial. Æthiop.* Cl. *de Dieu* XVI. tentavit, *ſuper ipſis periiſſet clamor* i. e. *fruſtra eos inclamaſſem; ad quid enim mihi profuiſſet potentia manuum eorum, mea longe inferior?* Vix capio: niſi ſit id, quod *Epiſc. Elienſ.* XVII.

XVII. hinc elicuit, *tam pigri & inertes, ut fruſtra eos ad aliquid agendum inclamaſſem.* Nimis tenue. Ex *Arab. Dial.* Doct. *Caſtel.* XVIII. *ſuper ipſis periit riſus.* Erant *moroſiſſimi.* Nempe تكلح eſt *leviter ſubriſit nudatis dentibus.* Proprietas Thematis *Rinxit.* Inde porro *tetrico* & *auſtero vultu fuit.* A ſignificatione *Rictus*, quæ in *deriv.* كلاحة unice tenet, Cl. *Hott.* in *Smegm. Orient.* XIX. *ſuper ipſis perpetuus manet rictus.* Scil. אבד ex *Arabica* potius, quam ex *Hebraica* ſignificatione, ἐπιμονὴν nunc adferre cenſet, arrepta anſa ex ابد apud Cl. *Gol. conſtitit, ſubſtitit:* proprie *perennavit*, a notione *ſeculi* in ابد, quod eſt *tempus fine carens, æternitas*, quæ quaſi *perit*, & *fugit* noſtram aciem. Nollem huc decurſum, quod *perennatio* neutiquam quadret, quum *pereundi* poteſtas & tutius quid, & grandius, dare poſſit; in hanc figuram XX. *ſuper ipſis decrepitus rictus periit.* Præciſa ſententia, ex genere τῶν παρεγκινδυνευομένων, cujus hæc mens, & vis; *Cum decrepito rictu, homines ſunt ad omnem nequitiam, & ſpurcitiem, profligatiſſimi.* Sic tandem revoluti ſumus ad *ſenium*, quod plurimos calculos hactenus tuliſſe vidimus, & quidem quale eſt *Silicernii*, jam alterum pedem, quod dicitur, in ſepulcro habentis. Colon hoc ſic conſtitutum, prius quoque illuſtrat, in quo *Robur manuum eorum* omnino eſt *Juvenilis* & *Virilis ætas*; quam *ad omnem impuritatem* fuiſſe *projectiſſimam* eo ipſo intelligimus, quod ne *decrepiti* quidem a *nequitia*, & *turpitudine*, abſtinerent. Ad figuram in vocabulo כלח complendam, *Ringentem Hyemem corporis effœti* adſciſcerem inſuper ſecundum ea, quæ *Cap.* 5: 26. diſcuſſa. Exempla, quibus Radicem كلح כלח in variis ſuis uſibus illuſtrare decreveram, liberioribus ſpatiis ſepono. Concludo, eos quorum *Hyems rugis deformata*, & *frigore contracta*, nequitiæ ſtimulis uri non ceſſat, dum *genua virebant*, *Æſtas fervebat*, *Autumnus vigebat*, fuiſſe *impuratiſſimos mortales*, quos jure meritiſſimo Noſter cum *Canibus gregis ſui ponere* dedignatus fuerit; ſpurciſſimo videlicet animali ſpurciores.

Verſ. 3. Alius Character *viliſſimæ, & turpiſſimæ, vitæ*, ſimul, ac *conditionis.* Tria in eo obſcuriora, גלמוד עורקים אמש. Hinc varietas ſtruendi, & vertendi. *Merc.* I. *In egeſtate & in fame ſolitarii*, vel *in ſolitudine*; *qui fugiebant* in *ſiccitatem*, in *caliginem*, *deſolationem*, & *vaſtitatem.* Nempe גלמוד ei vel adj. *ſolus*, vel ſubſt. *ſolitudo.* ערקים a *Syr.* ערק *fugit.* אמש *Tenebræ*; a ſignificatione *noctis præteritæ*, *nuper*, *heri.* Subſcriptum a multis; etiam a *Boch. Hieroz.* p. 1. pag. 876. Paulo aliter II. *Jun.* & *Trem. Qui in inopia & fame ſolitarii* erant: *fugiebant* per *ſiccaneum*; *heſterna nocte vaſtatum & pervaſtatum* locum. Non explicant. Cl. *Schmid.* III. גלמוד cum *præc.* כלח *ſenectus* jungens, dedit, *in egeſtate & fame* erat *ſolitaria*, tanquam eorum *qui fugiebant* in *deſertum*; quibus *præterita nox vaſtitas & deſolatio.* Poſtrema ſic exponit, *omnis præterita nox ipſis fuit vaſtitas* i. e. *nullo die poſſunt dicere, quod nox præterita ipſis fuerit quieta; ſed potius fateri coguntur, eam fuiſſe tumultu & perturbatione plenam. Contingit hoc illis, qui in deſertis dormire coguntur, quos terrent nocturni ferarum ſtrepitus* &c. Non *optimus*, meo judicio, *ſenſus.* Cl. *Cocc.* IV. obſervans ערקים infra *Vſ.* 17. reddi *venas*, eaſdem & hic retinet, reddens, *In defectu, & fame, & ſolitudine venæ*, erant *aridum*; *nuper vaſtitas deſolatiſſima.* Conſtructio parum plana, & dura. Durior expoſitio, *Inquietudo venarum videtur notari in ſitientibus & famentibus: vel venarum ariditas & durities non irrigatarum, inſtar deſerti.* Voce אמש *Nuper*, inſinuatum cenſet, *non pridem eſſe, quod hi homines famelici facti fuerint.* Ad *Tresviros* applicans *Codurc.* V. ait ערקים infra *arterias* notans, etiam *fibras*, *nervos*, *juncos*, *gramina*, *paluſtrem locum* deſignare. Reſpicit

Arabum عِرْق, *Radix, vena, arteria, & ſimile quid.* אמש eidem *diei præſentis nox præterita:* quaſi hi homines *per opacam noctem deſolata petentes* comparentur cum *Veſpertilionibus, Noctuis,* & *Bubonibus.* Non magnum in his lumen. Exigua publici reverentia *Bolduc.* VI. *In defectu & in recollectione ſolitaria fugientium per deſertum heſterna acclamatio erat & tumultus.* Refert ad *Patres* ſive *Magiſtros Irriſorum Jobi, quorum Cœtus nihil aliud fuerit quam turba vilis hominum per deſerta vagantium, & heſterna quædam ſocietas tumultuoſe clamantium, non autem pſallentium modulate; ut verum collegium Prophetarum.* Ex *Æthiop.* ערק *Nudus* explicandum forte noſtrum ערקים monens VII. Cl. *de Dieu* præfert tamen, *Qui ob egeſtatem & famem ſolitarii fugiebant* in *deſertum; heri* in *vaſtum & deſolatum locum.* Senſus ei, *Nuper admodum eos in tanta fuiſſe rerum omnium penuria, ut vel* heri *dici queant confugiſſe ad deſerta, quæſituri quo vitam tolerarent.* Idem voluiſſe videtur *Epiſc. Elienſ.* dans. *Mendicabula, qui jamjam fame emorituri, præ pudore conſpici nolebant; & in deſerta correpebant, ad paupertatem ſuam tegendam: ab heſterno demum die perditiſſime miſerabiles,* Cl. *Cler.* VIII. maluit, *in penuria & fame ſoli, nuper errabant per ſicca loca, deſolata, & deſerta.* Tranſpoſitio liberior. Doct. *Crinſoz.* IX. etiam paulo liberius, *preſſi neceſſitate & fame, fugiebant* ſicut *ſolitarius in loca arida; poſtquam de nocte mille vaſtationes & mala feciſſent.* Finio in *Vulgat.* X *Egeſtate & fame ſteriles; qui rodebant in ſolitudine, ſqualentes calamitate & miſeria.* Eſt concinnius, & fundatius ſimul, quam creditur. Non bene Interpretem ſuum defendit *de Pined.* quum quod erat, *fugere in deſertum præ fame,* elegantius per *rodere in ſolitudine* expreſſum cenſet. Secutus eſt *Hieron.* uſum & auctoritatem *Ling. Arab.* quæ عـــرق ערק frequentat pro *Rodendo,* & quidem ſpeciatim, *oſſa.* Hanc vim ei innotuiſſe, indubium ex *Vſ.* 17. ubi עֹרְקַי reddidit, *qui me comedunt.* Ita in *Camuſ.* عـــرق العظم اكل ما عليه من اللحم *Verbum* ערק *in oſſe eſt comedit quicquid ſuper illo carnis.* Quid quod & *Syris* tritiſſima hæc poteſtas? Vide modo *Zach.* 11: 16. ubi ad finem *Vſ. Arabs* dat, يعرق الاكارع *Rodit oſſa manuum pedumque;* itemque *Syrus* נערק ܢܥܪܩ. Non debuiſſet Cl. *Cler.* pronunciare, *nullum verſioni Vulgatæ præſidium nec in Hebraica, nec in vicinis Linguis.* Atqui & infra *Vſ.* 17. hæc ſignificatio multo commodior, & *fugiendi,* vel *vagandi, huc illuc errandi,* altera illa, quam *Chald. Syr.* & *Arab. Dial.* Harmonia amica tenent, a *Rodendo* videtur fluxiſſe, quo de alias. Hinc XI. exhibere auſus fui, quod in verſione noſtra comparet. גלמוד proprie eſſe *ſilicem duriſſimum* adſtruxi *Cap.* 3: 7. De conſtructionis ratione adi *Cap.* 15: 34. ubi etiam reperies *formulam proverbialem, ad Saxum redigi,* i. e. *ad extremam mendicitatem.* Ut ergo ibi *Cœtus Hypocritæ durum ſaxum;* ita & hic, *Qui in egeſtate & fame durum ſaxum.* Succinit, *Rodentes ſiccitatem; abſtractum* pro *concreto:* ſive *conditionem fortunarum* intelligas; ſive *loca arida, ſiticuloſa, deſerta;* in quibus *turpiſſimi mortales* manere coacti. אמש habet abſtruſius quid, quod non extrico: *Nuper vaſtationem & vaſtitatem,* minus aptum, quod non *breve,* ſed *longum* potius *tempus vaſtitatis* requiratur. An ergo אמש *Heri,* etiam uſurpatum pro *pridem?* Non dixerim; & exempla omnia *præteritum propinquum* inferunt. *Arabes* امس exponunt item, *Heſternum tempus, e proximo præterlapſum.* In proverbium abiit hinc, كل غد صاير امسا *Omne Cras fit Heri.* Similiter ܐܬܡܠܝ ܘܡܢ ܩܕܡܘܗܝ *Heri & nudius tertius* pro *Nuper.* Hæc me ratio movet, ut אמש *palpabiliter* vertendum ſuſpicer; a Radice משש *palpavit.* Analogia iſtam

4 הקטפים מלוח עלי־שיח ושרש רתמים לחמם׃

4 Carpentes halimum ſuper virgulto; & radix geniſtarum panis eorum.

5 מן־

5 Prop-

iſtam *formam* admittit; nam & אפס *finis ultimus*, a פסס *exſpiravit* &c. &c. Eſt proprie *ſubſtantivum*, deſignans *palpationem*, unde *adverbialiter* אמש *in palpatione* quaſi, *palpabiliter*. Poſſes quoque, *palpationem vaſtationis & vaſtitatis*, ſive *vaſtitatem maxime palpabilem*. Adblanditur conjectura, tum quod omnia ſic limpida; tum quod אמש *Heri* a *palpatione*, ex משש, videatur propagatum; quaſi dicas *tempus proxime lapſum*: prout χθὲς & ἐχθὲς ἀπὸ τοῦ ἔχεσθαι. In *Etym. M.* ab ἐκτὸς derivatur, quod docci. Cothurnus vere *Arabicus*, *Rodere ariditatem*, & *palpationem vaſtationis vaſtiſſimæ*: ſive *loca*, ut dixi, interpretere, ubi manendum, ſive *conditionem*, in qua durandum, habuerint hi flagitioſiſſimi, & ſpurciſſimi, hominum.

Verſ. 4. Incredibile quantum ſibi Interpretes permiſerint in utroque membro. Plurimi I. exhibent, *Carpentes malvam juxta*, vel *ſuper*, *fruticem*; *radix juniperorum panis eorum*. Refertur ad extremam inopiam, quæ homines hoſce adegerit, ad *viles herbas*, & *radices*, in ventrem rabidum ingerendas. Pro *Malvis* tamen, quæ non niſi ex affinitate ſoni inductæ, prudentiores II. maluere in genere *Herbas ſalſuginoſas*, & *amaras*. Summus *Boch. Hieroz.* p. 1. *pag.* 872. & ſeq. excuſſis diverſis Veterum & Recentiorum hallucinationibus, concludit III. *Halimum* deſignari, *Etymo Hebraico* & *Græco* amiciſſime concinentibus. Id viſum jam ante fuerat *Druſ.* placuitque *Cler.* ſubſcribente & *Doct. Hill.* in *Hierophyt.* p. 357. 458. &c. Idem *Hill.* IV. quod *Radices juniperorum* eſui non ſint, & *geniſtæ* poteſtatem, quam alii רתם ſubjiciunt, non admittens, לחם *panem* exponit *de victu*, *quem ſibi ex venditis juniperorum radicibus inopes pararint*: *Ibid* p. 257. Alii V ob *prunas Juniperi Pſ.* 120: 4 לחמם a חמם deducendum autumarunt, dantes, & *Radix juniperorum ad incaleſcendum*. Satis confidenter VI. *Codurc.* מלוח *ſalſamenta* ſonare contendit; verſum hunc ab interpretibus intellectum negans. Ex ejus mente deſcribitur *tenuiſſimus victus hominum*, *qui radicibus juniperorum effoſſis*, & *divenditis*, quod *ignis* inde & *ardentiſſimus*, & *ſuaviſſimi odoris*, naſcatur, *ſalſos* ſibi *piſciculos* coëmere ſoliti ſint, pro omni obſonio. Nollem talia promi; nedum venditari; nam ne *Comica* quidem *laſcivia* vellet *ſalſos piſciculos ſuper fruticibus decerpere*. Paulo liberius etiam VII. *Epiſc. Elienſ. ſedantes famem inſipidis herbis*, *quas e ſalſis paludibus extrahunt*; *nec alium panem habentes quam radices Juniperorum*. Id qui reſpondeat *Hebraicis*, non ſatis exputo; niſi tranſpoſitio adhibeatur, שיח עלי מלוח. Cl. *Guſſ.* VIII. hunc locum diligentius examinans, ſub *Rad.* שוח, id paſſus, quod ſolent extra ſeriem aliquid explicantes: deſcribi enim cenſet *miſeros e fæce plebis*, *qui operam ſuam Dominis locant*, *ad plantas noxias e viridariis amputandas*. Ei שיח *planta fructifera*; על *juxta*; מלוח *herba noxia*, & *mala*, *acris ſaporis*; *ideoque rejectanea*, & *ex hortis ac viridariis exſcindenda*. Ultimum colon ita declarat: *Radix geniſtarum panis eorum* i. e. *panem obtinent*, *victumque*, *extirpandis geniſtis*. In his parum præſidii. Nec firmiora quæ *Bold.* IX. in medium contulit, cui מלוח ſignat *Herbas agreſtes*, שיח *vepres*, & *dumos*, inter quas hæ herbæ fuerint vellendæ: רתם *juniperum*, cujus *Radix trita*, vel *molita*, ad *panem* conficiendum. *Schmid.* X. autumat, שיח *virgulta* eſſe, quæ *ſimul cum Herbis* a *famelicis* hiſce *revulſa in cibum*. עלי itaque *cum* convertens, *pabulum æſtatis* in priori, *hyemis* in poſteriori innui putat: videlicet quod *Radices ju-*

5 E medio expelluntur; conclamant adverſum illos tanquam furem.

6 In

5 מִן־גֵּו יְגֹרָשׁוּ יָרִיעוּ עָלֵימוֹ כַּגַּנָּב׃

6 בַּעֲרוּץ

juniperorum effoſſæ iſti tempori magis viderentur congruere. Prætulerim judicium Cl. *Reim.* XI. cui מַלּוּחַ notat *Halimum*, & *alia ſalſa*, atque *amara*, de *fruticibus decerpta in paſtum*; & רֹתֶם *geniſtæ ſpeciem*, quæ *Arabibus* رتمة רתמה & رتم רתם; voce a *Saracenis* ad *Hiſpanos* quoque tranſlata, quibus *Retama* etiamnum *Geniſta*, monente & Cl. *Cler.* ex *Sanctio.* Huic ſententiæ ut aliquid lucis & roboris addam XII. obſervo *Arabes* omnes *plantas ſalſas* & *amaras* appellitare حمض חמץ, nec non ملح מלח, & مالح, & ملّاح diverſis formis, eodem redeuntibus. *Camus* الحمض ما ملح وامر من النبات وهي كفاكهة الابل والخلة ما حلا وهي كخبزها חמץ *Hemds dicitur quicquid ſalſum & amarum in plantis; eſtque hoc tanquam menſa ſecunda Camelis; ut Chulla vocatur quicquid dulce; quod iiſdem pro pane eſt.* Alludit ad ſcitamentum, a *Gjauhario* enotatum, تقول العرب الخلة خبز الابل والحمض فاكهتها *Arabes ajunt, plantæ dulces*, chulla, *ſunt panis camelorum; plantæ ſalſæ & amaræ*, Hemds, *ſunt eorum fructus, ſive menſa ſecunda.* Tales ſunt *Cardui*, *Geniſtellæ*; *Geniſtæ*; *Spartia*; *Tamarices*; *Halima*; quibus Cameli multum delectantur. Habes *ſalſuginem ſuper frutice.* Vides quoque quam apte *carpentes eam* inducantur, ad *paſtum* videlicet relato vocabulo. Poſtremo ſentis *Radicem geniſtarum* commodiorem in hac ſerie, quam *Juniperorum*, quum *Rapum Geniſtæ*, *fibris Radicum adnaſcens*, aliquid ſaltem auſæ porrigat ad *amariſſimum edulium*, pro *pane* arreptum, expingendum. Quadrat huc illud *Lucan. L. 6.*

> —— *Cernit miſerabile vulgus*
> *In pecudum cecidiſſe cibos, & carpere dumos,*
> *Et morſu ſpoliare nemus.* ——

רתם *Geniſtam* potius eſſe, quam *Juniperum*, arguit Thema רתם, quod pro *alligare*, & *jungere* extat, plane ut رتم *Arabibus* eſt *vincire*, nomine inde ducto quod *Fruticis* hujus *virgæ* ad *flexum*, *nexumque faciles*, *firmas* præſtent *ligaturas.* Sed negat Doct. *de Pined* cum eoque alii bene multi, convenire *Geniſtam* 1 *Reg.* 19: 5. ubi *Elias* dicitur ſub רתם *decubuiſſe ad ſomnum capiendum*; quum *frutex* hicce *nullam* fere *umbram facere* poſſit. Falluntur: nam & *altius* & *denſius* nonnunquam excreſcere *Geniſtas*, ſummo *Boerhavio* facile accredetur, cujus auctoritate Orbi Erudito hoc impertitum a *Clar. Burman.* ad *Grat. Cyneg. Vſ.* 130. Vel ex *Dodonæo* ſcrupulus hicce decedere debuiſſet Viris Doctiſſimis, ubi productum ex *Calpurn Ecl.* 1.

> *Cernis ut, ecce, pater quas tradidit, Ornite, vaccæ*
> *Molle ſub hirſuta latus explicuere geniſta:*

Præſertim, quum addatur,

> *Nos quoque vicinis cur non ſuccedimus umbris?*

Confer quoque 2 *Georg.* 434. 435. Minus felix in *Junipero* adverſus *geniſtam* defendenda Doct. *Hill. Hierophyt.* p. 256. quum Exempla ibi poſita diſſonantium in *Hebræa* & *Arabica Dialecto* una ſub voce notionum, extra

6 בערוץ נחלים לשכן חרי עפר וכפים׃

6 In tremendo vallium habitandum *illis*; foramina pulveris, & petrarum.

7 בין

7 In-

tra oleas abeant; nam præterquam quod pleraque, quæ diſcrepare autumat, ſuaviter concordent; quid tandem ad rem, ſi *Arabes* multas in multis habeant ſignificationes, quas *Hebræi* vel perdiderunt, vel in totum non poſſederunt? Si רתם *Hebræis* fuiſſe *Juniperum* probari poſſet idoneis vel rationibus, vel auctoritatibus, *Geniſtæ* locum concedi nemo poſtularet, & *Arabes* ſuas ſibi res habere juberemus: nunc *certæ*, & *conſtanti*, *poteſtati*, *incertam* & *ſubleſtam* præferre vetat prudentia, & amiciſſima *Ling.* O. O. Harmonia, ſe per univerſas partes clariſſime exertura, ſi modo quæ nunc male diſtracta, ac divulſa, diligentius in ordinem revocentur, & inter ſe revinciantur.

Verſ. 5. Ad voculam גו adhæretur; quæ *Corpus* apud *Hebræos*, apud *Chald.* & *Syr.* ſonat *Medium*. Inde I. complures, *E corpore expellebantur.* i. e. *e cœtu*, ſive *e corpore civitatis*, ut *Cocc.* *Cler.* &c. &c. Alii II. *E medio*, vel *civitatis*, vel *hominum*, Cl. *Schmid.* III. utrumque minus probans, *Corpus* citra *tropum* retinet, atque ad *Cibos ejectos*, *ne in alimentum abeant*, membrum hoc detorquet. Id nec ſimplex, nec commodum ſane. Contortius adhuc IV. *Vulgat.* *Qui de convallibus iſta rapientes*, *cum ſingula reperiſſent*, *ad ea cum clamore currebant.* Anſam dedit גיא *convallis:* ſed *Pinedæ* iſta laudanti opponimus *Vavaſſorem* qui ſe neſcire fatetur, *unde hæc hauſta*, *& cur ſic reddita.* Reliqui veteres etiam devii feruntur. Obſervamus V. apud *Arabes* protritum eſſe גו ובר جوًّا وبرًّا *Domi foriſque*, & גו جو, cum *fæm.* جوّة גוה eſſe *cavitatem mediam cujuſque rei*, atque inde ſpeciatim uſurpari pro *interiore parte domus*, *vallis* &c. In *Diw. Hud.* extat جو الهواء *Media cavitas aëris.* Id *Græcis* κύτος, ad multa transferri ſolitum, ut κύτος τῆς ψυχῆς apud *Plat.* & καρδίης νοερὸν κύτος apud *Clem. Alex.* Item τὸ κύτος τῆς θαλάσσης apud LXX. *Pſ.* 65: 7. τὸ σύμπαν τῆς πόλεως κύτος *Polyb.* 5: 59. præſertim *ventris cavitas* dicta κύτος, unde pro *trunco corporis*, & *corpore* invaluit. *Heſych.* κύτος, σῶμα, ὄγκος, χώρημα, βάθος. Cernis גו *Corpus*, & גו *Medium*, eadem *ventricoſæ cavitatis* Origine teneri; quin & גיא *convallem* huc reducendam. Jam ergo non *Chaldaicum* magis aut *Arabicum* fuerit, quam *Hebraicum*, *E medio expulſi ſunt*, i. e. *nulla domus*, *nulla ſocietas*, *nulla civitas*, quæ *facinoroſiſſimos* illos *nebulones* non ejecerit, atque e finibus ſuis exterminarit, cum publica ignominia. Huc poſterius *Hemiſtichion* tendit, ad quod dilutiuſcule *Merc.* *Quum ignavi eſſent*, *& nihil agerent*, *nec quicquam haberent unde viverent*, *credi poterant* Fures, *ideo in illos conclamabatur* &c. &c. Paulo aliter *Schmid.* Quando *iſti homines in ſocietatem hominum venire*, *& inter illos habitare voluerunt*, *eos noluerunt admittere*, *ſed unanimiter potius expulerunt.* Nimis forte premitur כ *ſimilitudinis*, quod ſæpe *veritatis*, & *rei* ipſius: ſeries noſtra certe *notatiſſimos* homines pingens, ita eos *Furibus* undique *expulſis* comparat, ut ſimul *Furtis*, aliiſque *ſceleribus*, *infames* eos inſinuet.

Verſ. 6. Conſtructio pendere creditur a *Vſ. præc.* cujus vel prius colon, vel poſterius, regat *infin.* לשכן *E medio ejecti*, *ad habitandum:* vel, *vociferabantur adverſus eos*, *ut habitarent* &c. *Cocc.* ſine hiatu, *In tremendo vallium habitabant foramina pulveris & petrarum.* Pariliter *Vulgat.* totum verſum ſic exprimens, *in deſertis habitabant torrentium*, *& in cavernis terræ*, *vel ſuper glaream.* Sic ל *neceſſitatem* inferret, quam vim nonnunquam a *præp.* hac adſciſci, certum. *Codurc.* maluit, *ad habitationem* erant ipſis *fiſſuræ torrentium*, *cava-*

7 Inter virgulta rudunt; ſub ſpina ſocietatem inire coguntur.

7 בין־שיחים ינהקו תחת חרול יספחו׃

8 Fi-

8 בני

terræ, & *petræ*. Nempe ערוץ in quibuſdam Exemplaribus per *Schurek*, in aliis per *Cholem*, ex hoc loco *Lexicis* inſertum pro *fiſſura*, *fractura*; quaſi deſignarentur *rimæ*, ac *foſſæ*, *eluvionibus torrentium* factæ; vel & *ſalebroſæ cavitates convallium*, *e fluxu torrentium* oriundæ. Supponitur ערץ primario eſſe *confregit*, ſecundario *conterruit*. Hoc tamen quum parum liqueat, malim *Terrorem torrentium*. Eſt periphraſis *Locorum torrentibus infeſtorum*, quales *Cap* 24: 8. deſcripti. Ibi quæ adducta, utrique *Hemiſtichio* lucem præſtare poterunt.

Verſ. 7. Nodum nectit verbum יספחו, quod *Vulg.* nimis libere, *delicias computabant*; præcedenti נהק *rudere* ad *lætitiam* item deflexo. Recentiores fere, *inter virgulta rudebant* gemebundi; *ſub urticis*, vel *vepribus*, *congregabantur*. Nempe נספח *Eſaj.* 14: 1. redditur *adjungi*, *aggregari*. Quid nugamenti inde arripuerit *Bolduc.* diſcas ex *Paraphr. ubi non tam cantus*, *quam ruditus*, *ad inſtar aſinorum*, *emittebant*, & *congregationes ſuas*, *cum neceſſe erat*, *inter ſentes ſub aliqua ſpina cogebant*. Nempe viliſſimos quoſdam cœtus Eccleſiaſticos hic notari putat, qui *Romanenſes ſodalitates* in *Arabia* quæſitum ivit. *Merc.* non injucundo acumine, *ſub urticas ſeſe recipiunt velut illis ſemet aſſociantes*. Subdit, *R Levi* ſubtilius a ספחת *ſcabie* expoſuiſſe יתנגעו *vulnerabantur*, *ſpinis*, nempe, *compuncti*. A *Doct Crinſoz.* hinc expreſſum, *Lacerabant ſemet inter ſenticeta*. Cl. *Guſſ.* ſub שיח huc calculum confert; ſtatuens præterea, reſpici ad *Vſ.* 4. & שיחים eſſe *plantas fertiles*, ſub quibus *gemant*, qui eradicandis *plantis noxiis* operam locant, quum earum *aculeis uruntur*, & *ulcerant ſe*, *parum muniti veſtibus*, & *opus feſtinantes*. Hoc enimvero eſt in dumeta correpere, & ſuis ſemet ſpinis compungere. Tenuiſſet ſaltem *homines e medio expulſos* &c. &c. *quibus vepres & ſentes* fuerint *ſubeundæ ad latitandum*, non *ad ſarriendum*. Ibi *ſemet ulceraſſe* gravius, quam *ſemet congregaſſe*. Non tamen acqui ſco; & majorem requiro lucem pro *Radice* ספח omnibuſque ejus *derivatis*. Non diſſimile quid extat in *Diw. Hud.*

ومستلفج يبغي الملاجي لنفسه
يعون بجنبي مرخة وجلايل

Eratque qui terræ adfixus, *quæritans ſibi aſyla*,
Confugeret ad latera fruticum tenuiſſimorum Marcha & Galyla.

Figurate dictum monet *Schol.* ad *ſummam deſperationem* pingendam لانه لا ذرا ولا منعة لهما *quia duo hæc nec protegere*, *nec defendere valent*. Non abludit, quod *Harir. Conſ.* 3. *deſperatiſſimam inopiam* deſcribens, inter alia habet pag. 140. &c. *Eo autem recidimus fortuna nos adfligente*, & *humi adfigente*, *ut ſcrupis calcearemur*, & *angore gutturis nutriremur*, & *dolore ventris noſmet foveremus*, & *viſcera ſuper inediam complicaremus*; & *oculos perlineremus collyrio inſomniæ*; & *in depreſſis vallium ſederemus*, واستوطانا القتاد وتناسينا الاقتاد & *mollem reputaremus tragacantham*, & *clitellarum penitus obliti foremus*. Monui ibi *Schema* eſſe *audaciuſculum*, quod adferat *extremam mendicitatem* & *miſeriam*, quæ vel *aſperrimam fortunam*, & *conditionem*, cujus figuram ſuſtinet *Tragacantha*, præ ſua ambiat. Ad eam rationem hic capi poſſet, *Ridere inter fruti-*

ces,

8 בני נבל גם־בני בלי־שם נכאו מן־הארץ׃

8 Filii flagitioſi, & filii infames flagelliti ſunt e terra.

9 ועתה

9 At

ces, ad modum Onagrorum, ut *Cap* 24: 5. & *ſub ſpinam* vel *congregari*, vel *ulcerari*, vel ex *origine* Radicis ספח *perfundi*, ſive *aquis torrentibus*, quod *Cap*. 24: 8. habebamus, quorſum ducere videntur ספיחים *inundationes Cap*. 14: 19. ſive *ſanguine*, cujus *effuſio* ſpeciatim hoc verbo deſignatur apud *Arabes*, unde משפח explicui in *Animadvſ.* ad V. T. *Eſaj*. 5: 7. ſive etiam *nequitia*, & *illicita venere*, quam مسافحة *effuſionem* vocitant. Nihil horum tam planum, quam vellem: ac proinde de hoc loco mihi quidem ampliandum. Id certum, cum *Litera* quam miſſam facere non auſim, aliquid *figurati* hiſce formulis ſubeſſe, cum *ſuperlatione* Cothurno Arabico in talibus domeſtica.

Verſ. 8. Ambigit *Doct*. *Merc*. I. de *patribuſne* hæc, an de *Filiis* capienda? concluditque, *ſuperiora & ad patres & ad Filios*; *hæc ſpecialiter ad Filios pertinere*; quos *Filios ſtolidi viri* nunc appellet Noſter, itemque *viri inglorii*, & *obſcuri*: qui *homines terra*, *ab omnibus calcata humiliores*, & *abjectiores fuerint*. Cl. *Schmid*. II. cenſet *in pauca* & *propria verba* nunc *colligi*, *quæ hactenus magnis Hyperbolis prolata* q. d. *Hoc volo*. *Irriſores mei ſunt Filii hominum ſtultorum & ignobilium*, *humiliati præ terra*. Creditne ergo, omnia ſuperiora ita eſſe *Tropica*, ut locus nullus *Literæ* relinquatur? Non ego. Cl. *Cocc*. ita ſtruxit, III. *Filii flagitioſi*, *etiam filii carentis nomine*, eorum, qui *propulſi erant ex terra*. Cohærent ex ejus mente נבל בלי שם & נכאו &c. ut deſignentur *Flagitioſi*, & *Infames*, *qui ut Furciferi carnifice virgas ingerente e terra exacti*; quorum *Filii* non minus fuerint *Nebulones*: *ut patrum vitia & ſcelera filiis ſolent adhæreſcere*. Plauſibilis eſt conſtructio, & omnino נבל *flagitioſiſſime improbos* hic adferre debet, itemque בלי שם *infamia publica notatos*. Ita & *Jun*. ac *Trem*. paulo aliter conſtruentes IV. *Homines flagitioſiſſimi*, *etiam homines ignominioſiſſimi*; *afflictiſſimi erant*, *extorres*. Nollem tam minute carpta extrema, quaſi מן הארץ & נכאו duo facerent inciſa. De cetero non diſplicet בני ex noto *Hebraiſmo* ſumi pro *Hominibus*, ſive illi ſint *patres*, ſive *malorum corvorum peſſima ova*. Si poſterius ſequare redeundum erit ad *Vſ*. 1. ut *impurum* illud *genus impurorum patrum* nunc preſſius adhuc deſignetur, nomine בני נבל *Hominum flagitioſorum*, & *infamium*, *qui terra ipſa abjectiores*, & *conculcatiores*. Si prius, ipſi *Patres* notabuntur ut *Filii* i. e. *Homines flagitioſi*, *quin infamiæ publicæ nota inuſti*; *atque adeo e terra flagris* & *verberibus excuſſi*. Joculare eſt V. quod *Bold*. reddens *contriti erant præ terra*, id applicet *ad Cœtus Eccleſiaſticos in multas partes diſperſos*, & *velut in pulverem disjectos*. Coactum, *Attriti a terra*, quod *Codurc*. VI. tentat; q. d. *qui in terra & pulvere reptantes atteruntur*. Nimis tenue etiam VII. quod *de Pined*. alluſum velit ad *Habitationem* horum hominum *in ſubterraneis cavernis*. Nempe *Troglodytas*, & *Æthiopas*, *ad mare Erythræum ſtabulantes in ſpecubus*, univerſa hac pericopa deſcriptos cenſet. Eos *Jobum* deriſum veniſſe quis credat? *Bolducio* ſuos *Enoſchæos ſtupidos*, *inurbanos*, *irregulares*, lubenter relinquimus. In *mendicabulis viliſſimis* cur etiam pedem non figamus, ſupra tactum ad *Vſ*. 1. Deſerta *litera* ire ad Hoſtes *Chriſti* & *Eccleſiæ*, eſt *aërem cædere*. Nec tamen *Litera* difficultate vacat; quæ nonnullos eo adegit, ut dicerent, *non narrari quid factum*, *ſed quid veriſimiliter eventurum ſit*. Non alienus hinc *Cocc*. *quod diſputatio hæc eveniſſe videatur recenti adhuc calamitate Jobi*; *quodque in hiſtoria nihil tale factum legatur*. Obſervare interim jubet, *fuiſſe intervallum aliquod inter amiſſionem omnium fortunarum*, ſive *primas plagas*, & *inter Morbos Jobi*. *Deinde & illis ſeptem diebus quos luctui impende-*

9 At nunc cantilena eorum factus ſum, & exſtiti iis in Dicterium.

10 Abominantur me, procul recedunt a me; a vultu meo non compeſcunt ſputum.

11 Nam funem meum ſolvit, & adflixit me *quiſque*; & capiſtrum a facie mea projecerunt.

12 Ad

9 ועתה נגינתם הייתי ואהי להם למלה׃

10 תעבוני רחקו מני ומפני לא־חשכו רק׃

11 כי־יתרי פתח ויענני ורסן מפני שלחו׃

12 על־

derat cum Amicis, aliquid ſiniſtri eveniſſe: ac proinde literam eatenus ſaltem tenendam, ut etiam in Jobo hæc vel facta, vel veriſimiliter facienda, intelligantur. Omnino *facta* hæc ſtatuendum; & quidem a *perditiſſimæ tum vitæ*, tum *famæ*, *hominibus*, quos *Cap.* 16: 11. jam vidimus; nempe *improborum agmen* illud, inter quorum Manus ſe tanquam in *cœnoſum* aliquod *barathrum* dejectum dolebat. Diximus ibi *Virum* tam *Religioſum*, addo nunc, tam *ſeverum juſtitiæ vindicem*, qui *caninis injuſtorum fractis*, *prædas ex dentibus eorum excutere ſolitus* fuerat, ut *Cap.* 29: 17. viſum, *Invidis*, & *inimicis*, carere non potuiſſe. Inter hos tales quoque extitiſſe, quales graphice hic depicti, credere par eſt. Nil mirum ergo *improbam turbam* ad famam tam immanis cladis, ac calamitatis, accurriſſe, ac veluti triumphum de *virtute*, *pietate*, ac *religione*, in Noſtro traducendo, egiſſe, odia ſimul ſua adverſus illum implentes.

Verſ. 9. Virulentiſſima ludibria: *Canticum fieri* talium hominum; eorumque *dicterium*. Habes *triumphi pompam*, ut ita loquar, & *fercula.* Vel hinc apparet, *Virtutis & Religionis oſores* non minus, quam ipſius *Jobi*, in præcedentibus deſignatos. Egregie *Cocc. ſignificat datam* his hominibus *anſam gloriandi ejus malo, tanquam vindicta injuriæ ipſis a Jobo factæ. Viden' ut Deus puniat illum oppreſſorem libertatis, illum uſurpatorem poteſtatis, illum ſanctitatis hiſtrionem?* &c. *Hæc ſunt quæ nequam homines ſentire, & loqui ſolent de bonis magiſtratibus, piiſque Doctoribus; maxime ſi ruant.* Solida hæc, & maſcula, quibus verbum non ſuperaddo.

Verſ. 10. Nimis ſummatim *Cocc. ſumma*, *κατάπτυσιν me cenſent.* Nempe interpretes ad ultimum Colon nonnihil diſſentiunt; atque in tres abeunt fere claſſes. Sunt I. qui vere *ſputum in faciem Viri probiſſimi ejectum* ſtatuunt, a turpiſſimis nebulonibus. Alii II. figurate *ſputum* exponunt *contumelioſiſſima dicta.* Huc & *Merc.* acclinis, *indigniſſime & contumelioſiſſime me tractant velut conſpuentes faciem meam. Hoc propter Bildadum maxime & Tſopharum videtur dicere, a quibus atrociſſimis conviciis proſciſſus fuerat, & tantum non conſputus.* Non reſpondent ſuperiora, quæ Amicis applicari qui poſſint, nullus exputo. Subtilior III. explicatio reſpicit *ſputationem coram Jobo factam*, tanquam ab *abominantibus*. Nota formula, *deſpuere rem* vel *perſonam*, in *abominatione & contemtu.* Hoc Cl. *Clerico* placebat, ſed poſtea *deprendiſſe ſe ait*, *reſpici ad mores* Arabum *apud quos exſpuere indecorum.* Laudat ex *Libello de Mor. Arab. Nunquam eos exſcreare coram iis, quorum dignitatem ſuſpiciunt.* Scio; nec tamen tam delicatas querelas fundere voluiſſe Noſtrum, aut in re nihili tragœdias facere, perſuadeor. *Codurco* ſimile quid in mentem fuit, danti, *Neque avertunt ſe a facie mea ſputantes.* Addit, *hoc κατὰ τὸ ῥητὸν aliquem ex illis inter diſceptandum patraſſe exiſtimo.* Nempe *Triumviros* & hic, & ſupra, perſtringi cenſet, ſine ulla ſpecie. *Bolduc.* multa hic cornicatur deſerta in arena, de *Enoſchæis*, qui poſtmodum *Eſſeni*, quorum inſtitutum ſectatus fuerit *Jobus*, quibuſque *religioſa regula*, *non expuere in medium.* Docta dicam, an indocta, ſomnia! Meo quidem judicio non eſt cur a *litera* deflectatur. *Verborum contumeliæ* ſatis expreſſæ *Vſ.* præced. quibus nunc *publica ſigna*, & *facta ipſa*, adjiciuntur. תעבוני *Abominantur me*,

me, geſtu, nutu, motu omni, me *execrabilem* & *ſacrum* teſtantur. רחקו *procul abſiſtunt a me*, tanquam iris diriſque cœleſtibus contacto; unde & ipſi contagionem traherent, ſi *fulgurito* velut *corpori* propius accederent. His omnibus non tam *verba virulenta in os ingeſta*, quam *ſputum faciei procul injectum* ab Oſoribus ſpurciſſimis reſpondere videtur. Tam parum id fidem excedit, quam quod *Eſaj.* 50: 20. prædictum.

Verſ. 11. Nexus non omnino clarus. Figuræ quoque, prior præſertim, non ſatis promtæ. Ad *Deum* I. omnia referens *Vulg.* dat, *Pharetram enim ſuam aperuit & frænum poſuit in os meum.* Nempe quum *Chetib* habeat יתרו *funem ſuum*, ſive *Nervum*, pro quo *Kri* ſiſtit יתרי *funem meum*, LXX. Interpretes, *funem ſuum aperuit* incommodius ſentientes, ſubſtituerant Ἀνοίξας τὴν φαρέτραν αὐτοῦ &c. *De Pined.* ait *Pharetram* jam non ſignare *ſagittarum conditorium*, ſed *ipſam arcus chordam*, *cui ſagitta imponitur.* Infelix patrocinium! Et quis deinde ferat *chordam apertam*, pro *impulſa ad jaculandum*? Non prudentius contendit Doct. *Jeſuita*, שלח in poſteriori colo recte & eleganter converſum per *immittere*, *imponere*; aperte enim repugnat τὸ מפני *a facie mea*, fatente *Vavaſſ.* in *Hebræo* eſſe, *Frænum a facie mea projecerunt.* ἐξαπέστειλαν LXX. Ergo *Hebraizantes* poſt *Rabbinos* τὸ *Keri* præferunt in hanc fere ſententiam: II. *Quoniam funem meum ſolvit* Deus, *meque adflixit*; *& frenum meum a facie mea projecerunt* illi. In illo *fune* interim magna diverſitas. *Cajet.* 1. ad *funem menſorium*, limitibus regundis, reſpexit; quem *prædones* ſupergreſſi. Frigide. Ejuſdem frigoris 2. quod *Kimch.* ad *compagem corporis doloribus ſolutam* detorſerit. *Vatabl.* 3. poſt R. *Levi*, exponit *Reverentiam*; itemque *Merc. Auctoritatem & timorem mei quo eos coërcebam.* Eodem collineat *Cocc.* 4. ſpecialius adhuc *vim* & *promtitudinem in aliis frenandis* attendens. Nec aliud voluit *Forſt. Aurigatu & curru me privavit.* Anſam dedit *frenum abjectum*, quod & *Schmid.* 5. captans יתר exponit *funem freni*, *quem in manu retinet*, *qui equum regit.* Non tamen valde elegans, *Quia habenas meas ſolvit* Deus, *ideo* illi *frenum a facie projecerunt.* Onerat ſe talis ſententia, & nihil minus efficit, quam verum ὕψος. Alii *Nervum Arcus reſolutum* intelligunt, quo *rupto*, & *reverentiam Viri abruperint* omnes. His favet *Cap.* 29: 20. Cl. *Cler.* 6. ad *funes tentorii inciſos* reflexum putat, per quos, *ruina fortunarum* ſignificetur. Simile autumat *Jer.* 10: 20. מיתרי נתקו *Funes mei diſrupti ſunt* i. e. *fortunæ meæ disjectæ*, *tabernaculo penitus convulſo.* Hoc verbo פתח *aperiendi* expreſſum haud credibile. *Codurc.* 7. vult *metaph.* eſſe a *faſciculis*, *rebuſque quæ communi fune continentur*; *quo ſoluto diſſolvantur & diſpergantur.* Ad hanc faciem *Epiſc. Elienſ. Deus diſperſit omnes meas fortunas* &c. Ne hoc quidem verbo פתח ſatis commode elatum: quamvis *ſcopas ſolutas* haud ignorem, pro *rebus confuſis*, & *diſſipatis* Hic fortius quid requiritur: quod in *Nervo Arcus Jobæi retenſo* potiſſimum quærendum cenſerem, ſi *Keri* obtineat, & ad Deum τὸ פתח referatur. *Nervum* illum *retenſum* autem interpretarer *dignitatem ſucciſam*, ac veluti *enervatam*, per *plagas ignominioſas*, *& inhoneſtas*, quæ *improbitatis maculam imprimebant* Noſtro. Omitti interim nequeunt III. qui prius hocce, æque ac poſterius Colon, ad *Illuſores*, *& Homines nequam*, trahunt; ut ſit; *ſolvit* quiſque eorum *funem meum*, *meque vexat*, *& frenum a facie mea projiciunt.* Hi *funem meum* exponunt *imperium meum*, vel *vinculum quo eos conſtrictos tenebam.* Dic uno verbo, *Habenam meam ſolvit quiſque* &c. & ſenties aliquid ſatis concinnum ad ſeriem, cui *frenum excuſſum* pulchre ſuccinat. Sed quidni tunc יתרו *Habenam ſuam*, quod in textu, retineamus? Id aptius, ſonantiuſque: *Nam habenam ſuam ſolvit* quiſque, *meque vexat*; *& frenum a facie mea projecerunt.* Secundum *Ketib*, ſententia ad *Deum* reducta, tentavit *Codurc.* IV. *ſolvit funem ſuum* i. e. *tranſennam*, *impetum in me facturus*: metaphora a *Curſoribus*, vel a *Feris.* Id duriſſimum ſentiens, addit mox, *vel ſolvit funem ſuum*, *quo illos vinctos tenebat*; *habenas illis laxavit.* Applicat Triumviris. Mutatio *numeri* tanti non eſt, ut propterea ad *Deum* neceſſario

 prior

12 Ad dextram pullities conſurgunt; pedes meos impulerunt; & aggerarunt ſuper me vias ſuas pernicioſas.

13 Di-

12 על־ימין פרחח יקומו רגלי שלחו ויסלו עלי ארחות אידם :

13 נתסו

prior pars revocanda judicetur. Vel ad *Socios* reducta ſententia, mollius fuerit, *Nam habenam ſuam ſolvit quiſque.* &c. &c. i. e. *ſine modo & modeſtia in me invehitur.* Malim tamen V. ad *genus hominum* reduci, quod ex *præcedentibus* odio *Jobi* non ſolum, ſed & *virtutis*, *pietatis*, ac *Religionis* ipſius, flagraſſe manifeſtum. Hi *Habenam ſuam ſolviſſe* eleganter dicuntur, quum ob *Judicia in virum piiſſimum* novos ſpiritus ſumſere, atque apertius, ferociuſque, *Religioni & pietati* illudere cœperunt, *Jobum contumelioſiſſimis dictis & factis adfligentes.* Iſta *inſultatio*, ad quam *ſoluta religionis habena* hos nebulones impulit, pulcherrime, continuata metaphora, exprimitur, *& capiſtrum a facie mea projecerunt*; vel & *permiſerunt*, *immiſerunt*, *effuderunt*, *in effuſum effrænemque impetum admiſerunt.* מפני non ſimpliciter eſt *in conſpectu meo*; non etiam *a conſpectu, ut eos amplius videre nequeam*; ſed ut recte *Merc. ne ultra metuant a conſpectu meo*, quo antea territabantur, *præſentiam meam nil morantes.* Addo, *præſentem impudentiſſime inludentes.* Eſt Figura *Arabibus* fere domeſtica; quam reperies illuſtratam ad *Haririi Conſ.* 3. p. 180.

والقي حبلي علي غاربي
واسلك مسلك من قد مرج ✡

Et funem habenæ meæ *in gibbum rejiciens*,
Viam ſequor nutantium in religione.

Ad eam rationem *proverbialiter* effertur طلق زمامه *ſolvit capiſtrum ſuum*, in eo, qui *nullo Dei*, *hominumve*, *reſpectu coercitus*, *in omne nefas effrenato impetu fertur.* Hinc explico *Pſ.* 140: 9. *Ne des cupiditates improbi*; זממו אל תפק *Capiſtrum ejus ne laxes*; *efferrent ſeſe.* Habes conſimilem *numeri Enallagen.* Hoc adſpectu יתרי quoque aptiſſimam præſtat ſententiam; *nam funem meum ſolvit* quiſque, *meque adflictas*; *& capiſtrum a facie mea abjecerunt.* Mihi *Ketib* antiquius, & ſanctius, quam *Keri*, ſi ulla ejus interpretandi via relinquatur. Uberius etiam, יתרו, *funem ſuum*, ſecundum explanationem a nobis datam; ſive ad *Deum* referas, ſive, quod malim, ad *unumquemque* illorum *impuratorum*; qui in *clade Jobi*, *in religionem*, & *virtutem*, illudebant. Apponam exempla quædam, haud parum lucis latura. *Harir. Conſ.* 4. لا اعطي زمامي لمن يخفر ذمامي *Non trado capiſtrum meum ei, qui tutelam mei prodit.* In *Hiſt. Tamerl.* p. 243. فالاقل ان تكونوا كاسلافكم حكامها مالكي نواصي صياصيها راقين سنامها باسطي اياديكم فيها قابضين زمامها *Ad minimum ſitis, ut parentes veſtri, arbitri harum* regionum, *tenentes antias Arcium*, *& ſcandentes gibbum earum*, *extendentes manus veſtras in eas*, *earumque capiſtrum retinentes.* Et p. 122. لم يسلم لايدكوا زمامه *Non tradidit Ydgouo capiſtrum ſuum.* i. e. *obedientiam & reverentiam ei præſtare noluit.* Ad vocem רסן quæ Cl. *Guſſ.* eſt *Lupatum*, ſive *Ferrum ori equorum inditum*, aliis *capiſtrum*, ſive *pars habenæ maxillis adſtricta*; aliis ipſa *Habena*; haud ſpernes ſubſidium *Dial. Arab.* ubi رسن eſt *Capiſtro*, *ſive fune*, *qui*

qui naſo incumbit, *conſtrinxit equum*; cujus *deriv.* رسن in *Camuſo* eſt الحبل وما كان من زمام على الانف *Funis*, *& præſertim quod de Capiſtro incumbit in Naſum.* Vides *Funem* حبل, חבל, qui & יתר وتر, ſtrictius eſſe *ſuperiorem partem capiſtri*, *quæ manu retinetur*, ſive *Habenas*, & رسن רסן *inferiorem* illam *partem*, quæ *Naſum ſtringit*, & *coërcet.*

Verſ. 12. Magni fluctus ad vocem פרחח. Mirifice *Vulg.* I. *Ad dextram orientis calamitatis meæ.* Traxere eum LXX. ἐκ δεξιῶν βλαστοῦ, reddentes, quod פרח ſit βλαστάνειν. In his οὐδὲν ὑγιὲς, quod non curatur emplaſtro docti *Jeſuitæ*, ad *germinantem Jobi lepram* reſpici cenſentis, cujus *dextram* i. e. *vim & robur* homines inimici adjuverint. Alii Latini II. legerunt, *ad dextram Orientis calamitates meæ illico ſurrexerunt.* Hoc a *Pined.* rejectum, ſuſcepit *Vavaſſ.* coactius adhuc *Orientem*, exponens *pullulantem fortunam*, & *felicitatem.* Videatur *Luc. Brug.* A פרח *pullulavit* plerique *Rabbini* III. adſcivere *adoleſcentes*, collata formula *Thalmud.* פרחי כהונה *Flores Sacerdotii*, pro *Sacerdotum filiis tenellis.* Avide arripuit *Bolduc.* notari contendens *novitios Doctores.* Illos *Flores Sacerdotii* nimis honeſtos ſentientes alii IV. reſpexerunt deriv. אפרוחים *pulli avium*, ut contemtim enuncietur *pullities*, *turba implumium pullorum*; *qui vix e teſta exiere.* Vide *Merc. Genev.* &c. &c. Ut tamen judicia variant, video V. Cl. *Schmid.* inclinare ad *Florem virorum*, *qui inter alios præcipui*, *& quibus Jobus maxime confidebat.* q. d. *non tantum homines viliſſimi me irrident*, *ſed etiam flos delibatus virorum.* Applicat Triumviris. Eoſdem ex oculis non dimittens *Codurc.* VI. ait פרחח hic *adverbialiter* poſitum pro *fortiter*, *inſtanter*, *fervide*, ut *Chald.* בחוצפא, *cum inſtantia.* Exſculpit id ex פרח *micuit*; tam ſecurus ſui, ut *reliquos interpretes cæcutiiſſe* pronunciet. Potuiſſet ad majorem ſpeciem addere فرح *Arabibus* eſſe *Lætus*, item, *protervus fuit*; quæ a *micando* palam propagata. Inde olim tentabam VII. *Petulantes*, *protervi*: quod *adverbialiter* efferre poſſes *petulanter*, *proterve.* Doct. *Crom.* VIII. & *protervum* habet, & *obſcurum* ſive *abjectum*, ex notione & مفرح apud *Golium*, *Cujus nec genus*, *nec amici noti.* Ita ſane in *Camuſ.* المفرح الذي لا يعرف له نسب ولا ولاء *Vocatur Mophrach*, *cujus nec cognatio*, *nec neceſſitudo ulla noſcitur.* Suſpicor ductum a *pullo*, qui فرخ פרח *Arabibus.* Id frequentatur pro eo, quem σκότιον ἐγείνατο μήτηρ. *Nawab.*

وقع الباروخ في اليافوخ
اهون من ولاية بعض الفروخ

Incuſſio bipennis in cerebrum,
Levior præ imperio quorundam e pullis.

Notat ibi *Zamachsj.* العرب يقولون فلان فرخ من الفروخ يريدون ولد الزنا ويجوز ان يراد بالفروخ الصبيان الذين لا خير في رايهم *Arabes dicunt*, *Ille eſt pullorum aliquis*, *e ſcortatione natum notantes. Fieri etiam poteſt ut pueri intendantur*, *quorum conſilium nihili eſt.* Vides פרחח *pullitiem* rectiſſime converti, & intelligi, vel *pueros nequam*; vel *ex nequam natos*, *viliſſimam pullorum ſobolem*, *ex volgivaga venere oriundam.* In *Camus* etiam extat والفرخ ولد الطائر وكل

13 Diruerunt viam meam regiam; in præcipitium mei culmina ſcandunt, quibus auxiliator nullus.

13. נתסו נתיבתי להותי יעילו לא עזר למו׃

14 Tan-

14 כפרין

صغير من الحيوان والنبات والرجل الذليل المطرود

Appellatur פרח *pullus avium, omniſque ſoboles qua animantis, qua plantæ. Item, vir contemtus, & vagabundus.* Vix dubitarim, *turpem* illam *pullitiem* hic ſignantiſſime expreſſam voce פרחח, cujus ipſa *Forma* aliquid *vilitatis* & *contemtionis* conſignat; ſive iidem notentur, qui ſupra deſcripti, ut *mali corvi mala ova*; ſive & alii *impuri tenebriones*, qui a Noſtro vel *verbis*, vel *verberibus*, antea caſtigati, nunc *pietatem* & *Religionem* una cum *dignatione* ejus lacerabant. Huc ſpectat illud, *Ad dextram ſtant.* Figuratum haud dubie. Non melius explices, quam, *improbitatis me accuſant*, & *meritiſſimas me pœnas luere*, atque *ulterius luiturum*, clamitant. Qui *reum* aliquem *agebant*, *dextræ adſtabant. Zach.* 3: 1. *Pſ.* 69: 16 & 109: 6. In hanc *Figuram* additum, *pedes meos impulerunt.* Doct. *Merc.* habet, *Ludunt de me; meque, pedibus prehendentes, propellunt, ac præcipitant.* Alluſum ad id genus petulantis ludibrii, facile conceſſerim; rem ipſam *improprie* accipiendam autumo. Intelligo *violentas accuſationes*, *ſub quibus* quaſi *pedibus impulſis corruere* cogebatur Noſter, quod nec in Deo, nec in hominibus, *innocentiæ* vel tutamen, vel teſtimonium, ei relictum. Cl. *Schmid.* ad *Amicorum criminationes* referens, circa *perſonas* tantum a nobis differt. Neſcio quid Cl. *Guſſetio* obverſatum fuerit, quum ex *coll. Eſaj.* 32: 20. vertit, *pedem meum miſerunt* i. e. *adigor ad circumeundum huc illuc famulandi ergo.* Noſter eſt *Codurc* monens *metaph.* eſſe a *Luctatoribus.* Idem poſteriora etiam ſatis commode, *ſtraverunt viam injuriæ ſuæ contra me.* i. e. *Omnes machinas intenderunt, ad evertendum me. Metaph. ab Obſidionibus.* Sic fere *Grot.* & *Cocc. Aggerarunt contra me itinera perniciosa ſua.* Non eſt *Elumbe*; ut pronunciat *Schmid.* Fortius tamen *Merc. Super me viam ſibi fecere, ut eorum injuriæ & contumeliæ, & perniciei qua me perdunt, ſim velut ſemita trita.* Ad eandem normam Cl *Schmid.* concipiens *ſemitam ab Amicis ſuper Jobo impulſo, & dejecto, ſtratam. Non quod diſputando eum vicerint, ſed quod violentis eum verbis velut profligarint.* Circa *perſonas* diſſentio; rem ipſam non ſperno. Suſpicor interim in univerſa hac *Allegoria* gravius quid captatum; ad *contumeliam* ſimul *pietatis*, & *Religionis ſubverſionem*, pertinens. Qui injurias *ſibi* factas dolenter fert, homo eſt; qui *pietatis* honorem minui dolet, plus quam homo. *Aggerant ſuper me* ſtrato, & conculcato, *vias perniciei ſuæ*, i. e. *pernicioſiſſimas*, hunc admittit ſenſum, *Tropæa erigunt Impietati, ſuper ruinis meis; atque in meis plagis triumphum agunt de virtute, juſtitia, ac religione.* Cl. *Schmid.* ad Amicos hæc applicans, non abſimile dedit, nam איד ei eſt *pernicioſa ſententia* & *doctrina*, quam Treſviri urſerant. Eſt durius: *Perſonis* mutatis durities omnis tolletur.

Verſ. 13. Grandi imagini magnificis inſiſtitur luminibus. Primo, *deſtruxerunt*, vel *deſtruunt*, *viam meam.* Nimis languide 1. *Grot.* exponit, *omnem amicis ad me aditum obſtruxerunt.* Non fortius 2. *Codurc. Diſſipant ſemitam meam ne qua poſſim evadere.* Applicat tribus Amicis. Confer *Nicet. Vatabl. de Pined. Crinſoz.* &c. Ad *impeditas actiones* 3. totum verſum refert *Cocc.* ſecutus *Merc.* cujus hæc mens, *ſignificat omnia ſua inſtituta, & rationes, ſibi ab illis turbatas* &c. Similia habet *Vavaſſ. Ad Scholas Jobi diſſipatas ab æmulis*, reſpexit *Bolduc.* 4. quod de palma contendit cum *Rabbinico* illo, *Oves diſperſas* indicari. Proxime ad rem 5. *Schmid. Malumus hanc ſemitam accipere de ſemita Juſtitiæ, in qua pie & juſte vivendo inceſſerat Jobus. Hanc deſtruxerunt Amici, quum Juſtitiam illius calumniati ſunt, & in impietatem transmutarunt.* Placet, *Perſonis* tantum commutatis, 6. ut

Im-

14 כפרץ רחב יאתיו תחת שאה
התגלגלו :

14 Tanquam in rupturam latam vadunt; ſub fragore turbinis in modum provolvunt ſe.

15 ההפך

15 E-

Improbi Religionis & Virtutis contemtores, dicantur, *Viam Regiam Jobi deſtruere*, quatenus ex ejus *clade & ruina materiam ſumebant triumphi.* נתיב & נתיבה non eſt *ſemita*, ſed *via edita*, *exaggerata*, *Regia.* Redi ad *Cap.* 19: 8. & 24: 13.

Ibid. Secundum varie quoque exponitur. *Codurc.* 1. *ad perniciem meam ſtrenui ſunt.* Plerique 2. *Ad contritionem meam proficiunt.* i. e. *lætitiæ fructum*, & *utilitatem*, *inde capiunt.* Vide *Vatabl. de Pined.* &c. Maluit *Merc.* 3. *Ad confractionem meam juvant* i. e. *augent meam adflictionem.* Similiter *Druſ. Belg. Crinſoz.* &c. Minus commode 4. *Schmid. in Exitium meum proficiunt: Nam etſi non convicerunt Jobum* Amici, *aut ſuperarunt*, *tamen ita diſputabant*, *ut ſibi victoriam adſcriberent: habueruntque ſuos haud dubie plauſores.* Atqui *Jobus Victorem ſeſe Amicorum tulit*, atque etiamnum *infert.* Cl. *Cocc.* 5. cum ſeq. membro arctius nectens, *Ad infortunium meum proficiunt*, *quibus auxiliator non eſt.* Id ad *reliquias fortunarum Jobi diſtractas & direptas ab hominibus nihili*, videtur retuliſſe. Sublimiora nunc ſpectat Noſter. Obſervetur itaque 6. הָוָה ſive הַיָּה eſſe *ruinam qua quis in profundum velut barathrum præceps abit.* Originem ad *Cap.* 6. reperies. הועיל *profecit*, *utilis fuit*, contrarium quid ex Origine adfert, *altum tenuit* vel *tenere fecit.* Inde emergit, *ad profundiſſimam ruinam meam altum obtinent*, & victores exſiſtunt, *homines perditiſſimi.* i. e. me *profligato*, *& in barathrum hoc calamitatis inauditæ detruſo*, *vincunt & triumphant Improbi*, atque adeo *Improbitas* ipſa ſibi jam *culmen tenere* videtur. Quæ ex غال olim conabar, *Analogiæ* haud congrua. Ad noſtram mentem quoque flecti facile, quod *num.* 2. poſitum; in quo pedem figere poterunt, qui *Originibus* minus delectantur.

Ibid. Tertium colon item in diverſa diſtractum. Plerique 1. *Non eſt illis adjutor. Non opus habent auxiliatore: ad me vexandum*, &c. Ita *Ramban. Druſ. Belg. Crinſoz* &c. Durum id *Mercero*; ſicut & quod 2. nonnemo *textum corrumpens* למו ſumat pro לו, & ad *Jobum* referat, qui queratur, *ſibi nullum eſſe adjutorem.* Is *Caſtalio*; quem corruptelæ incuſatum nollem, quum למו pro לו ex *Gen.* 9. aliiſque locis, in uſum *ſingul.* non careat ſpecie. Nec omnino neceſſe erat לי, quum *enallage* illa qua a *prima* ad *tert. perſ.* tranſitur, nil habeat, quod offendat. *Merc.* 3. cum *præced.* copulans, *Ad confractionem meam juvant quibus* antea *non erat adjutor.* Reflectit oculos ad *genus* in principio *Cap.* deſcriptum. Cl. *Schmid.* ſic mallet 4. *Quibus ante non erat auxiliator præter me. Quos ego olim meliora docui, & in pietate informavi* &c. Idem Vir Doct. 5. præfert, *Quia non eſt auxiliator mihi illis* oppoſitus. Conſimiliter *Nold.* Idem voluiſſe videtur *Vulgat. Et non fuit qui ferret auxilium.* Cl. *Crom.* 6. offert, *Nec eſt caſtigator iis*; a عزر, cujus 2. dat تعزير *caſtigationem verbis*, & *verberibus* admotam. Id quomodo a *Juvando* ſit propagatum, in *animadvſ.* prioribus, ſi tanti, reperies. Si Colon hocce per ſe ſtet, nil aptius etiamnum judico: eſt enim ſpecioſius, quam ſolidius, quod Cl. *Reim.* 7. alluſum velit ad *copias auxiliares*, quibus non indiguerint hi *inimici Jobum oppugnantes.* Redit ad *num.* 1. Aliquid certius circumſpicienti ſuccurrit, *Non adjutor illis*, ex formula *Arabum* notare *Homines perditiſſimæ rei*, & *ſpei*; *quos nemo ſua cura dignari velit.* In *Hamaſa* ſic planiſſume.

ارايناكم لئاما ان قلة ليس
لكم
من سائر الناس ناصر

15 Everſio facta; ſuper me Diræ: perſequuntur ut ventus generoſum meum ſpiritum: & ut nubes tranſit ſalus mea.

16 Et

15 ההפך עלי בלהות תרדף כרוח נדבתי וכעב עברה ישעתי :

16 ועתה

Videmus vos ignobiles, pauperes, quibus nullus ex reliquis hominibus adjutor.

Similiter *Zamachſj.* ad proverbium, *Is vere ſervus, cui nemo ſervit*, notat, يضرب في ذلة من لا ناصر له ولا معين *frequentatur in vilitate eorum, quibus nec adjutor, nec opitulator.* Signatam eſſe phraſin perſpicias præſertim ex *Gjauhar.* in voce لغبت عرق ad Adagium عرق قربة *paſſus ſum ſudorem utris aquarii*, pro *grave & indignum quid*: ubi monet اصله من القرب انما تحملها الاماء الزوافر ومن لا معين له وربما اضطر الرجل الكريم واحتاج الي حملها وعرق لما يلحقه من المشقة والحياء من الناس *Origo ejus ducta ab Utribus aquæ, quos portant tantum ancillæ bajulæ, & quibus nullus adjutor. Nonnunquam autem vir honeſtus eos bajulare coactus, ſudorem mittit, præ moleſtia, ſimul, & pudore.* Vides *Honeſtos* opponi *iis quibus nullus adjutor*, i. e. *viliſſimis capitibus, ac mancipiis, inhoneſta quæque ſine pudore obeuntibus.* Hinc latius extenſum videtur ad *homines profligati pudoris*, turpia quæque γυμνῇ τῇ κεφαλῇ patrantes.

Verſ. 14. Sublimes figuræ. Conſentitur fere a *fluctibus* eas tranſlatas; *tanquam per rupturam latam devolutis* in *Caput* & *Fortunas Jobi.* Satis commode in hunc ſenſum *Vulg. Quaſi rupto muro & aperta janua, irruerunt ſuper me.* Alterutrum ex *Gloſſemate* irrepſiſſe dicerem, quum vel *ruptus murus*, vel *janua aperta, latæ rupturæ* reſpondeat ſatis. Cl. *Schmid.* כפריץ *recto caſu* accipit, ut *Ruptura lata* ponatur pro *aquis erumpentibus per talem rupturam.* Major diſſenſus ad ſeq. Colon, ubi תחת diverſos peperit conatus. *Vulgat. Ad miſerias meas devoluti ſunt.* At *Pagn. ſub calamitate ſe devolverunt.* i. e. *prætextu calamitatis meæ*, vel *occaſione ejus*, ut *Vatabl. Merc.* & plurimi. Acutius, & fortius, *Cocc. Vice repentinæ vaſtitatis provolvunt ſe.* Similiter *Cler. Et deſolationis loco ſeſe devolvunt.* תחת *vicem, locumque*, inferre notum. Cl. *Schmid.* maluit, *ſub turbine vaſtante provolvuntur.* Magnifice ſic concinunt *fluctus*, & *Turbo* eos *impellens.* Applicat *Amicis*, *violento impetu* ac velut *turbine*, in Noſtrum *invectis.* Admittere poſſem, mutatis tantum *perſonis*, & *improborum agmine* adſcito, qui *Tropæa* velut *in ruinis Jobi* ſtatuebant. Hoc ipſum autem פרץ tenere jubet pro *effractione muri expugnati*, ut *Allegoria* a *re militari* ſit deſumta, in hanc ſententiam, *Tanquam* per *latam rupturam veniunt*, & intrant victores, in Arcem religionis meo lapſu quaſi collapſam, *ſub ruina* mœnium diſruptorum *provolvunt ſe*; vel *globatim advolvuntur.* Ita *ſub ruina* eſſet *ad ruinam & cladem qua ſpes opeſque meæ religioſæ conciderunt irreparabiliter* תחת *ſub* adfert *occaſionem*, *auxilium*, *favorem* &c. Poſſes etiam, *ſub Turbine vaſtante*, quo ipſi *Virtutem* & *Religionem* diſperdere moliuntur. Non damnem quoque *vice Vaſtitatis*, in eandem mentem. התגלגלו lucem fœneratur ex *Pſ.* 77: 19. ubi גלגל eſt *Globus nubium convolutarum*, qui & *Arabibus* جاجل, ut forma verbi גלגל جاجل iiſdem eſt *cum fragore volvi*, in *Nubibus*, *Aquis*, aliiſque; cum quibus *Globi militares* ſolent comparari. Defungar unico ex *Diw. Hud.*

— مدوا

16 ועתה עלי תשתפך נפשי יאחזוני ימי־עני׃

17 לילה עצמי נקר מעלי וערקי לא ישכבון׃

18 ברב־

16 Et nunc ſuper me effundit ſemet anima mea: corripiunt me dies Adflictionis.

17 Nocte oſſa mea pertundit de ſuper me; & rodentia mea non cubant.

18 Præ

— — — مدوا بالحلايب ۞
مد الجاجل ذي الماء يراح من
الجنايب ۞

——— *Suppetias tulere agminibus effuſis,*
Prout creſcit conglobatum e nubibus agmen
flantibus Auſtris.

Verſ. 15. Impedita valde ſtructura. *Vulgat.* I. *Redactus ſum in nihilum: abſtuliſti quaſi ventus deſiderium meum,* &c. Non eſt tam alienum, quam prima fronte videtur; nec ad *vota & deſideria* invenienda neceſſe erat ut *Codurc.* pro *Nediba*, daret *Nedaba*; quum forma נדיבה نديبة, ex Origine *Radicis*, admittat *impetum generoſum*, & *nobile deſiderium.* Concinnius aliquanto *Vavaſſ.* II. *verſi in me ſunt terrores, & perſecuti ſunt tanquam ventus vehemens deſideria mea* &c. Expreſſum ex *Pagn.* qui III. habet, *Converſi ſunt ſuper me terrores, perſecuti ſunt ſicut ventus ſpontaneam meam* animam &c. Ita *Vatabl. Merc. Druſ.* &c. &c. Ad vitandum diſcrimen *generis* inter ההפך & בלהות *Jun.* & *Trem.* IV. פריץ repetunt ex *Vſ.* præc. *Obverſa eſt in me* irruptio cum *terrorum multitudine*; *perſequitur quaſi ventus ingenuitatem meam* &c. i. e. *gloriam illam meam, quam Cap.* 29. *prædicavi.* Ad שאה V. reſpiciens *Crinſoz.* continuat, *Ut ruina quæ magno fragore voluta ſeſe inverteret in me: Terrores perſequuntur animam meam inſtar venti* &c. Atquin שאה *fæmin.* Non valde limpide etiam *Schmid.* VI. *Converſus eſt contra me* ſicut *terrores: perſequeris animam meam* O Deus. Ad *Deum* orationem deflectit, qui *hoſtiliter impugnare* dicatur, *inſtar terrorum nocturnorum.* Non ineleganter VII. *Cocc. verſum eſt apud me in nebulas; perſequitur ut ventus dignitatem meam.* Cur בלהות *Nebulas* det, ſupra indicatum; pro quibus ſubſtituas licet *Terrores* in eandem ſententiam. Mea ratio ſic habet VIII. *Everſio facta eſt; ſuper me terrores; perſequuntur ut ventus ingenuam meam* &c. Uſus *imperſonalis* clareſcet ex *Jer.* 2: 23. & 18: 12. *Eſaj.* 14: 31. & 57: 10. &c. *Everſio facta rei* non ſolum & *ſpei* meæ; ſed *veritatis, pietatis, religionis.* Pathos *Jobo* congruens. *Super me Terrores* mentem externantes, ut ubi ſim, neſciam. Confer ſupr. 20. 25. De vi vocabuli redeatur ad *cap.* 15. תרדף cum בלהות cohæret ex perpetuo *Arabiſmo*, quin & *Hebraiſmo.* נדיבה *ingenuitatem* vel *indolem ingenuam* nunc ſignat; ſive preſſius adhuc *principium vitæ ſpiritualis, virtutis*, & *ſanctitatis*, quod רוח נדיבה *ſpiritus ingenuus Pſ.* 51: 14. Radix ندب נדב *fluxit ſponte: uberavit.* Inde *liberalitas, munificentia, ingenua virtus* &c. Hæc alias. *Terrores*, iræ, diræque cœleſtes, *venti inſtar perſequebantur Jobi* נדיבה *ingenuum* illud, & *ex Deo natum principium*, quatenus omnia ejus fundamenta labefactata & convulſa eſſe videbantur, per *Everſionem* tum *rei*, tum *ſpei ſanctiſſimæ*, quam & religioſiſſime culta pietas, & gratia largiſſime collata, pepererant. Recinit pulcherrime ad imaginem *venti*, *Nubiſque inſtar tranſiit ſalus mea.* Inepte nonnulli *Hebræorum*, *Animam* intelligunt, quæ *ſalus* ſit *corporis.* Non minus quæſite *Bold.* exponere jubet de *principatu Jobi*, in quo *ſalus* fuerit publica. Eidem עב *obſcuritas.* Hoc ruere eſt. *Liberationem* volunt *Cler. Crinſ.* Ad *proſperitatem* veterem refertur a plurimis, quam

18 Præ vehementia impetus commutat ſe in amictum meum: & ſicut os tunicæ meæ cingit me.

18 ברב־כח יתחפש לבושי כפי כתנתי יאזרני :

19 Pro-

19 הרני

quam adquiro, ſi non tam *temporalem*, quam *ſpiritualem*, a Noſtro intentam, admittatur. Exiſtimem inſuper, *ſalutem* illam *ſperatam*, ſibique pignore ſolenni *deſponſatam*, de qua *Cap.* 29: 18. & ſeq. actum, potiſſimum nunc ſpectari. Ea ut *Nubes tranſiiſſe* dicitur, figura *Arabibus* tritiſſima, qua *magnificas ſpes*, aut *pollicitationes*, haud *impletas*, comparant *Nubi imbrem largum promittenti*, *ſed mox in auras dilapſæ*, vel *ventis diſcuſſæ*. Exempla alibi prolata.

Verſ. 16. Nihil hic difficile. Prior phraſis a *Vulgat.* expreſſa, *Marceſcit anima mea in memet ipſo.* Nempe *effunduntur* quaſi, quæ vel *ſucco*, vel *ſpiritu*, *languente marcent.* Placuit ratio *Metaphoræ* & *Junio*, *Coccejo*, *Codurco*, notanti, ea quæ *flacceſcunt ſemet ſuſtinere non poſſe*, ideoque dictum, *Anima mea effundit ſe ſuper me*, & quaſi *collabaſcens in ſemet ipſam relabitur.* Non multum hinc abludit *Merc.* *exanimationem* & *effuſionem Vitæ* quaſi intelligens. Veram vim formulæ diſcas ex *Pſ.* 42: 4. *Effundo ſuper me animam meam*; i. e. *anxiis querelis memet macero*, *obruo*, *demergo.* Eſt *Metaph.* deſumta ab *aqua effuſa copioſius*, ad *merſionem* uſque. Sentis quam appoſite *præpoſ.* על adhibita. Non erat cur شفق *commiſeratione moveri* huc adferret Cl. *Crom.* eſt enim diverſiſſimæ indolis, a *tenuitate.* Poſterius elegantiſſime *Vulgat.* dedit, *poſſident me dies adflictionis.* Id fortius, quam *Apprehendunt me*, quamvis & qui hoc ſequuntur *Occupationem*, & *poſſeſſionem perpetuam*, adjungere queant. עני *Adflictio* in *Origine* ſiſtit *ſucci vitalis expreſſionem*, *effuſionemve*, quam opportuniſſime locatam, cernere eſt.

Verſ. 17. Vehementiſſimi affectus. In priori Colo ambiguum *ſuppoſitum* verbi נקר, in *Pih.* Multi *Dolorem*, vel *Morbum* ſupplent: plures *Deum doloris auctorem.* Vide *Merc.* qui dat, *Nocte oſſa mea perforavit deſuper me.* Pleniuſcule *Cocc.* *Noctu oſſa mea rodit morbus*, & ſeparat *a me.* Ex *conj. Niph.* maluerunt alii, *Nocte oſſa mea perforantur.* Ita *Vulgat. Luth. Schmid.* &c. In מעלי indultum acumini a *Jun.* & *Trem.* reddentibus, *a ſtragula mihi impoſita perfodiuntur.* q. d. *ſtragula ipſa me prægravat.* Tenue. Cl. *Schmid.* *oſſa* velut *de corpore revulſa* concipit. Probo: idemque haud dubie volebat *Cocc.* Ego נקר ex *Pih.* cum לילה commodiſſime necti autumem. *Nox* ipſa *Oſſa mea pertundit de ſuper me.* Solemne cothurno, *Nocti*, vel *Diei*, id dare, quod de *Nocte*, vel *Die* contingit. *Arabes* præſertim loquendi formam ſuam fecere. Sic نهار صايم *Dies jejunans.* يوم سافك *Dies ſanguinem fundens.* ليل سفوك *Nox multum ſanguinis faciens* &c. &c. Preſſius: *Nox angere*, *vexare*, &c. in omnibus Linguis dicitur, quum *anxietates nocturno tempore ingraveſcunt.* Speciatim hic reſpicitur ad *Noctem curas lenire*, ac *domare*, ſolitam, *quæ* nunc contra *intenſius* dicitur *ſævire*, & *oſſa ipſa* ac *medullas pertundere.* Satius judico tamen repetere עני *Adflictionem*, *extus* & *intus* vi ſæva incumbentem, & *noctu* etiam *oſſa tundentem.*

Ibid. Major fluctuatio ad poſterius Colon. *Vulgat.* I. *Et qui me comedunt*, *non dormiunt.* Exponitur a Viris Doctis in Eccleſia Romana bifariam 1. *Detractores* & *Calumniatores*, cum *homines*, tum *Dæmones.* 2. *Vermes* vel & *pediculi*; ut ad *pedicularem morbum* digitus intendatur. Vide *de Pined:* & *Bolduc.* qui a ערק *fugere*, *vagari*, hanc notionem exſculpſit, ut ſint *vermiculi per totum Corpus vagantes.* A *fugando* ſeu *perſequendo* II. alii *Vermes* illos coactius adhuc eliciunt. Vel & a *fugiendo*, unde *Doct. Tigur.* vermes *digredientes a me.* *Vavaſſ.* ſuſpicatur Interpretem legiſſe ערפי

la-

lacerantes me vermiculi. *Nachman.* tenuit IV. proprie dictos *perſequentes*, ſive *hoſtes*, *qui ne nocte quidem quieverint*, *meditantes in lectis ſuis*, *quomodo Jobum de die vexarent.* Ad חרק recurrit *Chaldæus* V. דמעסן יתי *Qui frendent in me* hinc arripiens, non optimo exemplo. Horum nihil quum placere poſſet, magno conſenſu itum ad *Arabiam*, ubi عرق, *plur.* عروق, complectitur *venas*, *arterias*, *nervos*, a ſimilitudine *Radicum* ſeſe quaquaverſum diffundentium; nam عرق proprie *radicem* deſignat. Præiverant LXX. dantes VI. τὰ δὲ νεῦρά μȣ διαλέλυται. *Ab. Eſra* etiam diſerte monuerat בלשון קדר *in Lingua Arabica* ערקים eſſe גידים *nervos.* *Jarch.* R. *Levi*, *Kimch.* huc calculum contulere; unde vix ullus recentiorum addubitare ſuſtinuit. Videſis *Merc. Druſ. Codurc. Grot. Cocc. Schmid. Cler.* &c. &c. ne jam *Pocok. Hotting.* alioſque *Arabizantium* principes, commemorem. Referri ſolet ad *vim morbi*, ſive per *febres acutas*, & *ardentes*: ſive per *convulſiones*. Doct. *Niewent.* cum *arteriis nervos* jungendos opinatur, quatenus hi illarum *motum*, *pulſumque*, *cient.* Cl. *Guſſ.* argutius adhuc philoſophatur; 1. עורקים merito pro *Arteriis* ſumi a *fugiendo*, quod *per eas* ſanguis *fugiat a corde ad extrema*, ut a *fuga* tamen *reducatur* per *venas* ad cor, & ita *circulatio* compleatur. 2. Convenire querimoniam *Ægro*, quod *Arteriæ non cubent*, *quia in morbis acutis arteriæ ſubſultant*, & *aſſurgunt in cerebro*, & *alibi.* Ad hæc obſervo 1. quæſitum eſſe *Etymon Arteriæ* a *fugiendo*: & *circulationem ſanguinis* parum opportune huc inſertam. 2. *Arterias non cubantes* exilius quid ſonare, quam *magnitudo plagarum Jobi* poſtulat. Hæc me ratio impellebat olim, ut VI. ex conjectura proponerem, *Venæ meæ non fluunt. Tota temperies conturbata*, *ſanguine officium non præſtante.* שכב سكب in *origine* eſt *fundere*, & *fundi*, indeque *Jacêre*, atque inde porro *Cubare*, *quieſcere*, *dormire* &c. Si ערקים *venas* & *arterias* hic exprimeret, quas a *Radicum* ſimilitudine ſic appellatas, *Arabes* docent, cauſam non video; cur conjecturæ pœniteat. Amor tamen veri non patitur me in eo acquieſcere. Obſtat 1. שכב pro *cubare*, *dormire*, veriſimillime nunc poſitum, quod *Nox* præcedat. Ea anſam dedit *Jun.* & *Trem.* non invenuſte reddendi, *Arteriæ meæ cubantis non quieſcunt.* Nempe in ישכבון ſupplent ſimul אשכב, *dum ego cubo illæ haud cubant.* 2. Non permittit *Analogia*, ut עורקים *form. part. præſ.* cum עֹרֶק عرق *ſegolato* conferatur. عارق עורק *Arabice* ſonat *Rodentem*, ut mox parebit. 3. *Morbum* deſcribi, parum veriſimile: quum *materiam* longe *graviorem* ingreſſus fuerit, quam ut *cumulum malorum ſuorum* maſcule non minus, quam pie, exequitur. Omnino ergo 4. cogitandum de *Terroribus Dei*, *oſſa* ipſa *tundentibus*, ex formula trita in *Pſalmis.* His *contuſis* & *exeſis*, unice 5. respondet, *Et Rodentia mea non cubant*, *dormiunt.* κοιμῶνται. Ad *Vſ.* 3. poteſtatem *Rodendi* ex *Dial. Arab.* & *Syr.* adfirmatam dedi. Speciatim in *oſſibus rodendis* frequentari patet ex عراق *Os carne nudum & deroſum.* Item ex forma proverbiali معروق العظم מערוק אלעצם *Deroſus oſſa*, pro *miſero.* Abſolute etiam reperio ازمنة عوارق, *Tempora rodentia*, pro *adverſis*, in *Diw. Hud.* Propius *Ibn Doreid.*

لا تحسبن يا دهر اني ضارع
لنكبة تعرقني عرق المدي ☼

Ne reputes, *o Fortuna*, *me ſupplicaturum*,
Ad Infortunium, *quod rodit me roſione cultrorum.*

Oo oo o Ite-

Iterum

لا غـرو ان لج زمـان جـايـر
فـاعترق العظم المخ وانتقي

Haud mirum quum urgeat tempus iniquum;
Si roſum os medulloſum exſugatur.

Nil plenius deſideres. *Vermes corroſores corporis*, vel & *Morbos*, ſi quis malit, libera ſit optio. Mihi quod poſui, præplacet. In verbo שכב κοιμᾶσϑαι cothurnus Tragicus a peritis facile agnoſcetur. *Soph. Philoct.* 651. dabit κοιμᾶν ἕλκος *Sopire Ulcus*: & φλόγα *flammam*, *Aeſch. Agam.* 606. & *Eumen.* 835. κελαινὸν κύματος πικρὸν μένος *Nigri fluctus amaram vehementiam.* κοιμίζειν *vulnera*, *Homer. Iliad.* 16: 524.

Verſ. 18. Magna obſcuritas. *Vulgat.* I. ſic pergit, *in multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum; & quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me.* Ad *vermes* referunt fere *Latini.* Cum iiſdem conjungit *de Pined. putres fluores, morbi cruciatus, & totius corporis fœditatem.* Non multum hinc abeſt *Merc.* II. *In multitudine roboris*, multa vi morbi, *immutatur veſtimentum meum*, i. e. *ſanie inquinatum mutare ſæpius cogor:* vel *præ pure & ſanie aliud eſſe videtur.* Poſterius a pleriſque receptum: ſequentia ſic exhibet, *ſicut os tunicæ meæ cingit me* dolor meus, vel, Dominus *hoc dolore collum premens.* Diverſo adſpectu *Cocc.* III. *Maxima vi exuitur veſtis mea; ut os induſii mei cingit me.* Trahit ad *difficultatem veſtes mutandi.* In *Lexico* maluit, *Veſtis mea magni vi veſtigatur.* Nempe *Veſtigatos & excuſſos ſinus veſtium* adhibitos cenſet pro *earum exutione.* Conf. *Bolduc.* & *Scheuchz.* poſterius Colon huc flectentem. Alienum. Vicinus *Codurc.* IV. *Ob multam vim ſeſe condit veſtimentum meum* &c. i. e. *ita arctor ut veſtes meæ imprimantur in me, & ſubeant carnem meam.* Coactum. *Cler.* V. ad *involutionem ſtragulæ veſtis* detorſit. *Schmid.* VI. *præ multitudine roboris mutat ſe* ſicut *veſtimentum meum* Deus: *ſicut os tunicæ meæ cinxit me.* Exponit, *tam facile Deus ſe mutat, & variat, in immittendis mihi adflictionibus variis, quam facile veſtis mea mutari cum alia poteſt.* Exquiſitius quid ex illa conſtructione dare potuiſſet Vir Doctus; nempe *præ multo robore mutat ſe in veſtimentum meum; meque ut os induſii cingit:* ut Deus *doloribus urguens*, dicatur *totum corpus ad inſtar veſtimenti a ſummo ad imum involviſſe, nulla parte cruciatuum experte.* Melius quoque tunc *cum multo robore*, quam *præ*, quod languet. Non tamen digero *Deum* ipſum *in veſtem tranſmutatum*; & *collo innexum.*

Decentius VII. fuerit ex *Vſ.* 16. repetere עני *Dolorem extus & intus ſævientem.* Eum *Vſ.* 17. etiam commodiſſime reſumi inſinuatum. Continenti ergo *Allegoria* ſic pergetur, *cum multitudine roboris* dolor ille *demutat ſe in veſtimentum meum; ut os tunicæ meæ cingit & ſtringit me.* Verbum התחפש eſt *mutare habitum, ad exploratoris modum; induere ornatum cognoſci nolentis.* 1 *Sam.* 28: 8. & 1 *Reg.* 20: 38. Inde admirabiliter figuratum, *Adflictio mea ſemet induit in formam mei habitus*, ſive *veſtimenti* &c. לבוש eſt *indumentum exterius:* כתנת *Tunica interior.* Innuitur *extus*, & *intus*, a *capite* ad *calces*, *doloribus* ſe *involutum*, iiſdemque *per omnia membra arctius conſtrictum.* Eſt *imago* vere *Arabica*; quamvis *indui* & *involvi doloribus*, a *Græcis* & *Latinis* quoque ſit adſcitum. Ita ferme proverbialiter dicunt

الفقر دثاره والحزن شعاره

Vertebrarum fractio, ſive *paupertas*, eſt *ejus exterior veſtis*, ſive *Amiculum*, & *mœror*, ejus *Induſium*, ſive *veſtis interior corpus contingens.* Hinc اشعر *induit* quem *veſte interiore*, in figura valet, *occupavit animum cura, anxietas, mœror.* *Gjauh.*

اشعر الرجل همّا اي لزق
بمكان الشعار من الثياب
بالجسد *Indutus fuit anxietatem, eſt, Anxietas intime adhæſit loco induſii, quod e veſtibus corpori intimum.* Sic in *Hamaſa.*

ابكي واشعر سخنة كمحموم

Flebam & induebar æſtu febricitantis.

Ubi

Ubi *Tebriz.* معنى اشعر يجعل شعاري والشعار ما يلي الجسد من الثياب وتوسع فيه فقيل اشعر قلبي هما

Verbum indui uſurpatur in veſte interiore, quæ proxime corpus contingit. Latius inde tranſlatio facta, & dici cœpit; Indutum eſt cor mœrore. In *Diw. Hud.*

نام الخلي وبتّ الليل لم انم
وهيّج العين قلب مشعر السقم ۞

Dormit cura vacuus; at Ego noctem tranſigo haud dormiens;
Concitatque Oculum Cor morbo velut induſio indutum.

In conſimilem figuram traductum verbum لحف *exteriore amiculo induit.* Hinc *in Diw. Hud.* grandi cothurno:

اذا ادركوهم يلحفون سراتهم
بضرب كما جد الحصير الشواطب

Quum attingunt eos, amiciunt dorſa eorum
Ictibus, qualibus ſtoreas iciunt mulieres textrices.

Monet ibi *Schol.* هذا مثل كانهم يجعلون لهم لحافا من الضرب

Eſt figurata oratio, qua ſignificatur Amiculum ex Ictibus iis fuiſſe confectum. Iterum in *Diw. Hud.*

ولحفته منها حليفا نصلة
كحد الرمح ليس بمنزع ۞

Et Amicivi cum inde telis cuſpide acuto præditis,
Ad inſtar aciei lanceæ nunquam fallentis.

Ubi iterum *Schol.* جعلتها له لحافا يلبسه اي الصقته

Amicivi, eſt amiculum ei feci quod indueret: i. e. *telis confixi eum.* A radice لبس לבש *veſtivit*, ejuſque *deriv.* لباس לבוש proverbialiter invaluit لباس الجوع *Indumentum famis*, quod ex *Alcorano Sur.* 16: 113. citans *Phiruzabad.* in hæc verba اذاقهم الله لباس الجوع *Guſtandum dedit iis indumentum famis*, ita exponit بلغ بهم الجوع الي الغاية ضرب له اللباس مثلا لاشتماله *Fames iis ad ſummum pervenit: Figurate autem Veſtimentum famis dictum, quod undique involvat hominem, inſtar Amiculi.* Cave credas in ſola *fame* obtinere; patet enim ad omnia. In *Hiſt. Tamerl.* p. 228. reperies لباس الجوع والغرق *Indumentum famis & conſternationis:* & p. 373. لباس الجوع والشدة *Indumentum famis & miſeriæ:* & p. 78. لباس الباس *Indumentum adflictionis.* Item in *Hiſt. Salad.* لباس الياس *Indumentum deſperationis.* In omnibus his לבוש adfert *ſummum gradum, & cumulum mali, quod nullam partem immunem eſſe patitur.* Sentis jam, quanta dignitate, & gravitate, elatum ſit, יתחפש לבושי *in formam ſe induit veſtimenti mei*, vel *veſtimentum meum factum* Adflictio, *velut traveſtivit ſemet; meque cingit ſicut os Tunicæ meæ interioris.* בפי

19 Projecit me in lutum; & planiſſume ſimilis factus ſum pulveri, ac cineri.

19 הרני לחמר ואתמשל כעפר ואפר׃

20 Vociferor ad Te, & non reſpondes mihi: inſto, tu autem lentus inſpicis in me.

20 אשוע אליך ולא תענני עמדתי ותתבנן בי׃

21 Con-

21 תהפך

latiore uſu a quibuſdam redditur, per *Pleonaſmum*, ut ſit, *ſicut Tunica mea*. Id a vero non abhorret. Non improbo tamen, *ut Orificium Tunicæ meæ*, quod פה *Os* dictum *Pſ.* 133: 2. Id *Collum* preſſius *ſtringit*, & arctat; ut *Adflictio* dicatur *Collum* præſertim, & *fauces*, *compreſſis* tenere; vel *ubique* tam arcte *inhærere*, quam *orificium tunicæ Collo*. Ad *Anginam* proprie dictam non eſt cur trahatur. Confer quæ Cl. *Braun. de Veſt.* notavit p. 466. Videor mihi dediſſe, quod locum tueri queat. Laudandus tamen VIII. Doct. *Reim.* ita ſatis ſpecioſe vertens, *Magna vehementia commutat ſemet veſtis mea.* Intelligit per *veſtem*, vel *cutim*, vel potius *ulcera*, corpus *tanquam coccina veſte tegentia*; *quæ a planta pedis* ad orificium uſque Tunicæ, *ſive collum*, dicantur *pertinuiſſe*. Obſtat ſagaci conamini, 1. לבוש pro *ulceribus corpus veſtientibus* abſolute, paulo durius eſſe, & obſcurius; quum *Cap.* 7: 5. לבש בשרי רמה *Induit caro mea vermem*, ſua luce ſe ſtatim inſinuet. 2. Minus concinnum, ut לבוש *veſtimentum* exponatur *improprie* de *ulceribus*, & כתנת *Tunica* mox *proprie* accipiatur. 3. כ pro עד vel כעד *uſque ad*, hac ſaltem in ſtructura, non adeo molle; nec exempla *Noldiana* reſpondent. Ad *corporis ulcerationem*, 4. hæc reſtringenda, ſupponitur magis, quam probatur. Si quis tamen ei inſiſtere velit, commodius dari forte poſſet, *multa vehementia commutat ſeſe veſtimentum meum*, ulceroſa ſuperficies mei corporis; *& ad modum tunicæ meæ me cingit*, me totum *involvens*, & *conſtringens* undique. Manet prior difficultas, nec לבוש abſolute pro *ulceribus*, aut *cruſta ulceroſa*, admittere auſim. In VII. ergo pedem fixerim; quamvis VI. non omnino repudiarim: præſertim ſi *Vſ.* ſeq. *Deus* veniat ſupplendus, qui tunc *Luctatori* comparabitur, *validiſſimis nexibus* membra *implicanti*, atque *adverſarium* ſuum *elidenti*, & *adfligenti*.

Verſ. 19. Anceps, quis *agat*, & regat verbum הורה: quod item ambiguum, *projecit* notans, & *edocuit*. Ex poſteriori notione *Ramban* I. ſupplens עני, *Hæc adflictio docuit me in luto jacere*: vel, *Aſſuefecit me luto* &c. *Vulgat.* II. eandem vim captaſſe videtur, reddens *comparatus ſum luto.* Rectius reliqui *Hebræorum* III. R. *Levi*, *Kimch. Jarch. Ab. Eſra*, *Perizol.* etiam עני fere retento, *Dejecit me in lutum* adflictio. Videſis *Vatabl. Cocc.* &c. Ad *Deum* referre maluit IV. *Merc.* quem ſequuntur plurimi. *Luth.* V. *imperſonaliter* expreſſit, *projecit me* quiſque *in lutum* & *proculcavit* &c. Quid ſententiæ, *Deo* inſerto, emergat, ad finem *Vſ.* præc. notatum. Commodius tamen VI. autumem, filo inde a *Vſ.* 16. huc uſque pertexto, *Adflictio oſſa contundens*, in *veſtemque* mihi, & *Tunicam*, multa cum vi, & vehementia, *intus*, & *extus*, *inhærens*, atque adeo *adfixa*, *projecit me in lutum*, i. e. me *opprobrio*, & *ludibrio publico expoſuit*, ut *contaminatiſſimus* habear, & *ſceleratiſſimus* hominum; *abominatione*, & *conculcatione*, omnium *digniſſimus*. Huc ſpectat quoque poſterius, *Aſſimilatus ſum pulveri*, *& cineri.* i. e. inſtar *pulveris ab omnibus conculcor*, & *inſtar cineris*, ac *ſordium*, *everror.* Sum factus περικάθαρμα, καὶ πάντων περίψημα. Poſſis & duo membra ſic dirimere, ut *projectio in lutum* ſeſe referat ad *ſcelera*, *quorum reus cenſebatur* Noſter, *ob adflictiones & plagas*: quod ipſum in cauſa fuit, ut pro *pulvere*, & ci-

21 תהפך לאכזר לי בעצם ידך תשטמני:

21 Converteris mihi in implacabilem hoſtem; in robore manus tuæ internecivum mihi geris adverſarium.

22 תשאני אל־רוח תרכיבני ותמגגני תשיה:

22 Tollis me ad ventum; equitare facis me: & undare me facis cum ſolidiſſima firmitate.

23 כי־

23 Sa-

cinere, ab omnibus *exploderetur*, & velut ad ſterquilinium amandaretur. Qui hic de *Origine* hominis *ſordida*, & *lutulenta*, cogitant, non ſatis attendunt ad materiam, & Pathos *Jobi*. Ne illi quidem *Scopum* feriunt, qui *lutum*, *pulverem*, *cinerem*, quærunt in *Jobi corpore ſævis plagis defœdato*, atque in *cadaveris conditionem redacto*. Propius collineat *Schmid.* ad *Deum* hæc reducens, *Non magis me curat*, *nec melius me tractat*, *quam lutum*; *adeo ab ipſo contemnor*, *&* *contemtus reddor.* Item, *Non pluris me facit* Deus *quam pulverem*, & *cinerem*, *quæ ſunt res contemtiſſimæ.* Aliquid ſenſit: ſenſum omnem non exhauſit, ad quem contuliſſe juvabit, quæ *Cap.* 9: 30. 31. de *Immerſione* in *lutum* dicta.

Verſ. 20. Graviſſima *Apoſtrophe* ad Deum, qua in tam immani injuria vindicias juſti Judicis ſibi negatas, Cœlumque clauſum, quin irritatum quaſi piis precibus, deplorat. In verbo שוע ineſt *Vociferatio* vel *Quiritatio oppreſſi*, הישעה *ſalutem opemque implorantis* a Vindice Juſto. עמדתי *ſto*, aliis ſimpliciter eſt, *ad orandum conſiſto*; aliis, *inſiſto*, & *clamoribus intenſiſſimis inſto*; aliis. *ſubſiſto expectabundus*, & *tacens.* Prius exile nimis. Qui medium ſequuntur, ante התבנן repetunt לא, *inſto*, *&* non *reſpicis me.* Ita *Vatabl. Jun. Piſc. Belg. Crinſoz. Cler.* &c. Ajunt id ſolenne *Hebræis:* ſed non video exempla ſimilia. Eſt ubi id fiat, tum in *Hebræa*, tum in aliis Doctis Linguis; ſed ſerie vel permittente, vel invitante. Hic nihil tale. Ideo *Merc.* malebat, *ſubſtiti*, expectans opem, *&* *conſideras me* i. e. *in me intueris*, *ut me novis plagis ſubinde afficias.* Per *interrog.* Cl. *Cocc.* *&* *adſpicis me?* Melius *Codurc.* *Et cogitabundus me adſpectas.* Ita fere & nos olim in *Juvenil.* ad *Cap.* 23: 15. *Inſto*, *&* *cunctaris in me*; vel *cunctabundus tergiverſaris.* Redi ad ea, quæ *Cap.* 23: 15. de uſu hoc ſingulari producta. Si mens *Merceri* magis arrideret, dandum eſſet, *intueris in me tanquam in ſpectaculum* tibi *jucundum: Oculos tuos meis plagis oblectas*, *&* *paſcis.* Eſt vehementius. Confer *Cap.* 31: 1. *Virginem contemplari*; vel *ſuper virginem inſpectare.* Huic ſenſui favet *Vſ.* ſeq.

Verſ. 21. Adſectui ſe ſuo permittens denuo Noſter, ex *præced.* התבנן *lætum* velut *ſpectaculum in me habes*, duas concipit ſententias, irreverentius, & durius, exeuntes. Prima eſt, *Converſus es in Crudelem mihi.* Cl. *Cocc.* dedit, *in immanem hoſtem.* Ubique locorum *immanitatem* quandam, & *truculentam ſævitiam*, ſpirat vocabulum. Ejus *Origo* haud ſatis comperta: אך זר *tantum peregrinus*, luſus videtur, non veriverbium. كسر *fregit*, *perfregit*, unde per א *compar.* & *ſuperlat.* formans, *maximus perfractor*, *violentiſſimus*, ſpecie haud vacat. Non auſim tamen pro explorato commendare. Ad mentem *Jobi* tenenda *ſævitia* illa *immanis*, & *truculenta*, quæ *paſcitur cruciatibus* & *tormentis innocentium*, æque ac *nocentiſſimorum:* quæque *nullo unquam ſanguine exſatiatur.* Huc fertur & Verbum שטם ſignans *Odium acerbiſſimum* & *implacabile*; ut tactum *Cap.* 16: 9. עצם proprie videtur inferre *oſſeam duritiem.* Nempe nulla *clementia temperatas plagas*, ſed *validiſſimæ Manus duro* & *inflexibili robore impactas*, experiebatur Noſter; quæ non a *Patre caſtigante*, ſed ab *Hoſte perditum eunte*, & *o-*

23 Sane novi, ad mortem reducturus es me; & ad domum condictionis omni viventi.

24 Ve-

23 כִּי־יָדַעְתִּי מָוֶת תְּשִׁיבֵנִי וּבֵית מוֹעֵד לְכָל־חָי׃

24 אַךְ

dia explente, proficiſci videbantur.

Verſ. 22. Graviſſimæ figuræ. Prima ducta eſt a *vento*; altera a *fluctu*. In unam metaphoram omnia conflavit *Vulgat*. *Elevaſti me, & quaſi ſuper ventum ponens, eliſiſti me valide.* Ad iſtam ſententiam, per ſe ſatis liquidam, conſulatur *Vavaſſ.* nec non *de Pined.* qui tamen nimis ſubtiliter in ea enucleanda verſatur, quaſi *metaph.* eſſet a deſumta a *Nube, quæ in altum elevata, ventorum vehiculis geſtatur univerſo mundo conſpicua, & interdum etiam luce clariſſima perſuſa; ſed quæ paulo poſt eodem illo vento, quo in ſublime excitata erat, disjicitur, & colliquefacta diffluit, atque diſſolvitur.* Poſtrema illa data magis *Hebraicæ* veritati, quam verſioni; quæ accommodatior ad imaginem a *Bolducio* arreptam, *Aquilas ſolere teſtudines in altum vehere, & faciendo frangere.* Potuiſſet contentus eſſe generali illo ſenſu, quem & *Ab. Eſra* exhibet, *in ſublime evectum, & mox gravius dejectum ſeſe* dolere Noſtrum. Cl. *Cler.* conatu minus felici, pleraque ad iſtam *Evectionem in dignitatem* deflectit; reddens, *Tollis me in aërem meque vehis*, evehis ad ſummas opes, & *liquefacis me in Divitiis meis.* Conſimiliter *Patric.* in *Paraphr.* Propius ad rem *Codurc. Tu me vento abripis quaſi curru impoſitum; confundis rationes meas.* Præiverat *Merc. Tollis me in ventum, inequitare facis me ei.* i. e. *facis ut vento in ſublime abreptus, ejus alis non ſecus ac palea, aut alia res vento rapta, circumferar, præ aſſidua, in qua verſor, agitatione.* Iterum, *Et colliquefacis me* ab *eſſentia*, i. e. *a ratione, ab integritate animi & corporis, ut nihil in me ſolidum reſtet & integrum; nihil etiam rationis ſuperſit, ſed plane inops mentis ſim* &c. Ita fere reliqui, niſi quod in ultimo colo aliquantum diſſidii. R. *Salom.* a *rad.* תשש, *diſſolvit me infirmitas.* Id nihil: nec pluris, quod alii item ex 3. *fœm.* dedere, *Diſſolvit me ratio*, i. e. *æterna tua ordinatio.* Non dimittenda 2. *maſc.* a Cl. *Cocc.* reddita, *Et maceras me reapſe:* quaſi בתושיה pro באמת, eſſet, *vere*, *in ſolidum. Jun. & Trem. Efficis ut diffluam ſubſtantia.* Non multum hinc abeſt Cl. *Schmid.* dans, *Colliquefacis me plane.* i. e. *ad mortem uſque.* Idem Vir Doctus de *celeritate mortis*, qua Noſter *in vigore ætatis abripiebatur*, textum hunc accipiendum autumat. Anſa ex *Vſ.* ſeq. ſumta. Ejus alium eſſe nexum, & ſcopum, mox patebit. Non excludo *neceſſitatem* illam *mortis immaturæ*, & *violentæ*; *ſpes Jobi conturbantis:* ſed nego de ſola *morte* locum eſſe interpretandum, quippe qui luculentiſſimis picturis ante oculos proponat, non tam *plagas*, quam *jactationem animi ex illis plagis oriundam:* quatenus eas nec cum *Juſtitia*, & *bonitate* Dei, nec cum *innocentia ſua*, ullo pacto poterat conciliare Noſter. Prima imago offert *aridam & exſuccam ſtipulam*, a *turbine rotatam vaſtum per inane.* Hoc ſignantiſſime enunciatum per *Tolli ad ventum*, *ſuper vento*, *in eoque equitare.* Formula eſt *Arabum* ركب جناحي النعامة *Equitavit alas ſtruthiocameli*, i. e. *leviſſime circumactus fuit.* Item ركب جناحي الريح *Equitavit alas venti:* i. e. *rotatus fuit quam velociſſime per auras*, tum proprie, tum figurate, ut hic. *Hoſ.* 4. *Vſ. ult.* extat, *Illigavit eos alis ſuis ventus.* Apud *Eurip.* in *Phœniſ. Zephyrus* dicitur ἱππεύειν ἐν οὐρανῷ *Equitare in Cœlo*, & apud *Horat. Eurus per Siculas equitare undas.* Notavit Eleg. *Muret.* V. L. 1: 10. Altera formula תמוגגני תשיה ſic videtur concepta, *Fluctuare me facis ſoliditatem.* i. e. *cum ſolidiſſimis rationibus vitæ anteactæ, fluctuo tamen miſer, ac velut tempeſtate ſæva deprenſus jactor in vaſto profundo.* Eſt pulcherrima *Antitheſis*, qua *certiſſima* quæque *principia ſpei*, & *fidei*; *veritatis & religionis*; *virtutis & innocentiæ*; *ſibi ſub pedibus* quaſi *ſubducta* innuit, ita ut *tanquam* in *mari incer-*

to

24 אך לא־בעי ישלח יד אם־ בפירו להן שוע :

24 Verum tamen non in Tumulum laxat manum; ſi in exitio Ejus illuc levamentum.

25 אם־

25 An

to huc illuc *circumageretur.* Cave referas ad *dubitationem* ex *infidelitate*; nam תושיה *ſolida*, *immota*, *vacillare neſcia principia*, ſibi vindicat Noſter; cum quibus ipſis tamen ſe neſcire amplius ubi ſit, aut ubi pedem figat; fatetur. Habes ſpeciem *Oxymori*, quatenus מוג *fluctuari*, σαλεύεσθαι, & *habere* תושיה *ſoliditatem*, arietant. In eo ſitum acumen, & pondus dicti.

Verſ. 23. Cohærentia obſcuriſſima; plerique cum ſequentibus propius connectunt; nonnulli cum præcedentibus. His accenſendi I. qui *fatalem mortis neceſſitatem* adduci autumant, ad Deum flectendum, & *relaxationem malorum* impetrandam. Videſis *Calvin. Conc.* CX. Illatione II. utitur Cl. *Schmid. Dixi quod auferes me per mortem* &c. *Bene id dixi. Certus namque ſum quod ad mortem adducturus ſis me*; *per haſce præſentes meas plagas.* Addit Vir Doct. *hunc verſum nihil aliud eſſe*, *quam expoſitionem prioris*, *quod ſcriptura ſoleat figurate dicta propriis verbis explicare.* Languet. Languidius quoque III. *Epiſc. Elienſ.* ex *Vſ.* 22. *in nubes evectum confregiſti me tanta ruina*, *ut nihil aliud cogitare valeam quam mortem*, *& abitum ad ſepulcrum*, *commune ſanctuarium omnium hominum.* Non valde commodo nexu *Merc.* IV. *His me tot ac tantis malis adfligis præter modum*, *quia ſcio fore*, *ut me ex hoc morbo ad mortem adducas.* &c. &c. Incommodius adhuc V. *de Pined. Perſuaſum mihi eſt*, *ex mortiferis vulneribus quibus confoſſus ſum*, *fore ut brevi me*, *tanquam Tortori*, *extremoque ſupplicio*, *tradas.* Repugnat בית מועד *Domus condictionis omni viventi*, unde ipſe mox elicit *relaxationem a vitæ miſeriis*, &c. Non longe hinc abſunt VI. *Jun.* & *Trem.* affectatius edentes, *Nam experior*, *mors avocat me & Domus conſtituta omni viventi.* Ajunt eſſe *Ætiologiam ſuperioris indignationis a ſenſu carnis.* Putidiſſime VII. *Bold.* ad *ſepulturam plebejam* hæc detorquet, quæ vocetur *Domus conſtituta omni animali.* i. e. *Bruto*; quum *corpora* ſcilicet *inhumata abjiciuntur in aliquam communem foveam.* Ad ſequentia VIII. refert *Codurc. Scio equidem*, *mortem tandem adfuturam*, *quæ his laboribus finem imponet*; *atque tunc ſaltem* in Tumulo *conquieſcam*, *neque mihi* gravis *erit ejus* manus *præter illum terminum* &c. Reliqua ad *Vſ.* ſeq. reddentur. Hinc & hinc copulantes Doct. *Belg.* IX. *Nam ſcio ad Mortem Te reducturum eſſe me* &c. *Non tamen in Tumulum emittet manum* &c. Pari calculo & alii, quorum ad *Vſ.* 24. mentio fiet. Per modum *Juramenti* X. Cl. *Cocc. Quandoquidem novi*, *quod me ad Mortem rediges* &c. *Attamen non in acervum porrigat manum*, *ſi ad calamitatem ejus ipſis imploratio eſt.* *Si non flevi ei cui durus dies* &c. i. e. *Non reſuſcitet me Deus*, *ſi irriſoribus meis malevolus unquam extiti & invidus* &c. Reliqua mox. Per *conteſtationem* XI. Doct. *Crinſoz.* longius producta ſerie, *Quum haud ignorarim unquam*, *te aliquando morti traditurum me eſſe* &c. *Atque* ab altera parte *ſcirem Te non ſemper manum extendere ad homines in totum conſumendos*; *ſed ipſis nonnunquam dari miſeriarum exitus: nonne* ergo *complorabam iis qui in adverſis erant rebus* &c. Paulo aliter Cl. *Reim.* XII. *Scio equidem* Deum *me brevi* hoc pacto *confecturum* &c. *Attamen ſine deprecatione immittat in me manum* dum ſpiro, *ſi* viduæ aut pauperes *in calamitate ſua propter me vociferari debuerunt.* &c. &c. Alieniſſima XIII. quæ utrumque *Targum* habet, nec non quæ *Syr.* & *Arabs.* Tangendum XIV. quod & *Merc.* attigit, eſſe qui tentarint, *Atqui ſcio fore ut me mors recreet* &c. ex 3. *fœm.* ut תשיבני valeat תשיבב נפשי *reſocillabit me. Unicum malorum meorum allevamentum eſt Mors. Profecto non in tumulum immittet* Deus *manum*; *ſi in exitio ejus*, *illis ſalus.* i. e. *immunitas ab afflictione ſiquidem mortuis & tumulatis conceſſa.* Officit diſcrimen *generis*, nam מות eſt *maſc.*

25 An non fleo, ſicut durus diei: & anima mea ægritudine diſtabeſcit ad modum egentis.

26 Nam

25 אם־לא בכיתי לקשה־יום עגמה נפשי לאביון׃

26 כי

maſc. nec reliqua valde expedita. Mallem, XV. ſi מות etiam *ſœmin.* forte obtinuerit poteſtatem, *Sane ſcio*, vel, *experior*, *ſolam mortem me avocaturam*, vel *effecturam ut ad memet redeam*; &c. *Verum tamen non in tumulum laxat manum* Deus, *ſi in exitio ejus, illis laxitas.* לָהֶן *illis*, nempe vel *mortuis*, vel *Morti* & *ſepulcro.* vel *illuc.* i. e. *Ne mori quidem me ſinat* Deus, *ſi mori & exſcindi e terra viventium*, ſit שׁוע *amplitudo*, *amplum* & *laxum* quid, quo *in libertatem lætam* quis *emittitur*, & non potius *anguſtum*, & *miſerum* quid, quod nemini vel miſerrimo invidetur, ac ſubtrahitur, niſi ab Eo, qui *ſævire* cupit, & *odium* ſuum *lentis plagis exſaturare.* Nota vox Tyranni, qui *mortem citam*, inter lenta tormenta, poſtulanti regeſſit; *Nondum in gratiam rediimus.* Habes aliquid, quod verſibus 20 21. 22. aliquo modo reſpondeat. Omnem rudentem quatienti occurrit & hoc, XVI. *profecto novi*, perſentiſco, *quod ad mortem deducturus ſis me* &c. quod ſub his plagis tandem animam ſim exhalaturus. *Verumtamen non in tumulum remittat manum*, *ſiquidem in exitio ejus*, *illis* rebus *laxitas*, vel *liberalitas*; *ſi non adflevi duro diei* &c. &c. *Ne mori quidem velim*, quum tamen *Mors* jam *votorum* mihi *ſumma* ſit, *& in tali exitio*, quale nunc patior, adimatur mihi *miſerrima* illa *laxitas*, vel & *liberalitas*, qualis eſt *animam exhalare*; *ſi non commiſeratione tenerrima ſemper proſecutus ſum eos*, *quibus vita amara.* Portum me tenere, ex tantis fluctibus, non judico: nec facile ancoram jacturum me ſentio, niſi ex *Vſ.* 24. tutior forte ſtatio aperiatur.

Verſ. 24. Ad ſcopulum deferimur majores undas daturum. *Vulgat.* I. *Verumtamen non ad conſumtionem meam emittis manum tuam*; *& ſi corruerint*, *ipſe ſalvabis.* Variant expoſitiones. *Beda*, & reliqui fere Latini, traxere *ad fidem melioris vitæ.* Tres alias vias tentat *de Pined.* ab *Hebraizantibus* excitari dicens *mirabiles tragœdias*; multo majores ipſe ciens, quum Interpretem ſuum cum LXX. conciliare nititur, duriſſime reddentibus, εἰ γὰρ ὄφελον δυναίμην ἐμαυτὸν χειρώσασθαι &c. *Utinam enim mihi manus afferre poſſem*, *aut alium rogarem*, *qui id faceret mihi.* Id tam ab *Hebræo*, quam a pietate *Jobi*, abhorret, quicquid coloris illinatur; quaſi eſſet, *utinam liceret hoc mihi! utinam nefas non eſſet.* Patrocinium *Vulgati* deſerens *Vavaſſ.* II. ex *Hebræo* ſe dare ait, *Certe in tumulum manum non immittet* Deus; *ſi in contritione illius*, *eis exultatio.* i. e. *Adverſarii quidem mei exultaverint dum me Deus contereret*; *certe non ultra mortem in me ſæviet* &c. Ex *Codurc.* imitatum, reddente, III. *ſaltem in tumulum manum ſuam non injiciet* Deus, *ſi illis* Amicis meis *in clade a Deo miſſa exſultatio fuit.* Nollem *germanam ſententiam* pronunciaſſet, quæ *adulterina* potius habenda, quod לָהֶן ad Amicos reducere durum. Ad *mortuos* mirifico acumine inflexit *Bolduc.* IV. poſteriora ſic vertens, *num quid in contritione ejus illis clamor? num mortui Eum invocabunt? Minime. Ergo ultra mortem non ſæviet in me.* Alii V. *Num in oppreſſione ejus*, *illis* mortuis *clamor*? i. e. *vita functi non vexantur amplius*, *nec clamorem cient*; *ſed in tumulo omnibus quies. Ea & mihi ibi obventura.* Huc conceſſere *Doct. Belg.* idemque fere expreſſum ab *Epiſc. Elienſ.* cujus hæc *paraphr. Ubi Manus affligens me non perſequetur*; *utcunque enim homines clament quum illuc amandantur*; *quum tamen ibi fuerint*, *finitæ ſunt omnes eorum perpeſſiones & querelæ.* Eodem ferme redit *Kimchiana* interpretatio apud *Merc. Si in peremtione ejus*, *illis ſalus* eſt: vel *profecto in Morte*, aut *plaga ejus*, *illis ſalus.* Ad *moribundos* homines refert *Merc.* VI. *Verumtamen non in tumulum mittet manum ſuam* Deus, ut hominem inde eripiat: *Ubi hominem peremerit*, *& in ſepulcrum amandarit*, *non extrahet eum inde*: Etiam *ſi in confractione ejus*, *illis* hominibus *ſit clamor* i. e. *etſi clament & mortem deprecentur.* Confer *Vatabl. Iſid. Clar.*

Clar. &c. Contrario adſpectu *Jarchi* VII. *At ſcio non ita Eum me adflicturum, ut me acervum faciat*, i. e. *me penitus perdat*; *ſiquidem in clade* ab Eo immiſſa, datur etiam *levamen*. Revocat שוע ad שעשע *recreavit ſe*, quod a שעה vulgo derivatur. Similis commatis VIII. quod *Thalmudici Avod. Zar. fol.* 4: 1. hunc locum allegant, ad probandum *Deum Iſraëlitas non punire in deſolationem* בעי, *ut fiant* עוה *Eſech.* 21: 27. *ſed moderatius* כפיד של תרנגולין שמנקרין באשפה *prout tundunt galli gallinacei, ſterquilinium roſtro forantes: ſi modo præceptum obſervent* מעט כפיד של תרנגולה *paululum, prout roſtro tundit gallina: Namque Deum clamantibus iis præſtare ſalutem.* Ludunt in ambiguo ſignificatu verbi שוע, quod *clamorem* adfert, & *ſalutem*, תשועה. *Druſ.* IX. ultima ſic malebat, *ſi in contritione Ejus ipſis clamor.* i. e. *Deus non flagellat mortuos, ſi dum eos contereret, ad ipſum clamarent, opem implorantes.* Addit, *vel* שוע *ſalus a* ישע, *ut* בול *germen a* יבל: *ut ſit; ſi eos in adverſis ſervaverit, poſt mortem non immittit manum in eos.* להן *pro* להם *Ruth.* 1: 13. De eo ſtatim plura. Cl. *Cocc.* X. *jusjurandum* concipi cenſet, in hanc formulam, *Attamen non in acervum porrigat manum, ſi ad calamitatem Ejus ipſis, imploratio eſt.* i. e. *Non extendat* Deus *olim in Reſurrectione mortuorum manum* in acervum, *cadaveris mei depoſitorium*, & rudera, *ut me vivum producat*; *ſi unquam in illos* nebulones, irriſoreſque meos, *injurius fui, calamitatem illorum adjuvans, aut malum iiſdem imprecans* &c. Quid *Crinſoz.* XI. hinc exſculpſerit, ad *Vſ.* præc. eodem hoc *num.* reperies. Ei שוע *levamen*, vel *ſalus.* Cl. *Reim.* XII. voculam בעי a *rad.* בעה *petiit* derivans, hoc *num.* ibidem quoque laudatus. Ei שוע *vociferatio*; & להן ad *viduas* & *pauperes* videtur referendum. Præluſerat *Schmid.* XIII. dans, *Verumtamen ſine deprecatione mittat manum* in me Deus; *ſi in exitio Ejus illis clamor* contra me fuit. i. e. *Non parcat mihi Deus, nec deprecationi locum ullum concedat, ſi quando ille hoſtes meos impios, vel etiam quoſvis, exitio dedit, ego me unquam ita geſſi erga illos, ut cauſam haberent clamandi adverſus me, & vindictam petendi.* Alio flexu Cl. *Cler.* XIV. *Verumtamen ſine deprecatione* quivis in me *exſerat manum* ſuam, *ſi in calamitate ejus* auditus eſt meus *in illos clamor. Si inſultavi illis in adflictione.* Subdit, להן *eſſe pro* להם, *quod frequens ſit Enall. generis, forte Librariis imputanda tamen.* Ad *mala*, qualia *Jobus* experiebatur, *pronomen* hocce reducentes *Jun.* & *Trem.* XV. *Enimvero an non poſtulatio fiebat quum immitteret manum? non vociferatio propter iſta in oppreſſione ejus?* Explicant, *Nonne Deum pro calamitoſis deprecabar, talia patientibus, qualia ego?* Non ſine fidiculis hæc inventa; ut nec quicquam eorum, quæ percenſuimus ſimplex habet ſigillum veritatis. Præterierat ferme conatus Cl. *Cuſſ.* ſub voce שוע XVI. ſic reddentis, *Interea tamen nemo injiciat manum in tumulum* cadaveris: *an in ejus infortunio* eſt *illis* rebus, morti & ſepulcro, *aliqua liberalitas? Nonne illæ ſupra modum avaræ ſunt? Itaque ego, ſemel mortuus, nec in vitam reducar manu ulla auxiliatrice, vim ſepulcro inferente, nec ſpontanea mortis liberalitate.* Utrumque quæſitum; nec tamen valde ad rem. Meis etiam conjecturis ad *Vſ. præc. num.* XV. XVI. expoſitis, parum fido. Haud liquet ſane, num בעי ſit ſimplex, a בעה *poſtulavit*, an compoſitum, ut עי *acervum lapidum* nunc deſignet, figurate, pro *tumulo*, *ſepulcro*, vel & *mortui reliquiis*, ac *ruderibus* quaſi. Parum quoque conſtat, quid שוע ſonet, *clamoremne*, an *laxitatem*, & *ſalutem amplam*; an *liberalitatem.* להן pro להם non probatur ex *Ruth.* 1: 13. ut *Druſ.* putabat; eſt enim diverſa & forma, & notio: nec apparet, quorſum ſeſe id *pronominis*, ſi modo ſit *pronomen*, referat. Proximum nobis videbatur *Mors* & *Domus condictionis omni vivo*, ſive *ſepulcrum*: quod & Cl. *Guſſ.* placuiſſe vidimus.

 In-

Inde offero XVII. *Verumtamen nullus poſtulo, ut manum mittat; ſi in plaga Ejus ferali, illis* morti & ſepulturæ *laxitatis* vel *liberalitatis* quid: aliquid *amplum*, vel *munificum*. Convenit, quoad ſenſum, cum *num.* XV. לא בעי *Non poſtulatio.* ישלח יד *manum mittat*, ſive *relaxans* eam, *permittens* ut expirem; ſive *emittens ad ſeriendum*, eundem in finem; ut *decretorio ictu perimar.* שוע *laxitas*, vel *levatio gutturis præcluſi*, videtur reſpondere אשוע לך *vociferor*, formula ſolenni *quiritantium* הָשֵׁע, a שוע *leva guttur*; أسغ غصتي *Leva præſocationem meam.* Hinc שעשע *Recreavit ſeſe lenimento gutturis oppreſſi*, quod سواغ *Siwag* appellant *Arabes*. Ad שעה reduci ſolet, invita *Analogia*. Hæc *Originibus* ſervanda. Nunc tantum monebo, quicquid *Hebræi* habent ſub שוע, a ساغ lucem fœnerari, cujus notiones apud *Golium* ſunt, *per gulam leniter demiſit* cibum, potum &c. vel & *per eam* cibus potuſque *leniter deſcendit*. *Licita fuit res* i. e. *liberaliter permiſſa*. Inde *Ibn Doreid. Homines ut plantæ ſunt: eſt grato virore prædita, cujus lignum amarum guſtu; eſt & quam temnat oculus, cujus ſi trita fuerit pars inde decerpta*, انساغ عذبا في اللهي *Leniſſima ſit, præ dulcedine, in faucibus.* Eſt *Allegoria* ſemet explicans. Idem, *Hi duo vitam mihi liquidam reddidere, quam conturbaverat fortunæ adverſitas*, فانساغ وصفا *ut laxato gutture limpida mihi ea vita evaſerit.* Apud *Harir. Conſ.* 43. extat لا اري دواء قصتي ولا مساغ غصتي *Nullum cernebam remedium caſus mei, nec lenimen*, vel *levamen*, *præfocationis meæ.* משוע. Habes fundum, qui *laxationem gutturis* in שוע ſuggeſſit. Porro פיד *exitium*, *plaga feralis*, incertiſſimæ originis, quum Radix ſit deperdita, aliis a *confringendo*, aliis ab *opprimendo*, aliis aliunde, ſine auctoritate, arceſſendum videtur. Cl. *Crom.* conferre juſſit فاد, idem quod مات *mortuus fuit.* Recte vero, ſed ut illud מות مات eſt proprie *maceratione diſſolvi*, ita פיד فاد *med. Jod*, primigeniam obtinet vim *macerationis*, & *liquefactionis per aquam*. Ex illo fonte reliquas etiam ſignificationes ſub فاد emanaſſe patet. Inde non invenuſto luſu exſiſteret, *Mori interim non poſtulo, ſi Mortis illa maceratio fœdiſſima, ſit verum gutturis oppreſſi lenimen; & non potius deſtructio miſerabilis naturæ. Miſerum eſt, quod peto, beneficium, miſero haud ſane invidendum.* A *Jobi* adfectu forte non longe abſumus; qui ita *mortem* optabat, omnibus Dei plagis confectus, ut tamen *miſerrimum* eſſe, quod optaret, ſimul inculcatum iverit. Huc provecto aliud adhuc periclitandum XVIII. ad לְהֵן, quod adſcito themate لهن להן, revocari poſſet ad *formam infin. Pihel.* Frequentatur pro *cibo* vel *potu reficere quem* ante prandium, vice *jentaculi*, quod لهنة להנה vocitatur. Hinc *Allegoria* continuata oriretur, *Verumtamen non poſtulo me conficiat, peremtoria manu miſſa, ſi in maceratione Ejus ferali eſt refectio gutturi levando.* Grande Schema, ad grande *Pathos*, conceptum ab eo, qui ſe *ad incitas redactum*, toties profeſſus fuit; atque modo dixerat, ſe *ſuper Turbine equitare*, & tanquam *in vaſtiſſimo profundo* huc illuc *jactari*. Repeto, ne quis hic erret, *Mortem* a Noſtro nunc conſiderari ut *deſtructionem fœdam naturæ*, quæ neutiquam eſſet להן שוע *Refectio levando gutturi*; cujus tamen *amarulentum poculum ſorbere* mallet, quam *Venenum illud lentum telorum Dei ebibere*, vel & *ab ejuſdem intolerando æſtu exſorberi*: ut *Cap.* 6. loquutus fuit. Idem manebit ſenſus, vocabulo בעי in duo membra reſoluto; *Verumta-*

26 כי טוב קויתי ויבא רע ואיחלה
לאור ויבא אפל׃

27 מעי

26 Nam expectavi bonum, & venit malum; & lentavi ad lucem, venitque occaſus.

27 Viſ-

tamen non in tumulum laxet manum; *ſi in maceratione ejus mortifera ſit potio guttur recreans*, *lenienſve.* כוס המות *poculum mortis* phraſi anſam præbere potuit. Hæc ad locum conclamatum tentanda erant; quibus ſi quid profectum, non eſt quod de ſcopulo hocce ſuperando deſperetur. Sibi ſoli, credo, plauſit Doct. *Meibom. ſpec.* p. 89. diſtichon hoc valde corruptum arguens, quod ita ſit reſtituendum אך לא בעיף תשלח ידך אל מי בפידי לחן אשוע *Verumtamen contra feſſum non emittes manum tuam: ad quem in calamitate mea, ut miſereatur, clamabo?* Arena ſine calce, ut reliqua fere, quæ audax Criticus in *ſpecim.* publicavit.

Verſ. 25. Cohæſio haud expedita adeo. *Merc.* I. concipit jurisjurandi formulam, *Diſperеam, ſi non flevi ob durum die* &c. *Quid eſt ergo quod nec Deus, nec homines, meæ miſeriæ ſenſu tangantur?* Alii II. per *interrog.* malunt, *Annon flevi propter gravatum die?* &c. ſenſu eodem redeunte. Id quomodo *Cocc.* III. ſuſpendat ab *imprecatione*, quam *Vſ.* 24. adhibitam autumat, inde repetatur. Summa hæc. *Ne reſuſcitet me* Deus, *ſi in illos nebulones crudelis fui*, *& ſi non potius omni tempore miſeriæ hominum indolui.* Similem oppoſitionem IV. captavit Cl. *Schmid.* adeo non *clamaſſe contra Jobum miſeros, in exitio ipſis inflicto, ut contra fleverit propter gravatum die* &c. &c. Alias ſubtilitates exequi haud neceſſe. Nobis *Merceri Pathos* illud, quo *Jobus* excandeſcit indignabundus, non diſpliceret hoc nexu V. *Adeone omnis mihi miſericordia, & humanitas clauſa, ut ne miſerum* quidem *beneficium mortis impetrare poſſim! qui nihil humani a me alienum cenſens, omnium dolori indoleſcere, & flentibus adſtere ſolebam.* Eodem pervenire poſſis interrogando, *An non flevi propter gravatum die* &c? Abruptior interim *provocatio* ad *miſericordiam* a ſe ſemper exercitam, ſuſpicionem mihi movit, *Durum diei*, & *Egenum*, continuato filo, ad *Jobum* ipſum redire; in hanc ſententiam VI. *An non ploro, tanquam qui gravatus die? contabeſcit anima mea tanquam qui Egenus?* Nempe ל ita *comparat*, ut ſimul *veritatem* ipſam, ſive *conditionem*, reapſe conſignet. *Ad durum die* &c. pro *ad inſtar ejus*, ut לשמצה *ad Sphærulam diſturbavit*, explicui *Cap.* 4: 12. & למלך *ad Regem Cap.* 18: 14. Commodior hinc nexus cum *Vſ.* ſeq. ſed quod *num.* V. poſitum vehementius ad indignationem.

Ibid. Semel tantum occurrens verbum עגם exercuit ingenia erudita. LXX. ex ſenſu arripuere στενάζειν. *Vulg. compati.* Recentiores fere, poſt *Rabbinos*, *contriſtari*, *angi*, *mœrere*; quod עגים pro *mœſto* citetur ex *Targ.* & עגמת נפש pro *mœrore* ex *Thalmud.* Eam formulam hinc ductam apparet. Id anſam præbuit nonnullis, reſpiciendi ad אגם *ſtagnum*, quaſi eſſet, *Reſtagnavit* lacrymis *anima mea.* Judicio *Merceri* id ſubtilius. Ariſit *Coccejo*, ut ſit λιμνάζουσα, οἷον πλημμυροῦσα, ἢ τηκομένη, ψυχὴ. *anima æſtuans*, *reſtagnanſque*, *ac mœrore tabeſcens.* Apud *Arabes* اجم *ſtagnare* transfertur quoque ad *aquæ alterationem*, *corruptionem*, & *fœtorem*, qualis in *ſtagnis* deprenditur. Inde ad *animum* non una facta tranſlatio; etiam illa quæ adfert *tabem mœroris.* Eadem notio ſub وجم obtinet. Jam vero ע in א, idque viciſſim in ו, ex facili trajicitur. Meminit *Merc.* alterius opinionis, quam *nimis curioſam* vocat, quæ a עוג *coxit ſub prunis*, elicit πυροῦσθαι *uſtulari.* A Doct. *Forſt.* ea profecta, cui calculus adjectus a Cl. *Guſſ.* quod & *Latinis* cura *coquat*, vel *urat.* Sed עוג eſt *depſere* potius, vel *tortam*, ſive *placentam formare*, a عاج *torſit.* Pla-

ne

27 Viſcera mea ferveſacta bulliunt, & non ſedantur: incurſarunt me dies Adflictionis.
28 Atratus incedo, abſque Sole: ſto, in Cœtu quiritor.
29 Fra-

27 מֵעַי רֻתְּחוּ וְלֹא־דָמּוּ קִדְּמֻנִי יְמֵי עֹנִי׃
28 קֹדֵר הִלַּכְתִּי בְּלֹא חַמָּה קַמְתִּי בַקָּהָל אֲשַׁוֵּעַ׃
29 אָח

ne languidum, quod Cl. *Hott.* in *Smegm.* protulit ex عجم עגם *inviſere*, ut ſit, *Anima mea inviſit pauperem.* Potuiſſet Vir Magnus curatius ſacra, quæ ſplendide auxit, hoc in genere tractaſſe. Notio *viſendi* ſub عجم ſecundaria, a primaria *mordendi*, quod *admordere quid* uſurpent pro *experiri*, *probare*; unde porro *adire experiundi cauſa.* Iſti notioni nihil commune cum loco noſtro. Ad rem fuiſſet poteſtate *intranſitiva*, *Mordebatur anima mea.* Hinc עגים *mœſtus*, quaſi, *morſus*, forte. *Triſtitia* Δάκνει apud *Herod.* L. 7. Et *Eurip. Alc.* 1100. λύπῃ καρδίαν δηχθήσομαι *Cor dolore mordebor.* An rem acu tetigerim, tempus docebit. Non alienus alias ſum a collatione cum اجم, & وجم, quod figura inde gravior adhuc ſubminiſtretur.

Verſ. 26 Iterum nexus implicat. Hiat, quod I. offert *Merc. Hæc omnia tam gravia perfero* &c. *Quia cum bona expectaſſem, en ſum in malis.* Addit II. *rectius ad proximum referri*, *Calamitoſos deflevi* &c. *quia ſperabam inde mihi bene futurum* &c. Ne hoc quidem valde molle. Durius, III. quod Cl. *Schmid.* nexuit: *An non flevi propter gravatum die* &c? *Quod bonum expectavi* &c. &c. *Num forte cauſa quod expectavi bonum*, *& venit malum*, *hæc eſt*, *quod non flevi ob durum die? Atqui flevi.* &c. Ne teres quidem IV. quod Doct. *Belg.* cum *Piſc. Nihilominus quum bonum expectavi.* Eſt inſertio paulo audacior. Cl. *Cocc. ſimplex* & *clarum* V. cenſet, ut inſeratur, *Ideo ſic juro*, *quia expectavi bonum* &c. Poſt *Codurc.* placuit *Crinſozio*, VI. *Quapropter expectavi bonum* &c. A *Druſ.* VII. eſt, *Sane expectavi* &c. A *Vatabl.* VIII. *Et quando expectavi* &c. A *Vulg.* & aliis IX. omiſſa particula. Cernis quod ſupra dicebam, commodius quid ſub manibus ſe daturum, ſi X. præc. *Vſ.* reddamus, *An non ploro ut qui durus die*, vitæ, lucisque, peroſus &c. *Quia bonum expectavi*, *& venit malum* &c. Quia meæ *res*, & *ſpes*, ita in contrarium plane reciderunt; minique pro *luce* ſperata, *tenebras* peperere *deſperatas*, & *ineluctabiles*. Ad alteram vertendi rationem, omnino ſtatuendum XI. hic incipere *clauſulam* ad præcedentes querelas opportune ſubnexam. Ea ſic cum *Vſ.* ſeq. copulari ſe patitur, *Quia* ergo *bonum expectavi*, *& venit malum*; &c. *Viſcera mea bulliunt* &c. Nobiſcum ex parte ſtant *Jun.* & *Trem.* qui *Vſ.* hunc, cum inſeq. arctius quoque religant atque *expoſtulationem* inducunt, *quod tam inhumane excipiatur*, ad finem cap. uſque productam.

Verſ. 27. Sublimes locutiones. *Viſcera mea rebulliunt*, vel potius *bullitione agitata ſunt.* Primigenia vis Thematis רתח ſita fuiſſe videtur in *turbatione*, vel *æſtuatione luti*, unde prona tranſlatio ad *bullitum*, præſertim *materiæ feculentæ*, *craſſæ*, *lutoſæ*. Ad *Cap.* 41: 23. plura. Nunc teneas tantum *cor* & *viſcera* θολοῦσθαι *Cœno feculento conturbari*, apud *Eurip.* & alios. Simili cothurno additum, *Non ſilent*; ex *Origine* ꝑ דמם *non ſternantur*, *in planum*, metaph. a *fluctibus ſtratis*, & *complanatis* quaſi. Ita *Herod.* L. 7. c. 193 τὸ κῦμα ἔστρωτο. Et *Chryſ.* στορέσαι τὰ κύματα τῆς ἐπιθυμίας. *Sternere fluctus cupiditatis.* In verbo קדם magna quoque vehementia. *Obvenerunt* nimis languet. *Anteverterunt*, paulo erectius. *Incurrerunt in me*, *hoſtiliter*, nempe, animoſius. قدم *animoſum* & *hoſtilem impetum* ſæpiſſime exprimit. Confer quæ ad *Vſ.* 16. Circa filum obſervo, mollius fluere omnia, ſi *Vſ.* 25. teneatur, *An non fleo ut qui durus diei* &c. cum quo cohæreat, *viſcera mea* θολοῦται, &c. Turbant, qui *Vſ.* 25. ad-

29 אח היתי לתנים ורע לבנות יענה׃

30 עורי שחר מעלי ועצמי־חרה מני־חרב׃

31 ויהי

29 Frater factus ſum Draconibus: & ſocius Struthionibus.

30 Cutis mea denigrata de ſuper me: & oſſamentum meum exarſit præ mihi ſiccitate.

31 Et

ad *miſericordiam* Noſtri relato, in eundem ſenſum nunc pergi volunt, *præ commiſeratione* illa *mea*, *viſcera mea effervеſcere ſolebant*, *& propter illos* adflictos *adfligebam memet*, *atratus incedens*, & *luctum agens more draconum*. Meriro rejectum a *Merc.* Quid nexus ex recepta vertendi ratione oriatur inter huncce, & præc. *Vſ.* ibi indicatum.

Verſ. 28. Utrumque colon ſcrupuli quid injicit; prius præſertim. *Vulg.* I. *Mœrens incedebam ſine furore.* Nempe חַמָּה *ſol*, חֵמָה *ira*; ut *Pagn. Merc. Codurc.* dudum monuere. LXX. ἄνευ φιμοῦ *ſine capiſtro oris:* quamvis diverſa lectio adferat ἄνευ θυμοῦ *ſine ira*; quod & *Syr.* ac *Arabs* expreſſere. Hæc colorare, & explicare, velle, eſt nocere ſuis, ſimul, & veritati. Nil frigidius ſane, & coactius, quam quod *de Pined.* hic profert, *Mœrori cedo*, *non enim eſt*, *quod mea iraſcendi facultas ſeſe erigat*, *& excandeſcat adverſus mala graviſſima*; *quæ nulla ratione cludere poteſt. Doleo ſane*, *ſed non furo*; *neque indignor adverſus Numen. ut vos cenſetis.* Stomachum movit *Bolducio*, qui *abjectum & extortum gloſſema* vocat. Ipſe II. offert, *Mœrens incedo ſine ſole*, *vultum pallio obvolutum gerens præ luctu*, *ita ut ſolem adſpicere nequeam.* Sibi habeat. Specioſius III. *Atratus ambulo*, *abſque ſole*, i. e. *abſque ulla luce lætitiæ*, *in tenebris rerum adverſarum.* Ita *Druſ. Patric. Crinſoz.* &c. Plures tamen calculos abſtulit IV. *abſque ſole* ater, pro, *non a ſole decolor*, *fuſcus*, *denigratus*, *ſed a vi morbi & mœroris*; *internoque viſcerum incendio.* Huc concedunt *Vatabl. Merc. Jun. Codurc. Cocc. Belg. Schmid. Boch. Hier.* 1. 535. *Cler. Reim.* &c. *Druſius* hinc etiam non alienus, rectiſſime addidit, *Proverbiale* videri, *Ater abſque ſole*, ut, *Ebrius abſque vino.* Reſpicit *Eſaj.* 51: 21. שכרת ולא מיין *Ebria*, *at non vino:* quod tantundem eſſe creditur ac, *non temeto*, ſed *mœrore impos mentis.* Plus eſt, nam iſta comparans *negatio* ſimul infert *gradum incomparabiliter majorem.* Ita dicunt *Arabes*, *Sapiens*, *& non ut Lokmanus*; pro *immenſum quantum ſapientior.* Item, *Dives*, *& non ut Korachus*; qui videlicet ipſorum *Crœſus:* pro *incomparabiliter Divitior.* Ad *Harir.* exempla producta. Habes hinc, *Atratus incedo*, *interiore æſtu cordis*, *ac viſcerum*, *penitus exuſtus atque excoctus*; ita ut qui *ſole ferventiſſimo*, talem ſignat חמה, *exuruntur*, ne in *minimam* quidem *comparationem* mecum venire poſſint.

Ibid. Ad poſterius, I. non feliciter *de Pined.* ex *Vulg. Clamo in turba*, *ſed ut virum patientiſſimum decet*, *non furentem*, *neque indignantem* &c. Propius ad rem II. *Merc. Etiam in magno hominum cœtu*, *ubi ſe modeſtius gerere oportet*, *præ vi doloris me continere nequeo*, *quin altum inclamem*, *& ejulem.* Eodem collineat *Cocc.* III. *Non licet mihi muſſare*, *& dolorem meum diſſimulare*, *præ nimietate*, *quamquam omnibus ludibrium fiam.* Preſſius IV. *Schmid. Tantus meus dolor eſt*, *ut ſolitarius*, *& domi ſedens*, *eum continere nequeam*, *nec mihi temperare amplius*, *quo minus aliquando in mediam congregationem aliorum me proruam*, *& ibi clamem.* Ad *literam* ſi ſumas, res difficultate haud vacat; quamvis ignotæ caſus *Jobæi* circumſtantiæ quicquam fidenter negare vetent. Malim tamen *figurate* accipere, *ſto*, *in Cœtu vociferans*, & *quiritans*; metaphora deſumta ab iis, qui *injuriis oppreſſi in publicum cœtum*, ſive *congregationem populi* prorumpunt, *vindictam poſtulantes.* Vis verborum קום *ſtare*; קהל *Panegyris*, *Eccleſia*: & שוע *Quiritari*, formula ſolenni הֽשַׁעְ *leva guttur oppreſſum*; itemque הושע *ſalva*, *Opem fer*, huc manifeſto ducit. Tales *quiritationes*, quibus *Dei*, *hominumque*, *opem*, &

31 Et facta eſt in luctum Cithara mea: & Organum meum in vocem plorantium.

31 ויהי לאבל כנרי ועגבי לקול בכים׃

& *vindicias imploravit* Noſter, cum *conteſtatione publica* vexationis immeritæ, ſæpius ſeſe nobis obtulerunt; & plures haud dubie factæ. Idem forte intendit Cl. *Cocc.*

Verſ. 29. Arabica formula, *Frater factus ſum Draconibus:* nam omnis *rei Fratrem* vocitant, qui *familiaris*, vel *aſſuetus* ei. *Frater itineris*, *Frater belli*, *Frater inediæ*, *Frater ſtultitiæ*, aliaque ad *Harir.* producta. Cur *Draconum* ſignate *Fratrem* ſe nunc Noſter ferat, percipias ex *Hieroz.* 1: 69. ubi θρηνητικὰ ζῶα eſſe oſtendens ὁ πτών, ideo *comparationem* inde adſcitam docet, *quod capite erecto*, *& deductis faucibus*, *ſurſum aſpirare* ſoleant, *ac ſi ore in cœlum obverſo per ſuſpiria*, *& gemitus*, *ad Deum conquererentur*, *quodque omnibus exoſi*, *feralibuſque locis addicti*, *miſerrim vitam ægre traherent.* Adde *Hieroz.* 2: 437. Dignus quoque, qui conferatur, *de Pineda.* De *Struthionibus fœminis*, earumque *lugubri*, *funeſta*, ac *ſonora voce*, adeatur item *Boch. Hieroz.* 2: 227. 228. Ad rem facit quod ex *Rupert.* ad *Mich. Cap.* 1. laudat *de Pined.* his comparationibus etiam innui, *querelas averſatione*, *odio*, & *horrore* exceptas. Non placet *Cajetanus*, qui *Dracones* & *Struthiones*, in *figura*, trahit ad *efferatos* & *barbaros* domeſticorum Jobi *animos*, in *Draconibus viros*, in *Struthionibus fœminas* notari putans. *Bolduc.* intelligens *pauperes antrorum*, & *deſertorum cultores*, longius adhuc evagatur.

Verſ. 30. Ut *Spirans cadaver*, & *Morticinium vivum*, ſemet ad finem proponit. Et primo quidem, *Cutis denigrata de ſuper me*, non *corrugatam* & *contractam* deſignat, ſed *exuſtam incendio viſcerum*, ita ut tanquam a *corpore laniato derepta dehiſceret*, & *penderet fœdum in modum.* Secundo *Oſſa aduſta præ ſiccitate* vel *æſtu torrente*, exhibent *compagem* intus plane *convulſam*, & *excoctam*, vi ignium, in viſceribus furentium, cum *medullarum conſumtione.* Commentatoris vice ſit *Senec. Herc. Oet.* 1222.

—— A dei felle ſiccato Jecur,
Totumque lentus ſanguinem excoxit vapor.
Primam cutem conſumſit: hinc aditus nefas
In membra fecit: abſtulit coſtis latus:
Exedit artus penitus, & totas mihi nunc
Hauſit medullas: oſſibus vacuis ſedet.
Nec oſſa durant ipſa; ſed compagibus
Diſcuſſa ruptis, mole collapſa, fluunt.

Verſ. 31. Non ſatis percipio quid mentis ſederit *Mercero*, ita commentanti: *Quæ ante ad hilaritatem erant comparata*, *& lætitiam*, *ut Muſica ad animos exhilarandos inventa eſt*, *ea jam potius ejuſmodi ſunt*, *ut luctum mihi & fletum cieant. Intempeſtiva eſt in luctu Muſica.* &c. Minus adhuc capio quid viderit *de Pined.* in hiſce, *Cithara*, *qua me quondam oblectabam*, *nil niſi luctuoſum*, *& triſte*, *ſonat. Organum quoque fletus acerbiſſimos perſonat.* Non ſine errore inſigni *Vavaſſ. Clauſula enumerationi tot malorum reſpondens. Fuit enim in tot tantiſque malis conſentaneum*, *fidibus uti*, *& pulſare nervos*, *non jam ad oblectationem*, *ſed ad incitandum luctum & mœrorem.* Languidiuſcule *Schmid. In luctum cantus læti Citharæ & Organi*, *quo prius me delectare ſolebam*, *ejulatus & fletus ſucceſſerunt.* Commodius, quod addit, *Conſequens pro antecedenti*; q. d. *pro eo quod in lætiſſimo ſtatu fui*, *ut inſtrumentis Muſicis ludere poſſem hilaris*, *nunc in ſtatum adeo miſerum ſum conjectus*, *ut nil niſi flere & lugere queam.* Proxime verum. Nempe *Cithara* & *Organum*, hic figurate ſonant *Jobi priſtina* illa *decora*, & *ornamenta*, quæ ipſi *materiam lætitiæ*, & *exultationis in Deo*, ſuggerebant. Ea nunc converſa in *Luctum*, & quidem *publicum*, qualis ſuper *Funere acerbo* cietur: quod *Funus* ſibi *vivo videntique* ducere cogebatur. Huc aperte tendit קול בוכים *Vox flentium*, ſive *complorantium*; in qua reſpici putem ad *Leſſum funebrem in publico cœtu ſolenniter editum.* Utrumque vocabulum hoc uſu ſignatiore percrebuit. Vide modo *Deut.* 34: 8. *Et comploraverunt* יבכו *Iſraëlitæ Moſen triginta diebus: & finiti ſunt dies* בכי אבל *complorationis lugubris Moſis.*

CA-

CAPUT TRICESIMUM PRIMUM.

Verſ. 1. ברית כרתי לעיני ומה אתבונן על־בתולה׃

2 ומה חלק אלוה ממעל ונחלת שדי ממרומים׃

3 הלא־

Verſ. 1. Fœdus ferii oculis meis; & quid ſpectitarem in virginem?

2 Quid enim portio Dei deſuper? & hæreditas Omnipotentis de excelſis?

3 An

Verſ. 1. Graviſſimam *Apologiam* vitæ anteactæ, qua omnes Amicorum criminationes, & ſuſpiciones injuſtiſſimas, diluat tandem Noſter, atque confutet, hoc Capite conſignatam, communis ſententia tenet. Id ut facile admiſerim, ita omnino exiſtimarim, adhuc celſius quid, & animoſius, *Actionem* hanc, & *Contentionem* religioſiſſimam, ſpirare; cum eaque velut ad Tribunal ipſius Numinis penetratum, ut audiente univerſo Conſeſſu, in quo hactenus diſputatum fuerat, *diſceptatio cum ipſo Deo inſtitueretur:* atque *ſub oculis*, quin *telis*, & *fulminibus*, *Supremi* illius *Judicis*, adverſus ipſum quaſi, optima Cauſa tandem obtineretur. Relege quæ *Cap.* 23. potiſſimum, *Vſ.* 3. 4. 7. &c. diſcuſſa; & ſenties *Adfectum* iſtum univerſæ huic *Apologiæ* eſſe immiſtum. Ejuſdem diſpoſitio, & Oeconomia, hoc ipſum evincit; quippe quæ maxime inſiſtit in *Sanctimoniam Cordis*, & *Virtutes ſolius Dei oculo patentes*. Accedit diſertiſſima teſtificatio *Vſ.* 35. 36. 37. ſubnexa. Ex hac *Hypotheſi* non exiguum lumen univerſo huic capiti accedere, commentatio noſtra arguet; atque ita id, quod prima fronte alienius videri poſſet, ut neceſſarium ad mentem *Jobi* penitius inſpiciendam, commendabit.

Ibid. In ingreſſu ſtatim apparet, quam convenienter jam, & graviter, Noſter initium faciat ab *Oculorum cuſtodia*, qui *proxenetæ* quaſi *omnis peccati*, ac præſertim *voluptatis*. Hos *domitos* habere, & *religioſo fœdere conſtrictos*, eſt *Sanctimoniæ culmen* tenere, tum *externæ*, tum *internæ*. *Matt.* 6: 22. Formula loquendi nil grandius, pulcriuſque. Eam luculenter enucleatam dabunt *Calvin. Conc.* CXI. *De Pined. Cocc.* &c. לעיני *Oculis meis*, in *dandi* caſu, plurimi volunt eſſe *cum oculis meis*. Conſtructio invitat potius, *pro oculis meis*, *in quod oculos meos nomine Dei adegi*. Confer *Joſ.* 24: 25. Res eodem redit. Poſterius Colon a Cl. *Cocc.* redditur, *Et quid ſpectarem virginem*? *Nihil cauſæ erat*, *cur oculos paſcerem formis virginum.* Nempe nexum arctiorem captabat cum *Vſ.* ſeq. in illum ſenſum deflexo, de quo protinus. Fortius ſonat, *Et quid oculos*, *animumve*, *adverterem in virginem*! Eſt *indignatio repellens* vehementiſſime, & *negans* tale quicquam committi par eſſe. Habes ſummam quaſi fœderis, *Vas meum poſſidebo in ſanctimonia & honore.* *Ne oculos quidem ſuper virginem ſpectatum ire patiar*; *ad ejus pulchritudinem attentius luſtrandam.* Nempe *formarum ſpectatores* elegantes, mox fiunt *cupitores*, & ſi *flammam* evadant, *a ſcintillis* tamen intacti abire non poſſunt. Lucidiſſimum ſpeculum *Doctrinæ moralis* iſtis jam temporibus, ſimulque *integritatis Jobææ*, cujus Teſtem habebat ſolum Deum; cum quo potiſſimum *Contentionem* hanc ſuſceptam monuimus.

Verſ. 2. Arceſſitius eſt, quod ex LXX. hic offerunt Græci enarratores I. *Cur Deus mihi tam caſto*, *ac continenti*, *hanc pœnarum hæreditatem miſerit*, *equidem ignoro.* Vide *Chryſoſt. Nicet.* &c. Idem fere *Jarchio* & quibuſdam Recentioribus viſum. Contrario adſpectu *Vulg.* II. *Quam enim partem haberet* in

3 An non exitium injuſto? & infandum operantibus vanitatem?

4 Nonne ille videt vias meas? & omnes greſſus meos dinumerat?

5 Si ambulavi cum inanitate; & properavit ad fraudem pes meus.

6 Pon-

3 הלא־איד לעול ונכר לפעלי און׃

4 הלא־הוא יראה דרכי וכל־צעדי יספור׃

5 אם־הלכתי עם־שוא ותחש על־מרמה רגלי׃

6 ישקלני

ua me Deus; & hæreditatem Omnipotens de excelſis? i. e. *Divina gratia in me habitare non potuiſſet, ſi in cor meum immundas cupiditates admiſiſſem.* Sic fere Erud. *de Pined.* quamvis fluctuet. *Bolduc.* III. prætulit, *Quænam enim pars ex iis quæ ſurſum ſunt a Deo mihi contingeret? aut quæ ſors ex locis ſacris mihi veniſſet?* Affectate מרומים *celſa* capit pro *altaribus*, & *templis*, quorum *participare* auſus non fuiſſet. Commodius in hunc ſenſum IV. *Crinſoz. Quam partem* enim *mihi dediſſet Deus* in benedictionibus ſuis *deſuper* fuſis? *& quam hæreditatem mihi de cœleſtibus ſuis locis aſſignaſſet?* In *malum pœnæ* directius V. longe plurimi *Vatabl. Calvin. Merc. Jun. Druſ. Belg. Schmid. Patric. Cler.* ut *portio* & *hæreditas* figurate appellentur *ſupplicia* impuris & ſcortatoribus deſtinata; & *Vſ.* ſeq. preſſius adhuc propoſita. Cl. *Cocc.* VI. *pœnam intemperantiæ* in *Vſ.* 3. admittens, hocce noſtro ex oppoſitione ad *Vſ.* 1. contineri cenſet *præſtantiam veri boni*, ut poſt *vanitatem formæ venuſtioris*, addatur *altera cauſa aſpernandi pulcritudinem virginis*, nempe *æſtimatio doni, & hæreditatis cœleſtis.* Id ex parte convenit cum *num.* IV. ex parte ab eo differt; nam חלק *portio* explicatur *omne donum, quod Deus homini tribuit; quale & felix matrimonium. Prov.* 18: 22. Subdit ὁ πάνυ, *Vides quæ via ad felix matrimonium a Deo ſit ſignata; non ut oculis luſtres*, &c. *Sed a Deo piam & cordatam fœminam ambias, atque expectes.* Nimis longe ductum. Longius, quod *Meibom.* VII. in *prim. ſpecim.* p. 80. inſerta ante חלק vocula יש, vertere ſuſtinuerit, *Quam enim aliam æquam partem deſuper* homo *habet a Deo?* &c. &c. Id p. 96. ita exponitur, *Deum Veneris uſum honeſtum omnibus æqua partitione conceſſiſſe, ita ut virgo Juveni legitimo matrimonio jungeretur: qua ratione quivis e plebe, ducta virgine, Regum felicitati par ſit. Ergo qui uxorem habeat, & Virginum pudicitiam delibare tentet, partem alterius rapere, & poſſidere velle.* Graviores ruinas ad *Vſ.* 3. dabit Criticorum Alpha; in totum hocce Caput ea graſſatus licentia, quam ab *aquæ potore* proficiſci non potuiſſe jurares. Cl. *Cler.* VIII. non feliciſſime, puto, *partem Dei*, & *poſſeſſionem*, ponit *Munus*, & *ſummam poteſtatem*, qua *ex natura ſua ultor eſt delicti, & iniquos tollit.* Durior certe conſtructio; *portio Dei, eſt, exitium injuſto* &c. Meo judicio IX. ſi in *bonum* veniant *portio* & *hæreditas*, ut prima frons adfert, ſequendum, quod *num.* IV. expoſitum, *Et quæ portio Dei* contigiſſet mihi *deſuper*; &c. *quam partem in ejus gratia, ac communione, caſtiſſimo pectore fovenda, obtinere potuiſſem?* &c. *An non exitium* mihi cum *iniquo* omni fuiſſet paratum? Non diffitebere interim, ſi aciem tendas, aliquid ſubeſſe quod minus molliter fluat: & rotundius exire, quod *num.* VI. compareret, *Et quæ* quæſo *portio Dei deſuper* &c? *An non exitium* לעול *injuſto* &c. Hæc arctius copulanda, ac ſi foret, *Et quæ portio Dei deſuper* לעול *injuſto deſtinata*, &c. *An non exitium infandumque malum omnibus talia patrantibus?* חלק ונחלה *portio* atque *hæreditas* ſublimiori hoc uſu aucta *Cap:* 20. 29. & 27: 13. quæ loca

qui

qui inſpexerit, huc tutiſſime concedi non negabit.

Verſ. 3. Arctior illa copula, quam modo inter hunc & præc. *Vſ.* intercedere dicebam, non indiget ſupplemento, *Eſt*, vel *venit:* quaſi foret, *Nonne eſt* vel *venit pernicies injuſto* &c. Vide *Schmid.* Rectius *Merc.* ἡτοίμασται ex *Vſ.* ſuperiore repetit *parata eſt*, *imminet*, quod rotunditati a nobis indicatæ proximum. Carere quoque poſſumus inſertione *Pagnini*, *Nonne confractio* mea *iniquo? Nonne malum quod Caſtus patior, inceſto potius inferendum?* Coactior explicatio pendet a ſententia *Vſ.* 2. *num.* I. expoſita. *Injuſtus*, & *Operantes vanitatis*, in genere quidem *improbi*; ſpeciatim tamen, pro ſerie, *impuri*, *libidinoſi*, *oculos ſtupri plenos* habentes. *Meibom.* eruditione, qua pollebat, parum ſobrie uſus, legere jubet הלא איד הבתולה לעול abſurdiſſime vertens, *inſuper numquid non perditio eſt virgo luxurioſo, & animi averſatio vetiti concubitus ſectatoribus?* Ait duas eſſe comminationes, in *Virginum ſtupratores.* Primam, *quod in varios morbos incidant* veneris nepotes &c. Secundam, *quod a nimio virginum amore ſæpe deveniatur ad amorem puerorum contra naturam.* Hoc ſcelus per און deſignatum tradit, *primus*, ut jactat; *ultimus* quoque futurus, ut recte ſubmonet Cl. *Cler.* qui *Meibomii* temeritatis, ſimulque futilitatis, pleniſſimas novationes, cordate per totum hocce Caput caſtigat, atque confutat. In vocula נכר nonnihil diſſidii. *Merc. Alienitatem* interpretatur, *calamitatem gravem*, *alienam*, *inuſitatam.* Sequuti plerique. *De Pined.* ex *Vulg. Alienationem* exponit *exilium a ſedibus* & *conſortio ſanctorum*; ut inſinuetur Deum *omnem immundum procul a ſe amandare.* Placuit *Coccejo*, cui נכר videtur redire ad *hæreditatem*, *a qua alienentur impuri.* Eodem collineat *Schmid.* &c. Nimis ſubtiliter *Cajet. perditionem* איד trahit ad *pœnam ſenſus:* נכר *alienationem* ad *pœnam damni.* Alias argutiolas amputo, quas invenies apud *de Pined. Bolduc.* &c. Cl. *de Dieu* expoſitionem *Merceri* firmavit ex *Dial. Æth.* ubi נכר *prodigium* ſignat. *Portentoſum* ergo non male vertit *Codurc.* Apud *Arabes* quoque منكر *prodigioſi mali* vim recipit; ſub ſe complectens *morbos*, & *plagas fœdiores*, quales libido fere ſecum trahit. In pleriſque Exemplaribus tamen נכד per *Daleth* exaratum eſſe, commonuit *Merc.* forte non tam *mendoſe*, quam ipſe cenſebat, cum eoque reliqui, qui hujus Lectionis mentionem fecere; quod נכד *Nepos* parum hic quadraret. At quadrat نكد נכד *Arabice* inter alia ſignans *duram*, *anguſtamque*, *vitam egit*, apud Cl. *Gol.* Eſt *ſecundaria* notio, cujus *Originem* percipies ex *Camuſ.*

نكد عيشهم اشتد وعسر والبئر قل ماوها *Radix* נכד *de vita valde miſerrima & difficilis fuit: de puteo; parum aquæ habuit.* Hinc derivatum نكد נכד pro *Calamitate* invenias *Hiſt. Tamerl.* 371. & 393. In *Hiſt. Dyn. Abulphar.* p. 41. *Tradidit eos Deus Ammonitis*, فنكد بهم عيش الامة *per quos adflictam vitam duxit Gens Hebræa; octodecim annos.* In *Diw. Hud.* cum alluſione ad fontem indicatum:

نكدت عليّ مشاربي من نحوكم
فصدفت وارتدّت عليّ شووني ۞

Aquarum penuria laborabant ſuper me aquatoria mea, propter vos:
Receſſi itaque; & rediere ad me meæ Fortunæ.

Hoc

6 Ponderet me in lancibus juſtitiæ; & cognoſcat Deus integritatem meam.

7 Si declinavit veſtigium meum a via mihi; & poſt cor meum ivit oculus meus; & volis meis agglutinatum hæſit vel minimum.

8 Se-

6 ישקלני במאזני־צדק וידע אלוה תמתי׃

7 אם תטה אשרי מני הדרך ואחר עיני הלך לבי ובכפי דבק מאום׃

8 אזרעה

Hoc eſt, *ingratam*, *moleſtamque*, *vitam ducebam*, *in media ubertate*, & *affluentia*, vobiſcum *agens*. Sentis vocabulum admirabiliter locatum in *naturali libidinis pœna*; quo enim *aquæ* iſtæ *vetitæ* affluentius hauriuntur, eo ardentius ſitiuntur; *copia* ipſa *inopiam* creante; & *turbulentiſſimam* reddente *univerſam vitam*. Dedi, quod Lingua dabat. Verumne, tempus dabit. Scias interim *nepotes*, & *poſteros*, cum *reliquiis aquæ* comparari; atque inde נכר *poſteritatem* poſſe derivari.

Verſ. 4 Præcedenti verſui minus apte connectit *de Pined.* cum reliquis fere Latinis; *quum enim*, inquit, *libidinis proprium ſit*, *amare tenebras*, *atque nimis ſtulte ſibi blandiri de Dei quaſi ignoratione*, *ſapienter nunc occurrit Jobus*, *dicens*, *Turpiſſimorum hominum vias & greſſus a Deo numerari* &c. Huc inclinat & Cl. *Schmid.* Ad aliud genus peccati, *injuſtitiam in contrahendo*, per *artes*, & *fraudes*, tranſiri ſtatuit *Merc.* pericope ad *Vſ.* 9 producta. Cl. *Cocc.* *Vſ.* 4. & 5. arctius religat: qua anſa arrepta *Meibom.* eos tranſponendos contendit. *Quaſi vero*, inquit Cl. *Cler.* *eo modo mollius flueret oratio*, *aut talia curarent Orientales*? Quid audio? an Orientalibus ordinis nulla cura? Mihi, cum Doct. *Belg.* placet, verſum hunc ſolutius inſertum, reſpectu ad *præced.* & *conſeq.* ut ſit *provocatio ad Eum qui corda & renes explorat*, *cuique redditurus ſecundum merita.* Copula hæc eſto. *Non vanus mihi arrogo tantam oculorum*, *cordiſque*, *puritatem*; *reliquamque vitæ innocentiam*: *ſed Deum Teſtem invocare audeo ſuper animam meam*; *atque adeo ad Ipſius Tribunal jam hæc ipſa*, & *coram Eo*, & *adverſus Eum*, *depono.*

Verſ. 5. Difficultas, & diſſenſio, circa nexum. Cum præced. *Vſ.* I. *Cocc.* & *Hebræi* fere. Cum ſeq. II. *Jun.* & *Trem.* *Si ambulavi cum vanitate* &c, *Examinet me lancibus juſtitiæ*; & *cognoſcat Deus integritatem meam.* Eodem fere modo *Latini*, *Luth.* *Reim.* *Patric.* *Crinſoz.* *de Pined.* qui ut poſtrema aliquid *imprecationis* habeant, multa ſupplet, *publice*, *in omniumque conſpectu*, *æquiſſimi ſui judicii ſtatera me appendat*, & *libret*, *ut ſi forte inveniar minus habere pietatis*, *publici dedecoris ſupplicium apud omnes mortales ſuſtineam.* Hæc non valde expedita. Minus adhuc III, quod Cl. *Cler.* det, *Rependat mihi in æqua lance* &c. *malum malo*, *bonum bono*; *ſi ambulavi in mendacio* &c. Dilutius IV. *Bolduc.* negans *imprecationem* eſſe, & ſupplens, *aliquis appendat me*; nempe *juſtus rerum æſtimator*; *homo æquior*, *quam ſunt Amici mei.* Iſte *Homo* textui obtruſus a *Meibom.* Cum *interrog.* etiam languide nimis Cl. *Schmid.* V. *Num ambulavi cum vanitate* &c? *Neutiquam.* *Si quis ſecius quid ſuſpicetur*, *optarim*, *ut Deus me appendat.* Omnibus his præferrem VI. *imprecationem* tacitam, quam concipit *Merc.* ſecundum quam verſus hic in ſe abſolvetur, ut ſit, *ſi feci hoc*, male peream. Similiter *Vſ.* ſeq. per ſe ſtabit, tanquam *provocatio* opportune ſubnexa *ad Dei* ipſius *judicium exactiſſimum.* Deſcendo tamen VII. potius in ſententiam Doct. *Belg.* qui *imprecationem Vſ.* 8. expreſſam, cum noſtro hocce etiam connectunt, & *Vſ.* 6. velut *Parentheſi* includunt, ſic ſerie concinnata, *ſi ambulavi cum vanitate*: &c (*ponderet me Deus lancibus rigidiſſimis*:) *ſi declinavit greſſus meus a via*: &c. *ſeminem*, & *alius comedat*: &c. &c. Ratio, quæ me movet, hæc eſt, quod ex *Merc.* ſententia, *imprecationes* hujus Capitis aliæ *ſuppreſſæ* ſint, aliæ *expreſſæ*; quum veriſimilius ſit eodem filo eas editas. Cæterum pulcherrima phraſis *Ambulare cum* שוא *vanitate*; quam *Meibom.* corrupit, intruſis אנשי

8 אזרעה ואחר יאכל וצאצאי ישרשו׃

8 Seminavero, & alius comedat; & germina mea eradicentur.

9 אם־נפתה לבי על־אשה ועל־פתח רעי ארבתי׃

9 Si pellectum fuit cor meum ſuper muliere; & ſuper oſtium ſodalis mei inſidias nexui.

10 תטחן

10 Mo-

אנשי שוא *Viris vanis.* Potuiſſet *abſtractum*, pro *concreto*, idem miniſtrare, ſi hoc ageretur. Sed aliud, & altius quid, captatum in phraſi, quæ שוא *Vanitatem* conveſtit *perſona*, cujus *familiaritatem*, & *ſodalitium*, totus fere Orbis terrarum ambiat. Huc fertur & alterum Colon, *feſtinavitque pes meus ad dolum.* A חוש repetitur iſta ſignificatio, quum forma תָּחַשׁ præferat חשה *ſiluit.* Inde argute Cl. *Guſſ.* ſub חוש tentat, *& a ſtrepitu faciendo ſe continuit pes meus*, graſſans ad dolum. Notus *pes ſuſpenſus*, qui & *ſilens*, *tacituſve.* Exiſteret inde, *& furtivo ac ſilenti pede ad fraudem ivi.* Doct. *Merc.* חשה pro חוש etiam veniſſe ſuſpicatur. Hæc alibi examinanda.

Verſ. 6. Anticipata, quæ huc pertinent. Acquieſco in *provocatione* animoſa, per *ejaculationem* inſerta, *Libret me Deus*, cujus Tribunali me jam ſiſto Actorem, *Lancibus rectiſſimi rigoris*; *juſtitiæ*; *& cognoſcat*, vel *cognoſcet*, *integritatem meam.* Animoſius tamen *cognoſcat*, ut a *Merc.* judicioſe obſervatum, quum ait, *ſciebat quidem* ejus integritatem, *ſed ſic ex affectu loquitur* &c. *Cognoſcat* ergo *innocentiam meam*, *& me adfligere deſinat* &c. &c. Alterum tamen eodem *adfectu* animari quoque poteſt.

Verſ. 7. Opportune, poſt parentheſin, ſubſumuntur crimina ex *Vanitatis* contubernio *ſectatoribus* ejus domeſtica. 1. *declinare a via*, הדרך *rectiſſima illa Legis*, vel tantillum prævaricando. 2. *Cor poſt oculos emittere. Concupiſcere*; *nec irretorto oculo ſpectare divitias*, aliaque *Vanitatis irritamenta.* 3. *Manibus viſcatis retinere vel minimum.* דבק eſt *tanquam glutine adhæſit* دبق. מאום *Vulgat. Merc. Cocc.* &c. מום *maculam*, *labem* interpretantur. *Jun. Piſcat. Belg. Schmid.* ut מאומה *quicquam*, cujus *He parag.* quod מאום extitiſſe ſatis arguit. *Mercerus* quidem objicit, *pleraque quæ cum He paragog. reperiuntur*, *ſine illo nunquam venire.* Sed propere nimis, quum contrarium plane obtineat. *Quicquam*, *vel tantillum*, hic multo fortius. Origo voculæ videtur adferre *tenuem pelliculam*, vel *membranulam.* Inde notio *rei minimæ* ſuccrevit. *Bolduc.* hinc elicuit, ad ſtrictiorem nexum cum ſeq. imprecatione ſcilicet, *ſi cum agrum meum meterem*, *declinavit pes meus*, *de via terminali in agrum proximi*, *& poſt oculos meos pulcras videntes ſegetes abiit cor meum* &c. &c. *Seram & alius comedat* &c. Legibus ſolutus, qui ita commentatur.

Verſ. 8: Eſt *imprecatio* ex quorundam mente ad ſolum *Vſ.* 7. ex noſtra ad 5. quoque rediens. Varie exprimitur, *ſeminavero* enim *Jun.* at *Cocc. ſeminarem*, i. e. *cauſam non dicerem quo minus me ſeminante alius ederet.* Plurimi, *feram* &c. *opto ut hoc mihi accidat.* Ita *Merc. Schmid.* &c. Ambigitur etiam ſitne proprie, an improprie, enunciatum, *& Germina mea eradicentur.* Certe & *Symm. poſteri mei* habet, & *Vulg. Progenies mea*; q. d. *Non ſolum comedat alius fruges a me ſatas*, *ſed & inſuper omnem prolem*, *ſi qua deinceps mihi ſuſcipienda*, *miſere amittam.* Cogitas, non quadrare in *liberis omnibus orbatum*: ſed in *Caten.* reſpondetur, *aut ipſum hæc ante calamitatis tempus locutum ſecum*; quod & *Nachman.* ac *Bold.* tenent: *aut ſpem fovere reſtitutionis in integrum.* Iſtam *ſpem* ex hoc *Vſ.* quoque ſatis *clare elucere* cenſet Doct. *Crinſoz.* ductus imprecatione in *futurum* tendente. Cl. *Guſſ.* ſub יצא lit. E confugit ad,

10 Molat alteri uxor mea; & ſuper ea ſe curvent alieni.

11 Nam

10 תטחן לאחר אשתי עליה יכרעון אחרין׃

11 כי־־

Nepotes ex *filiis relictos.* Ad illud incommodum evitandum *ſeminavero*, vel *ſeminarem*, inventa. Manet tamen nodus, in ישרשו *eradicentur mea germina*; ſive jam *figurate* exponas, ſive *literaliter.* Ad eum expediendum obſervo, eſſe *formulam proverbialem*, cujus vis in *futuro* reddita nihil *futuri* ponat, vel firmet; ſed tantum oſtendat, qua execratione Noſter dignum ſeſe cenſeat, ſi mentiatur. *Seminabo*, vel *ſeminare velim*, *quod alius comedat*; *& germina mea eradicentur*, *ſi qua mihi ſint*, vel *venire poſſint.* Id *literæ* adſtrictum, nimis anguſtum funderet ſenſum. In *figura* potius ſic dictum accipias, *æquo tunc animo patiar*, *quod nunc iniquo*, *ut me Deus cum omni mea re*, *& ſpe*, *eradicaverit*, *atque eradicare pergat in æternum. Digniſſimum me & his*, *& ſempiternis*, *Dei judiciis*, *in me*, *meiſque*, *editis*, *atque edendis*, *profitebor.*

Verſ. 9. Eleganter, & graviter porro, *alieni tori ſubſeſſorem ſe egiſſe* negat, adjecta imprecatione iſti ſceleri reſpondente *Vſ.* 10. Verbum פתה videtur, vivente Lingua, in *deceptione* & *illectione avium* frequentatum fuiſſe. Sic יונה פותה *Columba ſimplex*, vel *ſtolida*, vulgo, ſignantius dari poſſet *Columba facilis ad ineſcandum*, *& illiciendum*: *Hoſ.* 7: 11. Cum ea comparatur populus Iſraeliticus in *ſcortationem ſpiritualem* procliviſſimus. Nempe *ars meretricia aucupii ſimillima. Concinnatur area*, *offunditur eſca*, *oculi illices invitant*; *moxque vel reti*, *vel viſco*, *vel laqueo*, *conſtricta tenetur avicula.* Eadem vis captata *Prov.* 7: 7. ubi פתאים *juvenes faciles ad illicem*, ſive *illecebras* voluptatis. Inde פתה in *Pih.* ſpeciatim invaluit pro *rebus*, vel *verbis*, *illecebroſis*, *capere*, & *ineſcare.* Has *illecebras amatorias* in verbo noſtro contineri, vidit *de Pined.* & erudite expoſuit: ut & alterum *Colon*, de *inſidiis ad januam*; quod *Amatoris* ſit & *Adulteri*, *ſtare pro foribus*, *obſidere limen*, *januam*, &c. Pulcherrime ſane figuratum, *Nectere inſidias ſuper januam ſocii*, quod Latinis fuit *ſubſidere.* Hinc *Val. M. L.* 7. *C.* 2. *ſubſeſſor alieni matrimonii*: & multo venuſtiſſime *Lib.* 2: 1. *Nulli tunc ſubſeſſores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur.* Id arguto *Valerii* ſtylo congruentius, ſimulque auribus gratius, quam *ſubſeſſorum*, præclare Cl. *Torren.* annotavit. *Subſeſſores oculi*, ut *Corruptor animus*, *pes vagator*, *Lingua nugatrix*, & infinita talia, ex *Græco* fonte manantia. Illis *oculis ſubſeſſoribus* mirifice convenit ארב *ex inſidiis*, *acie intenſiſſima*, *in prædam imminere ad inſtar animalis eſcam captantis* &c.

Verſ. 10. Honeſta non minus, quam appoſita imprecatio, *Molat uxor mea alteri* &c. Poſterius membrum haud dubie pertinet ad *compreſſionem*, & *ſubagitationem.* Illuc accommodatiſſimum كرع כרע, quod ſpeciatim eſt *in genua procumbere*, ac *curvari ad aquam ſorbendam.* Jam *aquatum ire* verecunde in Sacris traduci, nemini ignotum. Adi quæ *Origin. Lib.* 1. Cl. *Guſſ.* ſolus, quod ſciam, hic diſſentit, ad *laſſitudinem* aliorum, vel & *commiſerationem*, hæc trahens miris fidiculis. Videatur Comm. L. H. in טחן. De priore colo dubitatur: ſunt enim inſignes Interpr. qui ad *piſtrinum* referre malint, q. d. *infimam ſervitutem ſerviat* uxor, & *famulæ viliſſimæ inſtar omnibus ſit proſtituta contumeliis.* Conf. *Exod.* 11: 5. Plurimi tamen *Molere*, eadem figura verecundiore poſitum cenſent; ex notiſſimo uſu verbi apud *Græcos* & *Latinos*, in quem conferendus *Boch. Hier. par.* 1. p. 288. *Hebræi* illuc quoque trahunt *Jud.* 16: 21. & *Thren.* 5: 13. ubi *adoleſcentes ad molendum abſtractos*, etiam *Hieron.* de *nefando crimine* expoſuit. Apud *Arabes* طحن טחן in eandem figuram ſe præbet. Hæc diſcutere nil attinet. Uterque ſenſus quadrat. Optionem in

11 כִּי־הוּא זִמָּה וְהִיא עָוֹן פְּלִילִים׃

12 כִּי אֵשׁ הִיא עַד־אֲבַדּוֹן תֹּאכֵל וּבְכָל־תְּבוּאָתִי תְשָׁרֵשׁ׃

13 אִם־

11 Nam hoc ſcelus: & hæc iniquitas, vel apud quosvis arbitros.

12 Quin ignis hic eſt, qui ad perditionem uſque devorat; quique omnem proventum meum eradicaret.

13 Si

in medio relictam velim. De cetero nil aliud adfert *imprecatio* hæc, quam *juſtiſſimum* illum *nexum*, quo Deus *ſua* quemque *exempla pati* voluit. Ut ergo honeſtus Vir *mori* mallet centies, quam aliis *permolendam* dedere *uxorem*, ita ſe toto pectore ab inſidendis toris abhorruiſſe, inculcatum voluit Noſter; opprobrio iſto onerari, & confundi, paratus, ſi tale quicquam machinatus unquam fuerit. Simile ex *Homer.* produxit Ill. *Grot.*

Verſ. 11. In gravitatem ſceleris illius inſiſtitur, ad *ſummam deteſtationem*, quâ illud *Peſte pejus*, & *angue*, horruerit, indeque reſiluerit, exprimendam. Nodum non levem nectit conſtructio vocabuli פְּלִילִים; quod I. cum עָוֹן jungi ſolet, ut ſit *iniquitas judicum*, i. e. *digna in quam Judices animadvertant.* Videſis *Merc. Piſc. Druſ. Grot. Cocc.* &c. Exiſtimatur autem, עָוֹן *abſolute* poſitum pro *conſtr.* vel ſaltem repetendum עֲוֹן, ut ſit, *iniquitas* eſt, *iniquitas* inquam *Judicum.* Per *appoſitionem* tamen capi poſſe II. addidit Cl. *Cocc.* reddens *iniquitas judicialis.* Hoc ex *appoſitione* non liquido exit. *Schmid.* III. adſcita ope *præp.* ל dat, *iniquitas pro Judicibus.* Iſtis *Judicibus* accenſet *Deum* ipſum, atque innui putat *diſcrimen peccatorum mortalium*, *quibus Spiritus S. excutitur*, & *venialium*, *quibus non excutitur*: ut *inter peccata mortalia adulterium* hic referatur. Hæc ne ſuis quidem approbaſſe Virum Doct. certus ſum, iſto ſaltem modo explicita. *Pagnin.* reddere IV. maluit *iniquitas judicata*, obſcuriuſcule. *Bolduc.* V. hinc anſam ſumſit *præmeditatum*, & non *ex ignorantia*, vel *infirmitate*, ſed ex *malitia profectum*, *crimen*, exſculpendi. Urget פְּלִילִים *Arbitros* magis ſonare, quam *Judices.* Cl. *Cler.* VI. vellet, *Hæc iniquitas Judicum*, *niſi plectant*; quaſi *Judices* dicantur *peccaturi*, *niſi vindicent.* Et quid ſi ignorent? Magis ferrem VII. quod idem Vir Doct. tentat, *Nam hoc ſcelus*, *hæc iniquitas*, ſunt *Judices. Nos damnant.* Vel, *Dignos qui damnemur oſtendunt: nam ubi conſtat de peccato*, *conſtat etiam de pœna*, *ubi legibus definita & ſancita eſt.* Sic reditur, ſi bene cerno, ad *Crimen a Judice puniendum*; niſi quod *Schemate* illuſtriore ipſa *ſcelera* vocentur *Judices.* Cl. *Guſſ.* VIII. *Arbitrii* vim preſſius retinens, profert, ſub פלל, *nam hoc ſcelus*, & *hæc iniquitas*, *arbitrantium*; *exiſtimantium*; i. e. *cujus turpitudo ita clara*, *ut ab omni patrante credatur*, *nec fiat ſine conſcientia ſceleris*, *ut reus ſit* αὐτοκατάκριτος; & *ſibi ipſe de eo Lex ſit.* Ad palmam adſpirare videtur ingenioſus conatus. Officit tamen nonnihil, quod lex *regiminis* negligatur. Ergo liceat mihi IX. expromere quod & Linguæ, & rei, conſonum. Infra *Vſ.* 28. recurrit, *Etiam hoc eſt* עָוֹן פְּלִילִי *iniquitas arbitratoria.* Ita vertendum eſſe *ibid.* oſtendetur. Inde פְּלִילִים noſtrum colligo elatum pro פְּלִילִיִּים, quod *Arbitratoria* deſignans, recte vocabulis זִמָּה *ſcelus*, & עָוֹן *crimen*, additur, in *plurali*, pro *Epitheto*, ad inculcandum, tam *turpe* eſſe hoc *flagitium*, ut nemo vivat, qui *arbiter* ejus conſtitutus, id non e veſtigio condemnet, & *Dei hominumque odio* dignum pronunciet: ne excluſo quidem *ipſo Adultero*; *ſemet* ipſum *damnare coacto.* Habes vim hanc in nobili dicto *Deut.* 32: 31. אֹיְבֵינוּ פְּלִילִים. *Ho-*

13 Si ſprevi judicium ſervi mei, & ancillæ meæ; quum mecum lite contenderent.

14 Et quid facerem, quum ſurgeret Deus? quumque viſitaret, quid reſponderem illi?

15 An

13 אם־אמאס משפט עבדי ואמתי ברבם עמדי׃

14 ומה אעשה כי־יקום אל וכי־יפקד מה אשיבנו׃

15 הלא־

Hoſtes noſtri Arbitri ſunto. Id venuſtius, quam *Judices.* Hinc עון פלילי *Crimen arbitratorium*, quod *Arbitri* vel *mitiſſimi condemnare* debeant: etiam *is qui patravit.* זמה ועון פלילים pro פליליים, ſine ulla *Anomalia*, hinc, quod poſui, deſignare poſſunt. Sic עברים pro עבריים *Hebræi.* ערבים pro ערביים *Arabes*, ex nota lege contractionis.

Si quis tamen malit forma ſimpliciore uti, erit, *Nam hoc ſcelus, & hæc iniquitas, Arbitri:* i. e. *ſuo ſe arbitrio & judicio mox damnant.* Non æque liquidum. Arbitrantor, qui judicio pollent.

Verſ. 12. In modum *imprecationis* hæc enunciata cenſet *Cajet.* I. q. d. *ſit mihi*, ſi quid tale commiſi, *ignis*, *agros frugeſque depaſcens.* Quæſitum. Ad *malum culpæ* nonnulli ex *Latinis* applicuere II. præeunte *Beda*, quum ait, *ignem incentivæ libidinis omnia virtutum, & ſanctarum rerum, incrementa, in homine devorare.* Confer *Gloſſ. Ordin.* Longius arceſſitum III. quod *Nicet.* de *Igne Zelotypiæ in viro læſo* adfert. Non auſim quoque cum Erud. *de Pined.* IV. hinc colligere *priſcam adulterii pœnam* fuiſſe *combuſtionem*, eoque hic alluſum. Ad *ventum urentem*, ſive *preſterem*, reſpici cenſet V. Cl. *Cler.* ob *proventus* nempe *eradicationem* ſubnexam. Subtilius. Sufficit puto, *Ignis iræ & maledictionis*, quem plurimi hic tenent, *ad internecionem uſque ſæviens in omnes* Adulteri *res*, *opeſque*, tam in hac, quam in futura vita. Cl. *Schmid.* prius colon de *pœna infernali* ſe accipere ait, poſterius de *temporali.* Quid eum moverit, ſatis apparet. Concinnius utrumque Colon gemina augeas potentia; nam תבואה *proventus* omnino *figurate* capiendus pro *fortunis*, atque adeo pro *re* & *ſpe* omni, qua quis gaudere poteſt. תבואה in *Proverbiis* ita ſæpiuſcule occurrit.

Verſ. 13. Longiore deinceps contextu procul a ſe depellit Noſter omnem *ſpeciem injuſtitiæ*, *violentiæ*, *oppreſſionis*, *immiſericordiæ*, *avaritiæ*, *rapinæ*, oppoſitas virtutes ſimul ſtrenue ſibi vindicans. Adjecta eſt appoſitiſſima iterum imprecatio *Vſ.* 22. ad omnia, quæ ob adfinitatem uno filo decurrunt, ſeſe reflectens. *Merc.* & alii, tacita utuntur devotatione, *ſi ſprevi* &c. *male peream*; Redi ad *Vſ.* 5. Suam *interrogationem* reſumit Cl. *Schmid.* *Num averſatus fui* &c? Incommodius adhuc *Ramban*, *ſi ſpreviſſem* &c. *Et quid feciſſem tunc* &c. ex *Vſ.* ſeq. Nos Doct. *Belgis*, itemque *Junio* & *Trem.* ſubſcribimus, qui ad *Vſ.* 22. ſeriem extrahunt: ſi quis aliud ſciſcat, ſuo abundet judicio: nam de talibus non eſt quod contendatur. Crimen hic enotatum, eſt *ſpernere Judicium*, *vel jus*, *ſervi ſui*, & *ſervæ.* Id latius funditur, quam prima frons præfert. *Colit jus ſervi ſui*, qui *æquitatem* ei præſtat in omnibus tum publicis, tum privatis, negotiis. Iſta *æquitas* fundata eſt in *æqualitate*, non conditionis, ſed *naturæ*; ut mox inculcabitur. Ex his principiis *ſuomet ſervo ſuum tribuere* in omnibus, maximis, minimis, atque *jus* ei *æquum*, vel in contentione adverſus Herum, religioſiſſime præſtare & velle, & poſſe, eſt *Sapientiæ*, & *Juſtitiæ*, culmen occupaſſe. In Locum, Philoſophis gentilibus non intactum, ingredi, quam multiſque modis *Jus ſervi* ſoleat *ſperni*, non ab injuſtis ſolum & violentis, verum etiam a juſtis & mitibus Dominis, non eſt hujus operæ. Adeatur *Grot.* de J. B. & *P.* L. 3: 14. *Æquitas Jobi* tanto ſplendidius lucet, quanto inter Orienta-

15 הלא־בבטן עשני עשהו ויכוננו
ברחם אחד׃
16 אם־אמנע מחפץ דלים ועיני
אלמנה אכלה׃
17 ואכל

15 An non in ventre qui fecit
me, fecit illum? & conſovit nos
in utero Unus?
16 Si prohibui a deſiderio te-
nues: & oculos viduæ tabe-
feci.
17 Et

tales meracius in mancipia dominium ſemper viguit, ad jus vitæ & necis ſe extendens, omnibuſque adeo legibus abſolutum.

Verſ. 14. Hoc ipſum non obſcure indicatur per graviſſimas ſententias, quibus ſe ſolius Dei metu deterritum oſtendit ab illo genere *injuriarum*, quod nullæ Leges coërcebant, vel vindicabant. Habes anſam opportuniſſimam *inſertionis*. Ea varie redditur, nectiturque. Minus plenum, quod multi habent, *Et quid feciſſem, quando ſurrexiſſet Deus* &c? Conditionem hoc infert incertam, *ſi forte Deus vindex illis adeſſe voluiſſet*. Alii, *& quid facerem, quum ſurgeret?* &c. Preſſius, *quum ſurget; & quum viſitabit, quid reſponderem ei?* Fluctuanter *Merc. Potes intelligere, quum ſurgeret, & quum viſitaret, vel de generali judicio, in quo Jobus agnovit ſemel omnibus actorum omnium reddendam rationem:* &c. *vel de morte, poſtquam in alteram vitam eſſet vocatus: vel, quum alioqui Deus pœnas, etiam in hac vita, malefactorum ab hominibus repoſcit per calamitates, quas illis immittit*. Poſterius, incertæ conditionis, *Quum ſurgeret*. Duo priora, certa, requirunt, *quum ſurget* &c. vel, *quum ſtabit Deus, & viſitabit*. Ea duo abſolute ſic poſita pandunt ampliſſimum conſpectum, & *Fidem Jobi* liquido declarant. Utrumque tranſlatum eſt a *Patre familias, eodemque communi omnium ſervorum Domino*, qui aliquando *ſurrecturus* vel *ſtaturus* ſit; & *Domus viſitationem inſtituturus*, quomodo ſe *familia univerſa* geſſerit: ut ſi quis *conſervos ſuos verberaverit* &c. viciſſim *male mulcetur*, quando *Rationum exigendarum tempus adventarit*. Plura addere ſupervacuum. Nihil hic ſapuit, qui ſolus ſibi ſapere viſus, M. *Meibomius*, *Vſ.* 18. in locum noſtri hujus ſuccedere jubens, in hunc ſenſum, *ille enim* ſervus *a pueritia mea educavit me*, *velut* alter *Parens: Iſta autem* ancilla *ab utero matris meæ conſolabatur me.* תנחמני pro אנחנה, quod ei mendoſum, ſubſtituto. Addit, *omnes eruditos confeſſuros, vero nunc loco legi verba hæcce; in quibus Exemplum proponat Jobus ſervi, ſervæque, qui curam habuerint infantiæ, & pueritiæ ejus, ac poſtea litem ei intenderint*. Egregiam vero pietatem *Jobi*! ſi tam carorum capitum jura ſuſque deque non habuiſſet. Quod Cl. *Cler.* licentiam *Meibomianam* improbans, ſubjungat *ordinem tam adcuratum in ſermonibus Orientalium non ſervari alioquin, ſat notum vel ex hoc Libro*, bonis judicibus nunquam approbabit.

Verſ. 15. Nobile dictum; Philoſophiam ſpirans cœleſtem. Apud Gentiles ſcintillulæ hujus veritatis micant. *Sen. Ep.* 47. in hoc argumento multa egregia miniſtrabit. Inter alia; *Vin' tu cogitare iſtum, quem ſervum tuum vocas, ex iiſdem ſeminibus ortum, eodem frui cœlo?* &c. Adiſis *Doct. de Pined. Cocc. Cler.* &c. plura daturos. In verbis duplex nodus. Primum nectit יכוננו, cujus quam varia ſit & fluctuans lectio, percipias ex *Merc.* monente, *In aliis exemplaribus utrumque Nun habere Daghes; in aliis tantum prius; in aliis tantum poſterius. Et rurſum, in quibuſdam plenum eſſe per* ו, *etiam ſequente Daghes, in aliis per Kibbuts; in aliis* ו *non ſequente Daghes. Sed emendatius eſſe, ut Nun poſterius careat Daghes; ſitque adfixum plurale.* Hinc ſubnata duplex potiſſimum vertendi ratio; altera, *Et aptavit illum*, ut *adſ.* ſit הו; altera *Et aptavit nos* &c. ut ſit נו. Hoc *Merc.* jure prætulit, quum pleniorem fundat ſenſum, *formavit nos in utero uno*, vel *unus*; quam *formavit eum*; quod repoſitum a Cl. *Schmid.*

17 Et comedi fruſtulum meum ſolus, neque comedit pupillus de eo.

17 ואכל פתי לבדי ולא־אכל יתום ממנה׃

18 Quin

18 כי

Schmid. negante *ſe rationem Merceri invenire poſſe.* Habetur autem יכון pro *fut. kal*, a כון, quod aliis *intranſit.* hic locatum foret *tranſitive.* Cl. *Cocc.* maluit ex *Pihel* eſſe contractum, pro, יכוננו. Eximius noſter *Hack.* in *Præcid. Sacr.* p. 183. & ſeq. facem iis, quibus lux haud ingrata, accendit, ex *Radice* כנן ܟܢ *texit*, *obtexit*, *obumbravit*; unde in in *fut. kal* ἀναλόγως exeat, *obtexitque nos in utero unus.* Hæc, & alia, ad ſubtiliorem explanationem loci hujus erudite cogitata, conſuluiſſe haud pœnitebit. Cl. *Venem.* cui debetur *Comm. Vener. Vitr.* in *Deut.* 32. cum hocce noſtro, alia compluſcula loca ex כנן ܟܢ *obumbravit* illuſtrari poſſe docuit p. 69. Dices, *aptavit*, *formavit*, fortius eſſe, quam *obtexit involucro*; quatenus in priori illo *expreſſior conformatio membrorum* omnium. Non negem; ſed ab altera parte vis *obumbrandi*, & *confovendi in utero*, tantam habet dignitatem, & gratiam, ut præ altero illo ſeſe inſinuare queat. Sua Cl. *Guſſetium* luſit acies quum p. 308. *Comm.* L. H. ſcribit, *non reſpici* diſpoſitionem *a Deo datam corporibus*, *ad functiones naturales: ſed* diſpoſitionem *aptam ad uſus aliorum ſublevandorum*, *nominatim ſervorum pauperum & dependentium a nobis*, *quam relationem doceant primæ voces hujus vſ.*

Ibid. Diſquirendum, ſecundo. quid natura Linguæ eligere ſuadeat, *Conformavit*, vel *Confovit nos in utero unus*; an, *in utero uno* Factor ille noſter. Doct. *Merc. in matrice una*, unice verum cenſet. Conſciſcit *Schmid. Cler.* &c. Obſtant duo: unum utcumque levatur; alterum vel non tangitur; vel non tollitur. 1. eſt, *in matrice una*, haud quadrare, ubi *diverſæ matres.* Reſpondetur, *unam* dici, *ratione formationis*, *quæ omnibus communis.* Valeat quantum poteſt. Sed 2. האחד item cum *He Emphat.* ſtruendum fuiſſe, Cl. *Schmid.* & *Cler.* ne tangunt quidem. Quin poſterior caſtigans *Meibom.* האחד reponentem, ה *multo melius abeſſe* tendit. *Merc.* non tollit, negans *ſemper id fieri*, *ut ſi prius habeat He*, *poſterius quoque id recipiat.* Ubi exempla? Scio equidem ſtrui הים גדול; θάλασσα μεγάλη; ſed tunc tantundem valet, ac *mare* eſt *magnum.* Solœcum foret conſtruere, *in medio*, הים גדול *maris magni.* Σολοικίζει proinde בְּרֶחֶם אֶחָד converſum *in matrice una*; quod ſentiens *Symm.* dedit ἐν ὁμοίῳ τρόπῳ, quaſi *una ratione* videl. Cl. *Cler.* miratur cur refugerit ἐν τῇ αὐτῇ μήτρᾳ, aut etiam ἐν μιᾷ μήτρᾳ. Dicam. Dudum ei fuiſſet tunc ἐν τῇ μήτρᾳ μιᾷ, quod nulla non auris reſpuat. Ergo אחד vel *uno modo* ſonabit, ſi *Factor* repetatur, vel *unum*, i.e. *ejuſdem ſanguinis*, & *corporis unius membra*: vel, quod præpoſuerim, *unus.* Non explicuerim tamen ſimpliciter *unus idemque Factor*; ſed ſignantius אחד *Unus* nunc eſt *Deus*, qui *unus*; *Dominus* ſimul *communis* omnium; apud quem *Rex* & *Servus* pares. Apud *Arabes* الاحد האחד *ille unus*: & احد אחד *Unus*, abſolute efferri pro *Deo*, reperies ad *Cap.* 23: 13. Non capio ſatis, quid velit, *in utero illo*, *communis matris*, *vel terræ*; ut *inſignite accipi* poſſe annotat Cl. *Cocc.* Reflexit, credo, oculos, ad *Cap.* 1: 21. Figuræ ibi tactæ nullus heic locus.

Verſ. 16. Recurrunt diverſitates illæ circa voculam אם, & *connexionem*, quas *Vſ.* 13. ſtrinximus. Nobis placet, uno tenore tranſiri ad *cognatum genus bonitatis*, atque adeo *juſtitiæ*, qua *tenues*, & *viduas*, velut ſuamet *viſcera* foviſſe ſe teſtatur. Tenerrima eſt locutio, *ſi prohibui de deſiderio pauperum*: vel, *a deſiderio pauperes.* Poſterius placet *Schmidio.* Prius *Merc.* & *Cocc.* Quæſitius *Jun.* & *Trem.* *ſi cohibui me ab optato tenuium.* Audacule *Meib.* ידי intrudens, *Num manus meas retraxi a deſiderio pauperum.* Agnoſcimus, rotundius eſſe, *ſi prohibui a deſiderio pauperes*; ſed

ner-

18 כי מנעורי גדלני כאב ומבטן אמי אנחנה׃

18 Quin a pueritia mea adolevit ille mihi ut Patri; & ab utero Matris meæ deduxi illam.

19 אם־

19 Si

nervoſius, *de deſiderio pauperum*, quod tantundem ac, *quidquam ex omnibus quæ deſiderabant*. Iſtam vim eleganter induit *part.* מן Eſt, ut dicebam, teneritudinis plenum; nam ut nihil utile, ac vere commodum, ſibi ipſi aliquis unquam negare vel velit, vel poſſit; ita pauperes eodem affectu a ſe fotos, indulgentiſſimeque tractatos, innuit. *Conſumtos*, vel *tabefactos viduæ oculos*, ſimiliter ad *ſpem vel illuſam*, vel *protractam*, redire, non eſt quod moneatur.

Vſ. 17. Continuo filo cohæret nobilis character *Liberalitatis*, & *tenerrimæ caritatis*, erga vera eius objecta. פת *Fruſtulum*; *buccellam*, pro *pane*, ac *cibo* omni, hic venire facile largior; ſed ſimul teneri velim, *Epitaſin* exquiſitiorem, in *Fruſtulo*. Nam פת quod & פתת, فتات, a فت פתת *comminuit*, *exiguam* ſignat *buccellam*. Rectiſſime *Nicet.* in *Caten. Vide quanta ſit hæc miſericordia, quæ vel de exigua panis particula egentibus aliquid impertitum velit*. Non de nihilo etiam, quod *Erud. de Pined* præter *inſignem liberalitatem*, in hac vocula reperiat *urbanitatem*, & *modeſtiam* homine liberali dignam, veluti quum *Gen.* 18: 5. *Abrahamus* ad *Hoſpites*, *promam*, inquit, *fruſtulum panis*, *quo cor fulciatis*. Crebri Poëtæ *Arabum*, ſummam *Hoſpitalitatem*, & *Liberalitatem*, pingentes, in talibus floſculis; quos huc adſpergere nil attinet. Tantum dicam, ut nulla *gens hoſpitalior*, ita hanc nobiliſſimam haberi palæſtram ingeniorum, in qua venæ ſuæ, indoliſque ſimul, generoſitatem oſtentent. In *Hamaſa*, quæ *Anthologia*, Operis pars collectioni talium dicata.

Vſ. 18. Locus impeditus. Receptiſſima ratio I. poſt *Vatabl.* & *Merc.* dat, *Quia* vel *Namque*, *a pueritia mea crevit* pupillus *mecum*, *tanquam Patre*; *& ab utero matris ducebam eam* viduam. LXX. & *Chald.* cum exigua differentia, idem expreſſerunt. Habetur pro *inſigni Hyperbole*, qua innuat, *ſibi hanc caritatem velut innatum fuiſſe*. Cl. *Cocc.* apponit, *adeo a teneris aſſueſcere multum eſt*. Et; *poſtquam natus ſum*, *& mihi conſilium ac facultas fuit*, *nunquam non hæc officia præſtiti*. Cl. *Cler.* huc etiam accedens, *notatu dignum*, ait, *a puero*, & *ab utero matris*, hic ἰσοδυναμεῖν, *quod & alia ſcripturæ loca hinc intelligi poſſint*. Quid lucraturum ſe ſperarit Vir Doct. haud in obſcuro eſt. Sed nemo prudens *regulam* iſtam admiſerit, etiamſi מנעורי, & מבטן, idem valerent. Adducit ex *Cauſ. Corr. Eloq. jam vero propria & peculiaria hujus Urbis vitia pene in utero materno mihi concipi videntur*, *hiſtrionalis favor*, *& gladiatorum ſtudia*. Id explicat, *a pueritia contrahi*. Et cur ergo illud *pene*? niſi quia *fortius* quid captabatur, cujus *Hyperbole* erat mitiganda. Non male ergo & hic, *ab utero matris deduxi eam*. i. e. *colere*, & *fovere*, *viduas*, *mecum* quaſi *natum*. Quemadmodum & *tenera* erga *pupillos cura*, *innata mihi inde ab utero*, *effecit*, *ut illi apud me*, *velut* apud *patrem*, *creſcerent*; i. e. meum *paternum* quaſi *adfectum* experirentur, etiam tum, quum adhuc *adoleſcentulus* eſſem. Ætate *puer*, jam tum adfectu *patrem* ipſis præſtabam. Huc facit formula ſuperius Cap. 29: 14. laudata ابو الايتام *pater pupillorum*, & الاضياف *hoſpitum*, nulla *ætatis*, tantum *curæ*, & *liberalitatis*, habita ratione. Nil impedit proinde, quo minus etiam vel *puer*, ſtylo *Arabiæ*, inſigniatur titulo *Patris orphanorum:* idemque *Ductor*, ſive *cultor*, & *obſervator viduarum* ſalutetur, inde *ab utero*. Adhæſum interim hiſce ſcrupulis: & *Vulg. II.* exprimere maluit: *Quia ab infantia mea crevit mecum miſeratio: & de utero matris meæ egreſſa eſt mecum*. Nempe כְּאֵב a *rad.* כאב, eſt *Dolor*, quem in *condolentiam*, & *commiſerationem*, flecti poſſe putavit, ut *Merc. Druſ.* aliique monuerunt. *Erud. Vavaſſ.* confert dictum apud *Val. M.* L. 4: 3. *Ex eodem Naturæ utero & continentia nata*, *& Cato.* Hanc *veram* & *ſimplicem expoſitionem* vocans *de Pined.* probare debuiſſet; I. כאב *Doluit gravius*, & quidem *ex plaga livida*, in *ſacris*, vel ſaltem in *Dial.* ad *commiſerationem* transferri. Maxime expediendum fue-

19 Si vidi pereuntem, nulla quod veſtis eſſet; & operimentum non eſſe egeno.

אם־אראה אוכד מבלי לבוש ואין כסות לאביון׃ 19

20 Si non benedixerunt mihi lumbi ejus; & a vellere agnorum meorum calefactus eſt.

אם־לא ברכוני חלצו ומגז כבשי יתחמם׃ 20

21 Si

אם־ 21

fuerat, 2. quomodo אנחנה *deducebam eam*, reſpondere queat *dolori* כאב *maſc. poteſt:* ſi jam ad inverſum illud, *egreſſa eſt mecum*, conniveatur. Horum nihil ne *Codurc.* III. quidem, huc quoque acclinatior, tetigit, poſuiſſe contentus, כאב idem eſſe quod חסד, & גדלני *educavit me*, ut ſit, *Benignitas educavit me.* Idem *Grotio* placitum; *ult. Colo* ſic converſo: *& ab utero matris meæ eam deduxi.* i. e. *comitem habui.* Utrique præitum a *Doct. Tigur.* At *Epiſc. Elienſ.* & *Crinſoz.* vim *intranſit.* גדל retinuere, *commiſerationem a teneris inolitam* exprimentes. Longius aberrant IV. *Syr.* & *Arabs*, auſi, *Nam a pueritia educavit me in doloribus: & a ventre matris meæ in morbis.* Infeliciſſimam *Meibomii* criſin V. ad *vſ.* 13. refutavimus: cui etiam ſtrenue obviam hic itum a Cl. *Cler.* In priori parte *Vatablo* & *Merc.* aſſentiens *Bold.* VI. in poſteriori offert nimis lepidam *buccellam*, quæ *cum Jobo, velut in manu ejus, ex utero materno exierit, jam tum meditanti ſcilicet, illam dare pauperibus.* In אנחנה *deducebam eam*, non *viduam* reſpicit, ſed פת *cruſtulam*, Grammaticam, & judicium ſimul, longum valere jubens.

Vſ. 19. Duobus verſibus pulcherrime ſubnectitur *Miſericordia* erga *reliquos* etiam *pauperes*, ſe liberaliſſime effundens ad *nuda membra veſtienda.* מבלי rectius *eo quod non*, quam *ſine.* Nimis tamen anguſtum, quod *Merc.* aliique hic fere apponunt, *periturum frigore aut alias, veſtis penuria.* Pauci eo uſque inhumani, ut hoc *videre* ſuſtineant. An hoc anſam dedit *Vulgat.* ut mallet, *ſi deſpexi pereuntem, eo quod non indumentum habuerit?* Non levatur, ſed gravior fit ſcrupulus. Exiſtimem *figurate* capiendam formulam, &, לבוש *veſtimentum* hic amplecti *commoda*, & *ſubſidia neceſſaria valetudini tuendæ.* Ita *Arabes* ſuam *veſtem* frequentant. Apoſtoli διατροφὰς & σκεπάσματα conferas velim, ex 1 *Tim.* 6:8. In *Haririo* crebrum, *dare nudo veſtem*, pro *inopi conferre commoditates neceſſarias.* אובד *periens* laxiore uſu venit, pro *calamitoſo*, & *inopia*, *aliiſque miſeriis*, *conflictato.* Talem *ſi vidi*, i. e. *videre ſuſtinui*, *non commotus*, & *in miſericordiam flexus.* Ultima ſic expreſſa, *neque erat operimentum egeno*, hiant nonnihil. Rotundius *Cocc.* *& non eſſe tegmen egeno:* ſupplet כי *quod*, & cum אראה propius ligat. Cl. *Schmid.* eadem ratione explevit, *Et* quod *non eſſet operimentum egeno.* Eadem amplitudo.

Vſ. 20. Admirabili venuſtate figuratum, *ſi non benedixerunt mihi Lumbi ejus.* Solide *Merc. Hoc per Proſopopœiam dictum, quaſi operta a ſe latera, & calefacta, ſibi bene ſint precata; quod tale beneficium a Domino computetur.* Subtiliuſculum, quod addit, *ſic ipſis lateribus remunerationem benefactori precantibus, ut ſanguis clamare dicitur, vindictam poſtulans.* Improbat Cl. *Schmid.* eo quod *Jobus* hic *provocet ad facta, quæ hominibus nota, vel innotuiſſe potuerint; quum illa benedictio figurata, ut & clamor ſanguinis, non hominibus, ſed Deo, nota ſint.* Itane? An *ſanguis clamans* ſignat *occultam* tantum ejus *fuſionem*? An omnis *Benedictio lumborum* ſic ſumta, *teſtem* ſolummodo *Deum* adfert? Et quid ſi adferret? Verumne, *nulla* hic *facta* proferri *niſi quæ hominibus innotuerint*? Contrarium cernas vel ex *vſ.* 1. & 7. *Lumbi veſtitorem fauſtis adficiunt comprecationibus*, 1. quum *pulchre foti lætantur*, ob *liberalitatem inſigniorem.* 2. *Quum is qui indutus* & *ornatus prolixe*, *prolixius* etiam in *laudes*, & *benedictiones ſe effundit* benefactoris. Hinc ſentis 3. *remunerationem*, a Deo *expectandam*, abeſſe vix ac ne vix quidem poſſe. Omnia hæc confirmat, & illuſtrat, colon poſterius, ubi *concalefactatus eſt ex vellere agnorum meorum*, exhi-

21 אם־הניפותי על־יתום ידי כי־
אראה בשער עזרתי׃
22 כתפי משכמה תפול ואזרעי מקנה
תשבר׃
23 כי־

21 Si agitavi ſuper pupillum manum meam; quod viderem in porta auxilium meum.
22 Scapula mea ab humero decidat: & brachium meum a canna confringatur.
23 Nam

hibet *veſtimentorum*, *omniumque commodorum*, *largiſſimam copiam*, *tenerrima cura miſeris* omnibus *impertitam*, ad eos *recreandos*, & *conſovendos*. In verbo התחמם ineſt vis *calefactionis foventis*. Hinc *Arabes* حمام pro *Balneo*, & alia, quæ alibi dabuntur. Ad *ſollicitum*, *tenerumque*, *Jobi adſectum* pertinet, quod tam ſignanter dicat *vellere recens tonſo*, & *molli*, *agnorum meorum*. Sub *Lana* figuratur omne *fomentum*, & *commodum*, inde redundans.

Vſ. 21. Minus limpidæ rationes eorum, qui vel cum *Apoſiopeſi*, vel cum *interrogatione indignante*, & *vehementius negante*, vſ. 13. 16. 19. abſolute capiebant. Certe *Merc. Cocc. Crinſoz.* a *tacita imprecatione* redeunt ad *expreſſam*, & cum vſ. ſeq. huncce arctius colligant. Conſimiliter *Schmid. Non repugnamus*, inquit *quo minus hic conditionaliter ſumatur* אם *ſi movi manum &c. Scapula mea ab humero decidat* &c. Veriſimile non eſt, אם in hac ſerie aliam aliamque vim induere: ac proinde a *vſ.* 13. ad *vſ.* 22. omnia uno tenore, ob *materiæ vicinitatem*, conſerta judicamus. Enotatur aliud ſpecimen ſummæ *æquitatis*, & *innocentiæ*, quod *opibus* & *potentia* præpollens, nemini *inopi*, cui ſecum forte lis incidiſſet, gravis exſtiterit; ne *pupillo* quidem, ad omnem injuriam patenti, & defenſorem nullum habenti. Nimis tenue, quod Doct. *Crinſoz.* exhibet; *ſi repuli manu Orphanum*, *quum vidi eum* implorare *auxilium meum in judicio*. Ne Lingua quidem favet: ſaltem in *Colo* poſteriore. Formula הניף יד *Motitare manum ſuper pupillum*, noſtro ſenſu decentiſſime locata: negat enim ſe vel *motitaſſe manum* adverſus eum, in *minacias*, nedum ut vi uteretur, ad eum conterrendum, vel opprimendum. Vidit, monuitque Cl. *Guſſ.* ſub נוף. *Auxilium in porta*, non refero *tantum* ad *Auctoritatem*, & *favorem*, ſed etiam ad *ipſas Leges*, ac *conſuetudines in vim Legum immiſſas.* Hinc ſeges injuriarum, juris ſpecioſiſſimo titulo prætexta. *Anguſta* præterea *Innocentia ad Legem Juſti.* Magnifice de ea cycneo velut cantu Vir Magnus, *Ant. Schulting.* in *Orat.* ſic inſcripta.

Vſ. 22. Obſervant paſſim Doctiſſ. Interp. *imprecationem* hanc reſpondere *crimini vſ.* præc. enotato. Rectiſſime: ſed & reliquis, quæ *vſ.* 13. 16. 19. vidimus, eandem congruere, nemo negarit; quando in *maleficiis*, & *beneficiis*, primæ partes *Manui* tribuuntur. Circa voces כתף & שכם aliquid diſcrepantiæ incidit. *Merc.* dat, *Scapula mea ab humero ſuo decidat.* Id *Schmid.* aliique ſequuti. At *Cocc.* *Humerus meus inde a ſcapula cadat.* Ita & *Cler.* *Humerus meus e ſcapula excidat.* Videatur & *Meibom.* p. 10. &c. Itemque *Guſſ.* ſub כתף. Idem poſterius membrum ſic mallet; *Brachium meum frangatur*, *ita ut deſinat eſſe* קנה *Canna*, *Os tubiforme.* i. e. *eo uſque comminuatur*, *ut formam ſuam amittat.* Vide eum ſub זרע. Meretur expendi; nam *præpoſ.* מ iſtam ſæpe emphaſin adfert. *Eſaj.* 23: 1. *Vaſtata Tyrus* מבית *ne ſit Domus*, מבוא *ne ſit introitus.* Item 24: 10. & 25: 2. מעיר *ab urbe*, pro, *ne ſit Urbs amplius*; ſed *in rudera abeat.* Satis ſignanter tamen & *Cocc. Brachium inde a Canna frangatur: totum mihi brachium inde a radio confringatur.* Id fortius, quam aliorum, *a canna ſua*; quibus ה in קנה & שכמה eſt *ſuff.* ſine *Mappic*; quod & *Kimch.* in *Michl.* viſum. Ad eam rationem & *Vulgat. Brachium meum cum ſuis oſſibus confringatur*; plus dare voluit, quam ſimpl. *a canna ſua.* Ambigitur iterum, ſit ne *Os ſuperius a flexura cubiti ad humerum uſque procurrens*; an *inferius cui carpus jungitur.* Hoc ſequuntur *Cler. de Pined.* alii: prius *Vatabl. Merc. Cocc. Schmid.* &c. Sola *Anatome* tales uſus *finire* & *figere* valet. *Hebræi*

23 Nam terror apud me exitium Dei ; & præ majeſtate ejus non ſuſtinebam.

24 Si poſui aurum fiduciam meam, & eximio auro dixi, confidentia mea.

25 Si

23 כי־פחד אלי איד אל ומשאתו לא אוכל׃

24 אם־שמתי זהב כסלי ולכתם אמרתי מבטחי׃

25 אם־

bræi fontes in hanc rem deficiunt. Quid lucis *Dialecti* ferant, alias prometur. In *Humero ejecto*, & *Brachio confracto*, cum *litera* jungendam cenſeo *figuram* ; qua utrumque adfert *ignominioſiſſimam cladem* , & *ruinam irreparabilem.*

Vſ. 23. Non diſplicet nexus, quem *Erud. de Pined.* inſtituit; *Nihil meæ virtuti*, *laudive*, *tribuendum* ; *ſed Dei timori* , *quo ille carnes meas confixit* ; & *quo me ſemper in officio continuit.* Addendum tamen cum *Cocc. Quum homines non haberem timendos* , *Deum nihilominus timebam.* Nempe ut *Merc.* monuit reſpicitur ad *potentiam*, *qua* Noſter *eminuerit* ; per quam *hominum judicia facile effugiſſet.* Arctius illud , quod Cl. *Schmid.* cum *vſ.* præc. captavit, non intelligo. איד *confractio* , *exitium* , *calamitas* , *calamitoſa tempeſtas* , a *Vapore* ſic dicta videtur *Mercero*, *Coccejo*, aliiſque. Hinc forte *Vulgatus* quoque elicuit *Tumentes fluctus.* Suſpicabar olim , ex أيد pro قوّة *Robur*, *potentia* &c. non male reddi poſſe, *nam pavor ſuper me potentia* , vel *Majeſtas Dei.* Id ſeq. colo aptiſſimum : ubi ob שאת *Eminentiam Dei ſe nil* tale *ſuſtinuiſſe* ait. Vertitur a quibuſdam *onus* , *pondus* ; quod *Exitio* reſonare videbatur. Eo ipſo ſentis איד *potentiam* commodiorem ad שאת *eminentiam* , ut duo cola ſibi ſuccinant. Sic ſola *Majeſtate* Dei ſe deterritum ab omni , vel minima, injuria inferenda inferioribus , diſertim teſtaretur. Non ſperno, *Gravis moles Dei*, (ea *Origo* τȣ̃ איד) pro *Exitium* , & *calamitas Divinitus immittenda* : ſed expendendum trado, an non *Gravis moles* illa nunc potius *Majeſtatem* conſignet. Dices exempla nulla dari in ſacris. Nulla conſequentia: nam *vis* apud pleroſque Scriptores *malum* ſonat, in *vim adferre*, aliiſque phraſibus, & tamen non ignota Eruditis interior illa poteſtas , qua *Vis* pro *Majeſtate* uſurpatur a *Cicer.* & aliis. *Gravis moles* æque prompta in hunc uſum quam βάρος, & *pondus.* In poſtremis nimis quæſita ſtructura Cl. *Schmid. & pavor factum erat ſuper me* , *quod præ Eminentia ejus nil poſſem.* Languidius quoque *Merc.* non *effugere potuiſſem.* Eodem redit *Jun. Cujus excellentiæ non prævaluiſſem.* nec non *Cler.* &c. Erectius *Cocc. Non valebam.* Intelligeſis, *Nihil quicquam injuriæ cuiquam inferre ſuſtinebam*, *quod Dei Majeſtatem*, & *Eminentiam*, *perpetuo ante oculos propoſitam haberem.* Si איד *Gravis moles* ſit *Exitium* , שאת reddendum potius *Elatio Dei* , qua ſe *vindicem infert* eorum qui opprimuntur a potentioribus. Dies decidat.

Vſ. 24. Nova crimina recenſentur , & removentur ; quarum ſeriem I. multi a clauſula capitis ſuſpendunt : ut omnibus imprecationis loco ſubnectatur , *ſi feci* —— *Tum pro tritico exeat ſpina.* Parum commode *Merc.* II. ſejunctim , per *Apoſiopeſin* : itemque *Schmid.* III. per *interrogationem* ſuam *negantem.* Noſtra ratio ſic habet IV. *decem verſibus* hanc *pericopam* decurrere ; atque in graviſſima *execratione* finiri *vſ.* 34. Ejus expediendi hæc unica videtur clavis : ut ibi ex fluctibus interpretum pateſcet. Enotatur hic non tam *Avaritia* quæ vocatur *ſordida* , quam *Cupiditas illa Divitiarum* , quæ cum *ſuperbia vitæ* , & *Ambitione* , fere conjuncta. *Proſopopœia* inſignis , qua *Aurum* , tanquam *Idolum mundi* hic inducitur , quod omnes *flexo genu* ac *corde* adorant. Verba nil habent , quod noſtram curam deſideret.

Vſ. 25. Omnia plana. Unum כביר nonnihil impedit ratione ſtructuræ. Plerique, *& quod multum reperiſſet manus mea.* Cl. *Schmid.* maluit, *Et quod ingentes* , quas *inveniſſet manus mea.* Videtur quæſitius. Adblanditur, quod *Cocc.* כביר *Neutraliter* poſitum autumet, ut ſit, *& quod Maximum aſſecuta manus mea.*

25 אם־אשמח כי־רב חיל וכי־
כביר מצאה ידי׃

26 אם־אראה אור כי יהל וירח
יקר הולך׃

27 ויפת

25 Si lætatus ſum, quod denſuiſſent copiæ meæ; & quod Magnum aſſecuta eſſet manus mea.

26 Si vidi Lumen, quum ſplenderet; & Lunam, magnifice incedentem.

27 Et

mea. Exponit, *ut ego Magnus præ reliquis factus fuerim.* Addit ſumi etiam poſſe, *Quum hominem maximum invenit manus mea.* i. e. *in poteſtatem redegi.* Mallem omiſſum. Prius egregium; *invenit manus mea* כביר, *ut ego cenſerer opulentiſſimus, taliſque ab omnibus celebrarer:* ſic habes *Neutrale* ad *perſonam* rediens. Vide, an malis ad *rem*, ut ſit, *& quum invenit manus mea, Opulentum*, quod cenſetur, & celebratur; *Græci* dicerent, *τὸ Μέγα:* id quod omnes aliorum *opes* quaſi *obſcurat* & præ ſe delet. Illuc natura vocabuli כביר ſponte fertur.

Vſ. 26. Mira hic opinionum varietas. Coactum I. & extra ſpeciem veri, quod LXX. commenti ſunt, ἢ οὐχ ὁρῶμεν ἥλιον τὸν ἐπιφαύσκοντα ἐκλείποντα, σελήνην δὲ φθίνουσαν; οὐ γὰρ ἐπ' αὐτοῖς ἐστί. *Olympiod.* hunc ſenſum facit, *ut Sol deficit, ac Luna ſeneſcit, ſic ego de Divitiis judicavi, eas eſſe vanas, & incertas.* Similia *Chryſoſt.* aliique enarratores *Græci.* Anſam dedit הולך, *incedens*, quod & *cedentem*, *abeuntem*, *deficientem*, aliquando notat. Apparet jam ab ævo exiſtimatum, nimis *craſſum* eſſe *crimen Idololatriæ*, quam ut ab eo ſe purgare vel voluerit, vel debuerit, Noſter: *Solemque & Lunam* ſuſtinere nunc Emblemata *Divitiarum*; in quibus *Aurum*, coruſcans pleno jubare, *Soli*; & *Argentum*, hebetius fulgens, *Lunæ* reſpondeat. Aliam vim *abeuntis*, in vocabulo הולך captavit *Vatabl.* II. dans, *& Lunam, pretioſum abit.* i. e. *unde lumen, quo nil pretioſius ſubinde diſcedit.* Ex R. *Levi* hauſtum, cujus mentem paulo aliter declarat *Merc.* Non lubet ineptæ argutiolæ immorari. Nec *Jun.* & *Trem.* III. tolerari queunt, tortiſſime reddentes, *ſi aſpiciendo lucem, quum ſplenderet; aut lunam, pretioſam ambiens, pellectus eſt in occulto animus meus; & oſculatum eſt os meum*, & *manus mea.* Τὸ יקר exponunt *cœli ambitum*, & *converſionem*, ac *quicquid in eo pretioſum eſſe videtur; ut neget ſe quicquam cogitaſſe, dixiſſe, aut feciſſe, quod ſpectaret ad idololatriam.* Ad poſtrema ajunt, *eſſe ſyllepſin, qua unum verbum cum duabus vocibus communicetur, etſi unius tantum proprium ſit.* q. d. *ſi unquam oſculatum eſt os meum, aut manus mea patravit. Fortaſſe tamen*, inquiunt, *Oſculari tum ad os, tum ad manum, redit, pro ſubmiſſione ſervili.* Hæc nihil minus quam lucida. Turbat & ruit IV. audaciſſimus ille Criticorum *Meibom.* primo tranſponens multa pro arbitrio; & dein hæc noſtra ſic emendans ſcilicet, אם אראם כאור כי יהל כירח בלילה קר ילך *Num aſpexi ea*, Aurum, Obryzumque, *velut Solem cum fulget? velut Lunam, cum frigida nocte incedit?* Cordate ad hæc Cl. *Cler. Mirum*, inquit, *inventum eſſe qui talia auderet; aut qui ſperaret inventum iri ſat fatuos homines, qui propter talia eum ditarent.* Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Multo dilucidius id in textu jam erat, ad quod Phaëtonteum hocce ingenium aurigabatur. Accuratiſſime V. expreſſit *Vulgat. Si vidi Solem, cum fulgeret; & Lunam incedentem clare.* Conſimiliter *Chald. Syr. Arabs.* ut adeo de ſinceritate hujus lectionis addubitare non ſinceri ſincipitis ſit. Una Quæſtio, quomodo intelligendum ſit, *proprie*ne, an *figurate*; & quænam tunc *figura*? Stricte & *proprie*, *Latini*, ut *Beda*, *Thomas*, *Lyran.* &c. Item *Cajet. Vatabl. Caſtal. Merc. Jun. Druſ. Codurc. Vavaſſ. Grot. Seld. Cocc. Cler. Reim.* &c. &c. Ex horum mente omnem vel minimam ſpeciem, contagionemque *Idololatriæ*, a ſe procul repellit Noſter; ita ut ne *in occulto* quidem, ſive *tacita animi cogitatione*, tali ſe fœditate macularit. Eſt ſententia multis ſcrupulis gravata. Etenim 1. illud *in occulto* aliud poſtulat. 2. ſeries criminum hinc avocat. 3. Illius ſceleris ſuſpicione verberatus non fuit ab Accuſatoribus ſuis. 4. Nunquam

quam hoc *in ſummis officiis cenſuiſſet*; ut *Chryſoſt.* monet. Id vult; *Jobum* illud *Religionis puriſſimæ*, & *pietatis ardentiſſimæ ſtudium*, extus, & intus, profiteri, quod arguat Virum gratia *Spiritus Sancti* plenum. Tali *Viro Dei* tam parum convenit ſemet purgare ab *Idololatriæ* ſuſpicione; quam vel *Apoſtolis*, vel *Prophetis*, *Idololatriæ* acerrimis debellatoribus; qualem & *Jobum* fuiſſe, dubitari nequit. Clarius. Licuit *Apoſtolo*, data occaſione, a ſe propulſare criminationes *Avaritiæ*, *ambitionis*, *unparitatis* alterius, ſi forte, ſed ſi ſerio alicubi proteſtaretur, ſe *Idololatriam*, proprie dictam, *ne in occulto* quidem commiſiſſe, nec unquam *Solem* vel *Lunam adoraſſe*, neſciremus ſane quid ſibi vellet. Accedit 5. quod admiſſa hac hypotheſi *Vſ.* 27. & 28. amittant ferme omnem ſuam vim ac venuſtatem; ut ibidem clareſcet. Hinc Erud. *De Pined.* VI. poſtquam ſententiam vulgatiſſimam ſibi *ingenti veriſimilitudine communiviſſe* viſus eſſet, ſubdit tandem, *neque germanam*, *neque omnino cohærentem videri poſſe* illam expoſitionem: *& ſi filum orationis tenendum, locum potius referri debere ad felicitatem ſplendentis fortunæ*, *atque Auri tanquam ſplendidiſſimi ſolis fulgorem*, *& Argenti*, *tanquam Lunæ candicantis*, *lucem jucundiſſimam*, *quæ nunquam ſe coluiſſe nec adoraſſe teſtificetur. Avaritia ſcilicet Idololatria eſt. Itaque* Lux ſolis *ac* Lunæ *eſt jucundiſſima quædam* felicitatis imago *quam Divites* & *Avari adorant.* Hæc laudans *Bold.* VII. preſſius in Emblemata noſtra inſiſtendum cenſet; ut *Lucis* ſive *ſolis* nomine veniant nunc *Monilia ex auro confecta*, & præſertim *Nummi aurei*: per *Lunam* autem deſignentur *Nummi argentei.* Argutius dein explicat יקר הולך de *metalli* illius *pretioſi inceſſu*, & velut *effluxu e manibus* & *digitis* Jobi, *quum pecuniam numeraret.* In *Paraphr.* poſuit, *Nummos pretioſos hinc* & *hinc e manibus migrantes.* Corrumpit, quod alias ſe commendare potuiſſet. Longe diverſo ſuſpectu VIII. *Calvin. Conc.* CXV. negans præſenti loco convenire *cultum Idololatricum*, hæc trahit ad *ſuperbiam* & *arrogantiam*, quam a ſe remotiſſimam fuiſſe, per ſimilitudinem doceat Noſter. *Videas*, inquit, *ſuperbos ſupercilia attollere*; *ſe ex communi hominum numero & ordine eximere*; *ea cum audacia Deo os ſuum oſtentare*, *ut* Sol & Luna *quamvis ſupra nos* incedant, *non tamen ſatis* alte *præ iſtis* incedere videantur. *En quid ſit ſolem lucentem intueri: incedentemque ſplendide Lunam adſpicere.* Si *deſpicere* eſſet in textu, non *reſpicere*, vel *ſuſpicere*, ſtaret ingenioſa commentatio; quæ nunc ſponte defluit. Huc reſpexit *Merc.* quum ait, *Recentiores ad arrogantiam*; *vel confidentiam in opibus ſuis*, *vel etiam in operibus & meritis propriis* hæc referenda putant. Poſteriorem illum aſpectum habet *Luth.* IX. in Gloſſ. *Num proſperis rebus utens*, *exultavi propterea*; *meumque ipſius opus laudavi*; *cujus laus Deo competit*? Agmen claudat X. *Schmid.* ad *aſſentationis crimen* hæc applicans; prout dicitur, *Adorare ſolem Orientem* q. d. *Nunquam hominum favori ſum velificatus*, *neque aſſentatus iis*, *qui inſtar ſolis orientis emergebant*, *& in ſummo ſplendore verſabantur: aut qui Lunæ inſtar claritate & auctoritate creſcebant.* Eſt felix, meo judicio, conatus. Cl. *Mich.* ad communem opinionem accedens, rogat, *Quid Jobus inter ſuos princeps*, *opus habuerit aliorum favorem blanditiis emendicare*? Per facilis reſponſio; nam *adulationis*, & *aſſentationis*, *vitium* etiam cadit in *viros principes*; quum *Perſonam accipiunt Divitum* & *potentiorum*, contemtis pauperibus, vel & oppreſſis in eorum gratiam. Crimen diſertim *Jobo* objectum *Cap.* 22: 8. *Sol* & *Luna* pro *Viris ſplendidis*, & *præpotentibus*, utramque implent paginam in ſcriptis *Arabum.* Inſtar omnium eſto ex *Hamaſa.*

ببيض الوجوه ان تستضي بهم
اضاوا
لهم شمس النهار ونور ما يغيبه
الظلماء

Albo vultu nitentes, *quos ſi ſpendorem roges*,
ſplendeant.
Ipſi ſol ſunt diei; *& Lumen nulla nube obſcuratum.*

Similiter هلال *Luna creſcens*; & بدر *Luna plena*; itemque قمر *Luna*, generatim, pro *illuſtriore fortuna ſplendentibus*, paſſim, apud Oratores, & Poëtas. Huic ſententiæ palmam tribuo: ita tamen, ut a VII. reciſis argutiis non alienus quoque ſim. Nempe *Aurum*, *Aureoſve nummos*, cum *ſole* comparari; *Argentum*, cum *Luna*, promtam non minus quam venuſtam habet rationem: *Allegoricam*, quam illuſtrabunt lepidi verſiculi *Harir. Conſ.*

3. P.

27 ויפת בסתר לבי ותשק ידי לפי׃

27 Et pellectum eſt in occulto cor meum ; & oſculum tulit manus mea ori meo.

28 גם־

28 Etiam

3. p. 150. 156. ubi *fulvum metallum fulgore* ſuo omnium *oculos præſtringere*, atque *mortales ad ſacrum* ſui *cultum impellere* dicitur ; *Numinis Opt. Max. locum* ubique terrarum *occupans*. Huc egregie faciunt, illa *Lucian.* in *Timon.* *O Jupiter prodigialis* &c. *Unde mihi tantum auri? video Aurum ſignatum*, *rutilans*, *grave*, *aſpectu quam gratiſſimum.*

Ὦ χρυσὲ δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς!

Αἰθόμενον γὰρ πῦρ ἅτε διαπρέπεις καὶ νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέραν &c.

O Aurum, *fauſtitas pulcherrima mortalibus !*

Namque ignis ardentis ad inſtar reſplendes & noctu, *& interdiu.* Prior verſiculus *Euripidæus*, extans in *fragm.* ex *Belleroph.* ubi inducitur *adorator auri*, ita exordiens

Sine me vocari peſſimum, *ut dives vocer.*

Reliqua legitoſis *Epiſt.* 115. *Sen.* ubi narrat, *quum hi verſus*, quibus pecunia ut Regina, & Dea unica, Cœlo locatur, *pronuntiati eſſent*, *totum populum ad ejiciendum & Actorem*, *& carmen*, *conſurrexiſſe uno impetu*, *donec Euripides in medium ipſe proſiluit*, *petens*, *expectarent*, *viderentque*, *quem Admirator auri exitum faceret.* Id ad *Vſ.* 28. utile reperietur. Poſteriora illa *Luciani*, ex *Pindaro* paululum inflexa, qui ad *Olympiorum* dignitatem ſupra reliquos Ludos commendandam, ſuos ſibi carceres animoſiſſime aperit notiſſimis verſibus ; *Optima quidem Aqua* ; *ſed Aurum*, *ardens velut ignis exſplendeſcit nocte*, μεγάνορος ἔξοχα πλούτου *inter ſuperbificas eminet divitias.* Subſumit deinde. *Si vero certamina ſonare geſtis*, *Carum cor*, *ne ſpectes aliud ſole foventius interdiu lucidum Aſtrum*, *deſertum per Æthera.* Ad *Cap.* 25: 3. *Græca* dedi. Inde repetas, velim, *Deſertum æthera*, eſſe, *a reliquis aſtris derelictum.* Ergo magnum illud os *Certamina Olympica*, & *Carmina* in honorem *Olympionicarum*, vocat *ſolem* ſtellas omnes obſcurantem: quin *ſolem* ad *Aurum*, *rutilanti igni collatum*, quoque redire, juſta ſuſpicio eſt. Certe *Lucian.* *Aurum & noctu & interdiu inſtar ignis rutili reſplendere* dicens, *Solis & Lunæ* tacitam cogitationem ſubjicere voluiſſe videtur. Ad hanc jam rationem non cenſebitur forte ſupra Cothurnum hujus Libri, ut *Sol reſplendens*, & *ſua luce delens omnia*, ſit *Aurum:* itemque *Luna*, *Argentum.* Id ſi adblandiatur, in יקר הולך *pretioſa incedens*, decentiſſima erit *Syllepſis* ; nam & *Luna*, Regina ſiderum, de nocte, יקר *pretioſa*, id eſt *ſplendida*, *magnifica*, *incedere*, perveniſſe dicitur : cum reſpectu ad *lucem*, & *pecunia* item, cum reſpectu ad *pretium.* In הלך *inceſſit*, ineſſe *dignitatem* & *magnificentiam*, non monerem, niſi plurimi prætervidiſſent. Manebit eadem *ſyllepſis*, ſi *Solem & Lunam præpotentes* & *opulentos* potius pertinere ſtatuatur: nam & in hos quadrat *ſplendidus*, & *pompaticus inceſſus.*

Vſ. 27. Utrumque Colon haber aliquid grande. Prima frons iis favet, qui *Idololatriam craſſiorem* notari putant. Penitius excuſſæ phraſes, pro nobis facere reperientur. Certe prius illud, *Et pellectum fuit in occulto cor meum*, *ad ea Aſtra pro Diis adoranda*, minus commode videtur exponi a *Merc.* *ut non palam id præ me ferrem*, *ſed occulta tantum animi cogitatione apud me Divinos illis honores decernerem*, *tacituſque ea adorarem.* Primo, vix capio, quomodo *Solis & Lunæ*, *magnifice per Cœlum ſpatiantis*, *adorator*, id tacita tantum cogitatione facere vel potuiſſe, vel voluiſſe, dici queat. Secundo, taliſne *Jobus*, ut quod tacite decreſſet, non auſus fuiſſet præ ſe ferre? Scrupulum ſenſit, Cl. *Cocc.* atque ita levatum ivit. *Nam non prodit ſtatim in publicum iſta opinionis falſæ de Numine temeritas* ; *niſi poſtquam Cor plane occæcatum fuerit* ; *& conſenſus*, *favorque*, *plurium*, *aliaque impudentiæ fomenta*, *acceſſerint.* *Pugnat enim cum hominis naturali conſcientia*, *& Jobi tempore ſine dubio plures adhuc fuerunt*, *in ipſius patria*, *Idololatriæ oppugnatores.* Vides multa ſupponi. Supponit etiam *Merc.* & *ex hoc loco colligi* cenſet,

28 Etiam hæc iniquitas arbitratoria; nam abnegaſſem Deum deſuper.

28 גם־הוא עון פלילי כי־כחשתי לאל ממעל׃

29 Si

29 אם־

ſet, *Jobi conterraneos tunc temporis non fuiſſe Idololatras.* Magnum poſtulatum. Majus, quod Sum. *Grot.* de J. B. & P. hinc effici velit, addita *Vſ.* ſeq. *pœna judiciali*, *in Idololatras apud Eſavi poſteros pœnis publicis vindicatum fuiſſe.* In alia omnia abit Cl. *Cler.* hypotheſi tandem ſuæ hinc velificaturus, *Hiſtoriam Jobi* eſſe *parabolicam*, ejuſque ſub perſona deſcribi *pios Iſraëlitas*, *qui licet omnis Idololatriæ expertes*, *male tamen habiti fuerant a Babyloniis* &c. Ecquid ſentis τὸ בסתר vix conciliari poſſe cum receptiſſima opinione? Cl. *Schmid.* illud accipit pro *intra ſe*, ut ſit, *Num pellectum eſt cor meum in occulto* ſuo, *in quo ſitum eſt. Nam cor intra corpus latet.* Dilutum, Non ſatis ad rem quoque, quod *de Pined.* reſpiciat ad *vaniſſimam quandam animorum lætitiam*, *ac voluptatem*, *quam Divitiæ efficiant.* בסתר proprie *in velo*, *ſub velamento*, ſeſe refert ad *Dona clam admiſſa*, quum *palam repudientur.* Ejus *Cor pellicitur ab Auro* בסתר *latenter*, qui *munerum contemtorem in fronte gerens*, *intus eadem adhamat*, *atque per poſticam in ædes ſuas intromittit.* Si ad *Adulationem* referre malis, בסתר *perſonam accipit potentioris*, qui *ſub ſpecioſis velamentis*, *ejus cauſæ favet*; *atque juſtitiam injuſtitiæ ſuæ callide prætexit.* Ceterum a *Vulgati Interp.* manu non fuiſſe, *Lætatum eſt Cor meum*, ſed *Lactatum*, quod & alibi פתה per *Lactare*, a *Laciendo* unde & *illectum*, *illectatum*, eodem uſu, pro *pellecto*, ac *decepto*, ambigi non poteſt. Obſervavit *Boch.* in *Phal.* Itemque *Fr. Riber.* quem, ut nec Erud. *Vavaſſ.* Vaticana auctoritas non deterruit, quominus ſphalma hic ſurrepſiſſe agnoſcerent; ex vicinitate ejuſdem verbi *Lætatus ſum Vſ.* 25. oriundum

Ibid. Inſolentior dicendi forma, *Et oſculata eſt manus mea os meum.* LXX. & *Vulg.* commodius quidem, ſed non ſincerius, *ſi oſculatus ſum manum meam ore meo.* Inverſa etiam ſtructura Cl. *Cler.* auſus, *Et Os meum manum meam oſculatum eſt.* Qui nucleum comeſſe vult, nucem frangat, non conterat. Eleganter *Cocc. Et oſculum tulit manus mea ori meo.* Nempe *oſculum ferre* dicitur quoque *manus*, quum *ori admovetur*, & *imprimitur*, cum *veneratione adorabunda.* Hinc emanaſſe verbum *adorandi*, neminem fallit. *Plin* 28: 2. *Inter adorandum dexteram ad oſculum referimus*, & *totum corpus circumagimus.* Signanter *Minuc. Fel.* in *Oct. Cæcilius ſimulacro Serapidis viſo*, *ut vulgus ſuperſtitioſus ſolet*, *manum ori admovens*, *oſculum labiis impreſſit.* Solemne, *oſcula jacere*, *jactare*, in *ſacris venerationibus Principum*, *Numinumve.* Hinc *Oſculum labratum*, in *Gloſſ.* quod eſt φίλημα βασιλικὸν, ſive ἀσπασμὸς βασιλέως, *quo purpura adorabatur.* Aditis *Salmas.* ad *Vopiſc.* in *Prob.* pag. 686. &c. Ita *Manus* non inveniuſte dicetur *oſculari os*, *oſculum ferre ori*, quum *manu labris impreſſa labratum illud oſculum jacitur.* Licet etiam ſic diſtinguas, & *Oſculata fuit manus mea* ſolem, & Lunam, *ad Os* relata. Ita modo *Plin. inter adorandum dexteram ad oſculum referimus.* Nempe *Oſculari*, ſive *Adorare* Numina, non erat, niſi *Manu*, *geſtuque* ante deſcripto. *Tertull.* hoc vocat, *Cæleſtia adoranda*, *ad ſolis ortum labia vibrare.* Ad hanc rationem Noſter, *Et oſculata fuerit Manus mea* illa idola, לפי *ad os admota*, vel *labris impreſſa.* Stilus ſublimior *Manum* ipſam *oſculantem* inducit, quod *Oſcula labrata jaciat*, & ejus potiſſimum ope *adorationis* hocce genus peragatur. Non ſperno tamen, & *oſculata eſt Manus mea os meum*, ſine Ellipſi, quod conſtructio iſta tum ſimplicior, tum *origini* aptior, quæ eſt *arctius jungi* & *inhærere*; ut quum *Labella labellis compoſita.* Quod jam porro ad rem ipſam attinet, non negem *Idololatriæ* ſtrictius dictæ ſatis congruere hunc characterem: ſed ſimul affirmare ſuſtineam gravius adhuc, venuſtiuſque, eundem in *Idololatriam* noſtram *ſubtiliorem* quadrare; ſive *Adorationem Auri* & *Argenti* velis, ſive *Adulationem Divitis* & *potentioris.* Res clarior, quam ut vel verbum addatur.

Vſ. 28. Ipſe nos *Jobus* remittit ad *Vſ.* 11. quum infert, *Etiam hoc eſt* עון פלילי. Recut-

29 אם־אשמח בפיד משנאי
והתעררתי כי־מצאו רע׃
30 ולא־נתתי לחטא חכי לשאל
באלה נפשו׃
31 אם־

29 Si lætatus ſum in letali plaga oſoris mei: & excitavi memet quum invenit eum malum.
30 Imo vero non permiſi peccare palatum meum: ad petendum in execratione animam ejus.
31 Si

currunt ferme, quæ ibi luſtrata. *Crimen Judice dignum. Pravitas judicialis. Judicata:* Unde quid Ill. *Grot.* effici poſſe cenſebat, *Vſ.* præc. indicatum. Cl. *Clerici*, *Delictum meum Judex meus etiam foret*, non ſervat genium Linguæ, quæ poſtulaſſet, גם עון הזה פלילי. Eidem non litat *Schmid.* quum congruum judicat פלילי *ſubſtantive* accipere, & ſupplere ל, ut ſit, *Crimen pro Judice*, vel *Judici*; per quem iterum intelligit tum *Deum*, tum *Magiſtratus*. Longius abit, quod tentet ex *Vocativo*, *Nam hoc etiam iniquitas*, *O Judex*! Ex *Vſ.* 11. פלילים legere jubens *Meib.* nec hunc, nec illum, intellexit. Concedimus in ſententiam Cl. *Guſſ.* deſignari *Crimen αὐτοκατάκριτον*, quod vel *mitiſſimus Arbiter*, atque adeo ipſe ejuſdem patrator, *condemnet.* Non inficias iverim, iterum, Characterem utcumque cadere in *Idololatriam craſſiorem*; ſed & contendo, aptius eundem in *ſubtiliorem noſtram* ſeſe dare. Pro *Auro* & *Argento vendere fidem*, & *officium*, quo tandem *Arbitro* a crimine, & quidem turpiſſimo, vacuum cenſeretur? Relegas velim, quæ ex *Seneca Epiſt.* 115. & *Euripidi Bellerophonte* tacta ad *Vſ.* 27. Illud item, *O cives cives quærenda pecunia primum eſt. Virtus poſt nummos*; nonne Satyrico ſale ita defricat mores, ut ſimul turpitudinis quemque ſuæ Judicem & arbitrum ferat? Excellentiſſimus eſt Locus, omnem in partem fuſus. *Aſſentationi* peræque convenit; nec non *Perſonarum acceptioni* inde profluenti. Nullus non *Adulator*, cum aliorum, tum ſuo etiam judicio, turpiſſimus.

Ibid. Additur, quod ſententiæ noſtræ unice aptum. *Quoniam abnegaſſem Deum deſuper.* Si *Idololatriam* ſtricte dictam intendiſſet Noſter, otioſe hoc, & ſatis frigide, adjeciſſet. Quis piorum unquam dubitavit, quin *Cultus ſiderum* ſit *Abnegatio ſummi Numinis*? Supervacuum, id inculcare, quod ſenſus dictat communis. Ad noſtram mentem efficaciſſima clauſula, ſive hanc, ſive illam, partem ſequare: & *Sapientia Jobi* digniſſimum, *Abnegationem Dei ſummi* vocare, vel *Adulationem potentiorum*; vel *Divitiarum admirationem*, & *cupiditatem*. Cl. *Guſſ.* ſub כזב lit. k. 3. reddendum cenſet, *Quamvis aduler Deo in Excelſis.* Nec Lingua, nec ſtructura, patiuntur.

Verſ. 29. In officiis excellentioribus *Pietatis*, & *Religionis*, verſans Noſter, *inimicos ipſos* a ſe *dilectos* modeſte ſimul, & ſolide, oſtendit, quum negat *ſe gaudium percepiſſe ex plaga Oſoris ſui.* Vere non minus quam acute *Gregor. Dilectionis vim occulte, & veraciter; aut profectus Inimici, aut Caſus, interrogat.* פיד proprie *plaga macerans*; nam فاد eſt *macerari*, *liquefieri.* Sequens התעררתי a *R. Levi* inflectitur ad *commotionem miſerantis*, & *condolentis*; quando convertendum, *imo vero commotus ſum.* Sic plerique *Pſ.* 7: 5. *Si rependi pacem colenti mecum malum*; ואחלצה *imo vero eripui hoſtem meum gratis.* Si iſta conſtructio placeret, poſſes, *imo vero excitavi memet ad orandum pro eo* &c. Præfero expeditiorem viam, *Et ſi excitavi memet: ſi in ſinu exultavi.* Cur *Merc.* additum voluerit, *ad gaudendum immodice laxatis mihi habenis*, non video. *Nullum*, hoc in genere, *modicum gaudium.*

Verſ. 30. Variatur in vi *Copulæ* declarandà. Nonnulli, *Quia non paſſus ſum peccare palatum meum.* Alii, *Quin imo:* vel quod *Cocc.* dedit, *Atquin non ſivi* &c. *Merc.* etiam fortius hocce urſit, *imo vero tantum abeſt*, *ut hoc fecerim*; *ut ne Ori quidem meo habenas laxarim ad maledicendum ei* &c. i. e. *ad mortem & exitium ei imprecandum.* Non ſentio illud excel-

 lens,

31 Si non dixerunt ſodales tentorii mei, quis dabit de carne ejus non ſaturatum!

31 אם־לא אמרו מתי אהלי מי־יתן מבשרו לא נשבע׃

32 In

32 בחוץ

leus, quod in hoc *Vſ.* eminere debet. Alii ſimpliciter copulant, *& non peccare permiſi palato.* i. e. *Ori meo, ad petendum cum execratione animam ejus*; ut ſit *Exegeſis.* Subtilitatem *Jarchii* ad ultima illa ſepono. Probare etiam nequeo, quod Cl. *Schmid.* diſtinguat inter *imprecationem*, & *maledictionem in nomine Dei, ex ira & odio profectam, adeoque illicitam*; & *inter licitam, qua precibus fuſis petitur a Deo ut vitam animamque alicujus perdat*: quaſi *priorem* illam tantum a ſe removeret Noſter. Nil magnum præſtat, qui *ab imprecationibus ex ira & odio profectis Os cohibet.* Is *magnus*, & *religioſus*, qui a *fermento Iræ*, ac *odii*, *Cor ipſum* præſtat *intactum.* Hoc voluiſſe Noſtrum cum res ipſa arguit, tum vocula חך *palatum*, quæ non *Os* ſignat, non *Linguam*, non *Loquelam*, ut Viri Docti putant, ſed *interiorem ſenſum mentis*, ejuſque *Judicium* ac quaſi *Guſtum.* Habebimus hinc infra *Cap.* 33: 2. *Loquetur Lingua mea in palato meo.* Quid valeat, ibi declarabitur. Habuimus hinc ſupra *Cap.* 6: 30. *Linguam* pro *Loquela*; & *Palatum* pro *Judicio* atque *interiore guſtu mentis diſcernentis.* Sentis quam nervoſe elatum ſit, *ne palato quidem meo permiſi peccare* &c. Ne *in ſinu* quidem *aliquid mali unquam cuiquam imprecatus fui*; quod inde *palatum* meum, & *Judicium Spirituale*, penitus abhorreret. *Amaritudo* iſta *palatum* meum *non tetigit.*

Vſ. 31. Miri fluctus, & divergia. Non molli connexu cum præced. I. *An non dixerunt Domeſtici mei, utinam nobis daretur* illum inimicum *devorare*? Ita R. *Periz. Munſt. Iſid. Clar. Caſtal. Druſ. Codurc. Patric. Crinſoz.* Trahitur ad *magnitudinem injuriæ Jobo illatæ ab inimicis, cujus ulciſcendæ cupiditate flagrarint omnes ejus Domeſtici; ipſo tamen non exardeſcente, ſed ſuorum quoque impetum illum compeſcente.* Eſt *inſtantia* valde precaria; & parum veriſimilis: quin pugnans cum uſu perpetuo *partic.* אם in hoc *capite*, *novi quid inferentis* ubique. Hoc anſam dedit Cl. *Cocc.* II. cogitandi de *patientia in Domeſticorum injuriis tolerandis*: q. d. *Si non inſuper indigniores adhuc læſiones a Domeſticis ortas patienter tuli, & condonavi, quum eo prorumperent audaciæ, ut dicerent*, &c. *Quis det de carne ejus! ut Cap.* 19: 22. *In eo figuram Chriſti geſſit. Pſ.* 55: 13, 14, 15. Minus veriſimile, quam prius; quamvis & *Gregorius, Oſorius, Aſtunica*, aliique, hinc *ſeveritatem diſciplinæ domeſticæ, ad omnes in officio continendos*, elucere autument. Cl. *Mich.* III. contrarium hinc elicit *numeri* I. *ita ſe inſtituiſſe domeſticos* etiam, *ut hoſti nunquam male cuperent.* In nexu cum ſeq. *Vſ.* IV. alii ut numero II. quaſi induceret Noſter *domeſticos* ſibi *inſenſiſſimos ob nimiam hoſpitalitatem.* Ita *Vatabl.* poſt *Philip.* & *Bed.* ſubſcribente & *Merc. utinam propriis dentibus eum lacerare nobis liceat! non ſaturaremur donec totus a nobis eſſet laceratus.* Ad ſententiæ cruditatem molliendam, multi colores conquiruntur. Amantius, non tamen ſpecioſius, *Lyran.* V. *Utinam ejus præſentia corporali frui ſemper, & velut carnibus ejus ſatiari hoc modo poſſimus.* Reſpicitur ad formulam *edere aliquem præ amore*, inter blandimenta nutricularum. Huc & *Chryſoſt. Olympiod. Thom. Dionyſ. Titelman. de Pined. aliique* aggregandi, cum ipſo *Vulg.* omiſſa negatione danti, *Quis dabit ut ſaturemur* &c. Alio flexu ad eundem *amorem* pervenit VI. Cl. *Schmid.* ita locum declarans. *O utinam noſtro patrifamilias, viro adeo liberali erga nos, nunquam quicquam mali obtingat, ne cogamur mala*, quibus adfligatur in carne, *videre, & cum dolore ad ſatietatem uſque adſpicere.* Id ex collatione *Cap.* 19: 22. exſculpſit Vir Doct. quaſi *non ſaturari carne* ibi notans *non explere poſſe ſuum odium, mala alterius ſpectando*; converti poſſet in *ſaturari carne alicujus*, pro *ad ſatietatem, uſque cum tædio, & dolore, videre ejus mala*, unde iterum exire queat, *utinam non ſaturemur carne ejus*, pro, *utinam nunquam miſerum eum videamus.* Contorta. Non admodum feliciter quoque VII. *Jun.* & *Trem. O ſi quis daret de carne ejus? non ſaturamur* i. e. *Niſi ita hoſpitalis fuerim, ut hoſpitalitate mea defeſſi Domeſtici mei, conquererentur ſibi tem-*

pus

pus ad cibum capiendum non dari &c. Ad *opiparam copiam*, qua *hoſpites excepti*, honeſtius applicuere Doct. *Belg.* VIII. quaſi domeſtici *Jobi* de *iiſdem dapibus* comedere optaſſent, non *ſaturandi*, ſi *lautior* quoque *menſa illa* iis apponeretur. Cl. *Cler.* IX. omnia aliorum ut *dura* & *coacta* ſeponens, agi cenſet de *grato animo peregrinorum quos Jobus alebat, qui cum ab eo ſuſtentarentur, nec par beneficium ei referre poſſent, exclamabant*, Utinam ejus carne non veſceremur! h. e. *utinam haberemus unde ei ciborum, quibus nos ſuſtentavit, pretium reſtitueremus.* An hoc jam *molle*, & *incoactum*?

Quod *Meibom.* X. pro לא ſubſtituere auſus fuerit כל; & pro lubitu tranſponere verſiculos, etiam Cl. *Clerico* ſtomachum merito commovit. Doct. *Reim.* XI. *Peregrinos* intendi concedens ſub formula *Viri tentorii mei*, qui *illuc divertebant*, & quos *alebat*, commodiorem inde ſenſum elicuit, *An non illi contubernales mei dixere, utinam ſemper nobis ejus carne, dapibus, uti liceat, neutiquam ſane ſatiabimur*; i. e. *ab eo tractari pigebit.* Eſt ſatis liberale; nec tamen *contubernales*, eſſe *peregrinos*, & *diverſatores*, ſatis veriſimile. *Satietatem* quoque *faſtidii* hic in שבע contineri, non dixerim. Palmam mereri videtur Cl. & *Amiciſſ. Iken.* XII. ita in literis ad me datis convertens: *Quis dabit de carne ejus non ſatiatum?* ex *part. Niph.* vel & ex *præter. Niph. Quis dabit* qui *de carne ejus non ſit ſatiatus?* Monet, מי יתן non ſemper eſſe, *Utinam!* ſed etiam uſurpari pro *quis exhibebit? quis monſtrabit?* ut *Cap.* 14: 4. מבשרו *de carne ejus*, nempe *pecudum mactatarum ab eo*, ut 1 *Sam.* 25: 11. Senſus hicce. *Tantam fuiſſe Jobi hoſpitalitatem, ut Viri tentorii ejus dicere ex vero potuerint, Neminem daturum, monſtraturum, aliquem, qui de dapibus Jobæis non ſit ſaturatus.* Egregius conſpectus; quem *Scopo*, & *filo* convenientiſſimum, quivis ſentit. Ei concedat volo, quod mihi ſe ex conjectura in mentem dederat XIII. eſſe hunc *characterem Hoſpitalitatis ſummæ*, quod *omnes* ejus *Domeſtici*, ad exemplum hoſpitaliſſimi patris, & Domini, *dictitare* ſoliti fuerint, *Utinam de carne ejus non ſaturemur*! utinam *tanta Hoſpitum* adſit *frequentia*, ut nobis *ſaturitas contingere nequeat*! Mirum voti genus, ſed ex genio gentis. *Tebrizius* ad *Hamaſa*;

يقولون لمن يكرمونه انه يجاع له العيال

Dicunt de eo quem honorant; Domeſtici pro eo eſuriem patiuntur: i. e. *exquiſitiſſima quæque fercula ei apponuntur*: Vel *omnes ſumtus ei laute tractando impenduntur, familia non ſaturata.* Ipſe *paterfamilias* quoque *ſibi eſuriem indixiſſe* dici ſolet, ubi *ſummam* in excipiendis hoſpitibus *liberalitatem* expingere volunt. *Hatim Tajus* in *Hamaſa.*

لقد كنت اختار القرى طاوي
الحشا
محافظة من ان يقال لئيم ۞
واني لاستحيي يميني وبينها
وبين فمي داجي الظلام
بهيم ۞

Sane eligere ſolebam eſuriem, complicans viſcera;
Cavens ne diceretur, Avarus eſt.
Quin verecundabar dextram meam, quamvis inter eam
Et os meum graves & ſpiſſæ forent tenebræ.

Ad hæc *Tebrizius.* كان من
عادة كرمائهم ان يطفيوا النار
ويمسكوا مع ذلك من الاكل
والضيف يظن انه ياكل
والمعني اني اوثر الضيف علي
نفسي واقريه وانا طاوي الحشا

In more erat apud Liberales eorum, ut extinguerent ignem; & tamen ab edendo abſtinerent, hoſpite opinante tractatorem etiam comedere. Senſus eſt. Solebam hoſpitem mihi ipſi anteponere, eumque cibare, ipſe complicatis viſceribus eſuriens. Hanc *generoſiſſimam indolem* non in *ſe* tantum, ſed & in *ſuis*, laudaturus Noſter, venuſtiſſime dicere potuit, *ſi non optare ſolebant* ipſi quoque *contubernales mei*, & *Domeſtici, utinam eſuries nobis* grato adventu multorum hoſpitum, & pauperum, *veniret*! Quæ ſic *figurate*, vel *proverbialiter*, efferuntur, non nimis ſtricte, ſed liberalius, interpretanda.

32 In platea non pernoctabat peregrinus; valvas meas ad iter aperiebam.

32 בחוץ לא־ילין גר דלתי לארח אפתח׃

33 Si operui, ſicut Adamus, prævaricationes meas; condendo in ſinum meum pravitatem meam.

33 אם־כסיתי כאדם פשעי לטמון בחבי עוני׃

34 Sa-

34 כי

Sic interim judico, poſterius hocce ſua quidem ſe ſpecie, non invenuſta forte, commendare, ſed Celeb. *Ikenii* illud, ut ſimplicius, clariuſque, præferendum. Tali laude nobilitatus ille *Hatim Tajus*, cujus verſiculos ſupra poſui; nam ejus Domus velut commune quoddam *Prytaneum Arabiæ* celebrata: ut nullus omnino vel *peregrinus*, vel *inquilinus*, *hoſpitaliſſimæ Menſæ* expers manſiſſe tradatur. Huc alluſum in *Roſar. Perſ.* p. 252. Conferri velim *Doct. Gentii notas ibid. a pag.* 586. ad 593.

Vſ. 32. Incredibilis hoſpitalitatis argumentum. Id cum mea illa ſententia ſic ſatis cohæret; quatenus inferretur a Noſtro, *Peregrinis* & *Viatoribus* ſemper *apertam domum*, *menſamque*, omnes ſuos ad iſtud officium ita aſſuefeciſſe, ut ſibi minus placerent, ſi ab hoſpitibus forte vacivæ forent ædes. Arctior tamen exiſtet connexio, ſi in Cl. *Ikenii* ſententiam deſcendatur. *Quis dabit a carne ejus non ſatiatum!* *Nempe in platea non pernoctabat peregrinus* &c. Domus mea erat velut *Hoſpitium publicum*, in quod cuique *ſuo jure* quaſi *divertere* licebat. Plura non addo. לארח *Viæ publicæ aperiebam valvas meas*; vel *ad Viam*, ſonantius quam *Viatori*. לאורח corrigere, ut ſit *Vianti*, ex *part. kal*, eſt ſtylum ſublimiorem non intelligentis. Fateor tamen illud *ad viam*, *juxta iter*, minus commode a quibuſdam exponi, in quibus tricari non lubet. Dicam quod res eſt. *Viæ publicæ valvas aperire*, eſt, *jubere cuivis iter illac habenti domum ſuam patere*; *ut tanquam ſuo jure*, ſive *interdiu*, ſive *noctu*, illuc *diverſentur*. Conſimili figura uſus Poëta in *Hamaſa*

اغشي الطريق بقبتي ورواقها

Occupo viam publicam tentorio meo, ejuſque veſtibulo.

Id eſt, *omni viatori*, *citra diſcrimen*, *tentorium meum*, & *menſam hoſpitalem*, *patere jubeo*. Item, figuratius adhuc;

جعل الطريق لبيته طنبا

Fecit viam publicam tentorio ſuo funes.

Id eſt, *paxillos & funes tentorii ſui in media via firmavit*, *eoſque inde quaſi religavit*. Non male interim *Merc. Nos. ſimpliciter accipiamus*, *quod fores ſuas aperuerit ad viam*, *ut obſervaret prætereuntes*, *eoſque ad ſe introduceret.* Non diſplicebit adfine ex *Hamaſa*.

ومستنبح قال الصدي مثل قوله
حضأت له نارا لها حطب
جزل ۞
فقمت اليه مسرعا فغنمته
مخافة قومي ان يغنموا به
قبل ۞

Quam ſæpe latratum imitanti viatori, cui reſonabat Echo,
Suſcitavi ignem, cujus lignum luculentum.
Properuſque ſurrexi ad eum, ut prædæ mihi loco eſſet,
Præ metu ne populus meus eum ante me occuparet.

Nempe *peregrini* in *Arabia* hoſpitium quæritantes ſub noctem, *latratum edere* ſolent, ad quem

quem Canes vicinitatis relatrent, quo audito, undique proſilitur, non ſine æmulatione, qua alter alterum prævertere ſtudent, ad occaſionem laudis rapiendam velut, ſibique vindicandam.

Verſ. 33. Verba in ſe ſatis clara, neutiquam tamen liquidum fundunt ſenſum. Receptiſſima opinio fert I. ad *aliud* pergi *indicium* ſummæ *pietatis*, poſitum in *ingenua confeſſione criminum commiſſorum*, quæ *nunquam* a ſe *palliata* dicat Noſter, ſed contra *palam* ſemper *agnita.* Hinc ſtant *Vatabl. Calv. Merc. Druſ. Vavaſſ. Codurc. Cocc. Schmid. Crinſoz.* poſt *Græcos*, *Latinoſque*, huc fere collineantes, niſi quod ad *peccata involuntaria*, & *infirmitates rationem prævertentes*, vocabula פשעים *prævaricationum* & עון *pravitatis* reſtringant. *Olympiod. Peccati voluntarii non erat ſibi conſcius*, *involuntarium autem*, i. e. *repentinas perturbationes*, *a quibus homo cavere non poteſt*, *confeſſione purgabat.* Ex LXX. hauſtum, qui ex כאדם *ſicut Homo* extudere *ἁμαρτῶν ἀκουσίως ex infirmitate humana*, ſcilicet. Atqui hoc ipſo elevaſſet aliquatenus ſaltem crimina Nimis apertum præterea, כאדם pertinere ad כסיתי *texi*, *palliavi*, ut ſit, vel, *ſicut Homo*, appellativo, vel *ſicut Adam*, proprio uſu. *Calvin. Conc.* CXVII. ambigit, utrum ſequatur; ita ſcribens: *Oſtendit homines hypocriſeos fermento infectos eſſe*, *ipſiſque in more eſſe ſubterfugiis uti*, *ut peccata eorum ſepeliantur. Verum eſt Adamum primum eam artem exercuiſſe*, *omneſque ſuos illam docuiſſe.* &c. Reliqua ibi legantur. *Merc. nonnullos* Adamum *intelligere monens*, addit, *ſe malle generaliter accipere de* Hominum *vitio*, *quod omnes ab illo deinceps contraximus*: q. d. *ut reliqui homines ſolent.* Cl. *Schmidio* hoc *remiſſius*, nec *veriſimile*, Jobum *alios nunc pungere voluiſſe.* Subſtituit ergo, *ſicut homo naturæ ſuæ relictus.* Non alios voluerat *Mercerus.* Ejus tamen ratio, qua *Adamum* excludit, dilutior; *quod nomen primi Hominis magis cum He* האדם *efferri ſoleat.* Scimus *Cap.* 2. & 3. *Gen.* crebro האדם ſtrui, ſed tunc *Homo* vertendum, non *Adam*; quia nomina propria *Articulum* vix admittunt. Sine Articulo לאדם *Adamo*, *Gen.* 3: 17. 20. Adde *Gen.* 4: 25. & 5: 1. Quidni ergo כאדם *ſicut Adamus*? Id *Doct. Belg.* aliique non immerito amplexi. Cl. *Cocc.* ſibi non diſplicere ait; ſed tamen magis videtur inclinare in, *Ut Homines.* Cl. *Schmid.* ait, eos qui de *Primo Homine* accipiunt, *enervare peccatum Originis.* Cruda aſſertio. Mihi *ſicut Adam* unice verum: & tamen negare auſim, vel hoc, vel illud, ad ſenſum hinc exſculptum ſatis reſpondere. Etenim, primo, ſi *Adamus* teneatur, collatio, ad iſtam rationem, non erit juſta, nec conveniens: nam primus ille parens, in *violando* uno *interdicto*, *univerſam* Dei *Legem* violaverat; ſeque *graviſſimæ rebellionis*, atque *prævaricationum omnium*, quæ cogitari poſſunt, fecerat reum. Hinc infero, ſi פשעים *prævaricationes* hic ſignent *leviores* illas *imbecillitates*, quibus ſe obnoxium vixiſſe profiteatur Noſter, & *quas confeſſione ingenua purgarit* ſemper, fore *μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος*, quia *prævaricationes Adami* longe diverſæ erant conditionis & naturæ. Secundo, ſi reddatur, *ſicut Homo*, *ut vulgo homines ſolent*, parum ad rem faciet, & cordatius, demiſſiuſque, dictum fuiſſet, *ſi palliavi unquam prævaricationes meas: ea abſcondendo in ſinu.* Addo, extra rem abire; quinam enim illi *reliqui homines*? Non *omnes* utique; nam quos gratia cœleſtis colluſtravit, ii culpas *agnoſcere*, & *confiteri*, non detrectant. Quid hic eximium; & quod non in *prima Schola familiæ Dei* obtineat? Dices, *gratia vacuos* intelligi: atqui eorum *prævaricationes* iterum ſunt alterius naturæ, i. e. *regnantes injuſtitiæ*, & *pravitates*, quas a more, ore, corde, ſuo, procul afuiſſe, tam ſerio hactenus conteſtatus fuit; ut *eas* a *ſe commiſſas* tamen aliquando, ſed *prompta confeſſione elutas*, nec debeat, nec poſſit dicere, ſi *Jobum* ſui ſimilem retinere volumus. Hoc ipſum interim intendiſſe videtur Cl. *Schmid. Vult dicere*, *ſe*, *licet corruptus fuerit*, *ut alii omnes*, *non tamen indulſiſſe vitio naturæ*, *ut peccata ſua excuſaret.* Hæc, meo quidem judicio, & a *Jobi excellentiſſima ſanctitate*, & præſertim ab *illo vehementiore adfectu*, quo *diſputavit* antea, atque nunc *perorat*, longe abſunt. Relege, quæ *Cap.* 13: 22. 23. 24. & *Cap.* 23: 10. 11. 12. atque alibi deducta: & ſenties hanc orationem directa fronte pugnaturam cum ſuperioribus illis contentionibus; in quibus quidem *exceſſum* agnoſcimus; ſed ſimul exploratum ha-

habemus ab illo *exceſſu* necdum quicquam remitti, multo minus in totum deſiſti. Quid cauſæ alias, quod *Elihu* longa rupturus ſit ſilentia? Quo ore idem Noſtro objeciſſet hunc ipſum *exceſſum*, & *juſtitiæ* ac *ſanctitatis* nimiam opinionem? Ad hunc ſenſum accommodatior II. interpretatio R. *Levi*: ר״ל כי לא חטאתי כלל שאצטרך אל זה כלל *Vult dicere*, *Non peccavi in totum*, *ut ulla ratione neceſſe habuerim mea crimina in ſinu condere.* Huc concedit Cl. *Cler.* & *Reim.* recte monens priorem illam expoſitionem pugnare cum filo & argumento totius *Cap.* Idem adſpectus fere *Philippo* obverſatus: *De cogitatione mihi dixiſſe videtur*, *ſe conſenſione iniqua nullius peccati fuiſſe participem.* Adoptavit *de Pined.* ſtatuens, *Jobum ſanctitatem ſuam ita commendare*, *ut nullum occultum ſcelus ſe habuiſſe aſſerat*, *quod pro ingenio humano abſcondere vellet. Nam qui affirmat*, inquit, *non abſcondiſſe ſe ullum peccatum*, *non ideo dicit*, *ſe ea detexiſſe*; *ſed nihil habuiſſe quod abſconderet.* Ad כאדם hæc notat, vel appellative, eum *Vulg.* poſſe ſumi; vel cum *Tigur.* proprie, pro *primo homine. Mirum enim humani ingenii exemplum præbuiſſe Adamum poſt peccatum*; *illud omni via ac ratione palliando.* Addit, tanquam *Perſonam Jobi* propius tangens, *Principes præſertim ac Judices vehementer ſtudent*, *ne quid ſuorum peccatorum reſciat populus.* 1 *Sam.* 15: 30. Fateor ſenſum hunc ſeriei & ſcopo congruentiorem, ſi illud, *non peccavi in totum*, capiatur, ut par eſt, de illis *criminibus*, quæ *pœnas*, & *plagas Dei* provocant: ab illis enim penitus immunem ſe vixiſſe, in omnibus ſuis conteſtationibus contendit Noſter. Talia *crimina* per פשעים & עון intelligi in hoc Libro, dubitari nequit. Adi *Cap.* 13: 22. & 14: 13. & 34: 6. Non tamen ſatis digeſtum, *ſi palliavi prævaricationes meas*, *abſcondendo in ſinu meo iniquitatem meam*, *ſicut Adamus*, pro, *nullas unquam graves transgreſſiones admiſi in me*, *quas palliare neceſſe habuerim*, *ad exemplum primi parentis.* Languet hoc pacto illud *exemplum*; & plane ſupervacuum eſt; quin, ſi rite penſites, paulo odioſius reperietur. Pone etiam, *quas palliare neceſſe habuerim*, *ſicut Homo*; pro *ſicut corrupti homines facere* ſolent, ſenties *item ſupervacuum* eſſe, nec ſane *eximium*, Noſtroque ſatis dignum. Hiſce omnibus ſuperaddo, quod & *primam* & *ſecundam* explicandi viam teneri non patiatur hujus verſiculi diverſiſſima a ſuperioribus ratio, facieſque, quæ aperte præfert *Illationem*, & *Concluſionem*, ad ea quæ præmiſſa; non autem *tranſitionem* ad aliud genus vitiorum inter homines regnans. Exiſtimem itaque III. poſt *vitia* a quibus abhorruiſſe *toto corde*, & *officia*, quæ *toto* item *corde* coluiſſe ſeſe teſtatur, enumerata, accedi ad *Clauſulam* longe *animoſiſſimam*, qua *in præſentia Judicis* ſui *πρὸ λογιῶν*, & velut *ad Tribunal* ejus, *ſolenne* tandem *jusjurandum deponit*; nihil a ſe niſi ex *intima*, & *puriſſima*, *Conſcientia* prolatum, horumque omnium ſe ipſum Deum *Teſtem* & *Vindicem* appellare, ut ſi *Crimina* ſua *texiſſe*, *palliaſſe*, *in ſinu condidiſſe*, reperiatur, jam mox *fulmine Maledictionis tactus*, *perpetuo damnetur ſilentio*, atque *Dei hominumque execratione æterna oneretur.* Hanc *imprecationem* in verſu ſequenti expreſſam, mox palam fiet. Diſpiciamus quid כאדם ad hanc ſententiam valere debeat. Dicere auſim, *ſicut homo*, exilius nunc eſſe, quam ut in cenſum venire queat: nam ut ad Initium Capitis præſtructum, *Jobus* in tota hac Actione *cum Deo* magis contendit, quam cum hominibus; atque ſeſe conſiderat tanquam *ſub oculis*, & *Fulmine*, *ſui Judicis* conſtitutum. Ad hanc vehementiam contentionis nimis langueret, *ſicut ſolent homines improbi.* Tenendum omnino, *ſicut Adam*, quum *fœdifragium ſuum*, & *prævaricationes*, *doloſi cordis ſinu abſcondere ab oculis Judicis ſui* ſtuduit; atque *velamenta* adhibuit *nuditatis*, quæ ipſum *confuſione omni* coram Tribunali, ad quod citatus erat, *obruebant.* Juſtiſſima jam *comparatio*; ſimulque appoſita *occupatio*; qua negat ſe ad *Exemplum primi parentis*, ex *ſenſu* impetuque *carnis* ac *corruptionis*, ſui defenſionem tam animoſe ſuſtinere, ſed contra *Veritatem*, *Religionem*, *Legiſque fidelem obſervationem* ſibi ſupereſſe, & *patrocinium* atque *advocationem* in *optima* hacce *cauſa* præſtare. Confer totum *Cap.* 23. atque inde ſimul repetatur, quid *Exceſſus* ſe in hanc defenſationem admiſcuerit. Vocula בחבי necdum ſatis conſtituta. Plurimis 1. *Judæorum* placuit a חבא, חבה, *occuluit.* Id merito repudiatum,

34 כי אערוץ המון רבה ובוז־
משפחות יחתני ואדם לא־אצא
פתח :

35 מי

34 Sane conterrear multitudine multum; & contemtio familiarum conſternet me; & in ſilentium defixus non prodeam foras.

35 Quis

tum, duplicem ob rationem; nam & *Dageſh* aliud exigit, & non valde elegans eſſet, *ad abſcondendum in occulto meo.* A חבב *dilexit* ad *Analogiæ* legem *Kimch.* 2. quaſi באהבתי *in dilectione mei*, *in Philautia.* Durius cenſet *Merc.* cum eoque *Schmid.* בחבי אותי *præ diligere me memet* ſtruendum fuiſſe tendens. Dimidia pars ſcrupuli levatur, inſignisque Figura exſiſtit, ſi verti concedas, *ad condendum in Amore mei meam pravitatem.* Inordinatus ille *Amor ſui*, quam *Philautiam* vocitamus, eſt velut ſinus, & *receſſus*, quo princeps *Adamus* ſua *crimina Deo*, *ſibique*, voluit *ſubducere.* Simplicius, in eundem ſenſum, 3. *in ſinu meo*, probantibus *Merc. Cocc. Schmid.* &c. poſt *Vulgat.* quod חב & חוב; *emphat.* חובא & חֻבָּא pro *ſinu* extent in *Targ. Jonath.* & *Hieroſol. Exod.* 4: 6. 7. & alibi. Cl. *Cocc.* ſat blanda ſpecie hinc חבב mactat proprietate *gerendi in ſinu*, quod eſt *diligere.* Cl. *Hott.* in *Smegm. Orient.* ſimiliter monet חבב حبّ *Arab.* eſſe *dilexit. In ſinu geſſit.* Eam *Originem* confirmatiorem videre vellem; nam ut nunc ſe res habent, necdum ſatis in tuto eſt locata.

Verſ. 34. Nemo non ſummas hic & ſentit, & fatetur, anguſtias. *Vulgat.* novi *criminis remotionem* I. inducit: *Si expavi ad multitudinem nimiam, & deſpectio propinquorum terruit me: & non magis tacui* &c. Hæc non valde lucida. Sententiam *Latinorum* breviter ſic tradit *Vavaſſ. Nihil ego dixi, feci, omiſi, ſuaſore, & impulſore, vulgo. Tacui, & me domo tenui potius, quam ejus libidini ulla in re parerem.* Quatuor, quinque, alias expoſitiones longius circumductas dabit *de Pined.* Alii II. trahunt ad *firmitatem imperterritam*, & *cedere neſciam*, quam in *jure dicundo ſemper præſtiterit.* Ita *Munſt. Iſid. Clar.* &c. ad quorum rationem *Verſ. Anglic.* videtur conformata, *An timui multitudinem? an terruit me contemtio familiarum; ut ſilerem, & non egrederer domo?* Poſſunt tamen hæc etiam capi pro, *Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.* De *firmitate* & *Bold.* III. cujus hæc *paraphr. ſi unquam, ut ſolet homo, occultavi ſcelus meum* &c. *Quando in medio turbæ magnæ ſedens tumultus ejus frangebam; licet ii qui viliſſimi, fæxque familiarum erant, ſuis acclamationibus me fere conſternarent: quæ ſilentio diſſimulans, ex loco Judicii, in quo ſedebam, nunquam egreſſus fui, ſed immotus in jure dicundo perſeveravi* &c. Nil intricatius IV. verſione *Jun.* & *Trem.* cum præc. *Vſ.* ita nectentium, *Quod violentia uſus ſim in multitudinem magnam: ſi contemtus familiarum exterruit me* &c. i. e. *in quem violentorum familiæ juſto judicio apud Deum & homines adducuntur.* בוז *Contemtio* iis *paſſive* poſita: ut reſpondeat extremis, quæ referunt ad *pudorem*, *diffidentiam*, & *metum*, *qui inde exortus fuiſſet*, ſi in tale judicium ob *violentiam* & *injuriam* aliis illatam incidiſſet. *Merc.* V. ſe hunc ſenſum *inter omnia* ſequi ait, *qui cum proximo* cohæreat; *Quia terrebam* quidem *multitudinem magnam*, multiſque ob potentiam terrori eram, *attamen deſpectus* & viliſſimus quiſque *familiarum me perterrefaciebat*, ſi mecum contenderet, aut ſi quid me offendiſſe oſtenderet: *itaque ſilebam, nec egrediebar in publicum* &c. Huc fere concedunt *Deod. Piſc. Druſ. Codurc.* qui explicationem valde duram ſic lenivit, *ſignificat ſe quamvis alioquin gravitate & auctoritate verendum, adeo tamen verecundum & modeſtum fuiſſe, ut ſi vel minimum deliquiſſet, quilibet domeſticorum ei pudorem ſuffunderet.* Similiter *Calv. Conc.* CXVII. *Poteram univerſum mundum, ſi adverſus me inſurrexiſſet, auctoritate reprimere; ſed interim tam manſuetus fui, inſtar agni, ut paſſus fuerim me delictorum meorum redargui, etiam a mendico* &c. &c. Omnia tamen vel ſic precaria, coacta, pugnantia cum iis quæ præceſſere, & quod dicere auſim, *Jobo* non ſa-

tis

tis digna. Neſcio an ſpecioſior ratio *Cocc.* VI. *ſi texi dejectiones meas, eo quod timerem turbam multam, & contumelia familiarum conſternaret me! Imo ſilui, & oſtio non exivi.* Id ita exponit; *ſi timore infamiæ me juſtificavi apud homines, ac malui pravitatem meam in ſinu condere, quam excutere, plus ſcilicet metuens homines, quam Deum.* Addit, בוז eſſe *legitimam cenſuram, ſive notam, a magiſtratu & populo impoſitam.* Recte. Sed hoc ipſum utique abſterrere debuiſſet ab hac interpretatione, in quam preſſius inſiſtens, ſubdit. *Hoc notat: ſe accuſatum, & conſcium peccati, plane obmutuiſſe, & quaſi in lapidem obriguiſſe, nec hiſcere auſum, denique non auſum fuiſſe in publicum prodire; ſed continuiſſe ſe domi, ſuique ſequeſtratione ſe a communione civium damnaſſe.* In his *Jobum* non agnoſcis: non eum certe, qui & ſupra toties, & nunc, ſe criminibus cenſura dignis immunem contendit. R. *Nachman.* eundem ferme nexum dederat, niſi quod in בוז משפחות argutius quæſiverat *notam familiæ* aut *genti per Jobum forte inuſtam.* Cl. *Schmid.* his valde vicinus, quamvis longe VII. diverſum ſe dare putet: *Non texi prævaricationes meas impudenter coram hominibus, quod inde ſatis patet quia e contrario ob ea ita pudefactus ſum, ut timerem multitudinem, & domi deſiderem, in ſignum pudoris, & pœnitentiæ.* Decentius Doct. *Belg.* VIII. ſupponunt magis, quam ponunt, q. d. *Ad prævaricationes meas agnoſcendas, ſola Dei reverentia me impellebat; quamvis enim potuiſſem maximam multitudinem conterrere, tamen vel contemtiſſimi familiarum mihi contra terrorem incuſſiſſent; & ſiluiſſem; nec egreſſus fuiſſem foras.* Etiam *ſuppoſitione* paulo aliter utitur Cl. *Reim* IX. qui in *Vſ. præced.* ſtatuens eſſe *negationem criminis cujuſcumque* tandem, ita pergit, *Quod debuiſſem paveſcere magnam multitudinem, & conſternaſſet me contemtio familiarum, ſiluiſſem, nec egreſſus fuiſſem foras.* i. e. *ſi alicujus criminis mihi conſcius fuiſſem, non auſus fuiſſem in publicum procedere.* Non abſimiliter *de Pined. Conſpectum populi nunquam reformidavi; cum enim neminem læſiſſem, nihil timendum habebam criminationis.* Nec aliter Cl. *Cler. Negat delicta a ſe admiſſa, propter quæ familias Arabum in eo damnando conſentientium, timeret.* Hæc non adeo limpida. Sine nexu cum *præc. Vſ.* X. R. *Levi* traxit ad *immutatam rerum faciem*, q. d. *olim ſane terrebam omnes mea auctoritate, nunc autem verſis vicibus me contemtiſſimus quiſque e familiis conterret, & opprobrio onerat.* Addit, *in Amicos hoc dici, qui Cap. 30: 1. & ſeq. deſcripti.* Idem voluiſſe videtur *Jarch.* cujus verba ita vertit *Meibom. Spec.* 2. p. 14. ut eum in *Hebraicis* non fuiſſe literatiſſimum, ſatis conſtare queat. Sententiam R. *Levi* adſcivit Cl. *Guſſ.* ſub עריץ, monens *priorem partem hujus Vſ. reſpondere Capiti* 29. *poſteriora Capiti* 30. Vides anguſtias. Ex Doct. *Crinſoz.* XI. huc adegere, ut ſine multa cohærentia quoque daret, *Deus ſcit an iniquitatem meam in ſinu abſconderim; nam ſemper timui lites in publicum erumpentes; & conſternatione maxima adficiebar ad minima jurgia inter meam alteriuſque familiam concitata; & malui injurias domi concoquere, quam deferre ad Tribunalia.* Silentio tranſmitti nequeunt XII. audaciæ *Meibomianæ*, quibus nil par, aut ſecundum, in Orbe Erudito comparuit: plane enim pro arbitratu *deſtruit, ædificat, mutat quadrata rotundis*, ſine modo, ſine Lege ulla, niſi *Metri arcaniſſimi*, cujus ſolus *Clavem* tenebat ſcilicet, Regum, Principumque, Arcas ſimul ea ſe reſeraturum ſperans: ad agnatos & gentiles deducendus profecto tum, quum eum amor nummi ad hoc ſcriptionis genus impulit. A fine Capitis ergo altius adſcendere jubens *Vſ.* 38. 39. 40. huncce noſtrum iis annectit: *Num adverſus me terra mea clamabat &c.? Num fructus ejus comedi gratis &c.? Tum pro frumento mihi ſurgat lolium* &c. *Violenter enim commoviſſem ingentem multitudinem plebis* &c. Mutat רבה in רב הארץ; & *Plebem ruſticanam* intelligit, *quæ cum honeſtis familiis vires ſuas jungens, injuriam ſibi illatam a Jobo vindicaſſet.* Egregiam vero laudem *Jobi!* ſi, ut jactat, *hæc procul dubio ita cohæreant*; quod a *vexationibus* non abſtinuerit niſi metu *ſeditionis*, in ſe undique cooriturae. Mihi multum diuque luctato cum ſalebroſiſſimo ſane loco, ex filo & ſerie deductionis ſeſe ingeſſit tandem XIII. *Imprecatio* illa *ſolemnis* qua poſt אם *ſi feci*, ſemet omnibus judiciis, ſuppliciiſque, juſtiſſimi ſcelerum Vindicis offert. Ad *Vſ.* 24. hoc inſinuare cœpi: ubi quam varient opiniones videbis. Hæc autem *devotio ſui ipſius* omnium eſt graviſſima; recurrens tum

tum ad cuncta, quæ inde a Vſ. 24. recenſita: tum ad ſuperiora quoque, quibus quaſi ſigillum appenditur, eo ordine quo nihil deductius, aut tornatius, excogitari queat; ad quem & ſequentia in rotundiorem rationem revocari poſſint. Illam *imprecationem* quod aſſecuti non ſint Doctiſſ. Interp. quum tamen & ſeries, & pleraque vocabula, illuc manifeſto ferantur, ortum ex particula כי, raram, & plane abſtruſam, vim nunc exerente, quam ad *Cap.* 8: 6. tetigi, ubi cum אם *ſi* pariter conſtruitur, ad inferendum id, ad quod conditio tendebat. *Si Tu Deum requiras; ſi purus & rectus tu*, כי עתה *Sane, enimvero nunc, æmulabitur ſuper te* &c. Ad eam ſtructuram hic, a *Vſ.* 24. repetito illo אם *Si poſui aurum ſpem* &c. *Si ſuſpexi ſolem quum niteret* &c. *Si lætatus ſum in plaga oſoris* &c. *Si non dixerunt mei Domeſtici.* Poſtremo, *Si* in hac mea conteſtatione *velavi prævaricationes meas* &c. *Enimvero conſterner* nunc ſtatim *magno cum tumultu*; & *publica contemtio familiarum* omnium *me frangat penitus*; *in ſilentiumque ſtratus*, ac defixus, *non egrediar foras*, Dei hominumque execratione percuſſus, & perculſus, in æternum confundar. Omnia in hunc ſenſum amiciſſime conſpirant. אם כי in *protaſi*, & *apodoſi*, ſic venient iterum *Cap.* 37: 20. אערץ *vehementius expaveſcam, totus, quantus quantus, conſterner*, ut *Deut.* 20: 3. & *Joſ.* 1: 9. אל תערץ ואל תחת *Ne conſterneris, neque fractus conteraris.* Eadem biga, quæ hic. Sequens המון proprie *turbam* ſonat, ſive *tumultum.* Inde vel *multitudinem* deſignare cœpit, vel *ſtrepitum tumultuantem*, ut in *Latino* vocabulo. Poſſem tenere, *Conſterner multitudine magna*, vel quia המון רב diceudum tunc fuiſſet, ut *Dan.* 11: 11. 13. & 2 *Chron.* 13: 8. uſu potius adverbiali, *multum, vehementer*, ut *Pſ.* 62: 3. לא אמוט רבה *non nutabo vehementer:* ſubeſt tamen profundius quid; & רבה abſolute ibi infert *ruinam graviorem:* ad quam normam & hic forte, *conſterner multitudine ita graviter, ut penitus collabaſcam, nec amplius erigere me valeam.* Alluditur ad *ſupplicium publicum, ignominiæ & horroris plenum, in maximo hominum confluxu & tumultu.* אערץ המון *percellar turbam* pro *ad turbam*, utrumque ex æquo amplectitur, vel *multitudinem* cum *tumultu & fremitu confluentem:* vel *conturbationem* ipſam, & *tumultum animi conſternati*; ut המה *tumultuari Pſ.* 42: 6. 12. &c. Poſſis quoque, ſimplicius רבה ſumto, *percellar turbam vehementiſſimo modo*, vel *metu*, per Ellipſin vocis יראה, quam *Pſ.* 89: 8. ſupplet *Kimch.* נערץ *Tremendus eſt Deus in concilio Sanctorum* רבה *vehementiſſime.* Apparet rite ſtrui ערץ רבה, nec erat cur Cl. *Cler.* רב illud *Meibomii* præferret: ut nec eidem Viro Docto hic iterum excidere debuiſſet, *Orationem apud Orientales Ordinis nunquam obſervantem fuiſſe.* Porro in בוז cum Cl. *Cocc.* agnoſco *notam publicam ignominiæ:* ut *Prov.* 6: 30. & 12: 8. & *Job.* 12: 5. 21. משפחות *familiæ*, nunc latiſſimo ſignificatu poſitæ pro *nationibus*, & *familiis gentium.* Reſpicitur ad *publicum conventum*, quum *familiæ omnes* conveniunt ad *Capitale ſupplicium ſcelerati* vel decernendum, vel inſpectandum. Hac amplitudine dictum יחתני *conterat me*, & *penitus frangat*, illa *contemtio.* Inde *æterna confuſio* juſtiſſime *damnati*; ſignanter per דמם expreſſa *in ſilentium configi*; *obmuteſcere:* itemque per, *non egredi foras*; quod eſt, *ob male factorum conſcientiam*, & *ignominiam merito inuſtam, omnium conſpectum refugere, ſeque in tenebras abdere ſempiternas.* Ad *Tenebras exteriores*, & *Carcerem* unde *exiri* nunquam *poteſt*, formula ſe extendi patitur. Profundior conſpectus a gravitate cauſæ & actionis hujus abeſſe vix poteſt. *Sequeſtratio illa ſui ipſius a communione civium*, quam ex Cl. *Cocc.* ſupra tetigi, huc transferri facilis. Monendum reſtat, partem magnam Veri ſenſiſſe *Epiſc. Elienſ.* qui ultima hæcce ſimiliter cum *imprecatione* convertit, noſter quoque in *præc. verſu* conſtituendo. Ejus pulcherrima *Paraphraſis* ſic habet. *Si ſtudui melior videri, quam ſum; neque nunc edidi genuinam confeſſionem; ſed primi parentis* me-

35 Quis dabit mihi qui me audiat! En ſignaturam meam. Omnipotens reſpondeat mihi: aut libellum ſcribat Adverſarius meus.
36 Si

35 מי יתן־לי שמע לי הן תוי
שדי יענני וספר כתב איש ריבי׃
36 אם־

more celavi vitia mea; *atque ex Philautia iniquitatem meam abſcondidi. Propterea quod metuam quid populus dicturus ſit de me, aut conterrear contemtione, in quam adducere me cognitio mei criminis apud vicinas poſſet familias: tum contentus ſum, ut os mihi præcluditur*; *atque non amplius pedem janua efferam.* Noſtrum tum cumulatius, tum ad ſeriem univerſam rotundius eſſe, nemo diffitebitur. Judicium tamen in medio relictum eſto.

Verſ. 35. Magna iterum diſtractio opinionum, circa rationem nexus, & vocabulum תוי. *Merc.* I. ſtatuit *rediri ad optatum*, *ſupra aliquoties factum*, *ut Deus ipſe ſe æquum dare vellet Judicem*, *apud quem ſe cauſam victurum certus erat.* תוי reddit vel, *deſiderium meum eſt*, *ut mihi reſpondeat Omnipotens:* quaſi תאוי pro תאותי, *Aleph* abſorpto: vel, *ſignum meum*, i. e. *meus ſcopus*, & *votorum ſumma.* Neutrum ſatis liquidum. Reliqua ſic. *Item Liber, quem ſcribet Adverſarius meus*, *pro me reſpondebit*, eritque Teſtis innocentiæ meæ; יענני: vel &, *Quis dabit*, *ut Librum ſcripſiſſet Adverſarius meus.* Intelligit *Accuſatorem* quemcumque, qui *vitam* ejus *criminari* ſuſtineret apud Deum. Incommodius per omnia II. *Jun.* & *Trem. En ſcopum meum Omnipotens faciet ut enunciem*, *ſi librum ſcripſerit Adverſarius meus.* Affectatiſſime יענני ex *Hiphhyl* in hanc ſtructuram contorquetur. Parum commode III. item *Pagn. Vatabl.* &c. *Ecce ſignum meum eſt* quod *Omnipotens teſtificabitur pro me*, *& liber* quem *ſcripſit Vir litis meæ.* Erectius, & animoſe, *Cocc.* IV. *Utinam mihi ſit qui audiat me! Ecce delineatio mea. Omnipotens reſponderet mihi! Libellum ſcripſiſſet Actor meus!* Monet, תו eſſe *χάραγμα lineis ductis conſtans:* atque hic notare poſſe, vel *deſcriptionem ſui*, quam dederit *Jobus*, vel *formam*, qualis nempe eſſet. In ultimo Colo ipſum *Deum* vocari cenſet *Virum contentionis*, quem *Libello intentionem ſuam explicare* poſtulet Noſter. De *connexione* obſervat, *conteſtationem hanc tum ad omnia præcedentia referri*, *tum imprimis ad ultimum quod ſequitur.* Cl. *Schmid.* V. etiam ſatis erecte, & acute, *Ecce per ſignaturam reſpondeat mihi Omnipotens*, *& libellum ſcribat Adverſarius meus.* Ei תוי *ſignatura mea*, paſſive eſt poſita, pro *de me*, *contra me*; ut idem fere denotet cum *Libello:* ſtruitque, יענני תוי *Convincat me Deus ſignaturam*, vel, *Reſpondeat mihi ſignaturam meam*; meque vel *ſcripto accuſet* ac *reum agat.* Non fluit e facili. Defluit etiam, quod ſubdat, *Vir litis eſſe poteſt Deus*; *malumus tamen intelligere de* quovis ex ſociis; *ut dicat ſe libenter admiſſurum quemcumque*, *ſive Deus*, *ſive homo ſit*, *qui ita ſecum agat*, *ut peccati & erroris convincat: pro beneficio* quippe *habiturum*, *& grato animo agniturum.* Huc traxit Virum Doct. non bene inſerta *occupatio*, quaſi *objici* potuiſſet Noſtro, *ſe peccata nimis impudenter velare*; ad quod ipſe reſpondeat, *ſe paratum ad agnoſcendum & confitendum peccata*; *modo ſibi monſtrentur.* &c. Quouſque hoc abiturum ſit extra *lineas* & *ſignaturam Jobi*, ad *Vſ.* ſeq. clareſcet. Plane contra *Scopum* & *Adfectum* Noſtri *Bold.* VI. *Jam igitur quis dabit mihi Judicem! Omnipotens ipſe Chirographum meum eſt*; *ipſe pro me teſtificabitur*; *imo ipſe eſt qui tanquam Patronus hujus Litis meæ digeſſit Libellum.* Mitto Viri argutias in תו quod ad *ſigillum Sp. S.* & *imaginem Dei* detorquet. Cl. *Cler.* VII. cum *Cocc.* fere conſentit, niſi quod pro *delineatione* det. *En ſignum meum*, quod explicat *ſubſcriptionem*, *qua is cui lis intendebatur ſignificabat ſe in jus venire paratum.* Ad rem. Sed fortius adhuc ferit Cl. *Reim.* VIII. intelligens *Tabulas ſignatas*, *quibus cauſa defenditur in Judicio.* Ad hæc veſtigia vertendum autumem, IX. *Quis dabit qui me audiat! Arbiterque ſedeat*; ut *Cap.* 9: 33. *En tabulas ſignatas*, quas in Judicium, Arbitriumque, defero: *Omnipotens reſpondeat mihi.* Re-

36 אם־לא על־שכמי אשאנו אענדנו עטרות לי׃

36 Si non ſuper humero meo portabo eum; alligabo eum coronamento mihi.

37 מספר

37 Nu-

Redi ad *Cap.* 13: 22. Nimis molle jam, *Omnipotens teſtis meus ſit*; quod Doct. *Reim.* elegit; qui item remiſſius ultima ſic, *Tum Adverſarius meus Libellum in me ſcribat licet.* Omnino *Adverſarius* ille, vel *Litigator*, videtur referendus ad *Deum*, reddendumque, *Et Libellum ſcripſerit*, vel *ſcribat* velim, *Actor meus*, vel *pars* mihi *adverſa.* Non eſt cur in *audaciſſima* hacce *provocatione* aliquatenus excuſanda, immoremur; quum ſupra ſæpiſſime id factum ſit; & nemo jam hic adhæſurus eſſe videatur. Senſum ſic breviter ſtringo. *Velim a parte Dei Inſtrumentum litis, & accuſationis meæ ſummam, conſcribi, & in Judicium adverſus me proferri. In eo Libello nihil conſignabitur, quod me ſceleri, vel publico, vel occulto, proximum arguat; ſed ex adverſo Innocentia inde mea luce clarius refulgebit.* Habes quod reliquis *Jobi* contentionibus examuſſim reſpondeat: ſimulque cernis non *Homines* hic *provocari*, quos utique ſatis *confutatos* dederat, ſed ipſum *Deum*, ſecundum inſtantias *Cap.* 9. & 13. & 23. factas.

Vſ. 36. Nil evidentius jam tranſitu, connexuque, quo ſibi tunc *Libellum accuſationum*, ſcilicet, *ex vita ante acta collectarum*, dicit *laudi* fore, & *decori ſplendidiſſimo.* Recte *Merc.* I. *illum librum mihi potius ornamento eſſe putarem, quam dedecori; quia ſcio ad innocentiam potius meam facturum, quam ad me condemnandum; quia nihil in eo afferri poſſet niſi meræ calumniæ.* Ad *ſupra humerum geſtarem* notat, *ut chara nobis geſtare ſolemus: id autem ad* Librum *potius quam ad* Hominem *cum nonnullis refero.* Reſpicit ſententiam *Jarchii* de qua mox. Tu obſerves velim ne *Librum* quidem *Hominis accuſatoris* nunc ſatis plenum, cumulatumque, ſenſum præbere; quando non qui ab *Hominibus*, ſed qui *a Deo* laudatur, vere *Juſtus* eſt. Idem *Vatablo*, *Junio*, *Druſio*, aliiſque, huc cum aliqua varietate inclinantibus, obſtat; nec patitur quoque, ut de *memoria*, vel *commentario certaminis* inter *Jobum* & *Amicos certati*, cogitetur; quorſum propendet Doct. *Crinſoz.* Longius defluxit Cl. *Schmid.* II. ſibi *plane alium ſenſum videri* profeſſus. Nempe, *dixerat* Noſter *ſe nunquam conatum tegere prævaricationes ſuas. Nunc ergo dicit, ſi a Deo, vel quovis alio, ſcripto Libello convinceretur peccati, etiam in hac cauſa ſuæ adflictionis, adeo ſe non tecturum peccatum hoc ſuum, ut potius publice geſtaturus eſſet Libellum convictionis, ut omnes agnoſcerent, quod ſuum errorem non negaret, nec publice confiteri erubeſceret.* Mira materia triumphi, *criminis convictum teneri.* Senſit vir Doctus, & colorare voluit, ita pergens. *Et licet alias domi ſedere ſolitus ſit præ pudore, hac tamen in cauſa, cujus controverſia publice innotuerit, ſe a publico non abſtenturum, ad probandam ingenuam confeſſionem, & docendum, quod convictionem pro beneficio haberet.* Hæc a *perſona Jobi*, & *a re* ipſa, planiſſume abludunt. Anſam errandi percipias ex iis, quæ *Vſ.* 33. 34. 35. diſcuſſa. Specioſius eſt, quod idem Vir Doct. in formula *Geſtare ſuper humero*, alluſum putet ad *ornamentum pectorale*, quale erat *Pontificis Max. Urim & Thummim geſtantis.* Non voluit credo rem, ſed exemplum. Coactiſſime *R. Salom.* III. adſ. in אשאנו retorquet ad *Adverſarium*, & in אענדנו ad *Librum*; hoc filo: *Sane ſuper humeros meos* illum *Adverſarium portarem*; atque *ejus Libello coronas meas circumligarem.* Eſt ſuaviludium *Rabbinis* relinquendum: nec tamen omnes illud amplexi. R. *Levi* certe ad *Libellum accuſationis* diſerte utrumque Colon applicat, calculum meritus omnium ferme, qui aliquid nominis habent inter Noſtros; in eo tantum diſſidentes, *Accuſationemne ab Homine ſcriptam* intelligant, an *ab ipſo Deo.* Poſterius hocce amplexus merito Cl. *Cocc.* IV. qui id demum *beatum* ait & *glorioſum ipſius Dei ſententia ac teſtimonio Juſtum declarari.* Phraſin *Tollere in humeros*, exponit *Geſtare in Ulnis*, & *tanquam* κειμήλιον *cuſtodire*; quin *oſtentationis gratia circumferre, ut qui ademta hoſtibus opima ſpolia, vexilla, imagines urbium ſubactarum, in triumpho transferunt.* Prius conjecturæ Cl. *Schmidii* non diſſimile: poſterius peræque ſpecioſum, & præſenti materiæ valde congruens. Mea ſuſpicio fert, alludi ad ritum priſcum, *ex humeris ſuſpendendi Gladium*; ſecun-

37 Numerum greſſuum indicabo Ei; ſicut Anteceſſor cum Eo congrediar. 38 Si

37 מספר צעדי אגידנו כמו נגיד אקרבנו׃ 38 אם־

cundum illud Poëtæ. *Tum lateri atque humeris Tegexum ſubligat enſem.* Expreſſum ad illud *Homer. Iliad.* 2.

Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον.

Humeris autem circumjecit gladium clavis argentatis diſtinctum.

Plura ad *Tac. Ann.* 1: 35. dabit *Lipſ.* nec non *Vitr.* ad *Eſaj.* 9: 4. ubi in *principatu humeris impoſito* non *onus* ſolum, ſed & *honos*, atque ejuſdem *inſignia*, ſpectantur. Apud *Arabes* ſolemnis in hanc rem formula قلده السيف *Enſem collo ejus ſuſpendit*, pro *principem conſtituit*: & تـقـلّـد السيف *e collo ſuſpenſum accepit gladium*: pro *inauguratus eſt princeps.* Præcipua autem *principatus inſignia* inter eos *Enſis* & *Corona*. Suſpicioni noſtræ favent ſequentia; ubi *principali* ſeſe *magnificentia inceſſurum* oſtendit, hoc *Libello* tanquam *Gladio*, & *Coronis*, exornatus. Plura non addo nunc. Miſerari autem ſubit torſiones *Meibomianas* V. qui homines ſat fatuos ſe inventurum ſperavit, qui ipſi crederent, non *ordinem* modo, ſed & *Lectionem* ipſam, ſic *corrigendam* in noſtro *Vſ.* אם לא אל שלחני אישאנו *An non ad menſam meam portabam Eum*, nempe *peregrinum* & *viatorem*: & an non *omnes coronas meas circumligabam illi*? Juſſerat pro commodiſſimo, & certiſſimo, ſcilicet, filo texendo, hunc *Vſ.* & ſeq. ſtare poſt *Vſ.* 32. in hunc ſenſum: *Tam hoſpitalem fuiſſe* Noſtrum, ut *Viatores laſſos ſuiſmet humeris ad menſam ſuam deportare ſolitus fuerit: iiſque coronas, quibus ipſe convivaturus utebatur, circumdare, ut & ciborum & odorum ſuavitate recrearentur.* Ex *Vſ.* ſeq. duo mirificentiſſima exſculpit Beneficia: primum, quod Jobus *peregrinis ſemitas, & compendia viarum digito ac verbis monſtraverit, quum eos dimitteret.* Alterum, *quod vix ducem ſe etiam iis dederit, ſi perplexa ea eſſit, nec verbis plane ediſſeri poſſet.* Si hæc a vigilante profecta, ego me dormitare fatebor. Cl. *Cler.* VI. nugas haſce ſerio increpans, & refutans; neſcio quo pacto tamen iiſdem ex parte implicitus hæſit. Et primo quidem nihil mutari permittens, nec in *Ordine*, nec in *Lectione*, ita commentatur, *Redit Jobus ad beneficia a ſe in alios collata, de quibus agere deſierat Vſ.* 32. *Itaque hæc intellexerim de* Viatore, *fame, ſiti, ac laſſitudine, defecto, quem curabat in tentorium ſuum deferri. Deſcribit autem rationem bajulandi hominis feſſi, quem in dorſum bajuli quiſpiam attollebat; atque ita ei vinciebat, ut feſſus manibus ſuis caput bajuli amplecteretur, ne ipſe vacillaret; adeoque frontem gerentis manibus quaſi* Corona, *vel* Diademate, *cingeret. Senſus eſt facilis & perſpicuus, adprimeque cum verbis conſentit.* Diſputat deinde contra eos qui ad *Libellum accuſationis* retulere &c. Aitque, *id procul quæſitum; nec exemplo ullo, vel ratione, firmari poſſe, ut Libellus humeris bajuletur, aut pro corona geſtetur.* Ubi ergo *Viator* alicui *impoſitus humeris*, pro *Corona ei* dicitur *alligatus*? Mitto alia, quibus vexare poſſem Virum Doctiſſ. Dimittere non licet quod ſubdit, *non neceſſe eſſe, ut hæc ad proxima referantur; ſtylum enim Dithyrambicum hujus Libri non pati, ut adcuratus ordo ſervetur.* Jam *Meibomio* ſubſcribere melius fuiſſet; ubi enim *Ordo* abeſt, omnia abſunt; nec quicquam certi teneri poteſt. At *proxime ſequentia arguunt de Viatore ſermonem eſſe.* Nempe, ſi vera *paraphraſis* hæc: *Alias an non indicavi peregrino, quot millenis paſſibus abeſſet a loco* &c. *eumque eo deduxi*? Hoc & a re, &, a ratione, abhorrere, quantumvis *Meibomio* hac in parte palma adjudicetur, & patuit, & mox dilucidius pateſcet.

Verſ. 37. Equidem fatendum, quod Cl. *Cler.* pro ſuo ſenſu urguet, *æſtuari* a *Doct. Interp.* Nam *Vulg.* I. non ſane commode, *per ſingulos gradus meos pronunciabo illum; & quaſi principi offeram eum.* Hoc quam varie exponatur a Doctoribus Latinis, & Pontificiis, cernere eſt apud *de Pined. Vavaſſ.* & præſertim *Bolduc.* LXX, toti alii, & alieni; quemadmodum fere in univerſo hoc Libro. Incommodius II. *Vatabl. Quæcunque feci, nar-*

rabo illi, qui paratus fuerit, audire me; & *tanquam* ad *Ducem acceſſero ad eum*; cum honore, & reverentia. Confer *Cajet. Tigur.* Ad hæc veſtigia *Merc.* III. *Tantum abeſt ut eum* Adverſarium *reſpuerem*, *ut etiam eum adjuvarem ad Libellum contra me conſcribendum*, *omnia mea acta illi ſigillatim enumerando.* Item, *admoverem eum tanquam principem mihi.* i. e. *ejus amicitiam ambirem* &c. Hæc non attingunt animoſitatem illam, qua nunc Noſter totus ardet. Longius ab ea deflectit IV. Cl. *Schmid.* commentatio, *Tantum abeſt*, *ut tegerem prævaricationes meas*, *ut potius omnes greſſus meos*, *in quibus peccatum eſſet*, *enumerarem*, *ingenue confitens*; *eumque mihi eligerem pro Ductore*, & *Doctore*, *qui ſua informatione mihi præiret*, *quomodo greſſus meos dirigere deberem.* Aliam ſibi *Perſonam* propoſuit Vir Doctus, quam nunc ſuſtinet *Jobus*, *in Oculis* ſuis *Juſtus*, & *ſemet præ ipſo Deo Juſtificans*, ut mox *Cap.* 32: 1. 2. ſubnectetur. Abit hinc etiam longiuſcule Doct. *Crinſoz.* V. *Exponerem Deo omnem meam vivendi rationem*, & ad *Eum tanquam* ad *Liberatorem meum accederem.* Simile reperio VI. apud Cl. *Cocc. Cognitori meo ſecundum legem gratiæ nihil diſſimularem eorum*, *quæ feci* & *ſcio*; & *quæ Deus ipſe oſtenderet*, *non abnegarem. Ut principem*, quo ſalus mea niteretur, *admoverem Eum*; *Deus enim militem ſuum curat*, & *eum ſalvum præſtat: eaque fiducia miles ipſum ſequitur.* Magis ad rem facit VII. quod *Cocc.* ſubjungat in verbo קֵרֵב eſſe *congreſſum judicialem*, reddatque, *ut princeps admoverem eum:* i. e. *magno animo*, *vultu non dejecto*, *ſed hilari*, *invitarem illum* Adverſarium meum, Deum, *ut mecum quaſi cognitorem adeat. Non fugerem*, *non ducerer reluctans*, *ſed ipſe ducerem* & *præcederem.* Hoc proxime accedit ad vehementiam *Adfectus*, cui frena nunc permiſit Noſter, cumulum, coronidemque ſimul, imponens omnibus iis ad quæ antea, non ſine exceſſu, evectum eum vidimus. Iſte *Adfectus* ſentietur VIII. ſi reddamus, *Numerum greſſuum meorum oſtendam*, vel *oſtenderem*, *illi*; *tanquam princeps ſtrenuus congrediar*, vel *congrederer cum eo.* Illa *monſtratio greſſuum* non pertinet ad *rationem vitæ anteactæ*; nam & ſatis ea in præced. demonſtrata; & צַעַד nunc altius quid poſcit. Scilicet ſæpe *greſſus magnifici* hac voce ſignantur; & ſpeciatim *greſſus animoſi*, *intrepide* in *prælium*, ac *congreſſum*, pergentis. Adi, quæ *Cap.* 18: 14. Id puto ſpectatum in priore membro. In poſteriore habemus ipſum *congreſſum* cum Adverſario, verbo קֵרֵב in *Pihel* expreſſum ſignificatione *intranſitiva*, quam ex *kal* in *Pihel* cum *intenſione* transfundi ſolemne. Quamvis ergo קֵרֵב ſæpe ſit *appropinquare fecit*, *admovit*; genius tamen Linguæ æque admittit *appropinquavit*; præſertim cum *mutuus congreſſus* deſignatur. נָגִיד *Princeps*; *Anteceſſor*, hic ſpeciatim *ſtrenui Pugnatoris* ac *Ductoris* vim exerere videtur; quam & *Arabes* agnoſcunt in نجيد *Fortis*, *Animoſus*; & per Excellentiam النجيد *Leo.* Ad hanc ſtructuram dederant & *Jun.* ac *Trem. Ut Anteceſſor appropinquarem ad illum*; *cauſæ meæ ſecurus.* Similiter *Ill. Patric. Appropinquarem ad illum tam intrepide quam princeps.* Confer *Munſt. Caſtal. Iſid. Clar.* Differunt tamen in eo, quod *Adverſarium* intelligant *Hominem*, non *Deum.* Nobiſcum ſtant Doct. *Belg.* & *Piſc.* niſi quod prius colon explicent de *Adverſario* illo *inſtruendo*, *eique omnem rationem vitæ exponendo.* Ego *gradum præliarem*, *animoſum*, *fortem*, *congreſſuri*, non dimittendum cenſerem. Si quis interim *Vitæ anteactæ rationem*, per *Syllepſin*, adjungere velit, non equidem refragabor; quando *intrepidum* illud, quod hic oſtendit Noſter, inde ortum; qua de cauſa quoque jam *Vſ.* 4. צְעָדִים *Greſſus ſuos* apud Deum *in numerato eſſe* dixerat: Vide jam minutum illud Cl. *Cler.* IX. *Numerum paſſuum meorum nunciavi illi* Viatori, & *inſtar ducis deduxi eum*, *donec propinquus eſſet.* Temperaſſet ſaltem addere, *Qui aliter hæc intelligunt*, *Vim verbis inferunt.* Conſimiliter *Meibom.* pronunciarat, *abſurdiſſima levitate*, & *nullo ſententiarum pondere* hæc ad *Adverſarium* fuiſſe *applicita.* Semet retorquent talia dicta, & illuc recidunt, unde imprudentiſſime ſunt jacta. Pro corollario habeatur X. *Bolduc.* mirificus luſus: *Libenter ad unamquamque pedum meorum progreſſionem coram omnibus edictabo* illum Libellum: & *tanquam Elogium glorioſum unicuique eum offeram legendum.* An-

38 Si ſuper me terra mea vociferata eſt, & pariter ſulci ejus fleverunt.

38 אם־עלי ארמתי תזעק ויחד תלמיה יבכיון׃

39 Si

39 אם־

ſam ei porrexit *Vulg.* item ad *Librum* hæc deflectens, ut *num.* I. *vidimus.* Si tantum *Judicio*, quantum *Ingenio*, & *Literatura*, polluiſſet Commentator ille, haud in poſtremis numerari meruiſſet: quemadmodum ne nunc quidem infimis eum accenſuerim.

Vſ. 38. Plus difficultatis in ultima hac *periodo*, quam prima frons offert. Circa *nexum*, in oculos incurrit cuivis, concinnius hæc inſeri potuiſſe ſuperiori catalogo; abrupto ad *Vſ.* 33. quem hic reſumi, & novo crimine augeri, minus circinatum cenſeri queat. *Cajetan.* I. ſtatuit, hanc *Pericopam* prius quidem a *Jobo* dictam, ſed *Scriptorem* Monumenti *Ordinem ſententiarum invertiſſe*, *quod indecens exiſtimaret*, *ut perſona lugubris*, *quamdiu adflictio duraret*, *finiret in lætis*; *ac proinde ſermonem terminatum in triſtibus execrationibus.* Hanc reſponſionem *argutam*, & *ſcenicam* vocans *de Pined.* II. illam ait *promiorem* & *ſolidiorem*, *quod quum Amici ſæpe illi objeciſſent tyrannidem & rapinam*, *ne non ſatis objectionibus illis feciſſe videretur*, *nunc ad rem iſtam*, *quæ Caput controverſiæ*, *confirmandam*, *cum novis execrationibus revertatur.* Addit, *vel quod cum jam rapinam plene a ſe repuliſſet*, *nunc novum criminis genus commemoret*, *videlicet nimiam cupiditatem diteſcendi ex ſuis poſſeſſionibus.* Ita ſemet deſtruit Vir Doctiſſ. & ad *divitiarum cupiditatem*, *Vſ.* 24. 25. nominatim remotam, languide recurrit. Acutiore cultello *Bold.* III. *Mallem ſimpliciter dicere hæc ſcriptorum incuria a proprio loco deciſa*, *vel relicta*, *huc irrepſiſſe*: *eorum vero ſedem propriam eſſe poſt Vſ.* 8. *qui de eadem materia eſt*: *ut revera cum coronis & hilaritate Jobus ſermonem ſuum terminaverit.* Hui ſaltum! Non tam longe reſilit *Meibom.* IV. qui tres hoſce verſiculos, *Vſ.* 33. ſubnectit, pergens deinde cum 34, atque in 35. *Caput* claudens frigide, & ſomniculoſe adeo, ut nihil hoc in genere ſomniculoſius, ſimulque confidentiæ plenius, in Orbem ſit protruſum. Cum illius larvis non eſt quod luctemur. Eas profligatas dedit Cl. *Cler.* cui V. ut minor cura *Ordinis*, *quem* negat *Orientales* unquam *ſervaſſe*, ita expeditior ratio, nam ait *Jobum a peregrinis ad populares ſuos tranſire*, *negando*, *ſe fructibus alieni agri uſum*, *niſi perſoluto pretio.* Quid de his ſentiamus, ſatis dictum. Aliquid copulæ dedit, vel captavit, *Munſt.* VI. *Confidenter accedam ad eum* Adverſarium *velut princeps*, *qui ſecurus de victoria ad bellum procedit*, *& enumerabo omnia opera mea*; *conſcius mihi*, *quod nemo* in terra, *etiam* agricolæ, *defraudati ſint mercede laborum ſuorum.* Non video multum placuiſſe, nam *Merc.* VII. itemque *Jun. Codurc. Piſc. Schmid.* contenti ſunt fere *generali* illo, *ad extremum removeri crimen fraudationis mercenariorum*, & *agricolarum*; atque in *imprecatione ad materiam accommodata finiri.* Vellem aliquid monuiſſent de ratione nodi noſtri commodius ſolvendi. Cl. *Cocc.* VIII eum ſic quadantenus declinat, quod noviſſime recenſeri ſtatuat *injuſtitiam omnem* a *vſ.* 35. ad finem uſque. Hanc *pericopam* ſic diſpeſcit, ut *a.* ponat *conteſtationem generalem*, *tanquam in peroratione Vſ.* 35. 36. 37. & *b. negationem injuſtitiæ.* Subnotat, *Conteſtationem illam cum ad omnia præcedentia referendam*, *tum in primis ad ultima.* Atqui hoc ipſum cardinem conſtituit difficultatis; quum mollius, & rotundius, *conteſtatio* illa pro *clauſula univerſali* potuiſſet ſubnecti. Quid, quod *Vſ.* 33. & 34. prout a nobis expliciti ſunt, cum iſta *Analyſi* minus adhuc conſiſtant, atque una cum 35. 36. 37. *coronidem efficere* debuiſſe videantur? Transponemuſne ergo? Temerarium id, refragantibus omnibus Verſionibus Veterum, æque ac Codicibus. Mihi non omnino diſpliceret IX. prima ſolutio *Pinedæ*, cum hac acceſſione; priora *crimina* magis *privatam* ſpectare *vitam*, & *perſonam Jobi*; hocce autem *publicam*; quod cum *tyrannide* & *oppreſſione publica* eſt conjunctum: & efficit *clamans peccatum*, *publicam* quoque *maledictionem Dei* in Tyranni caput depoſcens. Omnes phraſes pulchre in hunc ſenſum concinunt, quin interpretationes pleræque illuc ſponte inclinant. Nam primo, *Terra mea ſi clamat ſuper me*, per *proſopopœiam* exponitur, vel de *occupatione injuſta*,

39 אם־כחה אכלתי בלי־כסף ונפש בעליה הפחתי׃

40 תחת חטה יצא חוח ותחת־שערה באשה תמו דברי איוב׃

39 Si vim ejus comedi ſine argento; & animam Dominorum ejus feci crepare.

40 Pro Tritico exeat carduus; & pro hordeo labruſca. Finita ſunt verba Jobi.

juſta, *colonis veteribus migrare juſſis*: vel *de interverſa mercede operariorum*, *quos terris ſuis colendis adhibuerit*: quorſum *Merc. de Pined. Cocc.* reſpiciunt: vel de *exactionibus & concuſſionibus ſubditorum*: quorſum tendit *Schmid.* Poſtremum hocce vel maxime *publicum*; quando *Terra mea* non ſimpliciter ſignificabit *Jobi agros*, ſed *terram ditioni ejus ſubjectam*. Ita diſerte *Schmid.* intelligere jubet, *terram*, *in qua principatum gerebat*. Non diffiteor *Terram clamantem*, *ſulcos plorantes ob vires ſine reddito pretio conſumtas*; *animamque dominorum* i. e. *habitatorum terræ*, *crepantem*, ſic grandius traduci, quam in prioribus illis expoſitionibus; ſed officit imprecatio, *pro tritico exeat ſpina* &c. ubi Cl. *Schmid.* redire cogitur ad ſenſum aliorum, *agri mentiantur mihi*, *& pro bonis fructibus malos ferant*. Atqui par non eſt ut *ſpinas illas* &c. ab אדמתי *terra mea* ſejungamus. Minus adhuc par & verum, *ut Jobus a ſe oppreſſæ*, *& per tyrannidem exhauſtæ Terræ*, *ditionique*, *imprecaretur vaſtitatem*, quæ *ipſa adverſus eum clamans* inducitur, *fuſiſque* velut *ſulcatim lacrymis implorans opem*, & *vindictam*, *Numinis*. Acquieſcere proinde malim in alterutra, vel utraque potius ſententia *Merc.* ut clauſula noſtra ſic decurrat, *ſi cum vexatione & oppreſſione miſerorum*, *vel poſſedi terram meam*, *vel aravi*; *ita ut ipſa cum ſulcis ſuis plorare contra me cogeretur*; &c. *tum meis poſſeſſionibus*, *æterna vaſtitas*, *incumbat*; *ut ita cunctis appareat*, *Jobum fuiſſe importunum tyrannum*, & *raptorem*; *qui cum omnibus ſuis fortunis*, *& ampliſſimis latifundiis*, *de cœlo tangi*, *& fulmine maledictionis deflagrare*, *meruerit*. Habemus jam rationem, ſi calculi bene poſiti, cur *Ordinem* hunc voluerit Noſter; *privatis* nempe *publicum* tandem, & *cumulatiſſimum injuſtitiæ genus*, ſubnectens, in ejuſdem *cumulatiſſima* quoque *pœna* deſiturus: cujus *Literalis* adſpectus *ſublimiorem* quoque invitaret. Hoc quale ſit, mox indicabitur.

Verſ. 39. Paucula. *Terræ vires comediſſe ſine argento*, pretio, eſt, partim, *injuſte terras illas fertiles invaſiſſe*, *ſuiſque poſſeſſoribus eripuiſſe*: partim, *mercedes laborantium intercepiſſe* &c. Hanc geminatam vim admittit & poſterius, *feciſſe ut anima dominorum crepuerit*. Formulam illuſtratam reperies ad *Cap.* 11: 20. Apud *Arabes* نفخ & انتفخ non ſolum eſt *flavit*, *ſpiravit*, ut נפח, ſed etiam *inflatus* fuit, *intumuit*; itemque, *cum flatu crepuit*. Pulchra imago, ad *ſpem fruſtratam*, cum *moleſtia*, & *tædio*, inde *oriundo*, exprimendam. בעלי אדמה *Domini terræ*, quinam ſint, ambigitur. *Poſſeſſores* & *Colonos* intelligunt plerique. *Piſc. mercenarios.* Id contra naturam Linguæ eſſe exiſtimat Cl. *Schmid.* Non eſt; nam בעל *Dominus*, late patet, & *relationem*, omnem infert. Cl. *Cocc.* cum *poſſeſſoribus*, & *meſſoribus*, amplexus *pauperes*, & *peregrinos*, qui & ipſi בעלי *Domini terræ Jobi* vocentur, quatenus *jus* ipſis *ſuum* inde *competebat*. Citat בעלי טוב *Prov.* 3: 27. pro *Egenis*, *jus habentibus* videlicet *in bona noſtra*. Doctum: ſed non omnino neceſſarium. Redi ad *Vſ.* 16. 17. 19. 20. ubi iſta *Jura* jam *ſoluta*.

Verſ. 40. Graviſſima execratio. Luculenta ad eam *Paraphraſis de Pined.* *Si talia patravi*, *nunquam mihi ex labore meo fructum percipere detur*, *quin potius pro frumento proveniat in meis agris paliurus* &c. *& pro hordeo lolium*, *zizania*, *labruſca*, *atque omnis fœtida herba*: *tandemque pro ſuavibus fructibus nihil deinceps ex terra decerpam*, *quam id*, *quod mihi graviſſimi doloris aculeum infigere poſſit*. Ad eandem rationem omnes. Aliquid ſcrupuli ſenſit, & movit, *Bolduc.* notans *execrationem hanc*, ut & *ſuperiores*, *non ita capiendas*, *ac ſi tempore calamitatis prolatæ eſſent*, *ſed eas a Noſtro uſur-*

ſurpatas, *cum eſſet in proſperitate.* Vult nempe *Jobum* hic aperire, quid in florentiſſimis rebus & cogitarit, & dixerit, ſemper; ſecundum *Fœdus* illud, ejuſque *ſanctionem* in ſe ſuſceptam, *Vſ.* 1. Ad *Vſ.* 8. tetigimus iſtam opinionem, quam & *Nicet.* fovit: itemque *Nachmanides.* Credebant non convenire *Jobo jacenti*, *ſpoliato omnibus fortunis*, *deſperanti meliora*, & *nil niſi mortem anhelanti*, talia ſibi imprecari. Non erat, cur propterea violentior ille flexus fieret; ut *Vſ.* 8. vidimus. Hic obſervo, ſi ſtet quod *Vſ.* 38 39. ſecuti ſumus, *ultra mortem* quoque ſe *imprecationem* hanc extendere; atque complecti *æternam* Numinis *maledictionem*, quam *male a ſe poſſeſſis agris* velit *incubare*, ut *ſquale*, *ſcabre*, *illuvie*, & *vaſtitudine*, qualis eſt agri *Sodomæi*, omnibus ſeculis horrorem pariant, cum *deteſtatione* nominis *Jobæi*; quæ per *ſpinas*, & *putorem*, ſive *putrida ſemina* & *germina*, commode poteſt figurari. Sentis iterum, appoſitiſſime in hac ampliſſima Formula finem factum. Argutiuſculum videtur quod *Vatabl.* aliique *Finita ſunt verba Jobi* faciant *Clauſulam forenſem*, qua ſe *dixiſſe*, ſive *peroraſſe*, inſinuaret Noſter. Plerique a *Scriptore* adjectum putant; ſive is *Moſes*, ſive *Jobus* ipſe, ejuſve A manu. Alii ab *exſcriptore*, & *manu aliena*, velut *Explicit*, aſſutum cenſent. Ad hæc remoram nectere nil attinet. Quæſtio a *de Pined.* & *Bold.* copioſe ſatis diſcuſſa.

Ibid. Sunt adhuc duæ interpretationes hujus *Pericopæ*, quas plane intactas dimittere nequeo: quod inde anſa præbeatur ſenſui excellentiori, quem majore luce & gratia auctum, dies forte commendare poſſet. Prima eſt *Latinorum*, ut *Philip. Thom. Dionyſ. Lyran.* qui omnia explicant de *Terra avaris votis fatigata*, & *perpetuis ſationibus ita exhauſta*, ut *tanquam adverſus importunum Dominum clamare coacta fuerit.* Ita & *Meibom.* in *Spec.* 2. p. 5. *Nunquam terra mea clamorem ſuſtulit*, *ut avaritiam meam accuſaret*, *ut qui nimium eam exercendo effœtam redderem. Sivi eam interquieſcere*, *ut vires largiter ferendo exhauſtas recuperaret.* Languidus enimvero conſpectus, quem erectiorem facere liceat, ſi *avara illa vota Domini*, *uſque & uſque terram fatigantis*, *& imperata facere cogentis*, transferantur ad *vexationes* illas & *concuſſiones ſubjectorum*, quas ſupra a Cl. *Schmid.* intentas vidimus. Quid efficere videatur diximus: nec tamen negamus difficultatem poſſe reſolvi, ſi *imprecatio* non ad אדמתי *Terram Jobi*, ſed ad *Perſonam* ejus referatur, cum omni *ope*, *re*, *ſpe*, *præſenti*, & *futura*, ut ſe dignum pronunciet, qui *maledictione horrenda* Dei *extirpatus*, omnibus ſeculis *fœteat*, atque *horrori ſit.* Alteram expoſitionem plane contrariam *Ibid.* p. 6. ſubnexuit *Meib. Non compuli Terram meam clamare adverſum me*, *quod non ſatis coleretur*, *agricolationemque ei inviderem.* In ea deducenda ita ἀλληγορεῖ, ut qui ſomno forte indigeat, ad hanc κλίνην accedere poſſit. Dignius dediſſet *neglectum cultum Religionis*, & *Agricolationem Eccleſiæ remiſſam*, atque *abjectam.* Hoc adſpectu *Gloſſ. Ordin. Omnis qui jura regiminis in commiſſis fidelibus obtinet*, *quid aliud quam terram colendam tenet?* Subtilius additur, *Terram* eſſe *rudiores*; & *ſulcos*, *peritiores* & *perfectos* : qui *clamare* & *flere* dicantur, quum vis eorum *abſque pecunia comeditur*; id eſt, *non redditur iis ſpirituale verbum admonitionis.* Quando optet *Jobus* pro *frumento*, & *gaudiis cæleſtibus*, *auferre ſpinas æterni cruciatus* & *doloris.* Hæc non omnino incondita: neque ex illo genere *Allegorico*, quod *palea* levius. Nota *Parabola* Euangelica. Notum γεώργιον θεοῦ 1 *Cor.* 3: 9. Ferrem hunc ſenſum, ſi quis eum clauſulæ aptiorem contenderet: attamen alterum illum, quem præcedens nota ſiſtit, longe præferrem.

CAPUT TRICESIMUM SECUNDUM.

Verſ. 1. וַיִּשְׁבְּתוּ שְׁלֹשֶׁת הָאֲנָשִׁים הָאֵלֶּה מֵעֲנוֹת אֶת־אִיּוֹב כִּי הוּא צַדִּיק בְּעֵינָיו׃
2 וַיִּחַר אַף אֱלִיהוּא בֶן־בַּרַכְאֵל הַבּוּזִי מִמִּשְׁפַּחַת רָם בְּאִיּוֹב חָרָה אַפּוֹ עַל־צַדְּקוֹ נַפְשׁוֹ מֵאֱלֹהִים׃
3 וּבִשְׁלֹשֶׁת

Verſ. 1. ET ceſſaverunt Tres viri illi reſpondere Jobo; quod Juſtus eſſet in Oculis ſuis.
2 Exarſitque naſus Elihu, filii Barachelis, Buzitæ, e familia Ram: in Jobum exarſit naſus ejus, quod juſtum feciſſet ſemet præ Deo.
3 Et

Verſ. 1. Perorata cauſa, viciſſe ſibi videbatur *Jobus*, atque cenſorum, criminatorumque, ora obturaſſe. Qui tamen *modum* in ſe defenſando *exceſſerat*, atque æſtu diſputationis evectus, talia ore emiſerat, quæ non procul a contumacia & arrogantia adverſus Deum abeſſe credebantur; novum merito Antagoniſtam experitur, qui verioribus, & gravioribus armis, nimios ejus ſpiritus quodammodo comprimat, eumque in ordinem cogere incipiat. Hic ergo tertius Libri noſtri Actus quatuor decurrit ſermonibus, ab *Arbitro* quaſi totius controverſiæ habitis; qui in medium procedens hinc Tres viros caſtigat, quod ſtatum controverſiæ imprudenter confudiſſent; eamque deinde totam parum fortiter abjeciſſent: illinc *Jobum*, ob ſilentia Amicorum victoris animos ſumentem prudentius ſane, & æquius, confutare, eumque ſuis quaſi telis configere aggreditur: non criminationes injuſtiſſimas in eum jaciendo, ſed ſua ipſi verba reddendo, ex iiſque ſubtiliſſimam convictionem texendo.

Ibid. Tranſitio, qua nova ſcena aperitur, nil habet impediti. Non aſſentimur iis, qui Amicos ideo ſiluiſſe cenſent, quod jam tandem Viri virtutem & innocentiam temere a ſe laceſſitam agnoſcerent. Contrarium innuit textus, qui dicit eos *ceſſaſſe a reſpondendo*, *eo quod juſtus eſſet in oculis ſuis:* quod judicarent hominem *qui ſub Oculis ipſius Dei ſibi juſtitiam perfectam arrogarat*, *contumaciorem* eſſe *quam ut* ullis rationibus, convictionibuſque, *locum dare* poſſet. Dupliciter in eo peccatum a Triumviris. Primo enim non *abſolutam* ſibi *juſtitiam* arrogaverat Noſter, ab omni omnino labe intactam; ſed illam tantum ſibi vindicarat quam cenſores immites ei toties detraxerant; *Hypocriſin*, *injuſtitiam*, & *impietatem*, ei impingendo. Secundo miſſis illis cenſuris ſuperbis, & judiciis temerariis, Viroque *Innocentia* ac *Juſtitia* ſua relicta, oſtendere debuiſſent, Deum religioſiſſimos ſui cultores nonnunquam Auri inſtar in fornacem immittere, ut puriores defæcatioreſque inde exeant; atque in *calamitatibus*, & *plagis*, vel *graviſſimis*, non eſſe *indicium odii Divini*; quippe quæ ex *paterno* etiam *adfectu* ſæpe infligantur ad correctionem, ulterioremque expurgationem. Hæc duo enotanda duxi, quod ad ea, ex parte, ſermones ſuos direxerit *Elihu*; quodque hinc dignoſci debeat, ubi boni Correctoris munus impleverit; & ubi contra inde deflexiſſe reperiatur.

Verſ. 2. De Perſona *Elihu*, ejuſque *proſapia*, *patria*, *acceſſione ad* huncce acerrimum *congreſſum*, *indole*, *diſputandi ratione*, aliiſque circumſtantiis, magnæ exiſtunt, longæque, quæſtiones. Eas in præſenti ne attingere quidem vacat. Verbulum tantum monendum de cauſa quæ *bilem in naſum concitaverit Elihuo*; quod nempe *Jobus ſemet Juſtiorem Deo feciſſet.* Non ſane *abſolute*; ſed *comparate*; in præſenti cauſa, ſive in *calamitatibus* ſibi *inflictis*, quas *innocentiſſimo*, & *immerentiſſimo*, obvenire contra *æquitatis* & *juſtitiæ* rationes, contenderat. Habes illud durum, crudumque, quod merito *Elihuum* offendit; atque in arenam deſcendere coëgit. Revera tamen & ip-

3 Et in tres ſocios ejus exarſit naſus ipſius, propterea quod non invenerant reſponſum, quo Jobum condemnarent.

4 Et

3 ובשלשת רעיו חרה אפו על אשר לא־מצאו מענה וירשיעו את־איוב׃

4 ואליהו

ipſe quoque in hoc *fundamento actionis ſuæ* adverſus *Jobum*, magis *verba* captaſſe, & gravaſſe, deprehendetur, quam juxta *genuinam* Viri Sanctiſſimi *mentem*, *caſtamque intentionem*, argumenta ſua direxiſſe.

Verſ. 3. Poſterius Colon non ſatis expeditum. R. *Levi* I. duriſſime reddit, *& ad impietatem adduxerant Jobum* i. e. *eum illuc adegerant, ut blaſphema & impia jactaret.* להטיח דברים כנגד השם. Durior, & incoctior II. תקון סופרים *Correctio Scribarum*, quam *Maſora* indicat in vocabulo איוב pro אלוה ſubſtituto, ad evitandum κακόφημον: quaſi *Treſviri Deum condemnaſſe incuſarentur*; eo quod *paſſi eſſent Jobum ſe Deo juſtiorem facere*; *eique ſolidiore reſponſo os non obſtruxiſſent.* Videlis *Merc. Codurc. Cocc.* de hac miniatula cera, & *criſi ſubtiliore*; cujus aliud ſpecimen tactum a nobis ſupra *Cap.* 7: 20. unde totum hoc genus cognoſcere dabitur. Arguit interim hæc notula, Veteres Rabbinos *Elihuum* habuiſſe pro *gravi*, & *vehementi adverſario Jobi*, qui *Deum ipſum condemnari* cenſeret, *ni Jobus condemnaretur*, *& impietatis convinceretur.* In contrariam fere, & mitiorem, partem, a Noſtris deſcenſum, qui ex h. l. colligunt *Elihuum* indigne tuliſſe, quod *improbis* vel *apertis*, vel *occultis*, *accenſitus* fuiſſet *temere* Vir *innocentiſſimus*. In hunc ſenſum III. reddi ſolet, *in Treſviros exarſit naſus ejus, quod nullum invenientes reſponſum tamen Jobum condemnaſſent.* Ad eam formam plenius adhuc *Vulgat. Eo quod non inveniſſent reſponſionem rationabilem, ſed tantummodo condemnaſſent Jobum.* Huc tendunt LXX. *Chald. Ab. Eſra*: nec *R. Levi* alienus; hanc quoque interpretationem ſubjiciens. Attamen trivium quoddam cerno eorum, qui hanc vertendi rationem ſecuti. Sunt. 1. qui *Elihuum* de *Jobi virtute* & *probitate* nullum dubitaſſe ſtatuant. Alii 2. volunt eum *ambiguum*, & ſuſpenſum, hæſiſſe; ideoque ejus orationem nec collaudatam a Deo, nec reprehenſam. Denique 3. ſunt qui Quartum huncce Cenſorem in eadem cum Treſviris ſententia fuiſſe contendant; in quibus propterea tantum reprehendat, *quod Jobum improbum pronunciaſſent abſque convictione*; quum ſi aliam diſputandi methodum tenuiſſent, *eum* ex facili *convincere valuiſſent.* Diſerte huc concedit *Erud. de Pined. Ego exiſtimo in eodem omnino cardine volvi huncce, quo ceteros Amicos; neque eadem tantum, ſed graviora etiam ſcelera Jobo tribuere.* Recenſet dein ex *Cap.* 34: 8. *negatam providentiam.* Ex *Cap.* 34: *vſ.* 17. 22. 27. & 35: 10. 13. 14. *Tyrannidem & Apoſtaſiam a Dei cultu.* Ex *Cap.* 34: 30. & 36: 13. *hypocriſin.* Item *blaſphemiam Cap.* 34: 37. & 36: 9. 10. Ibidemque *Vſ.* 18. *crudelitatem & corruptionem per munera.* Hæc tamen omnia nec quadrant; nec ſtringunt; ad ipſam *Hypotheſin* firmandam. Meo judicio media ſententia tutiſſima; nam ut illa mollior, ita hæc aſperior, quam diſputationes *Elihui* poſtulant. Ad eam *mediam*, & *ambiguam*, *ſententiam*, accommodari ſe patitur Verſio recepta, *Et tamen condemnaſſent* &c. quia nempe nolebat *Jobum* pro *improbo* haberi ob ſola *Judicia Dei*; niſi aliunde convinceretur officii non neglecti, ſed deſerti penitus, atque abjecti, per contumaciam illam diſputandi cum Deo; quam utique inficias ire non poſſet. Hoc Diſputatorem huncce novum egiſſe, atque huc tela ejus directa, omnia ejus ratiocinia, ſubtiliſſime ex ipſis *Jobi* verbis ſubſumta, arguunt. Pro hoc autem ſcopo Viri magis IV. quadraverit hæc facies loci, *Quod non inveniſſent reſponſum*, *&* non *improbum peregiſſent Jobum.* Hanc repetitionem *partic. negat.* adhibuit *Hebræus* apud *Cajetan.* quam miror non placuiſſe *Pinedæ*, ejus plane indigo; miror quoque ab aliis ne tactam quidem, quum ratio conſtructionis eam videatur invitare, æque ac *Vſ.* 9. hujus *Cap.* ubi omnes לא *non*, ad poſterius colon quoque pertinere conſciſcunt. Ad eam normam, *Quod non invenirent reſponſum ac reum peragerent Jobum*, ſatis limpide fluit; at-

4 ואליהו חכה את־איוב בדברים
כי זקנים־המה ממנו לימים :
5 וירא אליהוא כי אין מענה בפי
שלשת האנשים ויחר אפו :
6 ויען אליהוא בן־ברכאל הבוזי
ויאמר צעיר אני לימים ואתם ישישים
על־כן זחלתי ואירא מחות דעי
אתכם :

7 אמרתי

4 Et Elihu expectarat Jobum in ſermonibus: quia ſenes illi præ ipſo quod ad dies.
5 At quum videret Elihu nullum eſſe reſponſum in ore Trium virorum; tum vero exarſit naſus ejus.
6 Reſponditque Elihu filius Barachelis, Buzita, & dixit; Equidem parvus ſum ætate; vos autem grandævi; propterea ſubduxi me, & timui indicare ſcire meum vobiſcum.

7 Di-

atque iſtud & *tamen* miſſum facere ſuadet. Talem continuationem reperies *Eſaj*. 42: 8. *Jer*. 10: 20. Sed en V. fortius, veriuſque; *Quod non invenirent reſponſum*, *quo reum peragerent Jobum*; vel *ita ut condemnarent*. Hanc vim *illationis* centenis in locis exerit ו, ut ne minimus quidem ſcrupulus hinc exiſtere queat, ſi ſeries illuc feratur. Atqui fertur, nam *Zelus*, in quem diſertim adverſus *Jobum* ſeſe *juſtificantem præ Deo efferbuiſſe* dicitur *Elihuus*, exigit, *Jobum injuſtitiæ*, & *improbitatis*, in hac ſaltem cauſa, revinci. Sic הרשיע uſu *Judiciali* pro *ſontem facere*, *reum peragere*, *condemnare*, ſupra *Cap*. 9: 20. & infra 34: 17.

Verſ. 4. Commendatur *inſignis* Viri juvenis *verecundia*, & *modeſtia*, in conflictu hocce ſeniorum non interrumpendo; quantumvis orationes ultro citroque habitas improbaret; atque intus præ dolore & ira æſtuaret, quod hinc *Jobus* omnia ſibi arrogaret, illinc Amici eidem omnia detraherent, atque in univerſum ab omnibus graviſſime in juſtas leges aggrediendi, & refellendi, peccaretur. Prænobilis *character*, qui vel ſolus ei ingens pretium adſtituit, atque arguit pluſquam virilia ſapientem. Ad rem, quod Cl. *Cocc*. notet חכה eſſe *perſeveranter expectavit*, ut *Cap*. 3: 20. Transfer huc imaginem ex *Origine* expromtam, nihilque venuſtius fatebere ad *longa* illa *ſilentia*, quæ ſibimet *imperare* valuit, expingenda.

Verſ. 5. Confirmatur hinc expoſitio ad *Vſ*. 3. data. Ni id intentum, habit quod denuo ſubnectitur, *bilem Elihuo concitam*, quod *Triumvirorum in ore nullum* eſſet *reſponſum*. Cur iraſceretur *ceſſantibus ob injuria Jobo inferenda*, ſi *eum* plane *innocentem* eſſe credidit? Indignatur ergo quod non meliore methodo uſi fuerint ad *Jobum* condemnandum; atque omnino exiſtimavit, tum a *Jobo* graviſſime peccatum in acerrimis illis contentionibus cum Deo, tum ab Amicis cauſam Dei proditam, quod ad ſilentium ſe redigi paſſi eſſent ab eo, quem ſuismet verbis, & telis, jugulare, atque hac ſaltem in cauſa palam reum peragere potuiſſent.

Verſ. 6. Rectiſſime annotatum, τὸ ענה *Reſpondit* inferre *initium*, addo *profuſiorem impetum*, quo *in ſermonem prorumpitur*. Ad rarius verbum זחל jam *Ab*. *Eſra* lucem *Linguæ Arabicæ* attulerat; auctam a *Grot*. *Hotting*. *Boch*. *Pocok*. *Crom*. qui produxerunt زحل *moras nexuit*, *cunctatus fuit*; *retroceſſit*. Non ſperno tamen, quod ex *Chald*. *Dial*. prolatum a *Rambane*, itemque *Grot*. aliiſque, ubi דחל eſt *timuit*. Sciendum interim hanc ipſam notionem eſſe ſecundariam, vel a *retrocedendo* زحل; unde tamen זחלי ארץ *ſerpentes* non adeo commode procedunt; vel a سحل *ſubduxit ſe*, *latitavit in cavo*; quod in *Clav*. *Dial*. p. 224. tactum. Eleganter a Cl. *Cocc*. collatum κρυπτάδια.

 Verſ. 7.

7 Dicebam, dies loquentur; & multitudo annorum ſolidam oſtendent Sapientiam.
8 At Profecto Spiritus eſt in homine, & Flatus omnipotentis, qui intelligentes faciat eos.
9 Non magni ſolide ſapiunt; aut ſenes intelligunt Judicium.
10 Prop-

7 אמרתי ימים ידברו ורב שנים יוריעו חכמה :
8 אכן רוח־היא באנוש ונשמת שדי תבינם :
9 לא־רבים יחכמו וזקנים יבינו משפט :
10 לכן

Verſ. 7. Illuſtri figura *Dies*, & *multitudo annorum*, adhibentur vel pro *ætate provectis* & *grandævis*; vel pro *Experientia*, & *Auctoritate*, quæ *Senibus* fere *comitari* ſolent. Poſterius hoc *Coccejo* placitum, atque a *Schmid.* comprobatum, palmam ferre videtur. Languidiuſcule Cl. *Cler. Longæva vita docebit eos quidem, quid Jobo reſpondendum ſit.* Erectius, *Dies loquentur*, i. e. *Experientia diſſeret de tam arduis, non ego rerum imperitus* &c. Forte animoſius adhuc fuerit, *Dies loquuntor* &c. Sentis *ſeniet* quaſi *refrænantem Elihuum*, *ab impetu illo*, quo ſæpiuſcule inter has diſputationes *ſe tentatum* innuit; ad Cauſam Dei contra *Jobum* prudentius ſuſcipiendam, quam ab Amicis fiebat.

Verſ. 8. Quæſitiori conſtructione I. *Vatabl. profecto Spiritus eſt in homine*; i. e. *nemo non particeps eſt Spiritus, & donorum; ſed inſpiratio ſola Dei reddit intelligentes homines.* Hoc voluiſſe videtur Doct. *Crinſoz.* quoque. Alii II. languidius, *Spiritus* quidem *vitæ omnibus communis, ſed ſapientia a ſolo Deo.* Æque frigidum III. *Profecto Spiritus* rationalis *in homine, & flatus Omnipotentis facit eos intelligere:* ut *flatus Omnipotentis* idem ſignet cum *ſpiritu rationali*, quem Deus homini ſufflavit. Ne quidem ſatis vividam IV. quod de Ἐυφυΐᾳ quadam, & *recta educatione* ac *inſtitutione* adfert Cl. *Cler.* Ut nec V. quod de *Spiritu concitatiore*, & *alacriore ad aliquid feliciter dicendum*, primo loco propoſuit *de Pined.* niſi reducatur ad illam magis *ſpiritualem* rationem, quam indicat VI. *Cocc.* intelligi poſſe per *Spiritum in homine*, quendam *motum inſpiratum*, non *naturaliter inſitum*; cujus *cauſa* mox *Flatui Omnipotentis*, ſive *Sp. S.* aſſignetur. Cl. *Schmid.* VII. id ſatisfacere non poſſe autumat, ipſum *Spiritum Sanctum* voce רוח quoque deſignari contendens. Lubenter ſuum cuique placere patimur. Mihi non diſplicet ſubtilior quidem, ſed appoſitiſſima, heic loci, diſtinctio inter *effectum*, & *cauſam*; nec probare poſſum inſertiones languidulas Cl. *Schmid. Verumenimvero Spiritus* Dei *eſt in homine* humili; *& ſpiraculum Omnipotentis intelligere facit eos.* Omnino ſic ſtruendum, *Profecto Spiritus illud in homine*, nempe τὸ דבר *Deo digna verba proloqui*; *& Flatus Omnipotentis facit eos intelligentes.* Sentis ſtructura ſic capta רוח *Spiritum* omnino eſſe *motum diviniorem mentis colluſtratæ a Sp. S. ad veritates recte intuendas, promendas, deducendas.* Non intelligo *adflatum motumque Propheticum*; ſed *ordinarium effectum Spiritus illuminantis*; ſine cujus influxu negat *Elihuus* de rebus Divinis vel ſentiri, vel diſputari, recte poſſe. Pulcherrimum effatum; quo Viri *Theologiam*, ſimulque *Indolem*, propius cognoſcere datur.

Verſ. 9. Non jam nimis arrogans dictum, *Seniores* illos feriens, *Non Magni ſapiunt, ac grandævi intelligunt judicium.* Particula negans ſine ullo periculo confuſionis omiſſa in altero membro: ut *Eſaj.* 42: 8. &c. רבים *Vulgato* ſunt *Longævi*; citra exemplum. Aliis *Honorati*. Nonnullis *Magiſtri*, *Doctores*. Plurimis *Magni*, i. e. *Auctoritate* & *Doctrinæ opinione celebres.* Minus nunc commodum, quod Cl. *Schmid.* ex inſertione qua *Vſ. præced.* uſus fuit, ſubſumat *Magnos*, & *ſenes*, *debita humilitate deſtitutos, nimiumque ſibi confidentes.* Animoſior eſt ſententia; qua inſinuatur, *Lumen Veritatis*, quo Deus mentes colluſtrat, non eſſe *annis alligatum*; & ſæpe, ſic volente Deo, *juvenem* de rebus Divinis pe-

10 לכן אמרתי שמעה־לי אחוה דעי אף־אני :

11 הן הוחלתי לדבריכם אזין עד־תבונותיכם עד־תחקרון מלין :

12 ועדיכם אתבונן והנה אין לאיוב מוכיח עונה אמריו מכם :

13 פן־

10 Propterea dico, auſculta mihi; indicabo ſcire meum etiam Ego.

11 Ecce lentavi moras ad verba veſtra; aurem præbui uſque ad intelligentias veſtras; uſque dum ſermones ſubtilius ſcrutaremini.

12 Et uſque ad vos cunctabundus ſpectavi: & ecce, nullus Jobum convincens; reſpondens dictis ejus e vobis.

13 Ne

peritius, & ſolidius, diſſertare, quam *grandævos.*

Verſ. 10. Paululum ſcrupuli ad illud *Auſculta mihi.* Sentias ex *Merc. Ad Jobum ſpeciatim, vel eſt ſing. pro plur.* Ita ſane *Vulg.* LXX. &c. Suſpicabar, dari poſſe, *Audientia mihi ſit.* Ita *Arabes* abſolute سمعا اليّ *Semaa ileia, Detur mihi audientia; attendatur.* Non multum tamen refragarer ſi *Jobum* ſolum nunc compellari ſtatuas; mox verſu ſeq. converſione facta ad Amicos, totumque dein confeſſum, donec eadem hac compellatione ad *Jobum* redeatur *Cap.* 33: 1. *Indicabo ſcire meum*, ſatis prudenter & modeſte dictum. Structura ſimilis illi, *uſque adeone ſcire tuum nihil eſt &c?* דעה, דעת, דע, ſunt *formæ infinitivæ.*

Verſ. 11. Exquiſitæ phraſes. הוחלתי *expectavi*, ſecundum *Originem* infert *lentiſſimam patientiam.* Perpulchre, *Aures adhibui* עד *uſque ad intelligentias veſtras.* i. e. *uſque dum omnem vim ingenii, & intelligentiæ veſtræ, explicaſſetis, atque in aciem eduxiſſetis.* Minus commodum, *uſque dum libuit vobis animum huic cauſæ intendere* :·vel &, *Non tantum quid diceretis, ſed etiam quid dictum velletis, attenta aure excepi.* Hinc anſa data Lectioni תכונתיכם *Apparatus, Argumenta,* qua non indigemus. Conſimili gratia & emphaſi additum, *uſque dum ſcrutati eſſetis ſermones*, i. e. *omnia quam exactiſſime ventilaſſetis; adeo ut nihil amplius inter vos diſcuti poſſe appareret.* Habes ſimul nexum, quem non ſatis adſtringit *Merc.* quum *attentionem* ait *ab æquo conciliari, quatenus par ſit ut patienter audiatur, qui eos patientiſſime audiverat.* Plus intenditur: *nihil* nempe *ab Amicis effectum ad Jobi convictionem; ac proinde ſibi neceſſitatem incumbere loquendi, ad Dei cauſam defendendam.* Confer *Cocc. Schmid. Patric.*

Verſ. 12. Iterum lectior phraſis, *Et uſque ad vos conſiderabundus fui.* Exponitur a *Merc.* aliiſque, *attentiſſime perpendi vos, & omnia dicta veſtra, alio mentem non deflectens.* Recte: ſed hoc eſſet potius אליכם. Cl. *Cler.* ſuſpicatur legendum עליכם. Nil facilius illa arte *Critica.* Quid ergo עד? *Schmid.* adfert, *Non tantum in verbis veſtris hæſi, ſed ad vos ipſos etiam perrexi attendendo animum.* Neſcio quid ſit, niſi forte illud *Cocceji, & uſque ad vos intellexi.* i. e. *aſſecutus ſum attentione illa mea, ut veſtra quoque mens mihi clariſſime perſpecta foret.* Paulo liberius *Crinſoz. Examinavi itaque vos, ſed ut video, nemo eſt qui* &c. Præivere *Jun.* & *Trem.* Acute Cl. *Guſſ.* in עדה p. 584. *attentione ſua aſſurgere conari eouſque*, vel *captum ſuum exporrigere ad* &c. quod & *Vſ.* præc. aptat. Exiſtimarem עד eadem Emphaſi auctum, qua *Vſ.* 11. *uſque ad vos*, pro *uſque dum vos diſputaretis, atque aliquid dicendum haberetis.* Ita fere *Vulgat.* Hoc adſpectu אתבונן non tantum eſt *attentus fui*, vel *intellexi*; ſed etiam *conſiderabundus extiti, quorſum tandem hæc evaderent.* Indicatum jam

 in

13 Ne forte dicatis, invenimus ſapientiam; Deus excutiet eum, non Vir.

14 Non enim inſtruxit adverſus me ſermones; & dictis veſtris non refutabo illum.

15 Con-

13 פן־תאמרו מצאנו חכמה אל ידפנו לא־איש׃

14 ולא־ערך אלי מלין ובאמריכם לא אשיבנו׃

15 חתו

in primitiolis. Redi ad *Cap.* 23: 15. & 30: 20. In verbo ענה obſerves *Reſponſionem quæ ſatisfaciat*, & *confutet*. Vide ad *Cap.* 5: 1. & alibi.

Verſ. 13. Verba lucent; ſenſus nexuſque in obſcuro. Languet I. *Caſtal.* illud, quod & *Vatabl.* habet, *ſapientius nobis viſum, non amplius oratione noſtra vexare Jobum; quum ſatis a Deo prematur.* Minus etiam viget II. quod *de Pined.* affert *de Amicis jam dubiis*, & *ſapientius fore judicantibus*, *ſi cauſam ancipitem ſoli Deo relinquerent.* Fortius III. quod addit, *contra hominem contumacem non eſt quod amplius diſputemus: Deo, Judici ſuo, Eum tradimus convincendum.* Huc *Codurc. Cocc. Patric. Crinſoz. Cler.* concedunt. *Merc.* IV. ſatis commode, *Attigimus id quod res eſt; controverſiæ cardinem aſſecuti ſumus; atque Jobum convicimus: ut neceſſe non ſit ulterius ipſum urgere; quum Deus ipſe atrociſſimis ſuis plagis eum urgens, & exagitans, improbum eum declaret.* Ita fere *Doct. Piſc. Belg.* & plerique Latini *Thom. Lyran.* &c. &c. Non eſt *imperfectus ſenſus*, ut cenſet Cl. *Schmid.* quum Amici, ut ſolent ferè *victi*, *victoriam* tamen a ſe reportatam, mordicus contenderint, eamque nutu, geſtu, omni ſigno, videantur præ ſe tuliſſe. Hanc laureolam ipſis ergo adimens *Elihuus*, non male ad ſuperiora annexuiſſet, *Declaro nihil a vobis actum, nedum evictum, ne forte vos victores diſcedere dicatis; Deo ipſo a veſtris partibus ſtante.* In hunc ſenſum V. cumulatius exiret, *Invenimus ſapientiam: Deus eum excuſſit non homo* In cauſa hac excutienda, & decidenda, divinis uſi ſumus armis; ac proinde & *veritas*, & *victoria*, noſtra: quamvis *Jobus* præ contumacia id agnoſcere nolit. Diverſiſſimo adſpectu *Schmid.* VI. *novam* Exordii *partem* hanc ponit, *in qua Elihu profiteatur principium, ex quo cum Jobo acturus ſit, quæ ſit Sapientia Divina, non humana; ſecundum quam Amici egerint* &c. &c. q. d. *In mea diſputatione non utar ratione, & ſapientia humana, ut vos, ſed Divina; atque ab hac me duci patiar.* Vix videtur tale, in quo quieſci queat; nam & Amici *Sapientiam Divinam* utique profeſſi fuerant, atque non tam ex *Ratione*, quam ex *Revelatione*, & *Oraculis*, ſuum *Syſtema* adſtruxerant. In eo nihil aliud deſideres; quam quod *malis* ſemper *male*, & *bonis bene* eſſe, *etiam in præſenti ſeculo*, contenderent: atque inde *Jobum* pro *Improbo* habendum concluſiſſent. Favet tamen *Schmidio Vſ.* ſeq. *Nold.* VII. in *Conc. Part.* ſub פן vertendum autumat, *Forte dicetis, invenimus ſapientiam* &c. Parum juvat; quin officit connexioni. Ad *Schmidii* ſententiam obmotis ſcrupulis levandam VIII. notetur, *Vſ.* 7. 8. 9. *Sapientiam* illam *veram*, qua *cauſa* hæcce tractari debuiſſet, Amicis fuiſſe detractam. Nempe requirebat in iis *Æquitatem* ſimul, ſimul *prudentiam*; quod ulterius progreſſi fuiſſent, quam par erat; quodque plus ſemel ſe *irritatos*, quin *iratos* oſtendiſſent. Ergo *verba* quæ protulerant non *Dei*, ſed *hominum commotorum*, & ex *adfectu loquentium*, fuerant. Jam vero in hac Cauſa cognoſcenda, & excutienda, *homo* penitus *exui*, omniſque *adfectus deponi* debuiſſet. Hinc ſatis ſubtiliter nunc inferretur, *Non eſſe quod Sapientiam ſe promſiſſe opinarentur; quippe qui nimium quantum Viros ſe præſtare voluerant, ac propterea Declamatores egerant verius, & iratos Adverſarios; quam manſuetos, & æquos, arbitros.* Pulcherrime ſic inſinuaretur, *Jobum non torrente verborum fuiſſe obruendum more declamatorio; ſed ſedata, & manſueta, Oratione, Lucem veritatis, & revictionis, ei fuiſſe admovendam; ut ita revera Deum cauſam hanc excuſſiſſe, non Virum, liquido conſtaret.* Conferri velim *Jacob.* 3: 17. Agnoſcas & hinc

15 חתו לא־ענו עוד העתיקו
מהם מלים :

16 והוחלתי כי־לא ידברו כי
עמדו לא־ענו עוד :

17 אענה

15 Conſternati ſunt, non reſpondent amplius; demigrarunt ab illis ſermones.

16 Lentus hæreo itaque quod non loquantur; quod ſtent; non reſpondeant amplius.

17 Reſ-

hinc illuſtrem *Juvenis* characterem, gravitate & modeſtia temperatum.

Verſ. 14. Nimis argutum I. quod *R. Salom.* ex *Kabbala* elicit, *Heu quod non in me direxerit verba ſua, non ſane dictis veſtris ei reſpondiſſem.* Cernis tamen, quod ſenſui noviſſime poſito ſuccinat amice. Eidem peraccommodatum quoque hocce *Merc.* II. *Benevolentiam & attentionem ſibi conciliat ex eo quod ſermonem ſuſcipiat non provocatus, aut irritatus; ut ſæpe homines tunc fiunt aſperiores, & contumelioſiores, prout Socii eo ipſo aſperiores fuerant.* Quadrare negat *Schmid.* III. aliovorſum ablatus, *quaſi rationem redderet Elihu, cur diſputandi principio Divino ſit uſurus, non humano, quo Socii: quod* ſcilicet *Jobus non hominem impugnaſſet, ſed Deum: ergo omnino ex Sapientia Divina, non humana, cum ipſo diſputandum eſſe.* An ergo Socii non ſtatuerant *Deum a Jobo eſſe impugnatum*? An non *ex principio* etiam *Divino* adverſus ipſum diſputarant? Teneamus IV. quod jam ſeries ſponte ſuggerit, *mitem* illam, & *ſedatam convictionem*, quam in vobis requiro, *præſtare* conabor, & potero, *integer*, & *illæſus*, *in hoc certamen deſcendens*: *non enim in me aciem ſermonum inſtruxit, nec me ullo verbo laceſſivit*; prout vos ſæpe acrius perſtrinxit; *itaque nec dictis ei veſtris reſpondebo*: i. e. *iracundis*, *acerbiſque*, *dictis temperabo*, *& Dei cauſam me agere*, *per ſpiritum manſuetudinis*, *oſtendam.*

אשיבנו pro אשיב לו *Reſpondebo ei*, non rejicio. Malim tamen directius, *Refellam eum*, *confutabo eum*; proprie *in ſe redire faciam*; metaph. deſumta ab *aqua fervente*, *quæ affuſa frigida ſedatur.* Id veteribus proprie *confutare*, & *refutare*: ut in illo, *Coquus ahenum, quando fervit, pauca confutat trua.*

Verſ. 15. Abruptior oratio. *Merc.* I. autumat *rideri* Amicos, *quod obmutuerint*, *mutata perſona majoris contemtus & ironiæ cauſa.* Nulla hic *ironia*, niſi *irriſionem* in genere intelligas. *De Pined.* II. poſt *Nicet.* ſtatuit *Apoſtrophen* eſſe *ad circumſtantes.* Id *Cocc.* etiam placitum III. addenti, *interpoſitum* videri *ſpatium*, *ſi forte admoniti* Amici *quicquam proferrent. Hoc quum non facerent*, *ad circumſtantes factam converſionem.* Ex ſententia *Schmid.* IV. ſimpliciter *ratio redditur*, *cur ſibi loquendum cenſeat*: *quod & hi taceant*; *& ſpiritus ipſum impellat.* Potuiſſet vir Doctus ſentire, fortiora eſſe verba, quam ut in ſimplici *ratione* adhibeantur. חתו *conſternati*, ac velut *terrore confriati* ſunt: ex *Origine* verbi. העתיקו *Tranſtulerunt ab illis verba*, ſecundum *Merc.* 1. & alios, *imperſonaliter.* Eſt paulo incommodius. *Vulgat.* 2. *Abſtulerunt a ſe eloquia.* Imitatus *Jun. Tranſtulerunt a ſe ſermones.* Adde *Crinſoz.* Quæſitius 3. LXX. ἐπαλαίωσαν ἐξ αὐτῶν λόγους. Simile ab *Ab. Eſra* exhibetur. Idem 4. notat, eſſe qui לא repetant, ut ſit, *non faciunt a ſe ſermones transferri.* Logi. Palmam meretur 5. *Tranſtulerunt ſe ab illis ſermones*; ſive *abierunt*, *diſceſſerunt.* Ita *Cocc.* & *Schmid.* poſt R. *Salom.* Uſum ipſum habes *Gen.* 12: 8. in *Hiph. Et diſceſſit inde ad montem.* μετῆρεν· ἀπῆρεν. Admirabili venuſtate figuratum, *commigrarunt*, *demigrarunt*, *aliorſum ſe tranſtulerunt ab illis ſermones.* Non loquitur ita, niſi qui vel *irridet*, vel *increpat.* Poſterius malim cum *Apoſtrophe* ad *conſeſſum* reliquum, quem ſatis amplum, & frequentem fuiſſe, multa arguunt. De eo alias.

Verſ. 16. Filum impeditius paulo. Nonnulli idem dici volunt, quod ſupra *Vſ.* 11. ad copulam cum ſeq. *Vſ. Quumque expectarim* uſque *dum non loquerentur*, *dum ſubſiſterent*, *nec reſponderent amplius*; *Reſpondebo & Ego* &c. Ita ferme *Vulgat.* Minus leniter *Pagn. Expectavi itaque*; at *quia non loquuntur*; ſed *ſubſtiterunt* &c. *Reſpondebo & Ego.* Simili

17 Reſpondebo & ego portionem meam; indicabo: ſcire meum etiam Ego.

18 Nam impletus ſum ſermonibus; coanguſtat me Spiritus ventris me.

19 Ec-

17 אענה אף־אני חלקי אחוה
דעי אף־אני׃

18 כי מלתי מלים הציקתני רוח
בטני׃

19 הנה

mili ratione *Merc.* cum *expectatione prima Vſ.* 11. conjungens *alteram poſt finitos Jobi ſermones, ſi forte loqui voluiſſent.* Illuc etiam tendit *Cocc.* *Et expectavi quum non loquerentur, quum ſubſiſterent* &c. Malebat *Schmid.* *Et expectavi, ſed non loquuntur; ſed ſubſtiterunt* &c. Ideo *reſpondebo etiam ego* &c. Patimur, modo non dicatur eſſe *repetitionem Vſ.* 11. Omnino ſtatuendum, *longius intervallum ſilentii factum, finitis Jobi ſermonibus*; quod alias *increpatio* illa *ſeniorum Vſ. Præc.* valde *indecora* eſſet, & *præceps*: qui enim ſciviſſet *Elihuus*, ab ipſis *verba demigraſſe* veluti, ni *ſpatium* idoneum interveniſſet?

Verſ. 17. Jucunda, & decora, formula, *Reſpondebo partem meam.* Non eſt omnino idem quod, *pro mea virili*, vel *pro viribus meis*, ut *Philip.* aliique habent. *Vicem meam*, quam *Merc.* notat, magis ad rem eſſet, ſi *Elihuus* non extra ordinem ad hanc diſcuſſionem acceſſiſſet. Reſpici putem *ſententiam ipſam*, vel *Judicium ſuper hac ardua quæſtione.* Clarius: *portionem ſuam* vocat *Modulum lucis, & gratiæ, Divinitus conceſſæ.* Modeſtum: ut & alterum illud, *ſcire meum*; quod eſt, *quantum mihi quidem ſcire, & percipere datum.* Fruſtra ſunt, qui hæc ad *arrogantiam* detorquent.

Verſ. 18. Inſignis *Allegoria*, qua ſe *impulſu cœleſti agitari*, atque ad Cauſam Dei defendendam *interiore æſtu accendi*, innuit. *Dubium videri poſſe* monet *Merc.* ex *arrogantiane*, an ex *Zelo*? hæc profecta ſint. E veteribus plurimi iniquius de *Elihuo* ſentientes, prius tenuerunt; quorum veſtigiis inſiſtens *de Pined.* cum appellat *Adoleſcentem natura acrem, iratum, impetu dicendi elatum, & inſoleſcentem adverſus hominem, cui aures convicio quotidiano defatigatæ.* Hæc nimia. Ex *Zelo* egiſſe *Elihuum*, juſtius colligitur a *Merc.* & aliis ex eo quod ſub finem non redarguatur, ut reliqui Amici. De his alias latius. In partem meliorem hæc accipere æquitas jubet. Nihil in his *ſuperbi*, & *turgidi*, niſi quod quis de ſuo addiderit, ſive cuncta hæc ad *ſublimem*, ſive ad *ſimpliciorem rationem* verborum revocentur. Simpliciter I. Veteres *Spiritum ventris* exponunt *ſenſa animi & conceptus*, ultra quos nec *Merc.* hic proceſſit. Argutiuſcule *Philip.* *Ventrem ſuum ipſam memoriam dixit; eo quod pene omnes ſermones Jobi, & Amicorum, velut cibos intra capacitatem memoriæ ſuæ congregarat.* Item *de Pined.* *Spiritus Uteri ſunt verba quæ ſpiritu formantur & præferuntur; quæ cum concepta ſunt, erumpendi deſiderio mentem diſtendunt, inflant, arctant, niſi per ſermonem difflentur in aërem; & pectoris tumor, æſtuſque ſpirituum, inflammantium partes illius vocis formativas, deſerbeat, ac ſubſidat.* Addit, arridere quod *Nicet.* *ſpiritum* interpretetur *eam animi partem in qua irarum ardor exſiſtit.* Nempe *vitioſum*, ex Hypotheſi, facere debuit *Elihuum*, quem pio *Zelo* correptum fuiſſe omnia arguunt. Iſtum *Zelum* mentis Doct *Belg.* *ſpiritum ventris* appellatum ſciſcunt, cum *Piſcat.* ita commentante, *ſicut flatus in ventre concluſus magno impetu exitum quærit; ita Zelus mentis exitum quærit per ſermones.* Non æquus *Schmid.* cui *profana* videtur ſimilitudo, ſic capta. Subdit, בטן non ſemper *ventrem inferiorem*, ſed *ſuperiorem*, imo *præcordia*, notare. Abſtineri potuiſſet hac Criſi. *Zelus mentis*, quem *ſpiritu ventris* figuratum ſtatuunt, nihil omnino differt a *Spiritu Sancto*, quem intendi ait *Schmid.* *quando veniens ſuper hominem, motum & zelum in eo excitat, atque ita cor & præcordia commovet, ut anguſta videantur* &c. Hæc II. eſt *ſublimior* illa, quam dicebam, *ratio.* Eam *Cocc.* enucleatius expoſuit, luculentam hanc imaginem diſerte applicans ad *illuminationem* & *inſtinctum Divinum.* Prius, *plenus ſum verbis*, ad *illuminationem* diſtinctius refert, q. d. *Sp. S. dictat* mihi

19 הִנֵּה בִטְנִי כְּיַיִן לֹא יִפָּתֵחַ כְּאֹבוֹת חֲדָשִׁים יִבָּקֵעַ׃

20 אֲדַבְּרָה

19 Ecce venter meus ſicut vinum, quod non apertum eſt; ſicut utres novi dirumpitur.

20 Lo-

mihi plurima quæ pro Deo dici poſſunt. Cætera ad *motum*, & *impulſum*; ut *venter*, i. e. *Animus*, *turgere* dicatur, *& ſpiritus ventris*, id eſt, πληροφορία, *& alacritas*, *urgere*, *& extimulare ad dicendum.* Hæc *elumbia* vocare non debuiſſet *Vir Doctus*, qui idem plane, aliis modo verbis, reddidit. Confer quæ *Vſ.* 8. præmunita. *Paronomaſiam* quoque te fugere nolim, quæ anſam dedit *formæ* מלתי.

Verſ. 19. Rectiſſime *Venter meus* a *Merc. Piſc. Belg. Cocc* exponitur *Mens*, *animus.* Cl. *Schmid.* re conſentiens, verbis iterum diſſentit, quum *Cor*, & *præcordia*, intelligi ait. Et quid ergo φρένες *præcordia*, ſi transferantur, aliud ſonant quam *Mentem*? Invitus talia tango: ſed indicandus fuit fons erroris. לב *Cor*: בטן *venter*; מעים *viſcera*, *interanea*, pro *Mente*, aut *Animo*, in Sacris frequentantur, non *confuſe* & *permiſte*, ſed *diſcrete*, & *electe*; ita ut ubi לב ponatur, בטן minus conveniat, & viciſſim. Sane heic loci languidum fuiſſet לב *Cor*; nec granditatem cum Adfectus, tum Figuræ, impleviſſet. Omnino capiendus fuit *Venter*, ad *plenitudinem* illam *verborum*, qua veluti turgebat *Animus*, oculis ſubjiciendam. Ita *Joh.* 7: 38. *fluvii aquæ vivæ* ἐκ τῆς κοιλίας ῥεύσουσι. Hinc ergo nunc, *Venter meus*, quantus quantus, *ſicut Vinum quod non aperitur.* Optime *Vulgat. quaſi muſtum abſque ſpiraculo.* Nempe *æſtus vini recentis non patitur anguſtias*, *vel operculum.* יין οἶνος, a *fermentatione* nomen invenit. Sunt qui putent duplicatam ſimilitudinem, a *Doliis*, itemque ab *Utribus*; quaſi *Vinum* יין in priori colo eſſet חבית יין *Dolium vini*: quibus *Utres novi* adderentur. Id minus elegans. Cl. *Cocc.* mallet, *venter meus ſicut* dolium *Vini*, *quod non aperitur*; *ut utres novi effunditur.* i. e. *ut vinum utrium novorum effunditur.* Fateor נבקע *rumpi* etiam quæ *profluunt*, vel *erumpunt*; ſed filum *Allegoriæ* nunc aliud poſtulat, quod ita evolverem, *Venter meus eſt ut vinum*, *quod apertura caret*: *ut utres novi diſrumpitur.* Una comparatio, cujus membra venuſte tranſpoſita, a *Muſto utribus indito*, *quod anguſtiis iſtis concluſum pelles rumpere nititur*, *reſpirationemque ſibi utcumque parat.* Cernis hoc pacto *Utres novos* reſpondere *Ventri*; & *Muſtum* eleganter deſignare *æſtum* illum *mentis* a *Sp. S. accenſæ*, *ad Cauſam Dei peragendam.* Nil tritius, quam *motus*, *impulſuſque Sp. S.* Emblemate *Vini* proponi, & ſpeciatim *Novi.* Geminum germanum quod Dominus *Matt.* 9. figuravit, *Non mittunt vinum novum in Utres veteres* &c. &c. *Sed vinum novum in Utres novos mittendum* &c. Non ſperno, quod *Piſcat. Utres novos* heic loci interpretetur, *quibus vinum novum inditum.* Cl. *Schmid. durum* nimis *tropum* vocans, ait, *ſignificari vehemens certamen*, *cujuſmodi utrium novorum & muſti: veteres enim facile rumpi.* q. d. *hoc muſtum mihi cum magna & moleſta lucta minatur rupturam*; *ſicut utres novi diu quidem reſiſtunt*, *ſed tandem vincuntur. Dicit ergo*, *ſe hactenus diu reſtitiſſe*, *ut non loqueretur*; *nunc vero diutius non poſſe.* Sic *rumpi* eſſet *vinci*; *nec ſe diutius continere poſſe.* Extra lineas abit, quod addatur, יבקע *non notat actu rumpi*; *nam Venter Elihu non eſt diſruptus*; *ſed adeo diſtendi ut rupturam minetur.* Nollem cogitatum de *Ventre* ſtrictius dicto; quum καρδίης νοερὸν κύτος, *penetralia ventris*, phraſi *Salomonis*, intendi palam ſit. Jam ut *ilia rumpi* dicuntur figurate, in *ſummo tædio*, ita *venter disruptus* deſignare poterit *mentem præ æſtu cogitationum velut diſſilientem.* Sic de vi verbi nil remittetur. Si tamen quis malit, vel *disrumperetur*, vel *rupturam minatur*, vel, *fere diſrumpitur*, conceſſerim; ſi modo *improprie* dictus *Venter* ille retineatur. Jam commodius *Utres novos* capies *novo vino plenos*, quod in ſtilo ſublimiore adeo non durum, ut potius deceat. Apparet omnia ad purum, & ſimplex, revocata, ſic ſeſe habere, *Ecce Venter meus haud ſecus ac utres*, *novo vino*, *quod non-*

 dum

20 Loquar, & laxius erit mihi; aperiam labia mea, & reſpondebo.
21 Ne ſane committam ut accipiam perſonam alicujus; atque ad hominem ne circumloquar.
22 Nam

20 ארברה וירוח־־לי אפתח שפתי ואענה׃
21 אל־־נא אשא פני־־־איש ואל־־ אדם לא אכנה׃
22 כי

dum exæſtuavit, *pleni*, *ſpiraculo omni negato*, *crepat*, *&* ferme *diſrumpitur*; vel *diſrumperetur*: itaque quantocyus aliquid ſpiramenti ei præbendum. Alluſum in voce אוב *uter* ad *Engaſtrimythos*, *ex ventre*, quaſi *ex utre*, *ſtridentes*, dicitur, non probatur, a nonnullis. Inclemens judicium *de Pined.* notantis *ſtridulam ſuperbiam Elihui*, *qui voces ſuas credi* voluerit *totidem oracula.* Tactum ſupra.

Ibid. Moram objicit Cl. *Guſſ.* in voce אוב, cui ſuſpecta ſignificatio *Utris*, quod nuſpiam alibi occurrat. Exiſtimat itaque, intelligi poſſe *Divinos*, *adflatu Dæmonis quaſi diſtentos*; qui חרשים *novitii* hic dicantur, *ſive ob devotionem*, *ſive quia nondum aſſueti.* Addit, ט״י יבקע *diſrumpetur venter meus*, *vel hyperbolicum* eſſe, ad *immodicam* & *dolorificam extenſionem*, *quæ novitiis iſtis hariolis contingat*, *ſignificandam*: *vel denotare caſum novitiis illis Divinis frequentem*: *nempe quod ſæpe reipſa diſrumperentur eorum ventres*, *a Dæmone errorem in Ceremoniis imperitia admiſſum ulciſcente.* Nil hiſce infelicius, ſive *Perſonam Elihui* ſpectemus; ſive *Zelum Dei* quo ſe affectum oſtendit, ſive *Linguam*, quæ vel ſola Virum Doctiſſ. retrahere debuiſſet a tam contortis ſenſibus. אוב eſſe *Utrem*, dubio eximitur per *Dial. Arab.* quæ اياب conſervat pro سقاء *Utre*, a *rad.* اب אוב & איב, *aquatum ivit ultro citroque.* Monuere jam Cl. *Opit. Crom.* aliique. Difficultas quæ movetur ex eo, quod *Utres novi non facile rumpantur vino*, nulla; ſive ſtrictius, ſive laxius, interpretere; ad geminam illam rationem, quam ſupra poſui. LXX. φυσητὴς χαλκέως ἐῤῥηγμένος *Follis fabri ſciſſus*, ex vitioſa lectione חרשים. Vitioſius *Syrus* & *Arabs*, *ut Fructus in menſe ſcinditur*: quaſi אבות חֳדָשִׁים.

Verſ. 20. Appoſite ad præmiſſam *Allegoriam* ſubſumitur, *Eloquar*, *& ſpirabitur*, *laxum fiet*, *mihi*; vel potius, *reſpiratio erit mihi.* Ad ſenſum recte *Vulg. reſpirabo paululum.* Verbum روح inter alia notat *admiſſo aëre laxari*, *perflari*, *refrigerari.* In formula *Aperiam labia*, alluſum ad *operculati dolii*, vel *clauſi*, *conſtrictique utris*, *apertionem*, ut *muſto ferveſcenti*, & omnia *rumpere minanti*, *exhalatio* concedatur. In ענה quoque luſus forte non invenuſtus. Nempe عنى in *utre* eſt *perfluxit*, *liquorem non continens.* Hinc ſecundaria notio ducta *erumpendi in verba.* Non tetigiſſem, niſi ſimilitudo ipſa invitaſſet. Nil contendo: talibus enim argutiis non nimis indulgendum.

Verſ. 21. Modeſte ſermones habendi commendantur a παῤῥησίᾳ, qua, citra ullam *Proſopolepſiam*, Dei cauſam agendam inſinuatur. Dignitatem habet, quod per modum *voti* potius, quam *promiſſi*, hæc inſinuatio fiat. *Ne nunc accipiam vultum viri*: i. e. *Abſit. Avertat Deus.* &c. Monuere omnes ferme. Quod אל *Ne* pro לא *Non* venire, nonnulli velint, vel hic, vel alibi, eſt, quod non ſatis adtendant ad flexum ſingularem, quo *probibemus*, & *averruncamus*, quæ *vehementius negata* volumus, nobiſque, vel aliis, *interdicta* quaſi. Verbum כנה a *Rabbinis* recte explicitum fuit, *Titulo honorifico inſignire*, vel, *Origine* ſimul expreſſa, *Tegere & occultare nomen honoris cauſa*: ad quam *Formam Cocc.* in *Lex. permutatis nominibus blandius circumloqui*, *& adulari.* Huc retulerim quod *Jun.* & *Trem.* vertant, *Non utar præfatione*, nempe *honoris*. Alii latiorem faciunt uſum, *cognominandi* notione adſcita *in malum* æque ac *in bonum.* Ita *Mero.*

22 כי לא ידעתי אכנה כמעט
ישאני עשני :

22 Nam neſcio, circumloquerer, tanquam nullius pretii tolleret me Factor meus.

Merc. nomen proprium non immutabo vel adulandi & aſſentandi, vel vituperandi ergo. Longius abit *Schmid.* dans, *Non cognominabo me ab homine* i. e. *non addicam me ita favori ullius hominis, ut dici poſſim partium illius eſſe.* Veram vim ſpecimina hæcce declarabunt. In *Adag. Gol.* p. 146. هي خمر وتكني الطلاء كما الذيب يكني ابا جعدة *Quod vinum eſt caput turbans, blande appellas Linimentum; prout Lupus blanda appellatione dicitur Pater Ovis.* In *Algazalio* inducitur aliquis *ſomnians ſe cum mortuo congreſſum, qui honorificis titulis ſalutatus, eum increpet hiſce* ليس هذا زمان الكني *non eſt hocce titulorum*, ſive *blandarum appellationum, tempus.* Thema כנן كنّ *texit, fovit, obumbravit*, videtur etiam كني כנה enunciatum fuiſſe: certe apud *Ibn Doreid* reperio مكنية pro مكننة *tecta*, ac *cooperta.* Inde *blandior circumlocutio* emanaſſe potuit.

Verſ. 22. In conſtructione utriuſque membri nonnihil diſſidii exiſtit: ut & ad verbum ישא. Plurimi I. poſt *Merc. Quia non novi ut cognominem*; neſcio adulari: *Tolleret enim me brevi conditor meus:* ut נשא *tollere e medio*, ſupra *Cap.* 27: 21. *Jun.* & *Trem.* II. *Non enim novi præfationibus uti: paululum utentem, tolleret me, qui fecit me.* Parvo diſcrimine III. *Cocc. Nam neſciam, & nomina permutem, paulo momento me tolleret Factor meus.* i. e. *ſi non ſatis vigilem, atque adtendam, deque rebus judicem aliter ac ſunt, ſubito fortaſſe excidio perirem.* Commodius viſum Cl. *Schmidio* poſt *Luth.* IV. *Quia non novi*, ſi *cognominarem, brevi auferat me Factor meus.* Idiotiſmus, *Non novi*, pro *dubito, vereor*, multis in Linguis: quem & mihi ex vernacula noſtra in mentem fuiſſe non diffitebor; ut ſit, *Nam neſcio* ſane; *blandiloquus forem; brevi me tolleret Factor meus.* Eandem conſtructionem Doct. *Crinſoz.* placuiſſe video. Quod autem V. *Pagn.* & *Cajet.* poſt *Kimch.* ישאני dederint *Comburat me*, parum gratiæ habet: nec tanti, ut a Cl. *Guſſ.* recentaretur. Alienius VI. quod cum *Chald.* dant nonnulli, *parum mihi condonaret Factor meus.* Mihi VII. ex luſu *Paronomaſtico* cum אשא *Vſ. præced.* ſuſpicio incidit, vertendum potius, *ſicut nullius momenti me æſtimaret Factor meus.* Verbum נשא pro *rationem habere, æſtimare*, ſumtum fuiſſe, dubitari nequit. Ad *Cap.* 6: 2. monui, etiam in *librando* videri uſurpatum. כמעט *ſicut parum* pro *re contemtiſſima* reperio *Prov.* 10: 20. לב רשעים כמעט *Cor improborum nullius pretii; ſicut id quod præ vilitate nominare nolumus.* Jucundior hinc, & commodior, puto, adſpectus, *Ne nunc committam ut vultum viri æſtimem; ſicut parum quid me æſtimaret Factor meus.* Pro *vano, levi, nullius pretii*, merito ſpernerer, *ſi blandiloquum in re graviſſima agere* ſuſtinerem.

CAPUT TRICESIMUM TERTIUM.

Verſ. 1. ET vero audi, age, Jobe, ſermones meos; atque univerſa verba mea auribus accipe.
2 Ecce, age, aperio os meum; loquitur lingua mea in palato meo.
3 Rectitudo cordis mei dicta mea; & ſcientiam labia mea pure eloquentur.
4 Spi-

Verſ. 1. ואולם שמע־נא איוב אלי וכל־דברי האזינה׃
2 הנה־נא פתחתי פי דברה לשוני בחכי׃
3 ישר־לבי אמרי ודעת שפתי ברור מללו׃
4 רוח־

Verſ. 1. Magna moderatione, & prudentia, in primam hanc Actionem penitius ingreditur *Elihuus*. In ea ſedatiſſime *Jobo* ante oculos proponit, convictum deprendi, qui manibus pedibuſque obnixus vincere voluerit; atque alioquin vel *juſtiſſimum*, *injuſtitiæ* tamen *manifeſtum*, in nimis acri defenſione ſui; per quam *cum Philautia*, apertam *contumaciam* admiſerit *in Deum*; cujus caſtigationibus, & plagis, ſeſe reverentius ſaltem ſubmittere debuiſſet. Opportune inde ſubtexit enarrationem viarum Dei, in iis quos ſervatos vult, admonendis, caſtigandis, lethaliter quoque ſauciandis, ut *ſub Manu* ejus *forti humilient ſeſe*, & Virgam vel ſeveriſſimam oſculentur illius, qui ſuperbis reſiſtit, ſummiſſis vero gratiam largiſſime impertit. Ad hoc filum omnia ſemet ſponte evolvent. Ceterum non diſplicet obſervatio *Merc.* ad כל, *Omnia verba mea auribus percipe*, quod ſcilicet *promittat ſe nihil otioſi dicturum*. Addas licet, ſe nihil ex affectu, nedum ex præjudicata opinione, aut ſiniſtra de ejus vita & moribus ſuſpicione, prolaturum.

Verſ. 2. Huc pertinet, quod alias phaleratum videri poſſet, *Ecce*, *age*, *aperio os meum:* eſt mihi multa oris apertio, & fiducia: &c. *Loquitur* videlicet *Lingua mea in palato meo.* Flos delibatus orationis, cujus venuſtatem non perceperunt Doctiſſ. Interp. Languet certe *Merc. In Ore meo: nam qui loquitur, linguam intra palatum movet.* Non ſatisfacit quoque, quod alii *ope palati verba formari* dicant: qua anſa *Codurc.* dedit, *diſtincte & articulate loquar.* Minus ad rem, quod *Gregor.* & *Hugo* cogitarint de *ſermone ſubmiſſo & leni intra palatum*, & *fauces*; ad exemplum *Vulgati*, *in faucibus meis.* Subtilius *Thom. Aquin.* hinc elicuit, *ipſum proprios conceptus enunciaturum*, *neque ſecuturum aliorum ſermones.* Proxime verum. Nempe חך *palatum* hic eſt *judicium ſanum mentis*, *quæ ſine adfectu ſententiam intus exegit*, *antequam pronunciaret.* Applicare huc liceat *Ennianum* illud, *quibus palatus haud ſapit*, *inſipida* & emittant, & admittant, neceſſe eſt. Pulcherrima rerum, *Lingua in palato verba deducens*, *& ſerie juſta detexens:* quæ *origo* ꝫ דבר. Vide *Cap.* 31: 30.

Verſ. 3. Recinit *Lingua in palato*, ad *Rectitudinem cordis*, quæ *bona conſcientia* eſt *Coccejo*; aliis *ſinceritas*; aliis, *quod rectum judicavit cor*, ſive *recta ſententia cordis.* Poſterius maxime ad rem; nec aliud habebis, etiamſi cum Cl. *Schmid.* ponas *Rectitudinem cordi a Deo inditam:* intelliguntur *ſenſus recti*, *ſine ullo ſtudio*, *adfectuque*, *prolati*; *& ſoli veritati addicti*, *quam ſincere*, *& cordate quis & amplexus eſt*, *& tueri ſuſtinet.* In ultimo Colo nihil obſcuri, præter conſtructionem. Incommodius paulo *Merc. Et ſcientia labiorum meorum purum loquentur:* ut verbum conveniat cum poſteriori ſubſtantivo. Non medetur Cl. *Schmid.* inſerto, *quod attinet ſcientiam labiorum meorum* &c. Coactius *Jun.* & *Trem.* *Et verba mea ſcientiam labiorum meorum clare* elo-

4 רוח־־אל עשתני ונשמת שדי
תחיני׃

5 אם־־תוכל השיבני ערכה לפני
התיצבה׃

6 הן־־אני כפיך לאל מחמר
קרצתי גם־־אני׃

7 הנה

4 Spiritus Dei fecit me; & halitus omnipotentis vitam compaginat mihi.

5 Si vales, refuta me; inſtrue aciem coram me; ſta firmus.

6 Ecce ego ſicut os tuum ad Deum; e luto carptus ſum etiam Ego.

7 Ec-

eloquentur. Molle & rotundum hoc *Cocc.* *Et ſententiam labia mea clare explicant.* Optime monet ברור *adverb.* poſitum. Crediderim tamen דעת plus ferre quam *ſententiam:* atque abſolute nunc ſonare *ſcientiam*, *verique cognitionem.* Appoſite *Vulgat.* & *ſapientiam puram labia mea loquentur.* Cave tamen jugunda putes דעת ברור: genus, & ordo, obſtant. *Scientia*, ut dixi, *abſolute* ſtat; & ברור *purum*, *expurgatum*, uſu *adverbiali.* Intelligo geminam dotem, alteram *puritatis*, ut nihil alieni admiſceatur; alteram *claritatis*, ut ſenſus animi ſine circuitione dilucide aperiatur. Amici nec *pure*, nec *clare*, cum *Jobo* egerant; & ſtatum quæſtionis eo ipſo plane conturbarant. Monuit & *Cocc.* quem conſuluiſſe operæ erit.

Verſ. 4. Arceſſitus nexus, quem *Iſid. Clar.* captavit, *Non debes me averſari ut profanum, nam & ego agnoſco Conditorem meum.* Coactius etiam, quod *Piſc.* aliique hæc referant ad *illuminationem Sp. S.* quam *Cap. Præc. Vſ.* 8. 9. ſibi vindicaverat. Ex *Vſ.* 5. 6. 7. dubitari nequit, quin de *Creatione* & *ſuſtentatione* locus ſit intelligendus, & quidem eo ſcopo connexuque, quem *Merc.* cum pleriſque, expoſuit, *quod Jobus ſibi depopoſciſſet Adverſarium, quicum æquis viribus congredi poſſet, & cujus terrore non prægravaretur* &c. &c. Quod Cl. *Schmid.* adfert, *Elihuum promittere, ſe fore æquum Jobo, non arrogantem, non imperioſum*, eodem plane recidit. Alluſum ad hiſtoriam creationis *Adami*, in propatulo eſt. Inde tamen minus vel prudenter, vel ſolide ſaltem, colligitur a Magno noſtro *Merc. Spiritum & Spiraculum Dei* hic non eſſe *Sp. S.* ſed potius *ſpiritum vitæ*, ſive *illud quo vivimus*, & *ſpiramus.* Atqui *Spiritum Factorem*, eundemque *vivificatorem*, ac *ſuſtentatorem*, concelebrat textus noſter. חיה eſſe nunc *in vita conſervare*, res ipſa arguit. Origo a *Compingendo*, vel *Compaginando* ducta. Oſtendit enim *Elihuus* ſuam a ſupremo Numine *dependentiam*, quod in eo *vivat*, *moveatur*, & *ſit*, ſive *eſſe perſeveret*, per *continuatam* quaſi *Creationem*, qua ad ſingula momenta manu omnipotente ſuffulciatur, atque ſuſtentetur. Ut talis, id eſt ut perſona haud ſane formidabilis, quæ infinito Numini collata *merum* ſit *Nihil*, pedem cum *Jobo* conferre incipit, ut ſentiret, ſe *non Majeſtate percellendum*, ſed *rationum pondere devincendum* fore.

Verſ. 5. Hoc ipſum *Elihuus* preſſo velut pede inculcat, addens, *ſi potes*, *refelle me*, ſecundum id quod de השיב habuimus *Cap.* 32: 14. *Homuncionem tibi adverſarium procedere ſcias*, non Deum, quem toties provocaſti; *hunc*, *ſi quid vales*, *jam confutes*, *qui Deum ipſum te confutaturum eſſe gloriabaris.* Huc collineant & reliqua, *inſtrue ordines*, argumenta; *ſta in acie*, *firmo conſiſte & audaci gradu:* ut *Pſ.* 2: 2.

Verſ. 6. Idem adſpectus. כפיך plurimis eſt pro כמוך *ſicut tu*; ad quam rationem olim في *Arabibus* ſimilitudini inſervire ſubmonebam. Vix eſt ut placere queat. *Merc.* dedit, *En ego juxta os tuum pro Deo ſum*, vel *ero:* i. e. *prout poſtulaſti cum Deo congredi*, *en jam qui Dei partes ſit defenſurus.* Conſimiliter *Vatabl. Beza. Jun. Druſ. Grot. Patric. Crinſoz.* & reliquis fuſius *Codurc.* *temerariam* hanc *ſponſionem* exiſtimans, qua *ſe Deo advocatum adeſſe* profitebatur, & quidem *ſecundum os*, ſive *poſtulatum Jobi*; quum *ad hoc a Deo non eſ-*

7 Ecce Terror meus non externabit te; & ſarcina mea ſuper te non gravis erit.

8 Profecto dixiſti in auribus meis; & vocem ſermonum audivi.

9 Lim-

7 הנה אימתי לא תבעתך ואכפי עליך לא־יכבד׃

8 אך אמרת באזני וקול מלין אשמע׃

9 זך

eſſet electus, qui legatione illa ſungeretur. Agnoſcere potius debuiſſet incommodum hujus verſionis, eo ipſo cadentis, quod aliquid falſi ferre videatur. Durius quoque, אני לאל *Ego Deo*, pro, *Ego adſum Deo advocatus*; ut recte monuit *Cocc.* obſervans כפיך *juxta os tuum*, reſolvi poſſe in, *juxta rationem tuam*, q. d. *Ego ſum ad Deum eadem ratione qua Tu.* Addit ὁ πάνυ, etiam accipi poſſe, *Ecce ego*, *quaſi* eſſet *os tuum ad Deum. Non opus eſt te ad Dei ſtationem* מכונה *Cap.* 23. *accedere: inter nos componatur res.* Non poteſt: nam ſic nimium ſibi iterum arrogaſſet *Elihuus.* Scrupulus omnis evaneſcet, ſi ſciatur כפי *ſicut*, quod hic tenent *Vulg. Piſc. Belg. Schmid.* &c. uſu iſto *Enclitico*, ex פה oriundum eſſe, & tantundem valere ac *ſecundum os*, *rationem*, *proportionem*, *modulum*, quæ totidem poteſtates ſecundariæ *Oris*, ſuis quæque locis cum delectu adhibitæ; de quo alibi. Hic tantum indico, *Ecce*, *Ego* כפיך *ſecundum os tuum Deo*, venuſte ſonare, *planiſſume tui ſimilis*, *ac quaſi gemellus. Si tu vermis*, *& ego: ſi tu virium expers*, *& ego* &c. *Sola ratio inter nos decidet.* Id intendi, vincit poſterius Colon; *E luto decerptus ſum & Ego.* Concinniſſima *metaphora*, Scopo viri ſubſerviens, a *luto figulari*, unde *maſſulæ digitis decerpuntur ad vaſa fingenda.* Magnus hac in parte conſenſus, quem auctoritas Dialectorum firmat: diſſenſus tamen aliquis circa *primariam notionem*, quam figere & finire conati ſumus in *Origin.* L. 2. C. 2.

Verſ. 7. Eandem incudem tundens *Elihuus*, Ironia ſatis aculeata apponit, *Ecce terror meus* &c. Reflectit aciem ad id quod *Jobus* nimis animoſe ex ore emiſerat *Cap.* 13: 21. eique illius dicti cruditatem ante oculos proponit. אכפי eſſe idem cum כפי *Manus mea*, ex eodem loco rite colligi videtur. Cl. *Cocc.* *palma mea* reddit, *depalmationis* nempe ideam premens; quam *ibid.* propoſuerat. *Vulgato* אך פי obverſatum, ut *Os* pro *Eloquentia* veniat. Acumen a Magiſtris hauſtum, cujus & *Ab. Eſra* meminit: niſi quod *verbum durum* potius captarint. Neutrum quadrat ad *Cap.* 13: 21. *Syrus* in אוכפני *inſtantia mea* uſum ſuæ *Dialecti* attendit, quem ſecutus *Arabs*, اقبالي *aggreſſio mea* vertens. Magis ad rem *Chald.* טוני *ſarcina mea*, ab אכף *Prov.* 16: 26. Cum eo convenit כפייתי *coactio mea*, a כפה *ſubegit*, quod *Raſchius* habet, autumans idem valere אכף *Prov.* 16: 26. Id non adeo firmum. In *Juvenil.* produxi اكف, ejuſque derivatum اكاف *ſarcina*; *clitellæ*; quæ & وكاف. Ut autem *onerare aliquem ſarcina*, eſt *eum injuſte vexare*; itemque *clitellas imponere*, eſt *moleſtiam*, *vexationemque exhibere*; ita apud *Arabes* voces אכף, & וכף, اكف, & وكف, deſignant *injuſtitiam*, & *oppreſſionem*. Hanc imaginem de induſtria captam ab *Elihuo*, veriſimile; quod ſic ſimul *indecentiam* ſub כף *Cap.* 13: 21. latentem nudaret; itemque alteram in altero parallelo *Cap.* 9: 34. ubi שבט *Virga* haud dubie exprimit *gravem vexationem*, *tergo* velut *incumbentem.* Hi fines Linguæ; כף كف *manus*: אכף اكف, & וכף وكف *vexatio*, a *clitellis*, & *ſarcina graviore*, per *figuram*. Ea illuſtrem parit ſenten-

9 זך אני בלי־פשע חף אנכי
ולא עון לי׃

10 הן

9 Limpidus ego ſine prævaricatione nitidus ego, nec ulla mihi pravitas.

10 Ec-

tentiam *Prov.* 16: 26. *Nam clitellas ei impoſuit os ejus.* De ea alias plura.

Verſ. 8. Propius ad rem accedit, & non *ſuſpiciones*, non *rumores*, non *calumnias*, ſe ſequi oſtendit, ſed ipſiſſima verba *Jobi*, quibus eum *injuſtitiæ* convictum teneri infert, eo ipſo quod *tantam* ſibi *juſtitiam* adſcribere cum *criminatione Sanctiſſimi Numinis* auſus fuerit. Signanter; *Dixiſti in auribus meis* &c. *præſens præſentis verba hauſi, atque confidentius prolata in aures meas ſe penetrarunt; non ſine magno meo ſtupore, talia ex ore cujuſquam hominis, nedum Jobi, potuiſſe exire.* Recte vero, nam & nos, qui hæc in otio legimus, & lente meditamur, tam audacibus dictis adſtupemus, etiam nunc; id eſt, poſtquam *innocentiæ* non ſolum, ſed & *patientiæ*, *corona* ei a Deo publice impoſita: quid non facturi, ſi ibi fuiſſemus, antequam lis e Cœlo terminaretur, *Jobuſque* in hac cauſa *Juſtus* declararetur Ore ipſius Dei, qui חנם *gratis eum abſorptum*, teſtatur? Id nos ſcimus: *Elihu* neſciebat: nil mirum ergo ſi ad expoſtulationes illas *Jobi* gravius exarſit, quam nos poſſumus; & ſi *plus* etiam *injuſtitiæ* in iis notavit, quam nobis nunc licet, quibus ex eventu glorioſo conſtat, in omnibus hiſce *pietatem* Viri *intus illabefactatam* manſiſſe. Id *Elihuo* tunc temporis notum fuiſſe qui ſupponeret, non tantum incredibile quid poneret; ſed & filum ſibi ſuum mox intricaret. Non mirabere proin, ſi Magni Interpretes iſtum errorem non caventes, eum novis erroribus cumularint: quum ſi ſuppoſuiſſent *pependiſſe* hunc Actorem circa *Jobi integritatem*, cui favebat quidem, ſed quam *ſub tentationum mole ſuccubuiſſe*, & quaſi *expiraſſe*, verebatur, omnia ex facili fluere experti fuiſſent. Ut hoc confeſtim appareat, ſciendum tres fere dari ſententias de hac diſputatione *Elihui*; qua *Jobum* ſuiſmet verbis *injuſtitiæ* ac *ſuperbiæ in Deum* voluit convincere. Prima eſt eorum, qui ſtatuunt eum eodem adfectu, quo reliquos Amicos, diſputaſſe; & ſiniſtris explicationibus rem acerbaſſe. Altera eorum, quibus videtur mentem *Jobi* non percepiſſe omni ex parte: quem *abſolute* pro *intaminata* ſua *juſtitia* contendiſſe autumarit, quum *comparate* eam propugnatam eſſe nullum ſit dubium. Tertia eorum, qui decernunt, huic Cauſæ Dei defenſori cordato ſenſus *Jobi* bene perſpectos fuiſſe, eoſdemque ab Ipſo prudenter reprehenſos, & ſolide confutatos. Hi poſtremi in varias iterum hypotheſes abeunt; quas hic anticipare non neceſſe. Generali hoc conſpectu careri non poterat, ad ſequentem convictionem rite explanandam.

Verſ. 9. Proponuntur verba, quæ ſuiſmet auribus ſe hauſiſſe dixerat. Non onerat *Jobum*, ut quibuſdam viſum; ſed ſatis modeſte, & molliter, in compendio reponit, quæ *Jobus* pluribus fuerat proſecutus. In זך *pellucidus, limpidus*, ἀαυγὴς, ut præclare *Cocc.* reſpicitur ad *Cap.* 9: 30. & 16: 17. in בלי פשע *ſine defectione*, & לא עון לי *nulla pravitas mihi*, ad *Cap.* 13: 23. & 14: 17. & 31: 33. Reſtat חף, quod nuſpiam ſupra comparet. Ejus notio fluctuat. *Merc.* duas adfert opiniones, quarum altera *Syriacum* fontem ſequitur, unde חף ſit *pexus, nitidus, lotus, terſus, emundatus*; altera *Hebraicum*, unde exeat, *Tectus a peccato:* ut *Pſ.* 32: 1. Poſterius plane rejiculum, nam ibi *Tectus peccati*, eſt *cujus peccatum gratia Dei tegitur & condonatur*; quem aſpectum ſeries noſtra reſpuit. *De Pined.* quidem inſiſtens huic poteſtati, *Tectum, protectum* a ſcelere, ait notare *immaculatum*, quem *Vulg.* expreſſit; ſed mox ſemet deſerit, & reſpicit ad *Divinam protectionem qua Deus ſui amantes proſequatur*, ut *Eſaj.* 4: 5. 6. *ſuper omnem gloriam* חפה *protectio.* Plane extra oleas quod a חוף *portus* idem Vir Eruditus offerat *protectorem* q. d. *Ego fui velut portus, & fida ſtatio, quo ſe recipiebant qui Tyrannorum violentia, velut ſæva quadam tempeſtate, jactabantur.* In tales fluctus inciditur, quando *Origines Hebraicæ* clauſæ. *Mercerus* di-

10 Ecce cruditates contra me adinvenit; reputat me in hoſtem ſibi.

10 הן תנואות עלי ימצא יחשבני לאויב לו׃

11 Po-

11 ישם

dixerat *Nitidi* notionem nunc præferendam, quamvis *Syriaca* ſit, non *Hebraica*, quod *in hoc Libro multa ex ignota Lingua ſint deſumpta.* Illa ratio non omnibus æque placeret; & erunt, venientque, qui *Hebraicam* ſignificationem mavelint, quamdiu ipſis inhæret, חפף eſſe *protexit*, atque inde חוף *portum* dictum, nec non *Thalamum* חפה. Percipias ex Magni noſtri *Cocc.* fluctuatione. In *Comm.* non dubitaverat dare, *Terſus ego*, monens *Syris* denotare *pexum*, *fricatum*, *probe lotum.* At in *Lexico* jam anceps, *An*, inquit, חף *purus, quia quæ teguntur munda ſunt a pulvere & aſpergine, an ex alia Dialecto hoc*? Sentis finem fore nullum, & nunc hoc, nunc illud, pro captu cujuſque, & judicio, valiturum, quamdiu Radici חפף ſua non vindicatur *Origo*. Nego ergo חפף eſſe *protexit*, atque ex uno loco *Deut.* 33: 12. iſtam notionem elici vel potuiſſe, vel debuiſſe, pernego. חפף ibi *ſecundariam* vim exerit a חפה *Thalamo*, Themati ſubjectam, ut infinita talia in Linguis ſubnaſcuntur. Hinc exiſtit, *Thalamum nuptialem expandens ſuper eo.* Confer *Eſaj.* 4: 5. Sed unde jam חפה *Thalamus*? A *protegendo* ajunt. Atqui חפף non eſt *Tegere*, ſed concinentibus amiciſſime *Chald. Syr.* & *Arab. Dialectis*, *fricando polire*, *lavare*, *tergere*, *mundare*, *comere*, *ornare* &c. &c. Ecquid *Thalamus* hinc ſatis ridet? Reſtat *Portus* חוף, a *protectione navium* inquiunt. Forte; ſi notio ſatis firma eſſet. Bene interim *Cocc. videtur latius patere, & eſſe* παραλίαν, παραθαλασσίαν, αἰγιαλὸν *Litus, ab attritu*, & *alluvione. Veteres Hebræi pro fricare, pectere, tergere, hoc verbo utuntur.* Intelligit *Thalmudicos*: quibus jam adjungas licet vere ſic dictos *veteres Hebræos*, quorum Lingua non cognoſcitur ex incertis interpretum conjecturis, & inductionibus, ſed ex certa, & ſolida, auctoritate *Dialectorum*, quæ cum *Hebraica* iiſdem ſtirpibus nituntur. Conſimiliter ساحل *Litus, tractus litoralis*, a سحل *confricuit*: & ipſum حافّة *partic. formæ* חופפה *Margo, ora, extremitas, Litus maris*; quaſi dicas *partem fricantem*, *quæque* perpetuo *fricatur.* Venuſtiſſime ergo heic loci, *Frictus, terſus, lotus, emundatus, comtus ego, ad nitorem merum*, qualis eſt *ſponſi*, vel *ſponſæ, e Thalamo proditurae.* Una vocula præciſe redditur imago *Cap.* 9: 30. poſita. Adde *Cap.* 29: 14. & alia paſſim.

Verſ. 10. Magna diſſenſio ad vocem תנואות. *Vulg.* I. *Querelas* reddidit, quas & *Chald.* intendit in תרעומתא *murmurationes animi irritati.* Utrumque ſatis ad rem. Thema tamen iſtam notionem non agnoſcit. Hinc alii II. deſerto נוא, ivere ad אנה, indeque *Occaſiones* elicuerunt, quæ alias תאנות. *Merc.* III. ex הניא *confringere, irritum facere*, ut Lexicographi tradunt, reddit *Confractiones*, ut ſit, *quærit & invenit adverſus me Confractiones* i. e. *ut confringat, & irrita faciat omnia mea ſtudia* &c. Eandem vim obtinere cenſet *Num.* 14: 34. *Et cognoſcetis* תנואתי *confractionem meam*, i. e. *quomodo ego omnia veſtra irrita ſim facturus.* Conſciſcit ei Cl. *Guſſ.* in *Comm. L. H.* Hæc arguunt defectum lucis. *Vatabl.* IV. proprie notari ait *diſceſſiones*, ſive *occaſiones diſcedendi.* Captavit, credo, idem, quod *Jun.* & *Trem.* qui *Abruptiones* dedere, i. e. *cauſas amicitiæ abrumpendæ.* Adfinis *Codurc.* exhibens, *Cauſas inanes & frivolas infringendæ amicitiæ.* Hoc eſt fabricare, quod lubet. *Bolduc.* VI. auſus *mendacia*, ſic dicta quod *frangantur*, & *irrita fiant.* Nonnullis VII. placuere *Abolitio-*

tiones, per quas irritum quid redditur: dubii referantne ad Deum, qui *aboleverit amicitiam* cum *Jobo*, an ad *Jobum*, cui Deus *abolitiones legis ſuæ*, & *crimina*, imputet. Non procul hinc abeſt Cl. *Schmid.* VIII. qui *Num.* 14: 34. *repudiationem mei* vertit; i. e. *peccatum quo me & Legem meam repudiaſtis.* Aſſumit inde, תנואה eſſe *peccatum quodvis, quo Lex Dei repudiatur:* hic autem *peccata levia* intelligenda. Miraris haud dubie libertatem, quam ſibi Viri Docti in *reliquias Ling. Hebr.* vindicant; eas ferme pro arbitrio quiſque ſuo formantes. Aliquid firmius proferre conatus eſt Cl. *Cocc.* IX. collato Themate adfini הניע, unde תנועה *vacillatio, motio.* Eandem vim תנואה noſtro ſubjiciens, reddit, *Ecce vacillationes in me reperit.* Ad id exemplum & *Schmid. Ecce nutationes ſuper me invenit* tantum: *&* tamen *reputat me pro hoſte ſibi.* Quorſum hæ inſertiones audaciores? Dicam. Supponit Vir Doctus *Vſ.* hunc & præced. ita cohærere, *Mundus ſum a majoribus criminibus*; *nec invenit in me Deus niſi leviores lapſus, & tamen me tractat ut hoſtem.* Similis fere mens *Cocceji*, qui *Vſ.* 9. 10. 11. cenſet proponi *Quæſtionem* hanc; *An piis conveniat dicere, quod Deus propter fragilitates ipſorum eos reputet pro hoſte?* Iſtas *fragilitates* nunc תנואות appellatas autumat, quæ reſpondeant *peccatis adoleſcentiæ Cap.* 13: 26. Conſimiliter in Lexico tenet *infirmitates, vacillationes:* at *Num.* 14: 34. exponit, *cognoſcetis concuſſionem mei*; *experiemini quid ſit me a propoſito vos introducendi in terram promiſſam dimoviſſe.* Ne autem quicquam huic *Origini* deeſſet, נא *crudum*, de *carne*, a נע *motitans ſeſe*, derivat, eadem ratione qua חי *Viva caro* appellatur *Cruda.* Sunt conatus Docti, ſed ſola *alliteratione* nixi; qua nil fluxius; ut ſæpe, ubi *Forſt.* & *Avenar.* ingenioſos luſus tangimus, inſinuatum. Hujus fœcundam venam in *Originibus Hebraicis* cernas licet X. quum נוא *cognationem habere* ait *cum* אין *non eſt*; *&* מאן *recuſavit, unde &* νεύω, *itemque nuo,* ἀνανεύω, *renuo, abnuo.* q. d. *nutu facere caſſum, annihilare, confutare.* Hinc תנואות ei ſonat *confutationes*, tum *Num.* 14: 34. tum heic loci. Eidem נא *crudum*, *non bene coctum*, eſt *caro quæ renuit coctionem.* Hiſce nil incoctius, crudiuſve, nemo non mecum pronunciet. Actum de Lingua *Hebræa*, ſi *Origines* ejus tali ſpathula commiſceantur in κυκεῶνι. En tandem quid XI. fida lux *Dialectorum* ſuggerat. نيء *Med. Vaw* נוא, & *Je* ניא, *Arabibus* æque ac *Hebræis* eſt *cruda*, vel *ſemicocta*, fuit *caro.* Eam vim certiſſimam *Exod.* 12: 9. immutatum ivit Cl. *Guſſ.* in *læſum, luxatumve, fractura aliqua*, aut *contuſione*, negans *cruditati* quippiam eſſe cum *ruptura.* Atquin *rumpendi* illa poteſtas precaria, ſubleſta, nulla. *Cruditatis ſemicoctæ* autem notio unde venerit, an a *motu ſanguinis vitali* quaſi, qui adhuc ineſſe videtur, quamdiu non *percocta* eſt *caro*, quod Cl. *Cocc.* ſuſpicabatur, an aliunde, nunc non diſquiro. Illud pro ſatis explorato aſſumo, תנואה hinc verti poſſe *affectionem crudam*, ſive *cruditatem animi ſubirati*, vel *ſubulcerati.* Pulcherrime *Pſ.* 141: 5. *Juſtus me tundat, erit benignitas*; *arguatque me*, erit שמן ראש *oleum capitale*, quod *neutiquam* יני ראשי *crudum reddet caput meum.* Vulgo *franget*; non nimis appoſite; minus utique decore quam *crudum reddet*, quod proprie & improprie pervenuſtum præbet ſenſum: ubi enim *aceto fricatur alicui ulceroſum caput, crudeſcit:* ſimiliter *ubi correptione alicui aures effricantur, totus ſæpe incrudeſcit.* At *Pſaltes* ſibi *correptionem* vel *ſeveriſſimam* pro *Balſamo* fore dicit, quod *Caput* non *crudum*, ſed *mite, molle, ſubmiſſum*, ſit redditurum. Inſignis quoque tralatio *Num.* 32: 7. 9. ubi הניא לב plurimis *frangere cor*, ex conjectura, aliis *turbare*; aliis *concutere*, nutare facere, *irritum reddere, diſſolvere.* &c. Nos damus, *cor crudum reddere*, & *malis ſuſpicionibus ſubulcerare.* Poſſet quoque dari, *cor inconſtans reddere & infirmare*, quatenus *cruda conſilia*, & *propoſita*, appellantur *male firma, quæ maturitatem non habentia, dilabuntur.* In *Camuſo* hæc elegantior poteſtas enotata:

نيأ الأمر لم يحكمه وانيأ اللحم لم
ينضجه ولحم نيء بين النيوء والنيوءة

Radix ניא *in* 2. *conj. eſt rem non bene firmam fecit. In* 4. אניא *de* לחם *carne eſt, eam non*

11 Ponit in Cippo pedes meos: cuſtodit univerſas vias meas.

12 En hoc ipſum non es juſtus: reſpondebo tibi: quia excellit Deus præ homine.

13 Qua-

11 ישם בסד רגלי ישמר כל־ארחתי׃

12 הן־זאת לא־צדקת אענך כי־ירבה אלוה מאנוש׃

13 מדוע

non percoxit. Hinc לחם *caro dicitur* ניא *quum in ea cruditas apparet.* Nempe ut نضيج الراي *maturus*, vel *Coctus conſilii*, eſt, cui *conſilium rite & ſolide captum*: ita نيء الراي *Crudus conſilii*, in contrarium frequentatur. Hinc *Num.* 30: 6. *Si pater* הניא אתה *eam irritam ſecerit in votis ſuis*: i. e. *ea rite & mature facta negaverit*, ac propterea *reſciderit*. Similiter *Vſ.* 9. 12. ejuſdem *Cap.* Eadem figura *Pſ.* 33: 10. *Deus* הפיר *irritum facit conſilium gentium*, & הניא *crudas*, *male coctas*, *immaturas*, *efficit cogitationes populorum.* Forma geminata نانا נאנא pari uſu aucta, ut diſcas ex *Gjauhar.* نانا في الراي اذا خلطت فيه تخابطا ولم تبرمه *Dicitur* נאנא *in conſilio*, *qui confuſus in eo & parum firmus*, *aut ſolidus*, *eſt.* Ex his omnibus elucet נא *crudum* proprie; & תנואה *cruditatem* eſſe; quam pro *alienatione & exulceratione adfectus*, egregie quadrare ſenties *Num.* 14: 34. Nil quoque textui noſtro aptius, *Ecce Cruditates contra me adinvenit*; *inimicum me reputat ſibi. Non læſus*, *offenſusve*, *me tamen ut hoſtem tractat*, *& contra me crudum*, *ſubulceratum*, *alienatum*, *hoſtilem*, *animum*, *immerito oſtendit.* Uno vocabulo nervoſe complexus *Elihu*, quæ *Jobus* ſtomachoſius conqueſtus fuerat *Cap.* 13: 24. 25. 26. & *Cap.* 14: 15. 16. 17. Ea huc transferri velim.

Verſ. 11. Nihil aliud hic notandum habeo, quam *Elihuum* hæc verba *Cap.* 13: 27. extantia adducere, tanquam *nimis dura*, *immodeſta*, & *in Deum injurioſa.* Ergo eum habeant ſenſum, neceſſe eſt, quem ſupra indicavi, de *pœna infami*, quæ *innocenti contra jus*, & *ſas*, fuerit *inflicta*. In eo *exceſſu* ut ne nunc quidem *Jobum* culpa liberare poſſumus, ita facile intelligitur, multo magis talibus dictis offendi tunc debuiſſe *Elihuum*, ignarum hactenus, quid Deus de *Jobo* ejuſque *cauſa* pronunciaturus eſſet.

Verſ. 12. Moderata & prudens illatio, *Ecce hoc* ſaltem *non juſtus es*, *reſpondeo tibi* &c. Ad *Vſ.* 8. monui tres fere dari *Hypotheſes* circa hanc *Elihui* Actionem, quam alii damnant, ut *ſuperbam*; alii excuſant ut piam quidem, ſed *minus æquam*: alii laudant ut *juſtam*. Qui prius ſequuntur I. ita inferunt, *Hoc ergo eſt quod te minime juſtum eſſe evincat.* Videſis *de Pined.* & *Codurc.* Qui mediam viam II. tenent, ita hæc accipiunt, *Non potes tam juſtus eſſe*, *quam tendis*, *quia tanta puritas non cadit in mortalem.* Vide *Calvin. Conc.* CXXIII. Poſterius plurimis placuit III. in diverſa tamen euntibus. *Merc.* 1. ſatis liberalis, *Etſi te alias juſtum agnoſco*, *& fateor*, *omnibuſque vitæ partibus integrum*, *ac purum*; *nec tuam tibi innocentiam velim detrahere*, *omnibus notam*, *& exploratam*; *attamen in hoc ſaltem non es juſtus quod ita cum Deo contendere volueris.* &c. &c. Quid in his ſit nimii, non jam difficile intellectu. Liberalior adhuc *Schmid.* 2. *Abſit*, *ut Elihu impugnet*, *quod Jobus dixit*, *ſe eſſe purum*: *nam libenter concedit Jobo juſtitiam hominis fidelis*, *& quod non habeat iniquitatem* i. e. *peccata mortalia & malitioſa* &c. *ſed tantum* תנואות *vacillationes*, *& lapſus leviores.* Inde mirificum format *ſtatum quæſtionis*, quaſi *Jobus agnoſceret quidem Fidelibus non niſi per crucem & tribulationes aditum ad ſalutem patere*, *ſed negaret ſe æquitatem viæ iſtius capere*: *æquius namque*, *& melius*, *Deum conſtituere potuiſſe*, *ut malis male eſſet*, *& bonis bene.* Hæc ut δὶς διὰ πασῶν a mente *Jobi* diſcrepant; ita ne minimum quidem veſtigium *Quæſtionis* ſic conceptæ hic reperio. Cl. *Cocc.* 3. cui תנואות item erant *Vacillationes*, & *peccata juventutis*, hunc *controverſiæ ſtatum* figit,

13 מדוע אליו ריבות כי כל־דבריו לא יענה׃

13 Quare contra Eum contendiſti, quod omnia verba ſua non reſpondeat?

14 כי־

14 Nam

git, *An piis conveniat dicere, quod Deus propter fragilitates ipſorum eos pro hoſtibus reputet:* negante id quam maxime *Elihuo*, & *in hoc Cauſam Jobi malam eſſe* arguente. Fundamentum hujus ſententiæ vacillat, ut *Vſ.* 10. oſtenſum. Reliqua ejus incommoda quivis ſentiet. Mihi circumſtantias ſcenæ, & poſtremæ Actionis hujus filum attendenti, videtur IV. *Elihuum* ita diſputare, ut virum *Cordatum*, & *prudentem*, in tali cauſa decebat, hoc eſt, ut nec, *ratione vitæ anteactæ*, *Innocentem*, *omnibuſque partibus integrum*, *pronunciaret Jobum*, quod *Solius Dei* erat; nec ſane ut *nocentem*, atque *Hypocriſeos manifeſtiſſimum*, *condemnaret*; quod Amici temere nimis, & fervide, fecerant. Hanc *æquitatem*, & *mediam viam*, obſervans, non debuit, non potuit, aliter cum *Jobo* pedem conferre, quam contulit; ex actis nempe, & probatis, agendo, hoc eſt ea tantum urgendo, quæ *Jobus in contentionibus ſuis cum Deo* commiſerat, & apertiſſime peccaverat. Eo jam ſcopo infert, *Ecce hoc* ſaltem *non es Juſtus*, *Tu qui nec hominum*, *nec Dei*, *Jura unquam a te imminuta dictitas*, *quod Deum tibi rationem reddere jubeas*, *eique dicam ſcribas* &c. &c. Eſt telum ſat certa manu jactum. Dices forte, *Æquitatis* non fuiſſe, *verba doloris* convertere in *tela*, & *argumenta*. Recte vero, ſi *Elihuus* ſciviſſet, ut nos, *mera* hæc eſſe *verba doloris*, non *ſenſus animi*. Id nobis nunc indubitato conſtat: *Elihuo* nec conſtitit, nec conſtare potuit ante, quam Deus ipſe decidiſſet. Eo ipſo intelligere licet, fieri non potuiſſe, ut non paululum *ad Dei partes*, ut ſic dicam, *inclinatior* eſſet *Elihuus*, quam ad *Jobi*; ac propterea etiam, procedente diſputatione gravior incumbere, & *condemnationi* quam *abſolutioni proprior* fuiſſe, *citra iniquitatem* tamen, reperietur. Hæc mihi harum Actionum clavis, quarum ſane nec *acies*, nec *ſeries*, conſtabit, niſi ponamus *Elihuum* de *Jobi innocentia ſuſpenſum*, & *dubium* fuiſſe.

Ibid. Hæretur aliquantulum in poſteriori Colo. Quæſitius nonnulli I. *Ego reſpondeo tibi*, *quia ut tu dicis*, *Deus major homine*, *quam ut ei reſpondere dignetur.* Inficetius adhuc II. alii, *Quia*, *ut tu dicis*, *Deus major*, *quam ut tam accurate omnia hominum facta obſervet.* Hæc nihil ad rhombum. Propius III. *Merc.* *Deus multis partibus major*, *auguſtior*, *Juſtior etiam homine: quia magnitudo & majeſtas ejus captum hominis exſuperant: ergo*, *quæcumque ille agit*, *homini ſuſcipienda & ſuſpicienda*, *ſine obmurmuratione.* Eſt aliquid: non tamen ſatis ſtringit argumentatio ſic concepta. Hoc *Cocc.* anſam dedit IV. *Adverſativum* uſum, potius, quam *Ætiologicum*, inducendi. Non video quid juvet; niſi quod ſtomachoſius ſit. Illud tamen *ſed* ex mente *Cocceji*, eodem recurrit, quo *nam Merceri.* Preſſius quid pro *Ætiologia* ſecutus *Cler.* V. *Non es Juſtus: nam Deo potius credendum quam homini. Jam vero ſatis aperte Deus te reum oſtendit*, *quum funditus te perditum ivit.* Sic primo ſtatim pedatu *Jobum* condemnaſſet, cum Amicis, qui majorem *æquitatem* promiſerat. Pugnat etiam cum *Vſ.* 32. infra. Cl. *Schmid.* VI. ex ſua *Hypotheſi* languidule, *Quiſquis putat Deum debuiſſe*, *& potuiſſe*, *æquiorem nobis viam ad ſalutem conſtituere*, *ille male agit. Atqui tu* &c. En VII. quod ſeries poſtulare videtur. *Tu qui ita animoſe te Juſtum fers in omnibus*, *in eo ſaltem nunc injuſtus deprenderis*, *quod jura Dei minuas*, *ejuſque Majeſtati*, *& juſtitiæ ſimul*, *deroges*, *quum te contra omne jus*, *& fas*, *adfligi*, *tam acriter contendiſti*, *& Judicem tuum non tantum ad rationem vocare*; *ſed & judicare*, *auſus fuiſti.* Sentis id ipſum, quod nos etiamnum in *Jobo* condemnamus. Quanto magis id facere & potuit, & debuit, *Elihu*?

Verſ. 13. Hanc Viri mentem manifeſtat inſtantia ſubnexa. Ea diverſimode aptatur. Nimis abruptum, & imperioſum I. *Cur adverſus Eum contendis? Ad nihil eorum*, *quæ agit*, *reſpondet.* Mitius *Merc.* II. *Cur* ergo *adverſus eum contendiſti? quia omnibus verbis* i. e. *negotiis ſuis quæ agit*, *non reſpondet nobis cur ea agat.* Apponit III. quod & *Vatabl.* poſuit, *Quia omnia verba ſua non reſpondet.* i. e. *non omnia ſua arcana hominibus revelat*, *cur*

 ſin-

14 Nam ſemel loquetur Deus; & ſecunda vice non videbit illud.

14 כי־באחת ידבר־אל ובשתים לא ישורנה׃

15 In

15 בחלום

ſingula faciat; *ſed tantum quantum homini expediat ſcire.* Satis ad rem. Rotundius adhuc IV. *Cocc.* *Quare cum ipſo contendiſti*, *quod omnes rationes ſuas non explicat*? Minus rident quæ ex priva *Hypotheſi* circa *ſtatum quæſtionis* adjecta. Idem de *Schmid.* ſententia dictum eſto. Nobis V. perinde, maliſne, *quod omnia facta ſua reſpondeat*, an, *quod omnia dicta ſua non reſpondeat.* Prius *Ellipticum*, pro, *ad facta.* Poſterius plenum, pro, *omnia quæ dicere habet.* Utrumque redit ad id, quod *Elihuus* cum maxime agebat, *injuſtum eſſe Jobum in eo ſaltem*, *quod Deum ad rationes vocarit*, *& contentioſiſſime cauſam ſibi dari voluerit*, *cur tam ſævum in modum adſligeretur.*

Verſ. 14. Connexionis ratio haud expedita. Negotium quoque creat verbum ישורנה, quod ab aliis ad *Deum* refertur, ab aliis ad *hominem.* Plerique I. ad *hominem* non una via. *Munſt.* 1. *ſemel loquitur Deus*, *& altera vice* ei qui *non advertit illud.* i. e. explicante *Vatablo*, *qui non perſpexerit priorem illam rationem.* Secutus *Merc.* in hanc ſententiam, *Hominem qui prima admonitione Dei ſibi non cavit*, *ſolere & ſecundo admoneri.* Hoc eſt, *qui per inſomnium non correctus*, *per morbum*, *aut calamitatem*, *caſtigatur.* Conter *Druſ.* *Codurc.* *Crinſoz.* &c. Paulo aliter 2. *Calvin.* *Conc.* CXXIV. *Nam ſemel loquetur Deus*, *aut bis*, *nec tamen videbit*, ſive *intelliget illud* homo. Idem habent *Jun.* *Piſc.* *Grot.* *Belg.* Cum ſequentibus in unam periodum *Cocc.* 3. *Quum ſemel loquitur Deus*, *& duabus* vicibus *non obſervat illud* homo; *in ſomnio*, *viſione noctis*, &c. *Tunc revelat aurem hominis*, *& vinculum eorum obſignat.* Ad *Vſ.* 16. de eo plura. *Cler.* 4. *Nam ſemel loquitur Deus*, *nec bis* quiſquam *hoc videt.* i. e. *Nemo advertit Deum bis loquutum*, *ut hominum quæſtionibus ſatisfaceret.* Applicat ad *Legem*, *qua ſemel data*, *Deus non amplius reſpondeat hominibus*, *ad cognoſcendum quid ei gratum ſit.* In his omnibus & *connexio* non valde rotunda, & inprimis incommodum, quod *Homo* veniat ſupplendus. Ad *Deum* ergo II. verbum ישור relatum a *Vulgat.* *ſemel loquitur Deus*, *& ſecundo id ipſum non repetit.* Idem multis *Hebræorum* placitum, ut *non reſpicit*, ſit, *non iterat*, *non retractat.* *Irrevocabile eſt quod ſemel decrevit:* vel &, *ſufficiens*; *quod ſemel conſtituit*, *atque nobiſcum communicavit.* Diverſiſſime explicatur 1. de *immutabilitate decreti Divini.* 2. de *univerſali quodam*, *& communi omnibus hominibus*, *principio*, *unde ad omnia ſatisfieri queat* 3. de *promulgatione Divinæ voluntatis*, *ſemel facta*, *quam nec repeti*, *nec revideri*, ſive *mutari*, *neceſſe ſit.* Videatur *Schmid* *Reim.* & præſertim de *Pined.* qui multas formas nexuum cum præced. *Vſ.* ſuppeditabit. Nulla talis, in qua penitus conquieſcatur. Certe quod Cl. *Schmid.* urget, *docendum fuiſſe*, *cur Deus ad rationem reddendam non teneatur*; parum ſtringit. Contra dixerim, *non docendum fuiſſe*, quod & *Jobus* pulcre callebat, & *Axiomatis* habet pondus. Non etiam valde firmum שור *adſpicere*, pro *revidere*, idque iterum pro *repetere*; vel & *immutare.* Firmiora interim me daturum non profiteor; ſed quum & *hac*, & *illa*, *ratione*, nexus ſit impeditior, ejus expediendi periculum faciundum duco, ut ſi non ſucceſſerit, vel per fruſtraneum conatum noſtrum aliquid proficiatur, in filo hujus orationis rite capiendo. Obſervo ergo *primo*, in מרוע *Vſ* *præc.* cum *increpatione* contineri *comminationem pœnæ.* *Jer.* 8: 19. *Secundo* כי hic erectius per *ſane*, *profecto*, quam per *namque*, reddi. Uſus alibi in hoc Libro adſtructus. *Tertio*, opportunum videri, ut *Elihuus* ob oculos ponat Noſtro, quam *odioſa* ſit Deo *ſuperbia ſpiritualis*, cujus, in contentionibus ſuis animoſiſſimis, haud dubie ſeſe adfinem fecerat. *Quarto*, elucere ex *Vſ.* 17. id ipſum cum maxime urgeri; *ſuperbiam* in Deum, eſſe *crimen* longe *graviſſimum*, quod *cum Gratia* plane non queat conſiſtere, ſecundum illud, *Deus ſuperbis reſiſtit* &c. Ex his omnibus, *Quinto*, colligi poſſe, adfixum in ישורנה ad *contentionem ſuperbam* cum Deo, *Vſ.* præc. perſtrictam, ſeſe referre.

Ac

15 בחלום חזיון לילה בנפל תרדמה
על־אנשים בתנומות עלי משכב׃

16 אז

15 In ſomnio viſionis nocturnæ; quum cadit ſopor ſuper homines; in dormitationibus ſuper cubili.

16 Tum

Ac proinde, *Sexto*, ישור rectius nunc dari *Deo*, quam *Homini*; & quidem in hunc ſenſum, *Profecto ſemel loquetur Deus*, & *ſecunda vice non cernet illud*, nempe *Crimen elationis* i. e. *non admittet ad ſuam gratiam*, *communionemve ullam*, *qui ei proximus.* Ita phraſin hanc in eodem argumento poſitam reperies *Cap.* 35: 13. Hinc jam ſubtiliſſima, & acumini reliquo *Elihui* congruens, copula ſubnaſcitur. *Quare cum eo contendiſti quod omnia ſua verba non reſpondeat? Profecto ſemel verba faciet*, eum eo nempe, qui ſe audacius contra Deum effert, ut eum criminis ſui coarguat; *ſecunda vice non amplius illud viſurus*, *aut toleraturus.* Sentis non injucundam *Antanaclaſin* inter דבריו *verba ejus*, quibus cauſam ſuam, & jura, defendat, Deus; & ידבר *verba faciet*, ad *caſtigationem*, *reprehenſionem*, *condemnationem litigantis*, *ni quantocyus reſipiſcat:* Ita דבר pro *verbo Judicis*, & *ſententia e Tribunali miſſa*, *Eſaj.* 9: 7. &c. Sequentia huic conſpectui reſponſura ſpero.

Verſ. 15. Diviſæ iterum ſententiæ. Ad eorum mentem, quos *num.* I. *Vſ.* præc. locavi, proponuntur *duo*, vel *tres modi*, quibus *Deus loqui* ſolet cum *hominibus*, *non ſatis attentis ad ejus admonitiones.* Nempe nonnulli 1. *tres* recenſent *modos*, *inſomnia*, *morbos*, *Prophetas Divinæ voluntatis interpretes.* Alii 2. cum quibus *Merc.* facit, *duos* tantum, *inſomnia*, & *morbos.* Aliter longe *Cocc.* 3. cui Deus *ſemel loquitur*, ad *oculos*, *aurem*, *ſenſus externos: iterum* autem *ad animum*, ut *in ſomniis* &c. Reliqua aliter quoque ordinat, quibus immorari longum foret. Qui *num.* II. laudati, non unam quoque viam tenent. Ex Doctoribus Pontificiis quidam 1. recenſent quatuor: *ſomnia*; *Ecſtaſes nocturnas vigilantis*; *morbos*; *angelos.* Alii 2. tres tantum, *ſomnia*; *Ecſtaſes*; *morbos.* Alii 3. duos, *ſomnia nocturna*; & *morbos.* Cl. *Schmid.* 4. ad id, quod *Vſ. præc.* ſuppoſuerat, nunc ſatis acute ſubſumit *duo ſignacula*, *quæ* Deus *verbo ſuo addat*, *inſomnia* videlicet, & *adflictiones.* Ad clariorem *cohærentiam* aſſumit ואחרי כן *Deinde vero in ſomnio* &c. *obſignat* &c. Ex noſtra *Hypotheſi* deſcenditur ad *modum geminum Divinæ Locutionis*, per quam *a ſuperbia* retrahi ſolent, quos Deus ex perditione vult ereptos. *Hos modos* ſatis fuſe exponit, ut *Jobus* inde & *ſapere* diſcat, & *reſipere*, neque amplius cum Deo diſputet, ſed ad pedes ejus gratiæ, & clementiæ paternæ, ſe advolvat. Dilucidius. Deus *cum homine loquitur* vel *Extraordinaria* & *ſupernaturali ratione*, ei *in ſomnio apparens* Ipſe: vel *ordinaria*, & *naturali*, per *morbos*, & *adflictiones graviſſimas.* Utraque *Locutio* eſt *plena majeſtatis*, arguens *ſupremum Dominum*, cum quo *litigare* nefas.

Ibid. Circa ſtructuram paucula. Primo elegantius judico, *in ſomnio viſionis noctis*, continuato regimine, pro *nocturnæ*, quam vel *in ſomnio viſionis*, *nocte:* vel *in ſomnio*, *viſione noctis.* Secundo, *quum ſopor cadit ſuper homines*, minus recte *Merc.* exponit, *cum ceteri homines altum ſtertunt*, *privatim nonnullos monere ſolet Dominus.* Intelligendi omnino *ipſi illi*, *quibus viſio nocturna Divinitus contingit*, ut *Cocc.Schmid.* aliique monuere. Non ambiges, ſi relegeris quæ *cap.* 4: 13. dedi. *Bolducio* אנשים *Enoſchæos Prophetas* deſignare tendenti tum hic, tum *cap.* 4: 13. ſua ſomnia non invidemus. Tertio, *in dormitationibus ſuper cubili*, additum ad *Exergaſian.* Si tamen *Bolducio* credimus, תנומה notabit tantum *nutationem*, & *nictationem levem palpebrarum*; & quidem *interdiu*; ſuper משכב *lectulo ſacro*, eum in finem ſtrato, ut *Divini ſomni* caperentur. Hos ſolus ſcit fuiſſe ἀμφικεφάλους, quos שפתים *duorum prominentium*, ſive *pulvinorum*, appellarint. Etiam ex Noſtris nonnulli תנומות *nictationes*, & *leves ſomnos*, eſſe putant, diſtinctos a *gravi ſopore* תרדמה. Circumſtantiæ vix permittunt; Lingua non exigit. Vide *Pſ.* 76: 6. *Nah.* 3: 18.

 Verſ. 16.

16 Tum revelat aurem hominum; iiſque caſtigationem obſignat.

16 אז יגלה אזן אנשים ובמסרם יחתם :

17 Removeat homo Opus; & elationem a Viro obteget *Deus*.

17 להסיר אדם מעשה וגוה מגבר יכסה :

18 Pro-

18 יחשך

Verſ. 16. *Revelatio* ipſa indicatur duabus phraſibus lectiſſimis. Prima eſt, *Tunc revelat aurem hominum.* Minus ſimplex illud *Jun.* & *Trem.* *Tum revelat auri hominum*, nempe *afflictionum cauſas, uſum, & exitum.* Structuram ſecuti *Doct. Belg.* aliter tamen explicant, de *illuminatione intellectus, & flexione cordis ad reſipiſcentiam.* Defendi poteſt ex *Eſaj.* 22: 14. *Revelavit ſe in auribus meis Jehova exercituum.* Mollius tamen prius illud, pro, *admonet homines velut aurem tectam retegens & purgans* &c. ut recte *Merc.* Eodem redit hoc *Cocc.* *Depulſio ignorationis, eſt velut obturamenti excuſſio; vel veſtis ſonum prohibentis detractio. Notatur clarior, & penetrantior, inſinuatio voluntatis Divinæ.* Formulam reperies *Rut.* 4: 4. & 1 *Sam.* 22: 17. 1 *Sam.* 9: 15. & 20: 2. & 22: 8. & 2 *Sam.* 7: 27. unde ſimul ejus *origo*, & *poteſtas*, ſatis dilucet. Conſulas quoque velim, quæ Cl. *Vitr.* ad *Eſaj.* 22: 14. appoſite. *Claritatem*, & *penetrantem vim*, hujus phraſeos, cumulat altera illa, *& convictionem eorum obſignat.* Varie exponitur. *Merc.* 1. *ſententiam fert, & obſignat, de iis caſtigandis, niſi admonitioni pareant.* Monet alios 2. velle, *claudit* i. e. *impedit caſtigationem eorum, monens tempeſtive reſipiſcant.* Addit 3 dari poſſe, *& vinculum eorum* i. e. *ſupplicium obſignat, lata* videlicet *ſententia.* Redit ad primum. Cl. *Cocc.* ab ultimo non alienus, *Schmid.* 4. ex ſuo ſenſu, *Non mutat illud verbum quod ſemel locutus eſt, ſed obſignat tantum, & quaſi per ſigillum confirmat hanc eruditionem.* Eleganter 5. *Vulgat.* *Et erudiens eos inſtruit diſciplina:* quod elegantius adhuc *Doct. Tigur.* *Diſciplinam eorum velut impreſſo ſigillo conſignat:* ad quam rationem & *Cocc.* proponit, σφραγίζειν παιδείαν *Efficaciter erudire, ita ut non concedatur ei qui eruditur non attendere, & vim eruditionis non ſentire.* Valde ad rem Conſonant 6. quæ olim de uſu verbi ختم, produxi, quod *Arabibus* eſt *inſpiravit.* Neſciebam tunc, notionem iſtam eſſe ſecundariam, ab *obſignando*, quod ختم, unde ختمت عليه الشي اوحيت *Obſignata ſuper eo fuit res*, pro *divinitus ei revelata*, vel *inſpirata fuit.* Eſt *metaphora* prægnans, quæ cum *occulta ratione inſinuandi, efficaciſſimam* quandam *vim*, & *auctoritatem convictionis*, infert, tanquam *ſigillo ſupremi Numinis hominum cordi impreſſam.*

Verſ. 17. Laboratur in utroque colo. *Merc.* I. *Ad auferendum hominem* ab *opere*; a facto improbo; *& elationem a viro tegat* i. e. *auferat. Nam quod tegitur, ultra non apparet.* &c. Simili ferme ſtructura II. *Vulg.* *Ut avertat hominem ab his, quæ fecit; & liberet eum de ſuperbia.* Hanc *ſuperbiam* omnes Latini, *Greg. Thom. Lyran. Hugo* &c. itemque *Bold. Codurc. Vavaſſ.* declarant *Active*; de quolibet *peccato*, quod omnis *peccati fons* ſit *ſuperbia.* Solus *de Pined.* III. *ſuperbiam* induci cenſet *paſſive*, & quidem pro *ſuperbo Tyranno, a cujus crudelitate abſcondat, & liberet, Deus eum, qui ſe correxerit.* Impulit eum *Vſ.* ſeq. male explicitus; nec non כסה ad *protectionem* pronius, quam ad *ablationem.* Incidit in Scyllam: nam pro illo ſenſu requiritur וגבר מגוה יכסה. Nemo tamen in *Num.* I. & II. facile concoquat מעשה pro ממעשה; nec *tegere*, pro *auferre.* Concinnius aliquanto *Cocc.* IV. *Uti amoliatur homo factum; & ut ſuperbiam a viro tegat* Deus. *Ne videat* ſcil. *eam, tanquam ſcortum aliquod blandiſſimum* &c. *Ne ab illa tentetur.* Acute. Non abſimili acumine R. *Levi* V. *Et ut corpus ab homine tegat* i. e. *cupiditates corporales* &c. Alia ratione גוה a גו pro *Corpore*, *Syrus* & *Arabs:* ut & VI. pro *cadavere* LXX. adhuc confuſius. Coacte VII. *Schmid.* *ut removeat homo opus* ſuum, *& elationem* ſuam *a viro tegat*

18 יחשך נפשו מני־שחת וחיתו
מעבר בשלח׃

18 Prohibebit animam ejus a fovea; & vitam ejus, ne tranſeat per miſſile.

19 והוכח במכאוב על־משכבו
ורוב עצמיו אתן׃

19 Etiam redarguitur plaga livida ſuper cubili ſuo ; & quam multum oſſium eius perenniſſimum.

20 וזהמתו

20 Et

gat i. e. *abſtineat a ſuperbia adverſus alium virum.* Libere nimis VIII. *Caſt. ut detrahat homini facta:* i. e. *oſtendat eum eſſe nocentem, & ea patraſſe, propter quæ non ſuperbiendum ſit; ſed venia oranda.* Argutiſſime IX. Cl. *Guſſ.* C. L. H. p. 652. *Ad tollendum hominem artificii* i. e. *hominem arte effictum, & compoſitum; Hypocritam: qui tolli poteſt vel deſtructione ipſius; vel vitii, ac hypocriſcos ejus.* Poſterius Colon ibi non tangitur; ut nec ſcrupulus, qui cuivis occurrit, quod אדם in *ſtatu abſoluto* ſit. Dicere, & alia *abſoluta* cum *regimine* efferri, haud tutum. Magis arridet X. quod idem Vir Doctiſſ. p. 321. tentavit, *Correptionem ſuam ſuper ipſis obſignat; ut opera ſua homo removeat, & a viro ferociam tegat,* Deus, *remiſſione; ut Pſ.* 32. Extat ibi כסוי חטאה *Tectus peccati.* Plena phraſis eſt כסה על חטאה *ſupertexit peccatum, injecta* quaſi *veſte. Prov.* 10: 12. & *Neh.* 3: 37. Id ut recta ſcopum *Elihui* ferit, ita genio Linguæ congruit, unde reliqua omnia deflectunt. Mihi XI. a longo adhæſerat, Numinis ipſius verba hoc verſu exponi, *Removeat homo facinus; & ſuperbiam a viro teget* Deus. הסיר *Removere*, ut *Eſaj.* 1: 16. להסיר cum *imperio, Removere oportet, removeat.* Nempe *infinitivi abſoluti* ſæpe *imperant*, ut *Removere*, ſit *removeto*; magis adhuc *conſtructi* per ל, quod infert *officium*, & ſæpe per *neceſſe eſt, oportet*, venit reddendum. מעשה *factum malum, facinus*, ut *Pſ.* 28: 4. & alibi. Vide tamen, XII. an malis nunc, *Removeat homo Hypocriſin, opus fictum, Artificium, quo melior videri vult, quam eſt: & ſuperbiam a Viro conteget* Deus. Struas licet, *ſuperbiam a Viro*, pro *Viri*, vel *ab eo profectam.* Attamen *a Viro conteget*, ſatis quoque concinnum, pro *remotam condonabit, ne contra eum accuſationem intentare, eumve condemnare queat.* Conf. *Eſaj.* 6: 7. *Mich.* 7: 19. &c. *Imperandi* forma firmatur ex *Cap.* 36: 10.

Verſ. 18. Languet, quod nonnulli cum *Vatabl.* I. יחשך *parcet, cohibebit*, referant ad *Hominem* ipſum. Eſt Dei opus haud dubie. Sed & II. friget, quod *de Pined.* aliique hic cogitant, de *depulſione inſidiarum ab hoſtibus ſtructarum.* Anſam dabant, *Fovea*, & *gladius*, vel *miſſile telum.* Minus ad rem quoque, III. *violenta mors per Gladium Juſtitiæ*, quam *Epiſc. Elienſ.* in *paraphr.* expreſſit. *Merc.* IV. conjungit *gladium Divinum & humanum*; nec non *mortem* tum *corporis*, tum *animæ.* Cl. *Schmid.* V. *foveam* exponit de *exitio æterno: & gladium* de *pæna temporali mortis.* Crediderim, quod *animam*, in priori, & *vitam*, in poſteriori colo, poſitam cerneret Vir Doctus. Ordine inverſo *Cocc.* VI. שחת *foveam* ad *corporis corruptionem* pertinere cenſet, quæ in *ſepulcro* fit, ut ראות שחת *Pſ.* 16: 10. *miſſile* autem ad *mortem animæ*, quum *omni dolore, cruciatu*, ac *horrore obruitur*, haud *ſecus ac cervus inter venabula.* Ad hanc rationem argutius paulo נפש de *vita animali*, & חיה de *animo*, interpretatur. Licet VII. *Foveam putredinis*, & *Miſſile*, abſque illo ſubtili diſcrimine, referas ad *mortem peccati aculeo*, i. e. *maledictione armatam.* Talis *mors* Veteribus ſignanter dicta שחת *foſſa perditionis*, quum *corpus in ſepulcro putreſcit* ſub maledictione, *anima* vero *ad Orcum amandatur.* Talis *Mors* gerit שלח *miſſile telum*, i. e. *aculeum maledictionis Divinæ*, ſub quo & *corpus*, & *ani-*

nima, *mortis ſecundæ horrores experiantur* neceſſe eſt. Ad *Cap.* 36: 12. denuo aliquid ſubmonebitur. Hæc jam ita cum præc. *Vſ.* cohærent, ut *effectus*, & *fructus*, *condonatæ ſuperbiæ* inculcetur, *prohibebit* Deus *animam ejus a fovea* &c. &c. poſſuntque eſſe vel *verba Numinis admonentis*; vel, quod malim, *Elihui*, *concludentis*: ut inf 36: 12.

Verſ. 19. In *ſcopo*, *nexu*, *ſenſu*, diſſenſio. *Merc.* I. *Hæc altera*, inquit, *ratio*, *qua Deus hominem compellat*, *&* *admonet de ſuis judiciis*: *ut* nempe *caſtigetur* quoque *homo per dolorem & morbos Lecto affixus*; *& multitudo oſſium ejus robuſta caſtigetur*, *morbo oſſa etiam validiſſima concutiente*, *& diſcruciante*; *uti in Jobo: propter quem hæc maxime dici videntur.* Eadem ratione tantum non omnes. Aliter tamen II. Cl. *Cocc.* qui hæc, inſerto *Quum*, cum *præced.* & *conſeq.* ita colligavit, *Et* quum *redargutus fuerit dolore in cubili*, *& quam multum eſt oſſium ejus* fuerit *horridus* acervus: *& fecerit ipſum nauſeare anima ejus ad panem &c.* *Vſ.* 20. 21. 22. *Si eſt apud ipſum Angelus Advocatus* &c. *& gratia illum complectatur* &c. *Tum revireſcens augeſcit caro ejus* &c. Connexio hæc pendet a מוסר *vinculum*, *conſtrictio*, ex mente τοῦ πάνυ *Vſ.* 16. Cl. *Schmid.* III. proponit *alterum modum*, *quo Deus verbum ſuum*, *quod ſemel locutus eſt*, *obſignat* &c. Redi ad *Vſ.* 15. In alia omnia diſcedit IV. Cl. *Guſſ.* qui C. L. H. p. 321. hinc exſculpſit *beneficium ſanationis*, in ſubſidium vocata phraſi *Luc.* 4: 39 ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ; ad quam formam hic dictum eſſet, *Et redargutio fiet dolori*, *ſuper ipſius lecto*; increpabitur dolor ejus: *& multitudo oſſium ejus robuſta eſt*, *valet.* Subjungit Vir Doct. V. alterum conatum, *Et ille admittit redargutionem ſuper lecto*, ſinit ſe corrigi, & ad ſanam mentem reduci, *& multitudo oſſium ejus valet.* Hanc præfert priori, ut *magis Grammaticam*, quamvis *altera* ſit *magis Poëtica*. Utrumque dignum præſtanti ingenio: ſed ſeries neutrum videtur admittere poſſe; nam de *Morbo* hactenus nihil præceſſerat; niſi eum in מוסר *Vſ.* 15. forte repererit: ſed ſi jam *ille* caſtigatus, ſimulque *correctus*, quid opus *nova deſcriptione immiſſi morbi*, *ejuſque per Dei miſericordiam depulſi*? Omnino exiſtimarim VI. cum pleriſque *novam* inchoari *inſtantiam*, & quidem ita ut *Extraordinariæ* Dei *Loquelæ*, qua hominem officii admonet, nunc ſubnectatur *ordinaria per morbos ſævos*, *gravioris iræ Divinæ ſigna*, *eoſdemque criminis vel manifeſti*, *vel occulti*, *teſtes*, atque *indices* haud *negligendos*, ſi ſalvi eſſe volumus. Duplex autem ratio ordinis præ manibus. Prima arctior, ut ſi quis *ad occultam monitionem non reſipiſcat*, *in publico* quaſi *caſtigetur*; & *acriore flagello admoneatur.* Altera ſolutior, ut aliis *occultam*, aliis *manifeſtam*, *caſtigationem* admovere dicatur Deus. Ad priorem rationem ita, *Et redarguitur* inſuper *per dolorem* &c. &c. Ad poſteriorem ſic, *Aut redarguitur* &c.

Ibid. Peculiarem curam poſtulat ultimum Colon, in diverſas facies converſum, quod minus perſpecta haberetur indoles vocabuli איתן; *Robuſtus*, *durus*, *horridus*, & alia, in Lexicis. Hinc *Pagn.* *& in multitudine oſſium ejus* eſt *fortis* dolor. *Jun.* *Etiam multitudo oſſium ejus forti* dolore. *Bol.luc.* *Et multitudo oſſium* illius *robuſti*, corripitur. *Cocc.* *& quam multum eſt oſſium ejus*, *horridus* acervus: quaſi *ſyſtema oſſium morbidorum in lecto*, *compararetur tumulo lapidum*, *vel ruderum.* Fidenter *Codurc.* poſtremum in verſu, ait *primum eſſe* in constructione, ut ſit, *Fortis etiam objurgatur dolore in lecto ſuo*, *& rixa oſſium ſuorum.* Lectionem ריב prætulit nempe, de qua mox. *Piſc.* anceps, *idque in multitudine oſſium ejus robuſta*: vel *& lis oſſium ejus vehemens.* Plurimi denique, *& multitudo oſſium ejus robuſta*, nempe *corripitur dolore.* In *Originibus* p. 249. 250 cum *rad.* יתן *perennis fuit*, indicavimus poteſtatem *oſſium perennium*; ſub duplici adſpectu, *& multitudo oſſium ejus perennis*, vel, *perennium.* Nunc malim in *abſtracto* ſonantius, *Et multitudo oſſium ejus*, *perenne*; ſive ſenſu receptiſſimo *Merceri*; ſive potius, *tum*, *quum maxime vigere*, & *perenni robore præditus eſſe* videbatur. Facit hoc ad *Caſtigationis* hujus *Characterem* penitius cognoſcendum; quod Dei *Manus*, & *Virga*, tum in *Morbis* immiſſis cernatur, ex mente *Elihui*, quum quis *cum maxime vigens*, *valenſque*, *necopinato graves & lentos inter dolores ad portas mortis adducitur.* Facit quoque ad Viri ſcopum, qui erat *Jobum* convincere, *morbos*, quibus miſerrimum in modum conflictabatur, non *de nihilo*, & quaſi *animi gratia*, a Deo ipſi inflictos eſſe, ſed ad *expurgationem* alicujus *fermenti*, ipſi hactenus inhærentis. Ante *eventum* aliter judicare non poterat vel *moderatiſſimus arbiter*; cui *conſilium*

Dei

20 וזהמתו היתו לחם ונפשו מאכל תאוה :

21 יכל בשרו מראי ושפו עצמתיו לא ראו :

22 ותקרב

20 Et abhorret vita ejus panem; & anima ejus cibum deſiderabilem.

21 Diſtabeſcit caro ejus, præ ſpectro: & oſſa ejus tranſparent; non apparent.

22 Et

Dei de *Jobo* חנם *gratis*, *ſine cauſa*, aut *culpa* potius, adfligendo, hactenus non patetactum.

Ibid. Diſpiciendum reſtat de varietate Lectionis, ריב *rixa*, *contentio*, & רוב *multitudo*. Prior *textum* occupat, poſterior *marginem*. Poſteriori favet *Cap.* 4: 14. Eam non ſolum plurimi *Rabbini*, τῷ *Keri* addictiores fere, ſecuti, una cum Recentioribus, verum etiam Veteres LXX. *Vulg. Chald. Syr. Arabs.* Monet tamen *Vatabl.* nonnullos ex ריב expreſſiſſe, & *diſſidium oſſium ejus vehemens eſt:* i. e. *doloribus acerrimis oſſa ejus conturbantur.* Id *Piſcatori* non diſplicuit: unice placuit *Codurco*; qui *rixam oſſium*, declarat *oſſa luxata*, *cum concuſſione*, & *trepidatiene*, *membrorum*; *ut in febri quercera.* Speciem quandam addere licet, ex uſu *Arabum*, quo ريب الزمان *Lis*, *contentio temporis*, eſt *adverſu fortuna*, itemque ريب المنون *Lis fati*, eſt *fatale malum.* Apud eoſdem واتن & اوتن *perennis* etiam transfertur, ad *pertinaciam*, ut *Prov.* 13: 15. Inde exiſteret, & *rixa oſſium ejus pertinaciſſima.* Conf. *Origin.* p. 256.

Verſ. 20. Triplicem reperio conſtructionem. *Vulg.* I. *Abominabilis ei fit in vita ſua panis.* Sed durior eſt *Ellipſis* illa, & זהמה cum לחם *maſc.* minus conſiſtit. *Merc.* II. *Et averſatur vita ejus panem*, cum *adfixo* eleganter redundante, ut *Exod.* 2: 6. Id in *Syriaſmo* crebrum. Cl. *Cocc.* III. *Et fecerit ipſum nauſeare vita ejus ad panem:* itemque *Schmid. Et nauſeare facit eum vita ejus panem.* Omnes monent זהם apud *Syros* & *Arabes* eſſe *fœtuit*, *ſorduit.* Diſerte *Ab. Eſra*, *Abominabitur eum*, & *fœtebit ipſi* panis: *ſic in Lingua Arabica.* Cl. *Cocc.* ait *in Syro & Arabico habere notionem fœtoris*; *ſed in Hebræo notari*, *quod patitur homo a cibi fœtore*, *aut quod agit circa cibum malum.* Scilicet opus habebat in *Kal* poteſtate *nauſeandi*, ut inde in *Pihel* nunc exiret *nauſeare facere.* Unde probabitur, quum nuſpiam alibi proſtet? Sentis, nimium ſibi ſumere Viros Doctos hoc in genere. Omnino זהם ut زهم eſt *ſorduit*, *fœtuit.* Inde in *Pihel* exiſtit *fœtidum cenſuit*; *ut ſordidum averſatus eſt: faſtidivit*, *nauſeavit:* ac proinde in *num.* II. acquieſcendum. Cl. *Hott.* & *Crom.* annotare non neglexerunt. Neſcio quid ſcrupuli ſederit Cl. *Schmidio*, quum חיה *vitam* h. l. pro *anima* ſumi a *Piſcat.* monens, ait, *ſe malle poni*, *pro calamitate vitæ.* חיה eſt *vita animalis*, *cibi indiga:* נפש *anima* eſt *appetitus.* Utraque *cibum nauſeat*, *eumque pro re fœtida reſpuit*, ubi gravis morbus incubuit, ad mortis portas deducturus. Utraque tamen *animam rationalem* ſecum adfert. Cl. *Cler.* ait, ſi pro חיתו legeretur חליו *morbus ejus*, aut חילתו *dolor ejus*, *nullam fore in* h. l. *obſcuritatem.* Vah pruriginem!

Verſ. 21. Emphatica *deſcriptio vivi cadaveris.* Prius colon reddi ſolet, *conſumitur caro ejus ab aſpectu*, ut videri præ macie nequeat. Ita *Tigur. Merc.* &c. Frigide *Arias*, *a vidente me*; unde *Bold.* elicuit *a vuë d'oeil.* At *Luth. ne amplius videre queat.* Similiter R. *Salom.* Cl. *Schmid. ſpeciem adſpectabilem*, & *decentem*, captans, non ſenſit ſe minuere, quod auctum volebat. Etiam *levis febricula* tollere poteſt *ſpeciem aſpectabilem*: majores morbi *carnem* penitus *conſumunt.* Prius ergo ſequendum, niſi forte locum concedas conjecturæ, *conſumitur caro ejus præ ſpectro*, vel *viſione nocturna*; ut videatur eſſe εἴδωλον καμόντων, ὄνειρον, σκία, *umbra* verius *hominis*, quam

 ho-

22 Et appropinquat foveæ anima ejus; & vita ejus perimentibus.

23 Si

22 ותקרב לשחת נפשו וחיתו
למִמתים :

23 אם

homo; omnin *umbra ipſa tenuior.* Redi ad *cap.* 7: 8. & 17: 7. Stylus ſublimior talia adfectat.

Ibid. In diverſa trahitur verbum שפו. *Tigurin.* I. cum *Vatabl. Et prominent oſſa ejus*, quæ *non videbantur.* שפה eſt *extitit*, *eminuit.* Idem voluit *Vulg. Et oſſa*, *quæ tecta fuerant*, *nudabuntur.* Sic שפו *eminere* eſſet *nudari*: & לא ראו *non videri*, ad *tecta fuerant* rediret. Confer *de Pined. Codurc.* &c. Huc calculum conferunt *Doct. Belg. Jun. Cocc.* aliique. Eſt nimis tenue: nam & in corpore macilento vel citra morbum oſſa eminent. *Merc.* II. malu't, *& comminuuntur*, vel *conteruntur*, *oſſa ejus*, *non videntur*: *non ſunt conſpicua præ comminutione*: vel, *præ deformatione ſunt inamœna adſpectu.* Sequitur poteſtatem *Aramæam* verbi שפה *teri*, *limari*, *attenuari* &c. Cl. *Schmid.* III. exhibet, *& confringuntur oſſa ejus*, quæ *non videntur*: i. e. *intima.* Radicem ſtatuit שֹׁף, unde in *Kal* שופו, reſolutum in שְׁפּוּ. Cl. *Hott.* IV. in *Smegm.* ex *Arab.* שפה شف, adfert, *emaciantur oſſa ejus.* De *forma conjug.* nihil commonet. Iſtud *emaciari* a *pellucido* ductum, unde V. naſceretur, *pellucent oſſa ejus*, *non videntur.* Pulcra idea εἰδώλου, & *umbratilis corpuſculi*, quod totum quaſi *tranſlucidum*, præ *attenuatione* non *carnis* ſolum, ſed & *oſſium.* Tum *oſſa videntur*, quum adeſt *oſſea firmitas*, & *denſitas.* Eadem *non videntur*, quum *pellucent.* Circa *formam*, teneas licet *Kal*, cum *Cholem*, שֹׁף pro שָׁפָה, unde שְׁפּוּ citra *anomaliam.* Hæc eſt Lectio *Maſorethica.* Sed *Ketib* ſiſtit ושפי. *Merc.* legit וְשִׁפִּי *& comminutio* eorum tanta, ut non videantur. Id longius abit. Propius eſſet וְשִׁפִּי *& pelluciditas mihi oſſium ejus*; cum *pleonaſmo* eleganti pronominis. שֹׁף *ſubſtant.* a שפה شف, de quo ita *Camus* جسمه شف شفوفا نحل وشفه الهم هزله *Verbum* שפה, *cum infin.* שפוף *eſt emaciatum fuit corpus ejus*; *nec non intranſitive*, *cura eum* שף *emaciavit.* Cave diverſum putes a *trito* & *attenuato*, quod *Merc.* ex *Dial. Syr.* produxit; nam شف a *Scholiaſte Haririi* declaratur per *atteri* & *tenuari uſque eo*, *ut res tranſpareat.*

Verſ. 22. Idem fere conſpectus qui *Vſ.* 18. niſi quod ibi *probibebatur anima a fovea*: hic *ad eam acceſſiſſe* dicatur. Membra membris reſpondent, niſi quod pro *Miſſili telo* habeamus nunc ממיתים. Mira ad eam varietas ſententiarum. Nonnulli 1. *res necantes* exponunt *morbos letales*; Cl. *Cler.* 2. *latrones.* Alii 3. *ſigna mortis inſtantis.* Ipſos 4. *moribundos* maluit *de Pined.* At *Luth.* cum aliis 5. *Mortuos.* A *Bolduc.* habemus 6. *vermes*, & *alia*, *quæ cadaver conſumunt.* Eidem non diſplicent 7. *Veſpillones*, & *Pollinctores*, qui aliis placuerant. *Hebræi* 8. *Angelos mortis* intelligunt. Ex veteribus multi 9. *Dæmones*, *ad orcum rapturos.* Conſimiliter *Schmid.* ſibi proponens *Hominem terroribus mortis primæ*, *& ſecundæ*, *tentatum.* Cl. *Cocc.* 10. ipſos illos *terrores* deſignatos cenſet. Id non longe a vero poteſt abeſſe, ſi quæ ad שלח *miſſile telum execrationis Divinæ Vſ.* 18. protulimus, vera. *Codurc.* 11. לַמְּמִתִים reſcribendum cenſet, quod valeat לְהַמֵּתִים *ad Manes.* Hoc eſt conturbare, non expedire. *Chald.* 12. מיתותא *Mortem* ipſam expreſſit; non tam invita *Analogia*, quam cenſetur. Certe ממותים ſunt *Mortes.* Eadem forma ממיתים

אם־יש עליו מלאך מליץ אחד 23
מני־אלף להגיד לאדם ישרו׃

23 Si erit apud eum Angelus Interpres; unus e mihi mille; ad indicandum homini rectitudinem ſuam.

ויחננו 24

24 Et

ממיתים per *quietem med. Jod*, a מית, ex *Dial. Syr.* ſignare dixerim *Mortes*, & quidem *graviores*, *terribiles*, *armatas aculeo omnis maledictionis*. Sive hoc, ſive *num.* 10. ſequare, habebis idem quod *Vſ.* 18. vidimus: quodque omnino obverſari debuit *Elihuo*, *Mortis primæ*, & *ſecundæ*, *terribilem faciem* exponenti.

Verſ. 23. Illuſtris locus; ad quem grandia ſententiarum divergia extitiſſe, cum generatim, in *Hypotheſi* formanda, tum ſpeciatim, in phraſibus evolvendis, non eſt quod miremur. In tres claſſes omnia diſpeſcam, æquiſque rerum arbitris ea ſubminiſtrabo, quæ liquidam ſimul, & liberam, judicandi poteſtatem ſint datura; quando nihil aliud nobis propoſitum, quam ut genuina mens *Elihui*, ex ſerie diſputationis ejus, ſua ſe ſponte radio convictionis inſinuet. *Prima* eſt eorum, qui per *Angelum Interpretem* intelligunt *Hominem*, *qui Doctrinæ ſalutaris lucem* ægrotanti, & moribundo, præferat. *Altera* eorum, qui *Angelum ſtrictius dictum* inducunt, voluntatis divinæ *internuncium*, & miniſtrum. *Tertia*, quæ ad *Angelum fœderis* cuncta referenda decernit. Quod ad priorem claſſem attinet I. ſunt qui ſine nexu cum *præced.* 1. hic *tertiam* quandam *viam* ac *rationem* conſignari putent, per quam Deus hominem ad reſipiſcentiam revocare ſoleat; miſſo ipſi *Nuncio Eloquente*, i. e. *bono Doctore*, & *Scripturarum Interprete*; qualem vix *unum e mille* invenias: *per quem* Deus *ejus miſereatur*, atque hoc pacto *inveniat propitiationem*, per *morbum* nempe, & *ſanam doctrinam*. Ita *Munſt.* & *Iſid. Clar.* quorum rationes non eſſe expeditiſſimas, quivis facile ſentiet. Non minus impedite 2. *Jun.* & *Trem.* quibus nunc tangi videtur *tertius uſus documentorum* Dei, *fides in promiſſiones gratiæ Divinæ ab hominibus denunciata.* His *Nuncius interpres* eſt *Propheta*; qui *unus e mille*, rariſſimus, *homini annunciet rectitudinem illius*, Dei, *qua omnia*, & *nominatim laborantes*, *regat*, ac *gubernet*, quique deinde *de gratia eum allocutus*, *dicat*, pro eo orans, *Redime eum ne deſcendat in foveam*, *expiatione* quam *inveni*; *in Chriſto conſecutus ſum.* Addunt, *hanc eſſe ſummam Orationis*, *quæ apud Deum pro adflictis ſit habenda.* Concinit fere *Paraphr. Patric.* niſi quod *Inveni propitiationem* declaret, *ſatisfaciat Tibi quod eum pœnitentem invenio.* Paulo aliter 3. *Codurc.* qui hic reſpicit vult *hiſtoriam Abimelechi ægrotantis ob raptum Saræ Gen.* 20. *Unus e mille* ei eſt *Propheta*; qui hominem moneat *de rectitudine* i. e. *juſtitia*, vel *Dei*, vel *ſui ipſius*, *ut pœnitentiam agat.* Reliqua ſic. *Et ſupplicet* Angelus ille *ei*, Deo; *ac dicat*; *Libera illum*, *ne deſcendat in foveam*; *conſequar peccati veniam.* Ait, מצאתי כפר dictum ut מצאתי חן *conſecutus ſum gratiam:* idque eſſe vel optantis; pro *conſequar*, *obtineam:* vel *innuentis ſe exauditum.* Sibi multum placeant neceſſe eſt, qui talia placitura confidunt. Specioſius 4. *Doct. Belg.* item *Doctorem Eximium* tenent, *qui homini rectum ſuum officium denunciet:* quo præſtito Deus *illius decumbentis miſereatur.* Minus ſpecioſa quæ ſequuntur, *Et dicat* illi Doctori, *Libera eum ne deſcendat in foveam:* annuncia ei liberationem, & reſtitutionem; *Inveni redemtionem* in juſtitia Meſſiæ. *Calvinus Conc.* CXXVI. ad poſtrema ſic præivit: *Deuſque illius miſereatur*, & *dicat*, *Libera eum* &c. *perinde eſt ac ſi vox Dei e Cœlo reſonaret, quum mandatum expreſſum dat iis, qui nos alloquuntur nomine ipſius, ut nos ex mortis abyſſo extrahant* &c. Vicinus hiſce Erud. *Crinſoz.* 5. in eo tantum varians, quod *Vſ.* 24. in illo *dicat*, exiſtimet Deum *Executores mortis alloqui*, *qui jubeantur hominem iſtum dimittere.* An hoc implet vim פרע *Redime eum*? Quæ *Bolduc.* in medium contulit, 6. huc redeunt, *Elihu modeſte ſemet ipſum in hoc contextu deſcribere*, *qui tanquam Propheta*, *ex millibuſque Prophetarum electus Nuncius*, & *Interpres Divinæ voluntatis*, *indicaturus eſſet rectitudinem Jobi*,

bi, i. e. *bona opera*, *patientiam in doloribus* &c. *item vota*, *vel ſacrificia imperata*, *Eleëmoſynas* &c. & deinde *miſeraturus eundem*, *Deumque pro ipſo compellaturus*, *oblato ad ejus reſtitutionem ſacrificio piaculari*, *quod hic vocetur* כפר ; *quodque ſe inveniſſe dicat Elihu*, *quia id Deo gratum fore ſciebat*. Mirificam enimvero *modeſtiam*? quam alii intolerandam *ſuperbiam* judicarent. Cl. *Guſſ*. 7. in C. L. H. p. 664. 665. etiam *Elihu ſemetipſum innuiſſe*, minore tamen ſaltu, ſtatuit. Supponit *Morbos graves Vſ*. 19. *aptos demum eſſe ad hominem in viam ſalutis reducendum*, *ſi accedat ſalubris admonitio fidi alicujus ſervi Dei*; *qui homini aperiat* עליו *pro Deo*, rectitudinem illius, *Dei*, *in dubium revocatam a Jobo*: quando Deus, *illum ſit miſeraturus*, & *dicturus*, *Redime eum* &c. *Inveni Lytrum*. Bifariam ultima diſponit. Primo, *ut Pater loquatur*, & *per Λόγον mandet Spiritui S. ut hunc liberet a pœna*. Secundo, *ut Filius loquatur*, *intercedens apud Patrem* &c. Qui poſtremum hoc admittere potuit, commodius haud dubie *Angelum Interpretem* ad *Mediatorem* ſtatim retuliſſet; nam *Elihuum* ſemet titulis magnificis *Angeli Interpretis*, *unius e mille*, *præ mille Eximii*, deſignaſſe, parum veriſimile, ob multas rationes, præter *ſuperbiam*; quas exequi haud neceſſe. Accedo II. ad eam claſſem, quæ *Angelum ſtrictius dictum* retinet: non ſine magna fluctuatione iterum. Mire 1. hallucinati LXX. ἐὰν ὦσι χίλιοι ἄγγελοι θανατηφόροι, εἷς αὐτῶν οὐ μὴ τρώσῃ αὐτόν &c. Mitto reliqua non minus turbata. Videnter per *Angelos mortiferos* intellexiſſe *ſigna mortem portendentia*. Ex minus puro item fonte *Chald*. 2. *ſi eſt in eo meritum juſtitiæ*, *adeſſe jubetur Angelus unus paracletus*, פרקליטא, vel *Advocatus*, *de inter mille Accuſatores* קטיגוריא, *ad annunciandam filiis hominis rectitudinem ejus. Et parcet ei*, *ac dicet*; *Redime eum* &c. Dubites ad *Angelumne* retulerit illud, *parcet ei*, an ad *Deum*. Poſterius veri ſimilius. Certe *Jarchi* & *Ab. Eſra* diſerte, המקום *Deus tum parcet illi*, & *dicet Angelo Interpreti* &c. Submonet quoque *Ab. Eſra* ex h. l. diſci, *Multos eſſe Angelos mortis*, *qui hominem iſto extremo tempore perdere ſtudeant*; *unum autem eſſe Angelum cuſtodem*, *ei tuendo præfectum*. Eam doctrinam citius noſtro textui obtruſeris, quam ex eo elicueris. *Unus e mille* certe, ſine fidiculis, id nunquam dabit. Nimium hiſce tributum a Doct. *Merc*. 3. cui *unus e mille* dicitur *ad oſtendendum Dei promtum ſtudium*, & *voluntatem in liberando homine*, *ut ſi vel inter mille ei contrarios Angelos*, *unus inventus fuerit bonus*, *ei favens*, *ejus cuſtos*, *qui ejus rectitudinem Deo annunciet*, *promtum ſeſe ſtatim exhibeat* Deus *ad eum liberandum*; *dicatque iſti Angelo*, *Redime eum a morte*; *inveni redemtionem*, ſeu *pretium redemtionis*: i. e. *jam ſatis humiliatus eſt adflictionibus*, *culpam agnovit*, *reſipuit*, *mihi ſatisfactum eſt ejus fide*, & *reſipiſcentia*, *qua meam amplexus eſt miſericordiam* &c. Potuiſſent hæc *Judæis* relinqui. Addidit quidem, *Hoc λύτρον non eſt aliud*, *quam ſanguis Chriſti*, *in quem & Veteres crediderunt*: ſed apparet ex *fide Chriſtiana Commentatoris* id additum, non ex ipſo textu, aut Linguæ poteſtate, ſi כפר *Redemtio* priorem iſtam expoſitionem admittat; in qua ſe acquieſcere merito dicere poſſent illi, qui fidem in ſanguinem Meſſiæ vel nullam agnoſcunt, vel veteribus illis detractum eunt. Non ex facili item fluit, quod *Merc*. לאדם capiat *pro homine*, *in hominis uſum*; & ישרו *rectitudinem ejus*, exponat, *reſipiſcentiam*, & *fidem de remiſſione peccatorum propter Chriſtum*: quantumvis ſubdat; *rectitudinem hanc hominis non ab ipſo homine proficiſci*, *ſed a Deo*, *qui cor hominis præparavit per adflictionem* &c. &c. In vicinia horum Cl. *Cler*. 4. niſi quod innuere videatur, *Elihuum* ex *Hypotheſi* potius hæc locutum, quam ex vero. *Potuit fieri*, inquit, *ut exiſtimaret Elihuus*, *interdum ad hominem ægrotantem miſſum Angelum*, *qui doceret*, *quid ægro fieri oporteret*: *ut* rectitudinem, *hoc eſt*, *virtutem coleret*; *Deique miſericordiam imploraret*: *cujus voci ſi auſcultaret*, *tum vero Angelum veniam ei a Deo impetraſſe*. Hæc ille ad *Vſ*. 23. *unum e mille* exponens *Unum ex innumeris Angelis*. Ad *Vſ*. 24. ita. *Tum miſerabitur ejus* Deus, & *imperabit Angelo ut hominem moribundum curet*, *dicens*, *propitius ei factus ſum*, nactus ſum pretium liberationis; h. e. *jam rationem habeo*, *cur illum vivere malim*, *quam mori*. *Quodnam illud pretium*? *Reſipiſcentia hominis*, *quam Deus quaſi λύτρον*, *ex mera bonitate*, *propter ſacrificium Chriſti*, *quod eſt proprie λύτρον*, *accipit*. Mirabere liberaliter nunc

nunc datum *Elihuo*, quod alibi *Jobo* negatum; *cognitionem ſacrificii Chriſti*; ſed pudebat *Chriſtianum* credo, *reſipiſcentiam* ſolam vocari כפר *piaculum*. Longius adhuc progreſſus 5. III. *Grot. Angeli duobus modis* μεσῖται *Mediatores ſunt*; *& monendo homines*, *& pro eis orando. Hic eſt adſcenſus*, *& deſcenſus*, *in ſcala Jacobi*. Sequens, *miſerebitur ejus*, melius verti ait, *ſupplicet ei*, Deo: &, *inveni pretium redemtionis*, declarat, *inveni in eo pœnitentiam*, nam ἐξιλασμὸς ἀποστῆναι ἀπὸ ἀδικίας. *Eccleſiaſt.* 35: 5. Hæc undique laborant. *Vulgat.* 6. huc uſque non proceſſit; cujus mentem, ſat pure expreſſam, vereor ne Enarratores Latini offuſcarint; ad *Angelorum cultum* deflectendo, quod de *Angelo fœderis* explicare potuiſſent multo decentius, ſolidiuſque ad ſcopum. Percipies hoc ex Commentario qui *Hieron.* dicitur. *Si fuerit quiſpiam Sanctorum, qui nomen Sancti Angeli habere mereatur, is pro hujuſmodi, qui pro peccatis ſuis a Deo ita corripitur, poterit impetrare* veniam: *ſi tamen de multis operibus bonis, quæ operari debuerat, unum bonum opus ejus, quod tanquam ſacrificium pro eo placabile Deo offerat, valuerit invenire: Exaudiet, inquit, & jubebit, ut prædictus ad correptionem infernorum cruciatuum non deſcendat: eo quod Vir Magnus quidam extiterit, cujus preces Deus non potuerit non audire.* Hæc cum *Homine* illo *Angelico* redeunt ad id, quod *Claſſe* I, *num.* 2. & 3. poſitum: ſed ita redeunt, ut nemo ſuum facere voluerit. Subnectitur. *Et Angelus quilibet de Cœlo, aſſiſtens ante faciem Dei, poteſt pro quolibet peccatore in flagellis caſtigationum poſito intercedere: Ipſis enim eſt cura injuncta a Deo, vel maxime, ut diverſis hominibus; vel nationibus; defenſionis ſive cuſtodiæ ſuæ opem ferant. Hebr.* 1: 14. Hoc ambabus ulnis receptum a pleriſque Doctoribus *Eccl. Roman.* poſtquam *Cultus Angelorum* fulcris undique conquiſitis indigere cœpit. Animoſe *de Pined. Curandum* inquit, *ne locum hunc, quo velut diſtricto, & ſplendenti, gladio, Hæreticos, invocandis Sanctis, & Angelis, inſequi feliciter poſſumus, atque etiam jugulare, vel ipſi illi e manibus nobis eripiant, vel quiſpiam retundat.* Vide quomodo curarit, in *Paraphraſi* non feliciſſime concepta. *Enimvero ex una parte Satanas mortem nobis propter ſcelera merentibus inferre molitur. Ex altera parte Tutelaris noſter, vereque Paracletus, atque unus de innumero illo numero Spirituum miniſtratoriorum, qui noſtram ſalutem procurant, mortem ipſam frequenter minatur, non tam ut inferat, quam ut avertat & a peccando deterreat. Sic ſane Angelus Sanctus* interlocutor *eſt, inter Deum, hominemque; de noſtræ vitæ, & mortis, controverſia componenda acturus: & Deo quidem quaſi exponere videtur, ſi quæ hominis præclara merita, atque illa amplificat: homini vero ante oculos proponit paterna Dei viſcera; ut in illius flagello, ceu maximo beneficio, ſupplex acquieſcat.* Hæc ad *Vſ.* 23. Ad *Vſ.* 24. ita porro. *Quod ſummæ profecto Clementiæ eſt, ſive ANGELUM Interventorem reſpicias, ſive DEUM ipſum, apud quem pro noſtra ſalute ſive animi, ſive corporis, intervenit Angelus. Ii enim ardentiſſima charitate noſtrarum rerum procuratores ſunt; qui ex* gratia, *& commiſerante voluntate noſtros morbos hunc in modum deprecantur. Redime o Deus ægrotantis iſtius vitam a poteſtate mortis, ne præceps ruat in locum corruptionis: Nam habeo ſane, quod quaſi* pretium *offerre poſſim pro hujus* redemtione; *atque te indignantem propitiare: pariterque hominis iſtius peccata vel excuſare, vel tegere:* non aliud *quidem quam præteritæ vitæ* pœnitentiam; *& meliora futuræ conſilia. Hac deprecatione delinitus Deus, reſpondet Angelo, pergratum ſibi extitiſſe illius pro homine* interventum &c. *mandatque Angelo in homine curando operam ſtrenue collocet.* Ipſis Pontificiis, quibus acetum in pectore, hæc ſtomachum commovere debent: nam ne decentia quidem in iis obſervata. Nec tamen huc veniri potuit, ſine magnis torſionibus. a. *Unus e mille*, pro *aliquis ex innumerabilibus Angelis.* b. *Annuntiare hominis æquitatem*, pro *bona opera ejus repræſentare & culpas excuſare, & extenuare*; *præſentem animi ejus æquitatem laudando*: item, a parte Dei, *exponere homini officium, quo ad æquitatem & juſtitiam reducatur.* c. יחננו *Miſerebitur ejus*, pro *Angelus ille ex gratia deprecabitur pro eo.* Hic ſaltem Character Viri mentem ferire debuiſſet. Sed par erat, ſcilicet, ut qui *ſplendenti* hoc *gladio* ſe *Hæreticos jugulaturum* credebat, eodem *ſemet* imprudens *jugularet*, & illam daret *paraphraſin*, quæ omnem *creati Angeli* rationem miſſam facere cogeret vel pertinaciſſimum *cultus Angelorum* defenſorem: ſi modo *textum* ſuum, ejuſdemque *ſcopum*, ex oculis non dimitteret. De eo confeſtim plu-

ra. Non diffitetur interim, *Gregorium* & pleroſque Latinos *Vſ.* 24. *Miſerebitur ejus*, retuliſſe ad *Deum*, *qui*, *ad interceſſionem Angeli illius*, *homini propitiatus*, *eidem Angelo committat pœnitentis liberationem a morte*, *& interitu.* Si non indigeas fulmento, quantumvis male firmo, ad *interceſſionem Angelorum* apud imperitos utcumque ſtatuminandam, ne ad momentum quidem dubitabis, quin *Unus* ille *Mediator Dei*, *& hominum*, *Angelus fœderis*, unice hic ſit tenendus. Sic ad III. Claſſem deſcendiſſe me ſentio, in qua familiam ducit *Gregorius*, itemque *Gloſſ. Ordin.* applicans omnia ad *Chriſtum*, *qui pro nobis Patri loquitur*, *quique unus de ſimilibus*, (ita pro *unus e millibus* diu lectum in *Vulgat.* ut videbis ex *Luca Brug.*) *quod cum in cunctis operationibus ſuis nos immenſa virtute tranſſcendat*, *hominis tamen naturam aſſumſerit*, *nobis per omnia ſimilis factus.* Eſt quidem Lectio illa vitioſa; ſed apparet, quid ſecuti ſint tum temporis *Interpretes Latini*, quum pro *de millibus* maluere *de ſimilibus.* Cur horum nullam mentionem fecit *de Pined.*? Cur non monuit in *Gloſſ. Ordin. æquitatem hominis* referri *ad juſtitiam Mediatoris*? Cur ſuppreſſit, *Miſerebitur ejus*, attribui *Filio Dei qui formam hominis ſumſit*? Cur denique ne mutivit quidem de reliquis; *Inveni in quo propitier: q. d. Quod nullus homo fuit*, *qui coram Deo interceſſor juſtus pro hominibus appareret*, *memet ipſum ad propitiandum hominibus hominem feci &c.* Eſt in his, quod non omnino approbes, nam *Mediatorem* ut jam *humana natura indutum* ſpectare non potuit *Elihuus.* Hinc nimis *Myſticum*, credo, viſum fuit multis Noſtrorum; & *Mercero*, qui monens *eſſe qui Chriſtum* intelligant, *Verum Mediatorem*, ſatis frigide ſubdit, *Non puto illuc Elihu reſpexiſſe.* Rogo, cur non? An *ſcopus* non patitur? Exigit potius. An Tituli non quadrant? Nihil illis aptius, ad מלאך הגאל *Angelum Redemtorem* ſignandum. An *Mediatorem* illum ignorabat *Elihu*? Hoc *Mercerus* non dixerit; diſerte *fidem in Chriſtum* veteribus vindicans. Quid ergo ab hac ſententia retrahere potuit Commentatorem veri amantiſſimum? Idem, credo, quod *Cap.* 19. eum præpedivit, quo minus in *Goële Jobi*, agnoſceret *Redemtorem*, & *Fidem in Ejus adventum defixam.* Provocat ibi ad auctoritatem *Rabbinorum*; quæ & Eum hic implicuit in opinionem e ſchola *Judaica* hauſtam; *Angelos hominum acta*, *& preces*, *Deo annunciare*, *quaſi proxenetas.* Quam prope ad *Interceſſionem Angelorum* acceſſerit ſummus *Grot.* ex eadem ſchola hic hauriens, ſupra viſum. Si ergo *Angelus Goël* non ignotus fuit noſtris Collocutoribus; ſed *natura fœderis gratiæ* per *Mediatorem* ipſis fuit cognita. Si Tituli magnifici illuc manifeſto ducunt. Si *Scopus* denique *Elihui*, & ipſa *Vis diſputationis capitaliſſimæ*, eodem trahunt, jure meritiſſimo *Angelum fœderis* in hac ſede amplectimur, eique vel *Doctores*, vel *Angelos* minores, concedere jubemus. In priorem *theſin* ad *Cap.* 19. adſtructam, atque aliunde permunitam ſatis, inſiſtere non neceſſe. Duas poſteriores ſigillatim confirmatas dabo, ad πληροφορίαν τ πίστως, quam me *pro memet ipſo* quæſiviſſe in hac longiore diſcuſſione, haud diffitebor; quum ad hunc contextum acceſſerim non tantum ſubdubitans, verum etiam propenſior ad ſententiam Doct. *Belg.* cum illa Cl. *Guſſ.* conjunctam: in quam conceſſurus fuiſſem, ſi ab illa parte magnitudini ſententiarum, & rerum, ſatisfacere potuiſſem: quantumvis inter Noſtros *Cocc.* alioſque ſummos Theologos, pro *Angelo fœderis* nunc fere ſtare cernerem; item *Calov. Schmid. Mich. Reim. Auguſtanæ Confeſſionis* lumina.

Ibid. Voci cuique ſuum pondus, & momentum. I. *part.* אם *ſi*, non *incertam* nunc, ſed contra *certam*, & *neceſſariam*, infert *conditionem*; ſine qua peccator *iratum Numen experiens*, & jam *Morti primæ*, ac *ſecundæ*, *proximus*, a *pernicie liberari* nequit. Ergo non *Doctor* intenditur, non *Angelus*, ſed *Goël.* Huc collineat *Cocc. Docet*, *fieri aliter non poſſe*, *ut homo reconciliationem*, *& ſalutem*, *impetret*, *quam ſi ſit apud Deum Interceſſor.* II. Anceps eſt עליו, ad *Deumne*, an ad *hominem* redeat. Cl. *Cocc.* 1. *apud Deum*; addens, *ad hominem referre non poſſum*, *quia ſtatim valde inſolens eſſet repetitio* לאדם *Homini. Quare enim non diceret*, *ſi eſt apud Hominem* Angelus &c. *ad indicandum ipſi.* Acute. Scrupulus mox tolletur. Cl. *Schmid.* 2. *apud hominem:* ut ſit *aſſiſtentiæ*, & *auxilii.* Idem 3. *Vulgat.* diſerte, *ſi fuerit pro eo.* Hanc vim *partic.* על ſubjectam reperies 1 *Reg.* 10: 3. & *Dan.* 12: 1. ut Doctiſſ. *Mich.* & *Reim.* mo-

monuere. Speciatim nunc attendi autumem *patrocinium*, quod ab *Advocato præſtatur*. Cl. *Guſſ.* id agnoſcit, ſed inflectit ad *defenſionem cauſæ Dei ab Elihuo ſuſceptam*; ut לאל *Vſ.* 6. poſitum cenſebat. Neutrum firmum. Inprimis hic langueret *patrocinium Deo præſtitum*, ab *Elihuo*; quum contra *patrocinium a Magno paracleto præſtandum peccatori*, *fulmina iræ Divinæ jam in corpore*, *& anima*, *perſentiſcenti*, conſtituat *fundamentum Fidei*, & *ſanæ doctrinæ*, quod nunc inculcatum itur quam appoſitiſſime; ut infra, ubi de *Scopo* dicemus, oſtendetur. Valde ad rem facit, quod *Cocc.* hic exhiberi moneat *Schema Judicis pro throno ſedentis*, *& de homine judicantis: pro cujus ſalute Angelus Advocatus excubet.* Id עליו ἐπ' αὐτῷ ad noſtram mentem accommodatiſſimum; & ſimul convincere aptum, *ad Tribunal Dei non eſſe pergendum cum Fiducia juſtitiæ propriæ*, *ut Jobus feciſſe videbatur: multo minus cum Deo tam audacter contendendum.* Id in *Elihui ſcopum* intraſſe, pateſcet deinceps. III. Titulum מלאך *Angeli* κατ' ἐξοχὴν convenire *Angelo Faciei*, neminem fallit. Illam illuſtrem perſonam ſignat Epitheton מליץ *Interpretis*, *Oratoris*, quin *Advocati*, & *Mediatoris*; qui *verus* & *unicus* פרקליטא *paracletus* in Eccleſia. Fateor eodem hoc titulo ornari poſſe cum *Hominem*, tum *Angelum*, voluntatis Divinæ interpretem: ſed paulo fidentius, re librata, dicere nunc auſim, nec *Hominem*, nec *Angelum* admittere vel *ſeriem*, vel *gravitatem Doctrinæ*, quam *Elihuus* magno ſpiritu urguet, ad *Jobum* capitalis erroris, in nimia ſui defenſione, coarguendum. Cape *hominem*, nihil dixerit *Elihuus*, quod *Jobum* vel feriat, vel convincat: ſi addideris, *ſemet* intendiſſe oratorem, jam vanus fuerit, & ridiculus ferme. Cape *Angelum*, iterum nihil dixerit: an enim *Dei gratiam obtinere non potuiſſet Jobus*, in quem utique oratio hæc reflexa, *neque ad Tribunal Dei abſolvi*, niſi *interventu Angeli*? Fac generale. An *nullus peccator*, iratum experiens Numen, *fulmina* ejus *evadit*, niſi *interventu Angeli*? Ne Pontificiis quidem id contendere tutum; niſi reliquos ſuos Patronos, & Interceſſores, in ordinem coactos, Pontificemque adeo ipſum de throno detractum velint. Cape denique *Angelum fœderis*, & *Elihuum* omnia uno verbo dixiſſe, *Jobumque* perpulchre, ut *Exceſſus* in juſtitia ſua urgenda, ita *Officii*, commonuiſſe, non negabis. Additur IV. *Unus e mihi mille.* Adfixum in מני eleganter πλεόναζει. Nunquam adhibetur, ſine *Emphaſi*, vel *Adfectu*. Cl. *Guſſ.* cenſet *infinite dilutum*, & *frigidum*, ſi de *Chriſto* capiatur, quippe *qui ſolus*, & *unicus ex omnibus: cui parem dari repugnet*, *propter immenſam differentiam.* An ignorabat Vir Doctus, eſſe, qui אלף *mille* de *indefinita multitudine Angelorum* acceperint, cum *excellentia*, & ὑπεροχῇ? Ita certe *Schmid. Mich. Reim.* monentes *unum* ſæpe valere *unicum*; *primarium*; *principem*: ut *Dan.* 10: 13. *Michael* אחד *unus principum primorum*: i. e. *unicus*. Addiderat *Schmid.* אחד *unum* ſignificare etiam *ſolum*. Sed eſto, *unus e mille*, proverbialiter, pro *multo excellentiſſimus*, quid in eo frigoris, niſi quod ipſe ſuffuderis? An frigidus titulus *Cant.* 5: 10. דגול מרבבה *inſignitus præ myriade*, de eodem hoc *Capite* Eccleſiæ? An friget *Pſ.* 45: 7. *Unxit te O Deus, Deus tuus Oleo lætitiæ præ Conſortibus.* In *Proverbiis* liberaliter verſandum. Frigidiſſimus, meo quidem judicio, fuiſſet *Elihuus*, ſi *ſemet unum e mille* inſigniviſſet. Aliorum *Doctor rariſſimus*, *inter mille vix inveniendus*, etiam parum tempeſtivus. Intempeſtivum plane quod de *mille accuſatoribus* hic *Chald.* habet, ex eoque *Merc.* Ceterum non ſatis capio, cur *Cocc.* hic appoſuerit: *Deo quidem ſerviunt millies milleni* &c. *Sed jam non reſpicitur ad infinitos Dei miniſtros: ſed ad* cuſtodiam *unius hominis* conſtricti in adflictione; *innuendo*, *Angelorum exercitum circa illum eſſe Pſ.* 34: 7. 2 *Reg.* 6: 27. *ſub ducatu*, *& per virtutem Chriſti*, *qui* unus e mille *fidem dare*, *lytrum invenire*, *& intercedere pro homine poteſt.* Id deflectit a *ſchemate* ſupra poſito *num.* II. nec ſedi noſtræ congruit, ubi requiritur *Reus* omni *præſidio*, & *auxilio*, *nudus*; uno *Angelo Fœderis* ei *patrocinium* præſtante. Habet quoque *Cocc. unus præcipuus inter mille Angelos*, *& interceſſores*; *ut unius præcipua & peculiaris ad impetrandum vis*; *ceteri tantum teſtes*, *approbatoreſque*, *ſint.* Non vacat ſcrupulo. Mihi nil ſimplicius, quam, *unus e mille*, pro *excel-*

cellentiſſimus, forma proverbiali, quæ non nimis premenda: vel *unus præ mille*, i. e. *millenis*; *innumeris*: prout *Montes mille*, ſunt *innumeri*, *Pſ.* 50: 10. itemque *Job.* 9: 3. *Reſpondere unum e mille*, valet, *ex innumeris*. Hic pedem figo; ſed en aliud, quod noviſſimus ille locus mihi ſuggeſſit: *Unum e mille, ad annunciandum Homini rectitudinem ſuam*, a Deo datus, ſacratuſque. Innuitur, *Angelum* hunc *dotibus*, *virtutibus*, *muneribus*, multis eminere; quorum *unum e mille* nunc tantum tangatur; quod ſit conſtitutus מליץ־להגיד *Interpres ad annunciandum Homini rectitudinem ſuam*; vel, *qui annunciet homini*, ut *Cocc.* τὸ ל reſolvit. Confer Cl. *Mich.* qui hanc *copulam* quoque indicavit. Non obſtat *Accentus*; juvat potius: mora illa *Emphaſin* inferente. *Syr.* & *Arabs* ſic formulam ſumſere, ܚܕܐ واحدة من . الف & , ܡܢ ܐܠܦ *unum*, vel, *ſemel e mille*; quamvis reliqua eorum nil valeant. Eadem *Ellipſi* forte dictum *Eccl.* 7: 28. *Virum inveni, unum e mille*; vel, *ſemel e millenis vicibus*: vel, *in milleſima aliqua ſapientiæ particula* &c. Hæc ex conjectura; nam ut monui, *unus præ mille*, vel, *e mille*, nihil habet quod langueat, aut ſubſidat infra dignitatem. Ad *Officium* V. hic conſignatum, *Annunciare* לאדם ישרו, amputo quod duæ priores Hypotheſes ſequuntur. In noſtra reperio, 1. *Homini rectitudinem ſuam*, reſtricte, pro *illi homini*; quod *Coccejo* anſam dedit, עליו *apud Deum* capiendi. Latius *Schmid.* 2. *Homini non ei ſolum, de quo ſermo, ſed omni* &c. At Cl. *Reim.* 3. maluit, *ut pro Homine juſtitiam ſuam annunciet* Angelus ille, apud Deum. Reducit *adſ.* in ישרו VI. ad *Angelum fœderis*; intelligens 1. *Juſtitiam ſatisfactoriam Chriſti*, quam & *Schmid.* ac *Mich.* amplexi. *Cocc.* 2. ait, *ambiguum eſſe*, *ad* hominemne *redeat*, *an ad* Deum. *Si ad Deum*, *poſſe accipi Rectitudinem*, *qua Ipſe Rectus*, *in Sanctimonia*, *in odio peccati*, *in ſatisfactione exigenda ſimul*, *& procuranda*. *Si ad hominem*, *intelligi officium hominis*, i. e. *Fidem*, *quæ vera ejus rectitudo*. Utrumque dein complectitur, per Regulam, *verba ſignificare quicquid poſſunt*. Recte vero, ſi ſit *juſta Syllepſis*, aut *Figura ex Ancipiti*; quæ hic nulla. Nobis *Hominis rectitudo* unice arridet, quæ non alia eſſe poteſt, quam *rectum officium*, quod, pro ſerie hac, potiſſimum conſiſtit *in agnitione peccati*, *in reſipiſcentia*, *in Fide*, *in ſinceritate reliqua cordis*, *Dei gratiam in Mediatore amplectentis*. לאדם hac ſtructura tum ad *illum Hominem* ſeſe refert; tum *ad reliquos*, quos *Angelus Interpres* ſuo *Spiritu* illuminat, & movet, ut *omnem ſuam Rectitudinem* ſitam autument, in *agnitione peccati*, cum *reſipiſcentia*, & *Fide in Juſtitiam* Mediatoris. Hoc recta *Scopum* ferit; quod *Jobus tantam ſibi juſtitiam arrogans*, cum Deoque contendens, *ab illa Rectitudine*, & *ſinceritate Fidei*, *deflexiſſe* videretur.

Ibid. Hic verus & Unicus *Elihui* Scopus ſponte ſe offert, ſi attendatur ad naturam diſputationis, quam adverſus *Jobum* ſuſcepit. Is ultra quam par in *juſtitia* ſua *prædicanda* evectus, *Deo* ipſi *injuriæ dicam* quodammodo ſcripſerat. Ignorabat *Elihuus*, ante deciſionem Dei, quo ex fonte tanta audacia, & animoſitas, fluxiſſet. Non immerito credebat, *nimiam* ſui *fiduciam*, & *ſuperbiam*, cor *Jobi* corripuiſſe. Notata criminis magnitudine, oſtendit, Deum eos quos ſervatos vult, omnibus modis a peſſimo illo fermento retrahere, & deterrere. Et *primo* quidem Deus dicitur Mortalem, nimis huc proclivem, *officii* ſui *admonere* per *revelationes nocturnas*, in quibus *Judicis ſeveri diſtrictus Gladius* ante oculos proponatur peccatori, ut *depoſita* omni *ſuperbia*, & *vana* ſui *fiducia*, in ſolam Dei *Gratiam*, & *Miſericordiam*, recumbat; atque inde *remiſſione criminum impetrata*, *Telum miſſile maledictionis* evadat. Subnectitur, *deinde*, gravior adhuc, & terribilior, modus, quo hominem ſibi ipſi vitioſe placentem, & fidentem, in ſemet ipſum deſcendere cogat Deus; *immiſſis* nempe *atrociſſimis malis*, & *morbis*, quibus tanquam *ad portas Mortis primæ*, & *ſecundæ*, adducatur; peſſime periturus, niſi *abjecta* omni *opinione juſtitiæ propriæ*, ſeſe recipiat *ad Aram miſericordiæ*, *in Fœdere gratiæ erectam*: atque non *in ſua*, ſed *in Mediatoris Juſtitia*, *coram Tribunali Divino compareat*. Hæc, ut quivis ſentit, non tantum *cardinem* tangunt *quæſtionis*: ſed & accommodatiſſima, ad *Jobum* telo convictionis feriendum. Dices, non diſputaſſe *Jobum* ad *Juſti-*

tiam

24 ויחננו ויאמר פרעהו מרדת
שחת מצאתי כפר :

25 רטפש בשרו מנער ישוב לימי
עלומיו :

26 יעתר

24 Et miſerebitur ejus, & dicet; redime eum, quo minus deſcendat in foveam; inveni redemtionis pretium.

25 Revireſcet vegeta caro ejus, præ pueritia; redibit ad dies adoleſcentiæ ſuæ.

26 Sua-

tiam propriam ſibi *vindicandam :* atque etiam *fidei in Goëlem* apertum præbuiſſe teſtimonium *Cap.* 19. Reſpondeo, *nobis id* jam *ex eventu*, & *Divinitus comprobata* Viri *pietate*, exploratiſſimum; quod in *juſtitia* ſua adſtruenda, non deſeruerit *Fundamentum fidei*; quodque non *abſolute*, ſed *comparate*, tantam ſibi *innocentiam* arrogarit. Alia fuit conditio *Elihui*. Ante ſententiam, a Deo promulgatam, nec ſcivit, nec ſcire potuit, quid *Jobus* in ſinu conderet; ac propterea non poterat non in iſtam ſuſpicionem venire, *Jobum* ita diſputando non ſolum *ſuperbiæ* ſeſe alligaſſe; verum etiam *Fidem in ſolam Dei Gratiam*, & *Mediatoris juſtitiam*, minuiſſe, ac quodammodo abnegaſſe. Huc collineatum a *Cocc. Neque ſane erat, quod Elihu prius, aptiusque, Jobo inculcare poſſet. Quamquam enim Jobus fidem in Mediatorem ſatis luculenter eſſet profeſſus, inprimis cap.* 19. *tamen Doctrinam de* merito & ſatisfactione *Chriſti ita evidenter non attigerat* &c. Magis ſentias vim noſtræ illationis, ſi quæ ad *Cap.* 19. commeditati ſumus, relegere digneris.

Verſ. 24. Quid fluctuationis ex duabus prioribus *Hypotheſibus* hic exiſtat, ſupra tactum. In noſtra hacce reperio bivium. *Cocc. Calov. Reim.* I. potentiſſimam *Mediatoris interceſſionem* exponi cenſent, *Qui Hominem* illum *Gratia complectatur, ac dicat*, ad Deum, *Redime ipſum, ne deſcendat in foveam, inveni lytrum.* Appoſite confert *Cocc.* ex *Hebr.* 9: 11. *αἰώνιαν λύτρωσιν εὑράμενος :* & omnia magno lumine, ad hunc conſpectum, perfundit. Incommodius erat, quod *Gloſſ. Ordin.* item hæc ad *Chriſtum* referens, ſupra dedit; quamvis exigua mutatiuncula id æque commodum facere queas. Alii Latini poſt *Gregor.* itemque *Schmid. Mich.* II. *Tum miſerebitur ejus* Deus, *& dicet* Angelo; *redime eum, ne deſcendat in foveam; inveni ſatisfactionem.* Nimis ſuæ opinioni velificatur Cl. *Schmid.* quum ait, in כפר ſubaudiendum *aff.* 2. *perſ.* כפרך *inveni ſatisfactionem tuam*, o Meſſia! *eamque examinavi, ac talem repperi, qualem juſtitia mea exigit.* Id eſt cogere velle diſſentientem, non perſuadere. כפר ſine *adf.* tum decentius, tum gravius. Libera proinde, per me quidem, optio: quamvis ipſe magis inclinem in poſteriorem adſpectum, qui ſimplicior videtur. Non obſtat *Hebr.* 9: 11. nam ut ſibi *Chriſtus* eleganter dicitur *æternam redemtionem nactus*, quum *jura ejus ſibi comparaſſet, per ſatisfactionem Patri præſtitam*; ita non minus venuſte hic Deus dicit, *ſe inveniſſe piaculum*, ſive *pretium redemtionis*, quatenus in *ſatisfactione decreta, promiſſa, præfigurata*, & *certo certius adſerenda*, per *Meſſiam*, pleniſſime acquieſcebat. רדת שחת *deſcenſus foveæ*, qua amplitudine ponatur, diſcas ex *Vſ.* 18. & *Vſ.* 22. De פרע jam nihil; quod cum פרה *Originibus* reſervetur. Utrumque conſignat *Redemtionem*, vel *liberationem captivi, quæ* ſit *ſoluto pretio*, vel & *ſubſtituta anima* loco *animæ, vita* loco *vitæ.* Nunquam aliter ſuo فدا utuntur *Arabes.* Ex *alliteratione* cum *Græco* φείδομαι *Avenarius* auſus, *pepercit, abſtinuit parcendo.* Conatus parum felix: & genus plane rejiculum.

Verſ. 25. Grave verbum רטפש; nuſpiam alibi occurrens. LXX. I. vel traditione, vel vi ſententiæ, ducti, Ἀπαλυνεῖ αὐτοῦ τὰς σάρκας ὥσπερ νηπίου. *Molles faciet carnes ejus, inſtar pueruli.* Quæ *Vſ.* 24. habent; *renovabit corpus ſicut* ἀλοιφὴν *linimentum in pariete*, ex כפר *Linere, illinere* detorta. Quid *Chald.* II. voluerit, non adeo liquet: in pleriſque ex-

 tat,

26 Suavi odore litabit Deo, & propitius erit ei; videbitque faciem ejus cum clangore; & reddet homini juſtitiam ſuam.

27 Can-

26 יעתר אל־־אלוה וירצהו וירא פניו בתרועה וישב לאנוש צדקתו :

27 ישר

tat, איתחליש *infirmatur caro ejus præ pueri*; ſed in *Regiis* איתקליש *tenera* ſive *mollis ſit* expreſſum. Hoc eum intendiſſe, patet ex adjecto, *præ pueri*, vel *pueritia*. In malam partem *Vulg.* III. *Conſumpta eſt caro ejus a ſuppliciis*; *revertatur ad dies adoleſcentiæ ſuæ.* Ad hæc *Gloſſ. Ordin. Innumeris enim genus humanum ſuppliciis vel vitiorum, vel pœnarum, premebatur: ſed veniente Redemtore revertitur ad dies adoleſcentiæ ſuæ*, i. e. *ad prioris vitæ integritatem renovatur, & a lapſu reſurgit.* Eſt nimis Myſticum. Sub *Hieron.* nomine annotatum, *Recepit*, inquit vel Sanctus, vel Angelus, precator, *mala pro meritis ſuis*; *menſuramque ſuppliciorum atque pœnarum: nunc iterum indulgentia Divinæ pietatis ſanus ſit, atque incolumis.* Plaudit *de Pined.* & *Interceſſionem Angeli* continuans *ad hocce præſcriptum*, vocat *ſententiam bene cohærentem, in qua nemo erroris, aut ignorantiæ, Interpretem Vulgatum convincere poſſit.* Caſtigat deinde *Hebraizantes* quod in alia omnia diſcedant, reddentes, *Tenerior efficietur caro ejus, præ pueri*, vel *ſucculentior, vegetior, quam erat in juventute*; quæ *Pagn. Cajet. Vatabl.* aliique, magno conſenſu, dederunt. Proh ſervitutem! Concedatur enim נער poſſe aliqua tandem ratione flecti ad *ſupplicia*, ab *excuſſione*, ſive *jactatione moleſtiſſimi morbi*, quam hinc exſculpit Doctus Jeſuita: an non ſequens עלומים *adoleſcentia*, præferre tamen jubet *pueritiam*? Dein, quid neceſſe erat hic *carnis conſumtionem præ morbo* reponi, quæ longe ſignantius propoſita *Vſ.* 20. 21. 22. Poſtremo, quam precaria illa, quam diluta, quam male conſuta, *Interceſſio Angeli* hiſce verbis continuata! Merito ergo hinc reſiluere *Bold.* & *Codurc.* in noſtra caſtra vi veritatis compulſi; atque *Mercero* ſubſcribentes, qui monet III. a רטב *Viruit, viguit recenti ſucco*, & פוש *crevit*, naſci poteſtatem *vireſcendi, & augeſcendi more plantarum, & germinum.* Nil grandius, pleniuſque Optime *Syrus* ܢܬܚܠܦ נתחלף *denuo ſuccreſcet, immutabitur*; itemque *Arabs* يبتدل. Pulcherrimum *Etymon*, ab omnibus ferme cum plauſu exceptum, magis amplectare, ſi tenueris conſimilem compoſitionem *Arabum* in طرفش טרפש, a טרה طري *Recens fuit*, & פוש فاش *turſit ſucco*, unde in *Camus* طرفش تماثل من مرضه والقوم غبنوا واخصبوا بعد الجهد *Dicitur* טרפש *e morbo ſuo, pro convaluit*; *uſurpatur & in iis qui poſt ſterilitatem pluvia, & ubertate, gaudent.* Si placeat per *tranſpoſitionem* a רטפש ortum, non refragabor; nam & رطغش olim extitiſſe veriſimile. *Hebraicum* פוש, *turgendi* notionem habuiſſe, infra ad *Cap.* 36. oſtendetur. Cl. *Cocc.* non adeo alienum videtur, ut מנער ſit, *a conquaſſatione*; quod *renovatio* ſatis ex altero Colo intelligi poſſit. Atqui, ut recte monet, eſt eadem ſententia, quæ *Pſ.* 103: 5. התחדש כנשר נעוריכי *Renovat ſe tanquam Aquilæ, pueritia tua.* Rite quoque confert 2 *Reg.* 5: 14. *Et rediit caro ejus, ut caro parvi pueri.* Sentis ergo & hic *proverbiale* illud, quod decus & pondus grandi dicto adſtituit *Arabes* ſignate, طرفش الفرخ تحرك في الوكر *pullus dicitur* טרפש, *quum in nido ſeſe alacrius movere incipit.* In hac *renovatione vitæ corporalis*, ſimul comprehenſum *novum vigorem vitæ ſpiritualis*, *ſeries*, & *ſublimitas*, harum *diſputationum* evincit. Qui ſuperiora non improbant, ſponte id agnoſcent: quibus ea mi-

minus probantur, fruſtra id approbare conniterer. Rem tetigiſſe contentus ſum.

Verſ. 26 Egregia deſcriptio *ſtatus reconciliati*. In priori colo non placet quod *Merc.* iſtud *deprecabitur*, vel *deprecatur*, intelligat, *interim dum conflictatur cum morbo*; quaſi exponeretur *modus quo ille miſericordiam Dei impetrat.* Rectius plerique ut *fructum* & *effectum reconciliationis* ſubſumunt, *Deum ſemper placabilem*, & *propitium fore precanti*. Verbum עתר infert *litationem*, ריח ניחוח *jucundi odoris* velut; cui ſuccinit רצה *acquievit*, & *favore* ac *benevolentia*, quæ רצון dicitur, *complexus eſt*. Redi ad *Cap.* 22; 27. idemque hic agi ſenties, non ſine luce nova convictionis, ex qua *Jobus* agnoſcere poſſet, quid *Cœlum* ei faceret *clauſum*, & *Deum* hactenus *implacabilem*: ut quidem opinio *Elihui* ferebat. Lepide ſe dat *de Pined.* quum ait, *libenter particulam hanc refero ad Angelum*, ut ſit, *ſic deprecabitur* Angelus *Deum*, & homini *propitius fiet*. Potuiſſet eodem jure totum verſum. Alterum colon item diſtrahitur. Multi, cum *Merc.* 1. *& videbit* Deus *vultum ejus cum jubilo*, pro *lætus eum intuebitur*. Alii 2. quibuſcum facit *Crinſoz.* ex *Hiph. Et videre ei faciet* Deus *faciem ſuam cum hilaritate*. Plerique 3. *Et videbit* homo *faciem ejus*, Dei, *cum lætitia*. Prius ideo prælatum a *Merc.* quod adhuc conciperet *hominem morbis colluctantem*, in quem *Jubilum* non quadrabat. Hinc abire coactus fuit in minus decorum, ut *Deus* dicatur *videre vultum hominis*, quum alibi ſemper *Homo faciem Dei quærens*, *eamque tandem videns*, inducatur. *Clangor* quoque incongrue ad *Deum* refertur, *homini* unice conveniens, non *oranti in malis*, ſed *gratias publicas agenti* ob eorundem depulſionem. *Ineffabile gaudium mentis*, quod *Gloſſ. Ordin.* dat, non excludo; quando illud in *publicas gratiarum actiones erumpere* geſtit. Nempe *videre faciem Dei*, hic non eſt ſimpliciter, *ſentire apud animum ſuum Deum propitium*, ut *Cocc.* notat; ſed ſimul adfert *Comparitionem in cœtu*, & *Loco*, *ubi Deus publice colitur*, ut *Schmid Codurc. Cler.* aliique annotarunt. Ne ultima quidem diſtractioni exemta. Appoſite ſatis *Merc.* 1. *Et reſtituet* Deus *homini juſtitiam ſuam*, *quam ante amiſerat*, *cum ob peccatum adfligeretur*, *per remiſſionem peccatorum eum jam juſtum habens*; *imputata ei juſtitia Chriſti*. Non ſatis intelligo illud *Grot.* 2. *Emendatum eo loco habebit*, *quaſi nunquam peccaſſet*. *Idem jus ſanato quod forti*. Frigide *Cajetan.* 3. *juſtitiam* exponit *ſanitatem*, *quæ ex æquitate*, *& juſtitiæ ratione*, *non condigna*, *ſed congrua*, *quaſi in pretium pœnitentiæ*, *homini conferatur*. Plus nimio ſubtile vocans *de Pined.* bene *cohærens* & *ſolidum* 4. cenſet, *Deum cum illo homine benigne deinceps acturum*, *& collaturum quæ juſto homine digna ſunt præmia*; *præſertim vitam diuturnam*, *& fælicem*. Ad idem imprudens recurrit: nam *Cajetani* illa *ſanitas*, nil aliud utique quam *vita diuturna*. Eodem tendit *Codurc.* forte & *Chald.* כ *ſimil.* inſerere auſus, *Reddet homini ſecundum juſtitiam ejus*. Melius 5. *Gregor.* aliique *Latini*, qui *gratiam juſtificationis* innui, diſerte monent. Cum iis 6. ſtat *Cocc.* obſervans *juſtitiam* amplius quid ſignificare quam *remiſſionem peccatorum*, & complecti *jus hæreditatis cæleſtis*. Intelligit ergo per *juſtitiam hominis*, quod *Filius Dei* ſit, *& Hæres omnium ejus bonorum*. Habes idem quod *Mercero* obverſatum. Hoc cur *ſe torquere* appellet Cl. *Schmid.* neſcio. Ejus ſententia, a Cl. *Mich. Cler. Reim.* adſcita eſt, אנוש non ad *hominem ſanatum* redire, ſed *eum ipſum* dici *cuivis homini ſe juſtum præbere*; *ſive unicuique* reddere *juxta* juſtitiam illius: i. e. *non reddere malum pro bono*, *ſed cum juſte ſecum viventibus juſte vivere*. Non expectabas, poſt illa quæ præceſſerunt. Duo aciem præſtrinxere. Prius, quod אנוש ad *ſanatum* rediens, videatur ſupervacuum, quum לו *ipſi* ſuffeciſſet. Secundum, quod ישב *reddet* & ירא *videbit* proxime cohæreant. Hæc levia. Additur tertium, *Elihuum non loqui tantum de iis*, *qui ante adflictionem juſti fuerunt*, *peccandoque juſtitiam amiſerunt*; *ſed in genere de omnibus*, *quos Deus adfligit*; *& nunc maxime de iis*, *qui Chriſtum apud ſe habent ſub Cruce*; *ſive ut nunquam amiſerint* juſtitiam ſuam, *ſive ut nunc primum habere cœperint*. *In hos non quadrare iſtam expoſitionem*, *quæ* ישב *ad Deum reducit*. Vides ſubtilitatem paulo argutiorem, quæ ex τοῦ *Reddere juſtitiam* argumentetur; *quam nec juſti amiſerint ſub cruce*, nec ſane *injuſti*, *eam nunc primum accipientes*. Vereor jam, ne & *ſe*, & *verba*, torſerit vir Doctus. Hypotheſis, quam urget, parum firmo ſtat talo. *Juſtitia* illa quam intendit *Elihuus*, non alia 8.

27 Cantabit ſuper homines, & dicet, peccaveram, & rectum perverteram, & Nihil æquatum fuit mihi.

ישר על־אנשים ויאמר חטאתי וישר העויתי ולא־שוה לי׃ 27

28 Re-

כרה 28

eſſe poteſt, ſecundum ſeriem, & ſcopum, quam *pax apud Deum*, & *acceſſio*, *liberrima* *προσαγωγὴ*, *in qua per fidem in Chriſtum ſtatur*, *& ad thronum gratiæ cum jure Filiorum*, & *ſancta gloriatione*, *pergitur*: ad *Rom.* 5: 1. 2. Eam *amiſerat Jobus*, *amittunt* omnes *pii*, quando incidunt, non *in crucem*, nam & ſub illa gloriantur, vigente gratia, *Vſ.* 3. *ibid.* ſed in *deſertionem ſpiritualem*, & alias *graviſſimas plagas*, quæ per *iram* a Deo infligi videntur, & creduntur. De ſemet ipſo ſic judicabat *Jobus*; nedum ut Amici ejus aliter judicarent. Tali ergo *homini reddit* Deus *juſtitiam ſuam*, *amiſſam* ſane, quum ei *gratiam juſtificationis*, *cum ſerenitate conſcientiæ*, *pace*, *gloriatione in Deo*, &c. &c. *vividius obſignat*. Cave pulchrum ſenſum compungas, negando *gratiam juſtificationis ſemel poſſeſſam poſſe amitti*, vel & *a Jobo amiſſam*. Tum *amittitur* a parte hominis, quum *ejus uſu*, *fructuque*, privatur; & pro *lumine faciei Divinæ horrendas experitur tenebras*. Aditis *Pſ.* 51. ibique illud noſtro germanaſcens, *Redde mihi lætitiam ſalutis tuæ* &c. Non obſcure interim *Jobus* videtur taxari, quod *tanta audacia ad Tribunal Dei irrumpendo*, *ſeque juſtum tendendo*, parum meminiſſet, non eam eſſe *Juſtitiam*, quam ſibi homo arroget, ſed quam Deus ei per Spiritum gratiæ obſignet. Apparet inſuper, לאנשים non ſupervacuum; ſed *Hominem mortalem*, atque *ex peccato miſerum*, juſto in loco locatum, ad *Jobum* coarguendum, quod *Mortalis*, & *peccator*, eo uſque ſe extuliſſet, ut *Juſtitiam* vel invito Deo *rapere* velle videretur. Eſt inſertio ſimilis illi, quæ *Vſ.* 23. in לאדם facta; cum ſimili latitudine.

Verſ. 27. Quam nihil ſit hoc in Libro, quod non in diverſa, & aliena, rapiatur, mira & hic diſſenſio docebit. Ad *Deum* I. referens R. *Levi*, ita nectit, *Proſpicit ſuper homines hac ratione*, *illos morbis*, *& malis*, *humilians*, *ut peccata ſua agnoſcant* &c. Paulo aliter alii cum ſeq. *Vſ.* copula facta. II. *Attendit* Deus *ad homines*, *&* ſi quis *dicat*, *peccavi* &c. Tum *redimet animam ejus a tranſeundo in foveam*. Ita fere *Vatabl.* & diſerte verſio *Anglica*; a qua *Epiſc. Elienſ.* in *Paraphr.* diſcedit. *Cajetan.* cenſet, *tertium modum* hic *indicari*, *quo Deus cum hominibus agat*, *eos patienter expectando*, *& blandioribus rationibus alliciendo ad pœnitentiam.* Plerique ad *hominem*, III. diverſiſſime. Mitto LXX. *Accuſabit homo ſemet ipſe* &c. quod exſculptum putat de *Pined.* ex *reſpiciet*, *in Anaſchim*, *homines*, i. e. *hominum*, *& ſua ipſius*, *peccata.* Argute. *Vulg.* concinnius, *Reſpiciet homines*, *& dicet peccavi* &c. *& ut eram dignus non recepi.* Cenſet *de Pined.* eſſe periphraſin *valetudinis reſtitutæ*, & *publici*, ac *civilis*, *convictus.* Ita ferme IV. *Merc.* ſubſumens *Fructum liberationis*, quod *miſericordiam ſibi factam*, *& culpam*, *coram reliquis hominibus gratus agnoſcat*, *& prædicet is*, *quem Deus ex faucibus Leti eripuit.* Eſt ſenſus ad ſeriem accommodatiſſimus, quem *Calvin. Jun. Piſc. Belg. Druſ. Codurc. Patric. Crinſoz.* &c. amplexi. *Ab. Eſra* idem hoc officium ſpectans V. ישר reddit יסוב *circuibit homines*, a שור *mœnibus*, quæ urbem *ambiunt*, notione arrepta. *Chald.* VI. יתריץ *diriget*, a ישר *rectus fuit*. Utrumque coactum. Tractum quoque VII. illud *Jarchii*, a שורה, *Ordines faciet*. *Inter ordines incedet*, *hinc & hinc cingentium.* Non longe hinc abeſt VIII. *Cocc.* *Incedit ad homines.* Ita Cl. *Vitr.* verbum שור vertit *Eſaj.* 57: 9. ex adfinitate cum אשר. Tentat item *Cocc.* IX. a ישר *Hominibus placet* hoc; & *rectum eſt*: vel, *Homo* ſic reſtitutus *placet*; *quod* nimirum *ei gratulentur*: quin, *rectus erit apud homines*, pro *deinceps rectus agnoſcetur*. In *Lexico* cuncta hæc miſſa faciens X. redit ad *num.* IV. *Adſpicit homines*, i. e. *faciem ſuam effert ad eos cum lætitia*, &

in-

28 פדה נפשי מעבר בשחת וחיתי באור תראה׃

28 Redemit animam meam, quo minus tranſierit in foveam: & vita mea lucem adſpicit.

29 הן־

29 Ec-

ingenue peccatum ſuum confitetur. En XI. commentum *Bolducianum* ex *Eſaj.* 57. 9. aſſumens *oblationem muneris*, quod תשורה, ut ſit, *munera offeret Enoſchæis, Sanctiſque Prophetis, ex Enoſchi Schola, ex qua & ipſe Elihuus.* Bono conſilio *Luth.* XII. *Confeſſionem daturus eſt.* A שיר *Canticum* id adſcitum cenſet *Schmid.* ipſe tenens, XIII. *reſpiciet homines:* reliqua autem non in *præterito*, ut omnes, ſed *in futuro*, ſic convertens, *& dicet, peccaverim & rectum perverterim, & non decebit me.* Ait, *eos qui de præterito accipiunt, ſupponere quod contra mentem Elihui ſit; quaſi loqueretur de iis tantum, qui ob peccata adfliguntur, aut quaſi omnes qui adfliguntur, peccaverint. Eam fuiſſe mentem trium Sociorum, non Elihui.* Sic ergo loquentem facit ſanatum noſtrum, *Nunquam deinceps peccabo contra Deum: ſcio enim ſi peccavero, & rectum pervertero, non mihi eſſe profuturum.* Dilutum. Imprudens quoque reponit, quod ſuſtulerat, nam *nunquam deinceps peccabo*, aperte *confeſſionem culpæ præteritæ* includit. Implicuit Virum Doctum *Hypotheſis* male jacta: *Elihuum* enim loqui de *adflictionibus ob peccata*, luce meridiana clarius; quamvis non plane eandem incudem tundat cum Triumviris. Hac de re nonnulla jam dicta: plura dicentur. Ad me quod attinet XIV. non rejiculum arbitror, quod *num.* III. IV. X. poſitum: nec tamen tale, in quo penitus conquieſci poſſit. Conſtructio dura: ſenſus non mollis; præcipuum ſupplendum, *cum lætitia*, aut *cum ſtudio Deum publice celebrandi.* Utrumque ſuo jure miniſtrat, citra ſupplementum, שור *cecinit, cantico celebravit.* Quidni ergo? *Et canet ſuper homines: &c. Lætam, publicamque, edet confeſſionem*, ut *num.* XII. viſum. על *ſuper*, pro *Coram*, tritum valde Id תרועה *clangori Vſ.* præc. ſuccinit jucunde. *Canere* hac amplitudine augent omnes Linguæ. Obſtitit, quominus huc concederetur, forma rarior; quum ישיר potius ſit *cantabit.* At שור in *kal* fuiſſe item *cantavit*, cave dubites. Arguunt eam formam: *Pſ.* 71. & 87: 7. & 1 *Sam.* 18: 6. uti לשור ex *infin kal.* correctione *Maſorethica* non egebat. Suſpicor huc quoque pertinere *Eſaj.* 57: 9. *Et cantitas Regi tuo, in oleo; multiplicaſque pigmenta tua.* Confer *Jeſ.* 23: 15. *Meretrix* utrobique depingitur. Forte profundius quid deliteſcit in *Origine* thematis שור, non valde feliciter tentata a Cl. *Guſſ.* in C. L. H. vel & שרר; unde ישר commodius adhuc deſcendit. Ex iis quæ producta, *Cantus* mihi maxime arrideret.

Ibid. Nonnihil diſſidii ad reliqua quoque. *Peccaverim* &c. *Non decebit me*, quod Cl. *Schmid* I. volebat, ſup. n. XIII. jam ſepoſitum. *Vulg.* II. eleganti acumine, *peccavi, & non recepi ut dignus eram.* Ex LXX. qui dant, οὐκ ἄξια ἤτασέ με ὧν ἥμαρτον. Pulcre *Cocc.* expreſſit *Non æquatum eſt mihi.* Addit, eſſe vel *verbum*, vel *nomen fæmin.* a שוה. Eodem adſpectu *Caſtal. Non par relatum mihi.* Amplexus *Crinſoz.* Minus venuſte Cl. *Cler.* III. *Non æquatum eſt mihi*, exponit, *Non æquus fui, non æquo jure, ut par erat, erga homines me geſſi.* A *Rabbinis* IV. manavit, *& non profuit mihi.* Ita *Vatabl. Luth. Merc. Druſ. Jun. Calv. Piſc. Belg. Bolduc. Codurc.* monentes fere, eſſe λυσιτελῆ, pro *ſumme nocuit: peſſime ceſſit.* Ita שוה *conducibile eſſe* exponitur *Eſter.* 3: 8. & 5: 13. Alii V. Et *non decebat me.* Mihi ex hiſce maxime ſe commendat *num.* II. item cum λυσιτελῆ, *non æquatum mihi.* Non tuli, quod merueram, *in foveam perditionis amandatus*, ſed, contra, *jure Filiorum Dei ſum mactatus.* Vide interim, an nimis audax ſit? VI. *Et* τὸ μηδὲν *æquatum mihi. Ad perditionem & interitum jam redactus mihi videbar. Planiſſume me periiſſe credebam.* Græcas formulas εἰς τὸ μηδὲν ἥκειν, & τὸ μηδὲν γενόμενος, reperies ad *Cap.* 4. μηδὲν καὶ οὐδὲν καλεῖσθαι junxit *Eurip. Jon. Vſ.* 594. Satis favet *Vſ.* ſeq. præſertim ſi obtineat *Chetyb*, quamvis & *Kery* aptari poſſet. In me-

29 Ecce omnia hæc facit Deus duabus vicibus, tribus, cum viro.

30 Ut

29 הן־כל־אלה יפעל־אל פעמים
שלש עם־גבר :

30 להשיב

dio relictum velim. Lucidius ſorte aliquid feret dies.

Verſ. 28. Diſtinet interpretes *Kery* & *Chetyb*. In *connexione* item non idem ſciſcunt. *Vulg.* I. incommode, *Liberabit animam ſuam, ne pergeret in interitum: ſed vivens lucem videret:* quaſi ipſe *Homo ſe Liberare* diceretur, *quod liberanti nos Domino conſentiamus*, ait *Gloſſ. Ordin.* LXX. cum *deprecatione* ad *Deum* II. σῶσον ψυχήν μου. Apparet diverſitatem Lectionis eſſe vetuſtam. *Rabbini* III. ut ſemper, ita & heic, *Maſoram* ſequuti, nec non *Chald. Redemit*, vel *Redimit*, Deus *animam ejus* &c. ut ſit, clauſula ab *Elihuo* ſubnexa. Ea ſic concepta & gratia caret, & nervo: nam *Elihuus* ſuam *concluſionem Vſ.* 30. demum hinc ſubſumit. Meliore judicio plurimi Noſtrorum IV. *Chetyb* præferentes, *Redemit animam meam* &c. ut ſit *Mimeſis* illius *confeſſionis*, quam *Æger ab Orci ſaucibus retractus publice edit.* Vide *Merc. Jun. Piſc. Belg. Cocc. Schmid.* &c. &c. Habes Argumentum *Cantus*, quem *Vſ.* præced. in ישר indicavimus. Hanc *Lectionem* unice veram, nullus ambigo. Si quis *Maſorethicam* malit, vel ſic aliquid *Mimeſeos* erit ſubdendum, ut erectior fiat ſententia. *Cantabit ſuper homines, & dicet; Peccavi* &c. itemque, quod *Redemit Deus animam ejus a tranſeundo in foveam* &c. Ardens ſtylus in *ſubitas perſonæ mutationes* pronus. Mihi tamen Textui Marginem præferre cum incommodo, & diſpendio, ſententiæ, religio. Huc ventum non fuiſſet a *Rabbinis*, ſi filum Orationis rite tenuiſſent. Ceterum עבר בשחת *Tranſire in Foveam perditionis* eſt Phraſis ſignatiſſima, cujus ampliſſimum conſpectum ad *Vſ.* 18. & 22. reperies. Ei recinit, *Vita ejus videbit lucem*, ejuſque *jucundiſſimis radiis fruetur.* Ad talem ſententiam diſputare, num *Lux vitæ æternæ* intendatur, an *vitæ præſentis* quorſum *Merc.* inclinat, eſt materiam ſuam minus intelligere. Eſt, ut recte obſervat *Schmid. Lux* hujus *vitæ*, ſed *mactata ſenſu gratiæ* Divinæ, *in ſpe gloriæ*, & *vitæ futuræ.* Idem voluit *Cocc.* ſed paulo obſcurius expreſſit, quum ait, *Tranſlationem hanc ab Interitu ad Lucem vitæ*, conſiſtere *in animæ*, & *corporis, aſſertione a morte, & gaudiis vitæ æternæ quæ eſt Corona juſtitiæ.* Nempe *ſpem fidemque* tantæ *gratiæ*, & *gloriæ*, cum *poſſeſſione* ipſa jungit Hæc a Domino ſignantiſſime reddita, & repræſentata, nobilibus dictis, *Qui in me credit ex morte tranſiit ad vitam:* non *venit in mortem: etiamſi mortuus ſit, vivet.* Non ſolum *habebit*, ſed *habet vitam æternam.* Spiritus *Fidei* in *Meſſiam*, eundem ſenſum jam tum priſcis illis inſeminavit. Hæc *ſemina*, & *ſcintillas* veritatum cœleſtium, in Libro *Jobi*, vel prætervidere, vel delere, eſt *Animam monimento* huic *pretioſiſſimo* adimere.

Verſ. 29. *Epilogi* initium non omnino expeditum. Multi I. cogitant, ex coll. *Vſ.* 14. de *variis modis Divinæ alloquutionis:* videlicet per *Viſiones nocturnas*, per *Morbos*; per *Doctores*, vel *Angelos.* Male firmum. Alii II. *duas*, *tres*, *vices*, referunt ad *infrequentiam monitionum* & *caſtigationum*, quas Deus uni homini admoveat. *Merc.* III. ad *frequentiam:* q. d. *Aliquoties* Deus *ita cum viro agit; nunc eum deprimens ad ſepulcrum, nunc e ſepulcro attollens.* Conſimiliter *de Pined. Non eſt hoc tam infrequens, ut non ſæpe eveniat.* Numerus certus, pro incerto, ſatis multo. Acute *Cocc.* IV. ſubeſſe ſtatuit *Amolitionem tacitæ objectionis.* Ea hæc. *Si homo iſta ratione ſemel adductus eſt ad Fidem, quid attinet eum ſæpius excarnificari: & quomodo convenit Juſtificatum excruciari?* Reſpondet *Elihu, Deum hoc ſane facere bis, terve*; i. e. pluries; *neque tamen id Juſtificationi officere; quia qua ratione Fides gignitur; eadem optime augetur, & confirmatur: & qua ratione Homo primo incipit purgari, ea optime porro perpurgatur.* Eodem fere adſpectu V *Schmid.* niſi quod, citra *objectionem*, hæc reſtringat ad *alterum verbi ſignaculum*, *crucem*, & *Adflictionem*; ut *Elihuus* ſic concludat, *Hoc poſtremum ſignaculum eſſe frequentiſſimum, & longe frequentius altero per ſomnia; ita ut Deus ſæpiſſime eo in uno etiam Viro utatur: ut Jobus minus mire-*

30 להשיב נפשו מני־שחת לאור באור החיים׃

30 Ut avertat animam ejus a mihi fovea; ut colluſtretur luce viventium.

31 הקשב

31 Pur-

retur in ſe quoque eo uti Deum. Vide tamen an iſtud *Mirari* in *Jobo*, non ad *tacitam objectionem*, quam Cl. *Cocc.* ponebat, recurrat. Quæ de *ſignaculo verbi* habet Vir *Doct.* ſunt ex priva *Hypotheſi*, de qua ad *Vſ.* 15. Illud *frequentiſſimum*, & *ſæpiſſime*, melius abfuiſſent: quum *aliquoties* utique ſufficere poſſit. In univerſum formula *bis*, *terve*, nullam *frequentiam* videtur adferre; *infrequentiam* potius ea ſignari dicerem; niſi & hoc minus clarani daret ideam. Itaque VI. exiſtimarim phraſin hanc redire, vel ad noviſſima tantum, vel ad omnia, quæ præmiſſa; in hunc ſenſum: *Ecce ita bis*, *ter*, tum *per Adflictiones lethales*, tum per *Viſiones Nocturnas*, *Deus deterrere ſolet*, quos ſervatos vult, *a ſuperbia.* Non *frequentem* ſentis *numerum*; non etiam *infrequentem*; ſed *naturæ monitionum Divinarum aptiſſimum*, & non *reſtricte nimis*, ac *finite*, non etiam *laxe*, ac *indefinite*, capiendum; ſi *decorum* illud, quod *Elihuus*, retinere velimus. Egregie hoc *Bis*, *Terve*, ad ſcopum hujus diſputationis facit; ſi enim Deus hoc *iterum*, & *tertium* facere ſoleat, cum iis, quos *ab* omni *fæce ſuperbiæ* quam *expurgatiſſimos* eſſe cupit: quorum tunc officium, non *litigare* cum Deo, ſed *Virgam oſculari*; eo ipſo ſentire poterat *Jobus*, nec alieni quicquam a viis Dei, aut pugnans cum paterno Ejus adfectu, ſibi obveniſſe; & officium a ſe deſertum, qui ubi ſe *humiliare*, & *gratiam in Mediatore oblatam amplecti* debuiſſet, omni *arrogantia* depoſita, contra tantopere ſibi ipſi placuerit, ut *ſuperbius* in Deum *conſurgere*, *Judicique* ſuo *injuriæ dicam ſcribere* ſuſtinuerit. Nos quidem, *Jobum* & poſſumus, & debemus, hac in parte, excuſare: attamen ne nunc quidem Eum penitus abſolvimus; aut a *ſuperbia* ſpirituali intactum pronunciamus: graviorem haud dubie ſententiam laturi, ſi tunc temporis præſentes fuiſſemus. Ergo *Elihuus*, ut *Moderatum*, & *Cordatum* ſimul *Virum*, decebat; nec cum Triumviris *damnat Jobum*, *univerſam* ejus *vitam traducens:* nec ſane *eum omni crimini eximit:* ſed ex *præſentis contentionis impetu* & *audacia* infert, *ejus Cor necdum a fermento ſuperbiæ fuiſſe perpurgatum*; ac proinde *virgam caſtigatricem* Dei, meritiſſimo jure ipſi admotam, atque etiamnum gravem incumbere.

Verſ. 30. Inſigni elegantia ſubſumit nunc *Elihuus*, & ſuum facit, quod *Vſ.* 28. indiderat *Ori convaleſcentis*, atque ex *Leti faucibus retracti.* In השיב *Reducere*, ad vim peculiarem *Captivi in libertatem vindicati* attendendam putem. Loca ubique obvia. Nempe שחת *Fovea* mortis, & perditionis, hic conſideratur ut *Carcer tenebricoſus*, in quem amandantur, qui *in peccatis ſuis moriuntur*; excluſi *luce vitæ præſentis*, & *futuræ.* Contrarium, *ut illuſtretur in luce viventium:* vel, ſi mavis, *ut colluſtretur luce vitæ.* Nimis anguſte *Merc. Ad literam de* hac vita *intelligitur. Sunt qui ad* futuram vitam *referunt. Id ſinam* Allegorice *intelligi*; *poſtquam ad literam de* hac vita *intellexeris.* Præluſum huic obſervationi ad *Vſ.* 28. Moneo Magnum Commentatorem ibi agere contra *Rambanem*, & *Chaldæum*, qui directe *æternam & ſupernam lucem* intendi ſtatuunt; quod alias hæc ad *Jobi ſtatum* nihil facerent; qui hic *adflictus*, *æternæ* tamen *lucis particeps* eſſet *futurus.* Si illos tantum refutatos voluit, ſententiam haud dubie abſurdam ultro rejicimus: ſed nimis reſtrictus videtur, quum tam ſollicite *vitam præſentem ſimpliciter* tenendam cenſet. Nos ut ibi, ita heic, *lucem vitæ præſentis in lucem vitæ futuræ terminandam*, citra *Allegoriam*, in ipſa *Litera* contineri, dubio vacuum autumamus; quod *Diſputatio* hæc *Elihui* non verſetur circa *Vitæ temporalis commoda*, quæ etiam ab improbis percipiuntur; ſed circa *ſortem Sanctorum in luce*, *tum gratiæ* his in terris, *tum gloriæ* in Cœlis. Utramque haud dubie complexus *Pſalm.* 36: 10. non per *Allegoriam*, ſed ex *Literæ* ipſius *dignitate*, & *amplitudine.*

Verſ. 31. *Prima* hæc *aggreſſio* ita conclu-

di-

31 Purgatam aurem præbe, Jobe, & auſculta mihi: tace, & ego loquar.

32 Si ſunt ſermones, refuta me; loquere, nam cupio juſtificare te.

33 Si non ſunt, audi me; tace, & docebo te Sapientiam.

31 הקשב איוב שמע־לי החרש ואנכי אדבר׃

32 אם־יש־מלין השיבני דבר כי־חפצתי צדקך׃

33 אם־אין אתה שמע־לי החרש ואאלפך חכמה׃

ditur, ut *plura* reſtare *dicenda* inſinuetur. *Attende*, proprie *Aurem purgatam præbe*. Ad ea *quæ dicta*, inquit *Merc.* Rectius *Cocc.* aliique, ad ea *quæ dicturus ſum* porro, ut patet ex colo altero. Nempe *graviores* adhuc *Convictiones* meditabatur Actor hic, *Jobum*, ut apparet, *ſatis placidum*, & *docilem*, cernens. Cl. *Schmid.* hanc monitionem verſui ſequenti adſtringit, q. d. *Attende*; *rem tibi dicam notatu dignam.* Quænam illa? *Concedam tibi ſpatium reſpondendi*, *ſi ſint tibi ſermones.* Addit Vir Doctus, *Non refert*, *quod ad pauca verba nimis longum ſit Exordium. Nam non multitudo verborum*, *ſed pondus*, *obſervandum.* An ergo tam *notabile*, *Adverſario ſpatium reſpondendi non negare*? Tenemus potius *ſermones ſecuturos*. Inſtat Vir Doct. *præparationem ad eos Vſ. ult. fieri.* Recte: ſed & hocce noſtro; *Vſ.* 32. prudenter & moderate interſerto.

Verſ. 32. Plenus verborum Actor noſter præc. *Vſ.* paulo fervidius dixiſſe videbatur, *Aurem purgatam præbe*, *audi*; *ſile*; *ego loquar.* Id nunc corrigit & temperat, *ſi interim verba ſunt*, quæ mihi reponere queas, *repone*; *refuta me*; *loquere*; *nam cupio*, cuperem, *oblectarer*, *voluptati mihi foret*, *juſtificare te.* חפין infert *inclinationem* cum *jucunditate adfectus*, & *voluptate*, conjunctam. In צדק *Juſtificare*, *juſtum facere ſententia ſua*, *abſolvere*, tenendus *uſus judicialis*, unde non deflectit *Cocc.* quum ait צדק eſſe *non tantum pietatis*, *ſed & veritatis*, *laudem tribuere.* Reſpicit ad notionem peculiarem Radicis צדק صدق in *Veritate*, quæ eſt *rectus rigor verborum*, ut *juſtitia*, *factorum.* Subtiliuſculum. Retineo *Juſtificationem*, ſive *Abſolutionem rei accuſati*, & *ſuſpecti*. Ad rem *Merc. Non mihi voluptati eſt*, *ut tuam cauſam injuſtam oſtendam. Velim eam eſſe juſtam*; *nec eſſe in te*, *quod reprehendi poſſit.* Adde, *diſcupio a te vinci*, *& contra memet ipſum ſententiam ferre.* Nobilem Viri Characterem!

Verſ. 33. Mirificam habet vim & gratiam illud אם אין, *ſi non*; *ſi vacuitas*, nempe *verborum*, ſi *nulla* plane *verba* tibi, *quæ ſane nulla eſſe poſſunt.* Non eſt *dubitantis*, ſed *aſſeverantis*, & eo ipſo *fortiſſime convincentis.* Reliqua plana. In *docebo te Sapientiam*, ineſſe *arrogantiam*, cenſet *de Pined.* Ego *Fiduciam*, ex *optima cauſa natam*, hic cerno, quæ nil inſolens ſpiret. Cl. *Schmid.* ait *Sapientiam* vocari nunc *graviſſimum punctum de quo diſputatur*, *maxime de* Adflictionibus fidelium, *eorumque ordine ad ſalutem.* Eſt *Hypotheſis* qua ſæpe minus feliciter uſum vidimus Virum Doct. Ex mente *Elihui* a *Sapientia* aberrat, qui *cum Deo diſputat &c.* Ne nos quidem, credo, aliud nunc judicamus. Vocabulum ergo ſemet explicat, & juſtis finibus coërcet. Bona obſervatio *Merc. Hic veriſimile eſt aliquantiſper tacuiſſe Elihu*, *ut videret num ſermonem reſumturus eſſet Jobus* &c. *Is nihil reponit*, *velut ſe aliqua ex parte jam convictum ſentiens. Præterea quod lenius hunc agere cerneret*, *quam ceteros*, *omnino eum ſibi audiendum credidit &c.*

CA-

CAPUT TRICESIMUM QUARTUM.

Verſ. 1. ויען אליהוא ויאמר׃

2 שמעו חכמים מלי וידעים האזינו לי׃

3 כי־

Verſ. 1. ET reſpondit Elihuus, dixitque.

2 Audite Sapientes verba mea; & periti advertite aures mihi.

3 Nam

Verſ. 1. Animoſius *altera* hac *inſtantia* in *Jobum* ſeſe infert diſputator; forte quod ſilentium retinente eo, exiſtimarit Eum quodammodo ſeſe ſentire convictum *ſuperbiæ*, indeque exortæ *contumaciæ* in Deum. Hanc poſtremam incudem nunc porro tundere cœptat, atque *Jobum* increpat quod diſertis verbis dixerit, *Judicium ſuum a Deo ablatum. Cum optima cauſa ſe ſuccumbere. Plagas has acerbiſſimas immerenti*, & *innocenti*, *inflictas.* Denique *nil prodeſſe alicui fidele*, & *conſtans*, *religionis ſtudium.* Diffident Interpretes circa has criminationes. Sunt. I. qui contendant *Elihuum* Noſtro impingere calumnias; vel ſaltem verba ejus torquere, & exulcerare, cum ſupercilio cenſorio, & faſtu majore adhuc quam Triumvirorum. *De Pined.* cum multis Veterum ſic judicaſſe, ſupra monuimus. *Codurc.* præſertim ad hoc Caput ſplendidæ bili in *Elihuum* indulget, Zelo illaudabili, pro bona *Jobi* cauſa ſcilicet, eum vocans *ſtellionem*, *qui aperte Sycophantam agat*; *tendiculas* & *fraudes nectentem: Lingulacam: fatuum*; *quem cordis loco peponem habuiſſe non dubitet.* Alii, II. nec accuſant hominem calumniæ; nec plane excuſant; ſed diſputandi fervore eum ulterius, quam par fuerat, abreptum cenſent. Hanc mediam viam moderate ſatis *Merc.* ingreſſus. *Obſervandum*, inquit, *Elihuum aliter nonnulla intellexiſſe quam Job ſenſit*, *atque ideo in eum eſſe aſperiorem. Interim tamen reprehendendum fuiſſe Jobum*; *quod nimius eſſet in Juſtitia ſua defendenda*; *quantumvis provocatus contumelioſis Amicorum vocibus. Hac de cauſa etiam Jobum nihil reſpondere dictis Elihui*, *quod*, *etſi aſperior nonnunquam*, *mitius tamen ageret*, *nec ita vitam ipſius denigraret: quippe qui putarit* ob peccata *quidem* nonnulla *Jobum ita adfligi*; *non tamen eum indigne exagitet*, *aut ut ſceleratum ac reprobum inſectetur*; *in eo maxime inſiſtens*, *quod in Deum contumelioſe ſit locutus*, & *de Juſtitia ejus queſtus*, *cum tamen Jobus injuſtitiam in Deo non agnoſceret*, *neque hoc in animo haberet*, *ut Deum quicquam injuſte agere putaret.* &c. *Elihuus ergo Deum juſtum eſſe omni ex parte defendit variis rationibus* &c. &c. Conferri merentur quæ in hunc ſenſum latius expoſita a *Calvin. Conc.* CXXIX. Sunt denique III. qui *Elihuum* per omnia *juſti cenſoris* & *Arbitri* partes impleviſſe ſtatuant; de *pietate*, & *innocentia*, nullum dubium contra *Jobum* vel fovendo, vel movendo; ſed tantum diſputando contra quaſdam *Hypotheſes* imprudentius ab eo productas, & defenſas. Huc tendit quoque *Cocc.* nec non *Schmid.* quamvis non una via, ac ratione. Quid nobis IV. hic ſedeat, ad *Cap.* 33. *Vſ.* 1. 11. & præſertim *Vſ.* 12. indicatum. Id niſi teneatur, nunquam Caput hocce, ſubtili, & difficili admodum, filo, deductum, rite enucleabitur.

Verſ. 2. Exordium fervidius, per *Apoſtrophen.* Ad quos? ad *Amicos*, ajunt plurimi. Sed eos hoc titulo inſignitos nunc, haud patitur indignatio *Elihui*, qua *Cap.* 32: 7 -9. illos non leviter tetigit. *Merc.* contentus in genere notaſſe, *Attentionem*, & *benevolentiam ſimul*, *conciliari dum eos ſapientes appellat* &c. Similiter *Piſc. O vos*, *quotquot adeſtis*, *Viri Sapientes*! Item *Cocc. Convertit ſe ad Auditores ſuos*, *non ut rudes*, *aut ſtultos*, *temerariis affectibus deditos*, *ſed ut maturi judicii*, & *multiplicis ſcientiæ viros.* Ecquoſnam? Tresviros intendi haud veriſimile. Ergo neceſſe eſt, conſeſſum fuiſſe frequentiorem. Cf. *Schmid.* ad *Abſentes converſionem* factam ſtatuit, per *figuram* haud inconcinnam. Collatio tamen *Vſ.* 34. & 37. infra evincere videtur, plures, eoſque rerum peritos, Cœtui huic interfuiſſe, quamvis, pro *Oeconomia* Libri,

bri,

3 Nam auris ſermones explorat; & palatum deguſtat ad comedendum.

4 Judicium emedullabimus nobis; dignoſcemus inter nos, quid bonum.

5 Nam dixit Jobus, Juſtus ſum; & Deus abſtulit Judicium meum.

6 Su-

3 כי־אזן מלין תבחן וחיך יטעם לאכל:

4 משפט נבחרה־לנו נדעה בינינו מה־טוב:

5 כי־אמר איוב צדקתי ואל הסיר משפטי:

6 על־

bri, nihil ea de re moneatur.

Verſ. 3. Pulcherrimæ ſententiæ, aliquid proverbiale redolentes. De iis abunde dictum ad *Cap.* 12: 11. *Piſc.* hic monet in בחן *probare* eſſe *metaph.* ab *Aurificibus.* Id & nos ſupra tetigimus. Improbat *Schmid.* negans verbum hoc *Aurificibus* eſſe proprium; nec *tropo* opus eſſe. Atqui *Origo*, quæ eſt *trivit*, *attrivit*, ſub محن conſervata, ut in *Clav. Dial.* indicatum, illuc manifeſto ducit. *Et* pro *Ut* hic poſitum, ſat venuſtum fundit ſenſum. Non minus tamen elegantem, & forte pleniorem adhuc eundem, habueris, ſi vis *copulativa* teneatur, & duo conſtituantur membra. Primo, *Auris verba explorans*, ſintne convenientia rationi, & religioni, quæ eſt *auris intellectus purioris, ac defæcatioris.* Secundo *palatum deguſtans*, atque explorans, *cibum*, ſitne *aptus eſui*, an *ineptus*, *noxius* &c. Sic *palatum* erit *internum* quoque, & *figuratum*; æque ac *auris*; & deſignabit *ſanum* ac *ſolidum Judicium*, quod ut *bonam doctrinam*, & *veritatem*, *guſtat*, tanquam *cibum*, ita *malam*, ac *cum vanitate conjunctam*, *reſpuit.* Redeatur ad *Cap.* 31: 30. & 33: 2. Figuras a *Jobo Cap.* 12: 11. adhibitas, dextre reponit Adverſarius; non ſine aculeo. Aliquatenus & hinc colligas, *Converſionem Vſ.* præc. *ad præſentes* factam, ad quorum & *Aures*, & *Judicia*, provocetur.

Verſ. 4. *Præſentes* potius *compellari*, quam *Abſentes*, & hujus inſtantiæ tenore concluderem. In phraſi *Eligamus judicium nobis*, paululum variatur. Nonnullis eſt, *Agamus rem more judicii.* Aliis, *rite proponamus ſtatum quæſtionis, de eoque conveniamus.* A *Merc.* habemus, *ex æquo agamus*; *æquitatem*, & *veritatem*, *quod juſtum eſt in hac controverſia*, *proponamus.* Ex *Vſ.* 5. *Schmid.* mallet, *Expendamus ſobrie, & decernamus ſana ſententia, qualenam debeat eſſe Judicium Dei ſuper homines, pios maxime & juſtos.* &c. Reſtrictius. Magis ad rem *Cocc. Eligere judicium dicitur pro examinare, atque explorare, quid veritate adſtipulante ſtatui, ac pronunciari, poſſit.* Subdit tamen, quod ad proximum illud accedit, *Judicium de actibus Dei*; &, *quid bonum? quid ex uſu & ſalute hominum, atque inprimis piorum, ſit?* Hæc ex priva *Hypotheſi:* ut & *Schmidii* illud; de quo ſtatim. Interim verbis magis, quam re ipſa, diſſideri putem: nam ſeries ipſa dubitare non patitur, quin *Judicium eligere* valeat *legitimam cognitionem, diſcuſſionemque, inſtituere præſentis cauſæ, adhibita ea veritate, & religione, quæ cordatos, & æquos, Judices, arbitroſve, decet.* Verbum בחר in *Origine* eſt *Emedullare.* Id egregie quadrat in *profundam*, *exactamque*, *Cauſæ excuſſionem.* Adfine eſt, *Cap.* 9: 14. *Cognoſcere quid bonum*, item, pro filo orationis, nil aliud, quam *dignoſcere & decernere quid verum, rectum, virtuti, religioni, pietati, conſentaneum.* Reſtricte nimis iterum *Schmid. Quodnam judicium æquum, & bonum ſit; ut illud Deus exerceat.*

Verſ. 5. Acceditur ad id, quod *diſceptari*, & *emedullari* cupit. Proponuntur iterum *verba Jobi*; atque quid in iis inſit non ſolum *immodeſti*, ſed & *injuſti*, in Deumque *injurioſi*, conſiderandum tradit. Hic vero fluctus exiſtunt opinionum; ſecundum diverſas *Hypotheſes*, quas ad *Vſ.* 1. ſtrinxi. Ex Veteribus plurimi I. *Jobum* hæc minime dixiſſe tendunt, vel ſaltem alio ſenſu dixiſſe. *Codurc.* inprimis acerbe in *Elihuum* ſe invehit. *De Pined.* alias etiam in eum iniquior, hic tamen æquius ſen-

ſentit, quod *Cap.* 32: 1. diſerte dicatur, ideo *ceſſaſſe Amicos a loquendo*, *quod Juſtus eſſet in oculis ſuis*, quodque *nihil tam exploratum in hoc Libro*, *quam Jobi conſtantiam in Juſtitia ſua aſſerenda.* Ad mediam rationem II. *Merc. Illud Juſtus ſum non iiſdem verbis dixerat Jobus*; *ſed id tamen ex ejus dictis paſſim colligere licuit:* ut *Cap.* 27: 6. & 31. toto: & 23: 10. 11. 12. Subjungit, *Quamquam ille non ita ſe Juſtum cenſebat*, *ut omni ex parte a peccato purus & immunis eſſet: quod ex Cap.* 14: 4. &c. *palam eſt.* &c. *Non ergo inter Jobum & Elihu de Juſtitiæ definitione convenit*; *quia Job* Juſtitiam civilem *apud homines intelligit*, *at Elihu* juſtitiam abſolutam *fingit*, *quæ in homine non reperitur.* Mitius adhuc cenſet III. Cl. *Schmid.* non duas theſes hic concipiens, ſed unam tantum, *An Deus judicium debitum abſtulerit a Jobo*, *quum tamen Juſtus ſit indubie.* Addit, *ſic extra controverſiam eſt apud Elihu*, *quod Jobus juſtus ſit*, i. e. *vixerit*, *ut hominem fidelem decet* &c. Conſimili fere ratione Cl. *Cocc. Juſte egi*, *& Deus amovit judicium meum. Intelligitur Juſtitia per fidem Redemtoris*, *Sp. S. arrhabone confirmata*, *ut recte Deodatus explicat. Non aliam potuit ſtatuere Juſtitiam*, *qui ſuam claris verbis amoliretur. Notandum & hic*, *& alibi*, *non de* Civili Juſtitia *in toto Libro diſputari*; *ſed de ea*, *qua quis apud Deum juſtus eſt. Errant*, *quibus aliud videtur*, *neque ſatis attendunt ad totum negotium.* Hinc *ſtatum quæſtionis* ita format, *An Deus piis Judicium neget*? i. e. *non det illis bonum promiſſum*, *ſed malum infligat*, *quod impiis minatus eſt.* Adfine, quod Cl. *Schmid.* proponit, *Jobum ex impatientia murmuraſſe contra ordinem ſalutis*, *quo Deus nos per adflictiones introducit in gloriam. Contradicere his querelis Elihuum*; *atque aſſerere*, *æquiſſimum eſſe hunc ordinem*; *nec ullam Juſtis æquitatem a Deo negari.* Ad *Cap.* 32: 2, hujus *Hypotheſeos* pleniorem conſpectum dederat Vir Doct. *Juſtificare animam ſuam præ Deo* exponens, *meliorem ordinem ſalutis inſtituere*; *ut ſi a Jobo res pependiſſet*, *tam juſtus & æquus futurus fuiſſet*, *ut fidelibus*, *& juſtis*, *in hac vita deſtinaſſet bona*, *non mala*; *improbis contra mala*, *non bona* &c. Ibidem Cl. *Cocc.* hæc appoſuerat, *Juſtificare ſe præ Deo*, eſt, *aſſerere*, *Deum non ſervare judicium gratiæ*, *quo integritati meritam reddit laudem: neque proportionem tenere delictorum in caſtigatione:* ut *nec promiſſam remunerationem præſtare in hac vita: improbis item digna ſupplicia non irrogare.* &c. Ad hæc IV. notetur, 1. ex collatione *Cap.* 32: 1. 2. indubitatum reddi, per ſe ſtare in noſtro textu *ת״ו* צדקתי *Juſtus ſum*; atque proponi tanquam nimis arroganter dictum; etiamſi *Juſtificare ſe præ Deo* eo ſenſu admitteretur. Non potuit 2. *extra controverſiam eſſe* apud *Elihuum*, *Jobum vixiſſe ut Fidelem decebat.* Nobis id pro certo conſtat, ex eventu; & Dei ipſius deciſione: ſi *Elihuo* idem conſtitiſſet jam, nimis ſane moroſus fuiſſet, qui *hominis*, quem agnoſcebat *Juſtum*, & *Fidelem*, *querelas* quaſdam *imprudentiores*, immenſa vi dolorum ex ore extortas, non excuſaſſet potius, quam tanto Zelo refutare aggreſſus eſſet. Credidit ergo *ſuſpenſus*, & *dubius*, circa *Jobi fidem & virtutem*, eum graviter ſaltem peccaſſe in audaciſſimo illo; *Juſtus ſum*; ubi revera jam *Merc.* ſe non adeo feliciter extricat, 3. *Juſtitiam Civilem* a *Jobo* ſpectatam ſtatuens. Etiam *abſolutam* 4. Eum non ſpectaſſe certiſſimum. Minus adhuc 5. ſpectare potuit *Juſtitiam per fidem Mediatoris.* Quid ergo tandem 6. ſibi arrogavit *Jobus*? & quid crimini ei datur ab *Elihuo*, non per calumniam; non per torturam verbis adhibitam; ſed ex vero? Dixi ad *Cap.* 32: 2. merito *crudum* nimis, atque adeo *audax*, & *intolerandum*, viſum *Elihuo*, quod *Jobus* tanta vehementia contendiſſet contra omnes *Æquitatis & Juſtitiæ rationes ſe plecti*, & plane *innocentem*, atque *immerentem*, *tantas plagas ſuſtinere.* Vides צדקתי *Juſtus ſum* hoc adſpectu valere, *Juſta mihi eſt cauſa.* Habes plane idem quod *Cap.* 32: 1. 2. *Juſtus in oculis ſuis*: &, *juſtior eſſe quam Deus*: quatenus tendebat ſe *meliorem* habere *cauſam*, quam Deum; quippe qui *religioſiſſimum* ſui *Cultorem*, *ſupplicio*, *exitioque*, *diriſſimo mactaſſet*, haud ſecus ac *ſceleratum caput*, quod *e terris eraſum vellet*: idque *citra culpam ullam.* Hoc a *Jobo* teneri, & urgeri, omni capite in oculos incurrit. In eo *gravem exceſſum*, cum *optima cauſa*, etiam nunc notamus omnes. Quid non facere debuit *Elihuus*? qui de ejus *Innocentia* tam convictus nec fuit, nec eſſe potuit. Addo, nec debuit; nam ſi Deus id ei forte per Spiritum revelaſſet, eo ipſo non contra *Jobum*, ſed adverſus Amicos, pro *Jobo*, arma ſua convertere coactus fuiſſet; quod Tragici hujus Caſus *Oeco-*

6 Super Judicium meum mentior: Letalis eſt ſagitta mea, ſine prævaricatione.

7 Quis

6 על־משפטי אכזב אנוש חצי בלי־פשע׃

7 מי־

nomia haud patitur; in qua omnia magis magiſque implicari debent; donec per Deum ipſum inſolubiles nodi explicentur. Ex his facile intelligere eſt, *Elibuum* non potuiſſe non *Zelo* quodam *Dei corripi*, quando ita palam, & fortiter, *ſe Juſtum eſſe*, in hac Cauſa, tenderet Noſter. Id tantundem erat, ac ſi diſertis verbis diceret: *Injuriam ſibi a Deo illatam*; *ſeque contra jus, & fas, tam atrocibus plagis ſubjacere.* Et dixit: ſed in æſtu immanium dolorum: quum jam ad incitas redactus eſſet iniquiſſimis Triumvirorum cenſuris: quumque ſe liberis ſaltem querelis aliquid ſolatii quæſiturum, ſæpe conteſtatus eſſet. Ex hoc turbatiore adfectu prorupit crudiſſimum dictum *Cap.* 19: 6. *Deus* עותני *me*, *meumque Jus, pervertit*, nec non *Vſ.* 7. *Ibid. Clamo violentiam* &c. Expende, quæ ibi notata; collato *Cap.* 27: 2. *Deus amovit Judicium*, i. e. *Jus meum.* Id tanquam *ſuperbum*, ac ferme *blaſphemum*, non immerito nunc ab *Elibuo* reſumitur, acerrimeque retunditur, ac refutatur. Si in *pectus Jobi*, & *præclariſſimam* ejus *conſcientiam*, *introſpicere* potuiſſet, æque ac nos, Virum Sanctiſſimum excuſaſſet, atque ardenti cum maxime dolori tam *æſtuantia verba* aſſignaſſet. Nunc non potuit non indignatione graviore exardeſcere, atque *Criminationem* nimis fervidam *Juſtitiæ*, & *æquitatis*, *Divinæ*, fervidius depellere, quam *Jobi Virtus*, *pietas*, & *innocentia*, promerebantur. In eo item aliquis *exceſſus* a parte *Elibui* deprenditur. Eum tamen evitare non potuit iis in circumſtantiis, in quibus tunc conſtitutus erat. Habes cauſam forte, quare, ad Exitum, nec vituperetur, ut Amici, nec collaudetur. Habes ſaltem filum, ad quod hujus Actoris inſtantiæ multo expeditius evolventur.

Verſ. 6. Producuntur duo alia dicta crudiſſima, quæ *Elibuo* bilem concitarant. Ad prius maxime hæretur. *Vulg.* non valde commode, I. *in judicando me mendacium eſt.* Similiter *Aquil.* & *Symm.* nec multo aliter LXX. niſi quod durius efferant, ἐψεύσατο *in judicio meo Deus.* Per Calumniam afflictum *Jobo*, quod nunquam dixit, cenſuere multi: qui *Elibuum* mendaciſſimum & impudentiſſimum nobis fingunt mortalem. *Codurc.* III. durius adhuc reddit, *in Judicio adverſarium meum falſi convincam.* Laudat *Chald.* qui ſolus hanc facem prætulerit; cujus auctoritati item hic ſubſcribit Ill. *Grot.* in *Hebræo* eſſe notans, *Judicio meo mentiri faciam.* i. e *mendacii convincam.* Sic verbum כזב uſurpatum ait *ſupr. Cap.* 24. 25. ſed ibi *conj. Hiph.* hic vero *Pihel*, vergens potius ad uſum *intranſitiv.* Illud *eum* quoque non in *Hebræo:* niſi quod *Chald.* arripuerit בר נש *filium hominis*, ex ſeq. אנוש *Enoſch*, pro *Anuſch.* Hanc *Lectionem* hodiernæ *Judæorum* præſtare pronunciat *Codurc.* Idem cenſet, quamquam *hæc ita non extent inter Jobi ſermones*, *tamen proxime accedere* ad *Cap.* 31: 35. ubi, ex ejus opinione, Noſter gloriatur, *ſe*, *Deo judice*, *de Adverſariorum calumniis facile victoriam reportaturum.* Rogat deinde, an id *dignum tam virulenta objurgatione*, & *quodnam in eo peccatum*? Nullum: ac proinde explicatio *Codurci* & ibi, & heic, nulla. *Munſt. Iſid. Clar.* aliique Ill. *In judicio meo mendax ero.* i. e. *Cum juſtus ſim*, *& tamen flageller*, *judicium quod de me profero*, *tanquam de innocente*, *mendax aliis apparet.* Propius ad indolem vocis משפטי *Merc.* IV. *In meo jure*, ſive *Cauſa*, *mendax habeor*, *quaſi injuſte me tuear*, *meque falſo dicam innocentem: itaque tyrannice*, *quo jure*, *qua injuria*, *tanquam ſons condemnor*, *& punior a Deo. Huc aliqua ex parte ſpectabant quæ Cap.* 19: 7. *extant.* Præivit *Calv. Conc.* CXXIX. *in meo jure mendax invenior. Significat ſe non admitti ad cauſæ defenſionem*; *idque perinde eſſe*, *atque quum judices ſunt iniqui*, *& crudeles*, *bonum alterius jus auctoritate ſua opprimentes* &c. &c. Ad eandem rationem Doct. *Belg.* itemque *Luth.* &c. Mollius quid captatum a R. *Levi* V. per *interrog. An in jure meo mentiar? an me ſontem dicam*, *quum ſim inſons.* Huc *Vatabl. Jun.* & *Trem.* aliique conceſſere: nec non *Crinſoz.* hæc verba a

Jo-

7 מִי־גֶבֶר כְּאִיּוֹב יִשְׁתֶּה־לַּעַג כַּמָּיִם ׃

8 וְאָרַח

7 Quis Vir, ſicut Jobus! bibit ſubſannationem ut aquam.

8 Et

Jobo quidem dicta, ſed a Scriptore ſacro inter ſermones ejus non relata, autumans, quod Compendium eorundem dediſſe, ſatis habuerit. Dilutius VI. *Cler. An in judicio meo mentiar? Non ſane apud Judices mentiri ſuſtinerem.* Non valde plane *Ab. Eſra* VII. *Quum jus poſtulo, mendax habeor.* Acute *Druſ.* poſt *Tigur.* VIII. *In judicio meo fallor*, pro, *ſpe mea fruſtratus ſum. Venit malum pro bono.* Vicinus *Bold.* IX. *Meo judicio nunquam in hæc mala deventurus eram; ſed falſum me fuiſſe experior.* In his כזב *mentiri* eſt *fruſtra eſſe. Deficere.* Eam vim X. premens quoque Cl. *Guſſ. Comm.* L. H. p. 370 dat, *ſuper jure meo interibo. Jus meum quo nitor, dum aures Dei pulſo, per quod vitæ ſuſtentandæ neceſſaria mihi debentur, non impediet quo minus deficiam & moriar.* Languet. *Schmid.* XI. non multo erectius, *Fallo memet ipſum circa judicium meum*, i. e. *ordinem ſalutis, quem mecum teneri, æquum cenſebam, longe diverſum experior &c. Quum bonum expectarem, venit malum.* Dilemma inducitur a *Cocc.* XII. *Aut Juſtus ſum, aut Mentior. Atqui Juſtus ſum: unde conſequitur, Deum mihi Judicium negare, quia me perſequitur ut hoſtem. Si tamen* mentior *hac in parte; deſperate plector citra defectionem.* Nimis ſubtile, & alienum. Tentat quoque XIII. per *interrog. Mentirerne?* i. e. *Quomodo poſſem adduci ut mentiar, amicorum ſuaſu; ita peccem: quum etiam ſine defectione, deſperata ſit plaga mea?* Non procul hinc abeſt *Epiſc. Elienſ.* XIV. *Dedignor memet defendere mendaciis, ſed etiamnum tueri cogor, lethale hoc vulnus mihi inflictum nullo meo crimine.* Convenit etiam ex parte cum *num.* VI. Gravitas *litis conteſtatæ* exigit, XV. ut על *ſuper*, nunc valeat, quod *Cap.* 10: 7. *Super ſcire tuum quod non ſim reus:* i. e. *Quantumvis me inſontem eſſe probe ſcias.* Adde *Cap.* 16: 17. Similiter nunc, *Non obſtante Jure meo evidenti, mendax ſum; cauſa cado; damnor; ab hominibus* non ſolum, ſed etiam *a Deo ipſo.* Convenit cum *num.* III. niſi quod fortius adhuc, & animoſius, ſpiret. Eſt *Exceſſus deſenſionis*, quem omnis pagina offert. Redeatur præſertim ad *Cap.* 16: 8. ubi *duriſſima* hac *phraſi* uſus Noſter; *Mendacium mihi impactum in me inſurgit; & teſtimonium contra me fert, in faciem.* Id planiſſume, *Super judicio meo*, i. e. *Quantumvis liquidum mihi jus*, אכזב *mentior; mendax cenſeor; falſitatis & injuſtitiæ reus peragor, etiamſi veritas & juſtitia palam a meis ſtent partibus.* Idem hoc clarius altero quoque Colo expreſſum: *Deſperata, Letalis, ſagitta mea*, i. e. plaga, *ſine defectione: citra ullam meam culpam.* Reperies audaciſſimum dictum *Cap.* 6: 4-9. 10. & 16: 17. 18. ubi *paratragœdiationem* omnium graviſſimam indicavi; ad quam nunc ſpeciatim reſpici putem. Confer porro *Cap.* 19: 5. 6. & 23. 6. 7. 14. quæ, aliaque complura, merito *Elihuo* indignationem commoverunt, ignaro hactenus, ex *ſenſune?* an ex *Adſectu?* emanaſſent.

Verſ. 7. Animoſa, & aſpera increpatio, qua *temeritatis*, & *inſolentiæ*, accuſatur *Jobus*, talia dicta funditare auſus. Extra oleas abeunt I. Græci multi, verſione vitioſa LXX. abſtracti; quum hunc *Vſ.* cum *ſeq.* ad laudem referunt; ut *Bibere ſubſannationem inſtar aquarum*, ſit, *injurias & calumnias* in ſe conjectas *magna* animi *tranquillitate* quaſi *ebibere*, ac *patientiſſime haurire* i. e. *audire.* Torſio nata ex *Vſ.* 8. ubi LXX. *negationem* inſeruere, ut *Jobus non peccans, neque cum improbis communionem habens*, inducatur. Adfine II. ſed in *vituperium*, quod *Merc.* ſecundo loco tentat, *Quis vir ut Jobus bibit* &c. q. d. *Talia ferre poſſit, qualia Job? Quis ſe, ut ille, deridendum propinat omnibus?* Concinit III. *Ab. Eſra*, paulo aliter ſtruens, *Si quis Jobo ſimilis ſit, qui talia dicat, bibet ſubſannationem, omniumque ludibrio patebit.* Malebat tamen IV. *Merc. Quis Vir* clarus, & ſapiens, *ſicut Job*, qui *bibat* &c. i. e. *qui plane imbutus ſit ſubſannationibus hominum, aquæ more eas hauriens & abſorbens?* q. d. *Qui ſe his inepte & temere dictis deridendum præbeat hominibus?* Differt a II. diſcrimine valde tenui. Sequuti *Jun.* & *Trem.* in hanc mentem, *Quis vir bonus qualem ſe dicit*

8 Et peregre abit ad ſocietatem cum Operatoribus vanitatis: & ad ambulandum cum hominibus improbis.

8 וארח לחברה עם־פעלי און

וללכת עם־אנשי־רשע׃

9 Nam

9 כי־

tit Job, eo dementiæ venturus, ut integritatem ſibi aſſerat, etiam tum, quum obloquitur Deo? Diverſo flexu *Munſt.* & *Iſiod. Clar.* V. quibus *bibit ſubſannationem*, eſt, *ab omnibus male audit, propter abſurdam doctrinam; dum impiis patrocinatur; aſſerens nil prodeſſe religionem* &c. In his omnibus, ſi bene cerno, vis *paſſiva* phraſeos, *bibere ſannam.* Ad *Activam* fertur illud *Vatabl.* VI. *Qui plenus ſit verbis ridiculis, ea* nempe *imbibens ſponte.* Commodius credebat *Grot.* VII. *Qui bibere facit*: ut ſit: *Quis unquam ita Deo potanda præbuit ludibria ut Job?* Eſt durius, duplici nomine. Magis ad rem quod *Crinſoz.* VIII. adfert, *qui nos*, vel *Deum*, *aperte illudit.* In verſione poſuit, *ſermones parum ſanos miſcere.* Ita *Codurc.* IX. ſignificatur, *Jobum libero & pleno ore Numen ſubſannare, & ſeſe profano riſu ingurgitare.* Idem forte voluit *Calv. Accuſatur tanquam impudens, qui omne dedecus, & infamiam, ut piſcis aquam, ebibat.* Poteſt etiam eo ſenſu capi, quo *Merc. num.* IV. Ad mentem *Codurci* X. *Cocc.* paulo mollius, *Bibere ſubſannationem, ut aquam, eſt eam committere, atque ea delectari; ſaltem non offendi. Ita bibere crimen Cap.* 15: 16. *Prov.* 26: 6. Conſciſcunt *Schmid. Mich. Reim. Patric.* cujus hæc *paraphr.* appoſitiſſima *Quis unquam talem virum cognovit, qualis Job, qui quum Omnipotentem pro ſapientia ſua, & pietate, adorare deberet; licentiam ſibi ſumit de Judiciis ejus injurioſos ſermones effundendi?* Hunc ſenſum cumulatius adhuc expreſſerant XI. *Latini*, *Vulgato* præeunte; intelligentes *ſitim quandam carpendi Divinam providentiam, quæ non niſi conviciis in Cœlum conjectis refrigeretur, & quidem ſine ullo ſcrupulo, aut morſu conſcientiæ.* Vide *Gregor. Philipp. Th. Aquin. Gloſſ. Ordin. Lyran. Vavaſſ. de Pined.* qui tamen ambiguus inter hunc & *num.* IV. *Bolduc.* XII. *ſummam facilitatem, vehementem aviditatem*, & *longam habitudinem*, ponens, addit, *quamvis nullus invitet ſapor*, aut *ſuavitas. Quid enim frigidius, quid vilius, quidve inſipidius aqua?* Acumen vitreum: eo frigidius, quod ad *Num.* IV. recurrat illius expoſitio, *Quis Jobo ſimilis unquam inventus, qui alacriter hauriat, & abſorbeat, ludibria; quum omnes infamiam, & contumelias, maxime abhorreant: præſertim Viri nobiles & illuſtres.* Meo judicio *paſſivus adſpectus* formulæ *Bibere ſannam* hic plane incongruus. *Sanna omnino* nunc inferre debet *contemtum religionis*, & *verba profana cum ludibrio Dei conjuncta.* Ita *Pſ.* 35: 16. & 123: 4. & *Hoſ.* 7: 16. uſurpatum. Notiſſimi hoc ſenſu *deriſores*, *ſanniones*, לצים, in *Pſalmis* & *Proverbiis.* Hinc *Bibere ſannam* eſt, vel *ſannionem agere*, & *illudere religioni*: vel *ſannis* talium hominum *oblectari*, *eaſque avide combibere.* Ad poſteriorem rationem etiam *ſannam bibit*, qui *ſannionum dicta imitatur*, & *ſua facit.* Huic crimini *Elihuus* affinem non immerito pronunciat *Jobum*, quod de Dei *providentia*, & *judiciis*, talia diſſeruiſſet, quæ e *ſchola ſubſannationis*, non *pietatis*, prodire viderentur. Favet *Vſ. ſeq.* eſtque mitius, & modeſtius, quam ſi *ſannionis titulo* directe notetur Noſter, cui *deriſio religionis* ſit, & fuerit, oblectamento. Ceterum circa *interrogationem* per מי obſervo, eam a pleriſque produci ad finem uſque *Vſ. ſeq. Quis Vir, ut Jobus biberet ſannam* &c. *Et ambularet in ſocietate* &c? His גבר infert *virum clarum*, *ſapientem* &c. Cl. *Schmid.* inſerit, *Quis eſt vir ſicut Job?* qui *bibat* &c. *Et ambulet* &c. pro, *Quis inter ullos viros, quicunque illi ſint, qui par ſit Jobo in ſubſannatione?* Eſt languidius. Illud etiam præterire nequeo, Virum Doct. ad *Vſ.* 8. improbare *interrogationem*, a *Jun.* & *Trem.* illuc extenſam, quum tamen ipſius ſeries etiam per *interrog.* exeat. Ea carebit hæc demum ſtructura, *Quis Vir ut Jobus? Bibit ſannam, ut aquas. Et ambulat in ſocietatem cum operatoribus vanitatis* &c. Sentis *virum* ſignate poſitum; nec eſſe ſimpliciter, *Quis homo ut Jobus?* ſed, *ubi terrarum talem* Virum *reperiemus*, tam *fortem*, tam *ſtrenuum*, tan-

9 כִּי־אָמַר לֹא יִסְכָּן־גָּבֶר בִּרְצֹתוֹ עִם־אֱלֹהִים׃

9 Nam dixit, utilitatem non capiet Vir, quum jucundabitur cum Deo eſſe.

10 לָכֵן

10 Er-

tanta *ſapientia præditum*, in Jure Dei impugnando, ſuoque ipſius defenſando. Ironiam ſentis, & Aculeum, materiæ aptum; nec acrem nimis; ut ad *Vſ.* 9. oſtendetur.

Verſ. 8. Quid LXX. ex iiſque veteres nonnulli turbarint, *Vſ.* præc. ſubmonitum. Seriei etiam non ſatis reſpondet, quod Doct. *Tigur.* ad *pœnam* deflexerint, *Conſors eſt malorum quæ facinoroſis debetur: & verſatur in conditione impiorum.* Omnino ad *culpam* hæc ſpectant, concinente Interpretum Choro. Aliqua tantum varietas circa phraſin & quo tandem jure tam *gravis criminatio* impacta ſit *Jobo*; quod *palam improbis ſeſe aſſociaſſe* deprehendatur. Quid nobis circa *voces* commodiſſimum viſum ſit, in verſione paret. ארח pulcherrime locatum, *peregre abiit: profectus eſt.* Innuitur *Jobum* ſic cogitando, & ratiocinando, a *Familia*, *Domo*, *Schola*, ſanctorum, *longe abiiſſe*, ut *ſe ſociaret turbæ profanæ.* Succinit חברה *ſocietas viantium. Sodalitium.* Ex ambiguo: quatenus חברים *ſocii* ſunt *ſectam ſequentes*; ſpeciatim in malum; ut *ſodales: Eſaj.* 1: 23. *ſodales furum. Prov.* 28: 24. *Hoſ.* 6: 9. Reperias etiam חבר in *armis ſociatis*; quam vocant *Ligam.* Ita *Operatores vanitatis*, qui *terunt*, & *frequentant*, *viam profanitatis*, concipiuntur ut *ſodalitium*, quod *ſenſus*, *animos*, *vires*, *ſociat.* Suaviludia *Bolducii* extundunt nobis in חברה *ſodalitatem a Prophetarum Archimandrita Hebere* ſic appellitatam, ע in ח trajecto: ad quam & nunc alludatur: ut & in אנשי iterum reponit *Enoſchæos Hereticos* &c. In verbo לכת a ילך *ivit*, *proceſſit*, agnoſcas facile *familiaritatem*, & *conſenſionem publicam.* פעלי און *Operatores vanitatis*, & *viri improbitatis*, pro filo, nunc ſunt *profani contemtores Religionis*, qui *Dei vias criminantur*, vel & *providentiam* ejus *clam*, *palamve*, *oppugnant.* Ex his ſponte apparet, quid de *Elihui Accuſatione* ſit ſtatuendum. Non eſt I. *Larva umbratilis*, cum qua hic pugnetur, ut *Codurc.* ſcribit, quaſi nunc *Cramben Amicorum*, *ad fœtorem decoctam*, *hic recoqueret* juvenis diſputator. Non etiam II. *ſiniſtre verba Jobi interpretatus* eſt; aut *male intellexit*; ut *Merc.* cenſet, cum eoque plurimi. Stare etiam III. nequit remiſſior illa *Hypotheſis*, qua *Elihuum* de *Jobi pietate*, & *juſtitia*, ne minimum quidem ambegiſſe ſupponitur: ſic enim revera ut *acer* nimis, & *importunus*, taxari nunc mereretur. Cl. *Schmid.* ſcrupulum *Vſ.* ſeq. tanget. Cl. *Cocc.* eundem non levat, notans, *Merito dictum reprehendi ob pravam conſequentiam*, *quæ quidem fidiculis inde non extorqueatur*, *ſed aperte fluat.* Reſpondeo: ſi *Elihuo* & *juſtitia Jobi*, & *Fides*, *exploratiſſima*, ut nobis nunc, fuerint, haud liberum ei fuiſſe, *conſequentiis* Virum innocentiſſimum *vexare.* Idem dictum velim ad alterum hocce *Cocceji*: *Non excuſatur a communione peccati Impiorum*, *qui per dicta*, *factaque*, *improbis aſſimilatur: etiamſi alia ratione*, *ac fine*, *dicat.* Non *abſolute* id admiſerim; præſertim *inter diſputandum*; & quidem cum *æſtu*, ac *dolore infinito*: ubi *alia* illa *ratio*, aliusque *finis*, haud dubie præponderant. Colligo hinc IV. *Elihuum* non omnino convictum fuiſſe de *Jobi* vel *Juſtitia*, vel *Fide*: quamvis mitius de eo ſenſerit, atque Tresviri: ac propterea non potuiſſe eum aliter de *Jobi* dictis crudiſſimis judicare, quam judicavit: eas nempe aliquid *profani*, ac *blaſphemi*, præ ſe ferre, quod cum *vero ſenſu pietatis*, ac *Religionis*, vix ac ne vix quidem conciliari queat. Hoc ipſum ſignantiſſime phraſibus electis inſinuatum.

Verſ. 9. Gravius adhuc eandem incudem tundit. Verba ſatis plana; niſi quod ברצתו nonnihil ſcrupuli pariat. Quæſitius *Tigur.* *Vir non faciet paria*, *ſi cum Deo curſu contendat.* At *Vulg.* *Dixit enim*, *non placebit Vir Deo*, *etiamſi cucurrerit cum Eo.* A רוץ notio iſta ducta; quam *Vatabl.* *Calvin.* *Pagn.* aliique, amplexi. *De Pined.* ex *Philip-*

10 Ergo Viri cordati auſcultate mihi: longiſſime Deo ab improbitate; & omnipotenti ab iniquitate.

11 Nam-

10 לכן אנשי לבב שמעו לי חללה לאל מרשע ושדי מעול:

11 כי

lip. adfert *ſummam promtitudinem*, *qua juſſionibus* Dei *implendis* ſponte *occurratur*. Quod nonnulli *Hebraizantes* etiam huc acclives, ex difficultate phraſeos ortum, quam implicant magis verſiones: ut 1. *quum placet Deo*; 2. *quum amicitiam habet cum Deo*: 3. *quum ſibi placet cum Deo*. 4. *quando acquieſcit in Deo*. 5. *quum vult cum Deo*; συνοδοιπορεῖν καὶ συνεστιᾶσθαι, quod *Cocc.* dedit. 6. *Quum acceptat id quod habetur cum Deo*: ut argute *Guſſ.* in רצה: qui aſſimilem phraſin *Pſ.* 50: 18. הרין עמו ſimiliter quoque explicuit, inſulto את אשר *Acceptas id quod habetur cum eo*. Ego ex hoc, & illo, loco, elicio, quod & *Coccejo* obverſari debuit, *ſodalitium*, & *conſortium amicitiæ*, *partium*, *ſtudiorum*, *ſenſuum*. רצה eſt *gratum habere*, ut *gratum* & *jucundum accipere*, *amplecti*, *ſequi*. Proprietas in *adhærendo*. Hinc רצה עם אל eſt *ſe totum dedere Deo*, *Religioni*, *virtuti*; cum *voluntate*, & *affectione intima*, erga *cultum Ejus*. Pulcra oppoſitio inter *Adhæreſcere Deo*, *cum* ἀθεΐᾳ; & inter *Abire in ſodalitium*, & *ſectam*, *cum profanis*. Hoc vero quum nuſquam dixerit *Jobus*, aperti mendacii I. reum pronunciant Cenſorem huncce vitio creatum *Gregor. Philip.* aliique Latini. At *de Pined.* II. Eum ait *non tam fingere*, & *mentiri*; *quam verba Jobi male interpretari.* Eodem fertur *Merc.* hoc *forſan collegiſſe eum* monens ex *Cap.* 9: 22. ſimilibuſque locis. Subnectit deinde, *etſi ergo Elihu nimis crude & aſpere hoc objiciat*, *erat tamen quo Job reprehenderetur*; *quia non ſatis æquanimiter ſe Deo ſubjecit*: *& huc reſpexit Elihu*, *taxans tales Jobi in Deum velut blaſphemias*, *etſi in illis non inſiſteret Job*; *nec eas ſibi perſuaderet*: *ſed imprudenter interdum talia ei exciderent per vim morbi*, *eo tamen totis viribus reluctante*, *& reſiſtente*, *talibus Satanæ tentationibus.* Sic *Sp. S. voluit aſpere Jobum hic exagitari*; *ut ſuam culpam agnoſceret*, *quod ille verbis ſuis*, *etſi non ita plane ſentiret*, *potuiſſet tamen aliorum aures offendere* &c. &c. Prolixe in hanc mentem & *Calvin. Conc.* CXXIX. Ad hæc *Schmid.* III. *Non opus eſt ejusmodi excuſationibus*, *quibus tamen Elihu accuſatur. Nos dicimus*, Jobum dixiſſe, *quod illi imputatur ab Elihu*, *non quidem iiſdem verbis*, *ſed tamen conſequenter. Neo aliud vult Elihu*, *quam quod conſequenter hoc dixerit Jobus*, *hoc eſt*, *id dixerit*, *ex quo hoc conſequitur* &c. *Sic nihil eſt quod in Elihu*, *bono diſputatore*, *& per S. S. impulſo*, *reprehendatur.* Non ſenſit *Vir Doctus* in ſe ictum recidere: ſi enim, quod *Hypotheſis* ejus ubique fert, *Elihuus Jobum* agnovit *pium*, *juſtum*, non aliud diſputantem quam minus *concinnum* ſibi videri *ordinem ſalutis*: jam nimis acrem illorum temporum *Theologum* ſe dederit *Elihuus*, qui Fratrem onerare auſus fuerit *conſequentiis*, quas eum toto pectore deteſtari, exploratum habebat. Concludo iterum IV. *Elihuum* revera ignoraſſe, & ignorare debuiſſe, qualis *intus coram Deo* eſſet *Jobus*: ac propterea *moderate* æque, ac *cordate*, ei ante oculos propoſuiſſe, talia dicta pugnare cum fundamento *Religionis*, ac *Fidei*: atque cum *pietate*, & *juſtitia* illa, quam ſibi adſciſcebat, vix poſſe conſtare. Agnoſcimus ergo & nos *Elihuum bonum Diſputatorem*, non *immediate* quidem a Sp. S. impulſum, ſed *mediate*, id eſt ad lucem veritatis, & Doctrinæ ſanæ, cum pio Zelo, & adfectu: ita tamen ut *nonnulla ignoraverit*, & *ad rem diſputando*, *rem ipſam* nihilominus *tangere non valuerit*: nedum Quæſtionem intricatiſſimam finire.

Verſ. 10. Expoſitis iis, vel *verbis diſertis*, vel *juſtis conſequentiis*, quæ *Jobi cauſam* & *Actiones* gravabant; ad refutationem tam *crudarum theſium* propius acceditur. Incipitur appoſitiſſime a *rejectione earundem* per ſolenne illud, *procul abſit*, cujus uſus in *abſurdis*; ac *blaſphemis*. Tranſitio fit per לכן *idcirco*: vel, *At vero.* Compellantur iterum *Viri corde præditi*; velut *averſo ſermone a Jobo*, *ob indignitatem*, & *atrocitatem*. Ita non male *Merc.* ſed

11 כי פעל אדם ישלם־לו וכארח איש ימצאנו׃

11 Namque opus hominis retribuet ei; & ſecundum viam viri invenire faciet eum.

12 אף־

12 Etiam

ſed probare nequeo, quod addat, *& ad Socios ejus converſo, quos ut Judices appellat.* Cur improbemus, dedi ad *Vſ.* 2. Adde *Cap.* 35: 4. Ad *Abſentes* ſermonem dirigi, non eſt veriſimile. Relinquitur, ut *præſentes* fuiſſe ſtatuamus & alios, quibus *honor* hicce *haberi* potuerit. Ad formulam חלילה aſſentior Cl. *Schmidio*, ejus *Emphaſin* non ſatis exprimi per, *Abſit a Deo impietas.* Subſtituit, *Eſt*, vel, *eſto*, *abominatio Deo ab improbitate.* Eodem tendit *Merc. Abſit Deo ab impietate.* Id ſatis nervoſum: eſtque illud *imperium*, non præſcribentis, quid Deo faciendum: ſed quid nobis de Numine ſanctiſſimo ſtatuendum. Poſſes & ſic: *Abſit Deo*, i. e. *ne fas* quidem *eſto* de Sanctiſſimo Numine tale quid cogitare, nedum pronunciare. Sic לאל non redibit *ad Deum* directe, ſed ad noſtras *de Deo cogitationes*, & *ſermones.* Res eodem redit. חליל *profanum:* mox *nefarium*, & *abominandum.* Hinc חלילה לו מ, cum *He parag. ſuperlativo*, *Maxime profanum ei ab ea re:* i. e. *a re iſta, ut plane ſceleſta, & execrabili, abhorret.* Vides quare מן adſit, & ל abeſſe non poſſit, niſi per *Ellipſin*, ut in שדי pro לשדי heic loci. Ceterum רשע & עול ita diſtingult Cl. *Cocc.* ut prius ſit *ἀξία damnabilis, contra id quod decet ipſum:* poſterius, *ἀδικία contra id quod in fœdere ſe cum piis facturum promiſit.* Eſt ſubtilius: atque ex priva *Hypotheſi* aſſumtum. Utrumque tendit ad *violationem juris & juſtitiæ*; & prius quidem ex *importunitate*, vel *ſævitia tyrannica:* unde רשעים *improbi*, ſignate, pro *Tyrannis:* poſterius ex *Proſopolepſia*, & *præpoſtero ſtudio*, quam vocamus *iniquitatem*, ab Origine verbi עול in *lancis inclinatione.* Utrumque *Juſtiſſimo Numini* adfricuiſſe videri poterat *Jobus*, quum *Judicium ſuum a Deo ablatum* contenderet; ſeque, *eo inſuper habito*, *immeritas*, quin *injuſtas, plagas pati* conquereretur.

Verſ. 11. Illuſtres ſententiæ. Non diſputo, meliuſne *ſed*, an *Nam*, vel *Quoniam*, ſubſumas pro nexu: talia enim ferme pendent a modo cogitandi; in quo ſuum cuique relinquendum. Utrumque habet quo ſe commendet. Quicquid eligas addas velim, *ſane*, ut fiat, vel, *Nam ſane*, vel, *ſed ſane*; ex proprietate *ὡς μοι*, alibi indicata. In phraſibus nil obſcuri: ſed vis, & ratio, argumenti non uſque quaque clara. *Merc.* id ita declarat, *Deus facit, ut cuique eveniat pro meritis; & nemini injuriam infert. Et quamquam non ſtatim cuique reddit pro actis, dum impios proſperat, pios adfligit, id tamen tandem facit, vel in hac vita, vel in altera, hos remunerando, illos puniendo.* Id *ſtatum quæſtionis* non ferit; qui erat, *an Jobus injuſte adfligeretur*, i. e. *citra culpam.* At explicatio hæc ſupponit, veriſſimum eſſe, *pios* hoc in ſeculo ſic *adfligi poſſe, ut* Jobus, *ad uberiorem remunerationem in ſeculo futuro.* Scrupulum conduplicabit hoc *Schmidii: Opponitur hoc Vſ.* 9. *non prodeſſe ſi quis Deo acquieſcat. Non tamen hoc vult Elihu, quaſi Deus in hac vita ſemper retribuat: ſed quod, ſi non in hoc ſeculo, ſaltem in altero retribuat. Infringit argumentum pro impietate*, in hoc ſeculo pii ſæpe patiantur: ergo non prodeſt pietas, *nec Deus eam retribuit. Reſtat enim retributio in altero ſeculo.* Ad hæc obſervo, 1. par non eſſe ut hæ ſententiæ reſtringantur ad *remunerationem piorum.* 2. eas magis inclinare *in punitionem impiorum.* 3. nunquam dubitaſſe *Jobum* de *præmiis*, *pœniſque*, *alterius vitæ.* 4. Non refutatur tantum *Vſ.* 9. ſed & *Vſ.* 5. ac 6. vel maxime. Quæſtio ergo erat, 5. an *in Deum caderet injuſtitia*, quam *Jobus* Numini juſtiſſimo objectaſſe videbatur. Specialius adhuc 6. controverſiæ cardo hæcce erat, *an Jobus in præſenti ſeculo immeritas, injuſtaſque, pateretur plagas.* Adfirmabat conſtantiſſime, & animoſiſſime, Noſter: *Elihuus* Zelo pro cauſa Dei correptus (necdum dico abreptus) negat. Huc totam aciem diſputationis hujus directam, in oculos incurrit. Huc quoque hæ ipſæ ſententiæ palam feruntur.

 Sed

12 Etiam profecto Deus non improbe aget; nec omnipotens pervertet Judicium.

12 אף־אמנם אל לא־ירשיע ושדי לא־יעות משפט׃

13 Quis

13 מי־

Sed en difficultatem, in quam & nos viciſſim implicamur. Si hoc intendit *Elihuus*, jam ſuccenturiatus accedet Triumviris; & in *Jobum* tela contorquebit, toties ab eo fortiſſime refuſa: *malis in hac vita ſemper mala, bonis bona obvenire.* Hoc *Latinis Interpr.* anſam præbuit *Elihuum* damnandi. Præſertim *Codurc.* in eum, nec non in Tresviros, acerbius hic invehitur, omnes appellans *Fungos, quos tamen imperitum vulgus cenſeat Theologos, & Sapientes, propter neſcio quas verborum & ſententiarum ampullas.* Parce! precor, parce! Non conſciſcit *Elihuus* Sociis, quos ſe ex parte ſaltem refutare profitetur *Cap.* 35. 4. ſed vincere nititur, nec *Jobum*, nec quemquam mortalem, *injuſte plecti*; & omnes *plagas*, qua *plagas Dei irati*, habere cauſam juſtiſſimam; etiam *in ſeculo præſenti.* Ut *ſtatus controverſiæ* ex oculis non amittatur, neque *plagæ hæ* confundantur cum *cruce piis* a Deo *impoſita*, ad Fidei, virtutis, patientiæ, quin & gaudii ſpiritualis, profectum; etiam atque etiam tenendum, *Jobum* vi doloris immanis ablatum, ita de ſuis *plagis* diſputaſſe, ac ſi ei ex *ira*, & *odio*, *Dei*, eſſent inflicta. Hoc falſum erat. Velut certum tamen, & verum, ubique id urget: atque ob id ipſum, vel maxime, in tam dura dicta eum prorupiſſe vidimus. Quid jam *Elihuus*? negaretne has *plagas* ab *irato Numine profectas*? Imprudenter negaſſet. Neſciebat. Revelatæ necdum erant veræ cauſæ tantarum adflictionum, in Caput innocentiſſimum emiſſarum, ad *Coronam virtutis*, & *Religionis*, *immotæ*, ei circumponendam. Ergo non licuit *Elihuo* aliter cum Noſtro congredi, quam ad propriam ipſius *Hypotheſin.* Non damnat eum *improbitatis*, & *Hypocriſeos*, quod Amici temere fecerant. Cupit eum *Juſtum* reperire, & abſolvere. Sed tamen de *probitate* ejus non pleniſſime eſt convictus: ob *occultæ*, & *lubrica*, *cordis*; ad cujus intimos receſſus penetrare haud poterat. Perſuaſus etiam fuiſſe videtur, & ſane omnia id credere ſuadebant, *plagas* haſce *Jobo eſſe impoſitas* a juſto Vindice criminis alicujus abditi, exempli gratia *ſuperbiæ ſpiritualis*, & *nimiæ ſecuritatis*, ac *fiduciæ*, ob res florentiſſimas, quibus Familia ejus fuerat cumulata. Nil profero, quod non vel nosmet ipſi ſuſpicati eſſemus, ſi *Jobum ſubitis illis altæ Domus ruinis ſepultum* vidiſſemus: quodque non cadat vel in vere probos, necdum tamen a fermento peccati perpurgatos. Recolas velim, quæ ad *Caput præced.* ex hoc fonte producta. Ad illam ergo *Jobi* expoſtulationem, ſane crudiſſimam, *ſe immerita Dei ira, quin odio, miſerrime periiſſe*, non immerito nunc reſpondet *Elihuus*, *neminem immerita Dei ira perire*, ſed *homini ſuum ipſius opus rependi*; ac juſtiſſimum Judicem *quemque facere invenire, id quod ſtuduit & quæſivit.* שלם *retribuere*; & המציא *invenire facere*, haud dubie *Judicialem uſum* nunc exerunt, præſertim in *malum*, & *pœnam*, quamvis *bonum*, & *præmia*, lege oppoſitionis, ſponte includantur. Inſtas, ne ſic, quidem nodum reſolutum: *ſi enim cuique ſuum opus rependitur*; & *ſua via in caput redeat*, ſtatuendum, *malis ſemper mala, bonis bona evenire:* & quidem, *in ſeculo præſenti.* Reſpondeo, in hanc *Quæſtionem* non deſcendi ab *Elihuo*, niſi ex parte: ejuſque ſententiam, quam nemo ſuam facere recuſabit, ferre; non *eſſe* ea *mala*, quæ videntur: itemque *non* eſſe *bona*, quæ pro talibus appetuntur, & invidentur: ac proinde nec in adverſis, ſi forte, rebus piorum; nec in proſperis impiorum, *Juſtitiam Dei carpi*, atque *obtrectari*, debere. Plura non addo, quod *Elihuus* ipſe mentem ſuam deinceps ſit declaraturus.

Verſ. 12. Non eſſe novam *Theſin*, ſed *Rhetoricam amplificationem* præcedentis, recte monuit Cl. *Schmid.* In verbo ירשיע levis diſſenſus. Plurimi I. tranſitive, *Etiam profecto Deus non damnat*, vel *damnabit*, quemquam. Mancum illum ſenſum *Vulg.* explevit, inſerto *Fruſtra.* צדיק *juſtum* ſupplent *Grot. Codurc. Crinſoz. Cler.* ſuo more addens, *forte*

ex.

13 מי־פקד עליו ארצה ומי שם תבל כלה׃

13 Quis injunxit ei regimen, in terram? & quis poſuit orbem univerſum?

14 אם־

14 Si

excidit צדיק. Etiam *Jun.* & *Trem.* dare auſi, *Enimvero Deus non condemnabit probum.* Argute *De Pined. Deus non impiabit.* i. e. *non facit ipſe impios: neque gaudet invenire improbos: ſed ſua ſententia declarat qui ſint improbi, & traducit illorum improbitatem publico ſupplicio.* Parum cohærent. Argutiuſcule etiam *Cocc.* monens ſi *damnare* teneatur, innui, *quamvis Deus juſte damnet* improbum, *tamen per Ipſum non ſtare, ut damnetur: quippe qui potius Salvatoris & Juſtificatoris, quam Condemnatoris, nomen mereatur.* Rectius tamen aſſentit II. *Mercero*, intranſitive reddenti, *Etiam ſane Deus non agit improbe.* Sic הרשיע 2 *Chron.* 20: 35. & 22: 3. & notanter *Dan.* 12: 10. הרשיעו רשעים *improbe agunt improbi.* Huc conceſſum a Doct. *Belg. Schmid. Reim.* &c. *Druſio* & *Codurco* eodem inclinantibus. Indubitatum ex *Vſ.* 10. Quod autem Cl. *Schmid.* dicat, non de *Condemnatione* hic diſputari, ſed de *Retributione pietati debita*, minus ſolidum. *Hypotheſis* ad tales deferens anguſtias, eo ipſo cadit. *Negat*, inquit, *Elihu*, *quod Deus ita impie agat, ut non ſatis retribuat pietati præmium, licet in hoc ſeculo pios adfligat.* Poſterius membrum ſimiliter trahitur; quaſi *Deus non pervertit judicium*, eſſet, *ordinem ſalutis æquitati convenientem non ſubvertit.* Nobis hæ *Theſes* hinc, luce manifeſtiores, ſeſe offerunt; eſſe abſurdum, repugnans, blaſphemum cogitatu, *Deum improbe agere*, id eſt, *ex libidine dominari*, citra ullam *rationem juris* ac *juſtitiæ:* ac proinde, nec velle, nec adeo poſſe, *Judicium pervertere*, i. e. *inſontem pro ſonte punire*; & *amore* dignum, *odio proſequi.* Hæc *Jobus* apertiſſime tetenderat; & refutari merebantur. Non æquo Jove judicat *Codurc. hanc propoſitionem Elihuo defenſore egere* negans.

Verſ. 13. Multa hæſitatio ad *filum* argumentationis ſubtilioris, in quam ingreditur *Elihuus*, prehendendum. In tres claſſes diſpeſcam, quæ diſſentiri video; pro triplici relatione, quæ particulæ עליו ſubjicitur. *Ramban* I. *adſ.* refert ad משפט *Judicium Vſ.* præc. *Quis viſitat juxta illud terram?* i. e. *Quis terram ſumma æquitate gubernat?* Amplectuntur *Munſt.* & *Iſid. Clar.* Senſus tenuis, idemque coactus. Ad *Deum* II. longe plurimi, ſed in diverſa abeuntes. *Vatabl.* 1. *Quem præfecit ſibi ſuper terram?* Id eſt. *Deus ſolus mundum gubernat.* Secutus *Calv. Conc.* CXXX. *Vatabl.* iterum: *Quis viſitavit terram poſt Eum?* ut eam rectius diſponeret, ſcil. Eodem redeunt 3. quæ *Merc.* adduxit, *Quis viſitavit juxta Eum*, aut, *cum Eo, terram?* i. e. *Quo conſiliario utitur in terra adminiſtranda?* Fortius adhuc Erud. *Crinſoz.* 4. *Quis alius, præter Ipſum, curat terram?* Hoc ſenſu. *Quam Solus Deus gerat, curam terræ, fœcundæ in omnem bonorum ubertatem, nos convincere, nihil iniquum ab Eo poſſe proficiſci.* Aſt עליו *præter eum, ſi non ipſe*, duriuſculum. *Merc.* iterum 6. *Quis juſſit ei in terra* &c? ארצה cum *He Parag. Locali.* i. e. *Quis in terra adminiſtranda Deo quicquam injunxit, a quo Ille timere debeat, aut poſſit; ut ideo jus pervertat?* Eodem redit 7. *Jarch. Quis injunxit ei terram? Quis ei terræ curandæ provinciam mandavit?* Expreſſum a *Jun.* & *Trem.* in mentem valde ſubtilem, *Merum eſſe Dei imperium; ejuſque Majeſtatem propterea alienam eſſe a corruptione.* Docta ſtructura *Cocc.* 8. *Quis mandavit ei* cuncta *uſque ad terram?* Nempe *He paragog.* etiam *motum ad locum* infert: ut ſit, *A ſummo, uſque ad imam terram.* Cenſet argumentum necti a *præſumtione bonitatis, & gratiæ, erga homines; quos beneficiis ſpontaneis, atque indebitis, cumulet Deus.* Id & *num.* 4. vidimus. Concinnius adhuc 9. Præcl. *Belg. Quis injunxit ei, ſuper terram?* Elliptice, pro, *ut eſſet ſuper terram:* ſat venuſto *Hebraiſmo.* Explicant potiſſimum de *Dei Majeſtate infinita, nemini obnoxia.* ut *num.* 6. & 7. Cl. *Cler.* 10 in eundem ſenſum, *Quis viſit ſuper Eum terram?* q. d. *a nemine terræ curam Deo mandatam, ſed jure creationis eam a Deo teneri,*

14 Si poneret ad illum cor ſuum, ſpiritum ejus, & animam ejus ad ſe colligeret.

אם־ישים אליו לבו רוחו ונשמתו 14
אליו יאסף׃

15 Ex-

15 יגוע

ri, qui eo ipſo nemini rationem reddere teneatur. Nempe פקד על non tantum eſt *aliquid mandare alicui:* ſed etiam *opus alicujus viſere, inſpicere, examinare*, idque *caſtigare*. Id in Vir Doct. ת׳ עליו mox repetit, *Quis impoſuit* ſuper Eum *orbem univerſum:* ejuſque conſtructionis cauſa priorem illam, quæ rarior, ſic inflexam autumat. Speciosum. Luſtremus III. eos qui ad *Hominem* revocant עליו. *Vulg.* 1. *Quem-conſtituit alium ſuper terram? aut quem poſuit ſuper orbem, quem fabricatus eſt?* Accepit מי pro מי הוא אשר: & כלה pro verbo, *conſummavit*. Redit ad *Claſſ.* I. num. 1. q. d. *per ſe regit mundum: quem per ſe condidit:* ut habet *Gloſſ. Ordin.* At *Caſtal.* 2. *Quis homini terram commiſit?* &c. quod tamen elegantiam quærens, citra *interrog.* ita connexuit cum *Vſ.* 14. 15 *Qui* Homini *terram commiſit, & Orbem condidit univerſum, ſi animum induceret ſpiritum flatumque ejus ad ſe recipere, expiraret omnis caro* &c. Vis argumenti hæc: *Qui homini & terram dedit, & vitam, ſi utramque adimat, non facit ei injuriam.* Deflectit a cardine quæſtionis. *Schmid.* 3 *Quis viſitavit ſuper eum,* hominem, *in terram uſque? quis poſuit orbem totum* propter illum? Id ita exponit. *Quis viſitavit ſuper hominem, jam inde a quo creatus eſt, e cælo benigne ſuper eum proſpiciens in terram uſque, dando illi vitam, halitum, omnia?* Ita porro adſtringit: *Is Deus qui tam benigne homini proſpicit in temporalibus, multo magis id faciet in ſpiritualibus, & æternis:* ergo, *fieri nequit, ut Judicium hominis a Deo pervertatur; nam ſi ei proſpicit, eo reſpectu, quo Homo eſt: multo magis ei proſpiciet, eo reſpectu, quo Pius, Juſtus, & Sanctus, eſt.* Quid his omnibus vel infirmi ſubſit, vel firmi, longum foret excutere. Dicam uno verbo, commodiſſimum videri ut עליו ad *Hominem* redeat, qui *Vſ.* 11. nominatus: & *Vſ.* 12. ſubauditus; ut recte *Schmid.* ſubmonet: quique *Vſ.* 14. iterum in אליו *ad eum*, haud dubie intentus. Non diſplicet etiam omnino, *Quis viſitat ſuper eum in terram uſque? Pro omnibus eum bonis e Cœlo cumulat.* Magis tamen arridet, *Quis injunxit ei* homini *terram? Quis eum terræ præfectum* veluti *conſtituit? Quis terram ei habitandam, quin poſſidendam, permiſit?* Ita פקד על pro *injungere alicui provinciam; mandare munus:* 2 *Chron.* 36: 23 & *Eſr.* 1: 2 *Num.* 4: 27. Nec aliter *Job.* 36: 23 de quo infra. Habes eundem *magni beneficii* conſpectum; cum acceſſione lucis, & gratiæ, qua *Homo* conſideratur *Terræ*, tanquam *Provinciæ*, divinitus præfectus, ut ibi omnibus *bonis rebus* adfluat, ſi *Juſto Domino* debitam præſtet obedientiam. Poſſet, non invenuſte, *in terram* reddi, ut ſit, *Quis præfecturam ei impoſuit, in terram?* Vel *Quis injunxit ei*, ut eſſet *in terram?* Formulam obtinuiſſe putem, vivente Lingua, qua dictum fuit, verbi gratia, פקד עליו *Injunxit ei, in Syriam, in Ægyptum*, pro *præfecturam regionis ei tradidit. Juſſit ſupremus Rex eum illuc præfectum ire.* Reſpondet poſterius, *Et Quis poſuit Habitabilem univerſam?* Non negem, repeti poſſe עליו, *Quis poſuit* ſuper eum, *quis impoſuit univerſum orbem?* ut utrumque membrum idem fere ſonet. Uberius tamen erit, ſi ad *creationem* reducatur: *Et Quis orbem univerſum poſuit; diſpoſuit; quum non eſſet, exſtare juſſit, immotiſque impoſuit fundamentis?* Habes totidem argumenta, ut *Majeſtatis*, ita *Bonitatis*, *immenſæ*, quibus efficiatur, repugnans eſſe, & planiſſume abſurdum, ut *Judicium cujuſquam*, ipſum colentis, *evertatur*.

Verſ. 14. Mirum & hic, id eſt in plano, potuiſſe offendi. *Gloſſ. Ordin.* I. extra lineas: *ſi* Homo *cor ſuum direxerit ad Eum*, Deum; *ſpiritum ejus, & flatum, ad ſe trahat* Deus: i. e. *hominem ſanctis deſideriis ſibi*

jun-

junget. Ex LXX. argutiſſime II. *Codurc. ſi Deus animum ſuum apud ſe contineat, & Spiritum ſuum ad ſe retrahat, Expirabit omnis caro.* Germanam hanc eſſe loci ſententiam, tum credam, quum probatum fuerit, *Cor ſuum ad ſe ponere*, eſſe bonam phraſin, pro *oculos ſuos ab aliis avertere; non alio reſpicere: animum ſuum apud ſe continere.* Paulo aliter Ill. *Grot.* III. *Si poneret ad ſe cor ſuum* Deus, ſi ſibi tantum bonus eſſe vellet, *ſpiritum illius* hominis *flatumque ad ſe traheret* Deus. Ut *Pſ.* 104: 29. Eſt commodius: ſed *ponere cor ad ſe*, iſtoc uſu, exemplo confirmari debuiſſet. Ad ſtructuram *Codurci* fere IV. Eleg. *Crinſoz. ſi vel cogitaret* Deus *ad ſe retrahere ſpiritum, & flatum ſuum, Expiraret omnis caro* &c. In notis tamen phraſin השים לב אליו explicat de *irritato adſpectu* Dei, *in hominem converſo.* Sic & *Schmid.* V. *ſi apponeret* Deus *ad eum cor ſuum, ſpiritum ejus, animamque, ad ſe colligeret:* tum *expiraret omnis caro.* Eadem ſtructura *Jun.* & *Trem.* quando *Aſyndeton* in hoc *Vſ.* ſtatuendum. Fero: ſed prætulerim VI. cum pleriſque, *ſi apponet* Deus *ad eum cor ſuum*; tum *Spiritum ejus, & halitum ejus ad ſe colliget:* i. e. *ſtatim eum perimet:* ut recte *Merc.* In *Comm. Hieron.* ſive *Philip.* ad *mundum* referri video *adfixum:* a quo nec *Cocc.* alienus. *Cler.* quod תבל *fæmin.* ſit, אליה pro אליו vult, vel potius in *Vſ. præc.* כלו pro כלה, ut תבל *maſc.* veniat. Non firmum ſe *Criticum* oſtendit: nam תבל indubie *fæmin.* ex 2 *Chron.* 16: 30. *Pſ.* 24: 1. & 50: 12. & 89: 12. aliiſque locis compluribus. *Cocc.* etiam pro *ſpiritum*, & *halitum ejus*, mallet *ſuum*; ut *adfixa* redeant ad *Datorem vitæ.* Subtiliuſculum: ut & illud, forte, quod de *Extinctione animæ*, ſive *redactione in nihilum:* vel & de *Interſectione ejus, per lucis Dei ablationem*, hic annotatum. Nihil tamen in hiſce, quod offendat, ſi modo dextre applicentur; neque ultra *ſcopum* torqueantur.

Ibid. Diſpiciamus ergo, quid *nexus*; & *ſcopus*, ferant. Reperio I. eſſe, qui hæc referant ad Dei *eminentiſſimam Majeſtatem*, qua omnia ab eo dependent; ut proinde nullo vel metu, vel ſtudio, ab *æquitate*, & *juſtitia*, deflectere cogatur. *Merceri* ratiocinium II. ſic habet: *ſi ſummo Jure cum homine agere vellet Deus, & abſoluta potentia uti, ſtatim unumquemque hominem perimeret; imo & omnes homines: (ut ſequitur) nec id injuſte faceret, ſine ratione: ſed cauſam juſtam haberet hoc faciendi; ſi vellet. Quum enim ſummæ ſit potentiæ, eſt & ſimul ſummæ juſtitiæ, ut nihil velit niſi juſtum.* At *Schmid.* III. dat, *Deum tanta bonitate uti erga hominem, cum tamen non ſit coactus, ſed, ſi vellet, omnes uno momento in nihilum redigere poſſet. Quum ergo hoc non faciat, ſed hominem benigne, una cum orbe terrarum, conſervet, ac gubernet, patere ex mera, & maxima quidem, bonitate, Deum conſervare & gubernare.* Debuiſſet ſaltem concludi, *patere Deum non poſſe jura malitioſe pervertere.* Ita *Cocc.* IV. concludit, *Qui hæc tanta beneficia conſiderarit, non immenſam Dei bonitatem agnoſcet? Qui bonitatem hanc ſpontaneam digne perpenderit, poteſtne adduci, ut credat, Deum ſervientibus ſibi nolle benefacere, ſed ipſis negatum velle judicium?* Ad rem. Subjungit V. *vel advertere animum ad hominem*, eſt, *non connivere ad ea quæ prava ſunt; & ponere ob oculos ſuos, quæ diſplicere poſſunt. Nam ſi hoc faceret Deus, plus ſatis cauſæ inveniret, cur omnem carnem extingueret, hominemque in pulverem redigeret, ſpiraculo, quo vegetantur, cohibito.* Conſimiliter Doct. *Belg.* in notis. *Si Deus ſummo jure uti vellet* &c. Redit ferme ad *num.* II. idque unice amplexus *de Pined.* ex *Philippo* ita commentante: *Si omnia quæ in mundo quotidie geruntur, ſecundum regulam juſtitiæ ſuæ voluerit intueri: deficiet ac peribit. Sed cum pietate potius gubernat, ac ſuſtinet. Nam ſi iniquitatem obſervaverit, quis ſuſtinebit?* Spiritum *dixit* animam, *quæ vivificat hominem, &* flatum *ipſam* vitam *præſentem; quæ corporibus per anhelitum ex aëre miniſtratur. Hæc ad ſe trahere dicitur Deus, quum aufert vitam, quam creando tribuit.* Reliqua ejuſdem, plane *Hypermyſtica*, & nil ſolidum tinnientia, amputo. Eſt VI. in cunctis aliquid: nec tamen omne id, quod rem conficere queat. השים לב אל inprimis rite enucleandum; quod inde tota vis illationis pendeat. Mitto quæ *Grot.* & *Codurc.* ſupra. *Merc.* ſimpliciter *convertere* vel *adjicere animum.* Credo tamen, eum voluiſſe *attentionem Judicis ſeverioris*; ut *Cocc.* & alii diſerte. *Schmid.* ait, in *bonum*, & in *malum* ſumi, pro *curare aliquem, eique de bonis proſpi-*

15 Expiraret omnis caro pariter; & homo ſuper pulverem rediret.

16 Quod ſi! intellige, audi hoc: aures adhibe voci verborum meorum.

17 An

15 יגוע כל־בשר יחד ואדם על־עפר ישוב׃

16 ואם־בינה שמעה־זאת האזינה לקול מלי׃

17 האף

cere; & contra, ut hic, *punire aliquem*, aut *bonum ei negare*. Cl. *Cler.* enucleatius adhuc, non *meram animi adtentionem* deſignari notat, *ſed eam adtentionem ſummi judicis, quam pœnæ de genere humano, prout meritum eſſet, ſumendæ, ſequerentur; ſi Deus rigidi officiorum Exactoris perſonam ageret.* Haud putem ad has notiones mentem *Elihui* poſſe introſpici, aut aciem argumentationis ejus expediri. Omnino hic tenenda ea poteſtas, quam ad *Cap.* 1: 8. indicavi, in *impetu hoſtili, quo aliquem perditum, everſumque, cupimus.* Planiſſime ſic 2 *Sam.* 18: 3. Hunc locum ſi conferas cum *Job.* 1: 8. & 2: 3. non dubitabis, quin *tendere cor ſuum ad aliquem*, valere queat, *animo hoſtili eum invadere.* Hoc vel *juſte* fit, vel *injuſte*: poſterius iiſdem in locis obtinet, ubi *odium* quoque ſubeſſe innuimus. Jam, in contentionibus fervidiſſimis, crebro exciderat *Jobo*, ſe *hoſtili odio infeſtari* a Deo, citra culpam. Eadem phraſi fere hoc expreſſum *Cap.* 7: 16. 20. Inprimis conferri debet *Cap.* 23: 6. Hæc duriſſime dicta retundens *Elihuus*, ſolidiſſime infert, *ſi* Deus *cor ſuum tenderet contra hominem*, eumque *citra reſpectum juris*, aut *juſtitiæ*, ex *mero odio* perditum cuperet; tum *Spiritum ejus*, & *Flatum ejus ad ſe recolligeret.* &c. &c. Intra hos fines argumentum verſari, patet ex *Vſ.* 12. Duplex *Theſis*, ita videtur adſtrui, atque adſtringi porro, ex *Vſ.* 13. anſa ſumta: *ſi in Deum caderet talis hoſtilitas injuſta, impotenſque, qua creaturam ſuam, vel immerentem, perditam cuperet, tum ſpiritum ejus, flatumque, ad ſe retraheret: omniſque caro ſimul expiraret.* Hoc eſt, *tum orbem terrarum, genuſque humanum, non bonitatis immenſæ innumeris indiciis, pignoribuſque, cumularet* Deus, *ſed omnia ad Chaos ſuum, atque adeo Nihilum, unde extracta, relabi ſineret.* Vides de *vita animali generis humani* quidem locum hunc ſic ſatis belle poſſe capi: ſed vim argumenti ultro tendere ad *deſtructionem* totius *naturæ*, & *redactionem in Nihilum.* De eo id quiſque decernat, quod ad nervum illationis requiri judicabit. Reſtat moneam, *ſubtilius*, quam *commodius*, eſſe, ut *adfixa* in רוחו & נשמתו ad *Deum* referantur. Cernas ex *de Pined.* cui etiam hoc arriſit; ut iſta anſa *Deum* hic induceret *Reſpirantem*, & *inſpirantem* omnibus *halitum vitæ*. Tu notes velim diſcrimen inter רוחם & רוחו *Pſ.* 104: 29. 30.

Verſ. 15. Verbulo defungi licebit. *Omnis caro ſimul expirans*, infert *deſtructionem univerſæ naturæ; qua fractus velut orbis illabatur, ut quicquid vivit, perpetuis ruinis ſimul, ſemelque, ſepeliatur.* Poſterius, *Homo ſuper pulverem rediret:* non ſimpliciter nunc *mortem* offert, ut *Gen.* 3: 19. & *Eccl.* 12: 7. Iſta *Lex* in omnes *ſancita* juſtiſſime, nil facit ad præſentem locum; ubi requiritur ad minimum ea *redactio in pulverem quæ omnes homines ſimul deleat, & reſolvat illuc, unde cum primo parente cenſentur protracti.* Sic ad *abolitionem generis humani* iterum redimus; atque illam *Spiritus, flatuſque vitalis*, ademtionem, quæ *animam* ſimul & *corpus* in totum extingueret. Cardines argumentationis invictæ hi ſunt. *Qui ex infinita bonitate Hominem ex Nihilo*, vel *pulvere, extraxit, eundemque, ne illuc relabatur, eadem bonitate in vita ſuſtinet, is non poteſt hoſtili odio infeſtare Creaturam ſui Creatoris amantem, & officii retinentem.* Hoc tetenderat *Jobus*: validiſſime refellit *Elihuus.* Ne vero vel minimum *ratiocinio* huic *Apodictico* addidiſſe videar, ſimplicius adhuc, breviuſque, concludam cum *Elihuo*, *Contradictorium eſſe, ut quem Creatorem, & ſuſtentatorem, univerſi, agnoſcimus, Eum creaturam innocentiſſimam hoſtili odio vexare, & adfligere, poſſe, aut velle, ſtatuamus.* Statuerat, urſerat

17 האף שונא משפט יחבוש ואם־
צדיק כביר תרשיע׃

18 האמר

17 An naſum oſor judicii frenabit? & num Juſtum præpotentem condemnabis?

18 Num

rat ſaltem, *Jobus*: *Elihuus* id a fundamentis convellit.

Verſ. 16. Inſertio *fiduciæ* plena, argumenti propoſiti robur ſentiri jubens; atque increpationi mox ſubſumendæ imminens. Perexiguum eſt, quod hic diffidetur circa priora illa ואם בינה. *Vulg.* I. *ſi habes ergo intellectum; audi* &c. Hac anſa *arrogantiam Elihui* taxat *Gregor.* ſiniſterius de eo judicans. *Merc.* II. non *nomen* eſſe, ſed *verbum*, ex *accentu* obſervans, dat, *Quod ſi intelligere*, nempe *adeſt tibi. Si quid ingenio vales. Si mica in te bonæ mentis.* Addit ſubtiliuſcule, *Infinito uſus eſt, non nomine, ut non plenam intelligentiam notet, quæ* בִּינָה, *ſed* vel minimum intellectus, *quia infinitum actionem præſentem, non habitum, ſignificat.* Eſt ergo בִּינָה, *Milel*, ei *infinit.* בין cum *He parag.* Non obmoverim cum Cl. *Schmid. infin.* per *Aphæreſin* in *Hiph. Verborum quieſc. med.* nunquam habere *He parag.* Quum omni *infinit.* addi poſſit, quid ni & huic? Sed quod *infinita* dicantur non tam *habitum* inferre, quam *actionem præſentem*, quodque inde nunc exſculpatur *vel minimum intellectus*, parum ridet. R. *Salom.* III. ſub ואם adſciſcens אינה, ex *form. imperat.* reddit, *Et ſi non eſt ut dico, intellige, audi hoc*: &c. At Lingua poſtulaſſet ואם לא monente & *Schmid.* Series autem non patitur ut de argumento addubitet *Elihu.* Acute *Cocc. Et ſi? (perpende, audi hoc: attende ad ſonum verborum meorum). Numquid etiam odientem Judicium obligaret? Et, ſi juſtum maximum damnes?* Cenſet eſſe *Apoſiopeſin*, quam & *Cap.* 21: 4. poſuit. Non explicat quid *ſubticeatur.* Conjicio, idem quod ad finem *Vſ.* 17. expreſſum. Ea de re mox. Mollius fluit V. *Schmidii*, *Quod cum ita ſit, intellige, audi hoc*: &c. Ita & nos ואם explicuimus *Cap.* 21: 4. ubi *Mackaph* ſimiliter interſertum; ut inde nihil diſtinctioni huic decedat. Conf. *Nold. Concord. part.* ſub ואם *num.* 4. Hoc ut ſatis placet, ita non nimis, quod idem Vir Doct. ſic *nexum* adſtringi putet, *Quod cum ita ſe habeat, cum ita benigne Deus hominem viſitet, & gubernet, quem tamen facile in Nihilum redigere poſſet, audi, quæſo, quid inde concludendum ſit? Nonne hoc? Num etiam odio habens judicium regnabit?* Deſidero multum in poſtremis; nec ſentio qui procedat concluſio iſta. De eo mox plura. Noſtra ratio, & connexio VI. *Quod ſi!* (nempe *res ita ſe habet*, ut *certiſſime habet*) *intellige* jam, *audi hoc: aures adhibe ad vocem verborum meorum.* Orationem a *Jobo* averſam ante *Vſ.* 2. & 10. denuo ad Eum convertit, cum magna Fiducia cauſæ victricis, & meditatur *Increpationem* appoſitiſſimam, quæ ulteriori convictioni ſit datura viam, & curſum. Si cui VII. *form. infin.* magis placebit, citra torſionem ita accipiat licet, *Quod ſi intelligere*, adeſt Tibi, ut ſane adeſt, *Audi hoc*: &c. Sic pro *arroganti* habebimus *modeſtum* ſatis *Increpatorem.*

Verſ. 17. Graviora diſcidia nos implicabunt. Veteres LXX. *Chald. Syrus*, *Arabs*, nihil dant, quod vel ſpeciem habeat. *Vulg.* I. *Numquid, qui non amat judicium, ſanari poteſt? & quomodo Tu Eum, qui juſtus eſt, in tantum condemnas?* Varie explicatur ſententia non ſane liquida. *Vavaſſ.* 1. *ſi inter homines quicunque abhorrent a juſtitia ſalvi eſſe nequeunt, ſed miſere pereunt, ecquidnam omnium Juſtiſſimum, imo Juſtitiam ipſam, damnabis?* Duriſſime 2. *de Pined. Si Deus non amaret Juſtitiam, nunquam ſanari poſſet ab injuſtitia. Nunquam a tyrannide exercenda poſſet prohiberi, aut retrahi* &c. Præſtitiſſet ſenſum *clauſum* relinquere, quam ſic recludere. Idem 3. ad *Jobum* ſic applicat, *Num ſanitatem recuperare poterit, qui non amat judicium*, i. e. *non agnoſcit divinam æquitatem, ut Tu?* Addit 4. ſe *lites* ex facili *compoſiturum*, *& omnes Interpretes in unam mentem adducturum, ſi legatur*, Sanare poteſt. i. e. *Si Deus odiſſet Judicium, non poſſet mundum adminiſtrare; neque*

ap-

aptus eſſet alligandis hominum, & animorum, morbis; curandis plagis; corrigendis moribus. Cum hoc noviſſimo concinit II. quod pleriſque placitum, *Num etiam odio habens judicium, imperabit? & num Tu Juſtum potentem condemnabis?* Ita *Rabbini* fere; ex iiſque *Munſt. Iſid. Clar. Vatabl. Merc. Druſ. Codurc. Schmid. Cler.* His חבש *Ligare*, vel *generatim* eſt *regnare*, *frenare*, *legum vinculis conſtringere*: etiam *in vincula conjicere*: vel *ſpeciatim*, ab *obligatione vulnerum* ſub hoc verbo, *membra Reip. colligare*, & *revincire*, *ut ſocietas optimis legibus vigeat*, & *creſcat. Eſaj.* 3: 4. Aliqua etiam varietas in reddendis vocibus צדיק כביר, quas alii per *Aſyndeton* efferunt, *juſtum* atque *potentem*; alii *Juſtum valde*; alii *valde condemnabis*, cum *Vulg.* qui *in tantum*; alii *Juſtum ſuperbus Tu*: alii denique *juſtum potentiſſimum*. Non uno modo connectitur. *Munſt.* 1. ait eſſe *aliam rationem*, qua probetur Dei *Juſtitia. Nemo regnare poteſt, qui non ſit juſtus. Deus regnat, idque cum ſumma laude, ergo non eſt injuſtus.* Non abſimiliter *Merc.* 2. *Fierine poteſt ut qui omnibus imperat, juris amans non ſit; aut quicquam injuſte faciat?* Paulo preſſius ad rem *Codurc.* 3. a *minori* ad *majus*, ſic. *Si mortalium imperia non niſi Juſtitia ſtabiliuntur, quomodo Regnum Dei, quod æternum eſt, non erit ſumma æquitate temperatum?* Singulari flexu *Cler.* 4. *An jus odio habens etiam dominabitur? An ſi potens ſis, innocentem damnabis? Si ipſe regnares, an injuſtum, & tyrannum, agere poſſes?* In hiſce aſſumeret *Elihuus* ideam, bonam illam quidem in ſe, ſed nimis abſtractam, *Regnum & Juſtitiam* non poſſe ſeparari; ſive *Themidem ſemper Jovi aſſidere.* Quaſi vero non multi *Joves* terreſtres *Aſſeſtricem* illam res ſibi ſuas habere juſſiſſent. Illud a *minori ad majus* parum quoque aptum, aliis rationibus facile vinci poſſet. Cl. *Schmid.* 5. paulo aliter, & directe ad Deum: *Is qui dominatur homini cum ſumma bonitate, & clementia, dando, conſervando, gubernando vitam ejus, non poteſt odiſſe Judicium hominis.* Inſerit, & ſupplet, quod *in Quæſtione* erat. *Judicium* quoque explicans iterum de *ordine conveniente ſalutis fidelium*, magis adhuc ſenſum implicuiſſe videtur. Multum quoque ſupplevit *Caſtal.* III. vertere auſus, *Fierine poteſt, ut qui tam recte curat quæ agit, is juris ſit inimicus?* Notat, in *Hebræo eſſe*, *faſciis involvit vulnus, & medetur: Inde latius extenſum, ut non ſolum ſit, mederi præſenti malo, ſed etiam ita agere aliquid, ut malum abſit, bonumve adſit.* ὠφελεῖν. Hæc adfirmari video. Sed ubi exempla vel *Biblica*, vel e *Dialectis*? Detur interim. Ne ſic quidem res in vado; nam aſſumeret *Elihu*, quod *in controverſia*; quodque non nude adfirmandum, ſed ſolide probandum ſuſceperat. Hæc omnia contra *Bold.* quoque valent; cujus vicina admodum *Paraphraſis.* Adfine eſt, ſed paulo commodius ad probationem, quod Doct. *Belg.* IV. exhibent, *An is qui jus odit*, vulneratum *obligaret? & an ſumme juſtum damnares?* Senſus hicce. *An ſi Deus jus non curaret, tanta miſericordia mederetur hominum mala: ut Cap.* 5: 18. *dicitur.* Diverſo adſpectu *Jun.* & *Trem.* V. *An etiam odio habentis judicium obligaret* vulnus? *Imo an juſtum validum condemnares?* Videntur *Oſorem juſtitiæ* generalius ſumſiſſe de *protervis*, & *impiis*: quaſi *Elihu* conſcientiam *Jobi* appellaret, *Dic, quæſo, bona fide, eſtne injuſtitia in Deo, ut protervos probet? Imo vero impudentiſſimum fuerit, ſi Deum voles condemnare.* Parum ad rem. Cl. *Cocc.* VI. ipſum *Jobum* intelligit, *Numquid etiam odientem Judicium obligaret? &, ſi juſtum maximum damnes?* q. d. *Jurene poſtulas te* obligari, *cum non conſentias Deo? Non* aufertur judicium tuum, *ſed tu* odiſti judicium: *nec ordini Divino ſubſcribis.* Habes ad finem, quod *Apoſiopeſin Vſ. præc.* abſolvat, ex mente Præcl. Interp. Anſa *vulnerum obligandorum* deſumta ex *Vſ.* 6. ſed ſeries parum videtur reſpondere. *Crinſoz.* VII. ultra progreſſus, *An Deus Te* unquam *reſtitueret* in integrum, *ſi odio haberet juſtitiam? Quid ergo Eum condemnas, qui æque potens quam Juſtus.* Supponit *Vir Erud.* Noſtrum habuiſſe *firmam ſpem recuperandæ incolumitatis* ex *Cap.* 19: 25. 26. 27. &c. quam *Elihuus* hic tangeret, & firmaret. Rationes diſſenſus alibi datæ. *Grot.* VIII. novo plane conatu, *Nonne ii, qui judicio reſiſtunt, in carcerem dari ſolent? Et quomodo tu condemnas Juſtum Potentem?* i. e. *Si Judici mortali te opponeres, in carcerem dareris. Quomodo ergo Judici Immortali Te opponere audes, Eumque condemnare?* Elicuit hoc vir ſummus ex *Arab.* حبس *vinxit, in carcerem dedit.* Ferme ſubſcribere poſſem, ſi יְחֻבַּשׁ in *form. paſſ.* exaratum eſſet: & pro הַאַף extaret הלא

18 האמר למלך בליעל רשע אל־
נדיבים׃

18 Num dicere Regi? Nequam! Improbe! ad Principes munificos?

19 אשר

19 Ei

הלא *An non oſor Juſtitiæ vincietur?* Nunc ſtructura aliud poſtulat: ut & duo cola arctius adhuc colliganda eſſe videntur, quam in ſuperioribus rationibus fieri potuit. Concipio ergo IX. ex *poſteriori*, in quo *increpatio aperta* ineſt, in *priori* etiam, *taxationem* in 3. *perſ.* enunciatam, *An Naſum Oſor juſtitiæ alligabit? & num Juſtum præpotentem condemnabis, Improbum pronunciabis?* Apposita formula חבש אף *Ligavit, frenavit Naſum*, pro *iram, impetum iratum compreſſit*. Ita *Eſaj.* 48: 9. חטם אף *Refrenavit naſum*, ut خطم. Poſſes *Faſtum*, vel *ſuperbos ſpiritus*, *addere*, quos item ſub *Naſo* figurari, alibi oſtenſum. Jubetur ergo *ferocem* illum *impetum refrenare* Noſter, quo adverſus Deum diſputando, *modeſtiæ* non ſolum, ſed & *rationis*, ac *religionis*, fines, ſupergreſſus fuerat. Hoc indirecte prolatum, ad *Jobum* mox dirigitur, adjecto, *Rogo num te deceat Juſtum potentem improbitatis reum facere?* Licet *Deum* intelligas: licet & *Hominem*; unde, *a minori ad majus* inferatur; *Qui non ſuſtineres Dominatorem Juſtum*, de cujus æquitate, & juſtitia, planiſſume eſſes perſuaſus, *calumniari, aut improbitatis damnare* in aliqua cauſa, quæ ſpeciem quandam, ſi forte, haberet injuſtitiæ; *ecquid Deo dicam impinges, quia rationem tibi non reddit ſuorum Judiciorum?* Nil nimium habet, *Oſor Judicii*, quo *Jobus* pungatur, ob contumaciam, qua *Judiciis Dei* in ſe erat *oblocutus*. Vide *Vſ.* 5. Ulterius extendi, par haud foret.

Verſ. 18. Minor, aliqua tamen, fluctuatio. *Vulg.* I. *Qui dicit Regi, Apoſtata: qui vocat Duces, impios.* Pro האמר legit הָאֹמֵר *Dicens*; ad *Deumque*, quem *Vſ. præc. Juſtum* vocatum cenſuit, refert. *De Pined.* pronunciat *leniſſimum*, & *bene cohærens*, in hunc ſenſum: *Qua ratione Deus injuſtitiæ appellari poteſt, qui alios injuſtitiæ appellat, atque condemnat, nullius vel Potentiſſimi Regis Perſonam reveritus.* Anſam aliquam dabat *Vſ.* ſeq. quam & *Jun.* & *Trem.* cum *Piſc.* II. ſecuti, *An dicentem Regi, O Nequam! O improbe! ingenuis* condemnares? At prædurum, etiamſi de mutata Lectione, vel de אמור, quod in באמור a *Piſcat.* intortum, ſileatur, ut Deus inducatur *Reges* & *Principes* tali convicio feriens; quum contrarium potius ſeries ſuggerat, *Regi*, ut *Uncto Dei*, & *Principibus*, non eſſe obtrectandum, aut convicium faciendum. Hoc LXX. paulo liberius III. expreſſere: Ἀσεβὴς ὁ λέγων βασιλεῖ, παρανομεῖς, ἀσεβέστατε τοῖς ἄρχουσιν. Et illi הָאֹמֵר, *dicens*, legerunt; atque תרשיע ex *Vſ. præc.* huc tranſtulerunt, mutatum in הרשיע *improbus eſt: improbe facit.* Concinnius IV. *Merc. Num dicere par* eſt *Regi, O Belial! Impie! ad principes? Si Regi terreno talia dicere indecorum, quanto magis Regi Regum.* In hanc ſententiam *Calvin. Conc.* CXXXI. preſſius adhuc, *ſi habeas Dominum, qui imperet tibi, ſic eum timebis, ut non audeas ei convicium dicere: quanta ergo inſania Deo obmurmurare. Et Rex quidem quantumvis majeſtate præditus, improbus eſſe poterit: nihilominus tamen ejus nomini & famæ parcendum* &c. &c. Addit, *ut melius* h. l. *intelligamus, quantumvis principes non ſint tales, quales eſſe debeant, Deum nihilominus velle ipſos honorari: quod ipſis notam ſuam impreſſerit* &c. &c. Huc concedunt plerique: ad *Vſ.* ſeq. ſupplentes, *Quanto minus talia dicenda Illi* ſcil. *Qui non accipit cujuſpiam perſonam* &c. Cl. *Cocc.* tamen V. aliter ſtruit, & hunc *Vſ.* priori, ſic ſubnectit, *Qui conviciatur Regi, mortis reus eſt; quomodo igitur ſanabitur qui Deum condemnat?* Commodiorem ſibi viam inveniſſe viſus Cl. *Schmid.* VI. ad *Deum* directe Titulos *Regis*, & *principum*, pertinere ſtatuens: q. d. *Num dices Regi*

19 Ei qui non accipit vultum principum; neque agnoſcit liberalem præ tenui: quia Opus manuum ejus univerſi illi.

20 Mo-

19 אשר לא־נשא פני שרים ולא
נכר־שוע לפני־דל כי־מעשה ידיו
כלם:

20 רגע

gi O. M. *O Nequam! O impie! ad Principes* munificentiſſimos; ſive *Perſonas S. S. Trinitatis.* Non plauſibile: & merito inde reſiluere alii, monente Cl. *Mich.* 1. quod לַמֶּלֶךְ dicendum fuiſſet: quodque 2. נדיבים de *Deo* admodum duriter capiatur. Durius etiam 3. ut *Jobus* directe dicatur tam dirum convicium Deo feciſſe: & multo honeſtius, ac decentius, ut ſentiendum relinquatur indirecte, quid in *Dei criminationibus* illis tacite reſideret. Idem dictum velim ad *Cajetan.* opinionem VII. cui *Rex* item *Deus*, & *principes*, *Angeli*, *adminiſtri Divinæ providentiæ.* Precarium. Omnino tenenda VIII. illatio *a minori ad majus*, quam *num.* IV. poſui, cum hac acceſſiuncula, ut מלך *Rex*, non ſit quivis id nominis gerens, ſed *Nomen* & *Omen Regium* bene implens, *Rex Juſtus*, & *æquus*; qui ſi forte aliquid *gravius ſtatuere* videatur, non continuo malignis ſuſpicionibus, nedum conviciis, petendus: ſed *ſuas rationes* habuiſſe cenſendus; etiamſi nobis eæ incompertæ. *Juſti* titulum reſumere jubet *Vſ. præc.* ubi צדיק כביר melius ad *Hominem*, quam ad *Deum*, referri vidimus. Ille *Juſtus potens* nunc ſignate *Rex* ſalutatur. Poſſem dicere *Elihuo Regem* non eſſe, qui non idem *Juſtus*: ſed eſſet argutiuſculum. In נדיבים *Munifici*, & *Sancti*, ſimul, vim per ſe contineri, citra argutiam dixerim. Sic firmiſſimum naſcitur argumentum. *An dicere?* pro *An diceres unquam, Regi, aut principi munifico*, de cujus virtute, & juſtitia, nullum dubium? *O Belial! & Improbe!* etiamſi rationem judiciorum ejus in hac, vel illa cauſa, non pervideres? Dices forte, argumentum *num.* IV. poſitum, quod etiam *Tyrannos* includebat, fortius adhuc ſtringere. Fieri poteſt, ut fallar; mihi hocce poſtremum magis ſecat, & decidit: nam alterum illud non *abſolute* valet; & magis *civilem* ſpectat *reverentiam*, *unctis capitibus deferendam*: at *Elihuus* non *verborum honores* reſpicit, ſed *ſenſus interiores animi*, cum *veritate* conjunctos. Cl. *Cler.* האמר *An dicere!* a vitioſa manu manaſſe cenſens, quum antea fuiſſet התאמר, vel תאמר, *He interr.* omiſſo, *An dices?* videtur ornamenta Oratoria, quæ in *Græcis*, & *Latinis*, admiramur, *Hebræis* invidere.

Verſ. 19. Verum eſt eos, quos *num.* I. II. VI. & VII. propoſui modo, habere ſtatim, quo אשר referant; ſed non propterea expeditior eorum ratio. Dicerem ferme, ſupervacaneum ſic fere totum hunc verſum. Cl. *Cocc.* pro ſua *Analyſi* hic invenit *præſumtionem æquabilitatis a Deo ſervandæ inter homines, ex eo quod cauſam non habeat proſopolepſiæ; quia omnes ſunt opus manuum ejus.* Copulat autem אשר cum צדיק כביר *Juſtus Maximus Vſ.* 17. *Deum* eo titulo ſignatum tenens. Id incertum; ut & deductio illa, ac digeſtio, parum limpida. Cl. *Cler.* inſerendum ait, אלהים הוא *Deus is eſt, qui rationem non habet principum* &c. Non video nexum cum *præced. An dices Regi? nequam!* niſi plura ſuppleas, quam ante. Placet, quod omnium fere calculus fert, אף כי vel אף. inſerendum, *Quanto minus ei, Qui non acceptat perſonam principis* &c. Ellipſis illa, in hac quidem ſede, nihil habet duri. Exemplum ejuſdem annotavit Doct. *Nold.* ex *Prov.* 17: 26. *Multare juſtum non bonum*, quanto minus *percutere* נדיבים *principes munificos propter rectum.* Forte tamen alia ibi ſtructura. Hic ea tam evidens, tamque neceſſaria, ut nec careri queat, nec fugere quemquam, qui ſibi *Elihuum* repræſentet, ut *adfectu*, ita *geſtu*, decente, hæc proferentem. Nempe oculis, ma-

nu-

20 רגע ימתו וחצות לילה יגעשו

עם ויעברו ויסירו אביר לא ביד׃

20 Momento morientur; & dimidio noctis concutientur populus, & tranſibunt: & removebunt potentem non manu.

21 כי־ 21 Quo-

nuque, *Regem Cœlorum* haud dubie demonſtravit, non ſine ſacro quodam horrore; qui ipſum coëgit voculas אף כי *Quanto minus* intercipere; ne vel per copulam iſtam *Sacroſancta Majeſtas* quodammodo minueretur. Prima fronte credetur ſubtilius; ſed quam magis meditabere, tam magis ſenties, illud *ſubitum*, atque *abruptum*, mirifice hic decere; ad *infinitam* illam *diſtantiam*, qua Sacroſanctum Numen a tali macula ſejunctum eſt, inculcandam. Vocibus nihil curæ impertio. Unum præterire nequeo, verbum נכר ex *Pih.* a plerifque, quos ſequimur, expreſſum; a nonnullis datum ex *Niph. Et non agnoſcitur Dives præ paupere.* At Cl. *Guſſ.* mavult, *Et non ignoratur Dives præ paupere.* Nempe æque vetitum *pauperem Diviti præferre* in judicio: *quam Divitem pauperi. Lev.* 19: 15. Quidni ergo & hic? rogat Vir Doctus. Quia *Scopus* jam aliud exigit.

Ibid. Indicandum conſilium *Elihui* in hoc *Charactere* Dei enotando. Nimis *generale* I. quod *Merc.* poſuit, *Non pluris habet opulentos quam tenues, ſed tam facile illos dejicit & interimit, quam obſcuriſſimos. Nullam habet rationem principum præ aliis; quando eos vult perdere, æque, & tam facile, eos perdit, quam abjectiſſimos quoque homunciones.* Propius ad rem *Cocc.* II. *προσωποληψία removetur a Deo, eo quod in judicio non reſpicit externam ſpeciem, & conditionem hominis; omninoque aliquid quod ad judicium non pertinet: quemadmodum homines in judicio de* jure & injuria *reſpiciunt dignitatem, poteſtatem, potentiam, opes, aliaque ad* jus & injuriam *non pertinentia.* Longiuſcule diſcedit *Schmid.* III. de *ordine ſalutis* hic iterum ſollicitus; de quo non diſputatum in his congreſſibus: q. d. *Qui cum ſumma æquitate omnia adminiſtrat inter homines, ne principum quidem perſonam reſpiciens præ pauperibus, an is* æquitatem *erga pios* in ordine ad ſalutem *non obſervaret: aut plus æquo impiis indulgeret?* Sepono alia adhuc longius exitura: & quid ſeries mihi poſtulare videatur IV. proponam. *Vſ. præc.* negaverat *Elihu*, fas eſſe ut bono *Regi*, aut *Principi*, de cujus *Juſtitia* conſtat, vel minimum detrahamus, ſi forte aliquid gravius in aliquem conſtituerit. Subnectit jam, *multo minus fas eſſe*, ut *Deum jura minuiſſe*, aut *violaſſe*, ſuſpicemur, quippe qui judicet ſine ulla *Proſopolepſia* &c. eo modo, quo *num.* II. vidimus. Hoc *Reges* vel *Juſtiſſimi* facere nequeunt; quippe quibus ſæpe *externa* quædam *ſpecies* officit, vel invitis ipſis, quominus *Juſtitiam* illam *rigidiſſimam* ſemper præſtare queant. Coguntur videlicet nonnunquam *faciem Principum reſpicere*, *purpuratos* ſuos *revereri*; *perſonam Divitis agnoſcere, præ paupere:* non ex *injuſtitia*, ſed ex *imbecillitate*, aliiſque cauſis. In Deum nil tale cadit. *Omnes* ſunt *opus manuum ejus. Rex*, & *Servus*, eodem apud Deum gradu. Ergo ut repugnans, ita grande Nefas, illum *Judicem* vel *in ſuſpicionem* vocare *Juris ſepoſiti*, aut *ſubverſi*; nedum aperte accuſare.

Verſ. 20. Intricatus locus; cujus verba quidem non obſcura: ſed obſcurum valde, quid velint, & quo tendant, pro hac ſerie. *Vulgat.* ſat fideliter I. *Subito morientur: & in media nocte turbabuntur populi, & pertranſibunt: & auferent violentum abſque manu.* Refertur a *Latinis* Interp. ad *ſupplicia Tyrannis* ſæpe *inflicta*; itemque *ſeditiones*, aut *ſtrages populorum*, cum *violenti principis nece.* Vide *Vavaſſ.* & *Sanct.* præſertim. Suſpicatur II. *de Pined*, alludi ad *Ægyptiacam* illam *noctem*, *cum turbatus eſt populus*, *interfecti primogeniti*, & *ablati violenti abſque manu*, *Angelo vaſtatore pertranſeunte* &c. Alia ejuſdem amputo. *Codurc.* ſimile tetigit, *Ad primogenitorum Ægypti, & exercitus Aſſyriaci internecionem; alludere videretur, niſi hæc dicta ab Elihu ante, quam ea contigiſſent.* Item *Grot. Optime hæc & ſeq. referas ad Judicia Dei in Pharaonem.* Idem reperio apud *Paraphr. Chald.* nec miror multos præclaros Interpr. huc conceſſiſſe, eos præſertim, qui *Moſen* anteriorem ſtatuunt *Jobo.* Exempla

Senacheribi, & *Pharaonis*, attingit etiam *Merc.* III. ſed ut illuſtret magis, quam ut alluſum ſtatuat. Ipſe ita filum ſuperius proſequitur: *Utrique tam divites, quam pauperes*, morientur momento *ubi volet Ille, nec vel reſiſtere poſſunt, quia eſt ſummæ potentiæ, vel conqueri, quod ſibi fiat injuria, quia Deus nemini eſt debitor, nec quicquam ſine ratione facit, & omnia facta ejus, mera ſunt æquitas.* Hic generalis adſpectus. Speciatim deinde reliqua, ſic: *media nocte commovebuntur populus* i. e. *totæ gentes e ſuo loco, & ſtatu, dimovebuntur: &* tranſibunt, i. e. *peribunt, conſumentur, abibunt in ſepulcrum.* Porro, *& auferent potentem non manu, imperſonaliter, ut Luc.* 12: 20. *Sunt qui intelligant auferent cœlitus, vel auferent Angeli* &c. Monet deinde *Peritſol.* יסירו ſumere pro יסורו *recedent.* Itemque alios אביר non *robuſtum*, ſed *robur* exponere, in h. s. *Auferetur eorum robur Divinitus, non humanitus:* vel ut R. *Salom. Auferetur eorum robur quod* non *erit* in *eorum* manu. Admodum impedite *Vatabl.* IV. de ſolis *potentibus* agi cenſens, *media nocte*, dum minime putant, *oppreſſis*, reliqua trahit ad *commotionem*, & *tumultum, populorum*, qui dicantur *tranſire* i. e. *proſilire in Tyrannum, ut eum ejiciant*, & quidem *non manu*, i. e. *non potentia, ac virtute, ſed ſeditione facta.* Tenuiore ſenſu *Crinſoz.* V. *Hi homines tam potentes de ſubito moriuntur; Omnis populus dimidium noctis occupatus diſcurrit; & ſtatim atque exhalarunt, auferantur ſine ullo negotio.* Obverſata fuit Viro Erud. *Pompa funeris principalis ad faces ducti.* Cl. *Cocc.* VI. generalem facit *Theſin*, unde *præſumtio æquabilitatis* a Deo *ſervandæ inter homines* confirmetur, quod *omnes ſint caduci.* Explanatio vocum ad mentem iſtam ſic ſe habet. *Media nocte* i. e. *in profunda quiete, inexpectato, moriuntur; &* populus fatiſcunt, *conferti intereunt*, יגעשו *laxatis compagibus* πολιτείας *ſolvuntur, & diffluunt.* Civitatis *elegans diſpoſitio, non impedit, quo minus auferantur de medio.* יסירו *removent: imperſonaliter. Emphaſis tamen ſubeſt.* Removent *ſcilicet* quæcunque removent; i. e. *omnia quæ cooperantur ad hominis necem, in ipſo, quantumvis ſanus, robuſtus, ac validus,* אביר *ſit, operantur ſine difficultate,* לא ביד *non manu, ſine vi; clementer, ac leniter, ſuopte nutu: ut Dan.* 2: 34. 45. Vides *Caducum* generis humani hinc exſculptum non volente admodum phraſi. Cl. *Schmid.* VII. propius ad ſeriem. *Declaratur, & exponitur id quod modo dictum fuit, Deum non acceptare Perſonam Divitis præ paupere: quippe qui e contrario Divites ob oppreſſionem pauperum graviſſime puniat, tum univerſos populos, tum ſingulos. Utrumque in noſtro verſu.* Incidit ferme cum *num.* I. II. III. nam & exempla eadem adducuntur. Priora ad *totum populum, oppreſſorem* pauperum; poſteriora ad *Tyrannicum potentem*, referuntur; quos *Deus removeat ſine manu* i. e. *ſolo flatu, & tam facile, ut ne manum quidem moveat.* Iſtam connexionem VIII. ſi ſequerer, nonnulla leviter immutarem, & preſſius applicarem: ut *Elihu* progrediatur ad *Exempla ſevera Juſtitiæ Divinæ, in theatro orbis edita; per quæ in omnium oculos defixum dederit* Deus, *Perſonarum acceptionem nullum locum habere apud Eum, qui omnes ex eodem finxit luto.* Cogites hic licet *terræ motus, tempeſtates, eluviones, ſubitas urbium, domuumve, ruinas, ac ſubverſiones,* quibus ſæpe vel *Gens* aliqua, vel *Familia*, nimis altos gerens ſpiritus, oppreſſa. Ad hanc faciem, 1. *momento moriuntur* deſignabit *mortem* θεήλατον, *Divinitus inflictam ad terrorem publicum*, in qua *Juſti Judicis vindicta videri, ac palpari*, queat. Sequens, *Et dimidiare noctis, ad mediam noctem, concutiuntur populus*, 2. ducet ad *Tempeſtatem, Terræ motum*, & *ſimilia judicia*, quæ Dei contemtores necopinato, in altiſſima quiete, & ſecuritate, ſæpe numero obruant, atque ſubitis ruinis ſepeliant. Hoc 3. expreſſum in יעברו *pertranſeunt*, in quo ineſt vis *ſubitariæ necis*, atque adeo *internecionis*, ſimul *abſumentis quam plurimos.* Verbum יסירו 4. *imperſonaliter*, dirius, quam ſi ad *certam perſonam* alligetur. Denique 5. *Removeant potentem non in manu*, iterum tendet ad *calamitatem* θεήλατον, quæ *talem Familiam, Perſonamve, fulmineo* velut *ictu exſcindat.* In poſtremo hoc Doct. *Sanctius* exiſtimat *Jobum* feriri, *qui ſine manibus conſumtus videretur, quia intrinſecus haberet, quo tabeſceret.* Amplecti non auſim. Attamen non omnino abhorret *Elihuum* de induſtria tales colores captaſſe, quæ *Familiæ Jobææ ſubitum exſcidium* ſimul adumbrare poſ-

21 כִּי־עֵינָיו עַל־דַּרְכֵי־אִישׁ וְכָל־צְעָדָיו יִרְאֶה׃

21 Quoniam Oculi ejus ſuper viis viri: & omnes ejus greſſus cernit.

22 אֵין־

22 Non

poſſent. Obſtat tamen non unus ſcrupulus. Quod ſic diſputando, 1. ſententiam Amicorum non ſolum, ſed & acerbitatem eorum in *Jobo* pungendo, ſuam fere feciſſet, qui ſe aliter, & moderatius, actúrum, promiſerat. Etiamſi 2. *aculeum* illum tollas, manente hoc nexu, nil aliud dicetur, quam quod Treſviri toties inculcarant; *Oppreſſores*, & *Tyrannos*, *ſubitis* Dei *plagis exterminari*. Non ſatis firma forte 3. illatio illa, *Deus multos oppreſſores palam plectit*; *ergo non eſt Acceptor Perſonarum* &c. Argumentatio tum demum ſtringet, ſi in omnes *Tyrannos*, & *populos violentos*, mox vindicari ſtatuatur. Id *Experientiæ* haud conſonum. Expendendum ergo IX. an forte *Elihu* inſiſtat in id, quod proxime poſuerat, *Opus manuum ejus eſſe omnes*: ac propterea non poſſe ullam in Deum cadere *proſopolepſiam*. Nempe ſi voluerit, inferret porro ſubtilis Diſputator, *uno momento vel potentiſſimos principes*, *cum univerſa multitudine populi*, *cui imperitant*, *delebit*; *ac proinde non eſt*, *quod eorum purpuram*, *potentiamve*, *revereatur*, *qui eos uno velut flatu in pulverem valet redigere*. Huc videtur collineaſſe *Calvin. Conc.* CXXXI. *Non opus erit ut Deus multos milites armet* &c. *ad potentiſſimos & robuſtiſſimos evertendos*: *ſi modo inſufflet*, *parvi*, *& magni*, *puncto temporis*, *rapientur*; *& media nocte*, *quum omnes quieſcunt*, *atque nihil minus expectant*, *exterminabuntur*: *ſine manu* hominis, *auxiliove*; *quin ſine conatu*, *aut molimine ullo*. Planiſſime ad hanc mentem *Epiſc. Elienſ. Quo pacto Deus vel potentiam Regum revereretur*, *vel muneribus corrumperetur Divitum*; *qui omnes uno momento poſſit leto dare*? *Totæ nationes tremunt ante faciem Ejus*; *atque in ſecuritate profundiſſima deſtructæ evertuntur. Non indiget auxilio*, *aut viribus cujuſquam in terris*, *ad Tyrannum præpotentem ſternendum*: *ſed inviſibiles poteſtates ipſum e medio removent.* In his paulo incommodius tantum, quod יִגְעֲשׁוּ *tremunt ante Eum*, *Tremble before Him*, videatur referri ad *metum*, quum ſeries magis poſtulet *Tremores terræ*, *alioſque motus*, quibus *totas nationes* uno momento *delere*, *ex ſedibuſque* ſuis *excutere*, poſſet Deus. *Caducum* illud, quod vidimus, *num.* V. & VI. hac amplitudine donatum, eodem rediret. Quid ex hiſce palmam ferat, tum demum conſtare poterit, quando univerſæ ratiocinationis filum rite erit evolutum.

Verſ. 21. Qui ad *Tyrannos* Dei Judiciis oppreſſos reſpiciunt I. ſatis facilem hic habent nexum; quod Deus eorum *vias* omnes, & *greſſus*, *oculo vigile*, & *vindice*, *notare* ſoleat. Vide *Vavaſſ.* & *de Pined.* qui monet alios *aliam* II. *rationem* concipere, qua *Elihu* Dei *juſtitiam*, & *æquitatem*, adſtruat, *petitam ex Omniſcientia*: quod *qui omnia videt*, *neceſſario Juſtiſſime* ſemper *Judicet*. Suum ita proſequitur III. *Merc. Et ne quis putet Deum hæc injuſte facere*, *ſua abuſum potentia*, *ſubdit*, *Deum tales impios vel Reges*, *vel populos*, *ſæpe punire ob eorum ſcelera*, *quæ perſpecta habet* &c. Conſimiliter *Calvin.* Nec aliter *Vatabl.* IV. itemque V. *Crinſoz.* cujus mens ad *Vſ.* 23. exponetur. At *Cocc.* VI. ut *num.* II. fere, inducit *alteram rationem*, qua probetur, nullam apud Deum eſſe *Proſopolepſiam*, q. d. *Qui inæqualiter agit*, *& Judicium aufert*, *is vel non novit ſatis cauſam*, *vel ſi novit*, *ſpectat externa. Sed Deus omnia habet perſpecta*, *ergo agit æquabiliter. Clara res. Deus ſi ſcit*, *& judicat.* Ad ſuas rationes *Schmid.* VII. urget *obſervationem judiciariam*, *qua Deus oculos intentos habeat in vias* Viri, *cum affectu puniendi*, *ita ut cum viſione pœna ipſa conjuncta ſit. Exod.* 14: 24. Et meus calculus *num.* VIII. poſitus, eodem ferme modo ſubducendus eſſet, de *Adſectu puniendi omnem iniquitatem*: ſed recurrunt iidem ſcrupuli, qui ſupra. Videamus ergo IX. an ut *Vſ. præced.* a Deo remota eſt *Proſopolepſiæ* ſuſpicio, ex *independentia* Ejus, omniumque Magnorum, & parvorum, *æquali dependentia*, & *conditione mortali*: ita nunc eadem ſuſpicio depellatur ex *Omniſcientia*, qua *vias*, & *greſſus*, omnium omnino hominum, uno ictu oculi, actuque intelligendi, ita cernit ſimul, diſcernitque, ut

22 Non ſunt tenebræ, neque umbra mortis; ut occultent ſe ibi operatores vanitatis.

23 Nam non imponit cuiquam amplius; *quam*, eundum eſt ad Deum in Judicium.

24 Con-

22 אין־חשך ואין צלמות להסתר שם פעלי און׃

23 כי לא על־איש ישים עוד להלך אל־אל במשפט׃

24 ירע

ut nihil illam *aciem ſole lucidiorem* vel *effugere*, vel *eludere*, queat. *Epiſc. Elienſ.* huc collineavit: *Deus æque parum ex ignorantia, quam ex metu, impunita dimittere horum crimina, vel aliquam injuſtitiam committere, cenſeri debet: quippe qui omnes vias viri habeat exploratiſſimas.* Sub *num.* VI. idem *Coccejo* obverſatum vidimus. Lances hinc & hinc trahunt. Quo me acclinem, necdum habeo.

Verſ. 22. Ad rationem I. eorum, qui hæc directe applicant *vindictæ* Divinæ, *Tyrannos*, & *oppreſſores*, perſequenti, atque *e Terris eradicanti*, inculcatur nunc, nullam *Latebram* tam *obſcuram* eſſe, tamque *profundam*, ubi *Manus Dei ſceleratos non inveniat*, ac ferire queat. Huc redeunt, *num.* I. III. IV. V. VII. & VIII. *Vſ.* præced. De *Divina Omniſcientia*, *nulli proſopolepſiæ obnoxia*, ſi ſermonem eſſe ſtatuamus, II. *Caligo*, *& umbra mortis*, deſignabunt potius *velamenta pudoris*, quibus ſæpe *hominum oculi eluduntur*, quum *acies Divina* ſe *cæcari*, *deludi*, *fruſtrari*, non patiatur. Ita *Cocc.* *Latibula improborum ſunt* 1. *quibus ſe ſibimet ipſis tegunt, ut nequeant de ſe recte judicare.* 2. *quibus ſe tegunt aliis, ut ſunt omnes fuci, & fallaciæ.* 3. *in quibus fiduciam ponunt, ad vitandas, amovendaſque, pœnas.* Hæc ſolide, non minus, quam acute, cogitata. Concinit *Epiſc. Elienſ.* *Illi quidem conantur ſuam improbitatem occultare; & ſubtiliter eam excuſant, prætexunt, palliant: neutiquam tamen nebulam offundere valent Oculis Illius, qui in denſiſſimas uſque tenebras, & profundiſſima ſecreta, penetrat.* Redeas ad *num.* II. VI. & IX. *Vſ. præced.* & percipies, eſſe *Argumentum* & *ſubtile*, & *validum*, quod *Elihu* ſatis appoſite acuerit, ad *Jobum* deterrendum a culpabili illa contentione, qua cum Judice ſuo ſupremo *in certamen* velut *Juſtitiæ* auſus fuerat deſcendere.

Verſ. 23. Abſtruſiſſimus locus. Inepte, R. *Periz.* I. *Quia non imponet ultra ſuper hominem, ut ambulet cum Deo in judicio, & juſtitia.* i. e. *ut recte agat. Deus homini dedit liberum arbitrium. Nemo cogitur bonus eſſe.* Huc tendit & R. *Levi.* Obſcure *Vulg.* II. *Neque enim ultra in hominis poteſtate eſt, ut veniat ad Deum in judicium.* Varie exponitur. *Lyran.* 1. *poſtquam fuerit diffinitiva ſententia condemnatus.* Ita & *Thom.* aliique *Latini*, *Judicii Divini immutabilem firmitatem* hinc elicuere, quod *retractari*, aut *immutari*, nequeat. Hac anſa *Vavaſſ.* 2. *Significat Deum ita nonnullos obterere, ut non poſſint de Deo conqueri, & cum eo litigare: quia ita profligati ſunt, nullum ut eorum veſtigium ſit relictum.* Contra *de Pined.* 3. *Non ponet ſuper homine*, explicans, *non ſinet in ejus poteſtate hoc eſſe*, addit, *ultra* adferre *moram & procraſtinationem: ut veniat ad Deum in judicium*, cum voluerit ipſe homo. *Deus nobis diem Judicii dixit, & oportebit ad Tribunal Ejus ſiſti, quum ille volet. Non licebit homini trahere moras: nam tempus reddendæ rationis non permiſit optioni noſtræ* &c. Applicat ad *ſubitam necem*, *qua Tyranni ad Dei Judicium rapiantur, nulla data facultate tergiverſandi, aut procraſtinandi* &c. Hiſce proximus *Codurc.* III. dans, *Quare diem non diffindit, ut quiſquam ambulet in jus apud Deum.* Concipit formulam, שם עוד *ponere amplius*, quæ ei valet *ampliare judicium*, *diem differre*, *diffindere*, *comperendinare.* Conſimiliter *Grot.* *Non ampliat, non patitur diffindi diem, ubi aliquem in jus vult rapere.* Ad eundem ſenſum aliter pervenit *Schmid* IV. interrogatione adhibita, *Quia nonne ſuper virum ponit adhuc, ad eundum ad Deum in judicium? Annon vel tandem hominem adigit Deus, ut ad ſe eat in judicium, etiamſi aliquamdiu in tenebris ſe abſconderit, aut latitare viſus fuerit ſibi?* Ita עוד *adhuc*, eſſet *vel tandem*, *etiamſi non ſtatim puniatur.* Atquin *Vſ.* 21. *pœnam*

nam præſentem urſerat Vir Doctus. Non valde nervoſa etiam illatio, *Qui vel tandem trahit impios in Judicium*, *ab illius judicio nullæ tenebræ aliquem occultare poſſunt.* Placuit interim Cl. *Clerico*, cui reliqua *dura* & *contorta* viſa. Judicia libera ſunt: nobis nec *interrogatio* illa ridet, nec ſenſus adeo. Subtiliter V. *Crinſoz. Statim atque Deus non tolerat amplius quemquam*, moritur, *ut eat* comparituras *in judicio coram Eo.* Verbum שום *curare* exponit, vel *animum adjicere*: quumque *Vſ.* 21. dictum eſſet, *Deum greſſus hominis intueri*, hic ſubſumi cenſet, *Deum non amplius eos velle intueri*, *ſed*, *velut laſſatum*, *oculos avertere*: *quando confeſtim* moriatur *homo*, *in judiciumque ire cogatur. Hebr.* 9: 27. Hæc non valde plana. *Cl. Guſſ.* VI. *Comm.* L. H. p. 238. adfert, *Nam nequaquam ſuper hominem* velum *ponet amplius* חשך וצלמות tenebrarum opacitas, *ubi eundum eſt ad Deum in judicium.* Simile quid in *Nicet.* extat, *Nullum velum obductum ſupra res humanas*, *quod Dei oculum arcere queat.* Non omnino extra ſeriem videtur, illud *velum* כתר ex *Vſ. præc.* adſciſci, & non invenuſte חשך *opacitas* dici poſſet *imponere velum alicui*; nam ita *Cap.* 24: 15. a nobis explicitum. Non tamen admitto: tum quod ſententia *Vſ. præced.* in ſe plena ſatis; nec indiga additionis: tum quod עוד 2. languidius exiret; & melius omitti potuiſſet: tum quod ל hac ſtructura minus rotundum. Merum frigus VII. quod *Vatabl. Deus non commiſit homini futura*, *ſed ea ſibi reſervavit*; *ut juſte coram Deo verſetur*: vel, *ut juſte cum Deo contendere valeat*; quo *Steuch.* fertur, q. d. *Homini futura ignoranti non eſſe cur cum Deo contendat.* Coactius item VIII. quod *Merc.* ſecundo loco ponit, *Quia nunquam poteſtatem faciet homini*, *ut de ſe ille queri poſſit merito*, *ſeque in jus vocare*: *quia a Deo ſemper jus*: *itaque non recte facis*, *O Job*, *quod de Deo queraris.* Adfine quid habet *Ab. Eſra.* Etiam *Vulg. num.* II. ſic exponi poſſet: idque *Luth.* placitum. *Merc.* cum *Calvin.* IX. maluit, *Non imponet* Deus *homini ultra* peccatum, aut meritum, *ut cum Deo contendere poſſit*, *Eumque quaſi in jus trahere.* Præivit R. *Salom.* qui refutari putat, quod *Cap.* 23: 6. habuimus. Conſule quæ ibi *num.* VIII. notavi. Huc conceſſere *Munſt. Iſid. Clar. Tigur. Piſc. Belg. Druſ.* &c. &c. Eſt accommodatum ad ſcopum; nec tamen omni ſcrupulo vacat. Arceſſite *Jun.* & *Trem.* X. *Nam non eſt diſpoſiturus contra ullum amplius* tenebrarum: *quando ambulat contra Deum in Judicium.* Vix intelligas: nec annotatio valde clara: *Quum decretum eſt non differre Judicium in eos*, *qui proterve Deum oppugnant*; *non laborat ut aliunde arceſſat. Periphraſtice ad Jobum deprimendum*, *& conſternandum.* Non ex facili *Cocc.* XI. *Nam non ad virum advertit inſuper*, *ut eat ad Deum in Judicium.* Facit *tertiam rationem*, ex qua *præſumtio fiat*, *Deum æquabilitatem in hominibus Judicandis ſervare*, quod videlicet *una Judicii forma cum omnibus utatur.* Quanam? *Quod nulli indulgeat*, *ut cauſam ſuam agat verbis*: *quando neceſſe non ſit*, *ut Deus omnia cognoſcens*, *inſuper hominem audiat.* Ergo, infert tandem, *nullius eloquentia animus Dei a recto deflectetur.* Adjecit XII. & hanc conjecturam, *Non eſt ſuper virum*, in poteſtate ejus, *ut ponat adhuc* vadem, *ad eundum in Judicium &c.* Hoc cum *num.* III. fere concineret, eique acumen adderet. Liberiore *Paraphraſi* XIII. *Epiſc. Elienſ. Et propterea*, *quemadmodum Ipſe nunquam quemquam velit onerare crimine*, *cujus non ſit reus*: *ita quum aliquem ad rationem vocabit*, *nequaquam differet judicium*, *nec procraſtinabit*, *ad audiendum quid pro ſe dicendum habeat aliquis.* Cinnum habes ex *num.* IX. & III. conflatum; quum tamen alterutrum tantum obtinere queat: vel *onerare crimine falſo*, *quum itur in judicium*: vel, *comperendinare reum*, *quum in Judicium eſſet eundum.* In vicinia poſtremi, quod reperio apud Doct. *Nold.* XIV. in *Conc. part.* p. 682. *Nam non contra hominem ponet diu*, *ut ambulet coram Deo in Judicium.* In *notis num.* 1736. exponitur, *Deus non eget longo apparatu*, *ut peccatorem ſibi ſiſtat ad Judicium.* Laudat *Grot.* & *Codurc.* eundem ſenſum alio flexu præbentes. Ipſe ישים capit pro *oppugnabit*, ex 1 *Reg.* 20: 12. & עוד pro *Diu.* Non eſt elegantius. Cl. *Reim.* XV. offert: *propterea non*, *ut Judices humani*, *opus habet noxios diu*, aut *perpetuo*, *obſervare*, ac *ſollicite cuſtodire*, *ne elabantur Judicium. Quia*, videlicet, *nulla caligo* eſt, *quæ eos Oculis Dei ſubtrahere queat.*

Ad

24 Conterit potentes ſine veſtigatione: & ſtare facit alios pro illis.

24 ירע כבירים לא־חקר ויעמד אחרים תחתם׃

25 Igi-

25 לכן

Ad hanc rationem ſub ישים ſubaudietur לבו, *apponet cor ſuum*, *attendet*; & עוד erit *multum temporis*. Ubi inter tot undas firmi quid inveniemus, ad ancoram jaciendam? Quam magis tento omnia, tam magis implicor, & fruſtra ſum. Ex iis conatibus, quos luſtravimus, ſcopo proximus qui *num.* IX. propoſitus. Cum ſerie tamen magis congrueret *num.* III. Si *Vſ.* 20. agi cœptum de *judiciis necopinato in Tyrannos immiſſis*; iſtoc aſpectu commodius adhuc forte exiret XVI. *Nam*, vel *igitur*, *non viro* ulli *imponet iterum*, *ut eat ad Deum in judicium*: i. e. *ſemel cauſam cognoſcet*, *eamque de plano decidet*; *neceſſe non habens*, *ut Judices humani*, *comperendinare*, *quod necdum liqueat*. עוד pro *iterum Gen.* 24: 20. *ſecunda vice Hoſ.* 1: 6. Orientales *non iterum*, non *ſecunda vice*, *fieri*, dicunt, quod *ſemel ita conficitur*, ut nec *mutari*, nec *revocari*, queat, nedum ut *repeti* neceſſe ſit. Eſſet telum ſatis dextre vibratum in acri certamine, in quo *Jobus* deterretur a contentione & lite cum Deo. Eadem hæc loci facies ſatis apta quoque XVII. ſi teneamus *Vſ.* 20. 21. 22. exhibere argumenta quibus *Proſopolepſiam* a Deo remotiſſimam eſſe evincatur. In connexu cum *Vſ. præc.* hinc exiſteret, *Deum uno ictu oculi omnia ita cernere*, *& diſcernere*, *ut nullis artibus Juſtitia ejus vel eludi*, *vel retardari*, *poſſit*, *quo minus ſtatim decidat*, *& ſontem plectat*; *citra ullam perſonarum acceptionem*. En aliud adhuc. Fieri poteſt XVIII. ut verſus contineat ſpeciem quandam concluſionis ex ſuperioribus ratiociniis, quibus *Proſopolepſiam* & *Injuſtitiam* a Deo longiſſime abeſſe pervictum; unde ita nunc inferatur: *Ergo non imponit cuiquam ultra*, quam *ut eat ad Deum in Judicium*. Argute eſſet dictum, *Non ſane injuriam cuiquam imponere vult*, *vel poteſt*, *qui ei impoſuit in Judicium venire*, *ubi* αὐθεκάστη κεκτον(?) *ſit abiturus*. Convenit ex parte cum *num.* IX. ſupra: & præbet refutationem adhuc pleniorem *Cap.* 23: 6. hic omnino conferendi. Si מהלך ſcriptum eſſet, ſenſus foret liquidus: nunc להלך aliquid ſcrupuli relinquit. Vide ergo XIX. an limpidius ſit, *Ergo non iniquo affectu invadet aliquem amplius*; *propterea quod eundum eſt ad Deum in judicium*. כי ὡς *μην*, *igitur*, *Ergo*, ſat crebrum in concluſionibus. עוד *amplius*, item argumentum ſuum adſtringentis, pro, *nemo dicat mihi amplius*, *Deum injuſte quem invadere*; *quum omnibus conſtituerit in Judicium coram ſe venire*. ישים abſolute, ut *Cap.* 23: 6. quod *Vſ.* 14. hujus *Cap.* erat שם לבו. Id ipſum nunc appoſite ſatis reſumi poſſe ſentis. Animoſior adhuc ſtructura fuerit XX. *Ergo non in virum injuſte invadet ullo pacto*: *Eundum ad Deum in judicium eſt*. Tò עוד *amplius*, *poſtea*, reſolvi in *ullo pacto*, ut 2 *Sam.* 19: 36. *Exod.* 10: 29. *Eſaj.* 23: 12. & 54: 9. &c. &c. *Præpoſ.* ל *officii* eſt, vel *neceſſitatis incumbentis*. Argumentum tale. *Qui Homini conſtituit in jus ambulare*, *coram Judicio ſuo comparere*, *is non poteſt ulla ratione ſuſpectus eſſe injuſtitiæ*, *aut tyrannidis*. Conſequentia evidentiſſima: quam evolvere ſupervacuum. Vereor interim, ne multa jaculatus, necdum ferierim. Certe dubitatio mihi necdum dirempta.

Verſ. 24. Satis magna iterum diſſenſio circa nexum. Nonnihil quoque in vocibus diſſidetur. *Vulg.* l. *conteret multos innumerabiles*, *& ſtare faciet alios pro iis*. Refertur a *Vavaſſ. de Pined.* &c. *ad improbos* & *Tyrannos*, quorum *perſonas non acceperit* Deus; ſed in quos *infinita* Juſtitiæ *Exempla* ſtatuerit. *Sanct.* addit, *Jobum pungi*, quod & ipſe *Tyrannus* fuerit. *Bold.* intempeſtiva eruditione *Cabiros* hic arripuit, *genus Cabiræum* confingens. *Merc.* II. maluit, *Conteret potentes*, *abſque perveſtigatione*, vel *inquiſitione*; eodem ſenſu; ut ſit, *quorum numerus perveſtigari non poſſit*. Ita *Doct. Tigur.* dederant, *Conteritque potentes infinitos*, *& ſufficit eis alios*. Huc concedit *Schmid.* cum *Luth. Jun. Druſ.* &c. Monet

Merc.

Merc. III. alios exhibere, *ita ut cauſa inveſtiganda non ſit, quare id fecerit.* Huc inclinant Doct. *Belg.* in notis; laudantes etiam quod præceſſit. *Calvin.* apertius: *non declarata nobis cauſa:* quaſi ſignificaretur, *Deum non ſemper nobis cauſam patefacturum cur ſua judicia exerceat.* Addit, quod adfine, IV. *ſine inquiſitione*, i. e. *ſine forma externa quæ in judiciis humanis requiritur*, *recitato crimine*, *ſententia pronunciata*; *elogio & titulo propoſito: ut omnibus cum pœna noteſcat etiam culpa.* Paulo aliter *Crinſoz.* V. *per media* ſive *inſtrumenta imperveſtigabilia.* Alio iterum flexu *Ill. Grot.* VI. *Non opus habet longa inquiſitione, cui omnia aperta ſunt.* Similiter *Codurc. Cler. Reim.* Item *Patric.* VII. cum *Vſ.* 23. ſic copulans huncce; *Nam non indiget informationibus*, &c. *ac propterea confringit potentes abſque inquiſitione, examinatione, probatione teſtium*, &c. *& dignitatem eorum aliis confert.* Subtilior *Analyſis* Cl. *Coccejum* VIII. hic deduxit ad *tertiam confirmationem theſeos Vſ.* 12. *deſumtam ab exemplis æquabilis Judicii; partim in bonos & malos indifferenter*; *Vſ.* 24. 25. *partim cum differentia juſti & injuſti Vſ.* 26--31. Ad hunc calculum nihil aliud hoc *Vſ.* intenditur, quam *ad Dei Judicium pertinere*, *ut altos humiliet*, *& parvos in eorum locum ſurroget.* In verbo רעע ineſſe cenſet *vim ferri ſubacti*, *dumque candet malleis domiti.* Grandis imago; quam confirmatiorem reddi poſſe pervelim: &, reddetur forte ex *Origine* alibi producenda. Nunc teneatur, apud *Arabes* رعاع רעוע frequentari pro *plebe viliſſima*, & *fæce vulgi.* Sequens כבירים vertit *maximos*, indifferenter, tum *prærogativis*, tum *operibus*, *quibus videantur poſſe gloriari apud Deum.* Subdit tandem לא חקר referri ad *multitudinem*, & *magnitudinem*, *eorum*, *quos Deus ſubigit.* Mihi IX. *generalis* hicce *conſpectus* כבירים *potentium*, *validorum*, *opulentorum*, non diſpliceret, pro *nova inſtantia* qua urgeatur, nullam *proſopolepſiam*, & *injuſtitiæ* vel umbram, apud Deum eſſe; quippe qui nemini *potentiam*, *divitias*, *fortunas*, juſſerit eſſe *proprias*, ac *perpetuas*; ſed vel *eminentiſſimas perſonas*, *familiaſque*, ſubito *atterat*, atque ad *infimam vilitatem redigat*, obſcuris, & ignobilibus, ad nobilitatem, dignitatemque, productis. Eſt Locus in quem *Tragici* ſæpe exſpatiati. לא חקר ſic ſatis commode *innumerabiles* deſignabit: quia illius *viciſſitudinis*, qua *alta deprimuntur*, *humilia in altum tolluntur*, refertum ſemper fuit theatrum orbis terrarum. Ipſe *Jobus* materiam attigit *Cap.* 12: 17. & ſeq. alio ſcopo. Suſpicor eo reſpexiſſe *Elihuum*, & illa exempla in *Jobum* quodammodo retorta voluiſſe; cui opportune inculcetur, atroces hoſce caſus oſtendere potius, penes Deum *nullum Perſonarum reſpectum* valere, ſed Celſis etiam, atque Eminentiſſimis, citra conniventiam, id injungi, quod canones *Juſtitiæ* exigunt. Poſſet לא חקר *imperſcrutabili via*, ac *ratione*, quoque exponi, in eundem hunc ſenſum. Forte aliud latet. אחרים *Alii*, oppoſiti *Tis* כבירים *potentibus*, quos Deus *ſubito faciat ſtare*, ſunt *humiles*, *jacentes*, non alio, quam potentium illorum *contemtu*, *inſignes* hactenus. Hos *ſtare facit* ſupremus Orbis moderator, quum dejectis prioribus, eos ad faſtigia provehit, iiſque habenas rerum in regnis, civitatibus, urbibus, permittit. עמד in *imperiis* & *præfecturis* ſignatum: ut *Dan.* 11: 2. 3. 4. *Mich.* 5: 3. & *Dan.* 12: 1. & 1 *Sam.* 19: 20. &c. Dices, ad idem ſic devolvi *Elihuum*, quod Amici tetenderant; *Tyrannos exſcindi ſemper* &c. *Ergo Jobum Tyrannum egiſſe.* Id incommodi adhærere pleriſque ſententiis, ſupra monui. Noſtra hæcce eo parum, vel nihil, gravatur. Nempe *Elihu* hinc tantum adſtruere velle videtur, Deum ſine ulla *proſopolepſia* judicia exercere, & nunquam *inſontes*, ſed tantum *ſontes punire*, etiamſi *potentia* & *dignitate* præmineant, ſeque forte *pœnis ſuperiores* imaginentur. Iterum dices, ſic propius adhuc ad *Amicorum ſententiam* accedi, atque idem omnino ſtatui. Imo vero inde diſceſſimus longiuſcule. Amici ſcilicet *ſtatum quæſtionis* mox conturbarant, ita argumentando, *Jobus miſer eſt*, *ergo & malus.* Hinc conflictus illi acres, ſemet irritantes ſimul, ſimul intricantes; in quibus *Jobus* ſe *inſontiſſimum puniri* tendens, item aberravit a *natura* & *conditione* ſui *caſus*, *veri nominis pœnas* cenſens *miſerias* illas, & *plagas*, quibus confectus jacebat. Atqui non erant *pœnæ*, non *plagæ* ex *ira* Dei im-

25 Igitur cognoſcit opera eorum; & evertit Noctem; ac contunduntur.

25 לכן יכיר מעבדיהם והפך לילה וידכאו׃

26 Sub

26 תחת־

impoſitæ, ſed contra *occaſiones glorioſæ & illuſtres*, ad *virtutem Viri* in *Theatrum* omnium *ſeculorum* producendam. Si id exploratum habuiſſet *Jobus*; haud ſane murmuraſſet. Si *Elihuus*; haud increpaſſet, vel fortia nimis locutum. Quid ergo? *Elihuus*, hujus conſilii Divini haud dubie inſcius, agit cum *Jobo* ex ipſiuſmet ſenſu. Is quum toties clamaſſet, ſe *ab irato Numine exſcindi*, & *pœnas* Ejus *atrociſſimas pati*; ſed *inſontem* plane, ac *immerentem*; ac *Deum jus* ſibi *ſuum eripuiſſe*, ac *pervertiſſe*: meritiſſimo nunc viciſſim audit, *Jura* a Deo *non perverti*, & neminem *plecti* a juſtiſſimo Judice, id eſt *veri nominis pœnas ſuſtinere*, qui non eo ipſo pro *ſonte* ſit habendus. Id ut nemo in dubium vocaverit, ita evidentiſſime apparet, quod ſupra alicubi poſitum, *Elihuum ad rem diſputando*, neutiquam tamen *rem acu tangere*, ac *quæſtionem conficere*, potuiſſe: cujus *enodatio*, & *deciſio*, ipſius Numinis interventum requirebat. Incipimus, ni me omnia fallunt, firmius quid ſub pedibus habere, quam ante; & jam in genere ſaltem diluceſcit, quorſum tela ſua direxerit diſputator; non temere ſupponens, & vincere annitens, *Jobum eſſe*, & *fuiſſe* ſemper, *improbum*: ſed tantum pervictum dare cupiens, Eum in *præſenti* hac *cauſa* non poſſe haberi *inſontem*; &, *ſi pœnas luat* a *Numine irato inflictas*, quod *Jobus* ipſe contendebat, ſubeſſe *culpam gravem*, quæ tam *graves plagas* provocaſſet. Fidenter dico; idem & nos judicaſſemus, ſi plagis & contentionibus *Jobi* interfuiſſemus. Sine peculiari revelatione aliud nihil, vel a moderatiſſimo mortalium, rite cuncta expendenti, potuiſſet conſtitui, ac proinde *Elihuus* boni Monitoris partes, quantum circumſtantiæ dabant, feliciter implevit.

Verſ. 25. Ne hic quidem conſentitur; ſive *connexionem* ſpectemus, ſive *ſenſum*. Non incommode *Vulgat.* I. *Novit enim opera eorum, & inducit noctem, & conterentur.* Ad eam fere rationem *Merc. itaque quia novit opera eorum convertit noctem* in illos, noctem & tenebras illis offundit; *ut atterantur*. Videtur medium membrum capere *proprie* ſimul & *improprie*, addens, *Nocte illos opprimit, & atteruntur nocte calamitatum.* מעבדים exponit *facta improba*, a עבד *fecit* apud *Syros*. Solam figuram tenuit *Nicet. ſplendorem & felicitatem eorum in noctem mœroremque convertit.* Succinunt *de Pined. Bold. Sanct.* Soli literæ inſiſtit *Schmid. Noctu ſubvertit* eos: ut *Vſ.* 20. Exiſtimat præterea, *ab hoc Vſ. incipere concluſionem narrationis, qua ratione Deus puniat Divites oppreſſores* &c. monens לכן *ſervire recapitulationibus*, & *illationibus*, ut *ideo*, *igitur*. Laxius *noctem* ad *cladem necopinatam* referunt *Doct. Belg. Angl. Patric. Crinſoz.* &c. Cl. *Cler.* ſtrictius *evertit* eos una *nocte*, & *conteruntur*; quaſi *nocturna conſpiratio in Tyrannum* innueretur. Idem II. הכיר *tranſitive* reddit, *itaque patefacit opera eorum* &c. Ad quam rationem & *Grot. ſic cognita facit opera eorum: nam*, inquit, *homines cum potentem aliquem tam dure a Deo tractari vident; quærunt quæ ejus vita fuerit* &c. Reliqua non tangit. *Codurc.* idem in priori colo exhibens, *Noctem evertet* dat in altero, i. e. *tenebras illuſtrabit, & deprehendet eos in latibulis ſuis.* LXX. & *Chald.* ad hanc ferme rationem; unde & alii apud *Merc.* hauſerant, *Facit ut ſcelera eorum ab omnibus cognoſcantur, & convertit* illis *noctem* in diem: *ut crimina, quæ latere putabant, innoteſcant.* Huc *Calv. Conc.* CXXXII. calculum contulit: itemque *Vavaſſ.* ſubtiliter, *inducet noctem*, quod in *Vulg.* erat, explicans, *diſcutiet & abſtergebit tenebras, in quas ſe ſcelerati conjecerant.* Concinit & *Jun.* in medio colo dans, *ſimul atque mutavit noctem.* i. e. *protulit lucem, qua omnia in judicio ejus revelantur.* At *Tigur.* contra, *Quamobrem ad notitiam proferet opera illorum, & diem vertet in noctem, ut conterantur.* Non valde appoſite *Vatabl.* III. *Atque ita efficit Deus ut homines cognoſcant ſua ipſorum opera*, h. e. *ſe perperam egiſſe*: & vertet ſeſe nox, *vel* vertet noctem, i.

e.

26 תחת־רשעים ספקם במקום ראים׃

27 אשר

26 Sub sceleratis explodit eos, in loco ſpectantium.

27 Qui

e. *exacta nocte*, *propediem*, *breviſſime*, *omnes illi contererentur.* Trahitur ad tempus pœnitentiæ illis conceſſum: quorſum & *Cajet.* tendit. Cl. *Cocc.* IV. ſubtiliſſime hinc elicit, *Magnos & parvos a Deo exæquari*, tanquam *communis Domini ſervos*, per *Mortem* omnibus *immiſſam.* מעבדים ut עבדים *Eccl.* 9: 1. explicat δουλείας, *opera ſervorum*, de *probis* & *improbis*, μίσους. לילה *Nox* exponitur *Allegorice* de *Morte*, *quæ hoc præſtet Hominibus per totam vitam laborantibus*, *quod Nox ſervis & Mercenariis.* ידכאו *conteruntur*, item de *reſolutione virium per mortem*, & *redactione in pulverem*, ut *Pſ.* 90: 3. Totus locus ita conſtituitur: *propterea recognoſcit opera eorum*, & *mutat* diem *in noctem*, & *conteruntur.* i. e. *Ut paterfamilias ingruente nocte viſitat ſervorum ſuorum labores*, *eoſque recognoſcit*; *mercenariis etiam mercedem exſolvens*: *ita Deus*, *quum Homines*, *ſervos ſuos*, *viſum eſt ſatis laboraſſe*, *tum noctem illis facit.* Quomodo applicetur ad ſeriem, ex *Commentario* repetatur: hic enim longiuſcule exiret. Nobis V. ſatis commoda jam via patere cœpit ad *Vſ. præced.* cum quo arctiſſime cohæret hicce, ſive per *cauſæ redditionem*, *propterea* quod *cognoſcit opera eorum* mala &c. ſive, quod rotundius, per *illationem*, *Ergo cognoſcit eorum opera*, ut *Vſ.* 10. hujus *cap.* Non ſimpliciter capio illud *cognoſcere*, ſed *judicialiter*, ut opponatur *Proſopolepſiæ*, qua *cauſæ malæ cognitionem*, *examenve*, detrectant Judices humani. Forte alluſum ad formulam הכיר פנים *cognoſcere vultum*, pro *accipere perſonam in judicio*: *Deut.* 1: 7. & *Prov.* 24: 23. Contrarium הכיר מעשה & מעבד *Cognoſcere factum ipſum*, *citra reſpectum vultus honorati.* Redit, ut vides, non invenuſte ad כבירים *Eminentes dignitate*, & *potentia*, quorum tamen non *vultus*, ſed *Opera*, *ſpectet* Deus; & pro meritis plectat. Huc fertur ſequens colon, in quo 1. *vertit nocte*, pro *evertit ſubito*, quaſi הפכם, tenue. 2. *Evertit noctem*; pro *tenebras diſcutit*, argutum. 3. *Convertit noctem* in diem, plerumque facit lumen, idem longiore adhuc ambage reddit. 4. *Mutat noctem*, pro *mutando efficit* illis *Noctem*, nempe *calamitatis*, vel *Mortis*, magis ad Linguæ genium. Ita *Cocc.* Sat commode etiam 5. *Merc. Vertit*, *invertit* ſuper illos *Noctem calamitatum* &c. Suſpicabar 6. *Et irruit Nox*, item miſeriæ, pœnæ, ignominiæ publicæ; cum alluſione ad *Capitis damnatos*, quos *atra* velut *nox*, & *nebula*, omnis horroris plena, involvit: cujus mole eliſi & attriti pereant. En aliud audacius 7. *Et evertit noctem*, Deus, *ipſam noctem ſedibus inferis emotam quaſi*, *capitibus horum hominum injicit*, *ut iſto pondere conterantur.* Habes *Merceri* illud, figura Tragica auctum, occaſione forte dicti *Jobæi Cap.* 12: 22. Optet quiſque, quod ridet. Quod genus *Judiciorum* intendatur, & in quos, ad *Vſ.* ſeq. diſtinctius ſubmouebo.

Verſ. 26. Granditatem Tragicam, quam modo indicavi, ſuggeſſit mihi hocce theatrum omni rerrore ſtipatum. Languidiuſcule *Vulg.* I. *Quaſi impios percuſſit eos in loco videntium.* Diſputant Latini ſitne *Quaſi* illud *ſimilitudinis*, an *veritatis*, pleriſque poſterius ſequentibus. *Locus videntium* a *de Pined.* recte exponitur de *celebri theatro*, *in quo multi ſpectatores*, ut alludatur ad *ſupplicium publicum.* Præiverat *Merc. pro impiis collidit eos*, *velut in proſcenio*, *unde omnes eorum ſupplicia ſpectare poſſint* &c. Confer *Calvin. Conc.* CXXXIII. alioſque ſatis magno conſenſu. Commode *Grot.* ἐθεάτριζεν αὐτούς. Non differt hinc, quod alii attulere, *in loco videntium*, pro *gaudentium* tales *ſupplicio affici*: quamvis iſta ſubtilitate non egeamus: multo minus ea quæ *videntes* capit quaſi *viventes*: i. e. *in hac vita*: ut *Vavaſſ.* vellet: vel, *in luce meridiana*, *ubi videre poterant ipſi*, & *ruinam imminentem evitare*: ut *Sanct.* Quod Cl. *Schmid.* II. hos *videntes*, ſeu *ſpectatores*, ad *ſectatores* & *fautores illorum potentum* reſtringat, ratione caret: & verſus ſequentis torſionem peperit. Idem Vir Doct. argutiuſcule: *infra impios explodet eos*, *magis hos potentes dejiciet quam reliquos improbos.* *Potentes potenter tormenta patientur.* Cl. *Cocc.* etiam

iam III. ſubtilius; *ſubter improbos collidit illos in loco ſpectantium*: pro *improbos ſubter ſe defligit, atque ita eos elidit feriendo, & contundendo, ut plane infra ſe in pulverem deſidant: uti quis malleo opus teſtaceum in munitiſſimum pulverem redigit; ſic ut nihil eorum emineat amplius, quod contundi ultra poſſit.* Idem, ex parte ſaltem, voluiſſe putem *Merc.* quum dari poſſe ait, *ſub impiis, in loco impiorum, ubi ſcil. ipſi ſunt*: ſed jam *ſub impios* addit gradum *deflictionis*. Hanc ſtructuram adſciſcere neceſſe habuit ὁ πάνυ, quod hic *aliud membrum*, & *aliæ perſonæ*, quam *Vſ. præced.* ab ipſo inducantur. Ad ספק ſagaciter notatum, iſtoc verbo hic repræſentari *ſubitum ictum*, itemque *ſonum ab ictu*, cum *deſitione*. Melius dixiſſet cum *repercuſſione*. Origo id arguet, in سفق & صفق latitans. *In loco ſpectantium*, enucleate, ἐν θεάτρῳ. 1. *cum pudore & ignominia*. 2. *in exemplum, ad metum peccantium, & conſolationem oppreſſorum*. Hæc egregia. Minus placet digeſtio *Analytica*, qua *Vſ.* hicce a *præc.* ſejungitur; ea ratione, quam ſupra attigi, ex *Commentario* plenius percipienda. Omnino *adſ.* in ספקם ſeſe refert ad eos, qui verſu *præc.* ſub *mole immenſa Noctis ſubverſæ* veluti *contriti jacebant*. De his ita pergitur V. ad noſtram mentem, *pro improbis eos explodit, in loco ſpectantium*. Paulo diſtinctius agendum. Notetur 1. agi de כבירים *potentibus illis Vſ.* 24. quorum *perſonam* parum curet Deus, ſi *opera* illorum *mala* ſint: atque in quos ſæpe *totam Noctem infernam*, e ſedibus imis excitam veluti, *vertat*, ad eos *exitio diriſſimo conterendos*. Sentis aliquid, quo *Jobi* etiam Caput ex obliquo impetatur. *Explodit eos* 2, prægnanti ſenſu poſitum, reſonat ידכאו יִדַּ *atteruntur*, infertque *ſupplicium atrox*, quo *maximum Caput exſcinditur inter graviſſimos ictus, terrorem quaqua verſum ſpargentes*. Huc pertinet 3. *Locus ſpectantium*, ſive *Theatrum ſupplicii publici*, quod hic figurate, & ad Genium ſtili *Tragici*, adhibitum. Anſam *ferali imagini* plurimam dederat ipſe *Jobus*: in *Cap.* 10: 15. ubi ſemet conſiderat ut *infami ſupplicio mactatum in conſpectu totius orbis*: item *Cap.* 12: 14 *coll.* 11: 10 nec non *Cap.* 13: 26 quod ab *E-libuo* repoſitum *Cap.* 33: 11. Iterum *Cap.* 16: 11. & 17: 6. Ad hæc, & ſimilia dicta, reflecti exiſtimem: in quibus ut *Jobus* ſibi *vim & injuriam* graviſſimam fieri contendebat; ita *Elihu* nunc ei ante oculos proponit, hanc eſſe *viam Juſtitiæ Divinæ*, quæ citra ullum *perſonarum reſpectum*, in *publico theatro Orbis, capitali ſupplicio plectit* ſæpe vel *Eminentiſſimos viros*, כבירים, ſi *improbitatis* ſeſe *reos* fecerint. Ita jam 4. רשע *improbus* videtur induere ſpecialem vim *Capitis ad ſupplicium ignominioſum damnati a Judice*: prout *ſceleſtus* & *ſceleratus* apud Latinos nonnunquam ſignanter venit. Iſtum uſum præfert *Eſaj. Cap.* 53: 9. eundemque *Job. Cap.* 16: 11. intendi, veriſimile. Ergo 5. תחת רשעים convertere licet trifariam *a. ſub improbis*; *inter improbos*: ut *Eſaj.* 10: 4. *b. pro improbis, tanquam improbos, eadem conditione qua improbi, & ſceleſti, infamia ſupplicia pendentes*. Denique *c. ſub improbis* iterum, i. e. *in loco improborum*, vel clarius, *ita ut ſub onere improbitatis ſuæ, vindictam publicam exigentis, elidantur quaſi*. Reſpicio ad phraſin 2 *Sam.* 2: 23. *Cecidit ibi, & mortuus eſt* תחתו *ſicut ibi jacebat confoſſus*. Item *Eſaj.* 25: 10. *Moab triturabitur* תחתיו *ſub ſe: vulneribus & plagis* ita *contuſus*, ut *in loco* ubi *jacet*, & *conculcatur, ſub pedibus hoſtium exſpiret*. Adde *Amos* 2: 13. ad quam formam *ſub improbis* eſſet, *omni illa mole calamitatis qua Improbos atteri, & elidi par eſt*. Eſt quidem paulo argutius; ſed forte placere incipiet, ex *Job.* 40: 7. הדך רשעים תחתם *Contunde improbos ſub ſe*; i. e. *ſub illis ictibus quibus conteri merentur, omnique mole pœnarum ipſis debita*. Eadem fuiſſet conſtructio, ורשעים ספק תחתם *Et improbos explodit ſub ſeſe*. Hanc ſi tenuiſſet *Elihu*, ambiguitas extitiſſet, velletne רשעים *improbos* diverſos a כבירים *potentibus*, an *Elliptice* poſuiſſet *improbos*, pro *ut improbos, nomine & titulo improborum*. Hoc poſterius eum voluiſſe, ſeries univerſa arguit, ac propterea dedit nunc, ſtructura nervoſiſſima, תחת רשעים ספקם *Explodit eos ſub improbis*: i. e. *ſub illa perſona, quam induerunt, improbitatem exercendo*. Hinc tandem 6. di-

lu-

27 אשר על־כן סרו מאחריו וכל־
דרכיו לא השכילו׃

27 Qui pro certo deſciverunt ab Eo, & omnes vias Ejus non mature intellexerunt.

28 להביא

28 Ut

lucere incipit, *Elihuum* non tam diſſertare de *Judiciis Dei* in *Tyrannos*, & ſtricte dictos *improbos*, qui omnia ſacra & profana aperte violant; & ne ſpeciem *probitatis* alicujus, ac *religionis*, retinent: quam quidem de *Viris Eminentibus*, ac *potentibus*, titulo כבירים *Magnorum* inſignitis, qui *ſub ſpecie probitatis*, vel *in totum ſeſe improbitati tradiderunt*, vel *ex parte aliqua ad eam acceſſerunt*; *capitalia crimina in ſe admittendo*. Utriuſque conditionis exemplum in *Saulo*, & *Davide*: prior *ſub aliqua ſpecie religionis* plane *improbus*: ac propterea *Regno* & *vita* mulctatus: *infamique ſupplicio* velut mactatus, ſuper theatro orbis, in ſe, & numeroſa ſatis Familia, quæ *Iſraeli* Reges perpetuum ſuffectura credebatur. Poſterior in cauſa *Bathſebæ*, & *Uriæ*, ad *improbitatis confinia*, cum ſumma ſua virtute, & pietate, *tam prope acceſſit*, ut propterea & ipſe velut *publico ſupplicio*, quod homines infligere non poterant, Divinitus fuerit adfectus: quando per Filium ſolio ejectus, thorum quoque ſanctiſſimum eodem ſacrilego auſu temeratum, dolere coactus fuit. Habes *mediam* illam diſputandi *viam*, quam *Elihuus* & voluit, & debuit, tenere; *Jobum* nec in totum damnando ratione omnis vitæ anteactæ; nec in totum abſolvendo: ſed tantum id tendendo, quod præſens cauſa ſuggerebat, Deum tam gravibus plagis, & pœnis, non percuſſurum, neque ſane pro *improbo* traducturum fuiſſe *Jobum*, ſi *probitatem* omni ex parte *intemeratam* Numini approbaſſet; & nullius ſe criminis alligaſſet. Non eſt idem, quod Amici contenderant; ſed juſta ſatis concluſio ad ipſius *Jobi Hypotheſin* facta: ut ſupra explanatum.

Verſ. 27. Inſtatur in rationem gravis ſupplicii, *Viris principibus* inflicti citra conniventiam. In priori colo paululum variatur. *Vulg.* I. *Qui quaſi de induſtria receſſerunt ab eo.* Sic אשר eſſet *pron: relat.* & על כן *quaſi de induſtria*; non omnino invita Lingua: nam & *Cocc.* tentavit, *qui propter hoc receſſerunt &c.* i. e. *dedita opera impie egiſſe*, *& hoc quæſiviſſe videntur.* Item, *Quia propterea receſſerunt* &c. Eſt paulo quæſitius. Plerique II. *Quandoquidem receſſerunt* &c. quod & *Cocc.* prætulit; ut אשר על כן ſit pro על אשר vel כי על כן quod per *Quandoquidem* vertitur, *Gen.* 18: 5. *Num.* 10: 31. *Jud.* 6: 22. *Jer.* 38: 4. &c. Sic *Tigur. Luth. Calvin. Merc. Jun. Piſc. Belg. Angl. Druſ. Patric. Nold. Crinſoz. Cler. Reim.* &c. In alia omnia ivit *Schmid.* III. ad *ſpectatores ruinæ improborum* hæc referens, *qui dicantur recedere ab unoquoque illorum potentum*, *quos prius ſectati fuerant*; *& ſic ſe gerere*, *quaſi illos nunquam noviſſent*, *nec quicquam de viis illorum omnibus intelligerent.* Infeliciter. Nec ſtructura per *adf. ſing.* reſpondet; nec formulæ ſolennes in *Religione inſuper habita*: in quem ſenſum magnam vim, & gratiam, habent: ſecus in altero illo. Totum præſertim fundamentum hujus *cohærentiæ* labat; per *ſpectatores* in *Vſ. præc.* deſignari *ſectatores* & *fautores* illorum potentum. Fateor tamen, aliquid ſcrupuli haud immerito motum ad אשר על כן, quod ita IV. commodius exprimetur, *Quod pro certo receſſerint ab eo ſequendo*; *& omnes Ejus vias non prudenter intellexerint.* אשר pro *quia*, *quoniam*, paſſim. על כן *pro certo* etiam ſonare putem in formula כי על כן *Jer.* 38: 4. *Quoniam pro certo.* Similiter in reliquis, ſupra poſitis. Hac emphaſi appoſite uſus *Elihu*, ut inculcaret, ubi *veri nominis pœna* Divinitus inflicta; ibi & *veram culpam* extare; licet forte vel reliqui homines, vel ipſi illi, qui Numen iratum experiuntur, id minus noſcant, agnoſcantve. אשר *Quia*, *eo quod*, crebrum, pro על אשר *Jer.* 13: 25. *Hæc ſors tibi a me aſſignata*, אשר *Quia oblita es mei &c.* 1 *Reg.* 15: 5. *Propter Davidem dedit ei Lucernam*

דוד

28 Ut venire faciat ad ſe vociferationem tenuis; & vociferationem pauperum audiat.

29 Et

28 להביא עליו צעקת־דל וצעקת עניים ישמע׃

29 והוא

אשר עשה דוד *Quia ſecit David quod rectum* &c. Poſſes quoque dare, *Qui pro certo receſſerunt*; i. e. *quia*: ut *Luc.* 1: 45. μακαρία ἡ πιστεύσασα *Beata quæ credidiſti*, pro *eo quod credidiſti*. סרו מאחריו ut 2 *Chron.* 34: 33. *Deut.* 7: 4 Uſurpatur in iis qui a *Religione* ſemel ſuſcepta *deſciſcunt*, vel *minus ſincere ei adhærent*. Alias שב מאחרי יהוה *retroire a Domino*: ut *Num.* 14: 43. כי על כן *Quoniam pro certo retro abiiſtis a Jehova* &c. Signata etiam formula דרכיו לא השכילו *vias eas non intellexerunt*; quam reperies *Pſ.* 64: 10. & *Pſ.* 106: 7. eadem ſtructura prægnante, quæ infert cum *debita maturitate*, & *prudentia*, *dignoſcere*, *percipere*, *obſervare*. כל *omnes vias*, poteſt ſumi pro *ullas*; ut *univerſalis* ſit *negatio*: poteſt etiam ſtrictius, quatenus *dimidiatum* quidem *obſequium* hi homines præſtiterant, ſed non *omnem* illam *rectitudinem*, & *ſinceritatem*, quam Deus requirit. In hanc mentem bona, quæ *Calvin. Conc.* CXXXIII. adtulit. Cuncta hæc talia ſunt, ut cadant potius in *dubiæ probitatis viros*, quam in *profanos* & *erecta manu improbos*. Nempe *Elihuo* ita temperanda fuit oratio, ut in *Jobum* ejus vis & acies recidere poſſet. Negarat *Jobus* diſertis verbis, ſe *a Dei viis receſſiſſe*: ut *Cap.* 23: 11. 12. & 31: 7. &c. Regerit monitor, *pro certo eos a Deo receſſiſſe* vel *in totum*, vel *ex parte*, cenſendos, in quos tam *atroces plagæ*, & *pœnæ*, incumberent; ad publicum velut exemplum. Non eſt idem, quod Amici concluſerant; *ergo Jobum* eſſe *improbum ratione univerſæ vitæ*: ſed mollius, & *medium* quid; *ergo Jobum* non aliis tantum, ſed & ſibi ipſi, *ſuſpectum* eſſe debere *gravioris* alicujus *culpæ*; quæ tantam molem punitionis in caput ejus attraxiſſet. Non *damnat* in totum; non *abſolvit*: ſed ut *dubius*, & *ſuſpenſus*, id vincere nititur, quod præſens ei caſus ſuggerebat: neque enim revelatum adhuc erat, *Deum* חנם *gratis*, i. e. *citra cauſam ac culpam Jobum abſorpſiſſe*, & *Satanæ in prædam*, ad tempus, *permiſiſſe*.

Verſ. 28. Omnes ad eundem ſcopum collineant; ſed non una manu. *Vulg.* I. *Ut pervenire facerent ad Eum clamorem egeni: & audiret vocem pauperum*. Eſt paulo ſubtilius, quaſi illi *oppreſſores* ſuis *vexationibus* dicantur *effeciſſe*, ut *clamor egeni penetraret cœlos*. Adiſis *de Pined. Sanct. Vavaſſ.* &c. Item *Patric. Crinſoz.* nec non Doct. *Tigur.* ita reddentes, *ut extorquerent clamorem inopi ad ipſum pervenientem* &c. Argutius adhuc *Merc.* II. *Ideo Deus potentes conterit pro impiis, ut ſic adducant, & pervenire faciant ad Deum egeni clamorem*. i. e. *ut appareat oppreſſos illos tandem a Deo auditos*. Aliis III. placuit, *ut* Deus *adduceret ſuper illum*, i. e. quemlibet eorum, *clamorem egeni* &c. Huc *Jun.* & *Trem.* Doct. *Belg. Schmid. Cler.* &c. concedunt: ut *clamor oppreſſi* dicatur *venire* tandem ſuper *oppreſſorem*, quum *pœnas luit*. Accommodatum idem hocce a Cl. *Cocc.* ad ſubtiliorem Analyſin, qua priorem partem hujus verſiculi, duobus prægreſſis annectit, ad *Judicium punitionis improborum*: a poſteriori parte incipiens *judicium favoris erga pios* ad finem uſque *Vſ.* 31. Bonum factum quod ſubjecerit, IV. *poteſt etiam ſic*, ut adducat ad ſe: *Pſ.* 18: 7. *ita pertinebit ad ſequentia*. Hunc adſpectum executus *Calvin. Conc.* CXXXIII. Is & mihi adblanditur. Quamdiu *oppreſſi* non vindicantur, eorum *vociferatio* non videtur *perveniſſe* ad Deum: at *vindicta oppreſſores* obterente, *vociferationem* ad Deum *intraſſe* omnibus apparet. Eſt translatio a *Libello ſupplicantis*, qui *intrat* ad Regem, quum *votis* annuitur. Vix opus eſt moneam, *Jobum* denuo feriri; non quaſi *Tyrannum ad omnem importunitatem projectum* egiſſet: ſed quod veriſimiliter *potentia* ſua abuſus eſſet, ad pauperes plus, minuſve, vexandos: quum *maxima fortuna*, & *innocentia*, vix una in ſede morari ſoleant. Omnino conferenda, quæ ad *Vſ.* 11. præmunivi.

Verſ. 29. Magnificæ ſententiæ, quæ tamen abruptius poſitæ, in varios ſenſus & patent, & tractæ ſunt. Eleganter *Vulg*, *Et ipſo pacem con-*

29 והוא ישקט ומי ירשע ויסתר פנים ומי ישורנו ועל־־גוי ועל־־אדם יחד׃

29 Et ille ſedabit; quis autem conturbabit? abſcondetque faciem, quis autem videbit illum? idque ſuper gentem & ſuper hominem, pariter.

30 ממלך

30 Ne

concedente, quis eſt qui condemnet &c. *de Pined.* I. cenſet, agi de *Tyrannorum felicitate & pace*, quam nemo *conturbare* queat, *& cujus vitam ac mores, vel corruptiſſimos, nemo inſpiciat, inquiratque, ſi Deus ſe iniquitatem ejus videre diſſimulet.* Amplectitur *Sanct.* II. ſed ita, ut ſubſerviat refutando *Jobo*, qui quum diſputaſſet *Cap.* 12. & 21. eſſe *impios qui magiſtratu ſimul & perpetua felicitate* gauderent, id ei ita nunc concedat, ut tamen neget ſine *cauſa*, & *ratione*, fieri. Eam ex *Vſ.* ſeq. hanc facit, *ut per barbariem Tyranni ſubditorum peccata puniantur.* Tortum: in primis medium colon, *ex quo vultum abſconderit, quis eſt qui contempletur illum*, ſic expoſitum, *Quis faciem* Tyranni *placatam & benignam aſpiciet cum illam Deus furibundam & inexorabilem effecerit.* Nollem tam duram ſententiam in *Jobum* intortam credidiſſet Vir Doct. Mollius III. ſed vagum nimis, quod ex *Aquin.* laudat *de Pined.* a *Divina providentia pendere paces, & bella; & quinam rerum potiantur, Tyranni an Pacifici.* Placuit *Vavaſſori.* Vicinum, ſed latius, IV. quod *Merc.* dat; ita nectens. *Rurſus potentiam Dei oſtendit quæ ab ejus juſtitia non ſeparatur.* q. d. *Deo quietem, pacem, tranquillitatem, concedente vel* conſcientiæ, *vel* externam, *in genere, nemo eam turbare poterit. Firmiſſimus erit quem Deus tueri volet. Contra, ſi a quopiam vultum avertat, ſuum favorem ei denegans, quis tandem illi ſuum favorem exhibebit? Et hoc quidem ex æquo locum habet & in gentibus totis, & in ſingulis hominibus.* Verbum ירשיע ei jam *condemnare*, ſed propter antitheſin *conturbare*, ex *Origine* thematis, quod *improbus* dictus ſit רשע quaſi *irrequietus*, & *turbulentus.* Non ſatis declarat, quorſum hæc dicta cenſeat. Ad certius quid collineatum a *Calv.* V. ad prius colon, *ſi Deus det quietem quis poterit turbare?* exhibens, *Eo docemur, quamdiu Deus differt tempus punitionis improborum, nos non nimis feſtinare debere*, &c. &c. Ad poſterius, ſi Deus *abſcondat vultum ſuum, quis poterit ipſum intueri?* hæcce, *Admonemur non eſſe noſtrum, nimis alte ſcrutari ea quæ Deus agit* &c. *Deus faciem ſuam oſtendit nobis, quando declarat cur hoc illudve faciat. Contra abſcondit nobis faciem ſuam, quum res nobis miræ & abſurdæ videntur, quumque cauſam cur ſic agat ignoramus* &c &c. Expoſitio adaptata ad *Vſ.* 30. ita ex mente ejus redditum, *Eo quod regnet homo Hypocrita* &c. de quo plura ſtatim. *Jun.* & *Trem.* VI. quibus acceſſit *Cocc.* duo priora membra hujus *Vſ.* parentheſi includunt (*Nam ipſe tranquillat, & quis inquietabit? & occultabit faciem, & quis contemplabitur eum?*) prius refertur ad *miſeros adflictos*, quibus Deus *pacatam* & *tranquillam conſcientiam det*, abſque ut quiſquam eos vel *exagitare*, vel *condemnare*, queat: addit *Cocc.* nec ad ſcelus *adigere*, in vim verbi ירשיע incumbens. Poſterius *ad improbos*, a quibus Deus *faciem abſcondat*, ita ut *Eum cernere* nequeant. Extrema, *& ſuper gente, & ſuper homine ſimul*, clauſa parentheſi, renectendum cum fine præc. *Vſ.* ad *amplitudinem favoris erga pauperes*, quos Deus æque *tranquillet ab exagitatione gentis totius, quam unius hominis: pro ut & faciem ſuam tam genti, quam ſingulis, in gratiam inopum, ſubducere* ſoleat. Hæc non valde limpida. Cl. *Schmid.* VII. obſervat verbum השקיט non *tranſitive* tantum, ſed & *intranſitive*, uſurpari, *quieſcere, quieti ſe dare.* Inde vertit, *Et ille quieſcit, & quis commovebit Eum? & occultabit faciem, & quis videbit Eum?* &c. Applicat ad *juſtam pœnam improborum potentum*, quibus *vindictam* Dei *inevitabilem* eſſe inſinuetur. Explicat, *ſi Deus quieſcat*, hominem non curans, ſed repudians, & mala ei immittens, *quis commovebit Eum e ſua quiete*, ut faciat bonum improbis, loco cœptæ vindictæ? Sequens colon eodem modo, *& ſi favorem ſuper*

um occultet ab improbis, quis videbit eum propitium &c.? Reliqua ſic copulanda cenſet, *Et quis videbit eum tam ſuper gente, quam ſuper homine ſimul?* ut curet? protegatque. Hæc nil minus quam liquida: præſertim prima illa, *Quieſcere* pro *mala mittere*; & הרשיע pro *Commovere* Deum *ad benefaciendum*. Ad *pauperum tutelam*, ac *vindictam* præſentem, reſpexit Cl. *Reim*. VIII. *paraphraſi* ſic concepta, *Quod ſi* Deus *quieſcere vellet, quis condemnaret* improbos, *puniretque*? & *ſi faciem abſconderet* ab oppreſſis, *quis* tunc quemlibet eorum *reſpiceret*? quis, inquam, reſpiceret, *vel totas gentes, vel ſingulos homines*? Ad idem ferme paulo aliter pervenit IX. *de Pined. Quum* Deus Tyrannos ſternens *tranquillat* miſeros, *quis eos condemnabit*, vel *impiabit*, ut impios vexabit? *at quum faciem avertet*, ut pauperum cauſam negligere videatur, *quis tum contemplabitur eum*, hominem: i. e. *quis erit inſpector & proviſor rerum humanarum*? Iterum aliter eodem tendit *Epiſc. Elienſ.* X. *Et ſi ille velit concedere his miſeris ut requieſcant tranquille, quis perturbabit eos? aut ſi fuerit iratus adverſus oppreſſorem, quis ei favorem poterit commonſtrare?* &c. &c. Refert cum *Merc.* & *Grot. adſ.* in יישורנו ad *improbum*; quod verſio *Anglic.* ad *Deum* reduxit, ſenſu vicino, vel eodem. Nec aliud XI. intentum putem a Doct. *Belg.* item *adſ.* illud ad *Deum* referentibus; quaſi nunc tandem ita ſuperiora adſtringantur. *Quis inopes* Deique reverentes *poterit turbare, ac divexare, Deo eos a vexationibus vindicante, & tranquillante*? Contra, *Quis, ſi faciem abſconderit ab aliquo, ob improbitatem, iterum Eum propitium intuebitur*? &c. Idem planiſſume exhibitum a Cl. *Guſſ.* ſub *Rad.* חבל: ubi in יסתר invenit *velum iræ & odii Divini* &c. Præbet commodum nexum cum *præc.* & *ſubſeq. Vſ.* nec tamen ſat rotunde exit; quod prius colon ad *oppreſſos*, poſterius ad *oppreſſores* relatum, diſtrahat quodammodo vim hujus concluſionis, quæ ad *Homines, populoſque, potentia auctos*, tota pertinere videtur. Unum tenorem ſervans *Bolduc.* XII. omnia refert ad *potentes, quos ſi vel ſceleratos Deus velit pace & tranquillitate donare*, velut innocentes, *nemo poſſit conturbare, aut condemnare: ut contra ſi vultum iiſdem obnubi voluerit*, ut tanquam ſupplicio infami pereant; *nemo operimentum illud ignominiæ publicæ iis demere queat* &c. Poſtremum ex *Cap.* 40: 8. ſpeciem quandam capit: prius plane a mente *Elihui* abhorret: qui mihi XIII. ad impetum diſputationis ſuæ, primo *generatim* concludere videtur, *Ubi Deus, cordium renumque ſcrutator, cuique citra proſopolepſiam rependens, quod meretur*, Vſ. 11. ſupra, *aliquem tranquillat, & inſontem agnoſcit* veluti, *neminem* tunc poſſe *vel conturbare*, vel *condemnare* talem, *quem Deus ipſe abſolvit*: itemque contra, *ſi Deus aliquem damnet, & ut Nocentem privet lumine vultus ſui, neminem tunc Juſtitiam, innocentiamque, ſibi jure vindicaturum, eamque evicturum; etiamſi pertinaciſſime pro ea pugnet, atque injuriam ſibi fieri contendat.* Hoc ex æquo verum ait, tam in *gente*, quam Deus vel *ornet*, vel *perdat*: quam in *homine* quolibet, cui item vel *gratiæ*, vel *iræ*, indicia obtingant. Habes, ſecundo, *ſpeciatim*, quid *Jobo* ante oculos propoſitum fuiſſe cenſeamus; ut enim in *Juſtitia* ſua defendenda *modum exceſſerat*, & ab Auditoribus ſuis *gravius adhuc*, quam fecit, *eum exceſſiſſe* cenſebatur; ita *Elihu* convictionem hancce valde prudenter claudit iis ſententiis, quæ Noſtrum admoneant, *ipſum in ſua cauſa temere Judicem agere*; *quum ſolius Dei ſit, juſtum, vel injuſtum, aliquem pronunciare. Si ergo Deus ipſum abſolveret, fruſtra fore omnes hominum condemnationes. At ſi Deus faciem ſuam ab ipſo abſcondere pergeret*, atque ita eum condemnaret, *fruſtra fore omnes illas contentiones pro Juſtitia obtinenda.* Verba ſic enucleo. 1. *Et ipſe* ישקיט *intranſitive*, ſi velis, *Quieſcet, non iraſcetur*, ut *Eſech.* 16: 42. Malim ego, *Tranquillabit, ſedabit, pacem conſcientiæ, & ſenſum gratiæ ſuæ, dabit*, ut *Pſ.* 94: 12. Opportune ſuccurrit *Eſaj.* 57 20. הרשעים *Improbi ſunt ut mare conturbatum, quod* השקט *quieſcere*, vel *ſemet ſedare, non poteſt* &c. 2. *Et quis* ירשיע *conturbabit*, haud ſperno, nec abeſſe poſſe cenſeo, ob venuſtiſſimum illum luſum, quem collatio *Eſaj.* 57: 20. ſuggerit: maxime tamen intendi putem *condemnationem*, qua quis vel *in totum*, vel *ex parte*, reus peragitur, atque ut *improbus pœnæ traditur.* Iſta *condemnatio* trahit *conturbationem mentis confuſæ, & limum cœnumque volventis* &c. in qualem non incidiſſet *Jobus*, ex mente *Elihui*; ſi

30 ממלך אדם חנף ממקשי עם׃

31 כי

30 Ne regnet Homo hypocrita; ut non ſint laquei populi.

31 Nam

ſi Deus quoque ipſum *innocentem plane* haberet, atque *pacata*, & *liquida*, *conſcientia* ipſum *gaudere*, ſineret. 3. ויסתר פנים *Et occultabit faciem*, non *damnati*, ut *Bold.* vult, ſed *ſuam ipſius* Deus: ſubtrahendo radios gratiæ, & favoris, atque *iram* ſuam commonſtrando. Alibi cum *adſ.* id effertur, פניו; *abſolute* exſtat etiam *Eſaj.* 59: 2. חטאותיכם הסתירו פנים מכם *peccata veſtra faciunt abſcondere faciem a vobis.* Idem hic adſpectus. Reflexum ad *Cap.* 13: 24. ubi hac formula uſus Noſter. 4. *Et quis* ישורנו *intuebitur illum*? non *hominem* iterum, ſed *Deum*, ejuſque *vultum ſerenum*, *propitiumque*, qui ſolus *conſcientiam ſerenare*, & *tranquillare*, valet.

Verſ. 30. Omnis difficultas in nexu; ad quem verba in ſe plana varie flectuntur. *Vulg.* I. *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.* LXX. & *Chald.* affimiliter. Legiſſe videntur ממליך. Subſcribunt *de Pined.* & *Sanct.* contenti ſcil. ſpecie veri, quæ ſententiæ in ſe veriſſimæ, ſed pugnanti cum ſcopo *Elihui*, ſubeſt. At *Vavaſſ.* II. *Hebræa cum habeant*, *&* quod regnet Hypocrita, *&* propter peccata populi, *videtur notari cauſa duplex*, *quamobrem Deus pœnas imponat*, Regis improbitas, *&* contumacia populorum: *ut hæc duo reſpondeant duobus proximis.* Idem voluit *Codurc.* III. reddens, *Eo quod regnat Hypocrita*, & *quod ſcandala populi* ſunt. Præivit R. *Levi.* Contrario ſenſu *Merc.* IV. *Ne regnet Hypocrita*, *neve* ſint *laquei* vel *offendicula populi*, quibus populus *irretiatur*, & *ſub tyrannide conſtrictus* teneatur. Sic connectit: *Quid dico ſuper gentem*, aut *hominem*, *potentiam ſuam exerere Deum*? *Etiam Regibus*, *qui omnibus ſupereminent*, *manum injicit*, *ne ultra ſceptrum*, *& tyrannidem*, *teneant. In eo ſimul Dei Juſtitia*, *& potentia*, *cernitur*, *quod eſt inſtitutum Elihu.* Ad ſuam mentem V. *Calvin. Eo quod regnet Hypocrita*: *quodque ſint ſcandala*, vel *retia*, *in populo.* Addit, *hanc eſſe maximam tentationem*, *qua perturbemur*, *ſi nil niſi mera tyrannis ubique obtineat*, *& ſcelerati*, *ſive Reges*, *ſive privati*, *retia tendant* &c. &c. Reliqua ex *num.* V. ad *Vſ. præced.* repetas. Cl. *Cocc.* VI. hinc elicit *Cauſam Procatarcticam clamoris pauperum auditi.* Verſionem ita concinnat, *Interea dum regnat Homo hypocrita*; *inter laqueos populi.* Refert ad *ſeductionem corruptionemve populi*: vel & *vim iis intentatam*, *qui Deo ſervire* volunt. *Jun.* & *Trem.* cum *Merc.* nunc ſciſcunt. Cl. *Schmid.* VII. id tantum a *Merc.* differt, quod מלך *Regnare* non ad ſolos *Reges* referat, ſed ad omnes *potentes*, *qui in pauperes impium dominium exerceant*; *eoſque opprimant*, *atque irretiant.* Doct. *Reim.* VIII. ad ſuum flexum illum, *Vſ. præc.* propoſitum, *Quis tunc reſpiceret populos* &c. *Ut ne regnare pergat Hypocrita*; *ut ne ſint qui populum illaqueent.* Sub מוקשי erudito acumine invenit *Demagogos*, & *Factioſos*, qui *Reſpublicas conturbant* & *pervertunt.* Ita fere *Guſſ.* in חבל, nec non *Cler.* Quid *de Pined.* IX. ſecutus ſit *num.* I. vidimus. Hic moneo, eum dubitare, num *Active* ſumi debeant *peccata*, ſive *offendicula*, an *paſſive.* Non immoramur. Cum *Merc.* fere ſtat *Epiſc. Eli.* X. niſi quod מוקשי revocet ad *illaqueationem populi in crimina*, & *peccata*, per exemplum illius Hypocritæ. Ad *oppreſſionem* XI. *paſſive* cum *Merc. Doct. Belgæ* etiam *Negative* utroque *Mem* ſumto. *Bold.* XII. *active*, Quis faciet *ut Homo impius Regno expellatur*? *ut populus* peſſimus *& ſcandalis plenus ſubvertatur*? Vicinum hocce *Crinſozii*: *ſive finem imponat Regno impio*; *ſive perniciosas machinationes alicujus populi diſturbet.* Conſonat cum *num.* II. fere. Noſtra connexio XIII. ſic habet: Deum talia *pœnarum exempla* edere, qualia *Vſ.* 24. 25. 26. 28. 29. deſcripta, *Ne regnet Homo Hypocrita*, ſimulator religionis, atque *ſemper alta cervice gradiatur*, occulta patrans crimina, hominesque non tantum, ſed & Deum ipſum, deludere quærens ſub larva pietatis, & religionis. *Homo-*

31 Nam ad Deum ſane dixit, Accepi, *quod* non pigneratus eram.

32 Præ-

31 כי אל־אל האמר נשאתי לא אחבל׃

32 בלעדי

mo ſimulator videtur *collective* accipiendus, pro *genere* illo *quod ſub perſona vivit*. Hi *regnare* eleganter dicuntur, quum *ſecure & laute ſe paſcunt*, a *pœnis immunes*, atque *intacti*; unde *ſuperbia*, & *inſolentia*, ſponte ſubnaſcuntur, cum *contemtione*, vel *oppreſſione piorum*. Hoc ad tempus permittere poteſt Divina Providentia; ſed tandem *ſupplicii tarditatem gravitate compenſare* ſolet; *ne ſint Laquei populi* i. e. *ſcandala*, & *offendicula publica*, ad quæ omnium ſimul *fides concutiatur*, atque *labaſcat*; quaſi Deus *Religionem*, *Veritatem*, *Virtutem*, parum, aut nihil, curaret: reſque humanas ſuſque deque volvi ſineret. Hunc *Laqueum*, cum *periculo* inde *pedibus* ſuis *objecto*, exequitur *Pſaltes Pſ.* 73. Alibi crebro tangitur. *Jobus* ipſe hinc ſibi *Scandalum* datum indicat *Cap.* 21: 6. 7. atque ex hoc fonte acerbiſſimas querelas hauſit; ad ſortem ſuam complorandum. Quum ergo bonis ipſis hinc tam periculoſa tentatio exiſtat, quid non ruinæ, exitiique, reliquis immineret; ſi Deus *Hypocritas ſemper impunitos volitare*, ac *regnare*, permitteret? *Jobus* perpetuam ipſis immunitatem *a pœna*, hac in vita, tribui tendens, haud dubie nimis contentioſe diſputarat: quum omne ſeculum, omni in gente, quam plurima tulerit Exempla Oculi in Cœlis Vigilantis, ad Larvam Hypocritis detrahendam. Hoc pro Scopo *Elihui* ſufficiebat; qui ita ad Amicorum ſententiam accedit, ut ſatis longe tamen inde diſcedat, atque *medium* illud ſervet, quod in noviſſimo hocce congreſſu requirebatur.

Verſ. 31. Inſuperabilis ferme ſcopulus, ad quem magni ſententiarum fluctus coorientur. *Vulg.* I. mire: *Quia ergo ego locutus ſum ad Deum, te quoque non prohibebo.* Magnam gratiam a ſuis meruit *de Pined.* contra *Hebraizantes* contendens, *Interpretem non tam verba, quam germanum ſenſum ſapienter captare:* q. d. *Nihil mirum ſi cum ad Deum, de Deo, loquutus fuerim, aliquando erraverim: ideoque te non prohibebo, quin me errati admoneas.* Nempe *Vſ.* ſeq. *ſi erravi, tu doce me*, huic ita ſubnexuit *Vulg.* ut a *Jobo* corrigi petat *Elihu*, ſi quid ſecus quam par dixerit. Ad hocce *germanum* extundendum, ait אמר *locutus eſt*, pro *locutus ſum*, poſitum; idque non inſolens in ſacris: נשאתי autem *prætermiſſum:* vel cum *loquutione* ita conjunctum, *quia ad Deum ſermonem levavi*, *non* אחבל *prohibebo*, proprie, *colligabo*, aut *conſtringam* te: a *ſtrictiſſima vinctione*, quæ Radici illi ineſt. *Sanct.* concoxit. *Vavaſſ.* agnoſcit *inexplicabilem nodum:* at *Bold.* maluit ſupponere alio Codice uſum *Vulgat.* quam *verba tam violenter detorſiſſe.* In loco conclamato ſimile quid dederat *Symm.* II. ὅτι πρὸς θεὸν ῥῆσιν ἀνέλαβον, οὐχ ἔξω ἀκωλύτως. Quo jure *de Pined. Non recuſo interpellari*, ex poſtremis eliciat, neſcio. Ex LXX. liquet, non aliter olim lectum, ac nunc, quippe qui totidem nobis verba, ſonos ſine ſenſu, annumerent: Ὅτι πρὸς τὸν ἰσχυρὸν ὁ λέγων, εἴληφα, οὐκ ἐνεχυράσω. *Nam ad fortem qui dicit, accepi, non pignerabor.* Explicationes arceſſitas ex *Caten.* hauriet, qui volet. Obſcuriſſime item *Chald.* III. *Quia Deo fierine poteſt ut dicatur*, סוברית לא אחבל *ſuſtinui, non corrumpam*; vel, *pertuli, non deſtruam.* Eſt æque ambiguum, ac textus *Hebræus.* Ex R. *Salom.* IV. *Merc. Nam ad Deum dici par erat, pertuli*, ſive, *perfero, judicia tua, & adflictiones*; *non corrumpam* ultra vias, ac mores meos. Exiſtimat nunc tandem *ſuggeri Jobo, & præſcribi, formulam Confeſſionis*, quæ & *Vſ. ſeq.* continuetur. האמר *dici*, ex *infin. Niph.* cum *Tſeri* pro *Patach* ob *Reſch.* Itemque cum *Segol* pro *Tſeri* ſub ה ob ſequens *Aleph Kametzatum*; ut *fieri ſolet:* inquit Vir Doct. Atqui *non ſolet.* Acceſſere tamen *Deod. Druſ. Grot. Codurc.* &c. At *Belg.* noſtri cum *Piſc.* maluere *He Interrog.* & *præt. kal* manente eodem ſenſu: *profecto ad Deum num dixit* Jobus? *ſuſtinui* pœnas, *non corrumpam* amplius &c. Toto cœlo hinc diverſum, quod *Calvin.* V. amplexus, *Sane Dei eſt dicere, peperci, non deſtruam.* In *Conc.*

CXXXIV.

CXXXIV. hoc multis exequitur; nec ſenſu, nec connexu, commodo: q. d. *Habenas rerum noſtrarum ita eſſe in manu Dei, ut ſi ipſi viſum ſit nos propter peccata punire, non poſſimus cauſam dicere, cur non reos noſmet peragamus: ſin autem toleret, quin omnino parcere velit, neminem ei poſſe obſiſtere.* Duriora adhuc ad *Vſ. ſeq.* habebimus, ubi ipſum *Deum* loqui cenſet *Ironice.* Conſimili ratione Doct. *Tigur. Ad Deum enim pertinet dicere, condonavi noxam, & non vaſtabo.* At *Vſ.* ſeq. diſſimiles, *Jobum ab Elihuo ad reſpondendum provocari* ſtatuentes. A R. *Levi* eſt, qui voces noſtras exponit סלחתי לא אשחית *Condonavi, non diſperdam:* unde *Vatabl.* non molliter, *Sane ad Deum qui dicit, Remitto, non deſtruo*; dicere debueras, *præter* peccata *quæ video & agnoſco, doce me alia quæ non video.* Elegit Erud. *Crinſoz.* Multo intricatius hoc ipſum captarunt *Jun.* & *Trem.* An *enim apud Deum qui dicit, condonavi, non ſum deſtructurus. Præterquam quod video, tu doce me* &c. *An ergo* hæc oratio profecta eſt *a te*? in periodum hancce illigato & *Vſ.* 33. Cl. *Cocc.* VI. proſequitur, quod inchoarat, de *clamore pauperum audito*, cujus *qualitas* hæc conſignetur, *ut remittant debitoribus ſuis, benedicant perſequentibus, neque clament pro eorum pœna, ſed converſione; & ut Spiritus roboris ſuppeditetur ipſis, ad ferendum id quod Deo viſum.* Formulam nempe *Apochæ* hic inſertam cenſet, *Satis accepi, non petam pignus, ex bonis debitoris mei, quo mihi ſatisfiat: ſed eum quoad me liberum pronuncio.* Laudat *Ab. Eſram* ut ὁμόψηφον; qui tamen aliud voluit. Rectius ſe habet quod ex *Bereſch. Rabb.* citatur, *Condonavi,* אני ממשכנם *non pignerabor eos.* Prius colon hiſce ita aptat, *Nam ad Deum* dixit, *qui dixit*, ut אל אל Elliptice poſitum ſit: & האמר ſit אשר אמר. Si *Vſ.* 28. reddatur, *ut adducat ad ſe* clamorem pauperum, *evidentem explicationem* hinc oriri cenſet; ut ſit, *Deus ad ſe facit pervenire illum clamorem*, &c. *Quia qui dicit* accepi, non pignerabo, *Deo dicit: eique partes judicandi in ſolidum transſcribit.* In *Lex.* ſub חבל & נשא idem inculcatur. Eſt longiuſcule circumductum; nec tamen tale, quod in totum explodere auderem cum Cl. *Schmid.* nam Formula *Accepi, non pignerabo*, habet, quod ſe commendet, ſi commodiore nexu in hanc ſeriem intexi queat. Non valde ſpecioſum VII. quod ipſe *Schmid.* adfert, *Num enim ad Deum dixerit* quis? *extuli me, non deſtruar.* Supponit, eſſe *vocem ſuperbam improborum potentium; propter quam ad infimam miſeriam ex alto detrudi mereantur.* Scio نشا eſſe *in altum levari* inſtar *nubium*; at iſti imagini parum reſpondet ת׳ חבל, quod *perdi*, vel *deſtrui*, notare *Neh.* 1: 7. nimis ſecure ſciſcit Vir Doct. quum *corrumpere*, quin & aliud, ibi ab aliis reddatur. Hoc ſervaturus, tandem, mallet, אשר inſerto, *Reportavi id quod non perditurus ſum.* i. e. *Tantum gloriæ, & potentiæ, accepi, ut nunquam eam ſim amiſſurus.* In tali ſententia, etiamſi verba magis faverent, *periodum* de *ſuppliciis potentum* finiri, non eſt veriſimile. Cl. *Reim.* VIII. ad illud *Vatabl.* quod *num.* V. locatum, paulo mollius, *propterea ad Deum quum dicit, Condonare volo,* dicito tu, *non amplius corrumpam. Quod non video tu doce me* &c. Ita לא אחבל ad *formulam precationis* pertineret; ex *num.* IV. ſed non videntur duo verbo נשאתי & אחבל ſejuganda. *De Pined.* IX. ex *Cajet.* producit *Mimeſin orationis Hypocritæ Regnatoris*, qua ſe ad populum commendet, pietatem ementitus, in hunc ferme modum precibus publice conceptis, *Tu ſcis o Deus me multa mala tuliſſe* in populo, *nec puniviſſe, aut perdidiſſe quos potuiſſem. Quod ſi quid non videam, doce me* &c. Eſt ſuaviludium, quod non immerito ab ipſo ridetur. Adfine quid dat Cl. *Cler.* pro כי tentans מי *Quis*? & deinde האומר, ut ſit, *Quis eſt qui dicat Deo? peperci, nec deſtruxi.* Item, citra emendationem, *An eſt qui Deo dicat &c?* h. s. *Neminem eſſe, niſi Simulatorem virtutis, qui auſit dicere apud Deum, ſe proximo ſemper peperciſſe, nec unquam injuriam feciſſe: unde conſequens ſit neminem poſſe jure ſuo res ſecundas a Deo exigere.* In *Vſ.* ſeq. conſentit Doct. *Tigurinis.* Ad veſtigia *Merc.* X. *Epiſc. Elienſ. Igitur optimum eſt homini adflicto, non queri, ſed ſemet ſuſpectum habere, ac Deo dicere: confiteor Juſtam eſſe adflictionem meam: nolo offendere in-*

nocentiam meam defendendo &c. Quid Doct. *Belg.* XI. placuerit, ſupra *num.* IV. viſum. *Bold.* XII. *interrogationi*, qua uſus eſt *Vſ.* 30. *Quis faciet ut homo impius regno expellatur?* nunc attexit, *profecto hoc ſolius Dei eſt*, *qui pro ſua voluntate ſtatuit dicens*, *peperci illis*, *nec deſtruere volo.* Hiat. Laudandus XIII. conatus Cl. *Guſſ.* ſub חבל; ubi *pericopam* noſtram inde a *Vſ.* 23. illuſtrans, *huncce* cum *illo* ita renectit, ut *concluſioni* inſerviat in h. s. *Hæc ajo eum facere cum recte*, *tum invicte*, כי אל *Nam ad Deum* להלך במשפט אל *eundum eſt in judicium:* האמר *qui dicit*, Condonavi, non capiam pignora. *Nempe Deus quum condonat peccata*, *id facit ut Creditor vere clemens*, *ac Liberalis*, *nulla ſumens*, *vel retinens*, *pignora*, *ſed debitorem prorſus abſolvens.* Quid videat in *Vſ. ſeq.* mox reddetur. Apparet, locum ſcopuloſiſſimum eſſe: nam hactenus quidem *cymbula* ita fluctuat, ut curſum proſequi cum aliqua fiducia haud detur. Ex iis quæ ſub manum venerunt, blanditur *ſuſtuli*, *non capiam pignus:* qua *Græci num.* II. *Cocc. num.* VI. & *Guſſ. num.* XIII. diverſimode uſi. *Proverbiale* quid huic dicto ineſſe, legitima ſuſpicio eſt: nec verba ita præciſim poſita, aliud ferre poſſe videntur. Nil abſtruſius interim *proverbiis* ex abrupto poſitis, ut *Sus Minervam*, & alia infinita. Hinc XIV. tentare liceat, cum arctiſſima copula ad *Vſ.* præc. *Nam ad Deum ſane dixit*, ille *homo Hypocrita*, illud genus fictum, *ſuſtuli*, *non accipiam pignus.* Clarius. *Tollo*, *non capiam pignus.* Hoc eſt, *præſentibus gaudeo*; *Pignora parum curans.* Id ita exponas licet, *Jura mihi mea ſtatim volo perſolvi*, *nec pignoribus captis contentus ero:* ut ſit vox hominis *injuſti*, *pauperem*, ſpecie juſtitiæ, *opprimentis*, & *ſpoliantis:* quod ad *Vſ.* 28. rediret. Sublimiore ſenſu exiret, *Nam ad Deum ecce dixit*, Hypocrita, *Jura mihi mea reddi volo a Te*; *nec ſatis habebo pignus accepiſſe.* q. d. *Meritis ſuis elatus*, *inflatuſque*, *cum ipſo Deo contendere audet*, *eique dicam importunam impingere.* Præf. ה per *Ecce*, vel *ſane*, exprimi, nemo improbabit. Sentis aculeum, quo *Jobus* graviter lancinetur. Qui gloriatur, ſe habere ἐνέχυρα τῆς ἀναστάσεως *pignora Reſurrectionis*, & *vitæ æternæ*, ut phraſi aurea *Chryſoſt.* utar, is *injuſtus* eſt, & *ingratus*, ſi cum Deo expoſtulet, quod *præſentis vitæ commodis* privetur, aut *miſeriis temporariis* conflictandum habeat. Ne hic quidem acquieſco. En XV. in quo finem, quando portum non licet, capiemus: *Ergo ad Deum an dicet* aliquis? *Accepi*, *cujus pignus non cepi.* Id eſt, *Luo*, *quod non contraxi.* *Pœnas pendo innocens.* Ita נשאתי *Tuli*, pertineret ad *Crimen*, *pœnas*, *plagas.* לא אחבל *Pignus non cepi*, ad *innocentiam*; quatenus ſtylo ſubliniore *pignerari*, i. e. *pignore accepto* ſibi *devincire*, & *obſtringere*, transferri amat ad *nexus*, quos quis non *alteri* ſolummodo *ad ſolvendum*, ſed & *ſibi ipſi*, *ad recipiendum*, *injungit.* Hoc ſenſu *pignerari pœnam*, valeret, *pignore capto obligari ad pœnam recipiendam*, *veluti portionem debitam.* Quodnam illud *pignus*? *Crimen*, *injuria*, *noxa*, unde *noxius* quis appellari queat in foro Dei; i. e. *devinctus*, & *obſtrictus*, *ad pœnam*, ut *ſorte* ſibi *debitam*, *auferendam*, ac quaſi *poſſidendam*. Proverbiale dictum *Arabum* rem paulo abſtruſiorem explanabit:

كل امرئ بما كسب رهين

Omnis vir in eo quod patrat, *pigneratus eſt.* Dupliciter exponi poteſt, vel *active*, ut ſit, *ſemet pœnæ oppignerat:* vel *paſſive*, ut exiſtat, *capto* velut *pignore ad pœnam ſubeundam*, vel *recipiendam ſuo tempore*, obſtrictus eſt quaſi. Sentis quid hoc adſpectu valere poſſit, *Accepi*, *cujus pignus non cepi.* *Solutum mihi*, *quod non debebatur*: *inflictum*, *quod non merui.* Liquidior, & tutior, foret ſenſus, ſi חבל non tantum *deponenter* notaverit *pignerari*, ſive *pignus capere*, ſed etiam *paſſive*, vel *reciproce*, *obligari*, *ſemet obligare* & *obſtringere dato pignore.* Huc uſus *Arabum* ſub رهين potiſſimum inclinat, uti quum ajunt, *omnem hominem morti eſſe pigneratum.* i. e. *dato velut pignore ſub ejus nexu eſſe:* item, *omnis maleficus pœnæ pigneratus*; pro *certiſſime pœnas* eſt *perſoluturus.* Et Romanos ita locutos, diſcas ex *Livii* pulchro loco, *Lib.* 29. 36. *Conſcientia ſibimet ipſis exilium conſciſcentes*, *quum abſentes damnati eſſent*, *corporibus ſubtractis bona pignoranda pœnæ præbebant.* Apud *Græcos* tranſlatio eadem ſub ἐνεχυρίζειν, & ἐνεχυρίζεσθαι,

quod

32 בלעדי אחזה אתה הרני אם־עול פעלתי לא אסיף׃

33 המעמך

32 Præter quod video, Tu doce me; ſi iniquitatem feci, non addam.

33 Ec-

quod utramque vim ampleƈtitur, & *dandi pignoris*, & *capiendi*; unde eleganter ἐνεχυράζεσθαι *pigneratus eſſe* dicitur qui *obligatus eſt ad pœnas ſolvendas*. Sic explicandum conjicio *Neh.* 1: 7. *peccavimus tibi* &c. חבל חבלנו לך, vulgo, *corrupimus tibi*. Cl. *Guſſ.* cenſet teneri poſſe, *pignora cepimus tibi*, quod in Lege vetitum, & *non obſervavimus mandata tua*. Literalis ille ſenſus languet: *Figura* noſtra locum granditer implet, *omni pignore tibi obſtricti tenemur ad pœnas*. Eadem imago appoſitiſſima ad obſcurius illud *Prov.* 13: 13. *Contemnens verbum* יחבל לו; multi, *perdetur ob illud*: alii, *dolebit*: optime *Vulgat. ipſe ſe in futurum obligat*. Proprie *oppignerabitur ei*, ad *pœnam* videlicet: ut colon ſeq. *præmium præcepti religioſe ſervati* exhibet. Ad hanc rationem Locus noſter ſic foret conſtituendus, *Fero* plagas, pœnaſque, *nec tamen pigneratus eram*. האמר *Num dicet*? imperſonaliter, per *interrog. negantem* ה, ut *Joël.* 1: 2. *Eſech.* 18: 23. &c. Oblique *Jobum* tangit. Direƈte, ſi reddamus, *Jam vero ad Deum ſane*, vel *Ecce*, *dixit* Jobus, *Fero*, *nec oppigneratus eram*. Apoſtrophe ad Coetum, ut *Vſ.* 2. 4. 10. cum *aſſeveratione* ſub ה. Ex *relativo* uſu exiſteret, *Ergo ad Deum qui dixit*, *patior inſons*, dicat potius &c. De his variis modis conneƈtendi cum *Vſ.* ſeq. mox plura. Hæc omnia ita a me prolata, ut liquidius quid, certiuſque, circumſpiciendum autumem.

Verſ. 32. Reddendum eodem filo, quid quiſque eorum, quos *Vſ.* præc. percenſuimus, nunc vel continuari velit, vel inchoari. *Vulg.* I. *Si erravi*, *tu doce me* &c. attribuit *Elihuo*, *Jobum* provocanti ad reſpondendum, ſi quid haberet. *Gregorius*, aliique Veteres, hanc non *modeſtiam*, ſed *arrogantiam* interpretantur Viri, qui lauream cauſæ optime peroratæ, cui nihil contradici poſſet, apud Auditores captaverit. Hoc multis executus *Sanƈt.* Æquiores alii, non *ſimulatorie*, & *ficte*, ſed *ſimpliciter*, hæc diƈta intelligunt: ut *Vavaſſ.* itemque *Tigur.* modeſtiſſime, *ſi quid reliquum eſt*, *quod non perſpexi*, *tu indicato mihi* &c. Cum exigua varietate II. huc tendunt & LXX. ut & III. *Chald.* At *Merc.* IV. ſtatuit eſſe *formulam precationis*, quæ *Jobo* a Monitore præſcribatur in h. ſ. *Abſque* eo quod *cerno*, *doce me* &c. *Si quid eſt quod non animadverterim ex deliƈtis meis*, &c. ut duo membra *pœnitentiæ* ſignentur: *crimina agnoſcere*; iiſque *nuncium remittere*. Conſentiunt *Deodat. Druſ. Grot. Codurc.* Etiam *Vatabl. Jun. Crinſoz.* &c. hic locum ſortiuntur: item alii deinceps laudandi. *Calvin.* V. *amarulentam* concipit *Ironiam*, qua *Deus* ipſe inducatur *Jobo ſe offerens* quaſi ad *correƈtionem*, & *ſatisfaƈtionem*: *ut ſi quid peccarit*, eum caſtigando, *edoceatur*: & *ſi iniquius egerit*, *ſe in poſterum melius aƈturum* promittens. Nollem pro *naturali expoſitione* commendatum, quod longiſſime a vero abhorret. *Cocc.* VI. ad *num.* I. jam accedit, incipiens hic *judicium probationis*, quod in *Jobum* exerceri velit *Elihu*; qui ita nunc eum compellet, *Niſi video*, *tu mihi monſtra*: *ſi molitus ſum nefas*, *non addam*. Idem dederat *Luth.* Exiguo diſcrimine *Schmid.* VII. *præter quod video*, *tu doce me*: *ſi perverſitatem feci*, *non addam*. Exiſtimat *Elihuum ex magna de veritate conſcientia ſic loqui*, *certum*, *ſe nihil perverſi locutum eſſe*, *nec Jobum meliora edoƈturum* &c. Conſentiunt VIII. *Doƈt. Reim. Mich. Nold.* itemque IX. *Cler.* cui id privum, quod ad ultimum illud, *ſi inique me geſſi*, *non pergam*, exiſtimet, *Elihuum aliquamdiu tacuiſſe*, *dum expeƈtaret*, *an repoſiturus quid eſſet Jobus*; *quo ſilente demum perrexerit*. Eodem intervallo utetur ad *Vſ.* ſeq. *Epiſc. Elienſ.* X. calculum adjungit *num.* IV. ex *Grot.* exprimens, *ſi quid prætervidero* &c. &c. At *Doƈt. Belg.* XI. iterum, *præter id quod video*, de peccatis meis, *tu doce me* occulta &c. *Belduc.* XII. *Calvini* ſententiam amplexatur, ut ſit *Sarcaſmus* quo Deus ipſe *Jobum* perſtringat, quem efficaciore adhuc ſtilo ſibi acuiſſe videtur. Acumina illa apud Auƈtorem legi malim. Cl. *Guſſ.* XIII. autumat

 eſſe

33 Ecce de Tuo rependit illud; namque ſubulceratus es: quod quidem tu eligis, & non Ego: ecquid noſti? loquere.

34 Vi-

33 המיעמך, ישלמנה כי־מאסת כי־
אתה תבחר ולא־אני ומה־ידעת
דבר ׃

34 אנשי

eſſe *Apoſtrophen Elihui ad Deum:* q. d. *Nihil video,* O Deus! *Tu doce me, quæſo, ſi iniquitatem admiſi, jus perverſe proponendo, non pergam amplius.* Ad hoc filum & *Vſ.* ſequentem evolvere conatur Vir Doct. Mihi iſtæc *Apoſtrophe* XIV. magis ſe commendaret, ſi non ad *rationem diſputandi*, quam tenuerat *Elihu*, reſtringatur, ſed accipiatur ut *formula confeſſionis peccatorum*, quam *Jobo* præeat veluti; nexu cum *Vſ. præc.* ſic ſatis proclivi: q. d. *Jobus quidem ſe nihil admodum deliquiſſe contendit*; atque *ferre* ſe conqueritur, quod *non pigneratus erat*; at mihi hicce ſedet ſenſus, *præter id quod video Tu doce me*, o Deus; *ſi iniquitatem patravi, haud addam.* Præſidia interpretationis noſtræ hæc ſunt. 1. Ambigi vix poteſt, quin אם עול פעלתי *ſi iniquitatem patravi* &c. ſit ſolemnis formula *confitentis culpam*, & *deprecantis.* Ea 2. opponi videtur contumaci illi dicto, *Fero quod pignoratus non eram.* Hinc 3 in præciſa brevitate ſatis tamen anſæ ad ſenſum apprehendendum, quatenus *Jobus* a *contumacia* deterretur, atque ad *ſubmiſſionem* ſub Virga Caſtigatrice vocatur. Ergo ſatis legitima inſertione uterer 4. ſi darem, *Ecce dixit* Jobus; *Accepi, cujus pignus haud cepi*; qui dicere debuiſſet, *præter id quod video Tu doce me*, O Deus! &c. Attamen cum modeſtius, hinc, tum pungentius illinc, ſi directe *Elihuus* hac ejaculatione, & *Apoſtrophe* ad Deum, oſtenderit, quid paratus eſſet omni tempore *confiteri*; nempe *ſe vivere infinitis peccatis obnoxium*, *notis* partim, partim *ignotis*, atque nunquam propterea commiſſurum, ut cum Deo diſceptet &c. ſed ſemper *aram Miſericordiæ* pro unico *Aſylo* habiturum. Hoc adſpectu, connexuque, magis mihi arridere incipit explicatio ad *Vſ.* præc. dubitanter propoſita: & *probabilitatis gradu* auctus, obſcuriſſimis hiſce locis aliquid lucis illatum confido.

Verſ. 33. Perplexæ non minus, quam præruptæ ſententiæ. *Vulgat.* I. *Numquid a te Deus expetit eam, quia diſplicuit tibi? Tu enim cœpiſti loqui, & non ego. Quod ſi quid noſti melius, loquere.* Hæc ipſis Hebraicis perplexiora, *Gregor. Thom. Lyran. Hugo*, *Titelman.* &c. ita explicant: *Nihil eſt, O Jobe, quod meum erratum, ſi quod eſt, moleſte feras; nam illius rationem, aut pœnam, a me repetet Deus, non a te* &c. Subſcribit *Sanct.* ſupponens Jobum *averſis oculis, diſtorto ore, aut alio corporis motu ſignificaſſe, ſibi dicta Elihui diſplicere* &c. Vel ſic nihil ſatis commodum, ac cohærens, ex hiſce exſculpi unquam poterit. *Vavaſſ.* proclivem hinc elicit ſententiam, *Deum ab hominibus iniquitatem non expetere, ſed odiſſe potius, atque ulciſci:* ſed nil dilutius ad præſentem materiam. LXX. non minus intricate II *Numquid a te ἀποτίσει rependet eam, quia Tu ἀπώσω repuliſti* &c. &c. Varie iterum exponitur: ſed immorari haud neceſſe. *Chald.* III. item verba verbis reddidit, & nodos reliquit nodos. *Merc.* IV. ſummam ambiguitatem ſubeſſe monens, ſimpliciſſimum cenſet, *Num ex te*, tuo conſilio, & arbitratu, *rependet illud?* bonum ſcil. vel malum. *De malo tamen proprie accipio.* q. d. *Cum Deus alicui, vel tibi, pœnam* irrogat, *an te in conſilium adhibebit, ut ei modum præſcribas?* &c. *Porro, quia averſatus es tu; quia tu eliges, & non ego, puto eſſe verba Domini per* Mimeſin. q. d. *Quia te æquo gravius affligi quereris, num penes te erit modus, quantitas, duratio adflictionis, an penes me? Reliqua, Et quid noſti? Loquere: verba ſunt Elihu concludentis.* q. d. *Vides quam abſurde facias, Jobe, ita Deo modum præfinire volens homines adfligendi* &c. Hauſtum ex R. *Salom.* quod ad rem; atque a *Munſt.* & *Iſid. Clar.* ſtrictum. Secutus *Druſ.* itemque *Codurc.* qui ſolens gloriolas fiat, quum *a ſe lucem loco obſcuro redditam* ait. Ex *Hebræo* fonte hunc ſenſum *Vavaſſ.* quoque commendavit. *Jun. Grot. Crinſoz.* peculiarem locum deinceps ſortientur. *Calvin.* V. non longe hinc diſtans, *Numquid rem abs te perficiet? quia averſatus es. Numquid vero tu eliges,*

non

non Ego? *Quid ſcis tu*? *dic.* Prius colon *Elihuo*, reliqua attribuit Deo, qui *Jobum* ſerio, poſt *ironiam Vſ. præc.* nunc increpet. Non faciam longum ex *Conc.* CXXXV. quia ad eundem cardinem omnia redeunt. Quid *Vatabl.* ex eadem vertendi ratione extuderit, infra ponetur. Adfine VI. quod *Cocc.* dat, *Numquid a te ſolvet illud*? *quia ſprevisti.* &c. Refert ad *judicium commemoratum*, nempe tum *punitionis improborum Vſ.* 26: 27. tum *favoris erga pios Vſ.* 28--31. quod utrumque *Jobus* dicatur *ſpreviſſe*, quia *ipſi non ſatisfaciebat*, *neque quod in pœna improborum eſt*, *neque quod in favore erga inopes: utrumque minus juſto reputans.* In alia omnia flectit VII. *Schmid.* ſtatuens, *Optionem Jobo deferri*, *per alium reſpondendi*, *qui mentem ipſius exponat*, *ſi forte ipſum tædeat reſpondere per ſe.* Sentui iſti ſic verba accommodat, *Num ex tecum compenſabit* quis *illud*? *quia tu abhorreas. Tu enim eliges*, *non ego. Et quid noviſti loqui*? Omnia *optime cohærere citra torſionem* cenſet *Vir. Doct.* ſibi nimis credulus nonnunquam: nam 1. non facile, ut מעמך ſit *ex eo quod tu de verbis meis ſentis.* Difficilius 2. ישלמנה *aliquis compenſabit mihi tuum opus*, *id quod a te petii* Vſ. 32. Durius 3. כי מאסת *Quod tu* inde *abhorreas.* Denique 4. nervo caret, *Tu enim eliges reſpondere*, vel *per te*, vel *per alium.* Elegantius, & erectius aliquid, in hunc ſenſum protulerant Doct. *Tigur. An a te ortam diſputationem alius abſolvet*, *quia tu rejeciſti*? *Tua enim eſt optio* hic, *non mea: proin*, *ſi quid noſti*, *eloquere.* Haud expeditum valde, quod Doct. *Reim.* tentat VIII. *An extra te hoc aliquis perficeret*? ut nempe peccaſſe te confitearis; *quia tu recuſas.* Minime vero, *Tu ipſe hoc eligere debebis*; *non Ego*, *Tibi ipſi pro te hoc officium obeundum.* Addit, ſi שלם ſumatur pro *ſolvere*, *rependere*, *poſſe* referri ad אחבל, ut ſit ישלם אשר חבל *ſolvet quod corrupit*: q. d. *tibimet ſatis Deo faciendum.* Criticam aciem deſtringens Cl. *Cler.* IX. ait ſe *perſpicuitatis cauſa ordinem verborum nonnihil mutare: deinde perpauca ſupplere*, ad h. m. הכי מאסת איש מעמך כי אתה תבחר אותו ישלמנה ולא אני *An*, *quia renuis*, *Vir ex iis qui tecum*, *quando tu eum elegeris*, *rem confectam dabit*, *non ego*? Habes illud Cl. *Schmidii*, cum *frigore* jam *glaciem* ferens, in *concluſione* ubi omnia *ardere* debent. Cl. *Schmid.* inciſam orationem ſervans, aliquid ſaltem decoris tenuit: at verba ſic digeſta, plane indigeſta, ac ſubnervata: quamvis ſibi nervum addidiſſe videatur, quum ſub finem nonnihil immutatum ivit. *Epiſc. Elienſ.* X. liberiore Paraphraſi: *An tu hoc modo orationem ad Deum direxiſti*? *Reſponde. Etenim Deus repenſabit illud*, *ſi tu tam bonum conſilium reſpueris: quod quidem tu forte facturus*, *non autem ego. Loquere itaque*, *quid opinionis habeas.* Duces ad ſententiam, non ſane e limpido manantem, *Jun.* & *Trem.* ita reddere auſi: *An ergo* hæc oratio profecta *a te*? *rependet illud ſi ſpreveris*; *ſi tu eligas*, *profecto non ego: jam quod ſentis eloquere.* Eam tamen & III. *Grot.* pro *facillima* commendat, paulo aliter concinnatam: *An vero abs te*? ſcil. profecta talis oratio, qualem dixi. *Vicem tibi reddet quod Eum abjeciſti. Tu hanc feciſti optionem non ego.* Cum *num.* IV. faciunt Doct. *Belg.* & *Piſc.* XI. id modo privum habentes, quod מאסת exprimant, *ſpreviſti illum*, Deum, nempe: quod tamen de *diſpenſandis bonis*, & *malis*, ad rationem *Mercerianam*, explanatur. *Bolduc.* XII. jam plane ruit, ita *Ironiam*, non bellam ſane, qua *Deum* loquentem induxerat *Vſ.* 32. perſequens, *Numquid* Deus *a tempore quo eſſe cœpiſti*, *illam* iniquitatem *finivit*, *eo quod* illam *abhorrebas*? *Certe tu* ipſe es qui eam *eligis*, *& non Ego. Quid igitur*, *quod me doceas*, *noſti*? *Dic age.* Omnia hæc verba *Dei* facit iterum, indecentiſſime profecto, ne quid gravius addam: q. d. Ille O. M. *Sarcaſtice*, *credo equidem me tum demum ab iniquitate deſiſtere cœpiſſe*, *quum tu natus fuiſti*, *quod viderem te eam abhorrere.* &c. &c. Piget talia fidenter inculcata videre, quæ ne per ſomnium quidem alicui in mentem venire deberent. Parum liquide exit XIII. quod Cl. *Guſſ.* alia *Ironia* hinc offert, ſub חבל, quaſi *Elihu* ita pergeret, *An Deus hanc rem*, *quam peto*, *nempe inſtitutionem mentis meæ*, *perficiet per tuam opem*, *ac virtutem*, *quod tu faſtidiveris* mea dicta, *quod tu elegeris*, *quid dici oporteat* &c. &c? Conturbate XIV. *de Pined. Deus nihil a te reſponſi exigit*; *ſed ego a te cupio admoneri*, *& refelli: ergo mihi meorum verborum vices redde*, *dummodo a Deo criminando abſtineas.* Sic verba, in equuleum miſſa, ſonare cogun-

34 Viri cordati dicent mihi; & vir ſapiens, auſcultans mihi.

35 Jobus non cum ſcientia loquitur; & verba ejus ſine maturitate intelligentiæ.

36 Ad-

34 אנשי לבב יאמרו לי וגבר חכם שמע לי

35 איוב לא־בדעת ידבר ודבריו לא בהשכיל׃

36 אבי

guntur, quod non ſentiunt. Non ſine fidiculis quoque *Vatabl.* XV. *An a te provenire debet, quod perficiat illam* adflictionem? *Nam abominatus es* vitam tuam, *quia elegiſti* mori; *at non ego* ſum tuæ opinionis. *Sed quid noſti loqui*? Prius colon ſic explicatur: *Eriſne in cauſa, ut adflictionem quam in te cœpit Dominus, perficiat tua culpa, dum blaſphemiis cumulas peccata tua*? Subtiliuſcule *Crinſoz.* XVI. *An Deus tibi imputabit eam, ſi tu rejicias* eam? iniquitatem ſcil. *Nam tu is es, qui eligis* has partes, *non autem ego: ſed ſi cognoſcis in te* aliquod peccatum, *eloquere, confitere.* Obſtat adf. ה *fœm.* non reſpondens עול *iniquitati*, utpote *maſc.* Alia mitto. Laudo tamen jactum, bona manu ita deſtinatum, ut a Scopo non multum deerret. Nempe omnino jam tandem cogi, efficique, debet, quod *Vſ.* 11. ſuſceptum: *Deum ſua cuique facta rependere*, & *neminem aliquid pœnæ aut mali, per iram Ejus, ſubire, niſi commerueris.* Huc collineans XVII. ita jaculor. *Ecce quod a Te factum, id ipſum rependit; quando quidem exulcerato es animo: quod quidem Tu eligis, non ſane Ego* &c. מעמך 1. pro אשר מעמך venuſte pro *id quod de tecum*, a te, a tua parte, *ortum, tuum crimen, facinuſque.* Dixere nempe עמו *cum eo culpa*, pro *penes eum*; & מעמו *de cum eo culpa extitit.* Eleganter 2. *adſ.* in ישלמנה reſpondet מעמך לך, ut *neutrum* accepto: cui *fœminina Hebræorum* fere dicata. In מאסת 3. alluſum ſuſpicor ad *Cap.* 10: 3. ubi vertimus, *ſubulcerato adfectu ſpernis opus manuum tuarum.* Imo vero, inquit, *Tu ſubulcerato adfectu* obmurmuras Deo, &c. Dari etiam poſſet ſimplicius, *Quia ſpernis* facere, quod ego feci, *peccata nota & ignota confiteri.* Ad utrumque ſe præbet, 4. *Namque tu eligis* hoc, *& non ego. Tibi placet via contumaciæ: mihi ſubmiſſionis, qua virgam vel præveniam, vel avertam.* Poſtrema, 5. *Et quid noſti? loquere*: vel *& quid noſti loqui*? eandem fundunt ſententiam, qua *Jobus* ita provocatur ad reſpondendum, ut ſimul inſinuetur, Eum *convictum* ſaltem teneri *contumaciæ*, quæ vel ſola has *plagas* concitare valuerit. Non dico omnem mihi dubitationem diremtam, quoad ſingula cola; non tamen longe a *Scopo* abeſſe poſſumus: quem felicior manus recta feriet.

Verſ. 34. Confirmat explanationem modo datam hæcce *provocatio*, qua omnium *Sapientum* judicio cauſam ſuam permittit; atque *Jobum* convictum, conſtrictumque, teneri, ſumit. Latini Interpretes, ad *Vulgatam, Viri intelligentes loquantur mihi, & Vir Sapiens audiat me. Job autem ſtulte locutus eſt, & verba illius non ſonant diſciplinam*, in *Elihuum* invehuntur, ut *vaniſſimum* & *arrogantiſſimum declamatorem*; quem *faſtus, turpiſque adulatio*, impulerit, ut *turbæ imperitæ, Cordatorum* & *Sapientum* titulum daret, ad *gratiam captandam.* Ita *de Pined.* Duriora adhuc illa *Sanctii. Quum laceſſitus Jobus taceret, videtur exiſtimaſſe Elihu, ex ſtupore ortum ſilentium illud. Quare de Jobo, quaſi de amente, & ſtolido, nihil curat* &c. *advocatque intelligentes, qui ſublimia & grandia loquenti eruditas aures advertant* &c. Noſtro judicio animoſa quidem illa, ſed ſatis mollis, ac modeſta, *confidentia Elihui*; qua tandem cumque ſtructura utare. Nempe יאמרו לי aliis eſt *dicent mecum*, vel *pro me*; aliis *dicent mihi, conſentientes.* Item שמע לי aliis *qui audit me*; aliis, *audiet me.* Hæc minutiora, & cujusque arbitrio permittenda.

Verſ. 35. Non ſuperbum, nimiumque, quod omnium *Sapientum* calculo confirmandum fore dicat, *Jobum non cum ſcientia locutum*,

36 אבי יבחן איוב עד־נצח על־
תשבת באנשי־און׃

37 כי

36 Adduco, quo exploretur Jobus ad purum putum; ſuper reſponſionibus inſtar hominum vaniſſimorum.

37 Nam

tum, illa nempe quæ taxaverat, Cenſor, & *verba ejus non fuiſſe in matura prudentia.* Ne nunc quidem Virum Sanctiſſimum abſolvimus, ſed multa *imprudentius*, *irreverentiuſque*, dicta, magnitudine dolorum excuſamus. Majori ergo jure *inſcientiam*, & *imprudentiam*, Noſtro objicere potuit *Elihu*, ex fontibus ſupra indicatis: in eoque a *modeſto Charactere* ſuo non deſcivit.

Verſ. 36. Necdum omnes fluctus compoſiti: in utroque enim membro magnus diſſenſus. *Vulgat.* I. *Pater mi*, *probetur Job uſque ad finem: ne deſinas ab homine iniquitatis.* Duræ ſententiæ in Caput *Elihui* hinc cuſæ a Latinis. Compendium earum dabit *Sanct.* *Quem manu nequit*, *Lingua vulnerat: & addit inſuper diram imprecationem*; *cui tamen ſpeciem religionis*, *& pietatis*, *obtendit: precatus Deum*, *velit maledicam & petulantem hominis Linguam compeſcere*, *eumque tam diu flagellis ſuis torquere*, *donec diſcat Divinam Juſtitiam & Majeſtatem revereri.* In his *ſe non diſcedere* ait *ab eo quod omnes communiter tenent:* nempe in אבי *pater mi*, compellari *Deum*, vel ex *dialecto Idumæa*, vel ut Zelo *paterni* illius & *Sacroſancti Nominis*, quod *Jobus* violabat, *defendendi*, ſe animari inſinuaret, ut *de Pined.* argutatur. In עד נצח *in ſeculum*, *ad finem uſque*, mitiſſimi, qui innui volunt *cruciatus*, & *tormenta continuanda*, *donec victas manus præbeat*, ſeque *peccaſſe* fateatur, *Jobus:* alii enim *Mortem*, alii *ſempiternam quoque perniciem*, obtrudere auſi. His omnibus ne minima quidem ſpecies adeſt. Violentum præſertim ultimum illud, *ne deſinas ab Homine iniquitatis*; quam phraſin *de Pined.* confert cum *Homine peccati*, & *Filio perditionis.* Agnoſcit tamen in *Hebræo* eſſe, *ſuper reſponſionibus*, *in hominibus iniquitatis.* At quum תשובה *reſponſio* proprie ſignificet *converſionem*, ex *converſione* recte elicitum cenſet *jactationem alicujus per ærumnas*, q. d. *Exerce illum*, *verte*, *verſa*, *jacta* &c. *ut meretur homo inſignis improbitatis.* Hæc nemo *Hebraice* peritus laudabit. Poſtrema LXX. rectius ἀνταπόκρισιν ὥσπερ οἱ ἄφρονες; reliqua nonnihil conturbata. *Chald.* II. צבינא *cupiens ego ut exploretur Jobus* עד עלמין *uſque in ſecula*; *propter* תיובתא *reſponſionem inter homines impios.* Nempe אבי ei valet תאותי *Deſiderium meum*, ab אבה *voluit.* Id *Mercero* III. accommodatius videtur, quam *pater mi.* Utrumque tamen proponit, quaſi *Elihu* vellet *Jobum tam diu adflictionibus exerceri*, *donec ſaperet*, *& æquitatem juſtitiamque Dei agnoſceret.* Hinc ſtant plurimi, circa *Pater mi*, vel *Deſiderium meum*, diviſi tamen, *Vatabl. Deod. Genev. Luth. Calvin. Angl. Belg. Jun. Piſc. Druſ. Grot. Codurc. Patric. Crinſoz. Guſſ.* Diſcrepant etiam nonnihil ad poſterius, quod examinis juſtioris locum depoſcit. Inclementius votum ita emollire conatur Doct. *Merc. Alienum videtur*, *ut qui alias in* Jobum *clementior*, *hic optet eum* diu *adfligi. Sed ſciamus hoc optari in bonum Jobi. Bonum electis Domini ut cruce exerceantur* &c. *Crux ſancta eſt*, *& ſalubris.* &c. Haud quadrat. Non agitur de *Cruce*, & *palæſtra virtutis*, & *patientiæ*, ad *Coronam:* ſed de *plagis*, & *pœnis*, ob *culpam graviorem* impoſitis *Jobo*, ex *Hypotheſi Elihui:* quas עד נצח *in æternum prorogari* eum cupiiſſe, abſonum plane, & abhorrens. Hoc ſcrupulo motus Cl. *Schmid.* IV. offert אבי *pater meus* improprie, pro *me prudentiores*, *qui ratione ætatis & peritiæ Patres mei eſſe poſſent.* Supplet autem, *pater meus* dicet, *probabitur Job in perpetuum ſuper reſponſionibus* &c. q. d. *Seniores me dicent*, *probabitur*, examinabitur, & caſtigabitur *Jobus*, *uſque in ſeculum*, *ita ut nunquam approbentur ejus reſponſiones*, ſed ſemper caſtigentur, *donec meliorem mentem ſumat.* Addit, hanc *excitationem* ad ipſum *Elihuum* poſſe redire.

h. ſ. *Pater meus* dicet, *caſtigetur*, O Elihu! *Jobus a te conſtanter*, *ut cepiſti* &c. Non lenis inſertio. Durior explicatio; quam non ſatis remollit, quod Cl. *Reim.* commodiore licet flexu, dedit, *Judex meus*, ad quem in hac cauſa diſceptanda reſpicio, *dicet*, *neceſſe eſt Jobum ulterius explorari* &c. Conjectura *Sanctii* V. fert *Eliphazum* hoc titulo compellari ab *Elihuo*; quem *hortetur*, ut *hominem blaſphemum acrius retundat*, quam ante. *Bold.* figmentum VI. compellari *Archimandritam*, & *Præſidem* hujus *cœtus*, ex *Doctoribus Orthodoxis Enoſchæis* compoſiti, ut *Jobus ad finem uſque examinetur* accuratius *ſuper relationem*, *quam verba ejus habeant cum doctrina Enoſchæorum Hæreticorum.* Saniora VII. Doct. *Tigur.* *Hæc autem in medio adſero*, *ut res Jobi diſcutiantur exactiſſime*, *quo paratæ ſint reſponſiones contra pravos homines.* Accepere 1. אבי pro אביא *adduco*: per *Aphæreſ.* elementi alibi quoque omiſſi in talibus formis. Quin in hoc ipſo verbo *Mich.* 1: 15. 1 *Reg.* 21: 21. 29. *Jer.* 19: 15. & 39: 16. Non infirmo ergo ſtat talo. 2. עד נצח *exactiſſime*, valde ad Rem ſimul, & Linguam. De eo mox plura. *Quo paratæ ſint reſponſiones* &c. 3. non inelegans: ſed minus firmum: ut ſtatim diſcutietur. Vicinum VIII. quod *Codurc.* laudat, *Adducam* plura, *donec ſe victum fateatur Jobus.* Hi reſpiciunt ad נצח per νῖκος *Victoriam* reddi ſolitum a LXX. Eam vim expreſſerant *Jun.* & *Trem.* quoque: eademque obverſata *Crinſozio.* Origo adfert *meram* & *ſinceram puritatem*; nec non *veritatem cauſæ victricis.* Ita *Hab.* 1: 4. *Non exit* לנצח *ad veritatem Judicium.* Conf. *Eſaj.* 42: 3. Ad hanc *Originem* palam ducit 1 *Sam.* 15: 29. *Thren.* 3: 18. Inde IX. in *Juvenil.* tentabam, *Pater mi exploretur Jobus ad veritatem.* Pro eo poſſes etiam, *Deſiderium meum*, *ut exploretur Jobus ad veritatem uſque*; i. e. *donec veritas triumphet.* Hæc molliora, quam, *in ſempiternum*: eſtque in his *honeſtum votum*, ut ex iis quæ diſputata erant, *Victrix cauſa* pateſcat. Commodius adhuc X. fuerit, *Adduco*, quo *Jobus exploretur ad purum putum uſque*: prout *Num.* VII. viſum; niſi quod illud אבי eſt mente noſtra valere poſſit, *Adduxi* jam, & *porro adducturus ſum.* Eſt eadem Fiducia *Vincentis*, quam *Cap.* 33. ſub finem indicavimus. Cl. *Cocc.* noſter ex parte, quum peti ait, ut *ſinceritas Jobi manifeſtetur*: *quodque in illa adhuc obſcurum*, *rubigine deterſa niteat.* Appoſite. Nam בחן eſt *metalla explorare admota coticula.* Talem coticulam *cauſæ Jobi* penitius *pertentandæ* a ſe prolatam, non immerito nunc gloriatur: ad eamque *ipſum* tum *a ſemet ipſo*, tum *ab aliis*, jubet *explorari.* Cl. *Clerici*, *jam exploratus eſt*, nimis gloriabundum.

Ibid. Extremum Colon, ob ſtructuram exquiſitiorem, in diverſa tractum. Quid *Vulgat.* I. Re & Lingua parum favente dederit, ſupra poſitum. Duriſſime II. *Caſtal.* *dum recantet apud homines improbos.* i. e. *nos quos dicit improbos.* Mollius *Tigur.* III. *quo paratæ ſint reſponſiones contra pravos homines.* Eodem fere ſenſu IV. *Cocc.* *Propter reſponſiones inter homines vanos.* i. e. *Ut ſit quod reſpondeatur*, *ſi homines vani Jobi dictis abutantur*, & *ipſe ea non emendet*: *ſed refractarius eſſe pergat.* Commodius *Merc.* V. *propter reſponſiones cum viris iniquitatis*; ſive *pares iis quas improbi dant.* Eodem redit VI. *Jun.* & *Trem.* *propter reſponſiones* quales *inſunt hominibus iniquis*: niſi quod paulo argutius ſit. Non aliud offert VII. *Schmid.* *ſuper reſponſionibus inter Viros iniquos.* i. e. *quas dum dat*, & *quatenus dat*, *eſt inter Viros iniquos.* Preſſius, VIII. & liquidius, *Crinſoz.* *ſuper reſponſionibus* quæ dantur tantum *inter homines improbos.* Idem habet *Cler.* inſerens, *quales audiuntur* &c. Novo exemplo *Guſſ.* IX. ſub שוב, *ſuper reditus ad homines injuſtos* i. e. *quia ſermones ejus ſemper redeunt ad hominum injuſtorum partes tuendas.* Similiter תשובות argutiuſcule ceperat *Cap.* 21. 34. quo redeas velim. Non tamen novum omnino, nam & *Bolducio* X. idem in mentem fuerat, *propter affinitatem*, & correſpondentiam *veluti*, *quam ſermones ejus habent cum dogmatibus Enoſchæorum hæreticorum.* Quod ego olim XI. monueram de uſu *præpoſ.* ב *comparationi* inſervientis, non plane abjicio: nam revera ב pro כ non raro uſurpatur, niſi quod fortius quid ſignet: ut quum dicitur בים שברך *in mari confractio tua*; pro כים *lata*, *vaſta*, *tumultuoſa ſicut mare.* Genus jam perſequi haud

37 כי יסיף על־חטאתו פשע בינינו
יספוק וירב אמריו לאל׃

37 Nam addit ſuper peccatum ſuum defectionem; inter nos complodit; & multiplicat verba ſua ad Deum.

haud licet. Habeatur tantum inde, *propter reſponſiones in Viris vanitatis*; pro *ſicut hominum vanorum: in quibus vanorum*, & *impiorum*, *characterem induiſſe Jobus* videatur. A *Num.* V. VI. VII. VIII. non differt, niſi flexu conſtructionis. *Numero* VIII. tamen palmam deberi cenſeo; quia *modeſtius* eſt; idemque exprimit, quod *Vſ.* 8. vidimus decenter ſimul & acriter objectum.

Verſ. 37. Ad hunc verſum tanta diffidia non expectaram, quanta nos circumagent. *Vulg.* I. quum prius Colon non male reddidiſſet, *Qui addit ſuper peccata blaſphemiam*; reliqua non bene pertexit, *inter nos interim conſtringatur*, *& tunc ad judicium provocet ſermonibus ſuis Deum.* Id *de Pined.* ita exponit, *Nos interim inſignem hominis ſtultitiam refellemus*, *ſubſannabimus*, *explodemus.* Callidiuſcule *ploſionem* quæ in Themate ספק ineſt, cum *conſtrictione* voluit conciliare. Cordatius *Vavaſſ. quum in Hebræo ſit*, plaudet, *inde alius neceſſario ſenſus exiſtit. Bold.* II. arripit *ſtringere* pro *vera* & *unica notione* ſ ספק, ex qua ut aliis locis multa abſurda ingeſſit, ita hic *Jobum* inducit *ficta pietate ſtringentem manus*, *& complicantem*, *in ſignum perfectæ devotionis* &c. Suos ludit, quum idem hocce a *Vulgat.* intentum dicit. *Ab. Eſra* III. parum ſpecioſe in ספק captavit vim *abundantiæ ſufficientis*, quaſi eſſet, *abunde ſufficit inter nos*, ad mentem ejus noſcendam, *quod tot contumelias in Deum effundat.* Unde ספק *complosit* ad *ſufficientiam* tranſlatum ſit, alibi dedimus. Hic aliud exigit ſtructura. Paulo ſpecioſius IV. *Vatabl. Explodit ſententiam noſtram.* Obſtat, quod *Amicorum* ſententiam *ſuam* non fecerit *Elihu*; quodque *Jobum* hactenus attentum habeat, & docilem. *Caſtal.* V. ampliore conſpectu, *plaudit inter nos ſe victorem jactans*, *& nos explodens.* Pariliter *Merc. Inter nos complodit manus ſuas*, *in ſignum victoriæ.* Hoc plurima puncta tulit. Idem ſcrupulus ex parte recurrit. Hinc *Doct. Tigurinis* forte commodius viſum VI. *imperſonaliter* in *futuro*, *Non enim defuturus eſſet*, *qui ſcelus peccato cumulans inter nos plauderet*, *ac verbis cum Deo litigaret.* Poſtremum illud a ריב adſcitum, non volente *Analogia.* Cl. *Cocc.* VII. contra receptiſſimum illud, *nam addit peccato defectionem*, *inter nos plaudit* &c. hæcce obmovit. *Atqui in præſens*, *quum loqueretur Elihu*, *id verum non erat. De* præterito *non convenit rei*, *& perſonæ. Nam quomodo peteret eum* probari, *ſi jam probatus eſt defector: ſi plaudit triumphans. Atque etiamſi contra Treſviros plauſiſſet*, *nihil tamen dictis Elihui oppoſuerat*, *neque de iis triumphaverat.* Colligit hinc, in *futuro* potius enunciandum, *Quando addet ad peccatum ſuum defectionem*, *inter nos plaudet*, *& multiplicabit dicta ad Deum.* Graviora ſic exſiſtunt incommoda: quæ in *commodum* ſuum convertere voluit *Vir Doct.* inferens, *etiamſi Jobum peccaſſe ſtatuat*, *tamen nondum ei defectionem tribuit. Quin admittit*, *quod eſt Cap.* 33: 9. & 34: 6. ſine defectione: *ponitur ergo* probationis *eventus poſſibilis*; *nimirum ut Job addat* peccato *ſuo* defectionem, *plaudat inter Amicos*, *verba multiplicet.* Hæc ſubtiliora, quam ſolidiora, de *præſenti* enim *certamine Jobi* haud dubie agitur: quod ſentiens ὁ πάνυ VIII. ſubdit, *ex Jer.* 48: 26. *poſſis*, offenſat, *& toto quaſi corpore terram plaudit.* Id eſſet *ruere*, vel *præceps ferri in ſermone*, credo. In *Lexico* tamen, id eſt curis curatioribus ac poſterioribus: *inter nos plaudit. Eſt exultantis & irridentis.* Mihi ſuperiores ſcrupuli hærent: eoſque verſio *Tremelliana* non evellit, ſed altius figit. *Nam additurus eſſet* &c. *& inter nos complosurus* &c. His non premitur, quod *Schmid.* IX. ſecutus, *Quia addit ſuper peccatum prævaricationem*, *inter nos complodit manus*, præ impatientia, & luctu videlicet. Idem dederat & *Merc.* ſub finem; ubi monet *complodit* etiam referri poſſe ad *querelas immodicas Jobi*, ejuſque *expoſtulationes* adverſus Deum. Gravat, quod ספק abſolute pro *femoris complosione in luctu*,

 ut

ut *Eſech.* 21: 17. & *Jer.* 31: 19. uſurpatum haud veriſimile: & ſi vel verum eſſet, tamen pro *comploſione ſemoris impatiente*, & *in Deum contumaci*, nonniſi precario exponi queat, contra uſum *Jer.* 31: 19. Succurrit interim, quo labans ſententia fulciri forte queat. *Hebraiſmo* ſolemni duo verba ſic junguntur, ut prius *qualitatem*, vel *modum*, poſterius *rem* conſignet. Hinc exiret, *complodit & multiplicat verba ſua ad Deum*, pro, *inter comploſiones ſemoris multiplicat* &c. *haud ſecus ac ſi gravis ei injuria facta eſſet.* Non placet: nec is mihi *Jobus* obverſatur, cum corpore, quod unum perpetuum ulcus, ut *ſemora* ſibi *comploſerit*, vel *manus colliſerit* inter complorandum, & expoſtulandum. Dices *improprie* id verbi ab *Elibuo* potuiſſe adhiberi; ſed non eſt veriſimile, nam & in vocabulis traductis decentia ſervanda, nihilque ponendum, quod *perſonæ* diſconveniat. Si tale quid admittendum eſſet, magis inclinarem X. in *plauſum jactationis Num.* V. propoſitum; quod ſenſus eam potius in partem feratur. Difficultates *Num.* VII. motæ, levabuntur, ſi illud *plaudere* latius ſumatur, non reſpectu Amicorum quos ad ſilentium redegerit, nec *Elihui* ipſius, ſed *præſentis cauſæ*, in qua ſe non geſſerit videlicet ut *peccatorem merito punitum*; ſed in qua *innocentiam ſuam* audaciſſime *defendens*, *Victorem* quodammodo *Dei*, *hominumque*, ſe intulerit. Hoc ipſum commodius reddet latior ille uſus, quo ספק *plaudere* ſe permittit ad *vanas jactationes*, & κόμπει *ſtrepitum verborum*, ad quem πίτυλος quoque venuſtiſſime tranſlatus, qui proprie *ſtrepitum aquæ inter remigandum* ſignans, ad *manuum comploſiones*, *verborumque jactationes*, diffunditur. Apud *Ariſtoph.* in *Veſp.* 676. hinc pulchre ductum πιτυλίζειν, *ciere πίτυλον*; ubi *Schol.* annotat πίτυλον, quoque eſſe κτυπητικὸν, φαντασιοσκόπον, *ipſum jactatorem*, *phantaſiis deditum.* In *Etym.* M. extat φαντασιοκόπος, quod ſignantius, ad δοξοκοπίαν, & *jactationem glorioſam.* Huic adſpectui vicinum XI. quod R. *Salom.* dedit, qui in יספק ait eſſe לישון רוב דברים והרמת קול *ſignificationem multitudinis verborum, & magniloquentiæ.* Exſculptum ex uſu illo *ſufficientiæ abundantis*, quem & *Ab. Eſræ num.* III. vidimus placuiſſe. Tetigit *Merc.* monens eſſe, qui reddant, *abunde fundit inter nos & multiplicat verba.* Id Noſtris ſe parum commendare potuit, & arceſſitum merito viſum; nam a ספק quatenus *ſufficientiam* adſert, hunc ſenſum deduci, non patitur Linguæ genius, ad *Cap.* 20: 23. indicatus. Sed ſciendum verba سفق & صفق apud *Arabes*, *verberare cum ſoni repercuſſione*, *plaudere*, *complodere*, *explodere*, ſpeciatim uſurpari in *exploſione*, dicam? an *effuſione liquoris cum ſonitu vehementi*, quod & *Græcis* πίτυλος. Hinc ſtruere eſſet, יספק אמריו *cum πιτύλῳ, κόμπῳ, ſtrepitu profundit, & multiplicat, ſermones ſuos in Deum.* Non omnino idem eſt, ſed tamen ſatis vicinum, quod *Jer.* 48: 26. grandiſſime figuravit. *Inebriate eum*, *quia ſe magnificavit contra Jehovam: & Moab* ספק בקיאו *plaudet in vomitu ſuo*, Incommodius paulo, *manibus plaudet*: plenius, *toto corpore plaudet*, *& volutabit ſe.* Et huc πίτυλον traduxit Cothurnus *Æſchylæus* in *Perſ.* 981. ἑνὶ πιτύλῳ τλήμονες ἀσπαίρουσι χέρσῳ *uno plauſu miſeri palpitant humi.* i. e. *ſtrati jacent*, *& moribundi corpora jactant.* Necdum vides *vicinum* illud, quod ineſſe dicebam. En! per figuram ex *ancipiti*. Quum præmiſſum ſit, *Inebriate eum*, *nam* הגדיל *grandia locutus eſt*; fieri nequit ut in ספק non ſit luſus conveniens iſti *jactationi.* Subſumitur ergo, *Et plaudat tum Moab in vomitu ſuo. Qui dulci fortuna ebrius inſolenter ſe jactabat*, *jactitet ſeſe moribundus*, *& ira Divina inebriatus*; *manus*, *pedes*, *corpus*, *in ſuomet vomitu*, *terræ applodens.*

Ibid. Altiorem adhuc curam locus hicce poſtulat: nam ex eo diluceſcere poteſt, quid *Elihuus* de *perſona*, & *Caſu*, *Jobi*, cogitarit. Nimis acerba ſtatuunt I. *Latini*, ex quorum mente *Sanct.* ita ad prius colon, *Quia tyrannidem*, *& impietatem vitæ ſuperioris*, *Blaſphemia nunc cumulat.* Id refutatum jam ſæpius. *Merc.* II. multo mitius, & ad rem: *ante leve peccatum erat*, *ob quod adfligebatur*; *ſed nunc ex quo cœpit adfligi*, peccatum *illud auxit* ſcelere, *dum in Deum velut inſurgens*, *de juſtitia conqueſtus eſt* &c. *In hoc differt ab aliis ſociis*, *quod illi putarent Jobum ob* gravio-

res

ta ſcelera *puniri*: at Elihu *non niſi ob* levia *aliqua* peccata, *quæ Job non videbat*; *ideoque cenſebat orandum ei*, *ut Vſ.* 32. *dixit.* Addit & alia, quæ ad præſentem luctam *Jobi*, ejuſque murmurationes, ſpectant, in quibus *rebellaſſe Deo* viſus fuerit; quamvis non fecerit; ſed *graviſſimis vulneribus acceptis*, & *labaſcens* nonnunquam, *gradum* tamen *fortiter retinuerit*; & poſt *longum conflictum*, *variumque Martem*, vicerit. Nimis remiſſe III. Cl. *Cocc.* in illa quidem ſententia, quam ſupra propoſui, *addet peccato defectionem*; quaſi necdum illuc progreſſum *Jobum* innueretur. Attamen *Defectionem* concedit referri ad *Sannam Vſ.* 7. 8. ſi in *præſenti* reddatur, *addit.* Huc tendit Cl. *Schmid.* ad *reſponſiones* reſtringenda eſſe verba cenſens, q. d. *quia addit peccato ſuo prævaricationem in reſponſionibus ſuis.* i. e. *ſi ſemel peccavit in reſpondendo*, *addit mox gravius peccatum per verba duriora.* Non nego ferri poſſe: ſed *Merceri* opinionem longe præfero: nec de *reſponſionibus* hoc dictum crediderim, ſed de *univerſo caſu Jobi*, & *controverſa cauſa plagarum*, ac *pœnarum*, *ejus*: ad quam reſpiciens *Elihu* dixerat, *adduco quo exploretur Jobus ad purum putum uſque* &c. Redeat tamen ad *reſponſiones*, an & propterea ad illas reſtringi neceſſe? Uberius utique, *nam ita reſpondendo*, ut facit, *addit peccato ſuo*, quod cauſa hujus mali, *Rebellionem*, *Defectionemque contumacem ab obedientia Domini.* Hinc ergo IV. pateſcit, quod ſupra aliquoties inculcatum, *Elihuo* hanc ſediſſe opinionem, *pœnas*, quas *Jobus* pateretur, haud eſſe *immeritas*, neque *tantam* eſſe ejus *innocentiam*, quantam pugnabat; ſed eum haud dubie ob *noxam* plecti, quam vocat חטאת; cui nunc accedat *aperta rebellio*, פשע. Ad hæc duo ita ſe adhæreſcere indicat *Elihu*, ut ſe plane *animi pendere* fateatur, quid tandem de *Jobo* judicare debeat: *probiſne* ſit accenſendus; qui ob *delictum aliquod gravius gravioribus plagis caſtigantur*: an *improbis*, ob *Hypocriſin pœnas* tandem *luentibus*, & eo ipſo tanto *certius*, & *juſtius*, *pereuntibus*, quanto *contumacius* Deo *obmurmurant*. Hanc Viri mentem ſequentes, ſermones diſtinctius exponent.

CAPUT TRICESIMUM QUINTUM.

Verſ. 1. ויען אליהוא ויאמר׃

2 הזאת חשבת למשפט אמרת צדקי מאל׃

3 כי־

Verſ. 1. ET reſpondit Elihuus, dixitque.

2 Num hoc reputaſti pro judicio? dixiſti, Juſtitia mea præ Dei.

3 Quod

Verſ. 1. Ulterius *tertio pedatu* progreditur *Elihuus*; atque ſpeciatim refutat imprudentiſſimum illud, & ferme profanum, quod *Cap.* 34: 9. tetigerat, *probitatem non prodeſſe præ improbitate.* Iſtac anſa removet, quod *Jobus* aliquoties objecerat, *probos* jacere, *improbos* florere, *Judicium* Dei in terris *nullum* eſſe; ſed omnia cæco quodam motu volutari, miſceri, ſuſque deque inverti. Hoc prudenter, & ſolide, refellit, oſtenditque per *impatientiam*, & *ſuperbiam*, talia ſuggeri: ad quam abreptus fuerit *Jobus*, quod Iræ Divinæ infinitam molem ante oculos non retineret. In his paulo ulterius jam calor diſputandi *Elihuum* provexit; & præſertim ad finem aſperior reperitur: quod tamen non ſine ratione, utique ex optimo principio, factum, in loco pateſcet.

Verſ. 2. Animoſior inſtantia, qua denuo confutare aggreditur *Elihu* nimis audax *Jobi* dictum, quod *Cap.* 34: 5. poſuerat. Ex abrup-

rupto, nec ſine indignatione, *An hoc reputas* למשפט *pro judicio*? &c. Variant ſententiæ. Veteres I. *calumniam* eſſe dictitantes, ſatis ſupra revicimus: ac proinde quæ *Codurc. Sanct.* aliique, hic acerbius in *Elihuum* pronunciant, amputamus. *Calvin.* II. *conc.* CXXXVI. hæc promit. *Elihu pergit Jobum accuſare, eo quod adverſus Juſtitiam Dei blaſphemarit*; & *voluerit* juſtitiam ſuam Deo ſuperiorem eſſe. *Non quod ea verba pronunciarit, aut quod etiam illud voluerit, ſed quoniam ſic defenderit juſtitiam ſuam, ut ſine cauſa, & per injuriam, eum a Deo cruciari conſequeretur.* Multis hæc perſecutus, ſubſumit. *Cognoſcamus hinc, nos paratos eſſe ad blaſphemandum, niſi Deus impediat: quin etiamſi non is ſit animus noſter, ut id velimus facere, ſciamus nos in noſtris indignationibus, & murmuribus, ad hunc ſcopum ſemper tendere, quod* Deo juſtiores eſſe volumus; *Id vero blaſphemia eſt horrenda, & execranda.* Tandem ſubdit. *Jobus potuiſſet adverſus hæc excipere: nunquam mihi animus fuit adverſus Deum blaſphemandi, aut meam juſtitiam ſupra ipſum extollendi & magnificandi. Ita quidem. ſed tamen ejus peccati reus eſt: ſi enim non ita dejiciamur, ut Deum omnia confiteamur* juſte agere, *certum eſt nos* juſtitiam *noſtram* ſupra ipſum attollere *velle.* Hæc longiuſcule excerpſi, quod *Merc.* & plerique noſtrorum huc fere eant, vertentes *An hoc computaſti pro jure*? pro recte ac juſte dicto? quod *dixeris, juſtior ſum Deo.* Quæſitius III. *Jun.* & *Trem.* *An hoc ratiocinabaris in cauſam* tuam, quum *diceres, juſtitia mea major quam Dei*? q. d. *Fieri profecto nequit, quum tu talia effutiviſti, ut ad illum locum attenderis, quem explicui, de juſtitia ac miſericordia Dei, deque tuo officio.* Analyſi ſubtiliore IV. Cl. *Cocc.* hic concipit *objectionem* contra *Judicium probationis*, quod *Elihu* petierat a *Vſ.* 32. ad finem *Cap. præc.* quaſi nunc ita pergeret, *Incepi Judicium* illud *tibi explicare. Tu quid in contrarium adfers? Numquid hoc cogitaſti ad judicium, (dixiſti juſtitia mea præ Dei.) ut diceres, quid proderit tibi? quid utilitatis afferam de peccato meo?* Hanc ergo, a parte *Jobi*, *inſtantiam* format, *In judicio gratiæ, caſtigatio, quæ Deo non prodeſt, Homini Juſto imponenda non eſt. Atqui caſtigatio tam acerba & quotidiana Deo non prodeſt. Ergo.* Minorem propoſitionem ſic firmat. *Ex gratuita juſtificatione gloriam ſuam conſequitur Deus. Ad eam nihil facit talis caſtigatio: imo eam nonnihil obſcurat. Si enim juſtificatio noſtra etiam requirat caſtigationem aliquam noſtram, ſine qua non obtingat, non eſt mere gratuita. Denique per talem caſtigationem nihil emolumenti, aut voluptatis, Deo creari poteſt.* Ad *Vſ.* 3. mentem clarius exponam. Nunc habe V. quod מאל *a Deo* etiam reddi poſſe obſervans *Cocc.* hinc eliciat, *Hoccine excogitaſti* proferendum *in judicio, cujus copiam tibi a Deo fieri petiviſti, dum dixiſti, juſtitia mea* a Deo *prodibit, Deum Juſtificatorem cauſæ meæ habeo, quod dixiſti, quid prodeſt Tibi* O Deus? Senſus. *Minime hoc ſatis eſt, ut a Deo abſolutus abeas, quod Deo non prodeſt noſtra adflictio, & peccati caſtigatio.* Subdit. *Non definio utrum præferam*, præ Deo, *an* a Deo. *Certe hic minus habet acerbitatis, & eſt percommodus.* Eſſet forte, ſi *Hypotheſis* rite jacta, & ſtarent quæ ad *Cap.* 34. 5. *num.* III. delineata: nam ut ille, ſic hicce locus, haud dubie explanandus. Ergo & *Schmid.* VI. hic inſiſtens in id, quod ibi dederat, *Num hoc cogitaſti* eſſe *pro* eo *judicio, ſeu ordine ſalutis*, quem tu, ut æquiorem, habere velles: & *num* propter hoc *dixiſti, juſtitia mea major eſt quam Dei? Quod dicere poſſis* ad Deum, *quid prodeſt Tibi? aut quid proſim* Tibi *ex peccato meo*? extundit hinc *Theſin*, quam ex verbis *Jobi* elicuiſſet *Elihu*, *Deum ita agendo ſcandalum dare hominibus, cogitandi, quaſi delectetur peccatis, atque ſic utilitatis aliquid inde capiat* &c. Quo non abripiunt *Hypotheſes* minus dextræ? & quam dilutus color ille, in *Analyſi* præmiſſus? *Quamquam Jobus hanc* Theſin *in formalibus nuſquam habet, obſervavit tamen Elihu, quod Jobus a carne ſua ad hanc ſollicitatus fuerit, eamque in ſermonibus ſuis prodiderit.* Enimvero plus hoc eſſet, quam *Epicureum Numen* induxiſſe quodammodo, quod *nec bene promeritis capiatur, nec tangatur ira.* Aſt ut ad *confinia* hæcce *fortibus* quibuſdam *dictis* acceſſiſſe viſus *Jobus*: ita nihil mihi ſuccurrit, quod vel ulla ſpecie huc trahere potuiſſet Reprehenſor; & ne *ſollicitari* quidem *ad talem cogitationem* potuiſſe *Jobum* a carne ſua, adfirmare ſuſtineo. Molli, & acuto, ductu *Doct. Tigur.* VII. *An cum judicio id ſtatuis*, quod *dicis*? *Juſtitiæ meæ apud*

Deum

3 כי־תאמר מה־יסכן־לך מה
אעיל מחטאתי׃

3 Quod dicas, quid proderit tibi, & quid proficiam, præ peccato meo?

4 אני

4 Ego

Deum nulla eſt ratio. In eam mentem ſatis rotunde *Vſ.* 3. ſubſumunt, *Dixiſti enim, quid commodabit?* Neinpe צדקי *juſtitia mea* &c. Blandum: ſed מאל *a Deo* reſolvi in, *exulat a Deo*, exemplo caret. Apud *Munſter.* ſimile quid reperias. Mollis item conatus VIII. cujus meminit *Cocc.* nomine *judicioſiſſimi Interpretis*, ita reddentis, *putaſtine hoc juri convenire*, de quo *dixiſti*, *Mea Juſtitia eſt a Deo; Dicere, quid me juvabit illa, & quid inde emolumenti capiam magis quam a peccato meo?* Levari poſſent ſcrupuli, quos obmovit ὁ πάνυ: nam revera *Jobus* confidenter aſſeruit, ſe ab ipſo *Deo juſtitiæ teſtimonium reportaturum*, ſi modo ad Tribunal ejus accedere daretur. Inde nunc ſatis aculeate inſtaretur, *An in eo etiam te Juſtum* pronunciaret Deus, *quod negaveris Juſtitiam prodeſſe cuiquam, præ peccato.* Conſtructio tamen aliud ſuggerit, quin & *Elihui* increſcens vehementia IX. aliquid vehementius depoſcit. Hoc aliud eſſe nequit, quam quod *Cap.* 34. 5. jam objectum vidimus. Ibi erat צדקתי *Juſtus ſum* in hac cauſa, & *Deus judicium meum*, i. e. jus mihi debitum, *removit*, *abjecit*, *evertit.* Idem gradu novo auctum nunc reponitur, *An hoc* ergo *reputas in judicium*, i. e. *an in eo ſitum jus tuum? an hoc tibi pro* Jure *etiam arrogas? & ſuper eo* Judicari *poſtulas?* Cl. *Guſſ.* ſub חשב bifariam. 1. *an hoc cogitaſti ut in judicium proferres?* 2. *an hoc reputaſti pro ratione juſtificativa?* Poſterius ad noſtrum proxime accedit. משפט hic eſt *liquidum Jus*; *quo quis cauſam obtinere poteſt, & debet, apud æquos judices:* ut Cap. 34: 6. & 23: 4. & 13: 18. אמרת Quod *dixeris*, pro שאמרת, nil habet duri. צדקי מאל *Juſtitia mea præ Dei.* Non dixit, inquiunt, etiam ii, qui *Elihuo* patrocinantur, ſed per conſequentiam id collegit legitime. Sufficere poſſet. Sed vide an non diſerte ſatis dixerit, *Cap.* 13: 18. *Ecce inſtruo aciem Judicii: ſcio* כי אני אצדק *me, me, juſtum futurum* i. e. *evicturum innocentiam.* Confer quæ ibi notata. Hoc qui dicit, quum ſe cum Deo diſceptaturum eſſe ſolenniter profitetur, is aperte dicit צדקי מאל *Juſtitia mea præ Dei:* videlicet in *Cauſa præſenti.* Iſtos ultra fines ire, nefas. Reliqua ejuſdem Capitis eodem tendunt. Adde, quæ ad *Cap.* 23: 4. 5. 6. 7. 14. nimis fortia, ſane, atque cum *optimo*, & *tenerrimo*, in Deum *corde*, (quod *Elihuo* haud patebat) meram *contumaciam* ſpirantia. Jure ergo *Jobum* caſtigat, atque confutat, qui non niſi ad *verba* de *ſenſibus* ejus poterat judicare, Si quis addere velit eum *Zelo pro Cauſa* Dei non *correptum* tantum jam, ſed & *abreptum*, atque ulterius, quam par, evectum, non equidem refragabor. Inculcatum ad *Cap.* 32: 2. & alibi. Immota tamen manet Viri Integritas, quæ hic nihil aliud paſſa, quam quod vel Juſtiſſimi, atque moderatiſſimi, mortales, in conſimili cauſa paſſi fuiſſent.

Verſ. 3. Ad id quod *Vſ. præced.* quiſque ſibi ſequendum duxerat, hunc quoque accommodare debuit. *Vulg.* I. ambigue. *Dixiſti enim, non tibi placet quod rectum eſt; vel quid tibi proderit, ſi ego peccavero.* Dubium oriri monet *de Pined.* illud *Tibi* ad quam perſonam referatur, *Jobumne* ex *enallage* ſatis crebra; an *Deum? Sanct.* ad *Deum* referens, addit Elihuum *malitioſe*, & *callide*, *cavillari*, & *hanc*, *utcumque*, *blaſphemiam concinnare: quod Deo* virtus & pietas *non placerent: quodque ex hominum peccatis aliquid compendii*, *lucri*, & *voluptatis*, *captaret.* Addit, *Quis hoc de homine non prorſus inſano cogitaret?* Ergo nec cogitavit *Elihu*, & cum larvis tantum pugnatur. *Calvin.* II. *Dixiſti enim, quid proderit tibi? aut quam utilitatem accipiam ex peccato meo:* ſubaudi, *relicto.* Sic *tibi* ad *Jobum* redeat neceſſe. Conſentit *Merc. Dicendum erat per* Mimeſin, *Quid prodeſt mihi? Sed ita paſſim forma orationis commutatur.* Ad ſequens,

ex

ex peccato meo, apponit, *ſi ſcilicet illud reliquero, ſi ab eo recedam*? Incommode. Incommodius quod ſubdat, *qua ratione ſcilicet pro eo expiabo*. Traxit eum *Munſt.* qui dederat, *ex peccato meo remiſſo, & per pœnitentiam diluto*. Ipſe traxit *Grotium*, extrema ſic melius verti cenſentem, *aut quid ego utilitatis capiam expiando peccatum meum*. Quid R. *Salom.* & alii hic habeant, multo concinnius, infra dabitur. *Jun.* & *Trem.* III. plane ſui, *Si roges, quid profuturum ſit tibi*, dicens, *quid proficerem ſupplicio meo*? Ajunt eſſe *anticipationem objectionis, quam Jobus potuiſſet adducere, occaſione ſumta ex Cap.* 34: 36. *Quid tu expetis ut amplius prober adflictionibus, quid profuturum eſſet, obſecro, ſi gravius adhuc adfligerer*? Unice placuit IV. *Coccejo*, niſi quod alium connexum per *parentheſin* exhibeat, quem *Vſ.* 2. reperies. Ad illa, *Quid utilitatis afferam de peccato meo*? notat, *Scilicet quatenus mulcta pro illo, aut pœna, luitur. Humani magiſtratus, quum peccatores multant, ex peccato capiunt fructum. Ad Deum nihil vel voluptatis, vel emolumenti, ex eo redit: ut propterea punire geſtiat.* חטאה pro *pœna peccati*, nemini ignotum; & R. *Levi* eandem vim paulo aliter adaptare conatus fuerat; ſubſcribente *Druſ.* ſed profecto parum convenit *perſonæ Jobi*, ut jam ſubito agnoſcat *ſe poenas peccati luere*: deinde *judicium* illud *probationis ulterius per adflictiones prorograndum, Cap.* 34: 36. ad quod reſpici putatur, haud admittimus. Eædem difficultates *num.* V. obſtant. Cl. *Schmid.* VI. *Theſin* quam *num.* VI. *præc.* minus dextre aſſumſit, urguens, מחטאתי *ex peccato meo*, proprie acceptum, in hunc deflectit ſenſum, *Juſte hactenus coram Te, O Deus, vixi, nec* peccatum malitioſum *patravi: interim me graviſſime adfligis, impios non adfligens. Quid inde concludere debeo? Num hoc, quod* peccatum meum *tibi profuturum ſit, ſi etiam peccem ut impii? futurumque ut eo delecteris? Utique vix aliud inde concludere licet.* Infeliciter. Merito ergo hinc reſiluere Doct. *Mich.* & *Reim.* cum *Tigur.* ſentientes, qui VII. habent, *Dixiſti enim quid commodabit*? nempe צדקי *juſtitia mea: Quam utilitatem capiam ſi non peccem*? מחטאתי *abſque peccato meo* ſecundum *Mich.* *ita vivendo ut non peccem*: ut מ *Cap.* 34: 30. & alibi *negative*. At *Reim.* מ *comparat*: tenet cum *num.* VIII. ſupra ad *Vſ.* 2. & Præcl. *Belg.* ita lucide vertentibus, Namque *dixiſti, quid prodeſſet illa tibi*? & *quid* ex ea *amplius lucri faciam, quam e peccato meo.* Stomachoſior eſſet *Mimeſis*, in quam *perſonæ* illa *Enallage* mire quadrat; nec *effugium* appellare debuiſſet *Schmid.* quod eſt verum ſtili ſublimioris *ornamentum*. Multa talia jam habuimus: & ex *Tragicis* innumera promi poſſent.

Ad מחטאתי ita præiverat R. *Salom.* ſupplens; *Quid proficiam*, ex juſtitia mea יותר plus quam *ex peccato meo*? prius יסכן non refert ad צדק *Vſ.* 2. ſed inſerit יושר דרכי; ad quam rationem & *Merc.* תם דרכיך *integritas viarum tuarum.* Hæc non omnino talia, quæ ſcrupulo vacent: ac præſertim *cohærentia* minus teres, & rotunda. Liberiuſcule *Epiſc. Elienſ.* IX. *Quid aliud intendere poteras, quum talia dicta funditares, Quid curat Deus innocenſne ſim, an non? aut quid favoris inde percipiam ſi talis fuero*? Disjunctim *Crinſoz.* X. *Namque tu dixiſti* Deo, *quid conducet Tibi, aut quem fructum capiam ipſe, ſi patiar ob peccatum meum.* Extra fines controverſiæ. Turbide *Codurc.* XI. *Quid juvaret* Deum colere, *Satius eſt me peccare*, vel, *e peccato meo plus redit commodi.* Pergit. *Meræ ſycophantiæ. Apage oblatrantem canem &c.* Indecorum. *Cler.* XII. hanc exercet criſin. *Ne hæc quidem dixerat Jobus, nec facile intellectu, quid ſibi velint. Si hæc cum anteced. connexa, per part.* כי, *potuerit velle a Jobo dictum:* Quid proderit tibi, me ad peccandum *gravibus ſuppliciis, quæ de me ſumis, & beneficiis, quæ in improbos confers, adduxiſſe*? &c. Conſonat cum *num.* VI. Addit, *poſſent & hæc interrog. in negationes mutari* h. m. *Noxium tibi erit, me malum fieri tam duris rebus; nam nemo te amplius colet.* Parum ſolida. Omnino retinendum XIII. quod *Cap.* 34: 9. exprobratum: ibi illud אמר diſtinctum a *Vſ.* 5. non ſignat expreſſa verba *Jobi*, ſed *animi ejus ſenſa*, ex modo diſputandi manifeſta. Speciatim alluditur ad graviora dicta, quæ hoc ipſum aperte præ ſe ferre videbantur: ut *Cap.* 9: 21. 29. 30. 31. & *Cap.* 10: 14. 15. vel

nihil

4 אני אשיבך מלין ואת־רעיך עמך׃

4 Ego tibi reſpondebo verba; & Amicis tuis tecum.

4 הבט

5 Vi-

nihil dicit ibi *Jobus*, vel hoc, *nullam ſibi utilitatem reveniſſe ex pietate, & innocentia ſua; adeoque rem rediiſſe, ut ſi vel nocentiſſimus vixiſſet mortalis, ſeque totum peccato tradidiſſet, plus malorum ſubire non potuiſſet.* Sentis *Adfectum* miſeri, miſere luctantis, & æſtuantis: quem nos jam excuſamus, & benigne interpretamur, quia *Coronam Virtutis* & *Innocentiæ* Fideliſſimo Servo ſuo ipſe Deus impoſuit. Sed an *Elihuus* jam tum id judicii ferre vel poterat, vel debebat, de talibus vocibus, quarum *Radicem ſinceriſſimam*, id eſt *Conſcientiam nulla labe taminatam*, ei perſpicere necdum datum erat? Nemo dixerit, materiæ ſuæ intelligens. Ad hanc rationem elucet tandem, מחטאתי commodiſſime reddi, *præ peccato meo*, hoc eſt, *præ quam ſi peccator vixiſſem.* Abruptum illud חטאתי, *peccatum meum*, cum ſuppoſitione, pondus trahit. Ex *Cap.* 10: 14. id huc illatum, ubi חטאתי & עוני eodem plane adſpectu. Eſt oppoſitum צדקי *juſtitia mea*, i. e. *Vitæ innocentia*, qua *Juſtam* ſibi *Cauſam* tam fortiter vindicabat Noſter. De ea *Juſtitia* opportune ſubſumitur, *Quod autem dicas, quid promit tibi?* quid utile inde ad te redundat? *& quid ego emolumenti capio* inde *præ peccato meo?* i. e. *præ quam ſi peccato me totum dediſſem? Ego* ad id *reſpondebo tibi* &c. Habes connexionem teretem, quam ſequentia commendabunt. כי *Illativum*, pro *Quod autem*, ſatis crebrum. *Deut.* 7: 17. כי תאמרו *Quod autem dicatis in corde veſtro, Multi populi illi præ me, & qui potero eos occupare? Vſ.* 18. לא תירא מהם *Ne timeas ab illis* &c. *Jun.* & *Trem.* noſtri ſunt in nexu, in ſenſu non item. Hoc ſi teneatur, non tantum præcedentia, ſed & ſequentia, limpidius fluent, & aciem diſputationis dabunt tam bene ſtructam, firmatamque, ut ei merito conceſſerit, tenax quidem, ſed non pertinax, contumaxque, cauſæ ſuæ propugnator.

Verſ. 4. Qui ab hoc connexu aberrarunt, varia ſupplere, vel hiatum linquere, coacti. *Vulg.* I. *Itaque reſpondebo ſermonibus tuis* &c. *Calvin.* II. *Ego reſpondebo tibi ſermones, & ſodalibus tuis tecum.* Ejus judicium de *Sodalibus* hoc. *Etiamſi tecum magnas turbas haberes, & ſimul ad accuſandum Deum, & blaſphemandum adverſus, ipſum conſpiraſſetis; habebo tamen quod omnibus vobis reſpondeam.* Eodem modo *Merc.* niſi quod *Amicos Jobi* intelligere malit, *quod non ſatis validis rationibus eum impugnarint, ſed velut victi turpiter obmutuerint.* Citra hiatum *Jun.* & *Trem.* III. *Si roges* &c. *Ego reſpondeo tibi ſermones, & ſociis tuis tecum.* i. e. *qui idem tecum ſentiunt,* ut *Calvin.* Non licebat iis de *Amicis* cogitare, ob arctiores, quos ſibi circumdederant, cancellos. *Cocc.* IV. hianter, *Ego reponam tibi verba*, paucis ſatisfaciam tibi: *& amicis* &c. *Non quod idem dicerent cum* Jobo, *ſed quod una reſponſione utriſque poſſet ſatisfacere.* Job, *quia Deo non* prodeſſet pœna, *cenſebat non ita hominem* continenter probandum *eſſe.* Amici, *quia peccata contra Majeſtatem Dei, ideo* plecti *hominem: & quia* Juſtitia *hominis* non prodeſt Deo, *ideo nec* mercedem *vel peti poſſe, vel dari etiam ſemper, cenſebant. Quæ longe abſunt a regula gratiæ.* Atquin Amici pro *mercede*, ut *pietatis perpetua* & *indivulſa comite*, etiam his in terris, nimis acriter pugnarant. *Schmid.* V. abrupte etiam, *Ego reſpondebo tibi* &c. refutando: *ſociiſque tuis*, illos informando &c. Cl. *Mich.* VI. *Ego vero reſpondebo tibi* &c. *Tigur.* VII. *Ad quod tibi reſpondebo* &c. &c. Reliquis hoc, vel illud, ſequentibus, immorari nil attinet. Ad noſtram rationem VIII. arcta ſimul, & firma cohæſio, per quam opportuna anſa præbetur *Elihuo*, cum refutatione *Jobi*, *Amicos* ſimul convincendi, quod *ſtatum controverſiæ turbarint*, & non iis armis *Jobum* aggreſſi fuerint, quæ ipſa materia miniſtrabat. Hoc quale ſit, ad intelligentiam hujus *Capitis* præmuniendum.

Verſ. 5. Diſcrepant magnopere judicia, circa *Quæſtionem* quæ adverſus *Jobum*, & *Amicos*, diſcutienda ſuſcipitur. Tranſverſi abeunt I. qui iniquius de *Elihuo* ſentientes, omnia ejus re-

5 Vibranti oculo tuere cœlos, & cerne; atque adſpice æthereas plagas; altifrontes ſunt a te.

5 הבט שמים וראה ושור שחקים גבהו ממך׃

6 Si

6 אם־

rectiſſime dicta ſubulcerant. Conturbatiſſime *Codurc. Totum hunc locum Elihu ex commiſſionibus ſuperioribus Triumvirorum corradit, convaſat, & vana loquacitate commentatur; atque iterum Jobo temere oggerit: imponens illi quod* paſſim fit ab improbis, & nefariis, hominibus, qui *neglecta religione, quaſi nihil profutura, ruunt in omne ſcelus, & præcipites feruntur in rapinas, injuriaſque omnes.* Hinc querelæ excitantur adflictorum. *Nec quicquam improbi de Deo cogitant, qui res lætas iis indulget. Hinc fit ut viciſſim res adverſas experti clamitent, Deuſque non reſpondeat, quia ſceleroſos non exaudit* &c. Talia, pro luce, tenebras vehunt. Immoderate & *Sanct.* II. *Somnia & deliria* objectans *Elihuo*, qui *confingat*, & *Jobo impingat, quæ nunquam dixerit*, eo ſpectare diſputationem hanc ait, ut probet, *Nihil ab homine ſive boni, ſive mali, ad Deum pervenire poſſe, atque ideo Deum nihil compendii captare ab homine in eo judicando ac puniendo.* Reſpondet opinationi ejus, ad *Vſ.* 3. expoſitæ. Vide jam porro æquitatem Viri. *Argumentum quo hic utitur, indicat illius inſignem ignorantiam. Deum enim cœlo includit, ita ut neque terram, neque univerſum compleat, neque cum hominibus ſit: & tota ejus ratio conſiſtit in locorum diſtantia; quaſi ad Deum qui tanto ab hominibus intervallo diſcluditur, pervenire nihil poſſit, perventurum utique ſi prope nos eſſet* &c. Haud ſcio an hebetius quicquam, ab homine Erudito unquam proficiſci potuiſſet. *Merc.* III. ita calculos poni putat. *Nihil Deo vel noſtra recte facta conferunt, vel male acta incommodant. Itaque non eſt quod ita* Juſtitiam tuam prædices, *quaſi quicquam ea illi conferat, aut inde majeſtas ejus augeatur* &c. Ad finem hæcce. *In Jobum hoc contorquet, quia ille tanto ſtudio ſuam integritatem defenderat, de Deo querens, quaſi ipſius integritas quicquam Deo conferret. Remuneratio omnis ex ejus clementia eſt. Similiter quum peccata punit, non ideo punit, quod illis incommodetur, ut principes qui imminutam majeſtatem vindicant, ſed ideo, quia hominem condidit ut bene faceret* &c, &c. Notat inſuper, *Eliphazum hac de re dicere cœpiſſe Cap.* 22: 2. 3. *Sed non plene tractaſſe. plenius ergo hoc loco Elihuum eandem pertractare & Jobi objectionem Cap.* 23: & 24. *ad quam ſocii nil reſponderant, diluere.* Huc plerique accedunt, monentes fere, non aliud hic in *Theſi* urgeri, quam quod *Eliphazus* inſinuarat *Cap.* 22: 2. Incommodum: nullo enim tunc jure dixiſſet *Elihu*, ſe & *Amicis* eadem opera reſponſurum. Hoc ipſum forte in cauſa, quod *Calvin.* IV. *Socios* in *figura* acceperit; atque hunc generalem præbuerit conſpectum. *Videtur hæc reſponſio*, Contemplare Cœlos &c. *ſatis frigida. Nonne validius argumentum habebat, ad oſtendendam* Juſtitiam Dei? *Ita quidem: ſed ſi hic ſermo ut par eſt applicetur, ſufficit ad omnibus iis, qui adverſus Deum* blaſphemare *volent, os occludendum. Nam ex hoc* adſpectu cœlorum *aliud argumentum ducit, Nos ſi bene egerimus non poſſe prodeſſe Deo, nec etiam quum male egerimus, ipſi nocere. Non eſt ergo, quod imaginemur, Deum nobis*, ſi bene faciamus, *obſtrictum eſſe:* aut quum male facimus, *ultionis appetentem* &c. &c. Hæc in ſe ſpectata intelligo: ad *Scopum* quid faciant, non æque. *Jun. & Trem.* V. aliquid propius meditantes, ajunt, *Dilemmate niti totam hanc confutationem, quo utatur Elihu, ut locum de uſu adflictionum noſtrarum explicet, Jobi, & aliorum, cauſa. Illud eſſe hujuſmodi. Adflictiones iſtas neceſſe eſt aut Deo prodeſſe, aut tibi. Deo prodeſſe nego; ab hoc Vſ. uſque ad* 8. *Supereſt ut tibi, & tui ſimilibus, proſint.* Eſt longius repetitum; & ex *Vſ.* 3. explicatione minus concinna ortum. Huc conceſſit & *de Pined.* quaſi dixiſſet *Jobus, Non aliter me excrucias, quam ſi ex cruciatibus meis voluptas Tibi aliqua, aut utilitas, accreſceret.* Non multo aliter Cl. *Cocc.* VI. cui quum *Vſ.* 2. 3. forment *Objectionem Jobi*, non prodeſſe Deo *tam acerbas piorum Caſtigationes*, *Vſ.* 5. 6. 7. faciunt *conceſſionem ſumti, cum confirmatione, & ampliatione* q. d. *Quemadmodum homo non obeſt Deo per peccatum ſuum, quandoquidem tanta inter ipſum, & Deum, diſtantia eſt: ita nec pœna peccati ei prodeſt. Indidem autem ſequitur, quod neque ex juſtitia tua capiat emolumentum.* Non poterat aliter, ob id quod *Vſ.* 3. adſciverat.

Quæ-

Quæſita ad hæc Criſi Cl. *Schmidius* VII. *Hæc* Cocceji *non placent*; *falſum omnino eſt*, *tantam eſſe inter Deum*, *&* *hominem*, *diſtantiam*: *in ipſo enim movemur*, *vivimus*, *&* *ſumus*. An hoc tollitur a *Coccejo*? an *falſum*, eſſe inter Deum, & hominem, *infinitam diſtantiam*, non utique *loci*, quod longe a mente *Cocceji* repulſum, ſed *perfectionum*? Et quid ipſe tandem? *Nobis* inquit, *ita argumentatur Elihu. Is qui ſummum vaſtiſſimumque Coelum*, *ad nubes*, *&* *terram uſque*, *una cum terra poſſidet*, *&* *cujus adeo ſunt omnia*, *quæ ſunt*; *neque ex peccato*, *neque ex juſtitia hominum*, *damnum*, *aut emolumentum*, *accipit.* Hæc in ſe vera: ſed quid ad rem? hactenus enim generalia. *Vſ.* 2. expoſuit Vir Doct. *Reſponderi ad Theſin Jobi*, Deum videri peccatis hominum delectari, aut utilitatis quid capere, *ſive ex malitia*, *ſive ex juſtitia*, *hominis*, *ex eo quod ſit Altiſſimus*, *qui ſibi ipſi ſufficiat* &c. Monuimus, illam *theſin* nunquam *Jobo* in mentem venire potuiſſe. Adhuc arceſſitior hæcce ejus confutatio. Circumſpiciendus omnino VIII. certior *Scopus* quo ſublimis hæcce diſputatio recta feratur, & quidem ita, ut cum *Jobo*, *Amici* ſimul refutentur. Nempe ab utraque parte itum fuerat in *exceſſum*: & *Amici* quidem tetenderant *pietati*, & *virtuti*, *comitari felicitatem*; & non convenire *Juſtitiæ*, ut *veri* & *ſinceri* Numinis *cultores* ſint miſerrimi. *Jobus* contra pugnarat, *calamitoſiſſimos* reperiri eos, qui *maxime religioni* ſtuderent; ejuſque *contemtores* palam florere, in boniſque ævum traducere. Hoc reſpectu, non alio, acerrimæ illæ concertationes habitæ: atque huc quoque, tanquam in centrum, collineant duæ illæ audaciſſimæ *Theſes*, quas *Elihu* nunc convellendas ſumſit, *Juſtitia mea præ Dei*: &, *Quid proderit*, *Religioſum* Dei *cultorem vixiſſe* potius, quam *peccatorem egiſſe nullo ſcrupulo ulla in re retentum*? Hanc faciem addidimus verſui 3. ſine qua *filum* rite prehendi nequit. Hæc *ex animo*, i. e. ex *ſenſu interiore Cordis puri*, *Deoque* indivulſim *adhærentis* vel inter tormenta, & cruciatus, neutiquam dixerat *Jobus*; ſed tantum ex *affectu conturbato*, & *doloribus* ſimul, ſimul *criminationibus injuſtis Amicorum irritato.* Tanta tamen hæcce dixerat vehementia, ut *Elihuus*, cui *Conſcientia Viri* haud patebat, merito propterea indignaretur, & tanquam *ex animo* profecta forte, ſibi retundenda duceret. Concipit ergo talem *harum Theſium* redargutionem, qua *Jobo* compreſſo, *Amici* ſimul convincerentur improvidi fuiſſe diſputatores; quum tam inconſiderate urſiſſent, Dei *Juſtitiam* poſtulare, ut *bonis* ſemper *bene*, *malis* vero *male*, *omnia cederent.* Habes conſpectum rerum, quem prudens diſceptator controverſiæ intactum linquere non potuit, quum ex media hacce cauſa, ultro, citroque, agitata, ſponte ſe ingerat; atque nihil egiſſe videri debuiſſet, niſi hoc ipſum curatius diſcuſſiſſet. Eum in finem demonſtrare aggreditur, *Juſtitiam Divinam*, *univerſamque rationem providentiæ*, *noſtro modulo haud metiendam*: *quaſi par eſſet*, *ut ubi pietas*, *&* *religio*, ibi continuo adſit *felicitas*, & *quædam* quaſi *merces*, Dei cultoribus jure ſuo competens: item, ubi *impietas*, ibi confeſtim adſit *calamitas*, & *præſentiſſima pœna*, quæ Dei contemtores palam feriat. Hæc duo ſi nimis acriter teneantur, ſententiæ ferentur imprudentes, ac temerariæ, de Dei erga homines vel odio, vel favore. In hanc partem peccarant Amici. Eodem ex fonte quoque infinitæ exiſtent criminationes providentiæ, quaſi Deus res humanas non moderaretur ſecundum normam æquitatis, & juſtitiæ, ſed eas cæco caſui, Fortunæque ludibrio, ferendas, & volvendas, mandaſſet. Huc *improbi* γυμνῇ τῇ κεφαλῇ procedunt. Moratiores, & modeſtiores, muſſitant. *Probi* & *religioſi*, ubi gravior quædam vis tentationum, per calamitates, incubuit, in acerbas erumpunt querelas, cum Deoque *expoſtulare* etiam, & *contendere*, occœptant. Factum, nimis factum, a *Jobo* noſtro: atque adeo, ardente cum maxime certamine inter *Ipſum*, & *Amicos*, vix aliud factum. Non poterat, ergo, non debebat, *Elihu*, totius *arcem* cauſæ præterire: ſed jam opportuniſſime eandem invadit, atque Noſtrum ex fortiſſimis ſuis præſidiis ita depellit; ut ſimul in Amicos, tanquam parum prudentes aggreſſores, tela recidant. Hoc diſtinctius enucleaſſe operæ erit pretium.

Ibid. Se ipſo major, celſiorque, *Elihuus*, cœleſti velut adflatu tactus, *Jobum* quoque, & Amicos, tangere, & Numine implere geſtit. Ex abrupto ergo infert, הבט שמים *vibranti acie tuetor cœlos*! Contemplator mihi immenſa illa cœlorum ſpatia, qui pulveri ad-

6 Si pecces, quid officis illi? & denſeſcant defectiones tuæ, quid facis illi?
7 Si juſtus ſis, quid dabis illi? aut quid ex manu tua accipiet?
8 Viro, ſicut tu, improbitas tua: & filio hominis, Juſtitia tua.
9 Ab

6 אם־חטאת מה־תפעל־בו ורבו
פשעיך מה־תעשה־לו׃
7 אם־צדקת מה־תתן־לו או
מה־מידך יקח׃
8 לאיש־כמוך רשעך ולבן־אדם
צדקתך׃
9 מרוב

fixus hæres; de Deoque nimis anguſte cogitas: וראה & *cerne*, vero, & ſpirituali, oculo, diſcerne, quantæ Majeſtatis ſpecimen ingerant, ſupra viſum, captumque, noſtrum, infinitum quantum ſublimatæ. ושור שחקים & *ſubtiliſſimas*, *æthereaſque*, illas *plagas ſuſpicito*: גבהו ממך *altifrontes ſunt a te*. Id ſonantius, pleniuſque, quam, *quæ ſunt altiores te*, quod *Merc.* aliique habent. *Præ te*, ferri poſſet, ſi reſolvatur in, *præ quam ut* accedere viſu, nedum mente capere, valeas. *Supra te* habent *Jun.* & *Trem.* quod noſtro proximum, qui indubitato tenemus *a Te, in infinita a te diſtantia*, magnificam *frontem attollunt*. גבה ut جبه proprie *Altifrontem eſſe* ſignat: de quo alias. Non felix Cl. *Schmid.* inſerens מה *quam*, *quantum*, *te altiores ſint*. Vis fervidæ orationis abruptius hocce voluit. Multo minus recipio, quod ſubdat, *Obſervamus quod altitudo non ſumatur præciſe, ſed cum tota ſua capacitate, atque adeo cum omnibus contentis. Meminit autem altitudinis, quia quo altius eſt corpus rotundum, eo eſt capacius.* Nempe ut modo num VII. vidimus, *terram incluſam* voluit, ne Deus *cœlo includatur*. Intempeſtivus metus: quo *Schema* univerſum obſcuratur. Ad ſcopum *Elihui* facit, ut *Deus* jam conſideretur *Cœlos pro ſolio habens*, & *terram* pro *ſcabello pedum*: unde inferri queat, *ſicut Cœli alti ſupra terram, ita viæ meæ altiores veſtris* &c. Hoc pro fundamento ſtraviſſe ſuffecerit. Reliqua argumentatio mox evolvetur.

Verſ. 6 Bono conſilio *Vulgat. Si peccaveris, quid ei nocebis* &c. Item *Tigur. ages in illum.* Alii, *facies adverſus Eum.* At *Jun.* & *Trem. operaris ei.* Minus bene. *In malum* tendere hanc formulam תפעל בו, luce clarius. Nemo addubitavit, excepto *Schmid.* qui & *bonum* forte hic *comprehendendum* dicit, ut ſit, *quid facies ipſi ſive boni, ſive mali.* Geminatam hanc vim gemino addit membro, ex male jacta *Theſi* ad *Vſ.* 2. & 3. quæ hac indigebat fultura. Ceterum ad Magnificum illum adſpectum, quo *Vſ. præc.* evocabat, & *Cœlorum interminabilem*, atque *inæſtimabilem*, *ſublimitatem*, pulcherrime ſubſumitur, *Si pecces quid efficis in illum?* &c. Deus immenſum ſupra hominum *ictus*, & *tela*, eſt *ſubvectus*: quippe quæ in *caput jaculantis* confeſtim *recidant*. Dei *pax*, *felicitas*, *gloria*, *lux inacceſſa*, *peccatis* mortalium *conturbari*, *minui*, *obſcurari*, ne minimum poteſt. Quicquid de *læſa* Dei *Majeſtate*, & *offuſcata* ejus *gloria*, ſtylus humanus fert, id humanitus intelligendum. Hæc demonſtrare Ardelionis eſſet. Quid inde *efficere* velit *Elihu*, ad *Convictionem Jobi* ſimul & *Amicorum*, *Vſ.* 8. dabitur.

Verſ. 7. Inductio validiſſima ex *immenſitate Cœlorum*, elicita in contrarium; ut *minui peccatis* nequeat *Majeſtas*, aut *Gloria Dei*, in ſe; ita nec hominum *officiis*, *virtutibus*, *religioſiſſimiſque cultibus*, vel tantillum poſſe *augeri*. Ecquid *Soli*, vel *Stellis*, *lumen* addere poterit homuncio, in terris repens? Plura dabit, qui verba perdere volet, & *Meridiei* faculam accendere.

Verſ. 8. Concluſio hæc pro *lapide Lydio* inſervire ſimul poteſt, ad defectum cujuſque *Hypotheſeos* detegendum. Sed conſtituendus ante ſenſus eſt: in quo paululum ambiguitatis. Alienum plane duco I. quod *Gregor. Philip.* aliique, illud *qui ſimilis tui traxerint* ad *imitatores*, & *ſectatores* q. d. *Nemini nocere*

9 מרוב עשוקים יזעיקו ישועו מזרוע רבים׃

10 ולא־

9 Ab Opulentia oppreſſi opem conclamant; & quiritantur ob brachium magnatum.

10 Et

re poterit impietas tua, ſi male agentem æmulatus non fuerit: quemadmodum filium hominis juſtitia tua juvabit, ſi vias tuas, cum recte incedis, imitetur. Paulo ſpecioſius II. multi ſic concludi autumant, *Quicquid vel boni facis, vel mali, id ad proximum ſolummodo redundat.* Vergunt huc *Doct. Tigur. Calvin. Conc.* CXXXVII. *de Pined. Sanct. Schmid. Crinſoz.* &c. Reſtrictius III. *Vatabl. Si male feceris, damno tuo id feceris: ſi bene, bono tuo.* Conſentit *Merc. Cuique ſua impietas nocet, juſtitia prodeſt.* Laxius IV. Cl. *Cocc.* duo hæc amplectens *Si tu improbe agis, ipſe depravaris, & proximo tuo, vel injuria, vel ſcandalo, obes. Si item juſte agas, tu meliori ſtatu es, & proximo tuo, vel actu charitatis, vel exemplo, commodas.*

Ibid. Exploremus jam, quid quæque *Hypotheſis* ad *Vſ.* 5. propoſita hic præſtet. *Codurc.* I. ſilet. Poſterius colon *e ſupervacuo* additum dicere debuiſſet. *Sanctii* collectio hæcce. II. *Hominem qui tecum commoratur, quemque contrectas, adfligere potes: itemque auxilio tuo juvare: Deum non potes.* Atqui, ex ejus mente erat adſtringendum, *Deum ex hominum punitione nil utilitatis, ac compendii, venari.* Non plena III. *Merceri* concluſio, *Non eſt quod ita juſtitiam tuam prædices, quaſi ea Deo quicquam conferat* &c. Paulo plenius IV. hoc *Calvini. Retinendum quod hic paucis pronunciat Elihu*, peccata noſtra hominibus nocere, non Deo, pariterque juſtitiam noſtram hominibus prodeſſe, non Deo: *ne imaginemur Deum iraſci eo, ut ſeſe vindicet, quaſi dolore affectus eſſet: aut contra nobis obſtrictum eſſe; ut parem referat gratiam.* Incommodius V. *Jun.* & *Trem.* inducunt *tranſitionem ad alteram partem dilemmatis. Mali vel boni adficiuntur pro malitia, vel bonitate ſua. Propoſitio univerſe hic dicta fuſius explicatur uſque ad Vſ.* 15. Toto cœlo aberratum. Cl. *Cocc.* VI. pro ſubtiliore ſua *Analyſi*, hic *allegari* putat *Cauſam probationum*, vel *Judicii probationis*, de quo ſupra: quaſi *Elihu* admiſſa *Objectione Jobi*, eaque *ampliata*, & *confirmata*, nunc promeret, cur *probationes* a Deo adhiberi neceſſe ſit. q. d. *Quod infers jam*, quia Deo non incommodas peccato tuo, *ideo hominem non adeo ſevero explorandum examine, id non ſequitur*; *quia illum oportet iccirco* probari, *quo arceatur a* peccato, *& creſcat in* juſtitia, *ad ſuum & proximi bonum.* Longe adductum; nec *principium* quod huc perduxit, firmum, *Vſ.* 3. Cl. *Schmidio* VII. ad *Theſin*, quam impugnari cenſet, *Deum delectari peccatis*, jam prius Colon ſic reddendum foret, *Homines tantum juvat, & delectat, improbitas, non Deum.* Evitavit abſurdum Vir Doct. ſubſumens, quod nihil ad illam Theſin: *Deo nihil quicquam prodeſt, aut nocet, ut compenſet bono, vel malo* &c. Noſter calculus ita ſubducitur VIII. *Tecum volutas, & dicis, Quid proderit juſtum vixiſſe potius quam injuſtum, quando Deus Juſtum, injuſtumque, juxta habet; quin juſtis mala, injuſtis bona impertit?* Itane vero, inquit *Elihu.* Hoccine ut ex ore tuo exeat! *An Deo quicquam inde vel decedet, vel accedet, ſive tu Juſtum egeris, ſive injuſtum? In Te, Te ipſum, vel Juſtitiam tuam, vel Injuſtitiam, redituram ſcias, &c. Tuo capiti fuerit, ſi malum præoptes: tuo item, ſi bonum.* Hoc primum. En alterum. *Deus nec Tibi, nec ulli, quicquam debet; neque rationes reddere tenetur, cur bonis* ſæpe *mala, malis bona, obtingant. Sufficit ad Ejus Juſtitiam*, quomodo tandem cumque res ire videantur, *omni criminationi eximendam*, immotum fixumque, manere, *Improbitatem ſibi eſſe pœnam præſentiſſimam; itemque probitatem, & virtutem, ſemet*, ut ita dicam, *remunerare.* Nunquam *improbus non infelix*, vel *in gremio Fortunæ*, & *Felicitatis ſuæ, ut ſomniat, culmine.* Nunquam *probus* non *felix*, vel in *ſummis calamitatibus*, ſi modo a ſeſe non deſciſcat, ſed Deo *obedientiam*, & *patientiam* debitam, præſtet. Uno ictu *Syſtema Jobi*, vel potius *Arcem querelarum* ejus, *expugnari*; *Amicorumque tum Hypotheſin*, tum *ſiniſtras conſequentias*, diſſipari ſentis: ut nil nimium ſibi *Vſ.* 4. arrogaſſe appareat acrem huncce, nec minus ſubtilem, diſputatorem. Magna Emphaſis, admiſſo hoc loci conſpectu, in

כמוך *Viro, ſicut Tu*, i. e. *cujus natura imperfecta, mutabilis, dependens, obnoxia, indiga, cui omnia accedere, omnia item decedere, poſſint.* Potuiſſet efferri רשעו & צדקתו, *Viro, ſicut tu, improbitas ſua; & filio hominis ſua juſtitia.* Sed vehementior oratio ſubſtituit רשעך & צדקתך *Improbitas tua, & Juſtitia tua*, quod ictus in *Jobum* deſtinaretur.

Verſ. 9. Diſcidium tam in nexu, quam in ſenſu. Utrumque ſimul expediam. *Codurc.* I. Ita vertit. *A multitudine oppreſſionum clamorem excitant: clamantque propter vim Magnatum.* Explicat, *Non læditur, nec juvatur, Deus factis noſtris. Hæc ſunt mortalium commercia, viceſque. Ita reciprocis devinciuntur beneficiis, vel offenſibus laceſſuntur.* Eodem frigore II. *Sanct.* ad verſionem *Vulgat. Propter multitudinem calumniatorum clamabunt*, &c. *ejulabunt* &c. *Probat quod proxime dixit*, hominibus hominum impietatem nocere, prodeſſe pietatem. *Alioquin qui calumniis violentorum, & tyrannorum manibus, opprimuntur, non clamarent, ejularentque, ut vel Deus, vel homines potentes, & pii, ſuppetias ferrent* &c. Otioſe addit, *falſo Jobum, quaſi providentiam negaſſet, tangi.* Ipſe multimodis falſus. *Merc.* III. obſcure, & fluctuanter, *præ multitudine oppreſſos ad clamorem adigunt*, nempe *potentiores* &c. Supplet, *præ multitudine oppreſſionis*, aut *violentiæ*. Durum. Nec mollis connexio: *Quia ſuis ſceleribus homines nocent aliis, nec ferre poteſt Deus diu tenues ab impiis opprimi; ideo eorum miſertus, impiorum punit, & coërcet, ſcelera: non quod alioqui ſuo regno, aut ſtatui, timeat, niſi illos punierit. Juxta alios objectionem potius ſolvit Jobi, ex eo quod ab improbis tenuiores opprimantur. Sed utrumque intendere potuerit Elihu.* Reſpicit *Calvinum*, qui habet, *propter multitudinem opprimentum clamatur*; &c. atque ita IV. pergit *Conc.* CXXXVII. *Nunc ſupereſt ut videamus quomodo Deus ſit juſtus, & mundum regat in æquitate, etiamſi res ſint confuſæ. Improbi quidem regnant, opprimunt, prædantur, diſſimulante Deo: ſed Elihu oſtendit minime mirandum eſſe, ſi, cum Deus ſit patiens, ſinat res male ſe habere, nec proſpiciat ſimul atque Eum invocamus, quia non precamur ſerio, & ex animo. Si igitur Deus permittit, ut homines adfligantur, id juſta de cauſa ſit, quoniam non convertuntur ad ipſum cum precibus, & gratiarum actione, ut par eſt* &c. &c. *En bella quæ multis in locis graſſantur: en regionem vaſtatam: incenſas videas domos, fortunas direptas* &c. *tributa & vectigalia immodica impoſita. Nemo eſt qui non* vociferetur *ſe ad oſſa uſque exedi. Interim numquid mundus ad bonam frugem redit: numquid Dominum vera humilitate requirit* &c. &c? Hiſce ſimilia obſervari debuere *Junio* & *Trem.* V. hæc annotantibus, *Magnates opprimunt; ſi autem oppreſſus non revertatur ad Deum, per fidem, nihil egerit clamoribus vagis* &c. Eorum verſio quæſitior ſic ſonat: *Freti magnitudine efficiunt, ut oppreſſi clament.* &c. Haud procul *Cocc.* VI. inferens, pro ſuis rationibus, *utile eſſe judicium probationis, ob defectum, qui eſt in quorundam afflictorum precibus*, a *V ſ.* 9. ad 14. Vertit, *Ex amplitudine fraudati conclamant; quiritantur a brachio amplorum.* Sex vitia enotari cenſet in *implorantibus.* 1. *impatientiam*; quod *clament* ad omnem *fraudationem* & *injuriam.* 2. *Avaritiam*, quod *clament* מרב *ex amplitudine, inter abundantiam.* 3. *Invidiam*, ob *brachium amplorum.* 4. Cum *tumultuoſa conclamatione* ſive *hominum*, ſive *Dei.* 5. Cum *Hypocriſi.* 6. Cum *oblivione gratiarum actionis.* Multum in his acuminis. Cl. *Schmid.* VII. incipit *ſecundam partem confutationis qua Theſin illam*, Deum anſam & cauſam præbere ſcandalo, quaſi peccatum illi proſit, eove delectetur, *convulſum iverit Elihu.* Scilicet ubi ſemel offenſum in *Hypotheſi*, res ſiſti nequit; & lapſus lapſum trahit. Nil impeditius ejus verſione, in longiorem periodum protracta, ad *V ſ.* 13. *Propter multitudinem oppreſſorum convocant* ſuos quidem, *conclamant propter brachium* ſuum *Magnates: Nec dicit* ullus eorum, *ubi eſt Deus* &c. *Qui docet nos* &c. *Mox* vero *clamant, & non exaudit eos* &c. Senſus. *Fieri quidem ſolet, ut Magnates improbi multos opprimant, etiamque ſuos* convocent *tanquam ad communem prædam*; clament *etiam*, & conclament *præ gaudio, ob* brachium *ſeu potentiam ſuam invaleſcentem, nec de Deo cogitent* &c. *Nihilominus eos non impunitos Deus dimittit, mox enim facit illos ipſos a malis potentioribus ſuperbe opprimi: atque tunc eoſdem clamantes Deus non audit, ſed oppreſſos relinquit, ex jure talionis, atque ſic Scandalum, quaſi oppreſſione delectaretur, e medio removet.* Hæc omni ex parte laborant. 1. יזעיקו *conclamant* ſuos, *ad communionem prædæ*; alienum

num ab uſu, tendente potius ad *clamorem conſternationis*. 2. ישועו *vociferantur*, *magna & læta voce*, item contra *proprietatem*, in *quiritatione* ſitam *miſerorum*. 3. *Vociferari ob brachium*, non *opprimentis*, ſed *oppreſſi* utique. 4. Haud quadrat in *Tyrannos*, quod *Vſ.* 10. exſignatum. Multo minus. 5. quod *Vſ.* 11. Denique 6. *Vſ.* 12. nihil habet, quod *pœnam opprimentium Tyrannorum* conſignet. Scopo propiores VIII. Doct. *Tigur. Cur igitur clamant* multi *ob magnitudinem oppreſſionum? & vociferantur propter violentiam Magnatum? Nempe quia nullus dicit; ubi eſt Deus qui me condidit* Convenit, quoad rem, cum *num.* IV. At עשוקים *oppreſſiones* ſonare, parum veriſimile. Concinnius *Præcl. Belg.* IX. *Propter magnitudinem*, potentiam ſuam, *clamare faciunt oppreſſos*; *vociferantur propter brachium Magnatum.* Redit item ad *num.* IV. Potuiſſent adhuc rotundius X. *propter magnitudinem* prægravantem *oppreſſi conclamant: quiritantur propter brachium potentum.* Ita fere Doct. *Reim.* Non tam teres ſtructura *Pagnini* XI. *De multitudine calumniam patientium*, quos *clamare faciunt*, & *vociferantur propter brachium fortium*; *Nullus dicit*, *ubi eſt Deus?* &c. Et ille potuiſſet aptius XII. *De multitudine oppreſſorum*, qui *conclamant*, & *vociferantur propter brachium validorum*; *nullus eſt qui dicat* &c. Nempe ולא ſic reſolvi ſe patitur, *ſane non dicit* quiſquam: Nos obſervamus XIII. verbum יזעיקו 1. nec *clamant* reddendum, nec *clamare faciunt*. Prius fuiſſet in *Kal* יזעקו, quod ſemper uſurpatur in *clamore quiritante* eorum qui aliquid mali, aut injuriæ, patiuntur; eſt enim *cum fragore erumpere*; vel *rumpere querelas* &c. ut زعق. Eadem vis in צעק صعق, ut alibi indicatum. Conſonat fere σκήπτειν, & ἐπισκήπτειν, quod eſt *actionem injuriarum intendere*, ob *verbera*, *vulnera* &c. *Vindictam poſtulare ab oppreſſionibus.* Hoc in *conjug. Kal* paſſim obtinet. In *Niph.* נזעק & נצעק eſt *conclamari*, ſive *undique convocari ad opem ferendam:* item, *ſe invicem hortari ad ſuppetias* &c. 1 *Sam.* 14: 20. *Jud.* 6: 34. 35. & 18: 22. 23. Eadem poteſtas in ἐπισκήπτεσθαι. In *Hiphyl* הזעיק valet *conclamare*, vel *ſub præcone advocare ad opitulandum* &c. *Jud.* 4: 10. 13. & 2 *Sam*. 20: 4. 5. הזעק לי ἐπισκήπτε μοι *evoca mihi viros Judæ*, *tres dies*. Hinc *promulgare per edictum*, ſuccrevit; ut *Jon.* 3: 7. item, *inclamare vehementius*, ut in *conſternatione*, & *periculo bellico:* quod *Zach.* 6: 8. dexterrime locatum. Elucet hinc 2. עשוקים ſtare in caſu recto, ut *oppreſſi* dicantur *conclamare*, & *convocare opitulatores.* Intelligeſis *Deum*, *hominesque*; *quibus vindictam ſui*, adverſus violentiſſimos oppreſſores, *non ſine tempeſtate querelarum*, *mandent.* Habes Theatra omnis *violentiæ* hinc, illinc *conſternationis*, & *quiritationis*; quæ ſemper in orbe terrarum conſpecta. 3. מרב *ex amplitudine* i. e. *ex media abundantia*, quod Cl. *Cocc.* offerebat, relatum ad *oppreſſos*, quorum *impatientia*, & *avaritia*, ſic increpetur ſimul, incommodius. Magis ad rem, *a copia* fraudantium, & *amplitudine*, *conclamant fraudati*, ægerrime ferunt *oppreſſores* ſuos *vivere lætos*, *lautos*, *copioſos*, ipſi *inopes*, *nudique*. Ita רב *abundantiam*, *affluentiamque bonarum rerum* notat *Deut.* 28: 47. & רבים ſunt *opulenti*, *divites*, *copioſi* *Pſ.* 37: 16. Cohærent voculæ רוב רבים *copia copioſorum*, quas ſtylus ſublimior ſejugavit, ut זרוע *brachium violentiæ* interveniret. Simplex oratio dediſſet עשוקים יזעיקו מרוב ומזרוע רבים *Oppreſſi conclamant publice opem ab opulentia*, *& brachio Opulentorum magnatum.* Licet & רוב רבים *magnitudinem Magnatum*, eadem *Paronomaſia*, reddas. *De Pined.* רבים hic *jaculatores* dari poſſe cenſens, jactum perdidit. 4. ישועו eſt verbum ſolemne in *publicis & gravioribus vexationibus*, quod priori יזעיקו apte recinit, per formulam, *Leva guttur præfocatum*, de qua alibi. Ex hiſce dubitari nequit, quin *Locus* de *Oppreſſionibus Magnatum in orbe graſſantibus*, *deque Oppreſſorum quiritationibus a Deo neglectis*, ſuſcipiatur. Hunc *Jobus* in medio curſu diſpu-

10 Et non dicit, ubi Deus, Factores mei! dans cantica in nocte.

10 ולא־אמר איה אלוה עשי נתן זמרות בלילה׃

11 Do-

11 מלפנו

putationum ſuarum aliquoties tetigerat, atque *Cap.* 24 ample executus erat. Relegenda, quæ ad *Vſ.* 1. & *ſeq.* ibi data: itemque ad *Vſ.* 12. ubi diſerte negavit Noſter, *Deum querimonias Oppreſſorum* audire, quas contemtim propterea תפלה; *ſputationem*, ſive *ſcreationem gutturis preſſi*, vocabat. Deſcendendum proinde cenſeo in eorum ſententiam, qui hanc graviſſimam *Jobi* objectionem, & criminationem Juſtitiæ Dei, nunc refutari autumant. Id *Amicis* ex ſua *Hypotheſi* integrum haud fuerat; ac proinde una opera ipſi refutantur, & convincuntur parum cohærentia dixiſſe. Anſam *objectionis* hujus nunc *excipiendæ*, & *reſellendæ*, dabat *Vſ præc.* valde opportunam, ſi enim *Improbitas in Caput* recidit *auctoris*; & *ſi Probitas* ac *juſtitia* ſuam ſibi mercedem mox fert, neceſſe eſt *probos florere*, *improbos ſub pedibus jacere.* Atqui contrarium palam obtinet. Totus aër reſonat *quiritationibus* eorum, qui ſub *tyrannide*, & *improbitate*, *florentium divitum*, ingemiſcunt. Ergo fallit Canon: nec Juſtitia Dei ſarta tecta præſtatur.

Verſ. 10. Pro diverſis rationibus ad *Vſ. præced.* & nunc ſtudia ſcindantur neceſſe. Compendi tamen facere licet; & ad duas claſſes omnia reducere; quatenus vel de *oppreſſis* hæc ſubnexa, vel de *Oppreſſoribus.* De *Oppreſſoribus* I. continuant *Græci*, & nonnulli *Latinorum*, quaſi negetur, quemquam *eorum memorem vivere Dei*, *Creatoris ſui* &c. Hinc ſtat *de Pined. Bolduc.* itemque *Schmid.* de רבים *Magnatibus* omnino ſermonem eſſe contendens. Debuiſſent rationes proferri, quæ id vincere poſſent. Cl. *Schmid.* nihil producit. *Bolduc.* id adfert, quod contrarium pervincere queat. *Propter inſignem*, inquit, 1. *horum verborum cum Eliphazi dictis ſimilitudinem, vix dubitare licet hæc de Tyrannis Oppreſſoribus intelligenda eſſe. Cap.* 22: 23. q. d. *Tu ipſe es ex numero illorum, qui ſi non verbis, at ſceleratiſſimis operibus, Deum eſſe negant.* Atqui cum *Eliphazo* adeo non conſentit *Elihu*, ut eum confutet. Addit 2. *ubi Deus* עשי *qui fecit me?* i. e. *beneficiis ornavit*, convenire magis in *oppreſſores*, quam in *oppreſſos*: ut enotetur *Character Profanitatis* in omnem audaciam *projectæ*, cum *abnegatione* Dei. Non patitur hunc adſpectum illud עשי *Factores mei*, ſive de *Creatione* capias, ſive de *beneficiorum collatione*. Languidule Cl. *Schmid.* inducit *Oppreſſorem* ſemet quaſi monentem, *ubi eſt Deus, qui ut Factor meus, ita & Judex: & qui, quandoquidem mihi omnis generis bona fecit, & dedit, colendus ita eſt, ut præcepta illius ſervem, illum timeam, & alios non opprimam.* Ubi eſt Deus? *nonne prope me, & circa me, eſt? nonne videt omnia quæ facio mala aliis, & vindicaturus eſt? & hoc gravius, quod me videt beneficiis ſuis ingratum eſſe?* Solute, & aliene. Denique 3. *dare cantica in nocte*, trahit ad periphraſin *proverbialem*, qua *ingens proſperitas Magnatum* deſcribatur, quatenus *Noctem in jocis, epulis, tripudiiſque*, conſumunt: quum contra *pauperes diurnis laboribus fatigati quieſcunt, ſilent, & ſomno membra reficiunt.* Equidem *miſeriam* illam *proſperitati* iſti *ingenti* longe prætulerim. *Schmid.* iterum dilutius, *Qui nos tam clementer cuſtodit, & regit, per vitam noſtram, ut etiam* Nocte *poſſimus eſſe læti & canere: quin imo, qui in ærumnis noſtris non deſerit nos. Neſcio an non etiam alludatur ad morem Magnatum, qui noctu Muſica, & cantu, delectantur.* Sentis, qui de *Oppreſſoribus* hæc explanare debent, in ſalebras incidere. Planior conſtructio & explicatio II. ad *oppreſſos* ducit, quam ex *Latinis* ſecuti *Gregor. Philip. Vavaſſ. Sanct.* &c. Item *Hebræi*, & *Hebraizantes*, *Munſt. Cajet. Vatabl* &c. nec non *Calvin. Merc. Jun. Piſc. Druſ. Cocc.* omniſque adeo Interpretum Chorus. Aliquid tamen & inter eos diſcriminis: plurimi enim ſtatuunt, ut *impios* deſcribi hoſce *inopes tyrannice vexatos*: alii *pios* quidem *illos*, ſed *vitiis*, & hypocriſi multa, adhuc *infectos.* Primis accenſendus *Vavaſſ. Dum ſæviunt inter ſe mortales, non eſt ex oppreſſis, qui de Deo ut par eſt cogitet; quique ad ejus providentiam, fidem, veritatem, miſeri-*

ricordiam confugiat. Ex *Merc.* hauſtum, hæc notante. *Non dixit ex animo*, *& cum fide. Omnes quidem profitentur ſe credere in Deum*, *& Eum agnoſcunt ſuum Creatorem*, *ſed ad eum toto pectore non redeunt* &c. Et is hauſit ex *Calvin. Conc.* CXXXVII. *Quum Mundi ſtatum attendimus*, *comperiemus eos qui vexantur ſatis lamentari*, *& ejulare ob mala ſua*, *ſed tamen eorum clamor ad Deum non fertur. Eſt tanquam belluinus quidam ululatus. Voces in aërem projiciunt; ſed tamen cor non effundunt coram Deo* &c. &c. Poſteriorem ſententiam tenet *Cocc.* nam non niſi in *pios* quadrare poteſt, *eos clamare tanquam in ſalutis diſcrimine*, *per Hypocriſin*, *quæ temporalium jacturam non diſtinguit a damno ſpirituali.* Eos tamen *defectus* adjecit, qui multum *fermenti* in hiſce reſiduum arguant, *avaritiam*, *invidiam*, *impatientiam* &c. ob quæ *vitia* in fornacem probationis mitti meruerint. Enimvero ſtatui poſſet, utrumque genus intentum, nec diſtinctioni locum eſſe, quod *Tyrannis* & *Vexatio* in utroſque cadere ſoleat. Si tamen attendamus ad *ſtatum controverſiæ*, atque ad *cauſam* quam *Elihu* adverſus *Jobi* criminationes obtinere debebat, ambigi nequit, quin ad poſteriores potiſſimum mens diſputantis feratur; in quos etiam plenius, planiuſque, competunt *Characteres*, hocce, & ſequenti verſu, conſignati; in quos preſſiuſcule inſiſtendum.

Ibid. Ad priorem notari velim, non ſine magna quadam Emphaſi hic inſertum illud עשי *Factores mei.* Amputo ſubtilitates. Teneo quod ſana cum ratio, tum Doctrina, dictat, *Ubi Deus*, *Factores mei*! eſſe aliquid diſtinctum, & minime vulgare, tum in conſtructione; tum in ſignificatione: unde *Myſterii* reſpectum excludere haud par. איה *Ubi!* non eſt *ſpernentis* jam, & *inſultantis*, ut *Mal.* 2: 17. *Ubi Deus judicii!* ſed *quærentis*, & *anhelantis* veluti. *Jer.* 2: 8. *Sacerdotes non dicunt* איה יהוה *Ubi eſt Jehova*! Confer *Eſaj.* 63: 11. 15. *Pſ.* 89: 50. איה חסדיך *Ubi miſericordiæ tuæ!* &c. Oſtenditur ergo jam vera cauſa, ob quam *oppreſſi Deum vindicem miſeriarum* ſuarum non experiantur; quia *vindictam* quidem *poſcunt Deum*, Cœlumque clamoribus fatigant, ſed *Deum ipſum non quærunt*, non anhelant, non ut *unicum* & *ſummum Bonum*, in mediis miſeriis, *celebrant*, atque *amplectuntur*; prout ſeſe nobis in *Fœdere gratiæ* revelavit; & cum omni *amplitudine bonorum ſpiritualium* offert. Hoc ſi facerent, *in Cruce* quoque *Gloriari* poſſent, & plus quam *Victores* exiſtere, per Eum qui *Cantica præbet*, non *de Die* tantum, ſed & *Nocte media*, atque vel *denſiſſimas* inter *tenebras* calamitatum.

Ibid. Venio ad ſecundum: *Dans ille cantica in nocte.* R. *Salom.* I. זמירות *exſcidia* reddit, & cogitat de *Judiciis nocturnis* Dei in hoſtes Eccleſiæ. Alienum. *Chald.* II. ad genium Scholæ ſuæ, *Ante cujus faciem Angeli in excelſo inſtruunt Hymnos de nocte.* Forte & LXX. νυκτερινὰς φυλακὰς dantes III. tale quid intendebant. *Orig.* aliique traxere ad *Angelorum nocturnas* circa nos *cuſtodias.* Alia interpretamenta dabit *Catena.* Neſcio quid captantes *Syr.* & *Arabs* IV. *Dans cogitationem*, vel *meditationem de nocte.* Suſpicarer id eos voluiſſe quod *Lyran.* V. aliique, quibus *Carmina in nocte*, ſunt *revelationes*, & *inſtructiones nocturnæ.* Alienius VI. nonnulli *aviculas de nocte cantillantes ad hominis recreationem*, induxere. *Muſicam nocturnam Magnatum* VII. ad quam *Bold.* & *Schmid.* reſpiciebant, non plus momenti ferre putem. Argute VIII. nonnulli *Siderum lætos choros*, *pulcherrimo concentu orbem ſuum conficientes*, hinc exſculpſere. *Rabbini* fere referunt IX. ad *carmina*, & *materiam laudum Divinarum*, de nocte, *ex Siderum magnifico illo adſpectu. Pſ.* 8. Non procul hinc *Sanct.* X. cui *Carmina* ſunt *Dona*, *immortali carmine digna*: quæ *carmina* dicantur *data in nocte*, quia *laudando Deo nocturna ſilentia opportuniora.* Eodem redeunt, quæ Cl. *Cler.* dedit. *Merc.* XI. monens R. *Levi* per *Noctem* intelligere *Mundum noctis & tenebrarum plenum*; alioſque item *Noctem calamitatum & adflictionum*; ſubdit: *Malim*, *ut ſonat*, *accipere*; *quia* Nox *ſuapte natura triſtis eſt*, *& in ea luce ablata velut Deus ipſe nobis abſconſus videtur*; *& inter dormiendum videmur velut mortui*; *quin multis periculis de nocte expoſiti ſumus propter tenebras: quum ergo* noctu *nos ſervat Deus*; *materiam abunde ſuppeditat canendarum laudum.* Interdiu *etiam quidem multa occurrunt argumenta Dei laudandi*, *ſed* lucis beneficio *homo ſibi a multis poteſt cavere* &c. Hauſtum ex *Calvin. Conc.* CXXXVII. *Simpliciter acci-*

piendum, *Deum etiam eo tempore*, *quo homines ſopiti*, *dare* cantilenas. *Nox enim omnia extinguere*, & *Occaſus Solis ſpeciem quandam Mortis videtur inducere. Si Elihu locutus eſſet de* cantilenis diurnis, *non ita magnificaſſet Dei Gratiam.* Interdiu *enim homines operi ſuo incumbunt*: *tum ſe exerit eorum vigor*; *tunc excitati eorum animi. Id igitur non adeo eximium fuiſſet*, *ſi dixiſſet Deum* dare cantilenas interdiu; *quemadmodum quum nos* ad noctem *amandat. Tum enim quaſi emortui jacemus*; *animi noſtri videntur proſtrati*; *nulluſque in nobis ineſt vigor*: & *tamen Dominus* dat cantilenas: *ſi enim homines noctu excitantur*, *habent unde ſentiant*, *quomodo Deus eos in ſua protectione habeat* &c. &c. Hæc ultra *beneficium communis providentiæ* non procedunt. Amplius quid quæſitum XII. a Cl. *Cocc.* qui multa ſimul amplexus, ad plenitudinem, & ubertatem, ſenſus. Ei *Deus* dicitur *cantus dare in nocte*: 1. *Dum admirabile illud ſiderum ſpectaculum præbet.* 2. *Dum de die nos inter actiones* & *tentationes varias regit*, *ut de nocte*, *ſuper ſtrato*, *habeamus materiam ampliſſimam gratiarum actionis.* 3. *Dum laxationem laborum homini*, *imprimis ærumnoſo*, *concedit.* 4. *Dum hominem ſoporatum cuſtodit ab omni noxa.* 5. *Dum ita ſocillat ſimul ſpem quietis noſtræ a laboribus* in morte, & *conſervationis pulveris noſtri ad beatam reſurrectionem. Cui ſuppar* 6 *Conſolatio in ærumnis hujus vitæ. Neque præteriverim*, 7. *quod Deus* gallicinio noctem *diſtinxit*, aviculárumque cantus *lucis orientis* prænuncios *fecit*; *cum quo perapte convenit*, *quod ſubjungitur*, *Docet nos præ* pecudibus, & *præ* avibus &c. *Uti enim ſic* Providentia *ſe vigilem excubare oſtendit in brutis etiam*, *ad hominis utilitatem*, & *voluptatem*, *ita ſimul adigimur ad cogitandum*, *quem* Cantum *Deus nobis dictet* &c. &c. Reſpice *num.* IV. V. VI. VII. IX. X. XI. quos conjungendos cenſuit præcl. Interp. imitatione Foſſoris metallarii, qui ex una vena eruere callet non unius generis divitias. Alii XIII. ſolam admittunt *Figuram*, ut *Nox* deſignet *Calamitates*, & ſenſus ſit, *Qui in nocte verſantibus adflictionum dat materiam cantici*, & *gratiarum actionis.* Ita *Vatabl.* itemque *Caſtal. Grot.* Signatiſſime *Epiſc. Elienſ. Qui non tantum valet relevare miſerum*, *ac corroborare*, *verum etiam vel in ſæviſſimis calamitatibus eum gaudiis ſuis complere.* Hoc intentum, ſi non unice, præcipue ſaltem, res ipſa arguit; nam evictum dare vult *Elihu*, neminem *a Deo deſeri*, in veramque cadere miſeriam, niſi qui primus *Deum deſerit*, Ei plena cum fiducia non adhærendo. Hoc in *Jobum* dextre ſimul intorquetur, qui ſi *Fidem*, *patientiam*, *ſubmiſſionem*, *reſignationem ſui*, reliquaſque virtutes, *Juſtitiæ* haud minimam partem, retinuiſſet, in *profundiſſima* hac *Nocte calamitatum*, *materiam* quoque *lætitiæ*, & *Carmina*, inveniſſet: quum nunc, de gradu ferme dejectus, dixerit, *Cithara mea* in *Luctum feralem*; & *Organum* in *vocem plorantium converſum. Cap.* 30. *Vſ. ult.* Habes inſignem Locum, campumque, de *Victoria Fidei*, quæ *in ipſis adflictionibus glorietur*, & *triumphet.* In hoc adſpectu, ut olim, ita nunc quoque, pedem figo. Non neceſſe *Noctis* uſum huncce figuratum ex Libris *Arabum* adſtruere; nam *Sacer Codex* eum paſſim offert: monendum tamen tantopere eum ab *Arabibus* frequentatum, ut in ſtylo ſublimiore omnem impleat paginam. *Schol. Harir.* ad *Conſ.* 3.

العرب تشبه الامر المهول والخطب
الشديد بالليل المظلم

Arabes omnia horrenda, *gravia*, *adverſa*, *comparant Nocti tenebricoſæ.* En guſtulum, ex *Hamaſa.*

كانك لم تسبق من الدهر
ليلة
اذا انت ادركت الذي كنت
تطلب ۞

Es tanquam cui nulla unquam Nox obtigerit,
Quum aſſequeris ultionem, *quam concupiſcis.*

Inter *Proverbialia* dicta a *Tebrizio* productum ibidem: دمث لجنبك
قبل الليل مضطجعا

Sterne lateri tuo ante Noctem locum recubitus: i. e. *Calamitatibus venturis*, *para aliquid remedii*, *vel in patientia*, *qua temet armes.* In *Diw. Hud*, continuata item Allegoria
تعالوا

11 מלפנו מבהמות ארץ ומעוף השמים יחכמנו׃

11 Docens nos præ brutis terræ: & præ volucri cœlorum nos ſapientes reddit.

12 שם

12 Ibi

تعالوا اعينوني علي الليل انه
علي كل عين لا تنام طويل

Concurrite, juvate me adverſus Noctem, ſane illa
Omni oculo non nictanti incubat longiſſima.

Appoſitiſſime *Gloſſ. Ordin. Carmen in Nocte* eſt *Lætitia in tribulatione.* q. d. *Si preſſuris temporalitatis adfligimur, ſpe tamen de æternitate gaudemus. Infirmus cum adfligitur, nimia puſillanimitate laſſatur, ſpem gaudii futuri non retinens, qua vim ærumnarum lenire, & ſuperare, poſſet.* Hoc *Elihuo* in cenſura adverſus *oppreſſos, ærumnis ſuccumbentes* præ *defectu Fidei*, non potuit non obverſari: quando omnis *expoſtulatio* cum Deo, & *criminatio viarum Ejus*, hinc oriunda. Id adeo verum, ut Cl. *Cler.* ad finem hujus Capitis reponere auſus fuerit, *Magnam partem Sermonum Jobi eo ſpectare, ut oſtendat Deum nullas pœnas improbis imponere, proptereaque eorum numerum augeri: atque hanc querelam eſſe eorum quibus pœnæ alterius vitæ aut ignotæ prorſus, aut ſat notæ non erant, ut de iis conſtaret.* Sæpius ſupra refutatum. Si extra dolorem, & tentationem urguentis cum maxime calamitatis, tales querelas inſtituiſſet *Jobus*, ſpecies ſubeſſet, tenuiſſima illa quidem, ſed tamen non omnino nulla. Aſt *æſtuantes* miſeri *querimonias* in *confeſſionem* quandam *Fidei* ejus velle convertere, nimis profecto imprudens, & injuſtum.

Verſ. 11. Qui ad Oppreſſores deflexere, hic plane obhærent. Laborat certe I. quod *Schmid.* dedit: *prioribus beneficiis Dei adduntur alia, quæ Deus tum univerſo generi humano, tum* Magnatibus *etiam inprimis exhibet; quippe qui* prudentia & ſapientia *plerumque alios ſuperant.* Contortius adhuc *Bold.* denotari his verbis vult *Tyrannorum*, & *avarorum, ſtupiditatem profundiſſimam; qui ad belluinos mores degenerantes ex memoria ſua expuliſſe videantur, Deum multo meliora hominem docuiſſe, quam* Jumenta terræ, *quæ rapto, & mutuis cædibus, vivunt; & quam* volatilia cœli, *quæ quamvis alis in ſublime ferantur, tamen præter cantum, præter volatum, præter cibum & prædam, nil ſublime ſapiant.* Fideliſſime reddidit, quod *de Pined.* præiverat. Ad *oppreſſos* II. hæc redire, communis calculus reliquorum ita ſancit, ut diſcrimen ſupra indicatum recurrat. *Merc.* generaliore conſpectu, qui ad omnes ex æquo ſe diffundat, ſic: *Qui efficit ut doctrina, mente, & Sapientia, beſtiis præcellamus. Ratio enim eſt, & mens, qua mutis animantibus præſtamus, inſigne Dei donum. Hæc quum* oppreſſi *non conſiderent, Dei dona ingratitudine oblitterantes, quid miraris, ſi Deus eos libidini, & tyrannidi, potentum permittit.* &c. Prolixius *Calvin.* ea admiſcens, quæ non niſi in *probos* quadrent. Diſertim *Cocc.* cum *ratione*, & *mente*, conjungens *verbum*, quod *homini vitam immortalem*, & *communionem Divinæ naturæ, ac beatitudinis, proponat* &c. Officia hinc ſpeciatim ab *Elihuo* intenta, percenſet 1. *Omnia quæ nobis accidunt, accipienda eſſe, ut gubernationem Dei* & παιδαγωγίαν ἴνα. 2. *Ab hoc magiſterio Dei ſemper pendendum, niſi velimus in extremam lineam ſtultitiæ incidere, & ſapientiorem temet putare eo, qui te ſapientem facit.* 3. *Quod ſapimus ergo, recteque agimus, Deo Auctori ſemper tribuendum.* 4. *Nos eum ſemper debere quærere* &c. *Quumque* 5. *adfligimur, non debere latrare, ac mugire, ſed orare inſtar filiorum.* Hæc, & alia bene multa, *pietatis officia*, his ſententiis incluſa, ambigi nequit, quum *Doctrina*, & *Sapientia*, qua *homines* a ceteris *animantibus* diſtinxit Deus, inferat præſertim *nobiliſſimum* illum *ſenſum Religionis*, quo qui caret, *vitam pecudum ſub humana ſpecie vivere* cenſendus. Ex *Religionis* porro *ſenſu* omnis *virtus* efflorеſcit, cum *ſpe*, & *fide, immortalitatis* conſequendæ. *Virtus* autem per *ſpem, fidemque, vivam*, animata, ut om-

12 Ibi clamitant, & non reſpondet, a vultu elationis malorum.

13 Pro-

12 שם יצעקו ולא יענה מפני גאון רעים׃

13 אך־־

omnia *munia pietatis* complectitur, ita inprimis inſpirat, *conſtantiam*, *fortitudinem*, *patientiam*, *magnitudinem animi miſerias vincentis*, & *in materiam triumphi convertentis.* Hi ſunt *excellentes* fructus, quos *Religio Cultoribus* ſuis *præſtat*, & *repræſentat*, pro *pignore cumulatioris* adhuc *remunerationis.* Iſtam *animi exaggerationem*, ad quam *homines* erexit, vocatque, Deus, ſi, ut par erat, obtinerent, non ſuccumberent adverſis, atque, vel in *noctibus caliginoſiſſimis*, non *querelas* funderent, ſed *Hymnos*, ſed *carmina* decantarent, illam inexhauſtam gratiam celebrando, quæ *malum* ipſum convertit in *bonum*, ſi a *pietate*, & *virtute*, non deſciſcamus, Deoque fortiter, & conſtanter, adhæreſcamus. Qui hic in *comparationem* excurrunt *ſolertiæ* in utroque genere animantum, *irrationali*, & *rationali*, non tam Scopo *Elihui* attendunt, quam naturalis Hiſtoriæ campum amœnum, ad anſulam hinc porrectam, perſequuntur.

Verſ. 12. Semet implicant I. qui ad *Tyrannos Oppreſſores* hæc applicare voluere. Horum non una ratio. Cl. *Schmid.* 1. cenſet, *ſubjungi pœnam opprimentium*, *quos Deus lege talionis ulciſcatur*, *ut ita oſtendat ſe peccatis non delectari*, *aut commodum inde capere.* Ei רעים *Mali*, ſunt *alii a* רבים *Magnatibus*, *& his plerumque pejores*, *quibus Deus eos juſto judicio permittit*, *ut durius etiam tractentur viciſſim in oppreſſione ſui*, *quam ipſi alios tractarunt.* Ex mente *Bold.* 2. רעים *mali* iidem qui רבים *magnates*: שם *ibi*, eidem valet, *quum huc impietatis progreſſi ſunt*, *ut Deum conditorem ſuum abnegent*; *tum repente clamabunt*, ob pœnam iis inflictam, *nec audiet eos Deus*, *propter tumorem malitiæ ipſorum.* Telo hoc *Jobum* impetitum ſtatuit, quem nunc *non audiat* Deus, quod *improbiſſimum egerit* pauperum *Oppreſſorem.* Violenta omnia. *De Pined.* 3. contortius adhuc ad *diuturnitatem Tyrannidis*, & *Tyrannorum longam proſperitatem*, hæc trahit, *ſuperbiam Malorum* exponens *eorum altitudinem*, *dignitatem*, *gloriam*, *ſplendorem fortunæ*; *quem videre cogantur pauperes cum gemitu.* Ad *oppreſſos* fruſtra opem Dei implorantes II. melior tendit calculus. Nec hic tamen unus. 1. *Gregor. oppreſſos clamantes*, *ideo non exaudiri* vult, *ut ſuperbia malorum*, *dilato ſupplicio*, *conſummetur.* Hoc *de Pined.* vocat *multo labore quæſitum*, & tamen ejus interpretatio idem plane reddit alio vel vultu, vel colore. 2. *Cajet. Titelm. Oſor.* רעים vocari putant *oppreſſos* ipſos, *quibus* Deus *non reſpondeat vociferantibus* quod *ſe ſatis humiles*, *ſupplicesque*, *haud præbeant*; ſed contra *ſuperbi* ſint, ac *mali.* Coactum. Commodiore ſtructura 3. *Merc. Ibi* ergo, *clamabunt propter elationem malorum*, præ faſtu improborum a quibus opprimuntur, *nec exaudiet* eos Deus, *ob cauſam jam dictam*, *quod non redeant ad Deum ex animo*, *& fide.* שם *ibi* accipit pro *Tunc: eo loco ubi adfliguntur.* Similia habet *Calv. Conc.* CXXXVIII. *Quum homines Deum quærent in veritate*, *is tunc propinquus erit*, *ſeque ejus manus exeret ad opitulandum*; *ſed tantiſper dum ululant inſtar ferarum*, *clamor ipſorum erit inutilis: nec propterea dicendum*, *Mundum & res humanas oblivioni a Deo tradi.* Ei שם *ibi*, eſt, *urgente vi malorum.* Ita etiam *Jun.* & *Trem. Ibi*, *in calamitate poſiti.* Eleganter *Cocc. ideo* reddi poſſe monet, ex *Pſ.* 14: 5. Signatius quid ſubeſſe ſuſpicor, ut *ibi* valeat, *ſic adfecti*, & *intus mente diſpoſiti*, hoc eſt, *minime compoſiti ad ſubmiſſionem religioſam ſub manu Dei.* Hoc feliciter expreſſum ab *Eleg. Crinſoz.* Quod Cl. *Cler. ibi clamabunt*, reſolvat, *ſunt alicubi qui clament*, diluit ſenſum, non firmat. Rectius poſterius colon effert, *ſed non exaudit* ita ut liberet *a ſuperbia malorum.* Nempe 4. *Hyperbaton* evitans, venuſte יענה מפני, non יצעקו מפני, ſtruendum cenſet. Phraſin *Prægnantem* vocant *Grammatici.* Ea hic pondus fert, & decus. Pondus, quia *clamor* ob *ſuperbiam*, & *violentiam* jam *Vſ.* 9. expoſitus. Decus, ut *Pſ.* 22: 22. מקרני *Ex cornibus*

13 אך־שוא לא־ישמע אל ושדי
לא ישורנה׃

13 Profecto vanitatem non audit Deus; & omnipotens non adſpiciet illam.

14 אף

14 Quod

bus —— *reſpondiſti mihi.* i. e. *me inde vindicans.* Liceat 5. addere, מפני hic non ſimpliciter poſitum videri, ſed *Emphatice*, uti quum dicitur, *Ne conſterneris* מפניהם *a facie, a vultu eorum: Eſech.* 2: 6. *Jer.* 1: 8. 17. & 39: 17. Sic exiret, *Non exaudit a facie ſuperbiæ Malorum.* Notum, apud Latinos *Vultum* nonnunquam cum *terrore*, aut *faſtu*, venire: ad quam formam haberemus, *a vultu ſuperbiæ malorum.* Geminum germanum, *Vultus inſtantis Tyranni*, apud *Lyricum.* O mittere nequeo *ſuperbiam malorum* a *Vatabl.* exponi *vehementiam adflictionum.* Figura ſplendida.

Verſ. 13. Diſtractio multa opinionum. *Vulg.* I. liberius, *Non ergo fruſtra audiet Deus; & omnipotens cauſas ſingulorum intuebitur.* Id a *Gregor.* 1. ſic exponitur. *Non fruſtra audit Deus clamantem, ſed audire diſſimulat, non ignorans, quod unuſquiſque tolerat.* Huc redeunt quæ copioſe *de Pined.* in *Paraphr.* itemque *Vavaſſ.* At *Sanct.* 2. *Obſervandum*, inquit, *negationem prioris Hemiſtichii repetendam in poſteriori* h. ſ. *Non ergo Deus ſine cauſa a miſerorum precibus aures, & non ſine cauſa a miſeriis illorum oculos avertit.* Utrumque impeditum. *Bold.* II. ad *Oppreſſores* hæc referens, *Decet ſane ut tantæ vanitatis homines a Deo ne audiantur quidem, & cum ipſum ſint mendacium, omnipotens eos non dignetur aſpicere.* Idem exhibet *Schmid.* niſi quod שוא non *homines vanos* ei ſignet, ſed *preces vanas*, *fide & pœnitentia vacuas.* Ad *oppreſſos* III. plerique cum *Merc. Verum vanitatem* i. e. *Vanas preces*, talium ſine fide orantium, *non audiet Deus, nec intuebitur illud*; ſcil. *quod opprimuntur*, ſive *injuriam illis factam.* Quaſi redderetur, quod *Vſ. præced.* dictum erat, addita cauſa. Ita *Cocc. Cauſa, quod non reſpondeat clamantibus* h. e. *non conſoletur eos, nec tranquillet eorum animos, eſt, quod nec audit, nec adſpicit, id quod temerarium eſt.* h. e. *quod non poſſint ei placere preces temerariæ.* Eſſet *Regula Sanctuarii*, opportune hic inſerta; *adſ.* in ישורנה ad שוא redeunte. Eodem reſpectu generaliore *Doct. Belg.* quibus שוא notat *Homines Vanitati deditos*, eoque ipſo *Preces parum ſinceras fundentes.* Nil tritius *Abſtractione* pro *Concr.* Longe diſcrepat IV. *Calvin. Totum illud nihil aliud eſt quam vanitas: Deus non audit, & omnipotens non advertit.* Cenſet *Objectionem* fieri, *in perſona incredulorum; qui, etiamſi demonſtretur, Deum non ſine cauſa pati, ut homines in ſuis miſeriis hæreant, hoc tamen concipere non poſſint; ſed ſumma cum temeritate & veſania pronuncient*, Deum non audire, &c. *quum Mundum confuſe ferri, & fortuito regi videamus.* Hæc eſt illa opinio, quam *Merc.* tertio loco propoſuit, ut *Mimeſin eorum qui opprimuntur.* Subjungit judicium, *Non puto huc unquam ſpectaſſe Jobum, etſi immodicus fuerit* &c. Commodius in hunc ſenſum foret V. *Profecto temerarium*, dicere propterea, *non audit Deus, nec videt illud.* Ictus recidens in eos, qui nimis *temere in querelas*, vel *criminationes*, adverſus *Providentiam* erumpunt. Subtilius quam par R. *Levi, Vanitatem non audit, nec intuetur* Deus, *tanquam ab ipſo ordinatam, quippe qui particularia hæc non regat* &c. Nimio acumine item Cl. *Guſſ.* VII. *Quicquid ſit, Deus non ita audiet, ut ejus attentio fruſtretur:* q. d. *Non audiet vanum, non ita audiet ut non bene dijudicet* &c. Poſſem VIII. non omnino incommode, *Verumtamen Vanitatem non audiet Deus, neque Omnipotens eam adſpiciet.* Quantumvis non continuo *ſuperbiam*, & *Vanitatem*, *exſcindat* Deus, ſed eam *in terris regnare* nunc permittat; nunquam tamen *eam* lætus, facilisque, vel *audiet*, vel *adſpiciet. Improbitas*, etiam quum *florere* videtur, & *culmina rerum ſcandere*, eſt, & manet, Deo exoſa; tantoque graviores, quanto lentiores, tandem pœnas ſubibit. Hoc cum ſeq. *Vſ.* præbet nexum ſatis mollem. Movit me, quod שוא in hoc Libro *improbos*, & *improbitatem* ſignet: ut *Cap.* 11: 11. & 31: 5. Adde *Pſ.* 26: 4. &c. Sic refutaretur, quod *Jobus* inſinuaſſe videbatur *Cap.* 24: 23. & 27: 9. 10. Cohærentius tamen IX. quod

 num.

14 Quod autem dicas, non adſpicies eum: judicium coram eo; & præſtolabere eum.

14 אף כי־תאמר לא תשורנו דין לפניו ותחולל לו׃

15 At

15 ועתה

num. III. poſitum, cum aculeo in *Jobum* emiſſo. Dixerat ille *Cap.* 24. 12. *Deus non curat ſcreationem* pectoris oppreſſi &c. Regerit *Elihu*, *Sane vero vanitatem non audit Deus:* &c. Ideo *aures* ejus *clauſæ*, quod *Quiritationes* illæ *miſerorum*, quas invidioſe תפלה appellaſti, *nomen* & *omen* gerant, atque revera nil aliud ſint quam *ſcreatio*, & *indecora ſputatio*, ex *impatientia*, *incredulitate*, aliiſque vitiis, oriunda. Hæc, ut in loco perquam obſcuro, ita profero, ut liquidius quid deſiderare me diffiteri non poſſim.

Verſ. 14. Graviores adhuc fluctus. *Vulg.* I. *Etiam cum dixeris*, *non conſiderat*, *judicare coram illo*, *& expecta eum.* Geminam explicationem apponit *De Pined.* 1. Acriorem hanc. *Quamvis lento gradu ad vindictam procedat Deus*, *nec ſubito corripiat improbos*, *non ideo ille res humanas negligit*, *quin potius attentiſſime* conſiderat : *oportet tamen ut illum expectemus venturum* ad judicium ſeveriſſimum *omnium noſtrarum actionum.* Frigide ſubdit, *Hebraizantes* vertere, *Non conſideras*, *ſed hanc mutationem perſonarum non mutare ſenſum.* Debuiſſet ſaltem addere, ex mente *Hieron.* ſermonem directum videri ad *Deum*, q. d. *Jobus*, *Tu* O Deus *non conſideras illud.* Mitiorem 2. illam. *Conquereris*, *O Jobe*, *cauſam tuam negligi a Deo: ſed profecto melius tibi eſſet* judicium *tuæ vitæ*, *&* ſupplicium *tibi inflictum*, *patienter accipere : quod ſi feceris licebit tibi meliora a Judice tuo expectare.* Acerbe *Vavaſſ.* & *Sanct.* 3. *Quod blaſphemum illud dixeris*, Deus non reſpicit mortalia, *Scias eum talium vocum* judicem, *& vindicem ſeveriſſimum*, *teque graviores propterea pœnas manere.* Media ſententia conformata fere ad illud *Merc.* II. *Quod te dicis non* videre Deum, *etiamſi eum quæras*, Judica *tete* coram eo; *culpam tuam & ejus judicia agnoſcens*, & expecta illum, *in eum ſpera*, *non dubium enim quin te ſit ſolaturus.* Exhibet etiam III. fortius adhuc. *Quanto magis cum dicas*, non intueris eum: quaſi in nexu ad præc. *Vſ.* inferretur, *Quum Vanitatem non audiat* Deus, *quanto magis te non auditurus*, *qui audacem hanc vocem miſiſti* &c. Ita fere *Jun. Piſc.* &c. Paulo aliter *Calvin.* IV. *Quamvis dicas*, non intuebor illum, *aperto vultu*, *neque ejus conſilia arcana penetrare potero*, Judicium coram ipſo, *itaque* expectes eum. i. e. *Concludas Deum juſtum eſſe*, *quamvis non animadvertas.* Habes compendio, quæ *Conc.* CXXXVIII. prolixius legi poterunt. *Tigur.* & *Belg.* conſentiunt: nec multum diverſi *Cocc. Patric. Crinſoz. Cler.* ad *Cap.* 23. 8. reſpicientes, *Druſ.* ambigit circa דין לפניו ſitne, *Judica* temet: an *Judicium coram eo*; an, *Cauſa tua.* Cl. *Schmid.* V. ſtatuit, *Jobum* introduci *cum Deo agentem*, *Etiam quod dicis*, ad Deum, *Non vides hoc*; quod ſcil. dictum *de Magnatum oppreſſione:* vel &, *non vides illum*, nempe *oppreſſum.* Hæc *Objectio Jobi.* Ea ſic reſolvitur. *Reſtat judicium coram illo*, ſcil. *in altero ſeculo*, quod *tibi expectandum*, & *patienter reſpiciendum.* Eſt idem plane, quod in prima acie comparuit. *Bolduc.* VI. *amuſſim Hebraicam*, ut ait, ſervans, dat, *Etiam quod* tanto faſtu *dixeris*, te aſtaturum audacter coram Deo Judice, *non audebis videre* Deum oculis erectis: fac modo apud te *coram illo* de te ipſo *judicium*, & videbis, te *in illum omnem ſpem tuam* projicere debere. Auctori ſoli *amuſſitatum* id vocare licuit, quia libuit. Cl. *Cocc.* VII. præter id, quod *num.* IV. poſui, tentat bifariam: 1. *Quum putabis* te videre Deum, *non videbis Eum* 2. *Quum dices* i. e. optabis & quaſi jubebis, *non videbis Eum.* q. d. *non ex nutu tuo*, *& ut tu vis.* Idem manet ſenſus: דין autem ei eſt, *Examen*, *quo hominis fides ad regulam exigitur:* item *Exitus tentationis*; ejuſque *Æquitas.* Poſt id quod *num.* VIII. *Vſ. præc.* dabam, ſatis apte ſubſereretur: *Quod autem dicturus ſis*, *Te illum*, vel *illud*, *non videre*; Te hanc *Dei Juſtitiam*, & *ſeveritatem*, erga improbos non perſpicere*:* *Judicium coram illo*, *quod tibi patienter expectandum.* Liquido certe adfirmari poſſit, *Expectationem* hanc eſſe *patientiæ*, qualis *prægnantis*,

15 ועתה כי־אין פקד אפו ולא־ידע בפש מאר׃

15 At nunc, quod nihil admodum viſitarit Naſum ejus; & non experiatur pro tumore impenſius.

16 ואיוב

16 Id-

tis, quæ dolores æquo fert animo; ut *Cocc.* rite annotavit. Minus felix Cl. *Guſſ.* IX. ultima reddens, *Cauſam tuam expone coram Ipſo, & fac Eum parere*: i. e. *ita commove ejus viſcera, ut ab ipſis gratiam optatam elicias.* Metaphora nec facilis, nec ſane opportuna ad ſeriem, conditionemque *Jobi*. Ea X. omnino videtur exigere, *Quod ſi dicas, Non videbis illum*, i. e. plane hoſtili affectu me a facie ſua excluſit, *Judicium ante Faciem ejus*; eſt æquiſſimus: *juſtitia & judicium Throno* ejus *adſtant.* Confer *Pſ.* 9: 5. *Itaque patienter expectabis illum*, vel *illud:* nam לו ad utrumque ſe præbet; malim tamen ad *Deum*. *Non* תשורנו *cernes illum*, eodem adſpectu, quo *Cap.* 34: 29. Caſtigatur *Jobi impatientia*, in quam, ut capitale crimen, etiam eorum, qui gratiæ Divinæ non exſortes, tota hæcce inſtantia incumbit; cujuſque duo poſtremi verſiculi Noſtrum nominatim reum declarant.

Verſ. 15 Inter Brevia eremigandum. *Vulg.* I. *Nunc enim non infert furorem ſuum, nec ulciſcitur ſcelus valde.* Id ita: 1. ligandum cenſet *de Pined. Nunc ſpei in Deo reponendæ tempus, & locus, cum Deus non omnem ſtomachum refundit in impios, nec paria ſceleribus ſupplicia irrogat. Quum igitur in ipſo ſupplicio benignitatem Dei experiaris, non eſt quod meliorem ſpem abjicias.* Similiter *Bold.* & *Sanct.* Alii 2. nectere malunt cum ſeq. *Vſ. Nunc ideo Jobum vana verba multiplicaſſe, quod Deus lenius cum Jobo egerit quam meruiſſet.* Vide *Vavaſſ. Codurc.* 3. *Malo*, inquit, *hæc referre ad omnium hominum ultionem, quam Deus in diem Judicii differt, quam ad Jobi ſingularem vindictam.* &c. Vicinum quod *Doct. Tigur.* II. *Quia enim jam non animadvertit iratus; neque pro enormitate ſcelerum pœnam irrogat.* Incommoda duo. 1 אין פקד *non animadvertit*, ſimpliciter; contra genium vocis. 2. פש *enormitas ſcelerum*; a *multitudine*, & *copia*, quæ radici ſubeſſe creditur. Ea ſic levare conatus III. *Merc. Et nunc quia Nihilum* eſt *quod viſitavit ira Ejus*, Exigua eſt, & pene Nihil, ira, qua te adflixit; *neque novit multitudinem* peccatorum tuorum *admodum*. i. e. *lenius te punivit, quam commerueras* &c. Duriuſcule *Calv.* IV. *Nunc vero quod viſitat, non eſt in furore, nec cognoſcit in multitudine valde* i. e. *non exactiſſime inquirit: non nimis alte ſcrutatur; ſed ſuperficie tenus, & leviter, attingit res noſtras.* Multum diverſi *Jun.* & *Trem.* V. *Nunc enim, quia nihil* iſtorum eſt, *viſitat ira Ejus, quia non agnoſcit* Deum *hac recreatione admodum.* Expoſitio hæc. *Quia Jobus nec judicat ſe, nec Deum expectat, nec hac enunciatione verbi Divini, qua errantem corrigi, & adflictum recreari oportebat, admodum afficitur, ideo Dei ira viſitat eum.* A *copia*, quæ voculæ פש ſubjicitur, ortus hic flexus, non lenis ſane. Cl. *De Dieu* VI. ad prius Colon *Junio* palmam deferens, reliqua ſic mallet, *neque curavit* Deus *proſperitatem admodum.* i. e. *omnis proſperitas in qua Jobus hactenus vixit, non prohibuit Deum ab eo viſitando, quippe quam Deus neutiquam curare ſoleat.* Monet פש adferre proprie *ſanitatem*, & *bonam habitudinem Hab.* 1: 8. *Jer.* 50: 11. *Mal.* 3: 20. unde *proſperitatem* hic notare queat. In idem incidit Cl. *Cocc.* dans, *At nunc quia id non eſt, viſitavit ira Ejus, & non advertit ad auctum valde.* Annotatur, *Homo in examen venit, ut probetur ejus ſpes, & patientia. Quando illa non exſtat, invadit ira Ejus, qua odit, & amolitur, peccatum, etiam in iis quos ſalvos vult* &c. *& quidem ita inviſit ira Ejus, ut nullam habeat rationem* opimæ & auctæ conditionis, *ſed omnem copiam deſtruat, neutiquam parcens.* Vocabulum פש *adjective* poſitum cenſet, pro פָּשׁ, ut ſignet *auctum mole* & *copia.* Hunc *ſenſum* planiſſimum & ſimpliciſſimum autumans, adjicit tamen VII. *potentialiter* poſſe explicari. *Atqui ſi non eſſet* judicium (*diſceptatio quædam animi ſeſe librantis inter gratiam & ſeveritatem*) coram ipſo, *viſitaſſet ira ejus, & non diſcreviſſet* quicquam *in aucto valde.* i. *nihil ſupereſſet. Hæc explicatio continet eam, quam*

R.

R. Levi protulit, *quamque Piſcator*, *& alii*, *ſecuti*, *tenuiter caſtigari Jobum.* Pro ſuis rationibus Cl. *Schmid.* VIII. exponi cenſet, *quid futurum ſit in Judicio alterius ſeculi: nimirum, quod hic viſitatum*, *ſeu punitum*, *non eſt*, *tum punietur ſecundum rigorem iræ Divinæ*; *& quod Deus hic* non cognovit judicialiter, *ibi fiet* cum augmento magno. Ad hæc ita verſionem accommodavit: *Et nunc quando non eſt*, *viſitabit* tunc *in ira ſua: &* quando nunc *non cognoſcit*, tunc viſitabit *in multitudine valde.* Hæc nemo valde limpida judicabit: nam פש pro *mole*, & *cumulo pœnarum*, unde approbabitur? Mitto reliqua. Cl. *Reim.* IX. circumſpexit novam lucem, a פשט *Chald. Scrutari*, *inquirere*, exhibens, *ſed illico non viſitat* ſemper *ira Ejus*; *neque curat inquiſitionem admodum.* Ad hanc rationem *Tarditas Judiciorum cœleſtium* inculcaretur. אין *non ſemper*, haud expeditum. Impeditius ידע בפש *curare inquiſitionem.* Similem ſenſum diſſimili via invenit Cl. *Cler.* X. *Nunc quia ira Ejus non inviſit* malos; *neque de ingenti* eorum *copia cognoſcit.* Ait proprie eſſe, *neque novit in creſcente valde* i. e. *non fert judicium de augmento malorum*, *ut illud impediat.* Supplentur tantum non omnia. *Kimch.* in L. R. XI. ידע ad *Jobum* refert h. p. *Et nunc quia nihilum viſitavit ira ejus*, *nec ſcit multum admodum* de viis ac judiciis Dei, *ideo ſtomachatur in Deum.* Languet. Erectius *Doct. Belg.* XII. poſtrema ſic efferentes, *nec pernovit* Deum *valde in opulentia.* Liberiuſcule *Forſt.* XIII. *Neque cognitionem habuit in laſciviam nimiam*, nempe Deus. Id ad *num.* I. rediret utcumque. Idem voluiſſe videtur *Aven. Neque cognitionem habuit in luxuria:* niſi forte *Jobum cognitione vacaſſe* velit, ut *num.* XI. Doct. *Caſt.* in *Lex.* ad vim *Laſciviæ*, vel *Luxuriæ*, adſtruendam, locum noſtrum adduxit. Reliqua viri mens parum comperta. *Anglic. Verſ.* XIV. *Nunc vero quia* id *non* ita *eſt*, *viſitavit in ira ſua*, *ſed non agnoſcit* id *in extremitate magna.* Eodem collineat *Vatabl.* ultima ſic reddens, *Neque novit* Jobus *multum admodum* mali: *nimis multam adflictionem.* Ill. *Patric.* tamen maluit *proſperitatem nimiam* eodem fere modo, quo *num.* VI. viſum. Doct. *Crinſoz.* XIV. *Abundantiam querelarum Jobi* adſcivit, *in quam* Deus dicatur *non animadvertere.* Deſino XVI. in noviſſimo conatu Cl. *Crom. Non agnoſcit*, curat, *arrogantiam*, ſeu *ſuperbiam*, *valde.* Elicitum ex *Arabs* فاش *gloriatus eſt*, *ſuperbivit*: فايش *jactator*, *glorioſus*, فباش *gloriatio.* Senſum *planum* & *clariſſimum* vocat Vir Doct. qui *connexionem*, & *ſuam* ipſius *mentem*, clarius deductam dare potuiſſet, ad dubitationem dirimendam. Interim פוש ex فاش multum luminis fœnerari poſſe, non abnuo; præſertim ſi princeps poteſtas teneatur, in *Turgendo.* Sic *Jer.* 50: 11. *Turges ut vitula triturans.* Alii, *creſcis*, *abundas*, *laſcivis* &c. Iterum *Mal.* 3: 20. *Turgebitis ut vituli ſaginati.* Denique *Hab.* 1: 8. *Equi ejus turgent*, nempe *nitidi*, *fortes*, *animoſi in prælia.* Sentis magnam partem eorum, quæ poſita, ſponte defluere, ſi hic adſciſcatur *Turgor*, *inflatio turgens.* Hanc *Jobo* objici, omnia ſuadent. Hinc XVII. veſtigiis *Merceri* inſiſtens dare poſſem, *Et nunc quia Nihilum* eſt *quod viſitavit Ira*, vel *Naſus Ejus*; *neque animadvertit in turgorem valde* &c. Ad mentem *Belgarum* haberes, *nec* Deum *agnovit*, *in turgore valde.* Commodius in *præſenti* XVIII. exiret, *Neque agnoſcit* hoc *in turgore*, quo inflatur *vehementius*, Deum provocans, cum Eoque contendens. *Jobus ita in fermento jacet*, *totuſque tumet*, *ac turget adverſus Deum*, *ut non agnoſcat ſe mitius*, *quam meruiſſet*, *caſtigari.* En aliud XIX. opportunius adhuc, *Nunc autem quia Nihil eſt*, quod *viſitet* Deus *Naſum ejus*; *& non cognoſcat* hoc, *in turgore valde: ideo Jobus* ad *vanitatem diſtendit os ſuum* &c. Linguæ indoles invitat פקד אפו potius convertere, *Deus viſitat Naſum ejus*, *Jobi*, quam, *Naſus*, ſive *ira*, *Dei viſitat Jobum.* Ita פקד עון *viſitat iniquitatem*, paſſim. Iniquitas *Jobi*, erat *ejus Naſus*, i. e. *ira*, ſive *vehementia*, qua in Deum ipſum conferbuiſſe videbatur. In eo ſimul vis *arrogantiæ*, & *ferociæ*, comprenſa; ut *Cap.* 18: 4. & *Cap.* 34: 17. ubi ex noſtra quidem mente *Jobus* jubetur *Naſum refrænare.* Sui ſimilis ergo *Elihu*, appoſitiſſime nunc *Naſum Jobi* iterum retunderet acriore hocce dicto: atque, venuſto ſimul luſu, ob *Naſum* nimis *turgidum Os in vana verba* reſolvi innueret. Omnem quercum quatienti occurrit ידע abſolute in *pœnis*; ut ſu-

16 ואיוב הבל יפצה־פיהו בבלי־
דעת מלין יכביר׃

16 Ideo Jobus vanitate diffringit os ſuum; in inſcientia grandia facit verba.

ſupra *Cap.* 21: 19. Inde XX. naſceretur, *Nunc autem, quia Nihil* admodum *viſitavit* Deus *Naſum ejus*; *neque cognoſcit*, præſentes pœnas dat, *in turgore valde*; *ideo Jobus* ad *vanitatem diſpandit os ſuum* &c. אין *Exiguum quid*, *Nihil admodum*, ſive ratione *magnitudinis*, ut *Hagg.* 2: 3. ſive *ratione durationis*, ut *Pſ.* 39: 6. Utrumque aptum Scopo, qui eſt *Jobum* convincere *impatientiæ*; atque ad *ſedatam ſubmiſſionem*, & *patientiam*, ſi pote, revocare. Sic duo poſtremi verſus in periodum ſatis rotundam coaleſcunt; & *ſuffixa* in אפו ac פיהו ad *Jobum* ſimul redeunt; cum *Apoſtrophe* decenti ad Auditores, qua Viri indecens *contumacia* graviter caſtigatur.

Verſ. 16. Variant judicia circa cohæſionem. Iis immorari haud neceſſe. Nobis ו nunc valet *ideo*, *idcirco*, *propterea*. Videſis *Nold. num.* 26. In verbo פצה aliquid grave; quippe quod proprie deſignet *diffiſſionem*, *diffractionem*, unde ad *apertionem oris* tranſlatio facta. *Diffindere os ſuum*, pro *diſpandere*, *diſtendere*, *latius diducere*, ad varios adfectus ſe præbet. Quid hic non ſine aculeo intendatur, cuivis occurrit. *Multiplicare verba* non diſplicet. Fortius tamen, *grandia facere*. Confer *Cap.* 8: 2.

CAPUT TRICESIMUM SEXTUM.

Verſ. 1. ויסף אליהוא ויאמר׃

2 כתר־לי זעיר ואחוך כי־עוד
לאלוה מלים׃

3 אשא

Verſ. 1. ET perrexit Elihu, dixitque.

2 Coronare mihi pauca, & indicabo tibi; quia adhuc pro Deo ſermones.

3 Ad-

Verſ. 1. Quarta hacce, & noviſſima, inſtantia, ſatis artificioſe reſumuntur, atque in unam aciem compinguntur, quæ hactenus diſſertata erant. Præſertim inſiſtitur in Dei Juſtitiam, quæ improbis ſemper infenſa, probis faventiſſima. Deſcenditur deinde in materiam *Cap.* 33. luculenter præſtructam: atque ultimo hoc congreſſu preſſius cuncta adurgentur. Oſtenditur ergo, eos, qui Dei caſtigationibus ſe emendari patiuntur, felices vivere, & mori: qui inobedientes ſunt, infeliciter ocyus, ſerius, maledicta morte abſumi. Hypocritas autem, ſuæ juſtitiæ opinione inflatos, peſſimis exemplis exſcindi. Hinc ad *Jobum* converſus Orator, Officium ei multiplex ante oculos proponit, a *contumacia*, *impatientia*, & *contentione* cum Deo, ipſum vocans ad conſiderationem Majeſtatis illius immenſæ, quæ Cœlum, Terras, Maria, nutu temperat, atque in omnibus ſuis operibus cum admirabilem, tum verendum, ſeſe exhibet, ad ſolatium piorum, & impiorum terrorem.

Verſ. 2. Qui iniquius de *Elihuo* ſentiunt, hic deprendunt iterum *Arrogantiam*, & *inſolentiæ plenam ironiam*, ubi omnia *meram* & *veram* ſpirant *modeſtiam*. Prius Colon diverſimode redditur. *Vulgat.* L. *Suſtine me paululum* &c. Hoc quamvis longiuſcule ab *Hebræo* diſcedere videatur, plurimorum tamen calculo comprobatum; præeunte *Jarchio*, qui ad hæc verba appoſuit כולו לשון ארמי הוא *to-*

3 Adferam ſcire meum inde a longinquo; & Factori meo dabo Juſtitiam.

4 Namque profecto non fucus ſermones mei: Integer ſcientiarum tecum.

5 Ecce Deus præpotens, & non ſubulceratur, præpotens robore cordis.

6 Non

3 אשא דעי למרחוק ולפעלי אתן־צדק׃

4 כי־אמנם לא־שקר מלי תמים רעות עמך׃

5 הן־אל כביר ולא ימאס כביר כח לב׃

6 לא־

tota periodus Aramæa eſt. Nempe כתר *Chald.* & *Syr.* valet *præſtolari*, *expectare.* זעיר pro *pauxillulo*, item creditur *Aramæum*, quamvis apud *Eſajam* quoque occurrat. Denique חוה pro *indicare*, in hoc quidem Libro ſatis crebrum, ſed alibi rarius, *Chaldæis* iterum, *Syriſque*, tritiſſimum. Eſt ſenſus percommodus, in quo propterea acquietum ab omnibus ferme, qui aliquid nominis habent. *Ab. Eſra* tamen II. argutius, *Habe mihi honorem*, ad *modicum* &c. a כתר *corona.* A *coronando* & *cingendo* etiam ſubtilius III. alii, *Sta circa me*, ut *Reg.* Huc *Codurc.* inclinat, monens *cingere* pro *attente audire* uſurpari poſſe. Cl. *Guſſ.* in C. L. H. obſervat IV. vim *circumdandi* in *Pihel* eſſe *hoſtilem* tantum; at in *Hiph.* interdum *hoſtilem*, interdum *amicam* ac *venerabundam. Itaque*, inquit, *intelligi nunc poſſet de mentis operatione, qua adverſarius* circumquaque examinat *ſermonem diſputantis, ut eum, ſi qua pateat objectionibus, impugnet.* Longe petitum. Coactius adhuc V. quod idem *Vir Doct.* tentet, *Eſt mihi quo te concluſum teneam* in hoc certamine; *paululum temporis* concede, & *declarabo* quid illud ſit. *Hanc explicationem præfero*, inquit, *ut* כֶּתֶר *ſit nomen, formæ* גֶּבֶר. In dumeta correpere maluit, nempe, quam libera ſpatia *Dialectorum* tenere. Cl. *Cocc.* vim *præſtolationis* ad *Hebræum* fontem revocare conatur in *Lexico*, a *circuitu* ſuſpicans propagatam *moram* & *expectationem.* Non alienum; quamvis necdum ſatis liquidum. Occurrit mihi VI. vim *Hebraicam* preſſius retinenti, *Coronam dare mihi pauxillulum*, &c. Audientiam *Coronæ* ſibi continuari peteret orator. Quid ſi ſit? VII. *Coronare mihi paucis*: pro, *paucis finem faciam*, *atque ita quæ diſſerui coronabo velut.* Fortius *pauca*: Infin. pro *Fut.* eleg. Dubitari nequit, quin, vigente *Lingua Hebræa*, Radix כָּתַר *Coronavit* multis magniſque metaphoris fuerit inſignita. Ejus *Origo* haud prompta. Quid heic loci figuratum ſit, inde cum tempore eruetur.

Verſ. 3. Pulchra formula, אשא דעי *proferam ſcire meum:* & *ſermone claro exponam.* למרחוק *inde a longinquo*, judice *Merc.* aliiſque, eſt, *altius repetens.* Doct. *Tigur. non preſſius agens.* Subtiliter *Cocc. inde ab ultimo limite cognitionis meæ.* Argutiſſime *Sanct. Quod diu ante meditatus ſum, & dedici de Deo, & operibus ejus.* Doct. *Reim. de rebus cœleſtibus.* Prius ſimplicius.

Verſ. 4. Acerbe *Sanct. His verbis oratorio more Jobum pertrahit in invidiam, quaſi mendacibus figmentis Divinam providentiam oppugnaret.* Si quid aculei ſubeſſet, in Amicos potius dicerem emiſſum; qui *fucum* quendam adhibuiſſe videri poterant, non una de cauſa. שקר in *Origine*, *colorem rubrum*, mox *fucum*, ſignans, ad *pigmenta Oratoria* etiam traduci ſe patitur. *Fucato Oratori* opponit *integrum ſcientiis*, i. e. *ſincerum.* Non *callidus te circumveniam*, &c. ſed *veritati indagandæ* unice inſiſtam. Modeſte ſemet in 3. *perſ.* deſignat. Minus concinne *Vulgat. Et perfecta ſcientia probabitur tibi.* Longius abiit *Vatabl.* ad *Deum* traheus, *quem eſſe perfectum ſcientiis* cum

cum Elihuo ſtatuat Jobus; *ut de eo ulterius diſſeri neceſſe haud ſit.* Inconcinnior adhuc *Apoſtrophe* ad *Deum*, quam *Ab. Eſra* inducit. Recte *Calvin. Senties me eſſe fidelem Doctorem.* Concentu magno omnes idem amplexi. Quid venuſtatis, & decentiæ, ferat 3. *Perſ.* pro 1. in ſtilo præſertim ſublimiore, ſæpius indicatum.

Verſ. 5. Impeditior ſtructura, & ſententia. *Vulg.* I. *Deus potentes non abjicit*, *cum & ipſe ſit potens.* Non patitur ולא, *& non*, ut כביר *accuſandi caſu* efferatur. *De Pined.* II. ait in *Hebræo* proprie legi: *Deus potens*, *& non abjicit potentem potentia cordis.* Imitatum ex *Vatabl.* & *Pagn. Ecce Deus fortis non abjicit fortem virtute cordis.* Hi ex R. *Levi* hauſerunt: q. d. *Deus hominem intelligentem*, *& virtute cordis præditum*, *non poteſt ſpernere.* Eſt planius, veriuſque, quam quod prior ſententia offerebat. *Merc.* III. utrumque Colon in caſu recto ſtare autumat, *En Deus potens*, *& non averſatur*, ſcil. *ſuos*: vel *juſtum*, ut *Chald.* & LXX. *Potens*, inquam, eſt *robore cordis.* i. e. *valet animi præſtantia*: *eſt magni animi*: *ideo opera manuum ſuarum non contemnit.* Ad *Scopum* propius collineans, ſubſerit: *Etſi* adfligantur *interdum* juſti, *non id ideo fit*, *quod eos* averſetur, *& quod improbos oppreſſores* timeat: *eſt enim ipſe ſummæ potentiæ*: *ideo neminem timet.* Hæc non omnino limpida. *Calvin.* IV. eandem tenens conſtructionem, illud ימאס generalius refert ad *invidiam*, *æmulationem*, *animique vilitatem*, *cui obnoxii vivunt mortales*, *ſemper eos qui dignitate*, *& virtute*, *eminent*, *detrectare*, *& deprimere*, *geſtientes.* q. d. *Deum O. M. non poſſe cuiquam invidere*, *ejuſque virtuti quicquam derogare.* Non extra limites. Doct. *Tigurini* V. paulo liberius, *Ecce Deus potens*, *quum vires habeat animo pares*, univerſitatis gubernationem *non detrectat.* Eodem collineatum exiſtimarem. Nec *Jun.* & *Trem.* VI. aliud voluere, dantes, *En Deus validus* eſt, *nec tamen ſpernit*, quemquam; *validus* eſt, *virtus* eſt *animi.* Notæ monent, eſſe *Propoſitionem murmuribus Jobi oppoſitam*: q. d. *Omnipotens quidem eſt*, *ſed non ut Superbus Tyrannus*, *qui potentia ſua abutatur*, *ut infirmos proterat.* Extrema ſic explanant. *Non tantum ipſe eſt validus*, *ſed etiam infirmis animis ſolus virtutem præſtat.* Argute. *Cocc.* VII. ad ſtructuram *Merceri*, hunc præbet ſenſum, *Deum quantumvis Maximus ſit*, *nihilo magis* faſtidioſum eſſe, *ut operum ſuorum quicquam*, *utut parvum*, deſpicatui habeat: *imo quia ita Maximus*, *ut & Optimus*, *ideo rationem habere creaturarum ſuarum*, *ut eas ſervet*, *maxime hominum* &c. Hæc ad prius Colon. Poſterius ita enucleat: *Deum eſſe* maximum virtute cordis: *ſumma perſpicacitate*, *ut cor & renes exploret*: *ſumma item Sapientia*, *ut de unoquoque recte*, *ac juſte*, *diſponat*: *ſumma longanimitate in ferendis vaſis iræ*: *ſumma benevolentia erga juſtos*: *ſumma ira adverſus improbos.* Cl. *Schmid.* VIII. laudans priora illa *Cocceji*, tanquam *vi veritatis extorta*, telum hocce deſtrictum cenſet contra *abſolutum Decretum* in h. l. *Deus* licet *potentiſſimus*, *non* tamen *reprobat* quemquam, ex abſoluto decreto, & potentia, quia eſt *potens robore cordis* i. e. *robore a Sapientia cordis procedente.* Si hic ſubſiſtere potuiſſet *Vir Doct.* veritati egregie litaſſet: cui ſane placere nequit, quod adjecerit, *hoc temperamentum potentiæ*, *& ſapientiæ*, *Divinæ diligenter obſervandum contra* Auctores abſoluti Decreti: *& hoc ſimul notandum*, Cor *non tantum* ſapientiam, *ſed & juſtitiam comprendere.* An ergo *Auctores abſoluti decreti* inde *Sapientiam*, & *Juſtitiam*, divellunt? Quid ſtet, quid nutet, in hiſce, percipias ex argumentatione ad mentem *Viri Doct.* ſic admota: *Ita Tu*, *Jobe*, *locutus es de Deo*, *quaſi aliquid ſaltem ex* abſoluto decreto, *non attenta* æquitate, *&* juſtitia, *faceret*; *ſed revera non ita res habet*; *nam quamvis eſt potentiſſimus & nemini ſubjectus*, *nihil tamen agit ex abſoluta potentia*, *& decreto. Tam fortiter in hoc Libro contra abſolutum Dei decretum pugnatur.* Diſſidia gliſcere, & perennare, haud mirum, quamdiu *Theologi* ita diſputabunt ad *normam ſyſtematis ſui*, non ad *formam verbi.* An *Jobus* unquam diſputavit de *Decreto abſoluto*, de quo hic agit *Vir Doctus*? Volve, & revolve, omnes ejus querimonias; nil ſimile reperies. Non ergo *Elihu* adverſus illud telum ſtrinxit. Aliud longe eſt *Decretum abſolutum* quod *Jobus* videbatur querelis ſuis inſeruiſſe, quo innuebat ſe *innocentiſſimum* & *juſtiſſimum* Dei *cultorem*, ex *mero*, & *abſoluto*, Dei *arbitrio*, *immeritis* hiſce *plagis confectum jacere*; quin imo ex *occulto odio*, & *ſubulcerato adſectu* adverſus *inſontem* plane, atque adeo *præmia promeritum*, ſævirl. Hoc, hoc illud eſt, quod ut ad *confinia blaſphemiæ* accedebat, (Multi ex Noſtris

6 Non vivificat improbum; & Judicium pauperum dabit. | 6 לא־יחיה רשע ומשפט ענים יתן׃

7 Non | 7 לא־

Blaſphemum pronunciare non veriti:) ita ſtrenue nunc confutatur, tanquam a Dei *Celſitudine*, & *virtute exaggeratiſſima*, immane quantum abhorrens. Quorſum ictum huncce deſtinarit *Elihu*, ex *Cap.* 10: 3. &c. pateſcet: ubi *crudiſſime* Noſter; *An bonum Tibi ut opprimas* תעשק *violentiam inferas injuſte? ut* תמאס *ſubulcerato adfectu reprobes laborem manuum tuarum*? Eodem *ſpiritu*, & *adfectu*, *conturbato* emiſſa, quæ *Vſ.* 4. 5. 6. 7. proſtant de *invidia*, & *æmulatione*, quæ Deo ipſi quodammodo objectatur, dum ab Ipſo removetur. Adde inprimis, quæ *Vſ.* 13. 14. 15. 16. animoſiſſime *Ibid.* ſubnexa. Nec omitte *Cap.* 13: 23. 24. &c. & *Cap.* 14: 15. 16. 17. Ad hæc, & alia, oculos reflectens *Elihu*, negat in Deum *adfectiones* tam *humiles*, quibus *homunculi* obnoxii, cadere. Non adfirmarat id *Jobus*: abſit! abſit! Sed inter *æſtuantis cordis dolores*, & *liberiores querelas*, talia effuderat. *Elihuus* interim recte retundit *Spiritus* illos *ferociores*, atque ex iis occaſionem captat *Actionis ſublimioris*, qua *Jobum* ad *contumaciam* deponendam, & *pœnitentiam*, *ſubmiſſionemque*, *Deo præſtandam*, cohortatur. Hoc fundamento dedimus, IX. *Ecce Deus præpotens* ille quidem, *at non ſubulcerato adfectu ſpernit*: *Præpotens* quippe *virtute cordis*: h. e. *ſupra* omnem *imbecillitatem* immenſum quantum *ſubvectus*, nec vel *invidiæ* & *æmulationi*, vel *ſimultati*, vel *odio* ac *rancori*, *obnoxius*: nec *Proſopolepſiæ*, item, *injuſtitiæve* ulli, qua quicquam cuiquam vel derogaret, vel contribueret, quod non *exactiſſimæ Juſtitiæ* reſponderet. Habes *centrum* totius *controverſiæ*; ad quod recta collinearunt Doct. *Belg.* in notis: nec non *Patric. Crinſoz. Mich. Reim.* Adde *Deod. Bez. Druſ. Bolduc.* Quin & *num.* III. IV. V. VI. VII. VIII. plus minuſve, in hoc ipſum conſpirant. Cl. *Guſſ.* extra ſeriem locum tractavit, ſub כבר exhibens, *Affluens conſiliis & præceptis Sapientiæ.* Ad *num.* II. accedit Cl. *Cler. Deus magnus eſt*; *nec ingenio valentes repudiat.* Id præter alia incommoda, nihil habet, quod *Scopo* præſenti ſatisfacere queat. Joculare, quod *Syrus* & *Arabs* כח לב in unum conflantes, dederint, *non repudiat eum, qui purus ut lac.* Anſam errori præbuiſſe ſuſpicor quod *Cap.* 10: 10. figuratum.

Verſ. 6. Egregiæ, & Cedro dignæ, ſententiæ; quæ *Controverſiam* agitatam mirifice illuſtrant, & *Elihui Hypotheſin* veriſſimam nobis declarant. Nihil agit I. Doct. *Sanct.* cum arceſſito hocce nexu, *Deum*, *principes*, *& potentes*, *non punire quia potentes*, *ſed quia impii*, *& quia pauperes opprimant*: *qua de cauſa etiam Jobus nunc ut Tyrannus plectatur* &c. Nec putem II. iis rationem conſtare, qui idem hinc eliciunt, quod ab Amicis toties inculcatum: huc accommodantes illud, *Anni improborum truncabuntur.* Conſentit *Druſ.* exhibens, *Non vivificabit* i. e. *occidet*: *vita privabit. Occidet improbum ante tempus.* Non aliud voluiſſe videtur *Cocc. Non vivificat*, λιπότης, pro *interficit*, & *omni vita ſpoliat.* Improbum *dicit*, *non* malum. *Intelligit damnatum ob impœnitentiam*: *inemendabiliter malum.* Nobis jam ſæpius apparuit, aliud Amicos, aliud *Elihuum* ſtatuiſſe: ac proinde fines rite regundi. *Calv.* paulo propius III. *Hæ ſententiæ generales*: *unde concludendum* Deum *eſſe* Juſtum, *quum* ſignum *aliquod* juſtitiæ *ipſius percipimus*: *eumque ad judicandum vivos & mortuos in Filio venturum* &c. Eadem ſuper incude *Merc. Etſi non ſtatim hæc fiant*, *tandem tamen fient*, *ſi modo patienter ejus Judicia expectemus. Quod ſi hic non videamus hoc facere Deum*, *faciet aliquando*; *nam pleraque ſibi in futurum reſervat judicanda.* Suum illud rigidum tenens Cl. *Schmid.* IV. *Deus neminem ex abſoluto decreto reprobat*, *ſed contra ſecundum* juſtitiam ſapientem *facit cuique contingere juxta ſua opera. Ergo non vivificat impium*, *qui vivificatione indignus eſt* &c. *neque in hoc*, *neque in futuro ſeculo*, *ſed ira & indignatio ejus manent ſuper iis in æternum*, *niſi agant pœnitentiam.* Iterum in ſpinas ſe induit Vir Doct. ubi lætum, liberumque, campum tenere potuiſſet. Is hic V. *Neminem improbum felicem*: item contra, *Neminem probum Infelicem.* Inſiſtitur in *Theſin Cap.* 35: 8. expoſitam.

7 לא־יגרע מצדיק עיניו ואת־מלכים לכסא וישיבם לנצח ויגבהו׃

7 Non ſubtrahit a juſto oculos ſuos; & cum Regibus in thronum: & ſedere facit eos in perpetuum, & ſublimantur.

8 ואם־

8 Quod

tam. 1. *Deus non vivificat improbum*, valet, *nullam veram* & *ſolidam felicitatem ei confert*, ne in hoc quidem ſeculo: *omnis* ejus *proſperitas maledicta*, cedens in *cumulum miſeriæ*, & *theſaurum iræ in diem iræ*. Refutatur *Cap.* 21: 8. &c. Locus ex *Philoſophia*, & *Theologia*, nemini non compertiſſimus. 2. *Judicium pauperum*, i. e. proborum, & Dei reverentium, *dat*, tantundem ſonat ac, *Patronum*, ac *Fautorem* ſemper *ſeſe* iis *præſtabit*, vel inter mille calamitates, ac mortes, eos haudquaquam proditurus, nedum *bonam* eorum *cauſam perverſurus*. Hæc *piorum* his in terris *fundatiſſimæ Felicitas*, quam nullæ machinæ, ne portæ quidem inferæ, queant labefactare, aut convellere. Invictum hocce præſidium ſi obtinuiſſet *Jobus*, ſupra omnem tentationis ictum poſitus, tela ignita *Satanæ* ex facili eluſiſſet: atque adverſus mala palmæ ad inſtar caput erexiſſet. Erexit enimvero, ſed nutabundus. *Nutationes* Viri, ſunt *querelæ*. Eas tempeſtati in ipſum deſævienti nos nunc condonamus. *Elihuus* qui *alte radicatam* ejus *fidem* necdum exploratam habebat, ſummo jure ita cum *Jobo* diſputat, ac ſi a *firmiſſimis* hiſce *Principiis Religionis* deſciviſſet.

Verſ. 7. Magnifica deſcriptio ſortis *Juſtorum:* quibus ornamenta, & decora immortalia, circumdet Deus. A ſcopo nonnihil deflectit *Vulgat.* I. *Non auferet a juſto oculos*; & *Reges in ſolio collocat in perpetuum*; & *illi eriguntur*. Non meditatiſſime *Sanct.* 1. *Hæc aperta magis*, *quam vera: nam ſi Reges*, *qui juſtitiam colunt*, *ſtabile habent Regnum*, *nunquam a Regio ſolio depulſus eſſet Jobus* &c. Precarium quoque 2. quod *de Pined.* adfert, *Deus ex Juſtis Reges creat*, & *Sanctitatem ornat præmio* Ampliſſimi *alicujus* Regni, firmi, ac ſtabilis, *ſicut impios Regno*, *ac dignitatibus dejicit*. Si hæc *figurate* poſuiſſet, pulchrum præberent conſpectum. Nunc *Literam* intendens, nec veram dedit ſententiam, & falſum addidit acumen; *Jobum pungi*, *propter Regni*, & *omnis dignitatis*, *amiſſionem*. Infelicius adhuc ultimum, & *illi eriguntur*, trahit ad *ſuperbiam*, & *inſolentiam*, quæ eos in *ruinam* præcipites agat. Paulo commodius 3. *Lyran. Reges in ſolio collocat*, *ſi poteſtate ſua bene utantur*. At *Gloſſ. Ord.* 4. *Reges* cenſet dici *Juſtos*, *quatenus motibus cupiditatum non ſuccumbunt*, *ſed regendo præeſſe noverunt* &c. De eo infra diſpicietur. Doct. *Tigur.* II. media ſic ordinarunt, *Et ſolio imponit Reges*, *ut aliqui perpetuo celſitudinem retineant*. Conſentit *Calvin.* ſub titulo *Regum* adſciſcens *Civilem* & *politicum ordinem*, ſive *Dignitatem Magiſtratuum in mundo:* quaſi *Elihu* aliam ſubjiceret ſpeciem *Curæ*, & *providentiæ*, qua *Orbis in media confuſione vitiorum*, & *ſcelerum*, ſuſtineatur: quod *Reges* & *principes conſtituti ſint*, qui *gladium Juſtitiæ* nomine Dei *gerant*. Vide *Conc.* CXL. Cl. *Cler.* III. dilutiore ſenſu media ſic reddit, *nec aliter ſe gerit erga Reges*, *quod ad ſolium attinet*; *ſed in eo curat eos ſedere*. Addit, *aliquid vel excidiſſe*, *vel ſaltem ſubaudiendum*. Mixtum, neſcio quid, captarunt *Jun.* & *Trem.* IV. dantes, *Non ſubtrahit a juſto oculos*; *potius cum Regibus ſolio* adeſt: *ut collocet illos in æternum*, *atque exaltentur*. In notis *illos*, refertur ad *juſtos*, & *pauperes*; quod ſuſpicionem mihi movet τὸ *adeſt* non ad *Deum* ab ipſis reduci, ſed ad *Juſtum*; qui dicatur *Regibus adeſſe in ſolio*, *ad dignitates* nempe *productus*. Hoc diſerte ſuggerit III. *Grot.* V. alluſum ſtatuens ad fata *Joſephi*, qui *e catenis* ad *locum ſolio proximum* eſcenderit. *Merc.* VI. latiore conſpectu, *Non detrahit a juſto oculos ſuos*, non deſinit aſſiduam ejus curam agere; etſi affligatur interim: & *cum Regibus in ſolium collocat eos in ſeculum*, in finem, *tandem ſemper eos in ſublime evehit in ſupremum rerum faſtigium*, & *dignitatem* &c. Clarius adhuc: *Significat juſtos ſemper a Deo magni fieri*, & *evehi*; & *quamvis interdum deprimi videantur*, *tamen tandem in ſummam dignitatem provehi*, *perinde ac ſi in*

ſolio Regum ſederent. Non molle, quod ואת מלכים לכסא ויּשׁיבם per *pleonaſm:* poſterioris *Vaw* elatum velit, & *Atnach* negligat. Quod *figurate* accipiat *Reges* & *ſolium*, ſatis arridet. Cl. *Cocc.* VII. eadem utens ſtructura, diſtinctius monet, צדיק *juſtos* nunc eſſe, qui modo עניים *inopes: quos Deus ultra communem ſortem evehat, atque in ſummo collocet. Atque etiamſi id* externe *non fiat ſemper, tamen* omnium *fidem & pietatem* quorundam *piorum exaltatione honorari.* Inſerit, *Fideles* eſſe *Sacerdotes*, & *Reges*, &c. Sed mox *Literæ* inſiſtens ſubjungit, verti poſſe, *& Reges in throno collocat eos in perpetuum.* Concludit: *Argumentum validum curæ Juſtorum eſt, quod* Juſtorum Regum *thronum confirmat* Deus, *illoſque felicitat, & evehit. Ut contra in* Tyrannos Hypocritas *ſeveritas Dei potiſſimum noſcitur.* Hoc ad *Hypotheſin Amicorum* accederet, a qua longiuſcule recedi, hactenus conſtare potuit. Cl. *Schmid.* VIII. צדיק *Juſtum* melius a עני *paupere* diſcerni cenſet; quod non *omnes injuſte oppreſſi pauperes*, ſint *Juſti.* Nempe עניים *Vſ. præc.* ad *pauperes ab impiis oppreſſos* retulerat. Putat autem, verbum גרע *comparationem importare inter Juſtos, & non Juſtos, ratione favoris Divini: ut quum Jobus ſæpius dixiſſet, pejus eſſe Juſtis, & Deum eos quodammodo odiſſe; ei nunc contradicat Elihu, dicatque, non minus favoris Juſtis dare Deum, quam injuſtis: ſed contra potius plus dare juſtis.* Ad hanc rationem, non valde expeditam, ſic redditur: *Non diminuit a Juſto oculos ſuos, etiam cum Regibus ratione throni: & ſedere facit eos in perpetuum, & exaltantur.* i. e. *etiamſi cum Regibus comparentur ratione throni. Adeo non minus præſtat Juſtis, ut ratione ſolii, & honoris atque poteſtatis, regibus non minores faciat* &c. *Imo & in locum Regum eos evehit potius, dejectis ipſis Regibus, quam ut minores iis faciat.* Vix intelligo, quinam hi *Reges*, niſi *injuſti.* At parum commode diceretur, *Deus pluris facit Juſtum, quam Reges injuſtos* &c. Non *comparatio oppoſitorum*, ſed *collatio ſimilium* IX. commodius inſtitui potuiſſet ad illud, *etiam cum Regibus ratione throni:* h. ſ. *tanto in honore Juſtos habet Deus, ut Regibus, throno & ſceptro inſignibus, eos æquet.* Clarius: omnis *Juſtus* apud Deum eſt *Perſona Sacroſancta, inviolabilis, digna throno,* & *ſummo faſtigio: cui radium Majeſtatis ſuæ indiderit;* haud ſecus ac *Regibus*, qui *throno* & *ſceptro præfulgent.* Meo tamen judicio illud לכסא *ratione throni*, eſt paulo quæſitius; nec *comparationem ſecundum majus*, & *minus*, in verbo גרע agnoſco. *Minuere oculos ab aliquo*, pro *ſubtrahere*, elegantiſſime dictum manebit, etiam citra *collationem.* Rotundius fuerit X. *Non minuit a Juſto oculos; at cum Regibus ad ſolium* ſunt: *& facit eos ſedere in perpetuum, & altifrontes ſunt.* Hoc quadrifariam exponi poteſt. 1. *Juſtos produci a Regibus ad dignitates.* Eſt tenue. Tenuius quoque 2. quod a *Crinſoz.* expreſſum, *aliquando eos cum Regibus in thronos evehi.* Fortius 3. quod *Merc.* dabat *num.* VI. præſertim ſi addas, quod *Belg.* 4. in *notis* ſubmonent, *illius gloriæ complementum Seculo futuro reſervatum.* Huc oculos intenderunt *Hebræorum* illi, qui מלכים pro מלאכים *Angelis* accepere: quorum *Choris inferendi* ſint *Juſti.* Eodem aurigatur *Gloſſ. Ordin. Reges Spirituales* deſcribi cenſens, quorum *thronus non terrenus*; quod dicantur, *ſedere in perpetuum.* Hanc *immortalem*, & *marceſcere* neſciam, *dignitatem Juſtorum*, obverſatam *Elihuo*, mihi plus quam veriſimile. Materiæ, phraſiumque, pondus huc deſcendere cogunt. Ad *materiam* quod attinet, *Religionis* & *Virtutis Arcem* nunc *emunit Elihuus*, oſtendens, *omnes improbos infelices:* & contra, *probos omnes Felices.* Ultimæ *Theſi* firmandæ congerit lectiſſimas formulas. *a. Deus non minuit a Juſto oculos* i. e. nunquam ne minimum quidem *remittit* de *amore*, & *favore*, quo eos complectitur, vel in mediis, quibus forte conflictantur, miſeriis: quin e contrario magis magiſque eoſdem omni benedictione cumulat. λιτότης. *b. Et cum Regibus ad ſolium*, nempe, ſunt, deſtinantur; vel & *in ſolio* ſunt: ſunt *Perſonæ Sacroſanctæ, Regali faſtigio* videlicet, per *unctionem cœleſtem, ornati* jam, atque ulterius *decorandi. c.* ויּשׁיבם *Et ſedere fecit eos*, magnifice dictum, ex phraſi ſignata יָשַׁב לכסא *ſedit ad ſolium*, vel *in ſolio: Pſ.* 9: 5. & 132: 12.

Indi-

8 ואם־־אסורים בזקים ילכדון בחבלי־־עני׃

9 ויגד

8 Quod ſi vincti compedibus; attineantur funibus adflictionis.

9 Et

Indicatur *firmitas Imperii* nunquam convellendi. Hoc invitavit 4. לנצח *in æternum*; qui enim hoc *ſolium* ſemel *bene occupavit*, per *Spiritum Gratiæ*, & *Fidei*, inde non dejicitur; *præſidio Dei*, ut ita dicam, *circumcinctus*. 5. Majeſtatis denique plenum ויגבהו & *Altifrontes ſunt: alta fronte eminent.* Scilicet, ne per *calamitates* quidem *dejecti*, ſed in omnibus plus quam Victores &c. Splendidus locus, quem ne *Philoſophia* quidem ignoravit, ſecundum illud, *Rex eſt qui metuit nihil, Rex eſt qui cupit nihil*; *Hoc Regnum ſibi quiſque dat.* Quanto magis par erat, ut *Elihu* ex Sapientiæ Divinæ Fontibus nobiliſſimam veritatem derivaret? En XI. rotundius adhuc, & deductius: *Non minuit a Juſto oculos ſuos, ſed Reges ad ſolium: & ſedere facit eos in perpetuum &c.* Ad medium Colon ſupple *ducit*, *producit*; quod in ל ſponte ſemet offert. Ob compendium, & granditatem, omiſſum. Ita את מלכים *Reges*, caſu *accuſandi*, directe ad *Juſtos* redit, eorumque *unctionem*, *dignitatem*, & *inviolabilem Sanctitatem*, conſignat.

Verſ. 8. Ad *quoſnam* pertineat *Caſus*, & *proprie*, an *improprie*, accipiendæ ſint, *Catenæ*, ambigi video. *Vulgat.* I. ad *Reges* videtur retuliſſe, quos *ex faſtigio* illo ad *catenas* & *captivitatem* detrudi nonnunquam videmus. *de Pined.* ad *Tyrannos* applicat, ſecutus *Thom. Dionyſ.* alioſque *Latinos*. Latiore ſenſu *Lyran. bonos* etiam *Reges* complexus. Anceps II. *Paraphr. Tigur. Quumque vincti compedibus fuerint* &c. quod vel ad *Reges*, vel ad *Juſtum*, ex eorum mente diſtinguendos, reduci poteſt. Ancipiti item cogitatu *Calvin. Conc.* CXL. *Elihu porro* bonos *interdum in vinculis dicit haberi*, *aut* Magnates, *quos Deus in altum dignitatis gradum evexerat. Si illi ergo deprimantur aliquando*; *& quidem eouſque ut in carcerem conjiciantur cum ignominia* &c. *Deus tamen eos non deſerit in ejuſmodi anguſtia* &c. Cl. *Cler.* III. ad *Reges* applicans, exemplo utitur *Manaſſis*, in vincula abducti. *Jun.* & *Trem.* IV. generatim *Homines quoſcunque* intendiſſe videntur. Ad *num.* VII. de eo mox plura. *Grot.* V. de *Joſepho* agi cenſens *Vſ.* præc. hinc argumentum petiit; haud ſatis perpendens *Catenas Joſephi* longe diverſas fuiſſe ab his, quas *defectiones* a Deo attrahunt. A Cl. *Cler.* etiam tactum. *Codurc.* hic *Fratres Joſephi* arripit, itemque *Manaſſen*, & *Iſraelitas* in captivitatem *Babylonicam* avectos. *Merc.* VI. ad *Juſtos* refert, *in omnem* ſæpe *calamitatem incidentes*. Ad *Vſ.* 13. innuit, pie *in Conſolationem Jobi* dictum, *etiam juſtis adflictiones immitti.* Idem incommodum, quod alibi notatum; quum *pœnæ ſonti impoſitæ*, non diſcernuntur a *malis inſonti injunctis*, ad *Coronam ſplendidiorem.* Talis fuit *Joſephi* ille caſus: ad quem eo ipſo non alluſum, concludere licet. *Cocc.* VII. generalius *ſubjectum intelligo*, inquit, *non* Juſtos, *quia* ἐμφατικώτερον *id in Vſ. præc. accipere convenientius eſt: neque* improbos *cum Chaldæo*; *ſed Homines*, *aliquos:* ילכדון, *pro* אשר ילכדון; *Et ſi* qui *fuerint vincti catenis*, qui *capiantur funibus inopiæ* &c. Diſtinguit עניים *inopes Vſ.* 6. quorum alii *Juſti*, *qui non efferantur* unquam, *aut in ſuperbiam caſtigatione dignam implicentur*; alii, *qui a ſuperbia per adflictionem reducantur ad humilitatem.* Simile quid voluiſſe videntur *Jun.* & *Trem.* quum ajunt *Amplificationem* nunc inſtitui *Judiciorum Dei*; *primum in eos, qui reſipiſcunt a malo, uſque ad Vſ.* 12. *Deinde in contumaces. Vſ.* 12. *Poſtremo in Hypocritas Vſ.* 13. 14. Mentem *Cocc.* non perſpexit Cl. *Schmid.* VIII. quum negat *eum ſe extricare*; quod illi *Aliqui*, *vel Juſti ſint*, *vel impii*: apparet enim *eos* a *Cocc.* intendi, *qui ab impietate per calamitates avocantur*: & *vere* עניים *humiles*, *piique*, *per virgam redduntur.* Non æque commodum, quod *Vir Doct.* ipſe ad *Impios* referat, hoc nexu: *Etſi impium non vivificet Deus*, *non ſtatim tamen damnat ſemper*, *ſed ab impietate per calamitates*, *maxime per captivitatem*, *avocare ſolet plurimos*, *ſi pœnitentiam agant*; *ſin non agant*, *tunc demum occidit eos.* Non perſua-

9 Et indicet ipſis opus eorum, & defectiones eorum, quod ſuperbe ſe geſſerint.

9 ויגד להם פעלם ופשעיהם כי יתגברו׃

10 Et

10 ויגל

ſuadet: nec enim hæc *Via Dei cum impiis*; nec ſi eſſet, in eam nunc inſiſti deberet, ubi *Jobus* convincendus de *pœnis ad emendationem & ipſi* Divinitus *impoſitis*; ut cenſebat diſſertator. *Bolduc.* IX. ait *Elihuum* hic *erroneam ſuam ſententiam prodere*, *quæ erat*, *Juſtitiam*, *& virtutem*, *hominis*, *a magnitudine temporalis proſperitatis*; *peccatorum autem gravitatem ex hujus vitæ afflictionibus*, *& ærumnarum multitudine*, *metiendam*: quaſi doceret, *eum qui valde Juſtus ſit*, *ad ampliſſimas Fortunas evehi a Deo in terris: illum vero qui in extrema miſeriarum captivitate habeatur*, *pro maximo peccatore tenendum.* Æque inconcinnum X. quod *Sanct.* adfert, ad *pauperes* ſtricte dictos *Vſ.* 6. reſpiciens: *Ut Deus non abjicit potentes*, *quia potentes ſunt*; *ſic etiam non favet pauperibus*, *quia pauperes ſunt*, *ſed quia humiles*, *modeſtique: nam ſi & illi crudeles*, *raptores*, *violenti*, *non alio eos loco habebit Deus quam potentes*, *& qui Tyrannicos ſpiritus imbiberunt.* Doct. *Belg.* XI. de *Juſtis*, & *piis*, hæc ſubſumi cenſent, quos Deus *gravius caſtiget* aliquando, ob *crimina pœnis digna.* Videtur idem, quod *Merc. num.* VI. dabat; ſed non eſt: nam *Pœnæ* ratio mutat faciem; efficitque aliquid cum Scopo conjunctius. Obſtat interim *Vſ.* 12. 13. ubi inducuntur *impœnitentes*, & *contumaces in Deum*; quales decedere, ſub telo mortis maledictæ, eos ipſos, qui *Vſ. præc.* tam magnifice evecti, abſonum. Idem ſcrupulus ex parte officit ſententiæ *Cocc.* qui ענוים *probos* a *Juſtis* gradu diſtinctos tantum, hic induci autumat, ſub *crucem* & *adflictionem miſſos*, ad majorem puritatem conſequendam. Ne hos quidem *impœnitentes mori* ſinit Deus. Difficultatem ſenſit, & occupavit, ⁝ πῶν, notare jubens, *hanc præparationem gratiæ fieri in quibuſdam aliquatenus*; *qui tamen maneant* Hypocritæ corde &c. Ut itaque periodus hæc a *Vſ.* 8. ad 16. felicius evolvi queat XII. nec *probos* intelligerem, nec *improbos Vſ.* 6. moratos: minus adhuc, *Juſtos Vſ.* 7. ſed, cum *abſtractione* nunc valde neceſſaria, *Aliquos*, *Homines*, quos hactenus neſciat *Elihu Juſtiſne* accenſere debeat, an *Improbis.* Submoneo hoc, ne & mihi objiciatur, hos *aliquos* eſſe vel *probos* vel *improbos.* Scopus *Elihui* poſtulat, ut id adhuc ignoretur: prout ipſe de *ſtatu Jobi* apud Deum, dubius, & incertus, pendebat. Proponit ergo ſubtilis diſputator ultimo hoc pedatu, quo *Jobi tumorem* ſe compreſſurum ſperabat: *Quod ſi vincti catenis*, *attineantur funibus adflictionis.* Suppoſitum non aliud, quam quod materia ipſa miniſtrat, *Homines calamitatum catenis vincti*, de quorum *conditione interna* haud conſtet, ſintne *Probis*, an *Improbis* annumerandi. De *Catenis* jam promtius erit judicium. Non ſunt 1. *proprie* dictæ *compedes*, quaſi inducerentur *in Captivitatem avecti.* Non ſatisfaciunt etiam 2. qui figurate *Calamitates*, *anguſtias*, & tum *animi*, tum *corporis*, *dolores*, intelligunt. Sed omnino 3. adjungenda eſt *imago* illa *Tragica*, quæ ſub *Catenis* nobis ſiſtit *caput* aliquod *noxium*, quod Divinitus plecti mereatur in *Theatro* orbis terrarum, ad Juſtitiæ ſupremæ terrorem reliquis mortalibus incutiendum. Hac *gravi* & *triſti figura* ſortem ſæpe ſuam aggravarat *Jobus*; & vel hanc ob cauſam potiſſimum tam animoſe, tamque acriter, pro Innocentia ſua eum ſtetiſſe vidimus. Appoſite ergo *Elihu*, in hoc ipſum nunc inſiſtens, *Quod ſi*, inquit, ſint, qui *Catenis publicis* Divinæ Juſtitiæ *onerati*, *detineantur*, velut ſupplicio capitali digni, *vinculis adflictionis*, i. e. *plagarum manu Dei impreſſarum.* Habes *Caſum feralem*, in quem ſe *immerito*, contra *jus* & *fas omne*, incidiſſe, contendebat *Jobus.* Id ut nemini credibile fieri poterat, tum certe, quum Deus necdum de *Jobo* pronunciaſſet; ita *Elihu* ab iſta nunc opinione Noſtrum ſatis prudenter conatur retrahere, quippe quam *ſubmiſſioni*, & *pœnitentiæ ejus*, obicem ponere autumaret. Et quis non autumaſſet, ſi ibi fuiſſet?

10 ויגל אזנם למוסר ויאמר כי־
ישובון מאון׃

11 אם־

10 Et revelet aurem illorum ad correctionem; & moneat ut revertantur a vanitate.

11 Si

ſet? Vides ſimul, prudentiſſime ita temperatam orationem, ut qui nunc *vincti* ſupponuntur, *Improbiſne* ſint, an *probis*, aggregandi, haud dum conſtet, quippe de quorum *conditione* effectus demum, & *eventus*, *harum punitionum*, decidat.

Verſ. 9. Reliqua jam promtius, clariuſque, ſeſe dabunt. Sepono quid ſecundum *Hypotheſes* diverſas diverſi iterum quique ſectentur. Indicaſſe ſuffecerit triplicem teneri viam conſtructionis. Prima per ἀπόδοσιν dat, *Tunc annunciat illis opus eorum* &c. Hanc *Merc.* cum pleriſque ſequitur. Secunda continuans periodum, ſic pergit, *Vſ. ſeq.* in ἀπόδοσιν converſo; *Quod ſi vincti* fuerint *catenis*, *& indicaverit illis opus eorum* &c. *Tunc reddit eos aure revelata dociliores ad diſciplinam* &c. Hæc Eleg. *Crinſoz.* placuit. Tertia longius adhuc *pericopen* extendit; *Quod ſi vincti compedibus detineantur funibus adflictionis*, *Et indicaverit eis opus eorum* &c. *Et revelarit illis aurem ad correctionem*, &c. *Si* tunc *audiant*, *& ſerviant*, *abſolvent dies ſuos in bono* &c. Hinc *Cocc.* ſtat: nec *Jun.* & *Trem.* aliud voluere; quamvis incommodius paulo hic dederint, *poſtquam indicavit eis opus eorum.* Meis rationibus omnia ex æquo accommodata. Poſterius tamen ut rotundius, ita ad filum præſentis convictionis vehementius, אם לא *Vſ.* 8. recinente veluti altero אם *Vſ.* 11. & 12. cum duplici effectu. Accedit poteſtas *Vav Converſivi fut.* in *Præt.* quæ exigit potius, *& indicarit*, quam *tum indicat* &c. Maxime tamen me movet, quod *Elihuus* aperte nunc reſumat id, quod latius præmiſerat *Cap.* 33: 15--22. &c. Hoc autem non tam commode facere potuit ut *docens* denuo, *repetitionem* enim inſeruiſſet *otioſam*: ſed opportuniſſime ut *concludens*, & *adſtringens*, quæ ibi tam luculenter, hoc ipſum meditans, præmuniverat.

Ibid. Circa phraſin paucula. פעל *Opus*, abſolute *in malum* vergere, ad h. l. monui olim; nec eſt, qui ambigat. Aliquid tantum diſſenſionis ad verbum יתגברו exiſtit, quod *Vulgat.* I. ad *Perſonas* refert, *Quia violenti fuerunt.* Similiter *Tigur. Quia ſuperbierunt.* Nec aliter *Codurc. Quoniam animum obfirmaverunt.* Ad *defectiones* reducit II. *Merc. Quum invaleſcunt* i. e. *ut prius quam invaluerint*, *ab illis recedant.* Pariliter *Druſ.* citans illud *Principiis obſta* &c. Alii *Quoniam invaluerunt.* Cum acumine *Cocc. Quod extulerint ſe*, *defectiones eorum.* Apponit, *magnæ gratiæ eſt*, *pullulans malum ſtatim opprimi*; *nec minoris*, *invaleſcens reprimi*, *ne dominetur.* Habet & prius. Liberam optionem cuique relinquimus. Ex collatione *Cap.* 33: 17. præferrem quod *Tigur.* dederunt. *Superbiam in Deum* hoc verbo ſignatam habes *ſupr. Cap.* 15: 25. Confer ſpecimina olim edita.

Verſ. 10. Cur malim, *Et revelaverit aurem eorum ad correptionem*; *& dixerit* &c. ad *Vſ. præc.* dedi. Ambigi nequit, quin eadem nunc ſcena reponatur, quæ *Cap.* 33: 16--19. 22. inſtructa ad *Jobi* præſentem caſum. Apparet inde, de quibus *perſonis* loquatur *Elihu*: de iis nempe, quos Deus ob graviora crimina ſeverius caſtigat, ut eos flagellis quaſi admotis a *ſuperbia*, & *ſecuritate carnali*, qua *inſoleſcunt*, ad *pœnitentiam*, & *veram Juſtitiam*, adducat. Hi vel ſunt *probi*, *magnis*, *multiſque*, *criminibus* adhuc *impliciti*; vel *improbi Hypocritæ*, a Deo ulterius *denudandi*, & *traducendi*; donec *ſub impœnitentia* ſua *peſſime pereant.* Hæc ad *Hypotheſeos* noſtræ conſpectum pandendum ſufficiunt. Quid difficultatis premat reliquas ſententias, non opus eſt perſequar. Qui ad *Probos* hæc reſtringunt, in ſalebram implicantur *Vſ.* 12. Cl. *Schmid.* ad *improbos*, *Vſ.* 6. reſpiciens, *Elihui ſcopum* ex oculis dimiſit; qui erat, *Jobum* a *contumacia* ad *ſubmiſſionem ſub virga caſtigatrice* revocare. Concedimus ultro, *Finem adflictionum* hic poni *correctionem peccantis*, & *converſionem ejus.* Concedimus item, *hunc finem a Deo intendi*, *etiam reſpectu eorum*, *qui in impœnitentia pereunt Vſ.* 12. Sed non concedimus rite concludi, *Cadit ergo* ab-

11 Si audiant, & cultum præſtent, conterent dies ſuos in bono, & annos ſuos in amœnis.

11 אם־ישמעו ויעבדו יכלו ימיהם בטוב ושניהם בנעימים׃

12 Si

12 ואם־

abſolutum circa morientes decretum. Ea quæſtio ex aliis locis decidenda. Hicce nihil cum ea habet commune. Addit Vir Doct. *Cadit etiam Doctrina Calvinian. quaſi Deus non ſerio intendat impiorum ſalutem.* Ne cum ea quidem *Logomachia* textus noſter quicquam habet. Veritas quæ hic diſerte conſignatur, & *Jobo* inculcatur, eſt, *Vincula*, & *Catenas*, *adflictionum*, qualibus Ipſe *conſtrictus jacebat*, eſſe *Magiſtras pœnitentiæ*, atque *ſerio a parte Dei exigi*, ut peccatores, quicunque tandem illi, *depoſita* omni *contumacia*, ad *Aram miſericordiæ Ejus* per *Fidem* confugiant; ne *crimen crimine majore cumulent*, atque ita *impœnitentes*, ſub *telo miſſili maledictionis æternæ* expirent.

Verſ. 11. Extra fines contextus hujus iterum eſt, *reſiſtibilisne* ſit, an *irreſiſtibilis*, *Gratia*. Ne tacta quidem, in toto Libro, ea Quæſtio; nedum ut *Elihu* de ea nunc judicium ferat. *Si audiant*, nihil aliud infert, quam *Officium pœnitentiæ*, omni homini incumbens. Non male *Pagn. ſi paruerint.* Vide *Pſ.* 81: 9. 12. *Eſaj.* 1: 19. &c. Sequens יעבדו graviter, & venuſte, poſitum. Ellipſin לו *Ei*, inducunt plurimi. *Cocc.* ſine ſupplemento, *ſi audierint*, & *ſervos ſe agnoverint.* Acute. Favet uſus abſolutus *Arabum*, quo عبد עבד *ſervire* valet *Religioſiſſime vivere*, ut *Servum Dei decet.* Cl. *Schmid.* ſi nihil ſubaudiendum, mallet ex *Chald.* & *Syr.* notione, *ſi audiant*, & *faciant*: i. e. *ab iniquitate revertantur.* Idem viſum fuerat *Codurco*. Præfert prius. Nobis acumen illud *Cocc.* adblanditur: cum oppoſitione ab eodem indicata ad *Vſ.* 9. יתגברו *ſuperbire*, *ſe facere Virum*, & *Dominum rerum ſuarum. Contumacius in Deum ſe efferre.* Notandum apud *Arabes* عبد *ſervitium*, inter alia exponi *pœnitentiam*: & *ſervum* extendi ad *Homines* generatim, ut العباد *ſervi* vocentur, quotquot *Mortalium* nomine ſalutantur; etiam *Reges* ipſi. Ea latitudine eleganter & hic, *Hominem*, *Servumque*, *ſe gerere*. Id fit, in *Cultu debito præſtando*. De יבלו *conterent dies ſuos in bono*, cum variante Lectione יכלו, dictum ad *Cap.* 21: 13. Hic notes velim, *Jobo* ſuum illud cum fœnore reddi. Conqueſtus nempe fuerat, *Improbos in bono dies ſuos deterere*, extremam uſque ſenectam, videlicet, & tum *momento* ad plures abire, *in Orcumque*, raptorem communem mortalium, *atteri*, ac velut *confriari*. At *Elihuus* nunc, *Minime gentium!* inquit, *Deus non* יחיה *vivificat*, *vita læta*, & *vere felici*, *beat improbum*: *Vſ.* 6. ſupra: ſed qui *improbitate exuta*, Deum *Religioſe colent*, *illi*, *illi* demum, *in bono dies ſuos conterent*; & *annos ſuos in lætis*, *lautiſque*, *rebus*. Cl. *Cler.* mallet in *locis amœnis*, qui opponantur *carceri*. Quæſitius. Ulterius pergit Cl. *Cocc. Ita colophonem vitæ imponent*, *ut bonum nacti ſint*, & *in ſuavitatibus æternis verſentur*, *atque ita non infelices ſint*, *quando hinc abeunt.* Sunt & alii, qui huc oculos intenderunt. Cl. *Schmid.* cum נעימים repetendum ait שנים, h. m. & *annos ſuos inter annos jucundos.* i. e. *ita ut mereantur referri inter annos jucundos.* Addit, *Annos putamus eſſe hujus vitæ; quos tamen felicitas æterna ſubſequitur.* Illos *annos inter annos* pauci digerent. Refutatur *Jobi* illa *exaggeratio invidioſa*, qua dixerat *Cap.* 21: 7. *Improbos* חיה *vivere*, *vigere*, *in omni amœnitate*, & *bonarum rerum affluentia*, *ævum traducere.* Imo vero inquit *Elihu*, qui *Deo fideliter ſervient*, *pacatamque* poſſidebunt *conſcientiam*, ii demum *annos ſuos* in *Amœnis*, *jucundiſque*, *rebus*, *conſument*, non ad *Tympanum*, & *Citharam*, &c. *exſultantes*, non *inter pocula*, & *epulas*, *hilaria agitantes*, non *mendacibus gaudiis ebrii*, & *Pax*, *Pax*, clami-

12 ואם־לא־ישמעו בשלח יעברו
ויגועו בבלי דעת׃
13 וחנפי־לב ישימו אף לא ישועו
כי אסרם׃
14 תמת

12 Si vero non audiant, per miſſile telum tranſibunt, & expirabunt in inſcientia.
13 Et Loripedes cordis ponunt Naſum; non implorant gratiam, quum vinxit eos.
14 Ho-

mitantes, quum tamen Gladius ultor Capiti & Cervicibus impendeat: ſed vel in *fortuna tenui* vere *divites*, *beati*, *copioſi*, *omnibus bonis rebus circumfluentes*, & *limpidis*, *ſolidiſque*, *voluptatibus*, tanquam *Promulſide Vitæ perennis*, delibuti. Confer quæ ad *Cap.* 33: 23-26. &c. nec non quæ *Vſ.* 6. 7. hujus *Cap.* pro fundamento jacta. Ad *Vſ.* 16. ſtatim de *Hypotheſi* quam tenuit *Elihu*, & natura *bonorum*, de quibus loquitur, eminentes characteres conſignabuntur.

Verſ. 12. Sors dira *impœnitentium* diris coloribus expingitur. Ex *Cap.* 33: 18. 22. cum reliquæ opiniones de phraſi *Tragica*, עבר בשלח, *Tranſire* in *Telo miſſili*, vel *Gladio*; tum noſtra quoque ſententia, percipi poterit: intelligi, videlicet, *Mortem maledictionis aculeo armatam*, *quæ Corpus Animamque uno ictu occidat.* Hoc ipſum intentum forte a *Merc.* *in Gladium tranſibunt* nunc exponente, *Miſere peribunt*, *& abſque ulla Salutis ſpe*; *ut qui gladio percuſſus eſt.* Addit tamen, paucis interjectis, quod fluctuationis nonnihil arguit, *incident in gladium*, *& arma:* ad quam rationem Cl. *Cler. Miſſile in eos incidet quo occidentur*; ſive, *ferro interimentur.* Omnino *Gladius ultionis Divinæ*, & *plaga lethalis*, cum *maledictione*, ſignatur, ſecundum ea quæ ſuperius diſcuſſa. Iis nunc ſuperaddo, alluſum videri ad *Supplicium Capitale perduellium*, quos læſa Regis Majeſtas jubet *tranſire per Gladium*; ut *ad terrorem* aliorum *infami nece occumbant.* Tale nunc *ſupplicium Rebelli* velut *inflictum*, univerſa ſeries diſputationis, & atrox Caſus *Jobi*, ſponte ſuggerunt. Verſus 14. mox cumulum omnis infamiæ, & execrationis, huic Judicio ſuperimponet.

Verſ. 13. Filum non uno modo texitur: & multum variatur in formula שים אף. *Merc.* I. dat, *At Hypocritæ corde ponunt iram*, i. e. *apponunt*, *adjiciunt*, *cumulant ſibi*, *iram Dei in adflictionibus: tantum abeſt ut ipſis proſint afflictiones*, *ut Deum magis irritent*, *dum in Eum murmurant* &c. Nempe hic demum ad *genus improbum* tranſiri cenſet; verſu præcedente per *Comminationis*, credo, *ſpeciem* ſuperioribus attexto, quæ de *Juſtis* dicta cenſebat. *Calvin.* II. verſu præcedenti generatim *impœnitentes*, & *Deo immorigeros*, adſciſcens, per *Hypocritas corde* intelligit *genus ex malitia*, *fraude*, *& dolo*, *totum conſutum*; *eoque jam obſtinationis deductum*, *ut in adflictionibus nullo modo Deo ſubjici velit*; *ſed* iram adjiciat: i. e. *tanquam Ligna congerat ad ignem augendum.* Vid. *Conc.* CXL. Eodem fertur *Vulgat.* *Simulatores & callidi provocant iram Dei.* Paulo diverſius *Jun.* & *Trem:* III. *Hypocritarum vero ex animo*, qui *apponunt iram* &c. *Moritur cum juventa illa anima eorum.* i. e. *Æque morientur*, *& pari judicio Dei conterentur*, *atque* Juveniles illi animi, *qui proterve obnituntur Deo*, *quorum mentio facta Vſ.* 12. Concipiunt illi tres hominum ordines. 1. *Reſipiſcentes*, 2. *Contumaces & palam Deo obnitentes.* 3. *Hypocritas ex animo* &c. qui nempe *Cordis malitiam* ſpecie virtutis *palliare* ſolent. Cl. *Schmid.* IV. *Subjectum Vſ.* 12. retinet, eadem arctiore copula cum ſeq. *Vſ.* in h. m. *Et* quidem *Hypocritarum corde*, qui *ponunt*, augent, *iram* Dei; &c. Horum inquam *morietur in Juventa anima* &c. Eoſdemne, an alios, velit Cl. *Cocc.* V. ſubdubito. Crediderim tamen eoſdem, quos *non obedientium* nota ſignavit. Ita nempe pergit: *Et enim Hypocritæ corde ponunt iram* &c. Explicat, *induunt iram*, *in Deum iraſcuntur*, ut *Prov.* 19: 3. & *Eſaj.* 8: 21. Citat *ponere* pro *uſurpare* ex *Cap.* 24: 15. Eſt diverſum. *Ponere iram* in animo, pro *admittere*; etiam non ſatis plenum. Eſt tamen quantivis pretii obſervatio, & ingenioſe profunda: nam *incandeſcentia* adverſus Deum hic requiritur omnino;

nino; atque contra eam potiſſimum extremæ hujus Diſputationis Cornua commota. R. *Salom.* ſimile quid dederat, monens *Hypocritas* hic induci מחרפים ומגדפים *Conviciantes, & blaſphemantes*; ſed *Merc.* ſepoſuerat, ut minus congruum. Arguta elegantia VI. *Caſtal. Et ſimulatores ſupplicii ſui cauſa ſunt, qui ab Eo vincti, non implorent Eum.* Acutius adhuc, ſed non tam ſcite *Epiſc. Elienſ.* VII. *Hypocritæ nil aliud quam iram ſibi accumulant ficta ſua pietate; quæ eos tam ſubito corripiat ut non clament* ad Deum, *quin pœna præſentiſſima eos involvat.* Non feliciſſime Cl. *Cler.* VIII. *Simulatores Sapientiæ ponent iram; nec clamabunt, quum eos vinxerit.* Notatur, *Loquendi genus ambiguum eſt, per ſe: tam enim poteſt ſignificare* iraſci, *quam* deponere iram. *Prætulimus poſterius, quia ſequitur* non clamabunt. *Itaque ſenſus, eos non indignaturos, neque queſturos, cum mali pœnas dabunt, ne iis ſimiles videantur.* Mirum genus *Hypocritarum!* Non placet etiam, *Simulatores cordis*, pro, *qui præ ſe ferunt* cordatos eſſe *homines, cum non ſint.* Præferri debuiſſet prius: ut bono judicio factum a Cl. *Reim.* IX. *Scilicet Hypocritæ animo apponunt*, adhibent, *iram, eamque Deo opponunt* quaſi contumacius. Laudat *Eſech.* 21: 21 2 *Reg.* 8: 11. 1 *Reg.* 20: 12. ubi שים valet *adhibere impetum, inſtare.* Sic illud *Cocc. num.* V. majus capit robur. Dilutiſſime *Vatabl.* X. *Ceterum impii corde tribuunt furorem* i e. *Attribuunt ad iram Deo, quod eos puniat, nec attendunt ad ſua ſcelera.* Deleatur quoque XI. quod tentatum in *Juvenil. Hypocritæ vilipendunt iram* Dei, *nec clamant* &c. Etiam Cl. *Crom.* pleroſque ait accipere de *contemtu pœnarum*; idem ſuo firmans calculo; ſed hactenus quidem neminem habuimus ita reddentem: & liceat monere *Lexicon* nubeculam offudiſſe, in quo سام خسفا exponitur *Damno, noxa adfecit.* Item, *vilipendit.* Atquin formula illa ſonat proprie, *impoſuit detrimentum*, vel *oneravit Zamia*; quod inter alia pro *vilipendio* venire poteſt. Quid ergo tandem? XII. Non invenuſtum cenſeo, *apponere iram*, pro *accumulare velut theſaurum*, ſpeciatim: quod *Doct. Tigur. Grot. Codurc.* aliiſque placuiſſe cerno. Dialectus *Syriaca* & *Chald.* סימתא frequentat pro *Theſauris.* *Scopus* tamen *Elihui* nunc magis depoſcit *apponere iram*, pro *intendere*, *in Deumque cum excandeſcentia*, & *contumacia erigere* veluti, ad obloquendum, & obmurmurandum. Hoc ipſum autem cum venuſtius, tum expreſſius e textu noſtro eminebit, ſi demus XIII. *Et Hypocritæ Cordis, ponunt Naſum*: i. e. *Naſum erigunt* in cœlum, Deoque ferocius ſe opponunt, *ejus Judicia cavillantes, criminantes*, atque adeo *damnantes.* Ad hunc *gradum inobedientiæ contumacis* ſub Dei virga, objectandum, ſuus *Elihuum* impetus adverſus *Jobum* ſponte provexit: ut in hoc adſpectu acquieſcere auſim. *Naſus* hicce *contumaciæ*, ut præcipue bilem commoverat *Elihuo*, ſic maxime ab eo impeti, & contundi, debebat. Redi ad *Cap.* 35: 15. ubi plura. *Altitudinem Naſi* illuſtravi ad *Pſ.* 10: 4. Apud *Arabes* nil protritius, quam *Naſum ponere, erigere, in altum tollere*; tum ad *ſuperbiam*, tum ad *contumaciam*, conſignandam. Habes *Cumulum perduellionis* in Deum; quem *ultimo ſupplicio vindicandum* merito pronunciat; ut *Jobum* iſti culpæ proximum hoc tandem fulmine conterreret, atque ad Officium revocaret. חנפי לב admirabiliter figuratum. Origo præbet *Loripedes Cordis*; quorum *cor fermento Hypocriſeos, & Juſtitiæ propriæ, turgidum, non recte incedit* coram Deo: & *contorto* ac *vacillante* velut *talo nititur.* חנף ex حنف & خنف hanc lucem ſuo jure ſibi repoſcit. In iis ineſt *vitium pedis torti*, & *vacillantis inter incedendum.* Viva imago *Hypocriſeos.* Conſulatur *Clav Dial.* p. 231. Nolim præterfugiat אסרם *vinxit eos*, tanquam *catenis ſuppliciorum*, ut *Vſ.* 8. unde improprie locum illum exponendum, liquido confirmatur. לא ישועו *non clamant*, nempe *gratiam implorantes, & ſupplicantes.* Diſerte tamen *Jobus Cap.* 30: 19. אשוע אליך *Vociferor ad Te, & non reſpondes mihi.* Retorquet, credo, dictum Cenſor, & negat eum *opem, gratiamve, implorare*, qui *Deum provocare* ſuſtinebat: quippe quod ſit *ponere Naſum*, non autem *ſupplicare, aramve miſericordiæ amplecti.*

Ibid. Modus connectendi jam facilius dijudicari poterit. Duplex via. I. ut iidem refractarii teneantur, qui *Vſ. præc.* inducti;

hoc

14 תמת בנער נפשם וחיתם בקדשים׃

14 Horum anima cum excuſſione morietur, & vita eorum inter nefandos.

15 יחלץ

15 Eri-

hoc pacto concluſione adſtricta: *Sic Hypocritæ cordis*, qui *ponunt Naſum*, *nec implorant*; *quum vinxit eos*, *Morietur anima eorum* &c. &c. II. ut *genus novum*, & *execrabilius* adhuc, ſubſeratur h. m. *Quod autem ad Hypocritas cordis*, qui *ponunt Naſum*; *nec clamant*; *quum vinxit eos*: *Morietur anima eorum* &c. *cum abominandis*. Hi Deo vel maxime *execrabiles*, omni *infamia* cooperientur &c.

Verſ. 14. Dirum & infame ſupplicium delineatur. In eo reddendo magna diſcrepantia, occaſione vocum נער & קדשים. *Vulgat.* I. *Morietur in tempeſtate anima eorum*, & *vita eorum inter effœminatos*. Iſta *Tempeſtas* ex נער exſculpta, quatenus deſignat *excuſſit*. Inde & R. *Salom.* שינוק *præfocationem*, *excuſſionem*, *mortem repentinam*, arripuit. Ita plerique *Latini*; *per mortem immaturam*; & *in flore ætatis*. Non multum hinc abit *Merc.* II. dans, *Morietur in pueritia anima eorum*, & *vita eorum inter Cynædos* i. e. *dum per ætatem proni ſunt ad nefandam libidinem* &c. Conſimiliter *Calvin.* & *Vatabl.* *Mors illos corripiet voluptatibus impuriſſimis vacantes.* Cl. *Schmid.* III. in priori conſentiens; ad poſterius membrum adſciſcit *morbos abominabiles*, & *memoriam execrandam*. Idem ſubinnuit *Cler.* exhibens, *Contabeſcere inter Cynædos.* Adfectatius IV. *Jun.* & *Trem.* *Moritur cum juventa illa anima eorum*, & *vita eorum cum meritoriis.* Retrahunt הנער *juventam illam* ad *Vſ.* 12. & explicant *Juveniles* illos *animos*, *qui palam ad flagitia projecti ſunt*; *Deoque proterve obnituntur.* Pueros *meritorios* autem pro *omnibus flagitioſis* poſitos autumant. Doct. *Tigur.* V. *Quare anima eorum morietur per juvenilem ſtoliditatem*, & *vita eorum cum ſcortatoribus.* Ad iſtud fere exemplum VI. Cl. *Cocc.* *in pueritia* i. e. *ſtultitia*, *inſcitia*, ἀφροσύνη. *Præmature videtur mori*, *qui nondum didicit viam vitæ*: *qui autem præmature moritur*, *videtur quaſi* Infans *mori*, *aut tanquam* ἔκτρωμα. נער pro νηπιότητι, ἀφροσύνη etiam *Prov.* 29: 21. Acumini item indultum ad קְדֵשִׁים, quaſi *Hypocritæ videri velint* קְדֹשִׁים *Sancti*, *quum ſint* קְדֵשִׁים *proſtibula*: *ſpirituales adulteri*: & *eſſe duas ſocietates in mundo*, *in quibus vivant*, & *moriantur homines*, *alteram ſanctorum*, *alteram ſcortorum* &c. Satura lance VII. ad poſtremum illud. LXX. ἐν χειρὶ ἀγγέλων. Legerunt קדשים *Sanctos*, & *Angelos mortis* θανάτου *miniſtros* intenderunt. *Gregor.* *Thom.* *Hugo*, *Dionyſ.* *Bolduc.* *Hypocritas* figurate *effœminatos* vocari cenſent, quod *molles* & *enerves* ſint ad *maſculam virtutem*. Argute in *Reg.* *Morientur inter condictos*, ſive *ſanctificatos* i. e. *deſtinatos neci acerbiſſimæ*. Item *de Pined.* qui *indicari* cenſet, *Hypocriſin* & *occultam ſuperbiam*, *digno ſupplicio* i. e. *manifeſta luxuria adfici a Deo*, *taliumque mores turpiſſimos in lucem proferri per pœnas*. Eodem redit, quod adjecit, *Alluſionem fieri ad* Sodomiticum *incendium*, *quo opprobria illa generis humani conflagrarunt.* Idem placitum *Deod.* *Grot.* *Patric.* aliiſque. Ad hanc rationem, ſic ſatis ſpecioſam, נער *excuſſionem* & *tempeſtatem* potius ſignaret, quam *pueritiam*. Ei proprie ſumtæ parum loci. Improprie accommodari poſſe non diffiteor. Onerat tamen ſententiam iſta *ſtoliditas*, ex ſuperioribus ſatis ſuperque percipienda. Thema נער infra *Cap.* 38: 13. ſignate occurret in *graviſſima exterminatione*. Adde *Pſ.* 136: 15. Inde נער per *Excuſſionem violentam* convertere licet. Non eſt quod obducatur, nuſpiam alibi formam hanc ita venire; nam primo, ex quatuor locis, quæ hanc vocem ſiſtunt, quid tandem concludere ſit, ad totius Linguæ indolem? Secundo, duo ex illis dubia: nam *Job.* 33. 25. placuit nonnullis, *a Concuſſione*; quod non ſpernerem ibi, ſi ſeries magis faveret. Iterum *Pſ.* 88: 16. גוע מנער commodiſſime dari poteſt, *Expirans præ excuſſione*,

15 Eripiet *autem* adflictum in adflictione ſua, & revelabit in preſſura aurem eorum.

טו יחלץ עני בעניו ויגל בלחץ אזנם׃

16 At-

ואף 15

ne, qualem *Pſ.* 109: 23. habes, ננערתי *Excutior ut locuſta.* Non ambigendum, quin Forma hæc vim omnem ſui Thematis ſubſequatur, etiamſi exempla deficiant. Gravis uſus *Neh.* 5: 13. *Et* נערתי *excuſſi ſinum meum, dixique, ſic* ינער *excutiet Deus* מביתו ומיגיעו *e domo ſua, & labore ſuo; omnem eum, qui non præſtiterit mandatum; eritque* נעור *excuſſus & vacuus* &c. Adſciſci hinc poſſet VIII. *Judicium publicum Excuſſionis* veluti, quod Deus extra ordinem infligit *Hypocritis, fiducia propriæ Juſtitiæ Naſum ponentibus*, ut eorum *turpitudinem nudet*, atque omni *infamia* eos *cooperiat*, in Theatro Orbis terrarum. Ad hanc *Infamiam*, & *deteſtationem*, retulerim titulum קדשים *Nefandorum*, quorum *ſcelera* honeſto vocabulo velantur, dum *ſacri*, vel *ſacrati*, appellantur, qui omnibus modis *execrabiles*, & *fulmine maledictionis* præ reliquis omnibus feriendi. Non plane ſecurus ſum, me mentem omnem *Elihui* aſſecutum: ab ea tamen non longiſſime aberratum confido.

Verſ. 15. Nimis a proprietate verbi deflexa *Paraph. Tigur.* I. *Quum affligit humilem ſua miſeria, vellit ei aurem per adflictionem.* Videntur ex *ſeq.* לחץ iſtam vim [illegible] חלץ etiam ſubjeciſſe. Non omnino ad Linguæ genium *Calvin.* II. *Separat pauperem in ſua adflictione.* q. d. *Deus ad ſe colligit, & ſegregat, eos quos caſtigat. Quum rebus proſperis fruuntur homines, vagantur, & caligant eorum ſenſus: ſed ſtatim atque Deus illis manum injicit, & ſeveritatem ſuam erga illos exercet, perinde eſt atque ſi illos aſſumeret.* Acute! Nititur eo, quod in textu non ſit, *Extrahere ex adflictione*, ſed *in adflictione.* Ad indolem Linguæ melius III. *Merc. Liberabit pauperem in adflictione ſua:* ſed nexus parum commodus, quum ait, *Cohæret cum ſuperioribus. Non ſolum Juſtos compedibus vinctos eripit, ſi ad ſe redierint* &c. *Sed & quomodocunque adflictos ſolet in adflictione eripere.* Subdit ב poſſe etiam *per* converti. q. d. *alios quoque adflictos, beneficio adflictionis a Gehenna retrahit, in quam periculum erat ne devenirent, niſi in tempore admoniti per adflictionem reſipuiſſent.* Ex mente Cl. *Schmid.* IV. *Adflicti* hi opponuntur *vinctis*, & deſignant *eos qui non ex merito graviorum criminum, Fidem & Gratiam tollentium, adfliguntur, ſed a Deo probantur tantum.* Intelligit eum qui *innocenter patitur*; qualis & *Jobus.* At *Elihuus* talem necdum agnoſcere potuit Noſtrum. Cl. *Cocc.* V. עניים *humiles*, exponit, *qui non cupiunt ſalutem quærere brachio ſuo, aut ullius carnis, nec reſiſtere malo, ſed pati, & humiliari ſub manu Dei.* Applicat ad utrumque genus, de quo actum, *Juſtos* nempe *citra elationem*, & *nonjuſtos* adhuc, propter inhærentem *ſuperbiam: qui per adflictionem facti* ταπεινοὶ, *&* juſtitiam *conſecuti. Alteri* videlicet *per Crucem in* Humilitate *conſervantur, & præſervantur a ſuperbia: alteri* humiles *efficiuntur.* Habet & hoc peculiare, quod ſuppleat *Pron. Relat.* אשר, ut ſit, *Liberat inopem in inopia ſua*, & quorum *detegit in preſſura aurem.* Nobis VI. videtur eſſe generalis collectio ex ſuperioribus, ad tranſitum commodiorem. Obſervetur autem 1. עני בעניו pervenuſto luſu dare, *Humilem in humiliatione*, h. e qui *dum* a Deo *adfligitur*, vere eſt *adflictus, fractus, contritus*; non *Naſum ponens*, ſed omnem *priſcam ſuperbiam deponens.* 2. Talem יחלץ *ſalvum præſtat* Deus, atque quantumvis periiſſe ſibi videatur, ſubito *extrahit* ex omnibus *anguſtiis*, & *preſſuris*, לחץ hic dictis, cum jucunda *paronomaſia*; qua יחלץ בלחץ ſibi invicem reſonant. 3. Iiſdem vere *Adflictis*, ac *contrito corde* ſemet *humiliantibus, per preſſionem aurem revelat* i. e. *efficaciſſime erudit eos*, atque *ad fidem, virtutemque ſinceram*, ac *conſtantem, revocat.* Poſſis etiam, *in media preſſura aurem eorum revelat*; i. e. *ſenſum veniæ*,

16 ואף הסיתך מפי־צר רחב
לא־מוצק תחתיה ונחת שלחנך מלא
רשן :

17 ודין

16 Atque etiam te inſtigavit ex ore anguſtiæ, *ad* latitudinem, ſub qua nihil coarctati, & *ubi* miſſus menſæ tuæ plenus opimitate.

17 At

niæ, & *pacis cœleſtis* iiſdem *inſinuat*, atque *obſignat.* Huc tendit Cl. *Schmid. Significat Elihu, Deum in preſſura afflictos innocentes conſolari ſuper liberatione: quod per certa indicia gratiæ, aut per verbum promiſſionis facit.* Commutes *adflictos innocentes*, in *vere adflictos* etiamſi *nocentes* ante fuerint: & habebis veram Doctrinam, *in media preſſura* exiſtere *fontes conſolationis* & *lætitiæ*, ubi *Cor* antea *durum inſtar lapidis*, ſemel tactum, & colliquefactum ſub *virga* Dei *vel ſeveriſſima.* Hanc qui *oſculari* incipit, ſub *ſæviſſimis* etiam *plagis*, *oleum* ſibi & *vinum* ſimul *adfundi* ſentiet, quibus ſuaviter recreetur, atque ad lætiſſimas ſpes, & res, mox erigatur.

Verſ. 16. Aciem diſputationis propius admovens orator, *Jobum* directe compellat. Circa modum divortia. Doct. *Tigur.* I. minanter: *Quin etiam ſi te revocarit e faucibus periculi*, ſupereſt *lata vorago*, *quæ fundamento caret*; *ut menſa tua referta pinguedine peſſum eat.* Nimis ſoluta omnia. רחב *Latitudinem* pro *Foſſa latiſſima*: מוצק *arctum* pro *fundamento*; נחת *deſcenſionem* pro *peſſumitione*, ſic abſolute nuſpiam reperire eſt. Ad *conſolationem* II. *Vulg. Igitur ſalvabit te de ore anguſto latiſſime, & non habente fundamentum ſubter ſe: requies autem menſæ tuæ erit plena pinguedine.* Exponitur a Doct. *de Pined. Si, quam ſubiiſti pœnam, tuis ſceleribus deberi intelligas, ille te procul dubio abſtrahet ex illo anguſtiarum barathro, quod te miſerum devoravit; neque permittet ut præceps labaris in Abyſſum æternæ damnationis. Bonorum quin imo affluentia te cumulabit, atque cum Ille te lauto excipiet convivio poſt egeſtatem, tum ipſe domi tuæ tranquillus accumbes ſplendidæ menſæ &c.* Aliquid *Oxymori* captatum in illo *Ore anguſto latiſſime*, quamvis *Gloſſ. Ordin.* & *Lyran.* nectant *ſalvabit te latiſſime.* Acumen quod *Hieron.* obverſatum forte, ita pandit *Sanct. Gehennalis cuſtodia anguſtum videtur os habere, quia cum facile ſontes admittat, aut devoret; non tamen foras evomit ſemel devoratos.* &c. *Deinde vero latiſſime ſe explicans, fundo caret* &c. Subdit, *ſibi probabilius videri, agi de nota aliqua voragine, ſub ore anguſto, immenſæ altitudinis, in Idumæa, in quam conjicerentur magnorum criminum rei: cum qua nunc comparetur barathrum ærumnarum, in quod Jobus erat dejectus* &c. Quantum ſibi indulgent ingenia! Saniora ſunt hæc *Bolducii: Extraxiſſet te ex ore compedum adflictionis; & pro tali anguſtia dediſſet tibi libertatis latitudinem minime anguſtam, & fercula menſæ tuæ jam eſſent lautiſſima.* Hunc conſpectum præbuit *Calvin.* III. *Conc.* CXL. *Quin etiam removiſſet te ab ore anguſtiæ*, in *latitudinem ſub qua nulla anguſtia, & requies menſæ plena eſſet pinguedine.* Cenſet *exprobrationem* ſubeſſe *ingrati animi*: q. d. *Adeſdum*; *nonne antea cognoviſti Deum tibi res proſperas conceſſiſſe? Unde venerunt tot Divitiæ, quas poſſediſti, niſi ex eo quod Deus ſe tibi liberalem exhibebat? Ceterum adhuc ſe Talem exhiberet, ſi dignus eſſes* &c. &c. Sine iſto aculeo *Merc.* IV. putat *Theſin revocari ad Hypotheſin, hoc eſt, generaliter dicta de Piorum adflictionibus, eas mitti in bonum ipſorum, & ſalutem, ſi modo admoniti reſipiſcant, accommodari ad Jobum.* Voculam נחת vel *requietem* vel *poſitionem* verti poſſe monet a ינח. Sed de ea, aliisque poſtea diſtinctius. Eo non contentus Cl. *Schmid.* V. ſtatuit *quod de* innocenter adflictis *dictum erat noviſſime*, *mox Jobo applicari*; per modum *promiſſionis* nempe. *Etiamque removebit te ex ore anguſtiæ: latitudo non arctata* erit tibi *pro illa: & miſſio menſæ tuæ* erit *plena pinguedine.* Sic loquentem inducit deinde *Elihu*; *Ex his afflictis innocentibus, quos dixi Deum eruere, te quoque unum agnoſco, ſecus quam ſocii tres* &c. Addit, *Interpretes durius eum hic faciunt cum Jobo agentem, quod non probamus.* Et quid *duri* in expoſitione *Merceriana*, quæ tantum *reſipiſcentiæ conditionem* exigit? An *Jobus* talis *Elihuo*, qui nulla culpa teneretur? Quid diſputat ergo? Hæc ex ſuperioribus noſtris jam

ſatis

ſatis clara; & *media via* inter *damnationem*, & *abſolutionem*, ex his ipſis palam eminet. Ambagioſe *Jun.* & *Trem.* VI. in *præterito*, reſpiciunt ad *præcedentem Jobi felicitatem*, periodo circumducta per tres verſus: *Sic etiam averterat te ab ore anguſtiæ*, in *latitudinem* &c. *Dum judicium improbi compleres: judicium & jus obtinerent. Quum æſtuans ira obvenit*, cave *ne avertat te exploſione* &c. Senſus eſt; *Deus te olim ex maximis miſeriis vindicavit in ampliſſimam felicitatem, dum juſte de cauſa ejus ſtatueres* &c. De tali *Liberatione Jobi* antegreſſa altum ſilentium. Alia ad 17. & 18. ſubnotabuntur. Cl. *Cocc.* VII. ea quoque promit, quæ non e facili fluunt. Incipit hic *Epilogum quo nominatim Jobi vota examinentur:* nempe *petitionem judicii* primo; *Vſ.* 16--19. ſecundo, *votum mortis præ vita*, *Vſ.* 20--25. *Petitionem judicii* vocat *votum Jobi, ut proſperis & jucundis rebus frueretur tanquam pietatis ſuæ præmio.* Cenſet, *eam confutari a probabili judicio contrario ipſius* Jobi *in pari cauſa.* Et quidem primo ſic: *Atque etiam pellexiſſet te extra os arcti latitudo* regionis, *cui non* ſit *anguſtum limitum ſuorum, & quies menſæ tuæ plenæ opimitate; Et jus improbi impleſſes: Jus & judicium tenerent?* Hoc *Enthymema* ita evolvit. *Si tu ipſe, O Job, proſperitate ſeductus, ea commiſiſſes, quæ damnatione digna, non cuperes tibi retribui ſecundum facta tua, ſed potius velles te clementia Dei in viam reduci; æquum eſt, ut pius præmium pietatis etiam non nimis ſtricte exigas: præſertim ſi afflictio tibi ſalutaris ſit.* Viſne planius? En paucis. *Si tu, pellectus forte tua opulentia priſca ad improbitatem, non poſtulaſſes, ut Deus te ſtatim pro improbo exſcidiſſet; non continuo debes murmurare ſi nunc probus adſtigaris, & careas præmiis virtutis tuæ; præſertim quum afflictio tibi utilis ſit.* In hoc ratiocinium ſe induit præcl. Interpres, quod *Jobum* ut haud dubie *pium* a Monitore tractari ſupponat. In eo 1. *proſperitas* comprehenſa ſub phraſibus, *Latitudo* regionis *cui non anguſtum-limitum*, & *quies menſæ* &c. 2. *ſeductio*, ſub formulis *ſi pellexiſſet te ab ore arcti: & jus improbi impleſſes:* 3. *Jobi probabile votum* in tali caſu, in fine *Vſ.* 17. per interrog. *Jus & judicium tenerent?* i. e. *Velleſne teneri ab iis, & non laxari?* Non velles. Ergo nunc contrarium quoque velle non debes; ut juſtus continuo juſtitiæ præmia reportes, atque nulli cruci ſubjaceas: *quæ tamen tibi ſalutaris.* Hoc acute inflexum כִּי צַר *os arcti*, quaſi *os* ſignificaret *dictamen crucis: quod latitudo ſeducat; Crux doceat.* Sub *latitudine*, quatenus *pelliciens* concipitur, ex לא מוצק aſſumta *ſpacioſitas patula, facili, & lata, declivitate declinans*; ſi veniat a צוק: ſin a יצק, *ſpacioſitas ſub qua nil firmi*; quæ ſit *uda, paludoſa, cœnoſa: immergens* videlicet in *voluptatem*, & *perniciem*, unde *emergi* nequeat. Magno Ingenio debebatur, ut profundioris ſenſus, ad h. l. ſtricturas exhiberem. Ad eum deduxit mitior *Hypotheſis*, quæ *Pietatem* ſuam *Jobo integram* relinquit. Nobis VII. non videtur poſſe ambigi, quin verſus hicce contineat luculentam picturam *lautæ* & *opimæ fortunæ*, in locum *calamitatis* ſucceſſuræ: ſed ambiguum, num 1. *per modum promiſſionis* ea propoſita ſit, ſub *conditione*, ſive in *præterito*, quid Deus *feciſſet:* ut *Merc. Beza, Druſ. Piſc. Belg. Patric.* &c. ſive in *fut.* quid Deus *facturus ſit*, ut *Crinſoz. Cler.* Itemque *Reim.* ut ſit, *Quin & excitabit te ex ore anguſtiæ*, ſi ſubmittas te, &c. *Præter. loco fut. in prædictionibus.* Adjectum ab Eodem, *vel ſi mavis redde*, *Quin & ubi excitaverit te ex ore anguſtiæ* &c. Num 2. potius *per modum declarationis*, quid Deus intendat hac gravi adflictione in *Jobum* immiſſa. Inde emergit. *Quin & te* jam *depellit*, depulit, depellere ſtuduit, Deus, *ab ore anguſti* in *latitudinem ſub qua nihil arcti; &* ubi *fercula menſæ tuæ plena opimitatis.* Quid ex hiſce tribus præferendum ſit, ex elucidatione verſus ſeq. eluceſcet. Nunc dicam ex *Collatione Cap.* 33. & toto Filo Actionum *Elihui* poſterius ſatis plauſibile videri, ſuccinente vi vocum & ſententiarum: de quibus enucleatius paulo agendum.

Ibid. Incipio 1. a ואף *Et etiam*, *Quin &*. Adſtringitur ad *perſonam Jobi*, quod *generatim* erat expoſitum *Vſ.* 15. Non incommodum, *Enimvero & Te* עני בעניו ſi *adflictum* te *in adflictione* dediſſes, & non *durum*, *excitaſſet ex ore anguſtiæ* &c. Commodum quoque, *Enimvero & te excitabit* &c. Sed commodius adhuc, *Quin etiam Temet excitavit* Deus &c. &c. *Adflictionum* hæc *agmina*, atque hi *Exercitus malorum*, de quibus tam *vehementes querelas commoviſti*, ideo *in Te emiſſi*,

miſſi, ut per *oppreſſionem auris tibi revelaretur*. 2. Exquiſitiſſimum verbum הסיתך. De eo ita *Merc. Eſt proprie* incitare ad aliquid, *ſere* malum: *& quia qui aliquem incitat, ab una re propellit ad alteram, ideo pro* removere *uſurpatur*; ut 2 *Chron.* 18: 31. Alii malunt nunc *excitare, incitare, pellicere.* Vide quæ ad *Cap.* 2: 3. comparent. Iſta anſa *Complutenſes*, *Suaſit te de ore anguſtiæ.* A Cl. *Guſſ.* productum ſub סות, *Educere ex ore miſeriæ inſtinctu quodam*, aut *ſapientiæ lumine, quo in animum hominis indito, ſeſe expediat, & ſtrenue, ac dextre, evadat ex anguſtiis.* Docte. Nobis lucem præſtat quod *Cap.* 2: 3. dedimus de de *Inſtigatione per ſibilum oris.* Inde grandiore *metaph.* naſcitur, *Quin & Temet* ita *inſtigavit* Deus *ex ore anguſtiæ*, ad *latitudinem* &c. Illud מפי צר 3. non eſſe. *α. ex foramine anguſto Barathri*, vel *Gehennæ*, ut R. *Salom.* itemque *Hieron.* ſupra volebant, liquido confirmare eſt. Figura, quam ex R. *Levi* adſcivit *Merc.* β. a *rictu feræ devorantis*, non caret duritie; quæ minuetur, ſi *anguſtia* comparetur cum *voragine*, vel *gurgite*, *ſorbente*: ut *os ſepulcri*, vel *orci*, *diſpanſum*: *Eſaj.* 5: 14. &c. Cl. *Cocc.* γ. malebat, *ſi te ab ore arcti pellexiſſet latitudo*, ſi te *lata via* abſtraxiſſet *a dictamine* ſalutari *crucis*, vel & ejus *arctiore coërcitione.* En δ. conjecturam noſtram: *Quin & Temet inſtigavit* Deus *ex ore*, per os, *Anguſtiæ*, in latitudinem &c. Dixerat *Vſ.* præc. *Revelat per preſſuram*, per calamitatem coanguſtantem undique, *aurem eorum.* Eodem colore nunc ſubſumeretur, *per Os, ex ore*, ipſius *Anguſtiæ* veluti, *Te impulit, & inſtigavit* ad *veram pacem*, & *felicitatem*, &c. *Anguſtia* quæ *te tamdiu indagine cinxit*, *ſuo* quaſi *ore* te *inhortata eſt, incitavit, inſibilavit* &c. Confer querelas *Jobi Cap.* 10: 16. 17. & 16: 12. 13. unde huic audaciſſimæ Figuræ anſa miniſtrata. *Per Anguſta ad Anguſta* dicit verbum vetus. *Per Os Anguſtiæ* ergo 4. *hortantis* veluti, *in latitudinem incitatum*, & *impulſum fuiſſe* Noſtrum, innuitur. רחב abſolute *ſpacioſitas*, nil niſi *bonum* ſignare hic poteſt. Idem haud dubie quod מרחב *Locus ſpacioſus*, pro *felicitate, tranquillitate, pacata, læta, lauta, conditione vitæ. Pſ.* 18: 20. & 31: 9. & 118: 5. Ad *naturam felicitatis* hujus declarandam 5. adjectum לא מוצק תחתיה. Conſtructio paululum impedit. Ipſa phraſis quoque non ex facillimis. *Ab. Eſra* ſubtilius philoſophatur, מוצק exponens *centrum*, & רחב *peripheriam.* Quod de *Abyſſo* ſupra tactum, ejuſdem eſt commatis. Cl. *Cocc.* acumina ad מוצק vel a יצק, vel a צוק, præc. nota dabit, *num.* VI. Hic addo תחתיה ab eo *nominaliter* etiam capi in h. m. *Nihil anguſti eſt ſub iſta latitudine.* Redit ad hocce *Merceri*, אשר inſerentis, *ſub qua non* eſſet *arctatio*; quamvis aliter explicetur. *Schmid.* maluit, *pro, loco, vice anguſtiæ*, tibi erit *latitudo non arctata.* Refert *affixum fœm.* ad צר *anguſtiam*, ejus *ſynonymo* צרה, vel & *re*, in *neutro* ſpectata. Teneo prius, plenius quippe, & venuſtius: nam & רחב *latitudo* habet ſuum רחבה; quin, ut alia *ſegolata*, per ſe poteſt *fœmin.* induere rationem. מוצק *part. Hophal* a צוק *arctatum*, *compreſſum*, non apponitur, ut alia *latitudo* dicatur *arctata* i. e. *exigua*, alia *non arctata*, ſive *latiſſima*: ſed *latitudo*, *ſub qua* לא מוצק *nihil compreſſi*, illuſtri forma loquendi deſignat talem *ſtatum*, cujus *felicitatem* nihil *delibare*, nedum *contaminare* queat. Eſt deſcriptio *pacis cum Deo*, cum *liquidis & limpidis, conſolationibus*, inde ad *animam piam* redundantibus. Eodem nos vocat 6. *Ferculum Menſæ plenum opimitate.* Vox נחת *Calv. Cocc.* aliis, a נוח deſcendit, ut ſit *requies menſæ, menſa quieta*: aliis a ינח *poſitio, appoſitio menſæ*, ſive *id cibi quod ſuper menſam apponitur.* Ita *Merc. Schmid. Cler.* &c. Cl. *Guſſ.* a נחת *id quod deſcendet ad feriendam menſam tuam*, πλήρωμα *pinguedinis erit.* Argutiuſcule captavit Vir Doct. notionem *deſcenſus cum ictu ad feriendum*; aitque eſſe *Poëticum* cum *Hyperbole.* Ingenioſum: ſed non valde firmum. Erud. *Reim.* in *deſcenſu menſæ*, pro *Ferculis immiſſis*, alluſum cenſet ad *ſitum humiliorem Menſarum in Oriente.* Quiſque

Mm mm mm que

17 At Tu Litem improbi im- pleviſti: Cauſa & Judicium obti- nent.

18 Quo-

17 ודין־־רשע מלאת דין ומשפט יתמכו:

18 בי־־

que ſuo fruatur. Si a נוח vel ינח derive- tur, non reſpondebit ſatis ſtructura cum מלא *maſc.* quum formæ iſtæ ſint *fœmin.* At *deſcen- ſus* a נחת *maſculinus*, ut *Eſaj.* 30: 33. Sic *deſcenſus menſæ*, erit, quod *in menſam e cœlo* ipſo *demittitur* quaſi, *omni benedictione cu- mulatum.* מלא דשן *plenus pinguitudine*, tria adfert, *opimitatem*, *affluentiam*, *tranquil- litatem*, monente *Cocc.* Hæc omnia autem ſponte ſuggerunt, de quibus *bonis*, *donis*, *ferculis*, cogitandum ſit: iiſdem videlicet, quæ *Pſ.* 23 & alibi iiſdem Figuris depingun- tur. Confer jam quæ *Vſ.* 11. dicta.

Verſ. 17. Profundiſſimæ ſententiæ; in qui- bus eruendis certatim ſeſe docta ingenia acue- runt. *Vulg.* I. *Cauſa tua quaſi impii judicata eſt; cauſam judiciumque recipies.* Varie decla- ratur. 1. *Peſſime olim Judicia exercuiſti; ergo nunc pœnas meritas das, & dabis porro.* Ita *de Pined.* At *Vavaſſ.* 2. *Impius judicaris a Deo, id judicatum obtinebit, nec ullo modo reſcinde- tur.* Similiter *Codurc.* *Manifeſto crimine tene- ris: ergo ultio te perſequitur. Imminet tibi atra dies. Væ capiti tuo!* &c. Dura, & dira, ni- mis. *Sanct.* 3. paululum mitigat. *Pendis nunc quidem meritas blaſphemiæ pœnas; nihilo- minus cauſam & judicium recipies, reſtitutus in integrum, ſi crimina per pœnitentiam diluas.* Triſti & ſevero ſenſu item II. *Tigur.* *Tuque impii judicium expleveris, Juſtitia & Judi- cium retinebunt vigorem ſuum.* Si pergas *mi- ſeriæ* addere *impietatem*, *judicia Dei non mi- teſcent in te*; ſed *intendentur.* Eodem ſpiritu *Calvin.* III. *Sed impleviſti Judicium improbi, itaque Judicium, & Juſtitia obtinebunt.* Ap- ponit, *verum eſt hic Jobum ex parte falſo accu- ſari; ſed tamen non ſine cauſa Elihu eum con- demnat; quod adverſus Deum obmurmurarit; ac proinde denunciat ei, fore, ut quantumvis obmurmuret, Judicium & Juſtitia obtineant, vincant, ſuperent* &c. *Conc.* CXLI. Pari ad- fectu *Merc.* IV. *At judicio impii plenus es:* intranſit. vel tranſit: *Judicium & cauſam im- pii impleviſti: Jus & Judicium* ergo *tenent* te conſtrictum, *ut Dei judicium effugere non poſſis: Jus* inquam *& judicium impii hominis.* Subnectit: *Non quod anteriorem ejus vitam cul- pet, ut Socii; ſed quod eum accuſet blaſphemia- rum ex quo in adflictionem incidit, ac ideo cum impiis ſit annumerandus, niſi reſipiſcat.* Hæc, utut emolliantur, nimis aſpera, ex *Hypotheſi* ſaltem illa, quæ *Jobum* pro *pio*, & *innocente*, agnitum ab *Elihuo* ſtatuit. Pontificiis Docto- ribus liberior res eſt, quippe qui *Calumniis* hæc, & ſimilia, accenſeant. Mitiore flexu *Caſtal.* V. *Si malo judicio fungeris, te judi- cium atque jus tenebunt.* i. e. *ſi male de Deo judicas, dabis pœnas.* Vicinum hocce *Grot.* *Etſi tu* quidem *Judicium improbo impleviſti*, quale optabat dediſti, *attamen cauſa & judi- cium cohærebunt:* nempe *apud Deum.* Eo- dem fere exemplo, ſed animoſius, *Epiſc. Elienſ.* *At tu defendiſti cauſam improbi: qualis autem cauſa viri, tale Judicium Dei ſuper illo erit.* Molliſſime, & contrario ſenſu, VI. *Jun.* & *Trem.* *Dum judicium improbi comple- res: judicium & jus obtinerent.* Referunt ad Viri *priſcam felicitatem*, *quum adhuc recte de cauſa improbi ſtatueret.* Nil coactius. Ad *En- thymema* quod VII. hoc *numero* ad *Vſ.* præc. da- bat, *Cocc.* ex ſuppoſitione, *Si forte* per opu- lentiam pellectus *Judicium improbi impleſſes.* Annotatur, *implere judicium improbi, eſt, ta- lem ſe præbere omnibus qualitatibus, qui pro im- probo & hoſte Dei judicandus ſit.* Adjicitur, *vel ſic explica, Si te reum reddidiſſes Judicii improborum:* an tunc optaſſes ut *Jus & judi- cium tenerent*? i. e. *ut juſtitiæ regula in te ex- actiſſime obſervaretur?* Parum plana *interroga- tio:* nec *argumentatio* talis, cui tuto ſubſcribi queat. Non ſine fidiculis VIII. *Vatabl.* & *Pagnin.* *At Tu Judicio impii repleviſti juſtitiam & Judicium*, quæ *ſuſtentant* omnia: hoc eſt, *Tu vero ſecutus impiorum judicium, dixiſti* Juſtitiam *Dei*, *quæ ſuſtentat omnia*, *eſſe injuſti- tiam.* Ex R. *Levi* hauſtum, quem & *Merc.* ſubmonet *egregium ſenſum attuliſſe*, *ſed qui ſubtilior ſit.* Eſt ſane, idemque perplexabi- lior, quam ut in cenſum venire queat. Eleg. Crit.-

Crinſoz. IX. paulo remiſſius, *Quamvis omnibus modis tracteris ut improbus, Juſtitia tamen, & æquitas, te ſuſtinebunt.* Monetur in notis, *poſſe capi vel de* Juſtitia *Dei*, *vel de Jobi illa.* Mallem uberius mentem expoſuiſſet. Suſpicor hoc voluiſſe Virum Eruditiſſ. *Non eſt quod conquereris contra* Juſtitiam & æquitatem *tecum agi. Cauſa tua tandem triumphabit.* Nempe & *Vſ.* præced. in *puram putam promiſſionem gratiæ*, & *inſtantis reſtaurationis*, converterat. Cl. *Schmid.* qui idem fecerat X. ita nunc continuat; *Et judicio impii impleberis: Judicium & jus ſuſtentabunt* Te. Explicat. *Ad ſatietatem uſque videbis Judicium a Deo in impium exerceri. Reſpicit Elihu ad querelam Jobi, quod cogeretur impios in flore videre; & Judicium Dei erga eos non exerceri; cum ipſe tantopere juſtus adfligeretur.* Ultima porro, *Jus & judicium ſuſtentabunt te*, ad *Jobum* ſic applicat; *Tuum Jus, & Judicium, quod in vita tua exercuiſti, te ſaciet eſſe erectum, quando impii dejicientur.* Non diffitebor ſimile quid mihi in mentem aliquando fuiſſe, ex uſu verbi *Exod.* 15: 2. תמלאמו נפשי *Implebitur iis anima mea* i. e. *ſatiabo me eorum cæde & ſanguine.* Item *Eſech.* 26: 2. אמלאה *Implebor. Evaſtata eſt*: pro *Satiabor vindicta* &c. Poſtrema autem ſonare mihi videbantur, *Jus & Judicium obtinebunt. Deus* tandem *bonis bona*, *malis mala rependet*; *ſeque Juſtiſſimum vindicem probabit.* Verum enim vero omnibus expenſis hunc ſenſum, quantumvis in ſe uberem, dimittere cogor, quod ſerici minus congruat; abeatque ab illo *Scopo*, quem hactenus ad *Jobi* convictionem perſequi debet diſſertator. Non una etiam difficultas officit conjecturæ Cl. *Cler.* XI. *Cum judicio improbi recte defunctus eris, Judicium & Jus te ſuſtentabunt.* i. e. *Cum jus, ut par eſt, dixeris improbis, reſtitutus in integrum, tunc Juſtitia illa auctoritatem tuam firmabit, impedietque ne quis fortunas tuas evertere poſſit.* Adjungit, *Hæc indicant Jobum Judicem fuiſſe inter Arabes.* Amplexus Cl. *Reim.* XII. ſupponens *Elihuum* hic agere de *inſtanti inſtauratione Fortunarum Noſtri*; *eique Regulas præſcribere, quas obſervandas haberet eo ſtatu.* Occaſionem dedit *Vſ.* præc. in *promiſſionem* redditus; cui ſuccinebat *Vſ.* ſeq. ubi *Judiciorum corruptelas fugiendas eſſe* inculcari videbatur. Aliud tamen ibi intentum, mox parebit. In *præced.* non tam *Promiſſionem* contineri veriſimile, quam *declarationem conſilii Divini*, in *Adflictionibus* agminatim *laxandis* ſuper *Jobum*, ut omnem *ſuperbiam* exueret, atque per *anguſta illa*, ad *auguſtam*, *latitudinem*, & *ubertatem*, *Pacis Cæleſtis*, perveniret. Huic conſilio *Jobus* non obtemperarat, ex opinione *Elihui* in his circumſtantiis rerum neceſſaria. Inde exſurgit, XIII. *At Tu Cauſam*, ſive *Litem*, & contentionem, *Improbi implevisti: Cauſa* ergo, *& Judicium*, *obtinent.* In priori membro דין eſt *Lis* ipſa, ejuſve *conteſtatio*, & *contentio*: ut *Prov.* 22: 10 Graviter Noſtro objicitur, pro *ſummiſſione hominis probi*, ſub *manum*, *virgamque*, Dei, hominis *improbi litigioſam*, & *contumacem*, *contentionem*, cum Deo, ad *ſupremam* quaſi *marginem* uſque ab ipſo impletam. רשע *Improbus* hic idem cum חנף *Hypocrita Vſ.* 13. qui *propria Juſtitia turgens*, & virtutis ſuæ opinione plenus, *Naſum ponit quum a Deo caſtigatur* &c. In altero colo דין eſt *id quod Juſtitia exigit*; a *parte Dei*; ut *Cap.* 35: 14. *Itaque Jus & Judicium tenent*; obtinent; vel & *tenent te*, *attinent* hactenus *vinctum*, & *catenis juſti judicis conſtrictum.* Sic *Prov.* 5: 22. *Sua crimina* ילכדנו את הרשע *capient illum, Improbum:* ובחבלי חטאתו יתמך *& funibus peccati ſui attinebitur.* Habes *imagines Vſ.* 8. hujus *Cap.* poſitas. Cenſura hæc non eſt rudior, quam par. Graviſſima diſceptatio pro *Juſtitia Dei*, quam ſuis *Criminationibus* nimis audacter appetierat Noſter, hocce ultimum telum depoſcebat. Ignorabat Cenſor, quid *Jobus* in pectore gereret. Ex verbis Ipſum ſuis judicabat. Ea redolebant *rebellionem*, *contumaciamque* adverſus Deum, ac præſertim *Naſus* ille *Vſ.* 13. notatus, inde eminebat. Hoc vocat *Implere contentionem Improbi* i. e. *Ita diſputare cum Deo ut improbiſſimi* ſolent: unde nil mirum, infertur, ſi pro *latitudine pacis & opimitatis plena*, adhuc experiatur *anguſtias*, *funes*, *vincula anxietatum*, & *pœnarum.* A me ſtant, leviculo cum diſcrimine Doct. *Belg.* Stat & *Beza* ita commentans, *At Tu contrarium iter ingreſſus, ita te geſſiſti* cum Deo diſceptans, *ut te plus ſatis reum peregeris Judicii, quod Deus* ad-

18 Quoniam æſtus *naſi*; ne forte inſtiget te in comploſionem; & quantum eſt Lytri nequaquam te faciat declinare.

18 כי־חמה פן־יסיתך בשפק
ורב־כפר אל־יטך׃

19 An

19 חיערך

adverſus ſceleratps exercet. Hæc citans Cl. *Cocc.* apponit, *Durum hoc tribuere Elihu, tam benigne agenti, cum poſſis aliter; cum non exigat, aut ferat, ſeries; nec ſcopo conveniat.* An *aliter poſſis*, convenienter *ſcopo*, & *ſeriei*, dijudicare eſt ex iis quæ recenſita: inprimis ex *Hypotheſi Elihui*, circa *perſonam*, & *conditionem Jobi.* Hinc ſi ſupra rite jecimus, adfirmare licet, neceſſario ad hoc ultimum fulmen veniri debuiſſe; ad *Jobi ſpiritus* illos *ferociores comprimendos.* Illuc haud dubie tota actio *Elihui* directa.

Verſ. 18. Conſimiles in fluctus involvimur. *Vulg.* I. *Non te ergo ſuperet ira, ut aliquem opprimas; nec multitudo donorum inclinet te.* Duplicem faciem proponit *de Pined.* 1. *tradi præcepta bene vivendi, ſi contingat, ut in priſtinam dignitatem reſtituatur Noſter: ne iterum ſe corrumpi ſineret*, ſcilicet, *neve ſubditos, & pauperes, per vim opprimeret.* 2. *Inculcari deteſtationem præteritorum ſcelerum; ut jam tandem veriſſimam cauſam ærumnarum ſuarum agnoſceret.* His conſonant ferme quæ *Sanct.* habet, a mente *Elihui*, & *Hebræo*, diſſonantia. Liberiore paraphraſi *Tigurin.* II. *Quia minime te ira defendet, etiamſi comploſione manuum fueris minitatus: neque munerum multitudo aſſeret te.* Ad *iram Jobi* in cauſa ſua animoſiſſime defenſanda ab iis reſpectum, apparet. *Calvin.* III. *Ecce enim iram, ne te cum abundantia rerum quantavis perdat: nec multitudo pretii te liberet.* Ad *Dei iram* reflectitur, *quæ nobis immittatur, ne magis magiſque in abundantia induremur ad ſecuritatem nos perdituram cum omni illa ſufficientia, & opulentia: per quam ne ditiſſimus quidem ſemet ſit redemturus.* Hæc *Conc.* CXLI. copioſius. שפק *comploſionem* pro *abundantia*, & *ſufficientia*, *Kimchium*, alioſque, hic adſciviſſe, monui ad *Cap.* 20: 22. Sepoſuit IV. *Merc.* dans, *Nam ira* eſt: *ne forte propellat te* Deus *percuſſione; quando multitudo pretii non avertat te*, a pœna & ira Dei. Intelligit in priori inciſo, *Iram Dei Jobo incubituram ſi ita pergeret, ut cœperat.* שפק hoc ſenſu ex *Cap.* 34: 26. in ſubſidium vocatur. Hæc ſua fecit *Codurc.* alienis ſæpe plumis ſe pavonum inſerens gregi. *Caſtal.* V. *Nam ita ſævietur, ut te nec rerum copia eripiat, nec mulctæ magnitudo aſſerat.* Accedit ad *num.* III. tenuiter immutatum. *Jun.* & *Trem.* VI. *Quum æſtuans ira* obvenit, cave *ne avertat te* Deus *exploſione; & magnum pretium redemtionis ne abducat te.* Quo nexu hæc continuent Viri Doctiſſ. reperies ad *Vſ.* 16. Senſus hic: *Ne confidas fore, quum ſemel te explodet Deus, exardeſcente jam in te ira ejus, ut ullo pretio gratiam Ejus de integro tibi concilies.* Rotundius, quod dat *Grot.* *Quare ira vide ne in te plus ſatis incitetur, ita ut eam ne maximo quidem oblato pretio poſſis effugere.* יסיתך per *incitetur in te*, & בשפק *in ſufficientia*, per *plus ſatis*, reddi, non adeo tutum. *Epiſc. Elienſ.* commodius: *Quum vero* Deus *iratus ſit adverſus te, cave ne ulterius incendas eum ad puniendum te tam vehementer; ſic ut nullis conditionibus te redimi ſineret.* Reſpondet *num.* IV. Profundum VII. Cl. *Cocc.* meditamen: *Nam æſtus* eſt, *ne pelliciat te in comploſionem: & quantum eſt Lytri non deflecteret te.* Inſiſti cenſet in *fructum Crucis*, quaſi oſtenderetur *calorem*, & *æſtum*, *Dei*, eſſe *utilem*, *quia efficit ut homo fiat particeps Lytri Mediatoris, & non veniat* in comploſionem, *quod Judicium improbi: ut Cap.* 34: 26. רב כפר reducitur ad *Lytron Meſſiæ*, de quo *Cap.* 33: 24. q. d. *Ne Lytron quod Angelus Advocatus ſe inveniſſe teſtatur pro reſipiſcentibus, te non liberet: non inſufficientia pretii; ſed eo quod Tuum non ſit.* אל vehementer negans. יטך *deflecteret te*, pro *faceret evadere comploſionem.* In hiſce acuminis multum. Etiam lumen inde lucrabimur ad aliquid mollius:

lius: nam hocce quidem ſtare nequit, niſi & ſuperius *Enthymema* ad *Vſ.* 16. 17. conſtiterit. *Vatabl.* VIII. ad ſuum illud *Vſ. præc.* ex R. *Levi*, nunc pergit, *Certe ira eſt tibi*, *ne auferat te flagello*; *& magnitudo redemptionis non faciet te declinare.* Non adeo firmiter cohæret: & redit ad ſenſum *num.* IV. *Flagellum* ex *Comploſione*, *Exploſione*, *ictu explodente*, aſſumtum. Expendi meretur paulo preſſius Doct. *Crinſoz.* IX. ſenſus, *Itaque ne irritatio ulla propter plagas te ſeducat*; *nec te ſollicitet promiſſio vel ampliſſima.* Subnectit. *Conjicere eſt ex h. l. Homines fuiſſe*, *qui Jobum largis pollicitationibus ſollicitarint*, *ut nuncium mitteret pietati*, *ſeque ſeculo præſenti accommodaret.* שׂפק pro *plagis* facile admittimus; ex *Cap.* 34: 26. חמה יסיתך quæ differunt genere, ſic amicius ſtare poſſent; *Quum irritatio* ſit tibi, *ne* quis *pellat te*, *propter plagam* tibi nunc impreſſam: *& ne inflectat te* a pietate *multitudo pretii oblati.* Officit. 1. Nexum cum *ſeq. Vſ.* coactiorem fieri: niſi teneatur *Lytron* ſtricte dictum. 2. Haud veriſimile *Jobum* a quoquam directe ſollicitatum, ut *Pietatem*, & *Religionem*, deſereret. Ab hominibus facinoroſis Eum deluſum fuiſſe, ad *Cap.* 30. vidimus: pollicitationibus tentatum nuſpiam legimus. Minus adhuc larga præmia 3. quiſquam profanorum ei offerre voluiſſet nunc temporis; quando ejus *Apoſtaſia* cauſæ *improbitatis* nocuiſſet potius: quippe qui ob *crimina* haſce in pœnas incidiſſe exiſtimaretur. Cl. *Schmid.* X. minus plana hic utitur via, poſt *promiſſiones* illas, *Jobo* ut *innocenter adflicto* factas, ſubtexens *conditionem*, ſi *talem* ſe *ſub adflictionibus* præberet, qualem deberet, i. e. *patientem*, *conſtantem*, & deinde in vita ſua *juſtum*, & *pium.* Ita ergo nunc pergit Vir Doct. *Hæc*, *quæ dixi*, *O Jobe*, *certo fient*, *ſi modo tu te*, *ut decet*, *geſſeris. Quando ira*, *& impatientia*, *ut nunc tibi contingit*, *te tentaverit*, *caveas ne cauſam des Deo te abjiciendi cum exploſione: & quando multum habueris opum*, *quibus ab omni malo videaris poſſe liberari*; *ne ſeduci*, *pellicique*, *te ſinas.*

רב כפר *multitudo expiationis* exponitur de *divitiis*, & *opibus*, quibus *homines confidant tanquam medio liberationis.* In *futurum* has, pro filo ſuo, accipere coactus fuit, de *Divitiis in quas reſtituendus* eſſet Noſter. Utrumque incommodum valde ſentiens Cl. *Mich.* tenuit vim *Lytri*, *quo peccata per Meſſiam expiantur*: ex *Cap.* 33: 23. 24. q. d. *Quum ira* indignationis, & impatientiæ, eſt, exoritur tibi; cave *ne* illud, vel potius *Ipſe* Deus, *dimoveat te cum comploſione*, *& multitudo Lytri*, quo peccata tua per Meſſiam expiantur, *ne ita te deflectere faciat*, *ut etiam voluntario pecces. Hebr.* 10: 26. Non omnino intelligo. Vultne Vir Doctiſſ.? *Ne tuus te fervor*, *& fiducia in Redemtione Meſſiæ*, *eo te evehat in poſterum*, *ut voluntarius pecces.* Videtur, nec tamen certus ſum. Subdit, Cl. *Majum* tria hinc elicere, in *Oecon. Jud.* p. 749. *ut ſibi caveat* Noſter 1. *ab impatientia* 2. *a perſuaſione ſufficientis expiationis*, *& innocentiæ vitæ*; *ob quam nulla amplius indigeat purgatione per calamitates.* 3. *a confidentia in opibus*, *& potentia.* De his mox plura. Cl. *Cler.* XI. pro ſuis rationibus hinc exſculpſit duo monita a Noſtro in jure dicundo obſervanda: *Sed ira cave ne te incitet*, *cum exploderis*; *neve magnitudo pretii te* a jure *declinare faciat.* In חמה יסיתך ait eſſe *Enallagen generis*, *aut legendum fæm.* תסיתך. Nimia libertas. בשׂפק *in exploſione* porro, *cum exploderis a malis bene judicans*, & *irrideberis*, *cave iraſcaris*, *aut in aſpera verba prorumpas*; *reſque a verbis ad manus deveniat.* Decorum vix ſervatum. Prudentius Cl. *Reim.* XII. huc concedens, prius membrum ad *metum inimicitiæ*, poſterius ad *corruptelas*, reducit. Has tamen præceptiones hic non commodiſſime inſertas ipſe Vir Doct. facile largietur. Ad *Vſ.* ſeq. aliquid recurret. Circumcido bullatas *Bolduc.* nugas. Amputo quoque conatus *Forſt.* & *Avenar.* qui שׂפק *ſufficientiam* trahunt ad *exceſſum iræ Jobi*: ut nec diſcutere vacat quæ LXX. *Syr.* & *Arabs*, longius circumduxere: item quod *Jarch.* Ex ſententiis quas luſtravimus maxime ad rem facere videtur; quæ *num.* IV. poſita. Eam Doct. *Belg.* ita XIII. reddunt. *Quum ira* ſit Deo, i. e. juſtitia vindicatrix; cave *ne forte propellat te una exploſione*; *ita ut magnum Lytron inde non eximeret te.* Non eſt nimis aſperum; nec video quid mitius dici poſſet ei, qui a *contumacia* in Deum, & *expoſtulationibus audaciſſimis*, cordate, ſine blandimentis

aurium, deterretur. Cum *omni* ſua *innocentia*, de qua tam perſuaſus needum erat *Elihuus*, quam nos nunc ſumus, hanc *increpationem* promeruit Noſter, eamque Juſtiſſimam adfirmare auſim. Illud *una exploſione*, *uno ictu*, בישפק, illuſtravi in *not. Juven.* ex *Arab.* بدفعة *ſimul & ſemel*, ut vulgo dicitur. Non excludo illum *ictum effligentem*, & *contundentem*, qui *Cap.* 34: 26. ſignatus. Vehementer, quinimo, placet, fortior adhuc conſtructio Cl. *Guſſ.* ſub ספק, *Ne te compellat in contuſionem.* Eadem uſus erat & *Cocc.* alio licet adſpectu, ut *num.* VII. vidimus: *ne pelliciat te in comploſionem*; quod eſt *Judicium improbi*; ſcilicet. Iſtam ideam ſub סות etiam inculcat *Guſſ. intelligo*, inquit, impellere in afflictionem, *non tanquam mere paſſive*, *ſed quodam conſilio objecto*, *quo homo ſpontanea* imprudentia, *id quod nocet*, *ipſe quærit.* Acutiſſime enimvero; ſed quod ad *Deum* directe rediens, paulo forte durius; quatenus inſiſtitur in vim *inſtigationis permoventis aliquem*, *ſpontaneo affectu.* Hinc mallem XIV. alium *inſtigatorem*, cui iſta *impulſio* egregie convenit, nempe דין *Litem Vſ.* præc. ſive *actum contentionis litigioſæ cum Deo*, ad modum Improbi. Emergeret inde; *Quando* autem *ira* eſt, vel *æſtus indignabundus* apud Deum, quo majeſtatem ſuam impune minui haud patitur; vide *ne forte* דין *impetus tuus contentioſus* יסיתך *inſtiget te in comploſionem* illam *ultimam* improborum *Cap.* 34: 26. ſub cujus ictu decretorio peſſime pereas. Circinatius adhuc XV. fuerit fortaſſis, ut חמה *ira*, proprie *æſtus*, & ſpeciatim *Naſi*, tribuatur *Jobo*; in cujus *ferocia* reprimenda totus nunc eſt *Elihu*. Abſolute חמה pro *irato impetu* inter diſputandum, cepimus ſupra *Cap.* 19: 29. Suam phraſin *Jobo* reddens cenſor, appoſitiſſime præmiſſis ſubjungere potuit; *Quoniam æſtus iratus* eſt, tibi nempe, in דין *jurgio tuo* contra Dei juſtitiam *audaciſſime perſequendo*, vide *ne* יסיתך *inſtiget te* דין impetus ille tuus contentioſus, בישפק *in comploſionem*, &c. &c. *Quando multitudo Lytri non faceret te declinare*; nempe *ictum* illum *peremtorium*, qui te pro *Læſe Majeſtatis reo*, & *perduelli*, *exploderet*. Ad hanc rationem אל *vehementer negaret*, & יטך eſſet, vel *deflecteret te* ab illo ictu, i. e. eximeret; ut Doct. *Belg. Cocc.* alii: vel *deflectere faceret te*, ut *Merc.* Idem ſatis commode ultimum Colon ſic interpretatus: *Nullum erit Lytron tam grande*, *quo redimi queas.* Similiter *Cocc.* *Nullum pretium placare queat iram Dei in te.* Hoc præmiſſo, locus & altiori ſenſui; *ne Lytron* quidem illud *pretioſiſſimum Angeli Mediatoris*, de quo *Cap.* 33: 24. *te redimat*; quippe quod *pœnitentes* juvat, non *contumaces*, & *perduelles*. Iis *nulla hoſtia*, *nullum piaculum*, relictum. Licet tamen in priore ſenſu ſubſiſtas; & intelligas, quicquid homo de ſuo adferre cupit, ad Deum placandum: ſive imaginarium, ſive ex parte verum. Inter ea præcipuum locum tenet *Juſtitia propria*, *virtus*, *probitas*, *innocentia vitæ*, in qua ut multi confidunt tanquam in idoneo piamento, quo ſemet redimere valeant, & coram Tribunali Dei conſiſtere; ita *Jobus* ſane nimium quantum ei innixus fuiſſe videbatur; quippe qui in omnibus ſuis contentionibus *anteactæ vitæ integritatem*, & *Juſtitiam*, acerrime urſerat, ut *Cauſam validiſſimam*, quæ *iram* Dei ab ipſius Capite prohibere debuiſſet. Dicas, hæc pro כפר *pretio redemtionis* non agnoſcere potuiſſe *Elihuum*. Non agnoſcit profecto; ſed ex *Hypotheſi hominis*, in talibus ſpes opeſque ſuas locantis, loquitur. De *Divitiis* eadem res eſt. An & eæ hic in cenſum veniant, ad *Vſ. ſeq.* perſpicietur. Veritati unice litare ſtudens, ſupprimere nequeo, explicationi huic duos ſcrupulos poſſe moveri; alterum, אל paululum detorqueri ab uſu ordinario: alterum יטך pro *deflectet te*, vel *deflectere faciet te*, iſta poteſtate *liberationis* non comparere. Addo præcedens יסיתך *inſtiget te*, potius exigere ut יטך valeat *pervertat te*, vel *declinet te ab officio*; ut Cl. *Schmid. Mich.* aliique diſertim. Teneatur ergo XVI. *Quoniam æſtus* iræ, impatientiæ,

tiæ,

19 היערך שועך לא בצר וכל מאמצי־כח׃

19 An in acie ſtabit Munificentia tua, *ut* non *ſis* in arcto: & omnes ſtrenuitates virtutis?

20 אל־

20 Ne

tiæ, contumaciæ, tibi; cave *ne forte inſtiget te*, tuus ille impetus litigandi, *in complosionem: & multitudo Lytri ne pervertat te*, vel *deflectere faciat te a via.* Non audeo exponere cum Doct. *Mich.* de *Lytro Meſſiæ*, *cujus fiducia voluntario peccetur.* Magis arridet, *perſuaſio ſufficientis expiationis*, & *innocentiæ vitæ*; quam Cl. *Maj.* hic deprendit. Eam ſic accommodarem: *& ne confidentia Innocentiæ*, *Virtutis*, *& Juſtitiæ tuæ*, *te impellat*, ad *perſeverandum in contumacia*, perniciem ultimam tractura. Non celabo, prius illud, quod *num.* XV. expoſui, mihi nervoſius, pleniuſque, videri. Scrupuli illi tales non ſunt ut remorari debeant aſſenſum, ſi vis convictionis illuc feratur. Quiſque tamen ſuo gaudeat ſenſu; quin & locus curis melioribus relictus eſto.

Verſ. 19. Idem curſus, errorque, qui modo, nunc huc, nunc illuc, nos circumvehet. *Vulgat.* I. *Depone magnitudinem tuam abſque tribulatione*; *& omnes robuſtos fortitudine.* Ad hæc *de Pined. pergit tradere præcepta modeſtiæ*, *ut deinceps ſummiſſius de ſe ſentiat*; *abjectius etiam de omni humano ſplendore*; *deque arcium munitiſſimarum*, *& humanarum virium fortitudine: tum quod his ſalutem emere non poſſit*; *tum quod Deus non alliciatur hiſce*, *ſed pietate*, *& juſtitia.* Ait שוע eſſe *ſalutem*, *ſalvationem*, *opitulationem:* vel & *magnitudinem*, *amplitudinem*, *potentiam:* alios tamen *divitias*; alios velle *clamorem.* Ita ſane ad voculam iſtam fluctuatur. Ad בצר monet, *tribulationem* recte aſſumtam a צור. quamvis alii a בצר velint *Aurum*, vel *Munitionem.* Deinde *abſque tribulatione* exponit, vel, *antequam deterius aliquid tibi contingat*; vel *abſque flagello & verbere*, ut filius: vel *alacri*, & *minime anguſto animo* &c. Non meliora, quæ *Sanct.* dedit; nec ſane, quæ *Vavaſſ.* neſcio quo abiens: *Non proprie Jobum*, *ſed quemlibet alium potentem & improbum hortatur*, *ut antequam a Deo malis exerceatur*, *reſipiſcat*, *& ſuperbiam deponat. Per robuſtos fortitudine intelligo præpotentes amicos*, *quorum præſidio nititur ad nocendum.* Propius ad rem *Tigur.* II. *Num magni æſtimaret amplitudinem tuam*? *non munitionem*, *nec omnia quæ vires conſerunt*, æſtimat. In notis dicitur בצר ſignificare *omne præſidium*, *ſive locorum munitorum*; *ſive fraudis & doli*, *ſive auri & argenti.* De eo poſtea. Conſonat *Calvin.* III. *Non æſtimabit opes tuas*, *non aurum*, *neque omnes vires potentiæ tuæ.* Inſiſti cenſet in id quod modo negatum erat, de *Lytro:* quod *homines plerumque in opibus & divitiis ſuis indormiant*, *iiſdemque ſe mala propulſaturos confidant* &c. Pro *auro* Doct. *Merc.* IV. dedit *Anguſtiam* h. ſ. *Num æſtimabit opes tuas* Deus: *non anguſtia*, ſcil. quicquam æſtimabit opes tuas: *& omnes vires roboris* eadem anguſtia non æſtimabit. בצר *in anguſto* vi *Subſtantiva* induit, argutiuſcule, & citra exemplum: nam *Vſ.* 16. ב abeſt. *Caſtal.* V. cum *num.* III. conſpirat: ut & *Jun.* & *Trem.* VI. niſi quod ſubtiliore adhuc tela dederint. *An æſtimabit nobilitatem tuam*? *non lectiſſimum aurum: ne* quidem *omnia fortificarent vires.* Poſterius valde quæſitum. Citra argutiolam illam *Grot.* itemque *Codurc.* qui שוע *opes*, & בצר *aurum*, hic ſonare annotans, ita *locum obſcurum ſe dilucidaviſſe* addit, *ut jam non alius ſit magis perſpicuus.* Hoc eſt ſibi ipſi verba dare. *Druſio* ſe *aurum* minus probat, quamvis *ſenſum* fateatur non *inelegantem.* Subſtituit, *Non in anguſtia*, *ne quidem in anguſtia.* Pro *opibus* ſub שוע etiam *Clamorem* non ſpernit: de quo infra. Cl. *Cocc.* VII. ſubtiliſſime. *Num æqualis eſſet imploratio tua non in arcto*, *& omnes contentiones virium*? Refert ad *utilitatem Crucis*, *quæ hominem facit orare*, & implorare ἐνεργητικῶς *cum omni virium contentione Jac.* 5: 16. q. d. *Numquid tam vera eſſet*, *non in arcto*, imploratio tua, *atque nunc eſt*, *quum in arcto exiſtis*? Subjicit & alium adſpectum, qui *Vſ. præc.* propior, *Num tanti eſſet imploratio tua*, *omniſque contentio orandi*,

di, ut non in arcto eſſes, *teque deflecteret a comploſione*? Id minus probat: nos magis, quam prius. In *Lexico* quoque inculcatum ſub שׁוע ex *infin. An par eſſet imploratio tua non in anguſtia*? Item ſub ערך, *Num ſe pari ratione diſponeret* imploratio tua, *non in arcto*? *omneſque contentiones virium*? ſpiritualium nempe, i. e. *ſpes*, *fides*, *patientia*, *conſolatio*, *gaudium inter precandum*. Profunde enimvero, ſed non ad præſentem ſtatum *Jobi*, neque ad cenſuram *Elihui*. Ex R. *Levi* VIII. *Vatabl. An æquipollebunt Divitiæ tuæ*, vindictæ Divinæ? *non aurum*, *nec omnes vires potentiæ*. Addit, alios velle, *an æſtimabit clamorem tuum*? De eo plura ſtatim. Cl. *Schmid.* IX. *rationem reddi* cenſet, *quare pati non debeat Jobus*, *ut a Divitiis abducatur a via*; *quia nullæ opes æſtimentur a Deo*, *neminemque apud ipſum juvare queant*. Dat ergo, quod *num.* III. V. VI. VIII. viſum. Id ſub hoc nexu minus adhuc nervi haberet. In eundem languorem incidit Erud. *Crinſoz.* X. *An Deus opulentiam tuam æſtimaret*? *Non aurum ſane*, *non univerſam potentiam Mundi*. Talia, in ſe ſpectata, pulcra: ſed videndum, quid *Perſonis Jobi*, & *Elihui*, nunc conveniat. Iſti *decoro* non litat XI. Cl. *Cler.* inſiſtens in *dehortationem a Muneribus capiendis*, quam *Vſ. præc.* aſſumſerat. Doct. *Reim.* XII. fortius, ſic: *Sed ſi jura corrumpas*, *an Nobilitas tua* apud Deum *æſtimaretur*, etiamſi *non* eſſet *in arcto*, ut nunc: *& num omnia firmamenta roboris* valerent apud Eum? En Cl. *Guſſ.* quoque conatum XIII. ſub בצר. Contendit, ibi ſignificationem *Auri* eſſe ſpuriam. Non probat etiam צר *Ærumnam* cum ב *Præſ.* hic induci: ſed ad *arcis* poteſtatem recurrit. Sub שׁוע autem ex *clamore* exſculpit, vel *Famam*, vel *Eloquentiam*, & *Vocem diſertam*: locum ita conſtituens: *An rationem habebit tuæ Famæ*, aut *tuæ vocis diſertæ*? *Ne quidem Arcis*, rationem habebit, *nec quorumcunque viribus pollentium*. V. G. *militum quibus ſtipatus fueris*. Apparet extra ſeriem expenſum, quid verbi fundere valerent; & *gradationis* ergo, poſt *opes Vſ.* 18. nunc *Eloquentiam*, *Famamve*, ſubſumtam; inde ad *Arces* deſcenſum, ut in *Milite* & *robore bellico* finiretur. Hæc minus tempeſtiva, etiamſi non *Jobo* tantum dicta ſtatuas; ſed cuivis, *præſidiis humanis Caput efferenti*. שׁוע pro *Fama*, vel *Eloquentia*, precarium. Aliorum *nobilitatem*, *dignitatemve*, etiam vix probare eſt. Ne *opes* quidem, ac *Divitiæ*, valde firmæ. Iis anſam dedit שׁוע *Cap.* 34: 19. *Opulentus*, *Munificus*, *Liberalis*. Inde & Doct. *Belg.* XIV. *An æſtimaret opulentiam tuam*, ut ne eſſes *in anguſtia*, *aut ulla firmamenta roboris*? Commodius forte fuiſſet XV. *An æſtimaret opulentiam tuam*? *Nihil* eſt ea *in arcto*; *ut & omnia firmamenta roboris.* לא ſubſtantive τὸ μηδὲν, ut ſæpe ſupra. Eſſet, ut *Prov.* 11: 4. *Non juvat opulentia in die iræ &c.* Poſſes eadem ratione, *Nihil* eſt *Aurum*, *& omnia firmamenta roboris*. Vide XVI. quid *Avenar.* auſus: *Num ordinabitur ſalubritas tua*, *ut ſit abſque tribulatione*? Ei Radix שׁוע *Salvus*, *felix*, *opulentus fuit*; unde *Salutem* & alii induxerant. Honos quoque habendus XVII. iis qui ad *clamorem*, alias שֶׁוַע & שַׁוְעָה, recurrerunt, hoc modo: *An æſtimaret* Deus *Clamorem tuum*? *quo minus* eſſes *in anguſtia* &c. Vel, *non in anguſtia*, æſtimat illum. Etiam hic rotundius exiret, *Nihil* eſt ille *in anguſtia*, &c. &c. Poſſes & ſic, XVIII. *An æquivalebit*, *æquivalente pretio penſabit*, *clamor tuus*, ut *non* ſis *in arcto*: *& omnes contentiones nervi*? ad *clamandum* ſcil & *Orandum*. Ita ex parte ſaltem *Chald.* & *Cocc.* ſupra *num.* VII. Iterum ſtruas licet, *Nihil* eſſet clamor ille, *& contentiones omnes nervi*. Fluctuamus enimvero, & quam magis omnem rudentem moveo, tam minus exitum, portumque, reperio. Ex iis, quæ percurrimus, maxime mihi placeret *num.* XIV. vel ſi patiare, XV. *Nihil*, τὸ μηδὲν, *in arcto*, שׁוע *opulentia*: proprie *laxitas*, & *munificentia liberalis*, ut veriſimiliter colligere eſt ex *Eſaj.* 32: 5. 6. Hinc ſuccurrit XIX. *An æquaret munificentia tua*, qua uſus fuiſti in pauperes, ut *non* eſſes *in arcto*? *& omnes contentiones roboris*, quibus te *multa præclare egiſſe*, omnibus notiſſimum? Hic adſpectus egregie redit ad id, quod *Vſ. præc.* ſub finem exhibui; ubi per רב כפר intelligebamus *Virtutes*, & *opera-*

20 אל־תשאף הלילה לעלות עמים תחתם׃

21 השמר

20 Ne anheles noctem, *qua* tollendæ gentes ſub ſemet.

21 Ca-

ra Juſtitiæ, ac *pietatis*, quæ Deo *imputare* quærunt mortales; & Noſter in ſua cauſa toties allegaverat. Dignum moderatione, & prudentia, *Elihui*, ut *Jobo* tribuat 1. שוע *liberalem indolem*, & *munificam laxitatem*; qua ſupra ceteros ſui temporis haud dubie eminuit. Dignum ejuſdem ingenuitate, ut Noſtro concedat 2. מאמצי כח *ſtrenuas contentiones virtutis*, ſive *roboris virilis*; ad *virilia munera*, tum in *Politicis*, tum in *Eccleſiaſticis*, obeunda. Hæc intenta ſub formula hacce, ambigere vix ſinit ſolemne illud חזק ואמץ *fortis eſto & ſtrenuus: Deut.* 31: 7. 23. *Joſ.* 1: 6. 7. 9. 18. & 10: 25. Confer quæ ad *Jobi Cap.* 4: 4. libata. Hinc אמיץ כח *ſtrenuus robore*, inter ipſius Dei titulos: ut *Eſaj.* 40: 26. & *Job.* 9: 4. ubi ſubmonui proprie ſignari *prævalidum nervo*, aut *tendine*, ad omnia ardua ſuſtinenda. Habuimus etiam *Cap.* 9: 19. אם לכח אמיץ הנה *Si ad nervum*, *prævalidus ecce*, *nervo* videlicet. Cum relatione ad *Virtutem*, & *munia pietatis*, *Job.* 17: 9. & alibi. Conſimiliter כח ad *virtutem* & *pietatis robur* fertur *Eſaj.* 40: 30. Negaret erga *Elihu* omnia illa, quibus confidere videbatur *Jobus*, inprimis *munificentiam in pauperibus ſolandis*, *reliquaſque virtutes*, *ſtrenue*, & *præclare*, *ab ipſo exercitas*, ad *Ornamentum Reipublicæ*, ad *decus Eccleſiæ*, *valituras* eſſe apud Tribunal Dei, ubi ſemel ut *contumax*, & *perduellis*, *in comploſionem veniſſet*, *per* חמה *æſtum Naſi*, *ſe Deo haud ſubmittentis*; *quin Juſtiorem Juſto illo ſeſe arroganter ferentis.* In verbo יערך 3. ſic eniteſcit uſus longe graviſſimus *aciei inſtructæ*, quaſi, & *paratæ*, a parte *Jobi*, ad cauſam ſuam contra ipſum Deum obtinendam, & pervincendam. Hoc *Actiones* Viri præ ſe tulerant; hoc diſertis verbis declararat ſe præſtiturum; ſi modo *in Congreſſum cum Numine* ipſi *procedere* daretur, ut *Cap.* 9: 35. *Cap.* 13: 18--22. *Cap.* 23: 3--7. Huc alludens *Elihu*, inferret nunc, *An tua* illa *nobilitata laxitas*, in acie *ſtaret*, ſiſteret ſeſe, ut *non* eſſes *in arcto* &c.? An illa te vindicare poſſet a fulmine maledictionis, quo te omnipotens exploderet? Videmur ex longo, multoque, curſu, ſtationem nacti non incommodam. Perpende tamen an XX. commodius, firmiuſque, ſit futurum, ſi ad *præſentem Jobi miſeriam*, & *anguſtiam*, locus reſtringatur, ad *comminationem Vſ. præc.* ſanciendam. Negatum ibi, *Quicquid* haberet *Lytri* Noſter, *id ipſum ex comploſione*, & *ictu decretorio*, juſti Judicis, *erepturum.* Hoc ita adſtringetur, ה *aſſeverative* ſumto: *Ecce opponat* nunc *in acie ſeſe tua* illa *laxitas munificentiæ*, *quo minus* ſis *in arcto: omneſque contentiones virtutis.* Si te *ex præſenti Judicio vindicare* non valet *tua munificentia*, & *virtus*; quanto minus *comploſionem* illam *peremtoriam* a te depellere poſſes; ubi ſemel *fulmen damnationis* in te eſſet emiſſum. Venuſta *Antitheſis* inter שוע *laxitas*, & צר *arctum*, *anguſtia*: quæ obtinebit, etiamſi ה *interrogat. num.* XIX. retineatur. Non plane ſecurus ſum portum teneri. Ad eum capiendum faculam prælatam ſpero.

Verſ. 20. Profundiſſimus locus, velut vortice quodam nos circumacturus. *Vulg.* I. *Ne protrahas noctem*, *ut aſcendant populi pro eis.* Locum ſpatiandi in obſcura ſententia Expoſitoribus datum ait *de Pined.* ex *Philip.* & *Thom.* producens 1. *Ne protrahas noctem iſtius obſtinationis & cæcitatis*, *in qua diu vixiſti*; *ne adſcendant in cœlum clamores populorum*, *quos oppreſſiſti.* 2. Ex *Dion.* & *Titelm. Ne differas malos*, & *iniquos*, *damnare tua ſententia* &c. 3. Ex *Eugub. Ne dormias ad multam diem*, *fidens excubitoribus*, & *ſatellitibus*, *ſed ut principem decet*, *vigila* &c. 4. Ex *Thom.* iterum: *Ne noctem* calumniarum *ſinas protrahi*, *ſed innocentum juſtitiam in lumen educito* &c. 5. Abſurdiſſime, *Ne latrocinia exerceas de nocte*, *coacta manu ſatellitum*, *qui ſedibus ſuis expellant vicinos.* 6. Aut *Ne de nocte ambitionem*, & *dominandi libidinem*, *in animo volvas* &c. 7. Denique *Ne tibi ſomnum eripiat invidentia alienæ felicitatis*, *cum vi-*

videris populos adſcendere, *& creſcere opibus* &c. Optime claudit: *In re incerta, nil certi habeo, quod adferre poſſim.* Alia adhuc dabunt *Vavaſſ.* & *Sanct.* Poſterius hauſtum ex *Paraphr. Tigur.* II. *Ne anheles noctu, cum populi ſua in ſede permanentes incrementa capiunt.* Lingua & ſeries haud favent. *Calvin.* III. *Ne conſumas noctem* ad meditandum *quomodo populi ſub ipſis exterminentur.* Quid velit. & quid incommodi trahat, percipies ex hiſce, *Conc.* CXLII. *Expedit nobis inquirere, quomodo Deus populos exterminet, & quidem eo, ut erudiamur ad humilitatem; atque ita colligamus: ſi Deus regioni non parcit, quid me futurum eſt? Nos igitur ad Dei opera attentos eſſe oportet: ſed tamen cavendum ne modum excedamus, &* nimis alte inquiramus, *quomodo* populi *tanquam abyſſo aliqua* abſorbeantur, *inſtar nivis colliqueſcant, & cum omni memoria ipſorum* tollantur *ac deleantur, ita ut nec vola, nec veſtigium, ſuperſit.* &c. &c. Sumtum ex R. *Perizol.* cujus hæc commentatio. *Tempore nocturno, quando mens curis vacua, noli meditari, quomodo gentes aliquæ perierint; in alienaſve ſedes demigrarint; aliæ vero non.* Tota hæc *cogitatio*, videlicet, *Divinæ Providentiæ*, occultiſque Ejus rationibus, *relinquenda* Nonnihil diverſus *Merc.* IV. *ſubdifficilem* monens *locum*, adfert. *Ne anheles noctem:* quæ eſt *ad excidendum populos ſub ipſis.* Parum commode explicatur; *Non eſt quod adflictus noctem deſideres, ut in ea tibi anhelitum reſumere liceat, quum excidere ſoleat* Deus *vel totas gentes in ſuo ipſarum loco, ita ut prorſus deleantur. Quod ſi totas gentes, idque ſubito: quid tu unicus homuncio facias?* לעלות ex *Hiph.* capit pro להעלות, quod eſt, *facere ut adſcendant*, tollantur, *evaneſcant*; quamvis & ex *Kal* retineri concedat, ut ſit, *quæ nox eſt ut excidantur* &c. Adfine, nec tamen idem, quod *Caſtal.* V. dedit; *Noli anhelare noctem, qua e veſtigio tolluntur homines.* i. e. *Ne conare improbos imitari, ut noctu repente pereas: ſicut dixi Cap.* 34: 20. Propius ad rem *Jun* & *Trem.* VI. *Ne aſpires ad illam noctem, qua abeunt populi* in *locum ſuum.* Volunt eſſe *dehortationem a deſperatione; ne nimis mortem appetat & anhelet.* Quid *Grot.* & *Codurc.* jam ſecuti ſint, infra dabitur. Cl. *Cocc.* audaciore adhuc ſchemate, VII. *Ne anheles* ad noctem, *ut tollantur* & projiciantur *populi ſubter ſe.* Etiam ſtatuit, taxari *votum mortis præ vita*, quo uſus ſæpe Noſter: ſed adjicit, *illi voto hoc ineſſe* crudum, & crudele, *melius finiri hujus ſeculi telam, quam hanc formam conditionis piorum, & impiorum, permanere.* In לעלות aſſentit *Mercero*; & *Metaph.* putat a *Meſſore, qui deſectum manipulum tollit, & mox in terram inclinat, ubi culmi jacent proſtrati* infra ſe, *qui modo erecti ſtabant.* Profunde. Iterum *Vatabl.* VIII. *Ne anxius ſis noctu*, qua ratione fiat *ut tot populi ſuccidantur in loco ſuo, qui etiam magnis viribus pollent.* Eſt idem fere cum *num.* III. R. *Levi* præiverat, ſequentibus *Munſt. Clar. Pagn.* aliis. Ad *num.* VI. accedit Erud. *Crinſoz.* IX. *Ne deſideres* longam *illam noctem, quam* omnes *mortales tranſigere debent ſub ſedibus ſuis:* תחתם *ſub ſe*, ſatis argute ſic inflexum. In לעלות cenſet eſſe metaphoram a *fumo adſcendente, & ſemet diſſipante.* Non diſcedit Cl. *Schmid.* X. *Ne anheles noctem*, quæ facta *ad auferendum populos ſub ſe.* Nexum hunc præbet: *Noli ergo facere poſthac, ut tibi ipſi ex impatientia deſperabundus mortem optes* &c. Dure Cl. *Cler.* XI. *Ne cupias* quam primum adeſſe *noctem, ut latrones e latebris egrediantur, viatores ſpolient, & te prædæ participem faciant.* Ex *Codurc.* forte tranſſumtum; qui tamen duritiem colore aliquo lenivit; vertens, *Noli nocte anhelare, ut populi ſuo loco tollantur*; & explicans: *Dehortatur eum ab avaritia, cujus artibus populus abſorbetur; & plebs ſuo loco evaneſcit rapinis, injuriis, fœnore. Hoc cogitant per noctes Avari; volvuntque cum animo ſilo, qua ratione plebeculam devorare queant.* Adſcendere eſt *exhauriri, exinaniri, exſugi. Elegantiſſima metaphora. Eſt autem Calumniator Elihu.* Neſcio an idem voluerit *Grot. Ne nocte id mediteris, quomodo populi exturbentur de locis ſuis.* Nempe *nocte cum maxime vacat cogitationibus animus, ſolent homines rationes quærere ad ea implenda quæ maxime deſiderant.* Mitius multo Cl. *Reim.* & *Mich.* XII. *Ne* etiam *anheles* talem *noctem, in qua populi* vicini, *Chaldæi, Sabæi*, qui noxam tibi attulere, *e ſedibus ſuis tollantur, & fulmine iræ Divinæ diſperdantur.* Huc pertinere videtur *Gloſſa* R. *Salom.* de *Amraphele, Ægyptiis, Senacheribo, noctu exciſis.* Suo more *Bolduc.* XIII. *Ne aliquando vehementi affectu deſideraveris, ut huic, vel illi, pauperi, litium, debitorum, neceſſitatis,*

ex-

21 השמר אל־תפן אל־און כי־על־זה בחרת מעני׃

21 Cave ne reſpicias ad vanitatem; nam ſuper hoc Electus fueris ex adflictione.

22 הן־

22 Ec-

extremæ calamitatis, *opaca nox accidat*, *ut diteſcendi occaſio tibi naſcatur.* Ait eſſe *genus adagioſum loquendi:* eo ſenſu, quo dicitur inter nos, *in turbida aqua piſcari.* Nempe in officina ejus cuſum. Ex his, quæ percenſuimus, graviſſimum ſenſum præſtat illud *Cocc. num.* VII. quod ita forte melius XIV. ſcopum *Elihui* impleret; *Ne anheles illam Noctem* Naturæ, *qua populos e ſedibus ſuis tolli*, & everti, neceſſe: i. e. *Ne adeo anhelis votis Mortem expetas*, & *Judicium*; *quod omnibus ſtatutum.* Noli *impatientia*, & *ira*, vel *Mortem* tibi, vel *Naturæ* univerſæ *finem* imprecari. Reduxerim ad id quod *Vſ.* 18. præceſſit; *Quando æſtus* tibi Naſi, cave *ne inſtiget te* contentio *in comploſionem:* i. e. *ſub talem Dei ictum*, *quo in totum exſcinderis.* Simile quid in notis exhibent Doct. *Belg.* Vel ſic: XV. *Noli audaciſſimis tuis provocationibus Dei*, *Mortem*, & *Judicium*, *tibi accelerare. Nox* illa *fatalis*, omnes *populos raptura*, ſponte *aderit*; teque, cum reliquis, mortalibus, *Judici tuo ſiſtet* citius, quam velles. Eodem redit. Tale quid hic deſiderari, vix dubium. An veram mentem *Elihui* tetigerim addubito; & uberiorem lucem exſpecto, ad *tenebras* hujus *Noctis evincendas.*

Verſ. 21. Necdum in tranquillo navigamus. *Vulg.* I. *Cave ne declines ad iniquitatem: hanc enim cœpiſti ſequi poſt miſeriam.* Per *iniquitatem* intelligit *Philipp. deſperationem* & *blaſphemiam:* atque ſi *Sanctio* credimus, norat *Eliu*, *nunquam ante miſeriam* blaſphema *locutum Noſtrum*; *etiamſi avare*, *crudeliter*, & *Tyrannice*, *multa feciſſet.* At *de Pined.* generalius, *Ne uſque adhæreas priſtinæ vitæ ſceleribus.* Torquet non *Hebræa* ſolum, ſed & *Latina.* Prudentius *Vavaſſ. Admonet ne calamitate fiat deterior.* Diverſi abeunt *Tigur.* II. *Cave ad res nihili te vertas*, *quibus coneris te ex miſeria extricare.* Videbitur deinceps. *Calvin.* III. *Cave te convertas ad iniquitatem*; *ipſam enim potius*, *quam adflictionem*, *elegiſti:* vel &, *ipſam enim elegiſti propter adflictionem*, ſive *præ gravitate adflictionis.* Per *iniquitatem* monet ſe intelligere *indignationes adverſus Deum*, & *obmurmurationes rebelles* &c. Utrumque apud *Merc.* IV. extat; qui prius adſcivit, atque ita expoſuit; *Maluiſti te hac iniquitate implicare*, *ut Dei Judicia accuſares*, *quam præſentem adflictionem æquo animo ferre*, & *tanquam de manu Dei ſuſcipere.* Latiore ſenſu *Caſtal.* V. *Cave te convertas ad nequitiam*, *quod eam præ miſeria approbes.* Paulo mitius *Jun.* & *Trem.* VI. *Cave tibi*, *ne reſpicias ad vanitatem*, *ut hoc eligas præ adflictione.* Subtiliore *Analyſi Cocc.* VII. redargui cenſet *votum mortis* a. *ut crudele Vſ.* 20. b. *ut cum amore vanitatis conjunctum. Vſ.* 21. c. *ut comitatum oblivione providentiæ*, *quæ Mundum regit Vſ.* 22. & ſeq. Verſio ſic tornata: *Cave*, *ne reſpexeris ad vanitatem: nam propterea elegiſti* quicquam *præ inopia.* Inſerit מאומה *Aliquid*, nempe *Mortem*; & ratiocinium ſic adſtringit, *mortem eligere præ adflictione eſſe illius tantum*, *qui reſpiciat ad res*, & *delicias*, *ſeculi: ad Nihilum.* Item: *Eligere quippiam præ humiliatione*, *quam tamen Deus eligit*, *eſſe vanitatis reſpectum.* In vocula עני *eam inopiam* intelligit, quæ adferat *abrenunciationem omnis vanitatis:* nempe *paupertatem Spiritus.* De eo mox infra. *Vatabl.* VIII. ex R. *Levi*, per און intelligit *Criminationes Juſtitiæ Divinæ*, & per עני *tenuitatem ingenii.* q. d. *tales ſenſus foviſſe* Jobum, *præ mentis imbecillitate*, *tam alta haud penetrantis.* Argutius. *Crinſoz.* IX. poſterius Colon ſic emollit, *Cave tradas temet iniquitati*, *nam adflictio poſſet efficere ut has partes eligeres.* Notæ monent, in *Hebræo* eſſe, *ita ut eligeres* viam *verſus illam*, *propter adflictionem.* על זה ſagaciter ſic converſum. *Schmid.* X. amplexus ſenſum ſecundum *Calvini* & *Merc.* ut ſit, *Nam hoc elegiſti præ vi dolorum* & *adflictionis.* Cl. *Cler.* XI. ſic reddens, *nam ad hanc elegiſti præ adflictione*, addit, *maluiſti favere vitio*, *quam dum ei adverſaris*, *adflictionem tibi arceſſere.* In *Paraphr.* plenius. *Ne inique partas divitias quæ-*

quæſiveris, quas adhuc ſtatui adflicto, cum innocentia conjuncto, prætuliſti. Hauſtum ex *Codurc.* qui און exponit *divitias ſcelere quæſitas*, & עני *paupertatem.* Nempe *Calumnias* ejus Hypotheſis conquirit. Cl. *Reim.* XII. *Cave* Dei providentiam *iniquius crimineris*, quum vindictam non exercet in malos ex tua ſententia; *namque huc pronus fuiſti propter plagam* tibi inflictam. על זה pro לפנות על זה *huc te convertere placitum tibi:* ut *num.* IX. Accipitur ut *Regula in poſterum ſervanda*, quum reſtitutus eſſet Noſter. Nondum finis. *Bold.* XIII. *Vide ne forte in clamore tuo, & precationibus, vanitatem duntaxat intenderis: eo quod illa tibi potius placuerit, quam humiliatio ob adflictiones.* Ex Magiſtris profert R. *Salom.* XIV. *Jobum has miſerias præferre debere paupertati*, cujus videlicet dirius adhuc ſit onus. Ad hanc argutiolam colorandam, notat, *pecora* quidem *Jobi* dici *abacta:* ſed non *aurum* & *argentum abreptum.* Dives ergo adhuc erat, ſecundum hunc calculum, & habebat quo ſe ſolaretur. Redolet amorem nummi. Non liquide etiam *Nachman.* XV. *Hæc verba mea eliges* tandem, *& vera agnuſces, ex adflictione.* Non ſatis tutum XVI. quod olim ex *Arab.* بحر conabar, *Nam hoc pacto copioſus evades ex adflictione*, vel *adflictione diſcuſſa.* Nimium deflectit; nec mihi nunc permittit ex fonte *Arabico* haurire, niſi cum reliquo uſu *Biblico* conciliari queat; eidemque per *Originem*, & *Proprietatem*, majus quoque lumen, & decus, conciliet. בחר haud dubie eſt, *elegit, excerpſit.* Struitur cum *Accuſ.* vel & cum ב, paſſim: cum ל 1 *Sam.* 20: 30. Nuſpiam על adhibitum; unde vel *hoc*, vel *hanc, elegiſti*, vix ſtare queat. *Viam verſus illam*, quam *num.* IX. offert, longe prætferrem, h. ſ. *nam huc te conferre elegiſti, propter adflictionem:* Vel *ut huc te conferre eligas propter adflictionem.* על ימין *Verſus dextram*, על שמאל *verſus ſiniſtram*, *Gen.* 24: 49. & alibi. זה de *Loco: Num.* 13: 17. על זה hinc contemtim, *ſuper hoc* latus vergere cœpiſti, *haſque partes* quaſi fovere, & *præferre.* Id objectum Noſtro *Cap.* 34: 7. 8. ubi פעלי און ſunt *Religionis & virtutis contemtores*, ſe *vanis rationibus, rebuſque, tradentes.* אל תפן *Ne obvertas illuc faciem, a Religione, & pietate averſam* penitus. Formula eſt ſolennis פנה אל אלהים אחרים *Reſpexit ad Deos alienos*; relicto Deo ad idola ſe convertit: *Deut.* 31: 18. 20. &c. Succinit uſus ſignatior ſub בחר *Prov.* 1: 29. *Timorem Domini non elegerunt:* & *Eſaj.* 66: 3. *Elegerunt vias ſuas.* Succurrit etiam XVI. *Cave tibi, ne reſpicias ad vanitatem*, & neglectum virtutis, religioniſque, *ut vel hac conditione eligas ex adflictione* emergere: *præſtat ſub plagis Dei maneas, quam ut inde ſic eximi eligas.* על זה *ſuper hoc*, pro *ſuper hac conditione*, ut על מה *ſuper quodcunque: Cap.* 13: 14. Accedit ad *num.* II. ſed eſt fortius, בחר מעני *Elegit, optavit, ex adflictione*, locutione prægnante, pro *Exire ex ea.* כי pro *ut*, ſatis tritum. En aliud, XVII. *Cave tibi, ne reſpicias ad iniquitatem*, religioni, quod facere occœpiſti, quodammodo, valedicens: *nam ſuper hac conditione excerpſeris ex adflictione*, vel *emedullaveris*; i. e. *fructum* quoque ex *præſenti adflictione*, ſi vere *adflictum*, fractum, contritum, te dederis, *acquires, felicemque exitum* tandem *conſequi* poteris. על זה ita fere ceperat *Ab. Eſra*; *ſuper hoc ut caveas tibi.* Eſſet, ut *Eſaj.* 38: 16. *Domine עליהם יחיו ſuper his vivunt!* עני *adflictio*, ea jam amplitudine donari poſſet, quam *num.* VII. tetigi. בחר pro *excerpere*, abſolute, a quibuſdam ſumtum *Eccleſ.* 9: 4. *Nam quis eſt qui excerpetur?* ex neceſſitate moriendi videlicet. Eſt forma *Pyhal*; quam ſi XVIII. & hic admittas per *Kametſchatuph* ad primam Radicalem, exiſtet, *Nam ſuper hoc eximeris, & excerperis, ex adflictione: purgatus* ſimul, ſimul *probatus*, ut *aurum* ex *fornace, extraheris.* חרוץ נבחר *Aurum electum* extat *Prov.* 8: 10. כסף נבחר *Argentum lectiſſimum*, pro-

22 הֶן־אֵל יַשְׂגִּיב בְּכֹחוֹ מִי כָמֹהוּ מוֹרֶה׃

22 Ecce Deus ſublimat robore ſuo; & quis ſicut ille ſtringens plagis?

23 מִי־

23 Quis

probatiſſimum; *Ibid. Vſ.* 19. & 10: 20. Contrarium כסף נמאס *Argentum improbum Jer.* 6: 30. Clauſula digniſſima, qua caſtigationes, & convictiones ſuperiores, obſignarentur. Forma *Pohal* per *Kametschatuph*, paulo rarior, nubeculam objecit. Accedebat, *Præteritum* hunc ſenſum adeo non invitaſſe, ut eum abnuere videatur. Dubitationem, mihi ipſi hinc injectam, gemina germana formula *Eſaj.* 48: 10. ita minuit, ut ferme omnem eximat. *Conflavi te* ולא בכסף *& non in argento*; non tam rigide, ajunt Docti interpretes: imo vero, *multo purius*, & *nitidius*, *quam argentum*: ad *formam* loquendi *Orientalem*, qua *negatio* infert *comparationem exaggerantem*, qualis illa, *Liberalis & non ut nubes*, i. e. *liberalior* &c. Sequitur ſignatiſſime בחרתיך בכור עני *Elegi te in Catino adflictionis.* Sunt qui בחנתיך *probavi te* ſubſtituant: alii hoc בחר ex בחן notionem mutuo ſumſiſſe autumant. Doctiſſ. *Belg.* prudenter id vocabuli adhibuere, quod *probationem* ſimul, ſimul *electionem*, conſignet. Certiſſima res eſt. *Elegi te in catino adflictionis*, prægnanti phraſi, valet, *puriſſimum*, & *probatiſſimum*, *te* ibi *reddidi*, ac *propterea Electiſſimum mihi te eſſe* ſimul, declaro. Ad eam rationem & heic: *ſuper hac conditione*, *Electus eris ex adflictione*; atque *inſtar auri probatiſſimi* inde emicabis. Sed, inquis, תִּבְחַר, vel תְּבָחֵר, dicendum fuiſſet, in *fut.* non בָּחַרְתָּ in *præter.* Reſpondeo *præterita*, pro *futuris*, & *præſentibus*, tam frequentia eſſe, ut juſtus inde ſcrupulus exiſtere nequeat. Deinde in *promiſſionibus* hanc *formam* captat ſtilus ſacer, ut *factum eſſe* dicatur, quod *certo certius futurum proxime.* Memini ſupra tactum; & illuſtratum. Ergo pedem in pulcherrimo *Schemate* figere licet, *Nam ſuper hac* ſola *conditione Electus fueris ex adflictione. Si hoc impleas*, *tam certo* tibi *polliceor liberationem* ex omnibus hiſce malis, *ac ſi* jam *emerſiſſes.* Sentis iterum, aptius, uberius, cumulatiuſve, nihil inveniri poſſe, ad Coronidem præcedentibus imponendam.

Verſ. 22. Paululum tandem reſpirare datur; quamvis necdum in vado ſimus. Utemur minore velo; & paucis ſtringemus quæ hic a Doctiſſ. ingeniis prolata, tum quoad ſenſum, tum quoad connexionem, in qua potiſſimum variatur. Eleganter I. *Paraphr. Tigur.* exhibet, *Ecce Deus arcem tenet potentiæ: quis Legumlator ei conferendus*? Eſt uſus *intranſit.* verbi השגיב, quem tenent *Vulgat. Merc. Cocc. Schmid. Cler.* alii. Differunt in filo contexendo, cum ſuperioribus. *Merc.* 1. cum eoque *Piſc.* & plurimi, ſtatuunt, *rediri ad potentiam Dei*, *& magnitudinem operum ejus*, *ex eaque ipſius* juſtitiam *oſtendi*, *quam Jobus non debuerit reprehendere.* Poſtrema ſic explicat, *Quis ſicut ille Doctor*? *Qui ita homines doceat ſuam potentiam*, *& magnitudinem*, *ſi quis modo attentus velit eſſe diſcipulus.* Addit, *alios* hæc *ſpeciatim referre ad Adflictiones*, *quibus Deus hominibus commonſtret viam ſalutis*: *ſed ſe generaliter malle.* Noviſſimum hocce ſecutus 2. *de Pined. Quamvis ille te vehementer adflixerit ob tranſgreſſiones*, *non minus tamen potens eſt ad reſarcienda omnia damna*, *ſi deinceps te Legis Divinæ ſtudioſum præbueris.* Pro ſubtiliore illa deductione Cl. *Cocceji*, 3. quam ad *Vſ.* 20. indicavi, *Votum mortis*, & *finis ſeculorum*, quo *Jobus* uſus fuerat, redargueretur porro, ut *comitatum oblivione Providentiæ Mundum ſuſtinentis*, *& gubernantis*, *potenter ſimul & ſapienter*: *nam*, inquit, *qui cupit ordinem hujus mundi diſſolutum*, *is abit a conſilio Dei*, *qui tam mirabili providentia*, *& judicio*, *eum tuetur.* Cl. *Schmid.* 4. conferens hæc cum *dehortatione ab impatientia*, *ne contra Deum iniqua*, *& providentiam ejus accuſantia*, *loqui* pergat; *Mercero* conſciſcit. Cl. *Cler.* 5. Deum *ſummum hominum Doctorem tum Ratione*, *tum Revelatione*, *dici* monens, ſubjungit, *melius cohæſurum*, *ſi* מורא *Mora Terribilis legeretur: nihil tamen* mu-

23 Quis mandavit ei viam ſuam? & quis dixit? feciſti iniquitatem. 24 Me-

כג מִי־פָקַד עָלָיו דַּרְכּוֹ וּמִי־אָמַר פָּעַלְתָּ עַוְלָה׃ 24 זְכֹר

mutandum, quia duo Hemiſtichia ſæpe non adeo ſunt conſona. Itane? Saltem נורא *Nora* ſcribi oportuiſſet, vel מוריא: nam iſta quidem forma ipſum *Timorem* conſignat. Ex poteſtate tranſitiva II. *Vatabl. Ecce Deus exaltabit potentia ſua! Quis ſimilis illi docens?* Ita *Calvin. Caſtal. Jun.* & *Trem. Belg.* &c. exigua cum differentia cui inſiſtere ſupervacuum. Erud. *Crinſoz.* reſtrictiore ratione uſus; *Si Deus te reſtituat in integrum ſua potentia, quis eſt qui ut Ipſe artem calleas homines inſtituendi?* Hiat nonnihil. Notæ id ita explent; *Quis unquam documentum adeo efficax invenire potuiſſet ad Exiſtentiam Dei, ejuſque Providentiam, & virtutes, probandum, quam Adflictiones tuas, & Reſtitutionem ex iis?* Longiuſcule adductum. *Calvin.* III. ſuggerit, *Conc.* CXLII. eſſe, qui exponant, *Quis vibrat*, vel *projicit, ſicut ipſe?* a ירה videlicet. Captata, credo, oppoſitio inter *extollere in Arcem*, & *projicere, dejicere.* Non eſt rejiculum: nam ſupra *Cap.* 30: 19. habuimus הורני *projecit me in lutum.* Reperio IV. apud *Ab. Eſram* יש אומרים מי יוכל למרות כמהו ואינו נכון בעיני *Sunt, qui capiunt, Quis poteſt reſiſtere ſicut ipſe? quod minus rectum judico.* Et nos: ſi teneatur illa vis *reſiſtendi, quæ cum rebellione conjuncta.* Sed Thema מרה in *Origine* ſonat *perſtrinxit, obſtrigillavit*, unde ſecundariam notionem *rebellandi* ductam, alibi late deductum. Inde adſciſci poſſet ex forma *Part. Præſ. Kal. Quis ſicut Ipſe perſtringens ictibus* flagelli cuncta diſperdentis? Habes iterum oppoſitionem inter *Attollere in Arcem ſalutis*, & *ſub ictu explodente adfligere in Mortem, & perniciem.* Adi *Opuſculum de Defect.* & quæ ſupra *Cap.* 23: 1. enotata. Reperies ibi עני מורה *Adflictionem ſtringentem*, viſcera ipſa perurentem &c. Hoc cum filo prægreſſo, & *Vſ.* ſequente aptius ſe connecti patitur, quam *Doctor*; quamvis haud negem pulchros colores ad Eum ſuſtinendum adductos. En V. vicinum. LXX. nempe מורה dederunt *δυνάστης Dynaſta.* Tractum ex *Aramæo* מרא *Dominus*: quod hic ut verius, liquidiuſque, amplexi *Grot. Codurc. Patric. Reim.* Speocioſiſſimum: origo ſuffulcit: *Dominus* enim, & *Herus*, ita appellatus videtur, quaſi *ſtringens*, & *flagello admonens, temperanſque, familiam ſuam.* Hoc alibi latius exequendum. Fieri nequit, ſi מורה hic *Dominum*, & *Moderatorem*, ſignet, quin ſimul ad *flagellum*, quo res mundi temperantur, ſit alluſum. Verſus ſequens id ſatis plauſibile reddit.

Verſ. 23. Contrahere licet curſum: Omnium enim nunc eadem ferme ratio; quamvis in cohærentia diſcrepetur. Hanc differentiam ſcrupuloſe exigere, & examinare, haud pretium. *Formam* loci, vimque, huc una omnium vox, & conſenſio, reducit, *Deum* eſſe *ſupremum*, eundemque *Juſtiſſimum, Moderatorem Univerſi.* Ad geminam vim verbi פקד geminus quaſi ordo Verſionum. I. *Quis mandavit ei*, vel *injunxit, ſuper eo, viam ejus*; &c. i. e. *Quis ei terram mandavit adminiſtrandam, eique præſcripſit formam, & normam, regiminis, quam obſervare deberet.* Huc collineant *Merc. Jun.* & *Trem. Angl. Belg. Cocc.* &c. &c. Conveniunt in re, diſconveniunt nonnihil in modo rei vel exprimendo, vel deducendo. II. *Quis viſitavit*, vel *viſitat, ſupra ipſum viam ejus?* & *quis dixerit, feciſti iniquitatem.* Huc pertinent *Vulgat. Vatabl. Calvin. de Pined. Schmid. Patric. Crinſoz. Cler. Reim.* &c. In re iterum conſenſio: diſſenſio in modo: ſed hæc minutiora, quam ut nos detinere debeant. Utraque ratio vertendi ſua radiat luce; & *Independentiam* Dei, *ſummumque*, ac *Juſtum, Moderamen* in oculis defigit. Moneo tantum, has duas facies in unam ſponte conflari, ſi attendatur, *eum qui alteri mandat* munus, provinciamve, *habere Jus inſpiciendi, viſitandi, ad rationes vocandi*: & contra eum qui *viſitat*, & *inſpicit* alterius opus, eo ipſo id *fidei* ejus *commiſiſſe* intelligi. Jam vero quid *Elihuus* in magnifico hocce Excurſu intenderit, & quomodo ſuperiorem ſuam convictionem per eundem fortius adſtrictum, in-

24 זכר כי־תשגיא פעלו אשר שררו אנשים׃

25 כל־אדם חזו־בו אנוש יביט מרחוק׃

26 הן־

24 Memor eſto ut magnificaveris opus Ejus, quod decantarunt viri.

25 Univerſitas hominum inſpiciunt in illud; mortalis cernit vibrata acie e longinquo.

26 Ec-

inculcatumque, ire voluerit, omnibus enucleatis, certius dijudicari poterit.

Verſ. 24. Aliquid curæ depoſcunt duo verba. Non feliciſſime, in primo *Vulgat.* I. *Memento, quod ignores opus ejus; de quo cecinerunt Viri.* תשגיא per *Sin*, ad שגג, & שגה, per *Schin*, revocatum, *errare per ignorantiam.* Erud. *de Pined.* tamen *ſibi facile perſuadet, Interpretem legiſſe quidem, ut nos, a radice quæ* Magnitudinem *ſignat: ſed eleganter reddidiſſe per* ignorantiam, *ut ſententiam ipſam quanta poſſet maxima perſpicuitate proponeret: quatenus Divinorum operum celſitudo captum noſtrum exſuperat, eorundemque* Magnificatio *eſt* ignorantiæ *noſtræ confeſſio.* Palliolum male hærens. LXX. item minus accurate II. Μνήσθητι ὅτι μεγάλα ἐστὶν αὐτοῦ τὰ ἔργα, ὧν ἦρξαν ἄνδρες. Si תשגיא *intranſit:* eſſe poſſet, non conſiſteret tamen genere cum פעלו. In שררו rationem habitam שׂר *Principis*, cenſet *Merc.* ſed incertius eſt. *Vatabl.* III. *Tu memineris ut opus ejus amplifices, nobis videntibus.* Nervum incidit ultimis. Erectius *Tigur.* IV. *Memineris ut opus illius amplifices, quod homines intuentur.* Conſentiunt *Calvin. Caſtal. Deod. Merc. Angl. Belg.* &c. *Codurc. Patric.* Explicant fere hoc acumine, ut *Contemplatores* dicamur conſtituti *Operum Dei*, iidemque *Admiratores*, non *Judices*, non *Cenſores.* Subtilius adhuc *Ab. Eſra* V. *Quantumcumque in memoriam reduces opera Dei, majorem in illis magnitudinem detegis; & quam magis contemplere, tam magis adſtupebis.* Argutius, quam ſolidius, *Jun. & Trem.* VI. *Opus* Dei trahunt ad *Diluvium Noachi*, quod *contemplati ſint mortales* i. e. *totum genus humanum expertum.* Vara ſequetur vibiam. Cl. *Cocc.* VII. a שור *cantavit*, hoc flexu: *Recordare, quod multiplicares opus, quod decantant homines.* Revocat ad *Jobi* ipſius *magnificas* illas *prædicationes Dei & operum ejus:* q. d. *Itane non recordaris quæ tu ipſe deprædicabas in ſermone tuo, & infinita eſſe agnoſcebas; quæque* viri cordati & ſapientes *cantant.* In אנשים *Viros*, vere viros, & *præſtantes*, indicavit quoque *Druſ.* Ad ſuos *Enoſchæos* VIII. detorſit *Bolduc. in quorum contemplationem Enoſchæi magno cum jubilo ſemper cantaverunt.* Intelligit *priſcos Philoſophos*, vel potius *ſanctiſſimos Prophetas*; qui ſub *Eſſenorum* vocabulo *uſque ad Chriſti tempora admirabili pietate floruerunt, Cœnobiticam vitam agentes.* Inaurata huic viro ſtatua ſtatuenda fuerat in Capitolio. Erud. *Crinſoz.* IX. in *futurum* prominens, dat, *Conſidera, quantopere inſerviturus ſis Providentiæ amplificandæ*, reſtitus in integrum, *quam Sancti homines ſuis canticis concelebrant* Infra de *Hypotheſi* iſta aliquid ſubmonebitur. Cl. *Schmid.* ſubſcribens *Cocc.* hunc præbet conſpectum, *Velim Tu tui jam ſis memor, & eorum quæ hactenus dicere ſolitus es, Opus Dei in natura creanda, conſervanda, gubernanda, magnificans. Ad propriam provoco confeſſionem: ut & teſtimonium virorum Sapientum, qui opus Dei laudant, decantant, celebrant.* Non obſtat תשגיא in *futuro* enunciatum, quod in *præſentis* notione ſolemne; nec minus *imperfecti*; ut ſit *prædicare ſolebas.* Decebat *Elihui* ſapientem modeſtiam, ut *Jobo* laudem meritam exhiberet, atque ad *excellentiſſimas* illas *celebrationes immenſi Numinis, Operumque Ejus*, provocaret, quas non ſine admiratione, & ſacro horrore, legere eſt. שרר pro *Celebrare canticis.* 2 *Chron.* 29: 28. Doct. *Sanct.* ipſa verba *Veteris Cantici* ſubtexi cenſet; ad *Vſ.* 14. *Cap.* 37. uſque. Non perſuadet.

Verſ. 25. Pendet a *præc.* eique cumulum addit. Omnia plana; niſi quod in מרחוק varii exiſtant luſus. *Gregor.* I. *procul, non jam per ſpeciem, ſed ſola admiratione operum:* nempe *per ſpeculum* illud, de quo 1 *Cor.* 13: 12. Huc *Merc.* & plerique calculos conferunt. Ex *Hebræis* multi II. *inde a ſuperioribus*

26 Ecce Deus Magnus, ut non cognoſcamus; Numerus annorum ejus, ut nulla ſit perveſtigatio.

27 Quum

26 הן־אל שגיא ולא נדע מספר
שניו ולא־חקר :

27 כי

.bus ſeculis. Ita & *Jun.* ac *Trem.* indicentes *diluvii memoriam retro repetitam.* Alii III. *e longinquo*, non niſi *poſt attentam, accuratam, profundam meditationem* &c. Contra *Cocc.* etiam *de longinquo, ab hominibus non adeo attentis, ingenioſis, ſolertibus.* Conſimiliter *Crinſoz.* vel *ſtupidiſſimi Divinam providentiam in tua reſtitutione admiraturi ſunt.* Cl. *Schmid.* IV. מרחוק pro למרחוק poſitum cenſet, ut ſit *uſque in longinquum ſe extendens* opus, *tantæ, tamque admirabilis amplitudinis, & vaſtitatis, ut ad finem, nec oculis, nec mente, perveniri queat.* Placet: nec tamen למרחוק indigemus: quum ipſe Homo concipiatur ſuper *Theatro univerſitatis conſtitutus*, ad *opera Dei* מרחוק *procul inſpectanda, vibranti, & intenta, acie, inter profundiſſimas immenſi Numinis adorationes.* Non negligendum V. acumen *Calv. Conc.* CXLIII. *Significat tam eximia eſſe* opera Dei, *tantamque in ipſis magnitudinem, & majeſtatem, ut quamvis a nobis longo intervallo diſtent, ipſa tamen intueri poſſimus.* Pulchre illuminat. *Scimus ſi quiſpiam longius diſtet a nobis, adſpectum noſtrum ad ipſum uſque proferri non poſſe; evaneſcit enim. Magna arx eminus conſpecta, videtur eſſe tuguriolum: Urbs, duarum aut trium domorum inſtar. Sol vix bipedalis oculis noſtris. Dei tamen opera vel eminus diſſitis ſe ingerunt* &c. *tantamque Majeſtatem venerari cogunt.* Cum *num.* I. ex facili colliqueſcit.

Verſ. 26. Structura aliquid rari, & impediti, habet. Rotunde, & pulchre, *Vulg.* I. *Ecce Deus magnus, vincens ſcientiam noſtram: numerus annorum ejus inæſtimabilis.* Non æque venuſte *Tigur.* II. *Ecce Deus Maximus eſt omnibus modis, ut ignoremus numerum annorum ejus, & viam Eum perveſtigandi.* Ad verbum *Merc.* III. *Ecce Deus Amplus, Ingens, nec ſcimus*; ejus magnitudinem & potentiam, aſſequi non valemus: *numerus annorum ejus, nec perveſtigatio:* Scil. לו *ei eſt.* Ait eſſe *Hebraiſmum*, quo *Vaw* abundet; pro, *Numeri annorum ejus nulla inveſtigatio.* Ita bona, & magna, pars. Cl. *Cocc.* IV. *Ecce Deus; immenſus eſt (neque ſcimus) numerus annorum ejus: & non eſt perveſtigatio.* Ita parentheſis ex duobus membris unum conſtat: quod cum ſtilo Libri minus conjunctum. Cl. *Schmid.* V. in altero colo repetit שגיא, *Ecce Deus magnus*, adeo *ut non cognoſcamus*; magnus *numerus annorum ejus, ut non ſit inveſtigatio.* Habet decus: nec opus cum Cl. *Cler.* extra textum ſubaudire גדול aut רב. Ad ſuam *Hypotheſin* Eleg. *Crinſoz.* VI. *Verum eſt, Deum eſſe Magnum; ſed non bene cognoſcitur: exiſtit ab omni tempore, ſed non quæritur.* Id ita applicat. *Fateor Dei Exiſtentiam tam neceſſariam eſſe, & evidentem, ut nulla nova revelatione indigere videamur, ad Eum rite cognoſcendum: ſed tanta tamen inter nos hac in parte incredulitas, ut dignum ſit ejus Bonitate, in tui Reſtitutione hoc ipſum fortius adhuc demonſtrare, ad os incredulis & profanis occludendum.* Exiſtimat Vir *Erud.* alteram illam vertendi rationem cum *Hebræo* quidem conſiſtere, ſed cum *filo* ligatiſſimo *Elihui* neutiquam. Nempe, ſi de *Effectis Providentiæ, in Reſtitutione Jobi*, diſſeruiſſet *Elihu:* quod non liquet ſane; & magnis ſcrupulis gravatur. Lubentiſſime tamen VII. retinerem מספר שניו, ut per ſe ſtans, *ab omni tempore exiſtit.* Proprie; *Numerus annorum ejus*, abrupte, pro *Anni ejus numeroſiſſimi ſunt.* Anceps uſus מספר *Numeri*, inſerentis & *paucitatem numerabilem, & copiam* ac *multitudinem innumerabilem.* Sic *Cap.* 15: 20. *Numerus annorum reconditi violento.* Obſervabamus ibi, ſi poſtponatur, *paucitatem* exiſtere; præpoſitum autem *copiam* exprimere poſſe. Ita recurret *Cap.* 38: 21. *Et numerus annorum tuorum, multi.* Quid ſubſit aculei ibi, in loco indicabitur. Tres formas loquendi Linguæ genius fundit: שנים מספר *Anni, numerus*; pro *pauci*: שנים אין מספר

27 כִּי יְגָרַע נִטְפֵי־מָיִם יָזֹקּוּ מָטָר לְאֵדוֹ׃

28 אֲשֶׁר־

27 Quum ſubtrahit ſtillationes aquarum, *quæ* eliquant pluviam ad vaporem ejus.

28 Qua

מספר *Anni, non numerus*, pro, *innumeri*: & מספר שנים לו *Numerus annorum eſt ei*; pro *longum duxit ævum.* Hoc per Excellentiam quadrat in *Antiquum dierum*: &, quamvis prima fronte nihil alienius, *Æternitatem* ipſam ſignare apta nata hæc formula, מספר שניו *numeroſi ſunt anni ejus.* Ea amplitudo videlicet ei ſubjecta, quam *Pſ.* 102: 28. *Tu Ipſe, & Anni tui non finiuntur:* ſed *numerantur* ab æterno *in æternum.* Si ſubtilius judicetur; concedam in illud *Schmidii*; *num.* V. quod exemplis adſtrui, & illuſtrari, meretur. Quodcunque ſtatueris, habes *duos Characteres*, omnibus *Operibus* Dei, ut ſic dicam *inſculptos*: primus *immenſitatem* exprimit, quæ etiam in *minimis* ſeſe exerit: alter *Æternitatem* conſignat. Hæc duo faciunt, ut in *Theatro* univerſi מרחוק *procul, e longinquo, intueri* dicatnur ea, quæ *præ oculis, præ pedibus, præ manibus*, atque adeo *ſub iis.* Conſummatiſſimi Naturæ veſtigatores hoc ſentiunt; agnoſcunt, celebrant; atque quam magis per *Experimentorum* clavim fidelem in intima rerum ſeſe penetrarunt, tam magis *immenſitati*, & *Æternitati*, Divinæ, *procul adſtupent*; atque *in profundiſſimam operum* ejus *venerationem* ſubſidunt.

Verſ. 27. Duo præpediunt; & diſtrahunt curas eruditas: *Res* ipſa, & *ordo rei.* Circa *Phœnomenon* hic poſitum major diſſonantia, quam expectaſſem. *Vulg.* I. *Qui aufert ſtillas pluviæ*, & *effundit imbres inſtar gurgitum.* Refertur a multis Latinis 1. ad *ſterilitatem*, partim per *nullas*, partim per *nimias aquas*, in terram defuſas. Alii 2. *compreſſas pluvias*, eaſdemque iterum *laxatas*, ad terræ noſtræ neceſſitates, hinc exſculpſere. Alii 3. *Serenitatem cœlo redditam poſt imbres graves, horribileſque tempeſtates*, induxerunt. Videſis *de Pined. Vavaſſ. Sanct.* &c. Ad *ſiccitatem* hunc & ſeq. verſum, ita applicuere *Tigur.* II. *Nam prohibet guttas aquarum*, quæ rurſum *fundent pluviam ex vapore ſuo* coactam; *ut defluant ab æthere, ac deſtillent in multos homines.* Subtiliter III. *Vatabl. Quum prohibuerit ſtillas aquarum, effundent pluviam ad vaporem ejus.* i. e. *Aliquando in ſumma ſiccitate educitur vapor humidus, unde pluvia copioſa generatur.* Ex R *Levi*, argutius ſæpe philoſophante, hauſit. Magis ad rem *Calvin.* IV. *Nam retinet guttas aquæ: tum pluviam facit fluere ex vapore ſuo.* Explicat *de vaporibus, guttarumque innumero numero, in aëre retentis, & ſuſpenſis, donec in pluviam reſolvantur ad terram, unde attractæ erant, rigandam.* Eodem tendit V. *Merc.* qui tamen aliud ſubtilius admiſcuit: *Quia imminuit ſtillas aquarum; eliquant pluviam ad vaporem*, vel *nubem Ejus.* יגרע duplici poteſtate mactat: ut 1. valeat *imminuit*, & *extenuat, ſtillas aquarum, dum e mari guttas, & vapores, in ſublime attrahit.* 2. *imminuit* & *extenuat* eaſdem, *dum ad inferiora decidunt aquæ nubis, non ſimul, ſed ſtillatim.* Poſterius ex R. *Salom.* adſcitum, cui גרע non *attrahere*, ſed *detrahere de cœlo in terram:* יגרעם מן השמים להורידם לארץ. Hujus auctoritati obſecutus Cl. *de Dieu* VI. duriuſcule dat, *Quum abſcindit ſtillas aquarum, colliquant pluviam in vaporem ſuum.* i. e. *Deus nubem ſolvens, abſcindit ab ea, & reſecat, guttas aquarum; quæ pluviam in vaporem ſuum, unde orta erat, reſolvunt.* Poſterius argutum, prius invenuſtius. Cl. *Schmid.* VII *Quando minuit ſtillas aquarum, effundunt pluviam nubi ejus.* Illud *Minuere* גרע ei valet *facere guttas minutas, in nubibus* nempe: ſubditque; *elegantem* eſſe *locutionem, Guttæ aquarum effundunt pluviam nubi*, pro *Nubes fundit guttas aquarum in pluviam.* Acute *Cocc.* VIII. *Nam minutatim contrahit guttas aquæ*, quæ *eliquant pluviam, in vaporem ſuum.* Uno ambitu totum verſiculum complexus *poſtrema primis* connectit: *Minutatim contrahere guttas in vaporem.* Idem fere expreſſum IX. ſed commodius ad rationem ſtili *Jobæi*, a Doct. *Belg. Nam attrahit guttas aquarum*; quæ *pluviam*

viam ad vaporem ejus effundunt. Bifariam exponitur לארו *ad vaporem ejus.* 1. *poſt vaporem* & *nubem* inde *compactam.* 2. *ad rationem illius vaporis.* Similiter ferme *Eleg. Crinſoz.* calculos poſuit. Acutiſſ. *Niewent. Contempl.* p. 403. per hæc veſtigia incedens X. in גרע agnoſcit *minutiſſimas particulas aquæ ſurſum tractas, & convectas undique; ut pluviam eliquent ad vaporem ſuum:* i. e. *ut denuo vapor inde ſurſum attrahi queat;* & *perpetuus* ille *orbis volvatur* adſcendentium & deſcendentium humorum. Convenit, quoad extrema, cum *Num.* VI. niſi quod hocce adhuc argutius ſit; & philoſophi ingenio dignum. Non æque placet, quod Cl. *Cler.* XI. ſatis fidenter: *Niſi verbis vim inferamus, hoc vult Elihuus, quando Deus cæleſtem humorem in tenuiores guttulas ſeparat, e nubibus eam pluviam demitti, quæ vaporem ſeu nebulam potius faciat, quam imbrem.* An hæc ſatis Philoſopha, alii decernant, mihi monere liceat, ipſum Virum Doct. vim afferre Linguæ, quum inde tam dilutum, tamque nullum, ſenſum elicit. *Junii & Trem. Hypotheſis* XII. de *Diluvio*, hocce coactiſſimum peperit; *Nam ſubtrahit ſtillas aquarum*, quæ *fundebant pluviam ad calamitatem ejus: Quum fluerent ſuperiores nubes; ſtillarent ſuper homines multos.* Prius *ſubtrahit* exponitur, *Deus aquas in nubibus ſuo loco continet, ne in orbem terrarum perrumpant*, ut olim &c. אד pro איד *calamitas*, eſt *ipſum Diluvium.* אדם רב *Vſ.* ſeq. *Homo multus*, ad *totum genus Humanum, Diluvio merſum*, trahitur. Nihil in his, quod vel minima ſe ſpecie tueatur. Ei paulo blandiori ſe permittens *Bolduc.* XIII. periodum *Vſ.* 27. 28. comprehenſam, accipere jubet per *Modum ſimilitudinis, ductæ ab innumerabili multitudine guttarum pluviæ, ſub qua Elihu depingere voluerit innumerabilitatem annorum Dei, qui minutiſſimas, & innumeras nempe, pluviarum guttulas longe exſuperent, eaſdemque* minuant, *ac* pauciſſimas reddant, *ſi comparatio inſtituatur.* Non ignotæ tales imagines, ab *Arenis, undis, guttis,* adſcitæ, apud Poëtas: ſed nunc ingenium viri hinc revocare potuiſſet Judicium; niſi bella inventio præſtrinxiſſet. Ex iis, quæ luſtravimus XIV. in oculos ultro ſe ingerit, quid palmam mereatur: ſed ſimul patuit, *veritatem liquido teneri non poſſe*, niſi accuratius conſtituta, & definita fuerit, poteſtas Thematis גרע; nam, ut vidimus, *Auferre & prohibere* aliis, aliis *imminuere*, aliis *detrahere* ex alto, aliis *attrahere* in altum, aliis denique *minutatim* undique *colligere*, & *convehere*, placuit. Lexica iſtam confuſionem aluerunt, ubi reperias, *diminuere, ſubtrahere, ſuccidere diminuendo, contrahere, abſtrahere,* & alia. Ad *Cap.* 15: 4. 8. ſupra tetigimus aliquid de hoc diſcidio: ibique præeunte *Cocc.* ſubjecimus examini ulteriori vim *attrahendi ad ſe*, & *tractu ſorbendi, reſorbendi in ſe* liquorem. Sic *Arabes* جرع ſuum frequentant; unde in *Camus* جرع الماء بلعه *verbum* גרע *de aqua*, idem quod בלע *ſorbſit eam.* Eſt tamen lentius, leniuſque; quum בלע بلع notet *actum deglutiendi*, & *in viſcera demittendi:* جرع autem magis ad *attractionem* per *os*, & *labia*, quam *ſorbitionem* vocamus, pertineat. Ita جرعة גרעה declaratur per تحسي *actio lentius ſorbendi, & attrahendi liquorem.* Inde figura concinna *Jer.* 26: 2. *Loqueris omnia verba ad populum,* אל תגרע דבר *verbum ne ſorbeas* i. e. *ſubtrahas.* Similiter *Job.* 15: 4. *Sorbes precationem*, reſorbes in te, & ſupprimis. Item *Vſ.* 8. *Sorpſiſti ad te ſapientiam: attraxiſti:* ſolus *hauſiſti.* Ad *diminuendi* notionem prælucet *Eccl.* 3: 14. *Non eſt addere ad illud*, & *de illo non eſt* לגרוע *demere ſorbendo, reſorbendo, ad ſe attrahendo.* Ita *Deut.* 4: 2. & 12: 32. Sublimiore adhuc tropo *Job.* 36: 7. *Non* יגרע *ſubducit*, reſorbendo ad ſe, *oculos, eorumque influxum ſalutarem in ſe retrahendo.* Notabile & hoc *Num.* 27: 4. *Quare* יגרע *deficeret* extinctum, ſuppreſſum, reſorptum, *nomen Patris noſtri e medio familiæ ejus?* Eſt ex *Niph.* Iterum *Num.* 9: 7. *Quare* נגרע *cogeremur abeſſe, retro manere, ſubtracti* quaſi *a reliquo cœtu Iſraelis, indeque ſeparati* &c. Mitto alia, ex his facile evolvenda; ſi ſignificatio hæc ſeſe approbare valeat.

lue-

lucrit. Ego quidem ultra ſpecioſam conjecturam haud putem proceſſum: & liquidius quid deſidero; quo res peremta detur. Adhuc interim, ut maxime plauſibile, retinere liceat; *Nam attrahit* ſorbendo *guttas*, vel potius *ſtillas aquæ*; quæ *eliquatam fundunt pluviam ad vaporem ejus.* Omnino גרע 1. pertinere cenſeam ad *attractionem* in altum, quæ eſt veluti *ſorbitio* quædam, quum Sol, Terras & Maria radiis ſuis feriens, elementa aquæ ſurſum vehit, & educit in regionem Aëris imbriferam. Si veteris alicujus *Chemici Hebræi* ſcriptum proſtaret, forte verbum גרע deprenderemus auctum peculiari artis notione, quæ hic apprime quadraret: veluti quum in *Furno Philoſophico*, *Athanora* vocitant, ex fonte *Arabico* التنور *Attannour*, itemque *Hebræo* התנור *Fornax*, quum in illo ergo *Furno* operationes fiunt arcaniſſimæ, *extrahendo*, *attrahendo*, *ſublimando*, &c. ad quæ גרע ſatis aptum natum videtur. Intra conjecturam interim & hoc contineri velim. 2. נטפי מים non retulerim ad *guttas imbridas*, quas *Elementa* aquæ *ſurſum evecta*, & *aſſociata*, formant in aëris regione inferiore: nam hæ *guttæ* ipſum efficiunt *imbrem majorem*, *minorem*, qui mox dicitur *eliquari* ex hiſce נטפים; ſed Oeconomiam loci exiſtimem aurigari ad illas *aquæ particulas*, & quaſi *ſtillulas*, quas *Calor Solis* undique *attrahit*; *ſurſumque ſublimatas abſorbet*: ut in *pluviam* conſtipentur, atque *guttatim* iterum decidant. Patitur Lingua, nam Radix نطف נטף valet *ſtillavit* aqua, *deſtillavit*, *exſtillavit*, quocunque tandem modo: præſertim per *exſudationem*, & *exhalationem*. Habes id ipſum; quod hic requirebatur. Hæc *Elementa aquæ* 3. יזקו *Eliquant*, *Eliquatum conflant*, *imbrem*. De *imbrium effuſione* in terras, id acceptum a præſtantiſſimis Interp. Atqui זקק magis ſonat *Conflare*, *conflando purgare*. Quidni intra hos fines ſubſiſtatur? *Defuſio in terras Vſ. ſeq.* expreſſa. Admirabile Schema! cujus anſam ſumſiſſe potuit potens Orator ex *Cap.* 28: 1. viciſſim *Jobum* evocans ad *Officinam* Dei Omnipotentis, qui *Furno naturæ ſublimatas in pluviam conflat, purgat, parat, aquas*, ut rigandis, fœcundandiſque, terris, inſerviant. *Merc.* annotans זקק proprie eſſe *conflare*, *excolare*, *eliquare*, idem in animo habuiſſe debuit; quamvis ad *effuſionem* dein referat. *De Pined.* indicatam cenſet *mirabilem artem aquam guttatim percolandi*, *cum puritate*, & *purgatione quadam*, *qualem habere ſolent percolati liquores*; ex *Hippocr.* & *Galen.* obſervans, *Aquam pluvialem* eſſe *leviſſimam*, *limpidiſſimam*, & *tenuiſſimam.* Negat *Plinius Lib.* 36: 3. cum cujus effato conferes, quæ Magnus noſter *Boerhavius Elem. Chem.* pag. 600. docet. Ad mentem *Elihui* explendam ſufficit popularis, & latior, uſus, qui *aquam cœleſtem* agnoſcit *defæcatiſſimam*, & *lætitiæ ſegetibus*, *agriſque*, *adfundendæ* Divinitus *ſaccatam*. Nihil aliud ex זקק nunc quidem elicere vel neceſſe, vel fas. Ad hæc autem 4. לאדו ſponte ſe dare incipit, apparetque, ſi his finibus verſum noſtrum includamus, nihil aliud intelligi poſſe quam *Nubem* ipſam, vel *vapores* in *Nubem coalitos* & *compactos* undique, ut *viſibiles* fiant *aquæ*, quæ antea *inviſibiles* per *Atmoſphæram* obvolitabant. Simpliciſſima hinc facies, *vapori Ejus*, ſeu, *pro vapore & Nube*, quam *conſtipari* jubet, *ad imbres fundendos.* Confer *Gen.* 2: 6. Habent principes *Chemici*, quod profundioris ſuæ ſapientiæ lumine perfundant; quin & ipſum hoc quod dedi, ut potui, copioſius illuſtratum dabunt uberrimi illi Fontes *Elementorum Chemiæ pag.* 542. &c. & *pag.* 597. Inprimis explicationis hanc viam mihi emunivit *ſplendida* illa *comparatio*, qua Vir Summus *pag.* 600. uſus eſt, *Aquam pluviam vere a natura deſtillatam*: & *Chemicum arte ſua deſtillatoria aquam parare non poſſe puriorem illa*, *quam Natura parare ſolet hac cœleſti deſtillatione.* מטר *Pluvia*, non tantum quæ *cadit*, ſed etiam quæ *Lagenis* cœlorum *clauſa* adhuc continetur.

Ibid. De connexione diſpiciendum. *Merc.* I. *Jam incipit ex Dei operibus*, *quæ in ſublimi fiunt*, *ut pluviis*, *tonitruis*, *fulguribus*, *nubibus*, *nivibus*, & *aliis meteoris*, *quæ in aëre gignuntur*, Dei *magnitudinem*, & *ſapientiam*

 ad-

28 Qua fluunt æthereæ nubes; deſtillant ſuper homine multo.

29 Etiam

28 אשר־יזלו שחקים ירעפו עלי אדם רב׃

29 אף

admirabilem oſtendere, unde ſimul Ejus Juſtitia *probabitur, quod erat inſtitutum.* Hæc bona quidem; ſed quæ non expleant omne illud, quod requiritur. *Cocc.* II. ad *Numerum annorum*, & *ordinem longiſſimum temporum*, quo Deus *Mundum* hoc in ſtatu *tueri* & *gubernare* decrerit, *Vſ. præced.* nunc ſubſumit *demonſtrationem* illius *propoſiti*, & *conſilii*, per *anniverſarias tempeſtates*, *earumque effecta.* Et *primo* quidem *Æſtivam tempeſtatem* deſcribi autumat hinc, ad *Vſ.* 6. *Cap.* 37. uſque. Inde *Hibernam tempeſtatem* a *Vſ.* 6. ad 11. Definit tandem *Vſ.* 11--13. in *concluſione*, qua hæc *annua tempeſtatum reverticula* ad ſcopum adſtringantur. Subtiliſſime. *Schmid.* III. ſtatuit, *Generalius actum de opere Dei univerſo in Natura Vſ.* 24. 25. Inde *de Dei eſſentia Vſ.* 26. Nunc *deſcendi ad ſpecialia opera*, *pluviæ*, *roris*, *nubium* &c. *in quibus operibus Elihu ſimul comprehendat potentiam*, *ſapientiam*, *juſtitiam*, *bonitatem* &c. *ut concludat Deum omnia juſte & benigne facere.* Redit ad *num.* I. Ad ſuam *Hypotheſin* hic Eleg. *Crinſoz.* IV. inſerere debuit, *Quamvis ille ſit qui ſenſim exhalare faciat guttas aquæ* &c. Id ita præmiſſis adalligat; *Si Deum non cognoſcant, nec quærant, homines, eos penitus inexcuſabiles eſſe; quando univerſa Natura Exiſtentiam ejus annunciet, ad ejuſque reverentiam, & cultum, invitet. Jun. & Trem.* ſententia V. ne in cenſum quidem venire poteſt. *Calvin.* VI. ſcopo proximus videtur: *Profert Elihu pluvias, vapores, tonitrua*, &c. *ut Dei infinitam majeſtatem arguat, quam cogamur adorare, niſi ingrati ſimus & ſtupidi nimis. Verum eſt dari altiora Dei opera, & difficiliora ad comprehendendum, quam iſta quæ h. l. commemorantur; ſed Spiritus S. voluit nos rudiori ſtilo docere. Hinc Elihu proponit exempla operum Naturæ, quæ uſitata & ordinaria, appellamus* &c. &c. Nobis ad has lineas, dextre ductas, addere liceat ex *Vſ. præc.* duos *Characteres* etiam in *notiſſimis*, & *obviis* maxime, *operibus Dei eminentes*, nempe *immenſitatis*, & *æternitatis*; qui noſtram ſuperbiam deprimere, in religioſiſſimamque rerum ſimul, & viarum Ejus, adorationem nos defigere poſſint, & debeant, niſi cum ratione velimus inſanire.

Verſ. 28. Paucis defungi erit. Ad *aquarum cœleſtium largam effuſionem* unanimi conſenſu refertur: niſi quod Cl. *Schmid.* de *rore* cogitarit, quod *nobile* Dei *opus* hic non negligi debuiſſe arbitratur. Nititur *Prov.* 3: 20. ubi שחקים ירעפו טל *Nubes exſtillant rorem*; & *Deut.* 32: 2. *ubi Doctrina* תזל כטל *defluit ut ros.* Reflectit ergo אשר ad *Deum*, ut ſit, *Cujus ſtillant Cœli*, *deſtillant ſuper hominem multum.* Merito diſſentit Cl. *Mich.* monens *conſtructionem non favere*; quæ poſtulaſſet אשר שחקיו. Adde, ubi *Nubes* dicuntur *ſtillare*, haud par eſſe, ut de *rore* cogitetur, niſi expreſſe apponatur; quemadmodum *Prov.* 3: 20. factum. Fatendum tamen Reliquis rationes non adeo liquidas eſſe. *Merc.* אשר מישם adſciſcit, *unde deſtillant nubes*, i. e. *ex quo vapore.* Durum. *Vatabl.* & *Pagn. Quia ſtillant e nubibus, ſtillant* inquam *ſuper homines affluenter.* Aliter *de Dieu. Quia diffluunt nubes* &c. i. e. *quia nubes non manent ſolidum & compactum corpus, ſed ſolutæ fluunt*; & *fiunt* נוזלים *fluenta.* At *Cocc. Quibus ſtillant nubes tenues* &c. Ad *guttas* relatum. Propius *Belg.* ad מטר *pluviam*, *Quam effundunt nubes.* Sed נזל magis *intranſitivum.* Ergo *Qua fluunt*, *defluunt*, *nubes*; *deſtillant*, vel *rorant ſuper homine multo.* נזל eſt نزل *pluvia diffluxit.* רעף eſt رعف *præ copia humorem effudit* uter, *exſtillavit.* Inde السحاب الرواعف *Nubes exſtillantes pluviam*; in *Hiſt. Salad.* majore, per *Iſpahanenſem.* Item in *Camus* رعوف الامطار الخفاف *pluviæ tenues vocantur* רעוף. Hæc alibi latius. Duo iſta valide cavent de calculo ad *Vſ.* præc. inito, arguuntque, hactenus de *pluviis*

29 אף אם־יבין מפרשי־עב תשאות סכתו׃

30 הן־

29 Etiam num intelliget expanſiones nubis; fragores tentorii Ejus?

30 Ec-

viis clementioribus ſermonem eſſe. Ad *vehementiores* ſequentia ducent.

Verſ. 29. Iterum varietas exiſtit in contextura, & explanatione ſimul. *Vulg.* I. hunc & ſeq. *Vſ.* ita circinavit; *ſi voluerit extendere nubes quaſi tentorium ſuum: Et fulgurare lumine ſuo deſuper, cardines quoque maris operiet.* Non plana, nec mollia, quæ attulit *de Pined.* Clariora ſaltem quæ *Sanct.* ex Veteri Cantico jam adduci cenſens *mirabilem illam Dei potentiam, qua momento temporis expandere queat nubes, ita ut totam occupent terram a mari uſque ad mare, quemadmodum ſi quis tentorium, quod convolutum geſtabat, in via explicare vellet, atque diſtendere: quæ nubes non aliter fulgure colluceant, quam Principum viatoria tabernacula, diſtincta gemmis, lapilliſque micantibus.* Conſimiliter fere *Vavaſſ.* Incommode יבין ad *Deum*, תשאות omiſſum. שרשי הים *cardines maris*, pro *litoribus extremis*, ut volunt plurimi. *De Pined.* durius adhuc *Montes* ait appellari *Radices marium*; qui dicantur tunc *operiri*, quod *in tempeſtatibus ingentibus* iſti cardines *fluctibus concitatiſſimis adſpergi* ſoleant. *Tigur.* II. *Si quis etiam animadvertat expanſiones nubis*, ſunt veluti *laquearia tugurii ſui. Ecce illi ſuperexpandit lucem ſuam, & radices maris operit.* 1. אם יבין *Si aliquis advertat*, non nimis coactum. Coactius 2. תשאות *Laquearia*, quaſi *exaltationes*, a נשא. Duplex ſcrupulus cuivis ſponte occurſat. 3. *Lucem* de *lumine ſolis* intelligunt ſatis ad rem. Minus, quod *Radices maris opertas* explicent *de Sole exhalationes & vapores e mari attollente.* Impedite *Vatabl:* & *Pagn.* III. *Inſuper an intelliget differentias nubium, tonitrua firmamenti ejus? Ecce extendit ob id lumen ſuum, & radices maris operit.* 1. יבין non incommode. 2. מפרשות a פרש per *Schin*, ex R. *Levi*, pro *differentiis nubium*, trahitur ad *earum varietatem multiplicem*, quam nemo capere queat. Non dixerim *egregium.* 3. תשאות *tonitrua*, a שאה, quaſi *fragores ſtrepentes*, quadrant. 4. סכה *Tentorium* de *firmamento*, affectatum; quum ſit *Cœlum nubibus obductum.* 5. עליו *Ob id, ut educat vaporem*; quaſi propterea *radii ſolares in terram extendi* dicerentur, non optimæ notæ eſt. Pejoris 6. *Radices maris operit*, nempe *vapor copioſus e mari conſurgens.* Peſſimæ 7. *Radices maris* exponi *ſuperficiem ejus, ob fluctus vagos qui in diverſa ſcinduntur more radicis.* Horum partem tenuit, partem miſſam fecit *Calvin.* IV. in *Conc.* CXLIII. *Nubium diverſitatem* ponens quidem, ſed ad *expanſionem* pronior; ut *Deus* introducatur *velut Princeps, in Tabernaculo cœli* quaſi reſidens, *cujus columnas* efficiant *Nubes in altum congeſtæ:* ſcilicet תשאות *congeries*, a נשא, & *Tigurinis* adhæſerat. Reliquis provide abſtinuit. *Merc.* V. *Inſuper num intelliget* homo *expanſiones nubis, quam longe ſeſe illa expandit, cum tonat, aut imbrem ſundit; num ſtrepitus tentorii ejus?* Verſum ſeq. ita: *Ecce expandit ſuper eam* nubem *lucem* ſolarem, inducens iterum ſerenitatem; *& radices maris tegit* rurſum: i. e. *totum ambitum maris obtegit.* Ita poſterius iterum contrarium *ſerenitatis* ſignaret; quod valde intricatum: ut nec plauſibile, *Radices maris* eſſe *ambitum totum maris*, iſto nomine appellatum, quod *aquæ maris ſint velut Radices nubium, quia illis materiam ſuppeditant unde gignantur.* Hæc magnas produnt anguſtias. Argute ad ſuam Hypotheſin *Jun.* & *Trem.* VI. *Si etiam conſideret* homo *extenſiones denſarum nubium; fragores in tugurio illius. En extendit ſuper eum lucem ſuam, & radices maris tegit.* Applicant *ad Inſtaurationem Naturæ* poſt Diluvium, *& perpetua adminiſtratione Dei*, qui *nubes* in aëre *extendat. tonitrubus, ventiſque luctantibus, collidat:* dein *Serenitatem* & *lucem* reducat, iterumque *terram*, cui maria incumbant, *imbribus obtegat, & humectet.* Vocant *Hyſteroſin*; quæ paucis credo placebit: ut nec *Radices maris* vocari *terram* quiſquam concelſerit.

Caſtal. VII. ſic ſatis clare, & venuſte; *Jam vero quis nubium diſtenſiones perſpiciat? quæ ſunt ejus umbraculi elationes; in quas quidem ſuum lumen explicans, maris radices tegit..* In *Annotat.* ſubjecit: *Cum nubilum eſt cœlum, lux excepta late nubibus, & impedita, non poteſt in inferiora penetrare:* Ita maris radices teguntur: i. e. *lux impeditur nubium tegumento, quo minus in maris fundum penetret.* Partem ſuam fecit *Codurc.* VIII. *Etiamne novit expanſiones nubis, & ſtrepitum tentorii ejus? Ecce ſuper illam* nubem *expandit lucem; Solis enim radii in nubes diffunduntur, earumque denſitate, & opacitate, obtunduntur. Sed videtur Elihu ſignificare, ea lucis diffuſione ita extendi nubes* ut radices maris tegant; i. e. *extremos maris fines. Certum eſt radiis ſolaribus Nubes extendi & dilatari.* Alio adſpectu Doct. *Piſc.* IX. *Etiam an intelliget* quis *expanſiones nubis, fragores tentorii ejus? Ecce expandit ſuper eum* hominem *lumen ſuum*, i. e. fulgura, *& radices maris tegit, fulguribus eo uſque penetrantibus.* Secuti præcl. *Belg.* niſi quod עליו vel ad *Hominem* reduci poſſe moneant, vel ad *Nubem*, quod poſtremum abnuebat *Piſc.* Non eſt uſquequaque limpidum. Cl. *Schmid.* X. minus concinne item: *Etiam quando videtur illi, erunt expanſiones nubis; ſtrepitus* erunt *tabernaculum ejus: Ecce expandit ſuper eam lucem ſuam; &* ſuper *radices maris*, quas *contexit.* 1. יבין *intelliget, advertet animum*, pro, *quando videbitur ipſi*, idque ſibi proponet pro ſua ſumma intelligentia, fundo caret. 2. illud *erunt* in utroque colo inſertum, non adeo implet aurem. Minus adhuc 3. & ſuper *radices maris* quas *contexit* Deus: i. e. *profundiſſimas.* q. d. *Etſi Deus fundum maris profundiſſimum fecerit, adeo tamen mirabilis eſt lux fulguris, ut illuc etiam uſque penetret.* Per אור 4. *Lucem fulguris* ſignari, ſi permittat filum, lubens admitterem. Doct. *Mich.* XI. ex *Arab.* بين profert, *Etiam Deus Magnus eſt, ſi ſegregat expanſiones nubis; Gen.* 1: 6. ſtatim adſunt *fragores tentorii ejus: Ecce ſuper ipſum*, nubem tenebricoſam, *expandit fulgur ſuum, & radices maris* i. e. *ima marium texit Deus*, aquis ſcil. Non arctiſſime cohærent membra. Cl. *Reim.* XII. *Num etiam quis intelligit expanſiones nubis: fragores tentorii Ejus? Ecce expandit ſuper eum* hominem *lucem* ſolis ſui: *ſed radices maris* profundiſſimi *obtegit effuſis imbribus*; quippe qui in hoc vaſtum receptaculum confluant. Exiſtimat *Vſ.* 30. deſcribi duplex beneficium; alterum *Cœli claro ſole renidentis*, alterum *imbribus effuſis obnubilati:* Vel id intenditur, quod Cl. *Cler.* dedit: *in Cœlis puram lucem lucere: Inferiora & profunda undis marinis occultari.* Eſt & hic aliquid, quod unguem offendat. Cl. *Cocc.* XIII. longum facit *Hyperbaton* יבין nectens eum לב *Corde Cap.* 37: 1. h. ſ. *Etiam ſi conſideret expanſiones nubium, ſtrepitus tabernaculi ejus; (Ecce pandit circa ſe lucem ſuam, & radices maris ſuperintegit* &c.) Eam *parentheſin*, alia adhuc *parentheſi* auctam, *Vſ.* 33. demum claudit: atque tum reſumit *Cap.* 37: 1. *Etiam*, inquam, *hujus gratia trepidat cor meum* &c. Illud *expandit* Deus *circa ſe lucem*, refert ad *Cœlum ſudum*, quod tamen ſubito *obnubiletur*, quum *nimbi ex ima abyſſo elevantur:* unde *tumultus circa tabernaculum Dei confletur.* Iſtam *nimborum elevationem* ex ultimo colo expreſſit, quaſi *radices maris ſuperinducere*, valeat *tantum aquæ agglomerare, ut videatur mare a fundo exhauſtum iri.* Planius in *Lexico*, ſub כסה, *ſemet tegit Radicibus maris:* i. e. *aquis e fundo maris hauſtis, Cœlum obnubit.* Audax *Schema:* nec tamen ſupra cothurnum hujus Libri, ſi reliqua permittant. Erud. *Crinſoz.* XIV. ſuum filum ſic proſequitur; *Utique ſi conſideraret* homo *quomodo* Deus *aërem replens denſis nubibus, inde tanquam e tentorio ſuo fragorem tonitruorum edat. Nunc* videlicet *offert nobis Cœlum luce præradians; nunc obſcuritate cooperit mare ab extremis inde oris.* Opinatur inſiſti in *ſtuporem*, & *cæcitatem*, hominum, qui *ne tonitru* quidem *excitentur ad Numinis ſenſum*, & *cultum.* Solam *attractionem vaporum* per ignem ſolarem ſpectavit *Epiſc. Elienſ.* XV. in *Vſ.* 30. ita *Vſ.* 29. incipiens. *Et num poteſt* aliquis *intelligere quomodo nubes expandat, & ſuſpendat aqua fœtas: aut enarrare terribiles ſonitus, qui inde exauditi, nobis oſtendunt Eum hæc Cœleſtia loca inhabitare? Vide item quomodo expandat radios ſolis ſuper Mare; & totum luce cooperiat; quæ elevet novos vapores, & nubes, in locum earum, quæ exhauſtæ ſunt.* Tale non eſt, in quo acquieſcas. *Bolduc.*

30 הן־פרש עליו אורו ושרשי הים כסה׃

31 כי־

30 Ecce expandit ſuper eam lucem ſuam; & radices maris obtegit.

31 Nam

duc. XVI. ſuam comparationem premens, ſubſeri vult, *Etiamſi optime intelligerent, quo uſque nubes, quæ pluit, ſe extenderet: nec non in qua parte fieret fragor tonitrui, in nube ſolium Dei obtegente.* Hoc eſt, *quamvis multi homines pluviæ guttis numerandis intenti eſſent: eaſque tandem calculo ſubduxiſſent; tamen infinitus ille guttarum numerus, ad annos Dei comparatus, fere nullus appareret.* Ei ſoli hoc licuit ponere, qui ſomnia quoque ſua amare potuit. Ad *Vſ.* ſeq. tolerabilior eſt; quem ad Deum ita jam referre incipit, *Ecce Deus extendit illam* nubem *ſuper lumen ſuum*, ſolem: *illudque ita obtenebrat, ut totum mare ad fundum uſque operiat caligine.* Agmen cogant diverſa veterum commenta XVII. *Chald.* ſcil. & *Rabbini* nonnulli אור *Vſ.* 30. pro *pluvia* ſumſere, cujus *Gloſſæ* & *Druſ.* meminit. LXX. אדו *Vaporem ejus* ex *Vſ.* 27. pro אורו legiſſe debuerunt; nam ἠδῶ haud intellectum ulli, exhibent, ab Interpretibus in *Arcum Cœleſtem* ex facili inflexum, quod præcedens αὐτȣ͂ illuc vocaret. Hinc illud moſtellum *Heſychianum:* Ἠδῶ, ἶρις ἤγουν τόξον. Semet luſere, qui *Græcum* Vocabulum autumarunt. De *Iride* locum hunc explicuit *Nicet.* cui etiam *fundamenta maris operta*, ſunt *occultata*, quod *nemo intelligat*, *a quonam mare portetur.* תשאות *Æquationes tentorii*, item ex LXX. male induxit *de Dieu Vſ.* 29. Mihi XVIII. poſt omnia hæc locus multo obſcurior, & conclamatior, quam ante: atque per *Non Liquet* finiiſſem, niſi quædam ſaltem ſatis tuto, & liquido, adfirmari poſſe viderentur. 1. יבין ad *Hominem* pertinere, de quo rogetur, *Etiam num intelliget expanſiones nubis denſæ?* 2. אף *Etiam*, artificioſiſſime hic locatum, efficere ut יבין ad *Vſ.* 27. 28. quoque redeat. Nempe *Vſ.* 27. ſtatim poni potuiſſet אם יבין *An intelliget* quiſpiam, *quomodo* Deus *attrahat elementa aquarum?* &c. &c. Nunc abruptius Exordium per אף אם יבין *Etiam, num intelliget?* heic loci ſuſtinetur, & declaratur. 3. מפרשי omnino eſſe *expanſiones*, & quidem quales *Aulæorum*, quod & *Cocc.* obſervavit ex *Eſech.* 27: 7. Adde *Pſ.* 105: 39. & confer quæ ad *Cap.* 26: 9. ſtrinximus. 4. כסה *Tentorium* adferre *Cœlum nubibus undique ſubtextum, & obductum*, uti quum *tempeſtas* conglobatur. Sic *Pſ.* 18: 10. *Et tetendit Cœlos* &c. ſupra explicitum. Item *Vſ.* 12. *Ibid.* סכתו חשכת מים *Tentorium ejus horrida obſcuritas aquarum* &c. 5. תשאות ſonare *fragores*, *ſtrepitus* veluti *ruptarum nubium*, ex forma *Pyhal*; a שאה تســاي *Rupit cum fragore*, pannum, velum &c. Pleniſſima imago ad *vim tonitruorum*, *Nubes ſcindentium*, *inter terribiles fragores*, ſignandam. In hoc ergo verſu ſic ſatis pulchre res procedere videtur: ſed in ſequenti ita impedimur, ut vix quicquam cum fiducia proponi queat.

Verſ. 30. Quas percenſuimus ſententias, quivis ſua ſibi trutina examinabit. Nobis ad ſeriem propenſius videtur, *Ecce expandit ſuper illam*, nubem denſam, אורו *Lumen ſuum*, *fulmineum* videl. quod a *Tonitruis* ſe divelli vix patitur. Cœli adſpectum putem deſcribi, *fulguribus* undique *coruſcum*, quum quaſi *aulæum lucis fulmineæ diſpanditur ſuper Dei thronum*, & מפרשי עב *expanſiones latiſſimas denſæ nubis*, *quæ*, tempeſtate conglobata, *totum Æthera opplebant*; & *Tabernaculi nigri* ſpeciem præbebant. Hanc graviſſimam *figuram lucis*, inſtar *aulæi*, vel *tapetii*, *expanſæ* in ſuprema aëris regione, adhibuerat *Jobus Cap.* 26: 9, Ejuſdem genii, & ingenii, magnificum illud *Pſ.* 104: 2. *Operiens ſe luce inſtar togæ, extendens Cœlum inſtar aulæi: contabulans aquis cœnacula ſua* &c. פרש *expandere aulæum*; *velum*; *rete*; *alas*; *Eſaj.* 33: 23. *Pſ.* 105: 39. *Prov.* 29: 5, *Exod.* 25: 20.

Pul-

31 Nam in his judicat populos; dat cibum ad modum Multiplicantis. | 31 כי־בם ידין עמים יתן־אכל למכביר :

32 Ma- | 32 על־

Pulcherrime figuratum *Joël.* 2: 2. *Aurora ſuper montibus expanſa.* Alterum Colon ferme inacceſſum. *Dithyrambicum ſchema* forte recludet. *Et Radices maris ſuperintegit*, *ſuperinducit.* שרשי הים *Radices maris* vix aliæ ſint, quam *profundiſſimæ* & *obſcuriſſimæ aquarum conglobationes*, quas Deus *ſuperinducit* iſti *auleo fulmineo*, quum inter *fulgura* coruſca *immenſam vim aquarum convehit*, *conſtipat*, *coacervat*; ita ut *Mare* univerſum, *cum vaſtiſſima aquarum congerie*, in Cœlum videatur eſſe tranſlatum. Non abſimile hoc *Lucr. L.* 6. *Vſ.* 248. &c.

Quod tunc per totum concreſcunt aëra nubes
Undique, uti tenebras omnes Acherunta reamur
Liquiſſe, & magnas Cœli compleſſe cavernas.
Uſque adeo tetra Nimborum nocte coorta,
Impendent atræ formidinis ora ſuperne;
Cum commoliri tempeſtas fulmina cœptat.

Eadem *Lib.* 4: 170. reperies. Talia complura ſublimior cohurnus ſuppeditat. כסה infert *operimentum exterius*, *Amiculum.* Speciatim dicitur כסה שק *induit ſaccum.* Geminus hinc oritur adſpectus. 1. *Et maris radicibus induit ſe* Deus: eo ſenſu, quem ſupra ex Cl. *Cocc.* laudavimus 2. *Et radices maris ſuperinduit*, nempe *ſuper illam lucem fulmineam*; *Oceani* ipſius *mole illuc quaſi conglomerata*, & *congeſta.* Confer *horrorem tempeſtatis minaciſſimæ*, *Pſ.* 18: 13. 14. 15. 16. depictum. Non magis dictum, quam pictum, quoque illud Poëtæ:

Eripiunt ſubito nubes cœlumque diemque
Teucrorum ex oculis; ponto nox incubat atra.
Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther:
Præſentemque viris intentant omnia mortem.

Factum periculum: an aliquid profectum, neſcio: & ulterius deliberandum exiſtimo.

Verſ. 31. Conſpectum, quem pandimus firmat duplex Opus Dei, quod e *Nubibus*, tanquam e *Prætorio*, aut *Tribunali*, in mortales edit; partim *in malum*, partim *in bonum. Vulg.* I. appoſite, *Per hæc enim judicat populos, & dat eſcas multis mortalibus.* Conſonant *Tigur.* II. niſi quod iis למכביר ſit, *copia magna.* Hos ſecutus *Merc.* quaſi eſſet pro לרוב *affatim.* Similiter *de Dieu*, *in abundantia.* Maxima pars hinc ſtant. Acumine Rabbinico *Jarchius*, III. *Multiplicanti prolem.* E fundo ſuo *Codurc.* IV. *Collectori frugum*; quod הכביר ſit *coacervare* & *colligere.* Aliud eſt divinare, aliud docere. *Cocc.* V. novam hic concipiens *parentheſin*, dat, *Nam per hæc judicat populos; dat cibum magnificanti*; nempe *Deum. Nam*, inquit, *benedictiones etiam temporales propter pios dantur. Improbis ſunt invitatio, &, ſi non obediant, comminatio.* Apud *Arabes* كبّر & اكبر eſt per excellentiam *Magnificare Deum*, ſolenni formula, אלה אכבר الله اكبر *Deus Maximus eſt.* Aliis VI. placuit, *Multiplicanti preces*, quod non æque ſe commendat, nec abſolute ita uſurpatum. Cl. *Schmid.* VII. לאכול ſubaudiens, cogitat de *beſtiis voracibus*, *Leonibus*, *Urſis*, *Lupis* &c. & ad nova Dei opera ita pergi putat, *Quando per hæc judicat populos, dat tamen cibum multiplicanti comedere.* Subdit: *Mirum ſane hoc eſt, quod quandocunque*

32 על־כפים כסה־אור ויצו עליה במפגיע׃

33 יגיד עליו רעו מקנה אף על־עולה׃

32 Manum geminam veſtit fulmine; & contra eas ordinavit interceſſorem.

33 Annuntiat de eo clangor ejus; Rubedinem flammantem Naſi, contra elatum.

que fame puniuntur homines, qui parum comedunt, non æque tamen enecantur fame beſtiæ voraces. Ergo in uno opere duo admiratur Elihu. Merito ſepoſuit Cl. *Mich.* VIII. dans, *Multitudini hominum, & beſtiarum*, ſcilicet. Cl. *Cler.* IX. iterum *multiplicanti comedere*, ad *Hominem* reſtringens, cui *copioſum alimentum a Deo ſuppeditari* ſignificetur. Id ſatis molle, ſed הכביר valuiſſe *multiplicavit comedere*, ſpeciem vix habet. Sub manibus X. ſe ingerit ipſum אכל, & quidem ita, ut *partic.* hocce ad *Deum*, multa cum gravitate, & dignitate, ſeſe revocari patiatur: *Dat cibum ad modum multiplicantis*, vel potius *magnifice & munifice largientis*. Phraſis הכביר אכל *multiplicavit cibum*, hanc amplitudinem admittit, quin invitat. Habebamus *Cap.* 35: 16. מלין יכביר *verba multiplicat*, vel *multa*, & *grandia* ſimul, *fundit*. Alibi non occurrit. Reputa jam quid Lingua vivente, & vigente, ex הכביר neceſſario debuerit redundare omnem in formam: præſertim illam, quæ titulo כביר *magnifici*, & *præpotentis*, reſpondeat. Favet ſolenne illud אלה אכבר *Deus O. M. eſt*, quod ſupra attigimus. Concludimus, quamvis & aliis ſua ſubſit gratia, pleniſſimum tamen videri hocce: *Deus dat cibum* למכביר *munifice* & *magnifice* eum *dilargiens*. Præpoſ. *Lamed* infert ſæpe *ſicut*, *ad modum*, *ad rationem*, ut *Job.* 33: 10. *Reputat me in inimicum ſibi* לאיב, *inſtar inimici*: niſi quod fortius ſit. Item *Mich.* 2: 8. לאיב יקומם *in inimicum ſurgit*, pro *veluti inimicus*, *animo plane hoſtili*. Evolvens hac occaſione *Nold.* ſub *num.* 36. hunc ipſum quoque locum allegatum video, h. ſ. *Dat cibum tanquam multiplicans* quis. Si malis ל *Emphaticum* omni caſui aptum, idem manebit adſpectus. Mihi *Noldianum* hocce unice ridet: eique acquieſco; addita *magnificentia largiendi*.

Verſ. 32. Ingens ad hunc, & ſeq. *Vſ.* diverſitas, & moles, opinionum, exantlanda. *Vulg.* I. *In manibus abſcondit lucem, & præcipit ei, ut rurſus adveniat. Annuntiat de ea amico ſuo, quod poſſeſſio ejus ſit; & ad eam poſſit adſcendere.* Agnoſcunt Erud. *de Pined.* & *Vavaſſ.* hæc in mera jacere caligine, unde certi quicquam elici vix queat. *Sanct.* quaſi liquidæ & expeditæ conſtarent rationes, ait 1. *in luce non ſolum intelligi quod proprie ſonat, ſed etiam metaph. quicquid lætum, & optabile.* Hinc duplicem pandit faciem; *literalem* hanc, *Deum objectis ſoli nubibus ſubtrahere lucem, terraſque opacare; iiſdemque diſſipatis illico lucem reducere*: itemque *figuratam* hancce, *ad modicum tempus juſtis quidem lucem ſubduci, ſed mox poſt nubila Phœbum reddi* &c. Ita ex ſeptem ſententiis, quas percenſuit *de Pined.* unam fere conflat. *Vavaſſ.* 2. item multa conjungens: *Habet Deus*, inquit, *lucem in ſua poteſtate, ita ut eam claudat, cum lubet, & promat, mortalibus: ſive per* noctis & diei vices, *ſive per* Eclipſes, *ſive præter ordinem rerum* dies obſcurentur, *luxque deficiat prodigioſe. His omnibus in tenebris ſignificat ille amico ſuo, adfuturam mox ſerenitatem* &c. &c. Ad alia omnia traducent II. Doct. *Tigur. Nubibus includit exhalationem igneam, eique præcipit, ut tendat contra occurrentem vaporem. Nunciatque illi ſocia ejus, quod indignetur vapori adſcendenti.* Vorticem habes, in quo voces *Hebrææ* ſic rotantur. 1. כפים *Manus incurvatæ*, *curvaturæ Nubium*. 2. אור *exhalatio ignea*. 3. מפגיע *occurſans* vapor. 4. רעו *ſocia ejus*, nempe *nubes*. 5. מקנה אף *acquiſitio iræ.*

iræ. 6. עולה vapor *adſcendens.* Hujus *meteorologiæ* ſignifer R. *Levi*, ad cujus mentem, ut ſolet, *Vatall.* III. *Super nubes tegit lucem*, exhalationem calidam & ſiccam; *& præcipit propter illam* exhalationem adeſſe *quod* illi *occurrat.* i. e. ut vapor frigidus ei occurſet. Tunc *Annunciat de ea Sociis ejus*, i. e. vapor ille frigidus nunciat de ea exhalatione calida, eam ſibi hoſtem venire, ac propterea petit ſibi ſuccurri: tuncque *acquiſitio iræ* eſt *ſuper adſcendentem* i. e. *iraſcitur exhalatio iſta*, & *colluctatio fit nubium, ut tonitru erumpat.* Potuiſſent hæc *Rabbino* relinqui, credo: ſed, ut fit, in re deſperata, nihil non arripitur. *Calvin.* IV. *Conc.* CXLIII. ex verſu 32. aſſumit *Deum tenebras cum luce miſcere* i. e. *æſtate, quum tempus ſudum, ac ſerenum, ſæpe repentinum turbinem cooriri, & nimbum tam vehementem, ac ſi mundus eſſet periturus. V'ſ.* 33. hinc ſubſumit; *Deum imperare nubi ut adſcendat, cui occurſent exhalationes igneæ aëris. Inde prælium committi, non ſecus quam ſi duo exercitus concurrerent* &c. Abſtinuit prudenter enucleatione verborum in vaporem abitura. *Merc.* V. *ſuper nubes tegit lucem, & jubet illi* luci, ut abdat ſe, *per occurrens*, per oppoſitam nubem. q. d. *Deus nube interveniente lucem ſolis tegit. V'ſ.* 33. ſic pergit, *Indicat de ea* pluvia, de qua ſupra meminerat, *ſtrepitus ejus* Nubis, vel Dei: *pecus*, item de ea pluvia indicat: *etiam de adſcendente* vapore. q. d. *pecus non tantum pluviam proximam, ſed etiam longius remotam, nubeſque adſcenſuras, præſagit.* Confirmat Vir Doctiſſ. quod monuerat, *hunc verſum difficillimum fere eſſe totius Libri.* 1. כפים *Nubes* a *vola* ſic dictas cenſet, quod initio, quum gignuntur, ſint *palmis manuum* ſimiles 1 *Reg.* 18: 44. על 2. *ſuper* pro *in*, vel *per.* 3. עליה ad אור reducit, ob *ſynonymum* אורה, vel & שמש, *feminei* ſexus. 4. להסתר extra textum inſerit. 5. verſum ſequentem a proximis avellens, & עלין ad מטר *pluviam V'ſ.* 27. retrahens, filo excidiſſe cenſendus eſt: ut nec ſuperiora talia in quibus tuto quieſcas. *Jun. & Trem.* VI. *Manibus obtegit lucem, & interdicit ei propter intercedentem. Indicans in eum benevolentiam ſuam*, in *pecora*, *etiam in proventum* terræ. Quanta licentia! Major adhuc in expoſitione ipſa. *Modo* 1. *Tenebras efficit quaſi obducta manu ad ſuorum preces. Modo* 2. *manui interdicit ne amplius lucem tegat. Ob intercedentem* 3. *Noachum diluvii tempore, & pios omnes. Quibus* 4. רעו *benevolentiam* commonſtret Deus, in pecore & proventibus multiplicandis. *Caſtal.* VII. *Lucem palmis tegit curatve ut ei occurratur; cui dum nunciat alteram, accedit adverſus adſcendentem ira.* i. e. *Nubibus quæ ſunt quaſi Dei palmæ, ſedentis in aëre, impedit lucem, quas nubes dum luci nunciat Deus*, h. e. dum eas excitat adverſus lucem, *iraſcitur lux adverſus adſcendentes illas, ſibique obſtituras.* Cum *num.* II. III. IV. aliquid commune habet: ſenſus longe diverſus; nec melior ſane. *Codurc.* VIII. *Palmarum objectu lucem tegit, ita ut in occurſum*, vel *occurrentem, reflectatur*, recurratque verſus originem ſuam: *& monet fragor ejus repoſitam eſſe iram in ſuperis.* Addit, *reliqui interpretes valde exorbitarunt; nos acum tetigimus.* Fidenter. רע *fragor* ei a רעע *fregit.* מקנה *poſſeſſio, theſaurus.* אף *ira.* עלה vel אל עליון *Deus ſupremus*, vel *Nubes quæ adſcendit.* Poſterius mavult. *Rem acu tactam*, non dixerim. Doct. *Belg.* IX. item *Piſc. Druſ.* &c. ad *Merceri* fere calculum accedunt, in utroque verſu declarando. Cl. *Schmid.* X. ad *Eclipſes Solis & Lunæ* reſpexit, *Super volis tegit lucem, & præcipit illi per occurrentem. Annuntiat* Deus *de ſe cogitationem ſuam; etiam ſuper pecudem adſcendentem.* Explicat 1. כפים *Manus*, in *tropo*, pro *re quæ vix palmas æquet ſua magnitudine, & ſpeciem habet palmæ objectæ:* i. e. Corpus Lunæ *Soli objectum ita, ac ſi quis manum objiceret, & Solem ſuper manum ſumeret.* 2. אור *Sol.* 3. עליה item ad *lucem*, vel ut diſcrimen generis vitetur, *ſuper hoc*, ut ſit, *& præcipit ſuper hoc*, i. e. *ſuper tegendo lucem hominibus datam noctu, per intervenientem* terram. Per has porro Eclipſes Solares & Lunares *Annunciat* Deus 4. עליו *de ſe;* רעו 5. *cogitationem ſuam*, quam apud ſe habet ſuper creaturis ſuis: 6. *etiam ſuper adſcendentem pecudem:* i. e. *ſuper pecudum fœcunditatem, reliquumque proventum.* עלה *inire, ſalire*

ſire de pecude : Gen. 31: 10. &c. Noviſſima hæc non feliciter digeſta. Priora de Eclipſibus jam Vavaſſori occurriſſe vidimus. Cl. Mich. XI. Vſ. 32. dubitat, ſolamne Eclipſin Solis teneat, an Lunæ alteram adjungat : in Vſ. 33. autem mavult, indicat pecus etiam de exoriente tempeſtate. Schmidio ad Vſ. 32. ſubſcripſit Nold. p. 711. Sed illud עליו ſic nimis torquetur, & præſtitiſſet de Solari Eclipſi totum verſum expoſuiſſe. Infra ab Acutiſſ. Niewentyt: quid una cum Vſ. 33. tentatum, comparebit. Doct. Reim XII. Ab utraque manu, Oriente, & Occidente, Lucem Solis obtegit nubibus, & per interveniens quid interdicit illi, ne luceat. Sic autem indicat ſuper illo homine conſilium ſuum : ſuper pecude, etiam ſuper omni creſcente. כפים, ut ידים Manus, de Oris, & Plagis. על כפים, ut על ימין, ſuper dextra, pro ad dextrum latus. Cl. Cler. ſingularis eſt, cujus mentio infra habebitur. Cocc. XIII. Manibus inſternit lucem, & interdicit ei de ſupplice : Indicat ſuper illo cogitationem ſuam, pecude, etiam de eo quod germinat. 1. על כפים ſuper palmas. 2. כסה אור inſternit lucem, ut Hab. 3: 4. id eſt, palmas luce implet : lucem utraque manu effundit. Bifariam. a. fulgura librat. b. Manibus lucem imponit rebus, quæ fulguris coruſcatione attinguntur. Offert & כפים Lances, vel palmas quaſi lances, quibus fulgura librentur videlicet. 3. יצו עליה interdicit ei fulguri, 4. במפגיע de ſupplice, ne noceat. מפגיע pro ſupplice ex Eſaj. 53: 12. & 59: 16. & Jer. 15: 11. Item 5. עליו ſuper illo homine. 6 רע cogitationem, ex Pſ. 139: 2. עלה 7. herba naſcens, ex Prov. 24: 31. Summa ſic colligitur. Deus ignem fulgurantem palmis advehens, eique Legem dicens, ne ſupplici noceat, eo ipſo indicat hominibus pavidis, & animo ſuſpenſis, cogitationem ſuam de ſupplice, pecude, imo de germinante herba : quod ſcil. horum omnium curam gerat, & quod non velit deſtruere dona ſua, & hominem perdere, ſi ſupplex ſit. Scopo aptiſſimum haud abnuo : ſed optarem aliquid limpidius defluens : nam על ante מקנה repeti durum ; & nimis prærupta poſtrema. Facta tamen acceſſio lucis. Eleg. Crinſoz. XIV. tereti ſententia: Fulmen manibus retinet, eique præſcribit quid feriendum habeat. Comites ejus fulgetra & tonitrua annunciant eodem momento iram Dei in aliquid eminens cadere. Differt a Cocc. 1. במפגיע Occurrens. id ipſum quod Deus feriri vult. 2. רעו Socius, comes ejus; collective, de Coruſcationibus & fragoribus nubium, quum fulmen ruiturum. עליו de eo fulmine. 4. מקנה אף poſſeſſio iræ. 5. עלה adſcendens pro alto, & ſuperbo. Subtile. Nec minus quod Genev. dant, Tectum tenet utraque manu ignem fulminis ; eique dat mandatum de eo quod occurrerit : ſtrepitus ejus de eo nunciat, eſtque furor contra adſcendentem, uter locum obtenturus ſit. Paulo diverſius Deod. Palmis ſuis flammam fulminis condit, eique injungit, cui occurrere debeat. Indicat ei voluntatem ſuam pecuſne ferienda, an in plantas ruendum. Conf. Boch. H. 2. 792. Anglic. Verſ. XV. dat. Nubibus cooperit lucem, eique interdicit lucere per Nubem intervenientem. Illius ſtrepitus hanc rem præmonſtrat: pecus item de vapore. Concinit cum num. IX. niſi quod arctius copulentur verſiculi. Eam copulam Epiſc. Elienſ. ſic expreſſit, in quibuſdam varians. His nubibus aliquando Solem ita tegit, ut matureſcere nequeant fructus : aliquando intercipit tantum radios, eatenus, ne immoderato æſtu exurantur. Ipſum pecus autem præſagit nubes, tum quum oriuntur, & annunciat quid Deus facere intendat ; ſintne abituræ in tempeſtates, & procellas, an in pluvias, & imbres fœcundos. Magno ingenio dignum : & jam ſatis arridere poſſet hic adſpectus; cui præluſum a Cl. de Dieu XVI. Super curvaturas nubium, tegit ſolem ; & præcipit contra eum per occurrens. Indicat de eo cogitationem ejus pecus ; etiam de adſcendente, nube, videl. quidnam facere in animo habeat, Deus, pluviaſne mittere, an tempeſtates ciere. Quod ſubjungitur, etiam contra iniquitatem, ut עלה ſit pro עולה a עול, ſuppreſſum mallem; eſt enim plane rejiculi generis, licet & LXX. ἀδικίαν hic captarint. Accentus quoque officit priori conamini; quamvis & alii eum nihil morati ſint. Chald. XVII. propter rapinam manus prohibet pluviam ; & præcipit ei ut deſcendat

propter precatorem. כפים *manus rapaces.* אור *pluvia*, ut ſupra. מפגיע *interceſſor.* Ad *Vſ.* ſeq. triplex *Targum.* 1. *Qui obtrectat Socio* קנאתא ורוגזא עלוי יסק *Zelus & ira contra eum adſcendet.* 2. *Operantur Legi quiſque cum ſocio;* מטנין ברוגזא *æmulantur cum iracundia, & eam faciunt altius adſcendere.* 3. *Annunciat per eam juſtitiam Amici ſui;* קנאתא ורוגזא מעלוהי יסלק *Zelum & iram ab eo auferet.* Hæc in ſe tenebroſa, atque extra oleas vagantia, inſigni tamen luce nos augent, qua veram forte viam reperire dabitur. Mira certe conſenſio triplicis manus, in מקנה אף *Zelum & iracundiam* explicando. LXX. *Syrum, Arabem*, nullam frugem laturos, ſepono. *Ramban* XVIII. *æmulationem iræ* ex *Chaldæo* torſit in h. l. *Nunciat quis de ea* pluvia *ſocio ſuo* fruges congerenti, tunc fit *Zelus iræ*, ad iram eum provocat, *etiam* ſi nunciarit *de adſcendente* tantum pluvia. *Munſt.* videndus. *Bolduc.* XIX. *Vſ.* 31. 32 33. ſcopas præbet diſſolutas: in *Vſ.* 31. *Populos marinos*, ſive *piſces*, *quos Deus optime judicet, regat, & magna annonæ abundantia augeat*, inducens. *Vſ.* 32. *Lucem gratiæ aliis hominibus ſubductam qui male orarent, ut* Jobus: *aliis impertitam, qui bene. Vſ.* 33. *Ejuſdem lucis manifeſtationem ei, qui Deo familiaris ſit; prout acquiſitio iræ Divinæ ſit ei qui elatus, & ſuperbus.* Quid captaverit in extremis illis, מקנה אף *poſſeſſio iræ*, & עולה *adſcendens*, ſenties ex collatione *num.* XIV. Undique lucis aliquid extundere quærens, ne hoc quidem ſupprimere potui, in quo ſcintillula forte veri micat ad extrema. *Grot.* XX. in *Vſ.* 32. *Vulgat.* aſſentiens, *Vſ* 33. mavult, *Annunciabit de ea luce Sodalis ejus*, i. e. Lucifer diei prævius: *pecori, & proventui terræ; quæ* ſcil. *lucis adventu gaudent.* Habet gratiam. Minus rideret XXI. quod *Merc.* ſecundas obtinere volebat: *Nunciat* quis *de ea* pluvia pecus bene habiturum, *etiam de adſcendente* herba copioſa. Cl. *Cler.* XXII. ea promit, quæ palmam nulli dubiam facient. Vertit, *ſupra cavitates tegit lucem, eamque intercipi jubet. Annunciat ei amicus ejus pecudes; etiam ad holocautoma.* 1. כפים notare cenſet *utriuſque Hemiſphærii loca cava, quibus aqua marina continetur.* 2. *ſupra ea tegere lucem* dicitur Deus, *quia profundiorem aquam lux non penetrat.* 3. מפגיע *occurrens*, ſimiliter exponitur de *alta aqua maris, quæ radiis ſolaribus cavitates alvei illuſtraturis occurrat.* Hæc non magnam publici reverentiam probant. Minus adhuc, quæ ad *Vſ.* 33. ſuſpicatur Vir Doct. *verba hæc non Elihui eſſe, ſed Hiſtorici Sacri, qui narret interpellatum Elihuum adventu Amici, nunciantis paratas eſſe victimas, quas adducere juſſus erat.* Vides cur עלה in *Holocauſtum* hic ſubita *Metamorphoſi* ſit traductum. Cl. *Guſſ.* XXIII. bis locum attigit, ſub נגד, & פגע. Sub poſteriori inſiſtit in notionem *Intercedendi* precibus, quam הפגיע exerit *Jer.* 36: 25. & *Eſaj.* 59: 16. Nihil ergo cohærentius cenſet, quam ut *poſt terribilem ignium apparatum, & Judicium Dei, hominibus per illa intentatum, inſeratur monitum, ad Ejus miſericordiam pertinens* ויצו עליה במפגיע; *Et* nihilominus *de ea* re *mandata dat Interceſſori* i. e. *piis hominibus ad intercedendum pro reis jamjam plectendis, atque ita ictus fulminum ab iis averruncandum.* Sub נגד hæc reperio, ad *Vſ.* 33. pertinentia: *Pecus* nuntium adfert *de eo* malo imminente *ſocio ſuo*, paſtori, *etiam de adſcendente:* cum adhuc vapores & exhalationes adſcendunt, ex quibus fulmen componi debet. *Hoc miraculum eſt Dei, bonitatiſque Ejus, quod format quidem nubes fulmineas; ſed de iis præſagitionem dedit ipſis brutis, ut poſſint hominem præmonere.* Per hæc veſtigia ingreſſus ad *Prov.* 2: 16. tentabam olim XXIV. *propter manus ſupplices tegit*, condit *fulmina, & imperavit contra ea deprecatorem. Indicat de eo* malo tempeſtatis, vel fulmine, *ſocio ſuo*, ſive paſtori, *pecus*, *etiam de adſcendente*, antequam oriatur. כפים *ambæ manus*, dicatæ *precibus:* ut *Thren.* 2: 19. & 3: 41. נשא לבבנו אל כפים *Tollemus cor noſtrum ad Manus*, una cum manibus, *ad Deum in Cælos:* venuſtius fuerit, *Tollemus cor noſtrum ſuper Manus* impoſitum: nam אל ſæpe *ſuper*, *in.* לבב אל כפים *Cor ma-*

manibus impoſitum grata Deo oblatio. Qui *Manus* de *Nubibus* & hic interpretati, noſtro loco *Jobi* ſe pulchre niti autumarunt. Iterum *Pſ.* 63: 5. & *Jeſ.* 1: 15. ubi obſerves velim formulam, בפרשכם כפיכם *quum expanditis palmas veſtras.* Hinc audaciore figura, cum Libri hujus genio conjuncta, exiſteret, *per palmas* ſupplicantes *obtegit* tamen *fulmen*; *contra quod interceſſorem imperavit.* Ille מפגיע Interceſſor graviſſime ſic locatus eſſet ex ancipiti, *interceptorem* ſimul adferens, qui fulmina vel *prævertat*, vel *avertat.* Huc *Vſ.* 33. ſe utcunque adaptari patitur. Fatebor tamen *pecus* iſtud, *cum ſuo ſocio* & *paſtore*, mihi plus languoris nunc ferre videri, quam vigoris & nervi: qualis requiritur in hac ſerie, ubi ita ſe his *Meteoris* adfectum profitetur diſſertator. ut *totus inhorreſcat*, & *cor velut e ſede ſuo motum diſſiliat. Cap.* 37: 1. Hæc obſervatio pleriſque ſententiis adverſa; etiam illi quæ de *Eclipſibus Solis* & *Lunæ* hic agi ſtatuit. Eam quum Doct. *Nieuwent.* in *Contempl.* p. 676. majori in luce collocatam dederit; ad eamque & *Vſ.* 33. accommodare ſtuduerit, nefas eſſet egregium conatum præterire, etiamſi in poſtremo verſiculo non feliciſſime res proceſſerit. Univerſa ſeries XXV. ſic ordinatur: *Manibus obtegit lucem*, *eique interdicitur*, *per intervenientem. Indicium præbet de eo*, etiam *occupatio vultus* illius *qui evaneſcit* ex oculis noſtris. Nempe מקנה *poſſeſſio*, ſignare poteſt *acquiſitionem*, *occupationem.* אף *iram* non ſolum, ſed & *Naſum*, quin *Vultum* denotat. עלה *adſcendere*, pro *evaneſcere*, *ex oculis tolli*, nemini ignotum. Quomodo *Eclipſibus Solis* & *Lunæ*, *interceptoque Lumini*, ac quaſi *vultui* utriuſque *ſideris*, *deliquium patientis*, applicetur, ex ipſo fonte repeti velim. Hæc limpide fluere dici nequit; & *Linguæ fines* nobis *notos tranſſcendunt.* Tranſcenderant & reliqui fere: eo ipſo loci ſummam difficultatem comprobantes; ad quem, poſt fluctus, erroreſque, longos, longe mihi ancora, longe adhuc portus. Ad eum, ſi forte, aperiendum, ante oculos retineri velim *Formidabilem illam Majeſtatem*, *quam e Nubibus*, *tanquam e prætorio*, aut *Tabernaculo* regio, *populos judicantem*, induxerat Orator: dum hinc *fulminum telis*, *globiſque tonitruum*, cum tempeſtate ruentium, *pœnas exercet*; illinc *munifice* & *magnifice liberalitatem ſuam* oſtendit. Huic adſpectui ſatis congruere videtur XXVI. quod modo poſui, de *palmis* ſupplicibus, quæ *fulmina tegere*, iterumque *condere* valeant: quando ipſe Deus *interceſſorem*, & *interceptorem*, adverſus ea ordinarit, Quem? omnem Religioſum Numinis Cultorem, quem tela hæc petere, ac ferire, non ſinuntur: ut contra *ſuperbos* & in Deum *contumaces exſcindunt.* In hunc ſenſum continuari ſuſpicor *Vſ.* 33. *denunciat de eo fragor* ejus tonans, *inflammationem Naſi contra Eminentem.* 1. רע *fragorem* tonantis cœli, plurimis jam placuiſſe vidimus: non tam a רעע, ut *Codurc.* tendebat, quam a ריע *clanxit*, unde תרועה *ſonitus*, *ſtrepitus* vehementior. A *tremulo*, & *fracto*, *ſono* derivatur, de quo alias. Forma רֵעַ extat *Exod.* 32: 17. *Mich.* 4: 9. Adde *Job.* 6: 27. Apud Latinos *clangor undarum colliſarum* reperitur. Idem de *nubibus* efferas licet, præſertim ubi non ſocco inceditur. 2. מקנה אף poſſem cum quibuſdam *poſſeſſionem*, Theſaurum, *iræ*; ſed jam ſubmonitum a *Merc.* obſtare *Segol* ſub *Nun:* proinde cum tutius, tum illuſtrius, a קנא ſeſe dat *inflammatio rubens naſi* Divini. Crebra mentio אף *Naſi*, ubi de *procellis fulminantibus* agitur. *Pſ.* 18: 9. עלה עשן באפו *Adſcendit fumus in Naſo ejus*, & *ignis ex ore ejus amburebat.* קנא in *Zelo*, & *æſtu indignationis* protritum. Origo, *intenſiſſime rubuit*, *inflammata fuit rubedine.* Tale quid captatum a *Targumiſtis*; quamvis & *figuram*, & *rem*, non ceperint, *num.* XVII. indicatum. A קנא deſcendit מִקְנֶא per *Tſeri*, ad formam מַחְבֵּא: pro quo ex viciſſitudine *Quieſc. tert. Aleph* & *He* exiſtere poteſt מִקְנֶה, cujus *Segol* tunc invariatum manet in *Regimine.* Formulam hanc, קנאת אף *Rubedo flammata Naſi*, olim obtinuiſſe, dubitari nequit,

Separatim habes *Eſech.* 35: 10. כאפך וכקנאתך *pro Naſo*, & *pro Zelo tuo flammante.* Junctius *Pſ.* 79: 5. *Quare* תאנף *Naſum ducis* iratum, *amburit ut ignis* קנאתך *Zelus tuus inflammatus.* Extremum עולה 3. his admiſſis non aliud patitur, quam *Eminentem*, & *celſum*, ſive *verticem*, ſive *hominem.* Utrique aptum vocabulum. Notum, *ſummos feriunt fulmina montes.* Tale quid & *Elihuum* hic inſeruiſſe putem, ad *Jobi* nimis *altos* illos *ſpiritus* comprimendos: eumque ad *palmas ſupplices* redigendum. Non ſupprimendus duplex ſcrupulus, qui ad *Vſ.* 32. potiſſimum mihi inhæret. Unus, quod על כפים *per manus*, pro *inſtrumento tegendi*, abeat a genio Linguæ. Scio Cl. *Guſſ.* ſub כסה heic loci, & *Mal.* 2: 16. vim *velandi* per על admittere: ſed non perſuadet. Alter, quod עליה ad אור *fulmen* relatum, *anomaliam* pariat *generis.* Verum quidem alios iiſdem quoque ſcrupulis premi: ſed hoc parum levat, quum veritas quæritur, quam nihil gravet. Accedit, verbum כסה *Amiciendi* notione auctum *Vſ.* 30. eandem quoque vim & hic ſuo jure retinere videri. Perpendatur itaque XXVII. an hæc loci facies ſeſe magis commendare queat, *Manibus ambabus amicit lucem*; utraque manu fulmen vibrat Deus Judex in nubibus reſidens, & *interdicit iiſdem de ſupplice* &c. Reliqua eodem ſenſu, quem modo dabam. Sic Deus introduceretur *utramque manum amictus fulminatore lumine:* ita tamen ut non ſinat *Manus* illas *tela jaculari* in *ſupplicem*, &c. ſed tantum in *ſuperbos*, & *elatos.* Ne hoc quidem vel plenum ſatis, vel rotundum. Cumulatius mihi, & ſimul teretius, videtur, XXVIII. *Ambas palmas veſtit lumine* fulmineo, *contra quas tamen interceſſorem*, eundemque *interceptorem*, *ordinavit. Annunciat de eo* lumine *ejus clangor*, *inflammationem Naſi contra eminentem.* 1. כסה על *cooperire aliquid*, & *totum ſuperinduere*: ut *Eſech.* 24: 9. & *Hab.* 2: 14. Hinc 2. *Manus ambas ſuperinduere luce*, deſignare poteſt, eis luce fulminante *veſtire* quaſi, & *obarmare.* Eodem redit *Cocceji inſternere:* nec aliud velle potuerunt, qui *fulmina manu retinere*, & *recondere* quaſi, *ad ea ejaculanda*, hinc exſculpebant. 3. *adſ.* in עליה omnino reduxerim ad כפים *Manus* illas, per ſolennem *Hebraiſmum*, & *Arabiſmum*, quo adfixum hocce reſpondet *pluralibus* & *dualibus* utriuſque ſexus. 4 יצו עליה *ordinavit contra eas.* Urget *Merc.* צוה על eſſe *interdixit ei.* Verum: ſed ſi negatio ſequatur. Res clarior fiet exemplo. *Eſaj.* 5: 6. אצוה על העבים *injungam ſuper nubes*, מהמטיר *ne pluant:* i. e. *interdicam.* Pone להמטיר, *ad pluendum*; contrarium exiſtet, ut 1 *Chron.* 16: 40. & 2 *Chron.* 7: 13. Utrumque, *mandatum* nempe, & *interdictum*, habes *Gen.* 2: 16. 17. ut mirari liceat pro *interdicendi* ſola poteſtate hunc locum citatum. Inde certiſſime colligo, Genio Linguæ non litari, quum יצו עליה vertitur *interdicit illi luci:* ne a *Coccejo* quidem, dante, *interdicit illi de ſupplice*; nedum a *Mercero*, qui habet, *interdicit illi per occurrens.* Teneatur itaque על poſt צוה inferre etiam *conſtituere*, & *ſancire*, aliquid *contra* aliquem: *Nah.* 1: 16. Conſtruo hinc 5. צוה במפגיע עליה *Ordinavit ut deprecator* eſſet *contra eas*, vel ſi velis, majore acumine, *ſupra eas*, qui poſſet *fulmina ipſa ſopire*, & *vincere*, nempe ſemet ſubmittendo, & *palmis* illis *obarmatis igne*, *ſupplices* obtendendo *palmas.* Extremo verſui hoc tantum 6. adjici velim, in רע *clangore* alluſum forte ad *clangorem bellicum*, quo in *aciem* proditur: vel & *Claſſicum*, quod ad *prætoria Regum* & *Ducum* perſonare ſolebat, in judiciis publicis exercendis.

CAPUT TRICESIMUM SEPTIMUM.

אף־לזאת יחרד לבי ויתר *Verſ.* 1.
ממקומו׃
2 שמעו שמוע ברגז קלו והגה
מפיו יצא׃
3 תחת

Verſ. 1. Etiam ob hocce expaveſcit cor meum; & ſubſultim trepidat e loco ſuo.
2 Audite audiendo fremitum vocis ejus; & halitum, qui ex ore ejus egreditur.
3 Sub

Verſ. 1. Optime habet calculus, qui hinc novi Capitis initium ducit; eſt enim *inſtantia*, & ſimul *amplificatio præcedentis Scenæ*; ob quam quum huc oratione ſua evectus eſſet *Elihu*, *terribile* hocce *Tribunal* Dei, *in nubibus præſidentis*, ad *Judicia* ſua in mortales *viſibiliter adminiſtranda*, luculentius adhuc inſtruit; atque ſe primum ſacro ejus horrore perfuſum oſtendens, totum conſeſſum ad ejuſdem venerationem religioſam evocat, atque inde nominatim *Jobum* huc citat veluti, qui toties Deum citare auſus fuerat: atque admirabili plane artificio graviſſimas Actiones ſuas ad Noſtri convictionem concludit. Cernis confeſtim, quam decenter Orator, ſpiritum quaſi colligens, inſiſtat, ultimum mox impetum daturus: atque vel commemoratione harum rerum ſe penitus conterritum oſtendat; conſimilem terrorem immenſæ & formidoloſiſſimæ Majeſtatis *Jobo* inſpirare moliens. אף *Etiam*, nunc valet *certe*, *profecto*, ut *Job.* 15: 4. & 34: 12. לזאת *ad hoc*, quod dixi, quodque ulterius de hocce Dei *Prætorio*, *in nubibus erecto*, dicturus ſum. Non ſatis capio, quid Cl. *Cocc.* intendat, *hujus gratia* reddens, idque per *nihilominus* declarans. *Etiam nihilominus trepidat cor meum.* Non concederem quoque, in *voto mortis*, & *finis rerum*, quo uſus videbatur Noſter, revincendo verſari *Elihuum*: q. d. *Quis, quantumvis bene ſibi conſcius, optet intereſſe populorum ſtragi, Mundi interitui: quum etiam, quando tonat, toto corpore cohorreſcamus.* An huc ergo τὸ *Nihilominus* reflexum? *Merceri* illud, ob *pluviam vehementiorem* & *tonitrua*, etiam non explet mentem. Hæſitationem Veterum dabit *de Pined.* Quod *Sanct.* attulit, argutius, quam ſolidius. Verbo defungar. Iſtud לזאת evidenter arguit eam *ſcenam* jam *apertam* in præcedentibus, quæ *tremendi Judicis horrorem* omnibus incutere debeat: hoc eſt, id ipſum in oculis animiſque *Jobi*, & totius conſeſſus, fuiſſe defixum, quod nos ex obſcuriſſima *periodo* eruere conati ſumus. Si preſſius aliquis inſiſtere velit in particulam *Etiam*, eam ita applicet licebit, *Etiam ad hoc trepidat Cor meum, emotumque e loco ſuo diſſilit:* nempe *dum hæc commemoro verbis, & cogitatione voluto: quanto magis, ſi tonitrua, & fulmina illa, in Caput meum devolverentur.* Pulchrum, & grave, verbum נתר; cui aliquid lucis adſperſum ad *Cap.* 6: 9. Infert *tremulam vibrationem*, & *diſſilitionem rei, cum ſono*; qualem reddit *chorda tinniens* & *rupta*. Apte ergo non minus, quam alte, figuratum, *Cor diſſilit e loco ſuo*, ruptis quaſi chordis, vinculiſque. *Arabes* ſub نتر & فنتر hanc vim aſſervarunt, *Hebræis* reſtituendam.

Verſ. 2. Ad cœtum converſa oratio, omnes excitat, eodemque modo adficere, ac ſacri horroris complere, cupit. Non placet *Pagnini*, *Audite cum tremore vocem ejus*, quod Cl. *Cler.* ſecutus. Rectius reliqui fere, *fremitum, tremorem, terrorem vocis ejus.* רגז illuſtratur ex رجز, quod frequentatur in *primo* illo, & *lento*, *fremitu* Nubis *murmurantis*, atque *tonitrua graviora meditantis.* Hoc ſenſu forte additum הגה a Radice, quæ *Me-*

3 Sub univerſitate cœlorum rectus impetus ejus; & lumen ejus ſuper alis terræ.

4 Poſt illud rugit voce; intonat voce Majeſtatis ſuæ; & non facit tardare ea, quum auditur vox ejus.

5 In-

3 תחת כל־השמים ישרהו ואורו
על־כנפות הארץ׃

4 אחריו ישאג־קול ירעם בקול
גאונו ולא יעקבם כי־ישמע קולו׃

5 ירעם

Meditationem, inter alia, ſignat. Notat item *Murmurationem meditantis* aliquid; quod illuſtri ſchemate hunc locum ornaret. Nempe tempeſtas Oriens depingitur, adhuc *lenta*, & *cæca*, *murmura* in nubibus *volvens*; mox horrendo cum *fragore* & *lumine*, *fulmineo* ſcilicet, *deſævitura*. Cl. *Cocc.* הגה *halitum* proprie notare putat, *cum ſono ex ore protruſum*: *Pſ.* 90: 9. Intelligit ipſum *fulmen*. Etiam *Pagnin.* ad *fulgur* traxerat, nec auſim improbare, eſt enim *fulgur* ex ore Dei emiſſum, quaſi *flammeus halitus meditantis fulmina* & *ictus graviores*. Confirmatur *Pſ.* 18: 9. Acute item *Cocc.* *Audite, tanquam in re præſenti. An quod tonuerit inter hæc verba? Nam proximo Capite dicitur Deus reſpondiſſe ex Turbine.* Eadem mens Doct. *Reim.* Amplecti vix tutum: repudiare item intutum. Suum ergo ſibi quiſque habeat. Nobis auſa ex ſuperioribus ſufficere poſſit, & Figura Rhetorum, qua Auditorem velut *in rem præſentem* traducimus.

Verſ. 3. Unum modo difficile ישרהו. *Vulgat.* I. *Subter omnes cœlos ipſe conſiderat.* Id eſſet ישר הוא a שור; quo & R. *Salom.* ac *Luth.* recurrerunt. *Chald.* II. תריצותיה *Directio ejus*, *forma Segol:* a ישר. Plerique III. *dirigit illud*, nempe *tonitru*; ut *Merc.* aliique; *fulmen*, ut *Cocc.* qui addit יְיַשְּׁרֵהוּ eſſe pro יְיַשְּׁרוֹ, vel יְיַשְּׁרָהוּ, in *præt.* *Pih.* Alii IV. vitandæ *Anomaliæ* cauſa, eunt ad שרה *reſolvit*, *humectavit*, *expreſſit: liquorem* quaſi; ad *nubem* rediret, quæ *reſoluta humectet terras.* Commodius *Cocc.* iterum V. in *Lex.* ad שרה, *ſub totum cœlum ſolvit illud*, i. e. *diffundit:* nempe *fulmen*. Doct. *Reim.* ad *Tempeſtatem quaquaverſum diffuſam* ex eodem fonte refert. Cl. *Crom.* VI. ex شرا *micuit*, *coruſcavit* fulmen, dat, *ſub univerſo cœlo coruſcat illud.* Species trahit; Conſtructio retrahit. Cum illo شرا habent & VII. اشر *coruſcavit* fulmen, itemque وشر: unde ישר *ſubſt.* daret, *ſub toto Cœlo coruſcatio ejus.* Mihi tamen tutius, quin & vehementius, ישר *Rectitudo*, pro *recto impetu cui nihil reſiſtere queat:* quin imo, qui *momento Cœlum totum metiatur*, ac *pervadat.* Vivente Lingua non יֹשֶׁר tantum extitiſſe, ſed & יֵשֶׁר, ac יָשֶׁר, nullum dubium. *Adj. verbale* ſæpe & *nominibus* addi, notum. Meus plane *Chald.* nam תריצות *rectum* potius & *validum impetum* ſonat, quam *directionem.* Ita הגה *fulgur* mox *fulmen daturum* ſignare, probabilius. Huc acclinis *Nieuwent.* p. 646. 648. Nil pro certo fini rim. אור *lucem fulguream* & כנפות *Alas cœlorum* egregie hic locatas, quivis cernit.

Verſ. 4. Pergitur ſecundum ordinem Naturæ ad *graviora* jam *Tonitrua*; quum *colliſæ Nubes horrendum fragorem explodunt.* 1. אחריו poſt illud *Lumen fulmineum.* Atqui *Colliſio nubium* antecedit. Recte vero. Sed *ignis* citius *oculos*, quam *fragor aures*, attingit. 2. ישאג קול *Merc.* & *Cocc.* *Rugit vox*, ut *Vulg.* qui *Rugiet ſonitus* exhibuit. Alii *Rugiet voce*, quod ſequenti colo arctius ſeſe jungit. שאג *Rugiit*, *Mugiit*, in *tonitrubus vehemen-*

5. ירעם אל בקולו נפלאות עשה גדלות ולא נדע׃

5 Intonat Deus voce ſua admirabiliter: faciens magna, & non ſcimus.

6 כי

6 Quum

mentiſſimis crebrum. *Jer.* 25: 33. *Joel.* 4: 16. *Amoſ.* 1: 2. קול item *vox ſonora*, in *tonitrubus* peruſitata. Idem hoc magnificentius 3. elatum, *intonat cum voce Majeſtatis*, vel *Celſitudinis ſuæ*. רעם eſt رعم *intremuit*, *infremuitque* ſimul, *Naſo commoto*. Refer ad מקנה אף *Cap.* 36: 33. Alibi latius declarabitur. Nodum nectit 4. יעקבם. α. *Vulg.* *non inveſtigabitur*, *quum audita fuerit vox ejus.* Apparet, quid ſecutus ſit in Themate, unde *calx*, & *veſtigium*, ſub עקב ortum. β. *Merc.* *Neque retardat ea* &c. nempe, *pluviam*, *grandines*, & alia. *Piſc. fulgura.* R. *Levi*, *tonitrua.* Cl. *Cocc.* *Non moratur eas*, radices maris. Apponit, *Nihil eſt quo referri poſſit affixum in tota pericopa*, *præter illud. Cap.* 36: 30. Non brevis ſaltus. Notio illa *morandi*, *tardandi*, ex *Chald.* עכב exſculpta. Mallem, ea admiſſa, cum *Cocc.* a עקב ἐμποδίζειν. Cl. *Schmid.* γ. a *ſupplantando* offert, *Nec tamen ſubvertit ea* i. e. *Cœlum terramque corruere non ſinit*, *etiamſi tremefaciat totam mundi machinam.* Subtile. Simile dabit *Cler.* Alio acumine δ. Cl. *Guſſ.* ſub עקב *Res iſtas doloſe agere non facit*, *nam vox ipſius auditur.* q. d. *in his Regem ſe oſtendit*, *aperte & cum auctoritate*, *decreta ſua exequentem* &c. Vix eſt, ut gradum tueatur. Cl. *de Dieu* ε. ex *Æthiop.* *Et non cuſtodiet ea* quiſquam, i. e. *evitabit.* Melius, quod adjecit ex *Syr.* *Et non inveſtigabit ea* quiſquam. Hoc amplexus Doct. *Reim.* & habet, quo ſe muniat, ex fine *Vſ.* 5. Eſt tamen in hac ſede paulo *lentius*; nec medetur, quod *de Pined.* adfert. Valde argutum η. illud *Crinſoz.* *Jamque ictus dati quum auditur vox ejus.* *Les Coups ſont deja frapez.* Habet decus; impletque vim loci: an & verbi, haud liquet. *Tardatio* tamen, qua ſententia hæc nititur, non rejicula: nam & *Arabes* eam agnoſcunt ſub عقب, *pone venit*, unde عقّب & اعقب *diſtulit*. Cogitandum.

Verſ. 5. Connexio indicanda. *Cocc.* I. concipit *Epiphonema quo deſcriptio Tonitrui claudatur*, *hoc opere cum aliis ita comparato*, *Tonat Deus mirabiliter* &c. *Quum Deus tonat*, *nemo non ſtupet. Sed in reliquis operibus Ejus non minor potentia*, *& providentia. Ea tamen* non ſcimus: *non curamus: non animadvertimus. Qualia*, *quæ ſequuntur.* Anſam præbebat ſubtilior *Analyſis*; qua finitur *periodus* aſſignata *tempeſtatibus æſtivis*, a *Vſ.* 28. *Cap. præc.* huc uſque: unde *Vſ.* 6. ad *Hibernas* acceditur. Nempe non immerito diſplicebat *Merceri* illud nimis vagum II. *Inde rurſum ad generalem propoſitionem delabitur*; *Deum magna facere quæ* neſciamus, *quorum rationem ignoremus* &c. Doct. *Crinſoz.* III. pro *Hypotheſi* ſua, *Non ſcimus*, flectens ad eandem *Dei ignorationem*, quam *Cap.* 36: 26. aſſumſerat, ita proſequitur, *Deum inter hæc omnia tamen ignorari*, quantumvis *hominem per Nives terris immiſſas*, *perque ſpurcas tempeſtates*, *domi remanere cogens*, *meditandi occaſionem*, *& tempus*, *ei ſuppeditet.* Ad *Miracula*, & *ſtupendas* plane *virtutes*, *Fulminum* reſpexit *Calvin.* IV. *Conc.* CXLIV. Eas *Lucr.* L. 6. 225. & ſeq. perſtrinxit. Cl. *Coccejo* obſtat, quod illud ולא נדע etiam *Cap.* 36: 26. adhibitum: unde nil ſimplicius, quam ut ſub eadem formula, qua *Operum* Dei *inacceſſa* & *ſtupenda magnitudo* inculcata fuerat, tranſeatur ad *deſcriptionem tempeſtatum hybernarum*, *quas* Deus item e *Nubibus cieat*, & *in terras emittat*, ad *judicia* ſua in iis *exercenda*, & *Numinis* ſui *præſentiam* admirandis illis effectis ſanciendam.

Verſ. 6. *Novum* veluti *initium* hic reſumi agnoſcit *Merc.* ſed non oſtendit, qua anſa, vel tranſitione. *Schmid.* etiam nihil aliud adfert,

6 Quum pluviæ dicit, eſto in terra; & imber pluviæ *exiſtit*, & imber pluviarum vehementiæ ejus. 7 Ma-

6 כי לשלג יאמר הוא־ארץ וגשם מטר וגשם מטרות עזו׃ 7 ביד־

fert, quam *alia* porro *mirabilia* Dei *recenſeri*. Quis dubitet? ſed manet quæſtio cur a *Tonitrubus* ad *Nives* tam ſubito tranſſcendatur. Cl. *Cler.* ad *Vſ.* 7. ſcribere auſus, *non neceſſe eſſe, ut, in hoc ſtylo, ſingula commata cum ſuperioribus & inferioribus connexa ſint.* Ita, credo, ne ſua quidem voluiſſet Vir Doct. cenſeri; nedum ut labem iſtam tanto huic Monumento plus vice ſimplici adſpergere debuerit. Cl. *Cocc.* ſagaciſſime deprendit, a *Tempeſtate Æſtiva* deſcendi ad *Hybernam*, per aliquot continuos verſus. Nempe ut *Æſtas fulminibus*, & *tonitrubus gravida*; ita *Hyems nivibus*, *imbribus*, *frigore*, *gelu*, *fœta*. Ex hoc *orbe anniverſario* exiſtimat ab *Elihuo* adſtrui *Conſilium Dei de Mundo* & *ſeculo hoc non tam brevi finiendo*. Redi ad *Cap.* 36: 20. ſupra, unde omnia hæc pendere arbitratur. Nobis cum *demonſtratione generali providentiæ*, quam omnes tenent, ſpeciatim conjungendus videtur ille *conſpectus Judicialis*, quo Deus ab *Elihuo* introducitur *in Nubibus reſidens* quaſi, indeque *Judicia ſua diſpenſans* in Mortales; *ad* terrorem & *pœnas improborum*, *proborum* autem ſolatium, & *præmia*. Id *Cap.* 36: 31. diſertim inſinuatum; & mox *Vſ.* 13. intra denuo inculcabitur. Necdum tamen ſatis expeditum, cur a *Tonitru* & *fulmine*, id eſt *Æſtate*, tam ſubito tranſeatur ad *Nivem*, & *Brumale tempus anni*. Vide an hæc placere poſſit conjectura. Reges in Oriente duplici utuntur *prætorio*, & *Auguſtali*; altero *Æſtivo*; altero *Hyberno*. Ad eam rationem duplex *Tentorium* in *Nubibus* ante oculos noſtros *erigit*, & *occupat*, *Deus:* alterum in quo veluti *Æſtiva agat*, circumſtipatum iis *nubium globis*, qui *fulmina fovent* & *tonitrua*, cum *imbrium*, *pluviarumque*, *largiſſima copia*, in *pœnam*, in *præmium*, *defundenda:* alterum in quo *Hyberna traducat*, item circumcinctum illis nubium ſpiſſarum agminibus, unde *Nives*, *imbres brumales*, *venti*, *frigus*, & *gelu*, *vehentes*, omniſque *Hyemalis vehementia* terris incumbere queat. Acceſſionem lucis factam pro ſequentibus, confido. 1. כי ὡς μὲν reſpondet verſui 27. ubi eadem aggreſſio rei pluribus enarrandæ. 2. *Nivi dicit* יאמר *imperat*, *edicit*, ut *præſidens* rebus humanis, vicesque haſce temperans. 3. הוא ארץ præbet venerandum veſtigium antiquitatis, quo diſcimus, הוא, & הוה, æque extitiſſe, ac היה. Sed hæc ad aliud tempus ſeponenda. *Eſto in terra*, vel quod *Cocc.* maluit, *ſiſte te in terra*, habet pondus; idque ὕψος, quod in *Moſe* admirabatur *Longin.* יהי אור *ſit lux.* Sublimitatem indicavit quoque Doct. *Scheuchz.* quod per mihi gratum cecidit. *Miraculum Nivis* celebratur *Pſ.* 147: 16. *Dans Nivem ſicut Lanam: vellus candicans.* Materia omnem in partem uber. Additur 4. וגשם מטר *& Imbri pluviæ* edicit, *eſto* in *terra* videl. ita *Merc.* qui monet *Kimchio* גשם *vehementius* quid ſignare, quam מטר; contra *Rambani* מטר *copioſius*, גשם *lenius*; indeque h. l. גשם מטר eſſe *lenem pluviam.* Fallitur. גשם *Hyemi* proprium *Cant.* 2: 11. inferens *turbidum* & *vehementem impetum aquæ profuſæ.* Languide *Jun.* & *Trem.* *Aut imbri* ac *pluviæ*. Etiam recto caſu efferre queas: *Et imbricus impetus pluviæ*; ſupple *eſto*, vel *adeſt* tunc: tempore brumali. Inſtatur 5. *Et imber pluviarum roboris ejus.* Enervarunt iterum *Jun.* & *Trem.* Nimio acumine etiam diſtinxerunt alii, poſt R. *Levi*, a *præced.* quaſi *imbrem uniformem* prius; hocce autem *multiformem*, deſignaret. Variegare quærens *Chald.* prius trahit ad *pluviam* בקיטא *æſtivam*, ad fructus maturandos: poſterius ad *imbres* בסתוא *hyemales*. Deflectit ab ordine. Repetitio hæc in deſcriptione *imbrium Hybernorum*, vel maxime ad rem facit, atque *genuinum temporis Brumalis characterem* adfert, quippe quod *continuis imbribus*, iiſque *vehementioribus*, *fœtum*. Si ergo differentiam velis, non meliorem inveneris, quam *creſ-ces-*

7 ביד־כל־אדם יחתום לדעת כל־ אנשי מעשהו׃

7 Manum omnis hominis obſignat; ut ſentiant omnes Viri operis Ejus.

8 ותבא

8 Et

centem uſque & *uſque vehementiam.* Illuc 6. vocat adjecta vocula עזו *Roboris*, quin & *Rigoris ejus.* Apud *Arabes* عزر inter alia *rigidum*, *durum*, *inclemens* fuit *tempus anni.* Cl. *Cler.* reddens poſtrema hæc, *atque imbres ſunt ejus potentia*, captavit, quod in alio improbaſſet: מטרות in *regimine* ſtat: quod talem vertendi rationem ne quidem in mentem, nedum in conſiderationem, venire ſinit.

Verſ. 7. Illuſtris locus, quo *tempus Brumale* admirabiliter conſignatur. Hallucinationum mala licentia orta ad Verſionem non malam. Ea eſt *Vulgat.* I. *Qui in manu omnium hominum ſignat: ut noverint ſinguli opera ſua.* Argutiſſime 1. *Lyran.* & *Dionyſ.* ad *ſigna* & *ſidera cœleſtia* traxere, quæ hominibus *tempora* & *annos ſignent* &c. Huc *Sanct.* calculum adjecit. Alienius adhuc *Thom.* 2. *Signum rationis*, *menti*, *manuique*, *ſimul impreſſum* quaſi. Frigidius *Titelm.* 3. *Deum manui cujuſque inſcripſiſſe quodammodo*, *ad quid aptus natus ſit.* Latiore ſenſu 4. *Valleſ.* in *Sacr. Philoſ. vel manus ſuas intuentem hominem*, *agnoſcere poſſe ſe ad artes exercendas natum.* Venit 5. *Chiromantica vanitas*, atque hunc ſibi contextum favere jactat. De ea idem *Valleſ.* & *Delr. Diſq. Magic.* Saniore judicio 6. *de Pined.* hæc refutans, cogitat *de Manu hominis clauſa* & *obſignata* quaſi *ſigillo*, quum *Cœlum tempeſtuoſum*, *iratum*, *ſæviens*, *eum ab opere arcet*, & *manibus veluti complicatis reſidere cogit.* Ad poſterius Colon addubitat, *opera ſua*, ſintne *Dei*, an *hominis* ipſius: colligens tamen, *referendum ad* humanas operas, & agri labores, *unde homo Cœli inclementia avocetur.* Quomodo id inde extuderit, non invenio: niſi forte inhæſerit veſtigiis Doct. *Tigur.* II. dantium, *Intra domos cogit omnes homines*, *ut cuncti mortales ſciant opus ſuum.* i. e. *recenſeant quod in agris habent*, *ne intereat tempeſtatibus metuentes.* Incommodius adhuc *Vatabl.* III. *Vehementia*, & *pluviarum abundantia*, *cogit Deus homines domi remanere*, *quo minus poſſint inviſere operarios ſuos.* ביד infelicius expreſſum *in vehementia*, nempe pluviæ. Hoc *Figuram* plane delet. Melius hac in parte *Merc.* IV. *In manum omnis hominis obſignat.* i. e. *Domi claudit eos*, *cogitve latebras quærere*, *dum non poſſunt opus in agro ſuo facere per pluvias*, & *tonitrua:* ad ſciendum omnes homines operis ſui. *Subaudiendum* ne exire poſſit *ut operas ſuas in agro cognoſcat*, & *inviſat quid agant.* Non *ſimplex* ſane *ſenſus*, ut Vir Magnus putabat: nam multa admiſta, quæ ferri nequeunt. *Calvin.* V. *Obſignat manus cujuſlibet hominis*, *ut cognoſcat homines omnes*, *qui ſunt ejus opus.* Exponit *Conc.* CXLV. *Deum homines Domum aut in receptacula cogere*, *non ſecus quam ſi quis ſibi ſubditos congregaret*; Paterfamilias familiam; Princeps ſubditos; *dum cenſum agit*; *Dux item milites recenſens. Hoc extenditur etiam ad belluas Vſ. ſeq. quas ſimiliter in latibula compellit*, & *concluſas tenet*, *ſæviente tempeſtate.* Quid incommodi ſubſit, percipies ex hac deductione. *Ut melius intelligatur*; *quum homines poteſtatem habent eundi*, & *diſcurrendi*, *videntur quaſi immunes eſſe a jugo alieno. Si tempus ſudum ac ſerenum*, *hic rus proficiſcitur*, *ille per plateas curſitat* &c. *Sed quum tempus turbidum*, *tonat*, *turbo excitatur*, *tunc ſe abdere coguntur. Similiter beſtiæ*, *dum vagantur*, *non videntur Deo eſſe ſubditæ*, *ſed quum tempeſtas aliqua coorta*, *ipſæque in luſtris latitant*, *tunc cognoſci oportet frænum arcanum eſſe Deo ad beſtias cohibendas.* Hæc ſeverius examen ſuſtinere nequeunt. Non agitur de *ſubita* aliqua *tempeſtate*; nec Deus ea indiget ad *familias*, *copiaſque ſuas*, *percenſendas.* Medium quid inter hoc & *Merceri* illud, dedere *Jun.* & *Trem.* VI. *Manum cujuſque hominis obſignat*, *ut recognoſcat omnes operarios ſuos.* i. e. *immiſſis ejuſmodi tempeſtatibus efficit*, *ut homines domum refugiant ab opere ſuo*; *ubi Dominis licet per otium operas ſuas recognoſcere*, *quod manus ab opere*, *velut ſigillo impoſito*, *ſit præcluſa.* Amplexi Doct. *Piſc. Belg.* Senſus ſcrupulo premitur non uno. 1. Quod כל אדם *omnis homo* arcte ni-

nimis ſumatur de *Patreſamilias* qui *ſervos* habet, *operaſve*, *ruri*. 2. Quod *Manus obſignata* tenuius explicetur *præpedita ab opere propter tempus pluvium*, *etiam in æſtate*. 3. *Quod illa operarum*, & *operis ruſtici recognitio*, vel nulla fere; vel parum ad rem præſentem. *Grot.* VII. poſterius membrum, in priori conſentiens, ita inflexit: *ut noverint omnes homines opus* ruſticum *eſſe ipſius. In ipſius arbitrio ac poteſtate.* Manent, & creſcunt, difficultates. Statum conſtructum negligi haud par eſt. Cl. *Schmid.* VIII. miratur Interpretes *ſe torquere in re non obſcura adeo*; hunc *perſpicuum* putans *ſenſum*, *Manum omnis hominis obſignat*; *ut cognoſcant omnes homines operis ſui* i. e. *per pluviam*, *& nives vehementes*, *ſic ſe domi continere coguntur ut nihil operis in agris peragere queant: cognoſcantque omnes hominis operis ſui*, quos ille fecit, & creavit, *illum eſſe qui omnia iſta faciat*; *in cujus manu ſit nix*, *pluvia*, *labor agri*, *tempeſtates* &c. Iterum accreſcunt ſcrupuli. 1. כל אנשי מעשהו *omnes viri operis ſui*, pro, *quos creavit*, non putem ſatis *Hebræum*. 2. Si eſſet, hic ſaltem langueret. 3. poſt לדעת *ad cognoſcendum*, ſupplere, *illum eſſe*, *qui Nivi*, *pluviiſque*, *imperet*; item longius adductum, & languidius. Denique 4. quum כל אנשי & כל אדם *univerſim*, ſine exceptione, *omnes homines* ſonare tetendiſſet, non ſolos *Agricolas*, ad *opus* tamen *agreſte* relabitur, quod non niſi ex מעשה aſſumſerant Interpretes. Ait quidem Vir Doct. *Omnem hominem conſiderari* h. l. *certo reſpectu* h. e. *ad opus foris*, *ſeu in agris*, *peragendum*, *& extra domum.* Sed ſcire velim, ſi מעשהו ſit, *quos ille fecit*, quo jure tandem id extra textum aſſumatur? certe ex *manu occluſa*, & *prorſus obſignata*, exſculpi nequit, niſi aliud acceſſerit. Neutiquam etiam ſtare poteſt 5. quod ad *Nivem*, & *Hyemem* hæc reſtringi vetet, ad *pluvias tempeſtates quovis anni tempore* locum extendens. Cl. *Reim.* IX. merito diſceſſionem faciens, ingenue, *Neſcio*, inquit, *an felicius tetigerim*, *dans*, Laborem ruſticum cujuſque hominis obſignat, ut agnoſcant omnes operarii ejus. 1. יד *Manus*, *pro labore*, *ut Job.* 20: 10. 22. 2. חתם *obſignare manum*, *pro confirmare* ut *Cap.* 33: 16. *Obſignat caſtigationem.* 3. אנשי מעשה *operarii*, *Homines conſtituti a Deo ad Terram colendam Gen.* 2: 15. & 3: 17. 23. *Senſus hicce. Deum tempore hiberno*, *Nivibus & imbribus ad agros lætificandos invectis*, *Agricolationem homini mandatam confirmare*, *& promovere.* Eſt conatus excellenti ingenio dignus. *Codurc.* X. Interpretum *ſupinitate locum illuſtrem hactenus delituiſſe* dictitans, *eum* ſic *in lucem venire* jubet, *Deus unumquodque Meteororum ſignavit in manu ſua*, *antequam illud emittat foras*, *ut incumbat inſtar Mercenarii*, *vel Operarii*, *mandato operi. Omnes illi Viri Dei*, *parati ſunt & accincti*, *ut diluceſcente die aggrediantur opus ſuum. Hoc verbis illis ſignificatur.* Nec hodie credam, nec cras. Scio *Cœlum* & *Terram* figurate dici poſſe עבדים *ſervos Dei*, ut eſt in *Pſ.* 119. ſed *Meteoris*, *Nivibus*, *Nimbis*, addi titulum כל אדם *omnis Hominis*, & כל אנשי מעשהו *Mercenariorum Dei*, ſecure nimis, & ſupine ſane, adfirmatur. Supinius advocatur huc mos ille *Servorum* & *militum*, *in manu ſignandorum*, notumque illud *fugitivorum Epigramma:* quaſi *Meteora ſervis aſſimilata*, ut *ſtigmatibus compuncta*, *& inuſta*, *a Patreſamilias Deo*, introducerentur. Cl. *Cler.* XI. hinc elicuit ſententiam, quæ in ſe ſpectata quantivis pretii, at hic locata, nullum facere poteſt momentum. *In manu omnes homines obſignat*, *ut eos omnes opus ejus* eſſe *agnoſcant.* Cenſet reſpici *ad conſuetudinem artificum*, qui *operibus* ſuis *ſigna* quædam *addebant*, *e quibus colligere liceret*, *cujus Artificis eſſent.* Subdit, *ſed cur* in manu, *potius quam* in fronte, *aut* in alia parte *corporis*? *iterum ad alium morem reſpicit*, *quo Deo cupiam conſecrati*, in vola *ſignis quibuſdam*, *quæ* σφραγῖδες *&* σφραγιῖδες *dicebantur*, *inuſti erant. Jam vero Homines* ſigna *gerunt* ſuæ originis, in corpore & in anima; *quorum neutrum æternum*, *Opifice indiguit qui ſummu virtute præditus eſſet.* Illuſtris veritas. Vide tamen an eam amplecti audeas hac conditione. *Non neceſſe eſt in hoc ſtylo ſingula commata eſſe connexa: ideoque verbis vim potius inferendam cenſere*, *quam ut ſententiam interpellari*, *& abrumpi*, *concedamus. Verba primum expendenda: quæ ſi ſine vi poſſint ſententiam cum antecedentibus & conſequentibus connexam habere*, *ita ſunt exponenda: ſin minus*; *ſeorſum iis ſuus ſenſus tribuen-*

buendus. Nihil pugnantius Artis Criticæ fundamentis, principiiſque: nec hoc pacto *Pindarum*, *Æſchylum*, *Sophoclem*, enarrari ſibi voluiſſet Vir Doct. Nos primum *perpendimus*, *quid materiæ tractetur*. Dein *verba expendimus*. Hæc ſi *aptare non valeamus* tum *ſeriei*, tum *ſcopo*, ignorare fatemur, quod ignoramus; & rem *diei*, meliorique luci, committimus: nec *vim verbis inferri*, nec *ſane ſenſum interpellari*, *abrumpique*, æquum cenſentes. *Bolduc*, XII. ביד *in manu* exponens *in momento*, *ſubito*, exhibet, *Subito omnem hominem includit* pluviis effuſis, *ut in domos ſe recipere coacti*, *quotquot in agris erant*, *agnoſcant Dei opus*; & *Viri Sapientes habeant unde philoſophentur*. Ad *Enoſchæos* deinde ſuos relapſus, adjicit; *ut mente percipiant Enoſchæi opus ejus*. Ait *Jobum* vellicari, qui *Enoſchæorum doctrinam & diſciplinam non ſervaverit*, *in operibus Dei pie meditandis*. Hoc vocat ipſe, *ad ſolidiora converti*, *ne pagina bullatis nugis turgeſcat*. Tolerabile fuiſſet prius, niſi אנשי מעשהו in *ſtatu conſtructo* renueret: ביד *ſubito*, *ſtatim*, etiam minus firmum. *Crinſoz*. XIII. ביד *in loco*, capiens pro *in domo ſua*, & *Regimen* quoque poſterius coli haud ſervans, habet, *Omnes homines incluſos tenet in ædibus*, *ut attendant ad opus Ejus*. Inſtantiam *Elihui*, inde factam ex mente Viri ingenioſiſſ. reperies ad *Vſ.* 5. Vicinum, ſed inverſum, hocce *Gregorii* XIV. *Dum imbres fortitudinis deſcendunt in terram*, *in manu uniuſcujuſque ſignatur*, *ut ſua opera ſciat*: *quia dum virtus incomprehenſibilis Majeſtatis agnoſcitur*, *ab unoquoque ſua vita ſubtilius penſatur*. Et hoc abnuit forma *Regiminis* in אנשי. Alia quoque hinc avocant, quæ non exequor. Pulcro & jucundo acumine *Cocc.* XV. *Manum obſignat* &c. *Ad noſcendum omnes operarios ſuos*. i. e. *obſignat opus*, & *indicit* ἐκεχειρίαν, *ut operarios ſuos hiberna requie reficiat ad novos labores*. *Sic* דעת *Noſſe Job.* 9: 21. *Prov.* 12: 10. & 27: 3. Venio XVI. ad *interpretationem* noſtram, cujus prima pars ſimplex ſigillum veritatis habere mihi videtur; poſterior non eandem vim, lucemque, perſuaſionis; quantumvis ſit ſpecioſum: *Manum omnis hominis obſignat*, ſigillo *urente omnes viros operis Ejus*. Obſervo 1. voces חתם ביד *ſignum imprimere in manum*, eamque *obſignare*, haud dubie colligandas. Ea phraſi nunc deſignari 2. ipſius *Dei ſigillum* quaſi *Manui* hominis *admotum*, quod *ei* vel *invito* ſit gerendum. Non poſſe intelligi 3. *quietem ab opere*; nec *brevem* ejus *intermiſſionem*, ob *pluviam* ſi forte, aut *imbrem*, omni tempore anni. Sed omnino exprimi 4. quod ad *Cap.* 24: 16. jam propoſui, *Manum* frigore *præcludit*, & *torpidam*, *operique inhabilem*, *reddit*, *ita ut ſeſe exerere*, & *aëri committere*, *non ſuſtineat*. Suum חתם ختم σφραγίζειν hac ſplendida figura auxiſſe *Arabes*, monui *ibid.* Exemplo ſit *Avicen.* p. 118. jungens التخدير والختم *ſtuporem membrorum*, & *obſignationem*. Simul innui putem *Cœli rigorem*, quod ut *Hyeme* ipſum *clauſum*, ita omnia *claudit*, *obſerat*, *obſignat* quaſi. Notum illud Poëtæ

Cœlumque æſtiva luce recluſit:

Unum modo, ex talium ſegete, quam Principes Literatores, inprimiſque Summus noſter *Burm.* indicarunt, ad *Val. Fl.* & *Ovid.* apponam ex *Faſt.* 4: 87.

> *Nunc quia ver aperit tunc omnia, denſaque cedit*
> *Frigoris aſperitas, fœtaque terra patet;*
> *Aprilem memorant ab aperto tempore dictum.*

Sentis hinc 5. כל אדם revera eſſe *omnem hominem*, ſine ulla, vel minima, exceptione. 6. כל אנשי מעשהו item nunc palam *ad omnes* in univerſum *homines* redit, qui venuſtiſſime appellantur, *Viri operis ejus*, i. e. *Operarii*, *quibus labore manus*, & *ſudore vultus*, *quærenda vita*, & *victus*. אנשי מעשה *Viri operis*, ut אנשי מלחמה *Viri belli* paſſim, אנשי אניות *Viri navium* 1 *Reg.* 9: 27. אנשי רשע *Viri improbitatis Job.* 34: 8. אנשי דמים *Viri ſanguinum Pſ.* 26: 9. &c. &c. Ab hac norma deflecti haud par. Reſtat 7. nodus ad לדעת. *Cocceji* illud, *ad noſcendum*,

8 Et intrat fera in inſidias: atque in luſtris ſuis habitat.

9 A penetrali venit procella; & a ſparſoribus frigus.

10 Ab

8 ותבא חיה במו־ארב ובמעונותיה תשכן:

9 מן־החדר תבוא סופה וממזרים קרה:

9 מן־

dum, *ad rationem eorum habendam*, *eoſque reſtaurandum*, *ut novis laboribus ſufficiant*, ſeſe ſic ſatis accommodari pateretur ad noſtrum huncce rigidiorem calculum. Mallem tamen, *ut ſentiant*, *vivo ſenſu experiantur*, atque *agnoſcant*, hoc ipſum ſigillum manui appreſſum, omnes *Operarii Ejus*. ירע *noſcere*, pro *ſentire*, *experiri*, etiam *cum dolore*, crebrum. En audacius quid, quod intra Conjecturæ fines ſtans, libertatem exeundi vix impetravit. Radicem aſſumo לרע, quæ *Arabibus* لدغ *pungere*, *mordere*, *icere*, de *Scorpione*, *Serpente*, aliis, *punctu*, *morſu*, *ictu*, *urentibus*. Inde *partic.* לֹדֵעַ in *fœmin.* לֹדַעַת لدغة *ictus pungens*, *mordens*, *urens*. Subauditur מַכָּה *plaga*; *ictus*: ut *Pſ.* 38: 8. *Ilia mea plena Toſto*, i. e. *tormento penitus inuſto in viſcera*. Genus in *Arabia* protritum abſolute in *participiis*: quod liberum, latumque, requirit campum. Hinc *Arabum* ſaltem ſtructura patitur, ختم به لدغة חתם בו לרעת *ſignavit in eo urentem*, pro *Eum ſignavit plaga urente*. Hoc *frigori manum urenti* ſimul, ſimul *obſignanti*, peraccommodatum. Nihil tamen confirmare auſim circa poſterius hocce colon; quod a ירע, ejuſque דעת lubentius explicarem, ſi ſatis plenus inde ſenſus expediri queat. E. G. ad rationes *Cocc.* ex *Prov.* 12: 10. יורע *Novit Juſtus animam pecudis ſuæ*. Inde exiret, *Deum frigore omnia claudere*, etiam *Manum hominis*, impoſito ſigillo; *ut noſcat omnes operarios ſuos*, *indicto*, vel *invitis*, *longo laborum interſtitio*; *ne maria*, & *terras exercendo*, tempore *brumali*, in perpetuum veniant periculum vitæ, ac valetudinis; ſeſe *injuriis aëris*, *ventorum*, *elementorumque*, per avara nimis *vota objiciendo*. Hoc eſt illud, quod ſupra intendebam; quum ירע *curam gerere*, noſtræ ſententiæ adaptari ex facili poſſe dicerem. Adjectum & aliud, in quo ירע *Noſſe* ad ipſos *Operarios* redit; qui dicantur in *manu præcluſa* per *frigus*, *ſigillum* ipſius Dei, *Manu prœpotente* ipſis *impreſſum*, ſentire. Nec hoc, nec illud, omni ex parte implet, quod hic deſiderari videtur. Dies, & ſagax cura, complebunt.

Verſ. 8. Alia inſignis nota *temporis Hyberni*, inclementer *ſævientis*, quod *feræ* etiam *ſe abdere*, & *latibula* ſua *fovere*, cogantur. Nimis late plerique interpretes; ut ſentias ex iis quæ ad *Vſ. præc.* diſcuſſa. Atqui verba בוא *intrare*, & שכן *habitare*, manifeſte ducunt ad *longam manſionem*; non *horis*, non *diebus*, ſed *menſibus*, prorogatam ob *vim frigoris*. Cl. *Cler.* nihil aliud hic dici putat, quam, *Deum*, *quando ei lubet*, *feras inter luſtra ſua coërcere ne graſſentur*. Addit, *Viros Doctos id fieri velle ob pluviam*, *propter nexum*: *ſed nihil opus eſſe ubique nexu*. Eadem chorda. Nobis nihil opus explicationibus a nexu ſolutis, quæ ſcopas darent diſſolutas. ארב *Inſidiæ*, hic poſitæ pro *Locis ad inſidiandum aptis*, i. e. *denſis luſtris*, *latibulis*, *ignotiſque cubilibus*. Succinit מעונות, quo deſignantur *abdita luſtra*, & *cubilia*, *in quæ prædas convectant ſuis catulis*. Dicamus *Lares penitiſſimos* ferarum, *Nah.* 2: 12. *Jer.* 21: 31. *Pſ.* 104: 22. Adi *Cap.* 38: 40. infra.

Verſ. 9. Inſignis Character *Brumalis Cœli*, etiam in hiſce. החדר *Penetrale* a multis I. refertur ad *Auſtrum* ex *coll. Cap.* 9: 9. cui opponunt מזרים *Septentriones*, quacunque tandem de cauſa ſic dictos; quaſi deſcriberetur *horrenda tempeſtas*, & nominatim *pugna* illa ventorum oppoſitorum, quam *Ennius Ann.* 17. cecinit.

Con-

Concurrunt veluti venti, cum Spiritus Auſtri
Imbricitor, Aquiloque ſuo cum flamine contra,
Endo mari magno fluctus extollere certant.

In hac expoſitione copioſus *de Pined.* Alii latiore conſpectu II. *Deus ex Auſtri penetralibus procellas*, itemque *a Septentrionibus frigus ſolet inducere.* Ita fere *Merc. Schmid.* &c. At *Vatabl.* III. *De intima* nube *prodit turbo*; *& a ventis Aquilonaribus* provenit *frigus.* Eodem tendit verſio *Jun.* & *Trem.* *E ſuo penetrali prodit turbo*; *& a diſpergentibus frigus*, In notis *penetrale*, exponitur per *ſpecum nubis depreſſæ*: & *diſpergentes*, per *ventos Aquilonares, qui nubes diſſipant.* Dederant & Doct. *Tigur.* *E penetralibus* Nubis *venit turbo*; *& nubium diſperſionem ſequitur frigus.* Cum hiſce conſonat *Calvin. Conc.* CXLV. generalem hunc ſenſum ponens, *Deum tempeſtatem ex Nubibus collectis excitare*; & *præterea eſſe ventum diſſipatorem*, Boream, *qui frigus adferat.* Requiritur ſpecialius; quod vidit *Cocc.* IV. ad *Hybernam tempeſtatem* totam hanc pericopen reducens. De חדר ambigit, ſitne *A penetrali*, pro *alicunde*, *e loco unde nemo novit*; an *a plaga auſtrali.* מזרים eidem *venti diſpergentes*, ſive *Boreales: niſi velis*, inquit, מזרים *a* זור, *ἀπ' ἀλλοδαπῶν*, *a locis peregrinis.* Poſterius vix placeat; prius pertinet ad ſententiam V. qua החדר *penetrale*, creditur ſignare *interius cubile ventorum*, titulo אוצרות *Theſaurorum* alibi inſignitum. Horum & ſedes & clavis inacceſſa. Sic indicaretur, *tempore Hyemali* regnare *Turbines clauſtris ſuis*, & *penetralibus*, emiſſos, ad aërem ſuo velut jure perſultandum, & continuis, ſpurciſque, imbribus, triſtandum: niſi quod *Sparſores* venti, *pulſis*, *fugatiſque*, *nubibus*, *acre* viciſſim *frigus* inducentes, *ſerenum* quidem, ſed ſimul *inclemens*, *rigidumque*, efficiant *cœlum.* Rei ipſi, & Linguæ, convenientius adhuc judicarem VI. החדר accipi pro *Auſtro* partim, partim pro *cœlo madido*, & *nubibus*, *imbribuſque*, inde venientibus, *clauſo.* Nempe חדר خدر eſt *latuit poſt velum:* חָדַר ſive خدر *velum*, *aulæum*, *conclave interius*, *penetrale velo diſcluſum.* Ad *Cap.* 9: 9. ſubmonui: ubi *penetralia Auſtri* quaſi *velo obtecta*, & *ſubducta* oculis, dabam. Addendum jam *velum nubium*, & *imbrium*; quod uſus *Arabum* ſub خدر miniſtrat. *Gjauhar.* الخدر المطر وقد اخدر القوم اذا اظلهم المطر واليوم الخدر الندي *Velum*, *vel velatio*, *notat & מטר pluviam*, *unde in* 4. *conj.* אחדר *velum ſubiit*, *eſt Cœlum habuit pluvioſum*, *&* יום חדר *dies velo clauſus*, *madidus*, *pluvioſus.* Plenius in *Camus* اخدروا دخلوا في يوم مطر وغيم وريح *Velum ſubiiſſe dicuntur*, *qui incidunt in diem imbre*, *nube*, *vento*, *ſpurcum.* Hac anſa pulcherrime *Elihu*, *ab Auſtro imbricitore*, quo *Cœlum nubibus*, *imbribuſque obvelatur* quaſi, *venit procella radens.* Ita *Eſaj.* 21: 1. סופות בנגב *procellæ in Auſtro:* & *Zach.* 9: 14. *Incedetque procellis Auſtri.* Sentis *annum hybernantem fœdis imbribus*, *ventiſque.* His contrarii, nec tamen minus ſævi, *Hyememque facere*, & *ſignare*, apti, *venti ſparſores*, *ventilatores*, qui *nubibus diſſipatis*, *Cœlum ſerenant*, *nitidant*, *ſpeculo clarius* reddunt, ſed & tam *frigidum*, ut omnia *gelu adſtricta*, *rigeſcant.* Apparet hos *ventilatores* non alios eſſe, quam *Septentrionum filios*, ut *Varroniana* phraſi, utar, *Αἰθρηγενέτας*, *Homero*; i. e. *ſerenitatem*, *frigus*, *& gelu inducentes*, expoſitore *Euſtathio.* Hinc reliqua ſponte cadunt; a מזר, a זרם, a זור, tentata: quibus immorari haud neceſſe. Apud *Merc. de Pined. Bolduc.* potiſſimum, hæc, & alia, leger, qui volet. Lectio החרד *trepidatio*, pro החדר, in priori colo, videtur profecta a manu, quæ cum *frigore trepidationem* ſibi conjungendam cenſebat. Hoc quam nihil ſit, & *Oeconomiæ* pulcherrimæ hujus loci adverſum, nemo non intelligit.

Verſ. 10. Inſiſtitur in deſcriptionem *ſævi* *Fri-*

10 Ab halitu Dei, dat gelu; & latitudo aquarum in conſtricto.
11 Etiam ad raſilem nitorem diſpellit nubem denſam: nubilationem diſſipat lumen ejus.
12 Et

10 מנשמת־אל יתן־קרח ורחב מים במוצק׃
11 אף־ברי יטריח עב יפיץ ענן אורו׃
12 הוא

Frigoris; eaque grandi figura inſignitur. Nonnihil ad utrumque Colon diſſidii. In primo non tam *Res* impedit, quam conſtructio; *A Spiritu Dei dat gelu.* Ubi Nominativus? Scite *Vulgat.* I. *Flante Deo concreſcit gelu.* Sic יתן *imperſonaliter* poſitum eſſet; vel &, *gelu dat*, pro *tenet*, *obtinet*, *concreſcit.* Ad *nubem* retulere Doct. *Tigur.* II. non adeo commode. A plurimis III. *Deus* reſumitur, *A ſpiritu Dei* Deus *dat glaciem.* Ita *Merc. Jun. Piſc.* &c. recte *ventum*, *flatumve*, ſimpliciter intelligentes; rejecta ſubtilitate R. *Levi*, aliorumque Magiſtrorum, qui *Animam Dei* hic *voluntatem Ejus* interpretati. *Chald.* ſuo more *verbum Dei* dedit. Cl. *Schmid.* IV. adſciſcit *agentem* מזרים *ſeptentrionem*, ut ſit, *A Spiritu Dei* idem Septentrio *dat gelu:* nil obſtare putans *pluralem formam*, quod *pluralia* quæ *unam rem* denotant, ſic ſe ſtrui patiantur. Non tutum: ut nec illud, quod *Spiritum S.* hic induci velit, ut *Cauſam primam*, unde *Septentrio*, ut *cauſa ſecunda*, *det gelu.* Myſterium Fidei hoc fulcro lubentius carebit. Omnino audiendus *Cocc.* V. *auram frigidam* intelligere jubens: nam نسم & نسمة נשמה & נשם eſt *aura ſubtilis*, præſertim *frigida*, & *penetrans:* qualis ferme ſpirat, ubi vehementiſſimum regnat gelu. Paulo liberius *Jun.* & *Trem.* VI. *ab halitu ſuo Deus fortis edit glaciem*, neglecto *regimine.* Conſtructio, *Ab halitu Dei dat*, ubi jam *Deus* ante inductus, nil habet hiulci: eſtque ut 1 *Reg.* 9: 1. *Quum complevisſet Salomo*, *omne deſiderium Salomonis.* Valde tamen uſum *imperſonalem* amplecterer; ſi exemplis res firmari poſſet. Quæratur.

Ibid. In altero colo majus divortium. *Vulg.* I. *Et rurſum latiſſime funduntur aquæ.* Ex יצק *fudit*, expreſſum eo ſenſu, quem ſiſtit *Pſ.* 147: 17. 18. ut *congelationi* mox *regelatio* ſubnectatur. Phraſis abnuit; nam רחב מים *Latitudinem aquarum* exponi de *campis ſpatioſiſſimis*, *in quos defluunt nives liquatæ in ingentes rivos*, quod *de Pined.* habet, tractum. Coactum item *Vavaſſoris*, *dilatatio aquarum in fuſione:* nec non *Bolducii*, *Latitudo aquarum in effuſione.* Necdum de *Calore* redeunte cogitandum; quem parum fovet, & juvat, *Auſter* ex *Vſ. præc.* inductus. Non ſcitiſſime *Vatabl.* II. ex R. *Levi*, *ponit Latitudinem aquarum in anguſto.* Repetit יתן, q. d. *facit ut aqua lata adſtringatur in pruinam.* Ut hoc coloraretur, קרח *gelu*, *glacies*, in *grandinem*, & *latitudo aquæ*, in *rorem late diffuſum*, detorta. *Tigur.* III. *Et latum ſpatium aquarum pro fundamento:* vel *ſolo.* Ex *Ab. Eſra* aſſumtum, cui מוצק *centrum*, *terra.* Voluntne *aquas in terræ ſimilitudinem conſolidatas*? Eodem tendit IV. quod *Merc.* dat, *& Latitudo aquarum* eſt *in arcto.* Similiter *Cocc.* niſi quod יתן repetens, maluerit. *Et latitudinem aquæ in anguſtum.* Non aliter *Schmid.* *Et latitudinem aquæ* dat *in conſtrictum.* Sic Radix צוק. Uterque monuit V. a יצק etiam dari poſſe, *in firmum*, *fuſumque inſtar metalli.* Pulcherrima imago ad *glaciem duram*, & *nitidam*, *inſtar. ſpeculi ex ære fuſi*, ut ſubmonuit *Schmid.* Confer quæ de vocabulo מוצק prolata ad *Cap.* 11: 15. & mox infra *Vſ.* 18. Blanditur: vix tamen dimittere auſim *Oxymorum* venuſtum, quod oritur ex oppoſitione inter רחב *latitudinem*, & מוצק *arctatum*; unde ſupra *Cap.* 36: 16. habuimus רחב לא מוצק *Latititudo*, *cui nihil arctati.* Sic *Latitudo aquarum* eſt *in arctato*

ſtato, valet, campi illi liquidi, &, æquora late fuſa, velut compedibus vinciuntur, & conſtricta attinentur, quo minus Naturam ſuam ſequi, id eſt fluere, queant. Non erat cur Cl. Cler. annotaret, hæc dicta ex vulgi opinione, quæ glaciem aqua denſiorem ſtatuit; nam hoc nec Lingua, nec Figura, adfert. Eas extra hos fines trahere, & fidiculis ſubjicere, haud par.

Verſ. 11. In diverſa diſtrahemur. *Vulg.* I. mire: *Frumentum deſiderat nubes; & nubes ſpargunt lumen ſuum.* Significatio a cognato בר adſcita. *Sanct.* ex æquo aptum cenſet *Nubes deſiderat, frumentum reddi* ad rigationes ſuas: vel, *Frumentum a Nubibus rigari petit.* Videſis *Lyran.* & *de Pined.* huic ſenſui inſiſtentes. *Vavaſſ.* II. *Frumentum* firmari cenſens ex *Symm.* ἀλλὰ καὶ καρπὸς ἐπιθυμεῖ νεφέλη, ingenue addit, *deſiderat*, vix convenire, & *ſatius eſſe, ut dicatur*, Nubes frugibus incumbere, *vel dum proſunt imbres, vel dum obſunt.* At ברי eſſe בר *Frumentum*, tam parum *Symmacho* credendum; quam LXX. eſſe ἐκλεκτὸν *Electum*, in duplici lectione, καὶ ἐκλεκτὸν καταπλάσσει νεφέλη, vel & καταπλάσει, unde nihil ſani elicere eſt. Doct. *Tigur.* III. *Nubi quoque negotium rigandi dat; at diſſipat nubem ſuæ pluviæ.* 1. ברי *in rigatione*, a רוה. 2. יטריח *onerat*, committit ei negotium. 3. אור *pluvia*, cum *Rabbinis* quibuſdam. *Pagnin.* IV. *Etiam propter irrigationem terræ defatigat nubem; diſpergit nubem luminis ſui.* 1. יטריח *defatigat* i. e. *aggravat nubem multitudine pluviæ.* Contrarium 2. *nubem luminis, unde fulgur emicat ex facili, diſſipare, ut claritas redeat.* Argutius *Merc.* V. *Etiam in irrigatione, nubem* eam *fatigat* Deus, *& exercet. Hoc Kimch. intelligit, quaſi Deus a nube magnam vim aquarum exigat* &c. *Sed quum hoc ſit de natura nubis, in hoc non exiſtimo* fatigationem ejus *quærendam; ſed in eo, cum fit, quod ei contrarium.* i. e. *cum luce ſolari diſpellitur.* Negotium nubi exhiberi *videtur, & moleſtia, quum inter irrigandum a ſole diſpellitur. Hunc eſſe ſenſum declarat poſterius*, diſpergit nubem lucis ſuæ, *i. e. nubem ex cujus diſcuſſione lucem reſtituit.* Non *Merceri* erat *Nubem lucis* torquere in *Nubem qua diſpulſa lux & ſerenitas inducitur.* Adfine VI. quod *Crinſoz.* dedit, *Quum fatigavit nubem largis rigationibus, diſſipat nubem lumine ſuo.* אורו pro באורו in hac ſerie incommodius. Ad ſolum *officium rigandi* VII. traxere *Jun.* & *Trem. Etiam* pro *irrigatione fatigat*, impellit inſtar jumenti, *nubem denſam; & diſpergit nubem lucis ſuæ* i. e. *e cujus medio ignea rima micat, percurrens lumine nimbos.* Sic *diſpergere* valebit, *circumagere quaquaverſum.* Magno acumine *Cocc.* VIII. *Veris & Æſtatis annua reverticula* hinc elicuit, vertens, *Etiam madore fatigat nubem; diſpergit nubem lucis ſuæ.* q. d. *Hyeme exacta ruit imbriferum ver; rurſuſque tempeſtates æſtivæ ſuccedunt.* Nubem lucis *intellige, quæ lucem abſcondit, vel & fœtam fulguris ſeminibus.* Ad *Iridis miraculum* IX. *Codurc.* ſatis ingenioſe; nimis tamen confidenter, ex טרח *onus, grave pondus*; apud *Eſaj.* urguet, per *Metaphoram a ſucco, prelis & ponderibus expreſſo*, hunc adſpectum: *etiam in* ipſa *irroratione* Deus *nubem premit; atque ea* ſic preſſa *ſpargit lucem ejus* i. e. *reflectit radios ſolares, formatque Arcum.* Subtilius, quam ſolidius. Obſtant complura; ſive *Linguam* ſpectes, ſive *ſeriem.* Duo Phænomena ſiſtit *Grot.* X. prius Colon convertens, *Etiam ſerenitas premit nubem*, nempe ut rorem emittat, qui ſerenis noctibus manat: *& nubes ſpargunt lumen ſuum* i. e. *faciunt Iridem lumine vario.* Secutus *Patric.* Ad ברי pro *ſerenitate, tempore ſudo*, vexillum ſuſtulit *Chald.* XI. *verumtamen* בברירותא *in claritate defatigat nubem; diſpergit nubem pluviæ ſuæ.* Stant hinc *Rabbini* fere: quibuſcum faciunt XII. Doct. *Belg.* qui *per ſerenitatem fatigare nubem*, declarant, *radiis ſolis eam rarefacere.* Altero colo *Nubem lucis* exponunt, vel, *fulgure fœtam*, vel, *qua diſcuſſa lux redeat.* Cl. *Schmid.* XIII. *Etiam in ſerenitatem fatigat nubem lucis ſuæ: materia fulgurum gravem.* &c. Refert item ad *diſſerenationem.* Cl. *Cler.* XIV. *Etiam ſerenitas amovet nubem: & nubes viciſſim diſſipat lucem ejus.* Adponit, *ex re ipſa ſic vertendum liquet.* Non liquet ſane: τὸ ברי a בר & *Clarus*, cujus Thema ברר, vix annuat *Analogia*; niſi Radicem ברה eadem poteſtate mactaris. Cl. *Hott.* XV. in *Smegm.* eodem modo prius Colon expreſſerat, יטריח ex *Arab.*

طرح *projecit*, *abjecit*, *diſpulit*, illuſtrandum cenſens. Doct. *Cromaj.* maluit, *ſerenitate propellit nubem*, advocans & ضرح *repulit*, *amovit*. A *Luth.* XVI. expreſſum erat, *Denſa nubes ſeparat ſe in ſerenitatem: perrumpit nebulam lux ejus.* Eſt ſatis elegans. Tangendum XVII. quod in *Contempl. Mund.* propoſitum, p. 515. ubi *ſerenitas denſam nubem fatigans*, applicatur *fulminibus*: & *diſpergere nubem lucis ſuæ*, ſonare poſſe creditur, *multitudinem*, & *copiam lucis collectæ*, *divergere*, & *diffundere quaquaverſum per aërem*. ענן אור *Multitudinem lucis* exponi poſſe, non vincit ענן קטרת *Nubes ſuffitus*, *Nubes teſtium* &c. ſunt enim plane diverſa. Species fraudi fuit. In univerſum apparet, nimis abſtracte hæc a pleriſque tractata, ſine magna connexionis cura. Cl. *Reim.* XVIII. cum *præc. Vſ.* ita arctius colligavit, *Etiam purgatione frigidorum ventorum fatigat*, & *diſpellit*, *denſas nubes*; *diſſipat nubem lucis ſuæ*, i. e. *nubem ſuam lucentem*, ſive *fulgurantem*. Exiſtimat ברה etiam valuiſſe, *purgavit*; indeque בורית *ſmegma* ductum: atque hic poſitum ut ברר Jer. 4: 11. רוח להבר *ventus ad purgandum*. Magnopere ridet; & palmam ferre videtur. *Purgationis* illa poteſtas ſub *Themate* ברה, quod in *Dictionariis* duplicem offert vim, *Comedendi*, & *Eligendi*, ex *Origine* ſeſe ulterius commendare poſſet. Iſtæ notiones *ſecundariæ*. Quid *primarium*, haud dum liquet. *Avenar.* ex ברר *purgavit*, auſus, *deligere cibos lautiores*, *ex farre electos*, & *paratos*: item, *deligere puriores ex hominibus*. Sex exempla, quæ ſuperſunt, non multum lucis præferre poſſunt. *Purgandi* tamen poteſtatem confirmat uſus late fuſus *Arabum* ſub بري, quod eſt *nitidare*, *polire*, *concinnare* aſcia, dolabra, ſcalpello, ad *nitorem raſilem* uſque. Inde XIX. figura, ad genium *Arabiæ* conformata, exiſteret, *Etiam ad raſilem* uſque *nitorem* cœli *diſpellit denſam nubem*: *diſſipat nubilationem lucis ſuæ*. Nempe ubi נשמת אל *ſubtilior* illa, & *frigidiſſima aura*, tenet, *nubibus* veluti *abſterſis* Cœlum *renideſcit*, & *ſine* ulla *nubilatione* triſti, *lætam ſerenamque faciem* oſtentat. Huc plurimi jactus collineabant. Honos habendus & alteri *Analyſi*, quo רי *irrigationem* a רוה multus calculus intulit. Inde XX. emergeret, *Etiam rigatione onerat*, vel *fatigat*, *denſam nubem*, & *facit exundare nubilationem ſuam lucidam*, fulminantem; vel *iride diſtinctam*. Apud *Arabes* روي רוה *rigavit* in *nubibus* perpetuum ferme, & ipſum hoc רי ري & ריה ريّة pro *nubium rigatione* percrebuit. יטריח tunc augeri poſſet *imagine* apud eorum Poëtas percelebrata, qua *Nubes imbribus fœtæ*, comparantur cum *Camelis onuſtis*, & *ſub onere fatiſcentibus* quaſi. Ita حنانة دلوح *Gemens*, *onere gravis*, *Camela*, proprie; improprie *nubes*. Exemplum proſtat ſupra p. 587 יפיין *exundare facit*; ut *Pſ.* 18: 15. *Mittit ſagittas ſuas* ויפיצם & *facit eas* nubes *diluviare* &c. Adiſis *Orig.* L. I. ענן אורו ſi in *Regimine* ſtat, erit *nubilatio fulminea ejus*. Extra Regimen foret, *Exundare facit nubem Lux* ejus *fulminans*. Cl. *Vitr.* ad *Eſaj. Cap.* 18: 4. mallet, *Diſpergit nubes pluviam ſuam*. Commodius exit, *Exundare facit pluviam ſuam*. Iſti ſignificationi tantum detulit Vir Summus, ut eam ibi aptiſſimam, hic certiſſimam, arbitretur. Rem magis ſpectavit, quam quid loci ſeries exigat. Ab ea *Rigatio* & *pluvia* diſcedent, niſi cum Cl. *Cocc.* ſtatuas, ab *Hyeme* recurri ad *Ver*, & *Æſtatem*; atque ita *anniverſarium orbem tempeſtatum* compleri. In *Camuſo* aliquid reperio, quod *pluviæ* notioni favet الاوى من السحاب مورها *De Nubibus* אור *fluxum earundem deſignat*. An *lætitia* a *lumine* dicta, ad *pluvias*, *ſatorum lætitiam* tranſlata? Examinandum. Ad *Bivium* interim redacta res videtur; ut vel *Cœlum* depingatur *aura* illa *ſilente rigidiſſimi frigoris* ad *nitorem raſilem diſſerenatum*; vel *vernis nubibus*, *imbribuſque*, iterum *ſubtextum*.

Quid

12 והוא מסבות מתהפך בתחבולתו לפעלם כל אשר־יצום על־פני תבל ארצה׃

12 Et ipſe *per* circuitus circumvertit ſe gubernationibus ſuis ad opus eorum; omnia quæ mandaverit iis ſuper faciem orbis in terram.

13 אם־

13 Si-

Quid ſequendum habeam, mihi necdum diluxit.

Verſ. 12. Locus in receſſu obſcurior. Duæ claſſes opinionum, altera quæ ad *Nubem*, altera quæ ad *Deum*, refert הוא. De *nubibus* I. ita continuat 1. *Vulgat. Quæ luſtrant per circuitum, quocunque eas voluntas gubernantis duxerit; ad omne quod præceperit eis ſuper faciem orbis terrarum.* Eleganter תחבולות *Gubernationes*, a *re nautica* huc applicitæ. De iis late *de Pined.* Eodem redit 2. quod *Merc.* habet, *Et ea per circuitus convertit ſe, induſtria* & *ſolertia ipſius* Dei: *metaph. a funibus quibus nautæ artificioſe navem moderantur.* Per *circuitus*, intelligit *gyros*, quibus *Nubes huc illuc circumvolvuntur per aërem.* Hoc a *Piſc. Belg. Reim.* prælatum. Acutius *Vatabl.* 3. *Ipſa nubes varios agit circuitus nunc in* aquam, *nunc in* nivem, *nunc in* grandinem *converſa*, *Machinis Ejus*, *Dei arte*, & *opera* &c. Subtiliter item *Codurc.* 4. *Illa circulari rotatione converſa per ejus machinas* &c. Ait *Metaphorica* eſſe *omnia*, ab *organis* & *machinis ad aquam hauriendam comparatis* deſumta. Connixit 5. acies Ill. *Grotii*, dantis, *Quæ* nubes *huc illuc delata volvit ſe montibus ſuis. Sic rectius verti putem. Nam* حبل *Arabice* mons *eſt. Habent autem nubes* montium *ſpeciem.* Atqui حبل, ut חבל, *funis:* جبل גבל *mons*, unde *Gibello* in *Sicilia*. Illæ *montium ſpecies* in *Nubibus* etiam parum nunc opportunæ. Alia diſtinctione 6. Eleg. *Crinſoz. illæ tamen* nubes mox *per circuitus* diverſos *redeunt*, *ut ſapientiſſima ejus conſilia exequantur* לפעלם *ſuper operibus hominum.* De *Deo* II. non una item ratione. *Calvin.* 1. *Et ipſe circulos circumagit ductu ſuo* i. e. *mutationes tempeſtatum* per *pluviam*, & *ſerenitatem*, per *frigus*, & *calorem.* Vicini *Jun.* & *Trem.* 2. *Denique ipſe* per *viciſſitudines verſat ſecum conſilia ſua* &c. &c. Aliter *Tigur.* 3. *Atque ipſe verſatur in orbibus*, *tenens gubernacula*, *ut opera ſua perficiant*, *quæcunque mandat eis ad orbem* & *terram.* Ad hanc formam fere *Cocc.* 4. *Et ille in circulis verſatur gubernaculis ſuis ad actiones illorum.* i. e. *in cœli fornice*, & *diverſis illis ſpiris itinerum*, *quibus ſidera*, *inſtrumenta tempeſtatum*, *volvuntur.* Non differt 5. *Schmid. Et ipſe* per *circuitus circumambulat per prudentiam ſuam juxta opus eorum* &c. Ad תחבולות ita diſſentit, *Certum quod in Scriptura prudentiam*, & *ſolertiam notet*, *nunquam* funes, *vel* gubernacula. *Ergo reliquum conjectura eſto.* Debuiſſet addi, חֶבֶל eſſe *Funem*, & חֹבֵל *Nauclerum*; itemque חִבֵּל *Malum navis*; unde *conjectura* veriſimili ſaltem, collegerint Doctiſſimi *Lexicographi*, תחבולה ſonare *prudentiam* & *ſolertiam gubernandi.* Hoc tuto ſatis retinetur; niſi firmius quid locum occupare queat. Arduum decidere, quid mentem *Elihui* proxime attingat. Primæ claſſis auctores reſiluiſſe putem a duritie illa, quæ oriri videbatur, verbo מתהפך *verſans ſeſe* ad *Deum* applicito. In ſecunda claſſe *verſans conſilia ſua*, & Linguæ, & rei, minus aptum. *Circumambulans per circuitus* etiam non ſatisfacit, niſi aliter explicetur; *præſentiam apud omnia* complendo per *adminiſtrationem*, quæ *prudentiſſime* omnia *temperet*, atque *gubernet.* Sic ſponte redimus, vel ad *Calvini*, *circulos circumagit tempeſtatum*, vel ad *Cocceji*, *verſatur gubernaculis ſuis.* Mollius fuiſſet, *verſat ſeſe gubernationibus ſuis.* In *Lex. Cocc.* התהפך ex h. l.

 ci-

13 Sive in virgam, ſive in placamentum, ſive in benignitatem, faciat id obvenire.

13 אם־־לשבט אם־־לארצו אם־ לחסד ימצאהו׃

14 Au-

14 האזינה

citatur in *Gubernatore* ad *clavum ſedente* proprie, improprie de *Deo*. Suſpicor מסבות item *nauticæ artis* fuiſſe; & מתהפך מסבות eſſe *verſantem ſeſe*, inter navigandum, *flexibus*, & *gyris*, quos prudens curſus exigit. Hoc egregie quadrat in ſupremi Numinis *Gubernationem*, qua rebus humanis præſidens, clavumque velut univerſi tenens, *tempeſtates annuas dirigere* dicitur *quam ſolertiſſime*, & *meteora* omnia potentiſſimo nutu *temperare*. מסב & מסבה *circuitus* latiſſimi uſus, haud dubie, olim, hanc vim ex facili admittit. *Metaphora* a *Gubernatore Navim*, curſumque, prudenter *flectente*, & *verſante*, eandem invitat. Ad rem ipſam, de qua agitur, hoc *Schemate* nihil quoque frequentius apud graviſſimos Scriptores. Sequens לפעלם *ad opus eorum* Meteororum, evidenter arguit הוא ad *Deum* redire, cuique ſuam *ſtationem*, *munuſque*, aſſignante. Hoc de *Nube* minus concinne adfirmaretur. *Ad opus eorum hominum*; jure merito ſupoſuit jam *Merc.* Verſus ſequens etiam non ſatis rotunde fluet, niſi *Ipſe* ad *Deum* pertinuerit.

Verſ. 13. Reſumitur, & adſtringitur, quod *Cap.* 36: 31. inculcatum. Denuo nempe ad *Tribunal ſuper Nubibus erectum* evocamur, unde *manifeſta ſigna iræ*, & *gratiæ*, emitti ſoleant. Iterum nonnihil diſcidii. *Vulg.* I. *ſive in una tribu*; *ſive in terra ſua*; *ſive in quocunque loco miſericordiæ ſuæ*, *eas juſſerit inveniri.* In *poſteriori* colo interium, *in quocunque loco*, ad gradationem illuminandam. *In terra ſua*, a *Thoma* argutius reductum ad *nubes*, ex *vaporibus terræ ortas.* Alii *terram Dei* interpretati, in qua *Religio vera* viget. Latius plurimi *terrarum orbem*, qui *Dei*; & præſertim *regiones cultas.* Denique *de Pined.* & *Bold.* contrario adſpectu, *Terras incultas*, quæ opponantur שבט *Tribui*, & *terræ parti habitatæ.* Acumen non omnibus placiturum: nec hoc voluiſſe *Hieronymum*, liquido adfirmare eſt. *Caſtal.* II. item שבט pro *Tribu* retinens, *ſive in nationem eas*, *ſive in nationis territorium*, *ſive beneficii gratia*, *immiſerit.* Nervus abeſt: ex tribuſque unum conflatur; non ſine Tautologia; qua ארצו *terra ejus* ad *Tribum* refertur. Pro *Tribu* ſtant etiam *Nachmanides*, *Lutherus*, & *Tigur.* qui commodius III. *ſive uni tribui*, *ſive terræ ſuæ*, *ſive homini alicui*, *beneficium conferat.* Hoc adſpectu omnia *in bonum* exirent; quod *Oeconomiam* loci non explet, quæ & *malum* exigit. Ergo שבט *Virgam* ſonet neceſſe. Inde *Merc.* IV. *Tres cauſas*, *&* *fines*, *ad quos Deus nubes*, *&* *pluvias*, *deſtinet*, proponi cenſet: 1. *ad puniendum.* 2. *ad fœcundandam terram cui favet.* 3. *ad favorem & gratiam.* Poſtremum a ſecundo vix differre ſentiens ipſe, ſubdit: *Scias hoc poſterius amplius eſſe*, *quando* ſcil. *Deus pluviam non alioqui neceſſariam mittit*, *ut magis fœcundetur terra* &c. *peculiaris beneficii*, & *favoris cauſa.* Idem haud dubie voluit, quod R. *Salom. medium* declarans בבינונית *in medio gradu*, i. e. *nec ad virgam ſeveriorem*, nec *ad gratiam largiorem.* Eodem collineant *Cocc. Schmid.* &c. Subtilius *Calvin. Conc.* CXLVI. *Terram ſuam*, vocatam ait, quod *Deus ſui rationem habeat*, *quando nos non penitus delet*, *&* *exterminat* &c. Alia ſubtilitate *Jun.* in notis: *Fines tres*, *quorum duo extremi homines proprie attingunt*, *quos Deus vel meritis ſuppliciis adficit*, *vel benignitate ſua cumulat: medius univerſe ad res omnes creatas pertinet*, *quas liberum ipſi pro auctoritate*, *&* *jure*, *bono vel malo adficere.* Satis concinno ordine V. Cl. *Reim. ſive in caſtigationem*, nempe *terræ ſuæ*, & hominum, *ſive in gratiam* eorum *venire faciat illud.* Confer *Cler.* Mihi VI. ſuſpicio ſuborta ארצו eſſe poſitum pro הִרְצָה *infinit. Hiph.* a רצה, ut ſit, *ad propitiationem monſtrandam.* Nempe *Cœlum*, & *iratum tonat*, *pluitque*, & *placatum.* Item *Serenitas*

alia.

14 האזינה זאת איוב עמד והתבונן
נפלאות אל׃

15 התדע בשום־אלוה עליהם והפיע
אור עננו׃

16 התדע

14 Auribus percipe hoc, Jobe! ſta, & conſidera admiranda Dei.

15 Num noſti quum Numen illis *manum* imponit? & ſplendere facit lumen nubilationis ſuæ?

16 An

alia in *virgam*, quum vere *ærea* velut cœli *facies:* alia *Numen propitiatum* nuncians. לחסד *in munificentiam*, magis pertineret ad *ordinarium naturæ curſum.* Non diſcedere tamen audeo a *terra ejus:* quæ venuſte inſerta ſentietur, ſi medium אם non *ſive*, ſed *certe*, reddatur VII. *ſive in Virgam, certe pro terra ſua, ſive in munificentiam, inveniri faciat illud.* Minus plene הו a *Merc.* aliiſque reductum ad *Nubem.* Cl. *Cler.* ad *homines*, vel potius תבל *orbem*, redire cenſet. Obſtat genus; nam תבל conſtanter *femininum.* Omnino ad פעלם *opus meteororum* per *annuos circuitus* referendum. *Cocc.* interpoſuit *præceperit opus.* Plenius פעלם & כל אשר conjungas.

Verſ. 14. Peroraturus *Elihu*, attentionem denuo poſcit, atque in ſummam nunc colligit diſſertationem ſuam *Meteorologicam*, ſimul quorſum ea a ſe directa fuerit, inculcans. Plura pro connexu non addo. עמד *ſta*, ſignantiſſime. *Conſiſte, reverentiæ cauſa, vel & ſtudii:* inquit *Cocc.* Id fortius, quam *Merceri*, *ſubſiſte tacitus.* Recte Cl. *Schmid. Accinge te, ad attente audiendum, quæ jam porro dicturus ſum.* Hunc uſum ex —•— olim commendavi. Addo, *ſta fortiter*, jam, & *contende*, ſi potes, *cum Deo, immenſo & inacceſſo Numini dubiam facturus Sapientiæ, & Juſtitiæ, palmam:* ut hactenus præ te tuliſti. Cl. *Cocc.* analyſis hinc incipit *refutationem voti tertii, quo Jobus Deum convenire optaverat, ad impetrandam manifeſtationem conſiliorum Ejus.* Nobis omnia inde ab initio illuc deſtinata: & quidem eo adſpectu, quem poſui.

Verſ. 15. Languidior paulo *interrogatio*; ſi ſimpliciter accipiatur pro *negatione*; *ſane non noſti.* Inſerendus aculeus, qui *pungat*, & comprimat ſimul, *viri audaciam*, qua cum Deo congredi, & vel ad Tribunal, omni terrore circumſtipatum, cum Eo concertare poſtularat. *Num noſti?* &c. *Non noſti, nec vel e longinquo attingere vales. Non eſt ergo quod tantos ſumas Spiritus* &c. &c. Fortius feriet, ſi cum *adfirmatione* enuncietur, *ſane noſti.* Ita *Sarcaſmus* exiſtit, huic clauſulæ accommodatiſſimus. Eum firmat *Vſ.* 19. & *Cap.* 38. *Vſ.* 4. 5. 21. Sunt tamen in illo *Capite* complures *interrogationes* aculeatæ, quæ & hic eam ſatis *fortem* & *plenam* præſtant.

Ibid. Major difficultas in ſenſu conſtituendo. *Vulg.* I. *Numquid ſcis, quando præcepit Deus pluviis, ut oſtenderet lucem nubium ejus?* Nimis reſtrictum. Paulo latius II. *Tigur. Sciebaſne quum Deus iſtis leges imponeret* &c? Eodem redeunt *Jun.* & *Trem. Quum diſponit de illis:* nempe *Meteoris.* Nec multo aliter *Merc. Quum poneret Deus ea* admiranda. *Cocc.* III. *Quum appelleret iis* Deus animum. Amplexus *Schmid. Quum animum poneret ſuper illa* mirabilia. Conſentit & *Cler.* Diſſentit IV. *Reim.* עליהם ad *homines* inflectens, ut ſit: *Quando*, vel *quomodo*, *ponit* Deus nubem *ſuper illos.* Rotunde *Caſtal.* V. *Noſtine quando incumbat eis Deus, & ſuæ nubis lumine fulgeat.* Neſcio an idem voluerit, quod *Grot.* VI. *num.* I. applicans ad *Arcum* cœleſtem: q. d. *poteſne prædicere, quando futura ſit Iris?* Eodem tendunt *Codurc. Bold. Patric. Crinſoz.* אור עננו coactius expoſuerat *Merc. lucem quæ diſſipata nube exiſtit*, ut *lux nubis*, & *nubes lucis*, *Vſ.* 11. *eodem recidant.* Neutrum ſtare poteſt. *Cocc.* melius, *Quomodo & cur accendat fulgur?* Idem placitum *Junio*, *Belg. Schmid.* &c. Blanda vi trahit *Arcus* ille, atque VII. hunc ſenſum invitat, *Sane noſti, quum imponit Deus ſuper illis; & radiare facit lucem nubilationis ſuæ.* שם על hic abſo-

16 An noſti de libramentis nubis; miraculis perfecti ſcientiarum?

17 Quum veſtes tuæ calidæ fiunt, quando terra ſedatur ab Auſtro.

18 Ex-

16 התדע על־מפלשי־עב מפלאות תמים דעים׃

17 אשר־בגדיך חמים בהשקט ארץ מדרום׃

18 תרקיע

lute adhibitum videtur pro *cohibere*, *inhibere*, *manum imponere*. Ejus rei ſacrum ſignum *Iris*: *Gen.* 9: 13. *Arcum meum dedi* בענן *in nubilatione.* &c. Egregie id *Vſ.* 12. 13. ſubtexetur; & perjucunda hinc varietas enitefcet. Cum interrogatione idem ſenſus retineri poteſt: *Ecquid noſti*, *quum* manum *imponit Deus ſuper illa* omnia Meteora: nempe tonitrua, fulmina, imbres, pluvias, nivem &c. *atque* in Cœli pacati ſignaculum *relucere facit* Iridem, *lucemque* placidam *nubilationis ſuæ*?

Verſ. 16. Huc vocant *Libramenta nubium*; quæ, ſive per *Sarcaſmum*, *Ecce noſti*! &c. ſive per *interrogationem* aculeatam, *Ecquid noſti*? omnino pertinent ad illam *pacatam nubium conſtitutionem*, qua velut *æquilibrio ſuſpenſæ attinentur a manu potentiſſima*. Idem, credo, adſpectus, quem *Cap.* 26: 8. habuimus. *Vulg.* dedit *ſemitas nubium*: minus commode. Incommodius Cl. *de Dieu* ex *Dial. Æthiop* intulit *migrationes nubium*; quos *motus* exponit *de loco*, *in locum*. Minus feliciter etiam ex collatione *Cap.* 36: 29. inductæ *differentiæ nubium*, vel *varietates*, & *miſturæ*; quas *Bolduc.* iterum *Iridi* applicat; quæ

Mille trahit varios adverſo ſole colores.

Cl. *Cocc.* profundum quid tentavit, *Libramenta nubium* vocari cenſens θαύματα ἐξεταζόμενα h. e. *in quibus cum ſtupore contemplandis animus hominis*, *recto judicio valentis*, *occupari digne poſſit*: vel, *res teſtantes Divinam præſtantiam apud homines recte judicantes.* Utrumque ab *elibrando* expreſſum. Traxit *Chaldæus*, qui dederat *inveſtigationes*. Nil plenius, ſimpliciuſque, *Libramentis*, *æquatis elibrationibus nubium*, quas *Merc. Jun. Piſc. Belg. Codurc. Grot. Schmid. Crinſoz. Cler.* &c. amplexi. Cl. *Reim. ſublimitatem librationum nubis*, i. e. *ſublimem librationem* offert. Revera על origine *ſubſtantivum*, & non immerito ſuſpecta conſtructio *Junii* & *Schmid.* in unum colon, *Noſtine de libramentis nubis mirabilia perfecti ſcientiis*? Malim cum *Doct. Belg.* bimembre, *Ecquid noſti de libramentis nubium*? ידע על crediderim olim uſurpatum pro *rem bene notam*, *perſpectam*, *exploratam habuit.* Additur, *Miraculis* inquam *perfecti ſcientiarum.* Nempe in eo vel maxime *inacceſſa* Dei *ſapientia*, & *potentia*, oculis ſeſe noſtris ingerit; atque perpetuis nos miraculis ſuſpenſæ ſupra caput nubes ſuſpendunt.

Verſ. 17. Connexio non adeo liquida. Ipſa etiam ſententia cum ſumma claritate habet neſcio quid nebuloſi. *Vulg.* I. *Nonne veſtimenta tua calida ſunt*, *cum perflata fuerint auſtro*? Videtur nexuiſſe cum *interrog. Vſ. præc.* per אשר *Quod*, reſolutum in *Nonne*? Ita & *Pagn.* II. Num *quod veſtimenta tua* eſſent *calida*; *quum quieſceret terra a meridie*? In vicinia *Calv.* III. *Quomodo veſtes tuæ caleant*, *quum terram quietam reddit opera meridionalis venti*? q. d. inquit *Merc.* huc calculum conferens, *Num ſciebas veſtes tuas fore calidas*, & *te calore enectum iri*, *quum terra ſedata eſt auſtris lenioribus*, *qui vix ſentiuntur*, *ſpirantibus.* Fidiculis admotis contrarium hinc expreſſit *Vatabl.* IV. extrema ex R. *Levi* reddens, *Cum quieſceret terra a meridie*? i. e. *Cum nullus eſſet ventus in meridie*, *ſed in parte oppoſita*, i. e. *in ſeptentrione* q. d. *An noſti calorem vigere in hyeme*, *cum maxime flat aquilo*, & *æſtate*, *cum flat auſter*, *vigere frigus*? Nil contortius. *Jun.* & *Trem.* V. *Quibus veſtimenta tua calent*, *a meridie quum tranquilla eſt terra.* Subtiliter connectunt, *quibus libramentis nubis ita incaleſcunt veſtes tuæ*, *ut quamvis exilia tibi oneri ſint*, quum *a meridie* i. e. *ſo-*

ſole meridiano, *omnis agitatio aëris ceſſat*, *unde calor magis fervet.* Cl. *Cocc.* VI. מדרום trifariam exponit. 1. *a meridie.* 2. *dum non flagellatur ab Auſtro procelloſo*; *ſed inde quieſcit.* 3. *poſtquam auſter flaverit.* Monet calidas *veſtes* enotari, *quia calorem augent*, *& laſſant ferentem.* Copulat per *interrogat. Quomodo veſtes tuæ calidæ eſſent* &c? Cl. *Schmid.* VII. audaci *Schemate*, Num tu es, *cujus veſtes ſunt calidæ*, *quando quieta reddita eſt terra a meridie?* מדרום declarat *a procella auſtri*, *poſtquam turbo auſtri deſiit. Eum ingens calor ſequi ſolet*, *quem Deus velut diffundit ex calidis ſuis veſtimentis. Hoc Jobum facere poſſe negat Elihu.* Hic *itaque ſenſus. Num tu is es*, cujus veſtes ſunt calidæ? i. e. *calorem inducentes omnibus*, *quaſi ea veſtimentis tuis calidis obtexiſſes*? Cl. *Mich.* merito *duriorem* vocat *Ellipſin.* Nobis *figura* quoque non mollis; quamvis *veſtes calidas Auſtri*, pro ejuſdem *fotu*, & *calefactu*, ex *Arabia* illuſtrare eſſet, ſi locus hicce id ulla ratione pati poſſet. Alia conſtructione opus, ad hanc *figuram* efferendam. Cl. *Mich.* & *Reim.* VIII. ligant cum *præced.* מפלאות *mirabilibus*, ut ſit, *Noſtine de iis* e. g. quod veſtes tuæ calidæ fiunt? &c? Additur, *ita ut pari facultate ad id efficiendum inſtructus ſis.* Hoc levando ſcrupulo adjectum, qui non unus ad hanc inſertionem exiſtit. Certe *Bolduc.* IX. viam ſuo conatui facturus, rogat, *An hoc meretur reponi inter tot alia arcana naturæ? An Jobus tam ſtupidus*, *ut neſciret*, *cur æſtus tempore ſudaret ſub veſtibus? An Elihu tam imprudens*, *ut etiam pueris notiſſimam quæſtionem poneret?* Exhibet mirificam illationem, *O tu cui veſtimenta calefiunt in quieſcendo terram a meridie*, *expandes cum eo cœlos*, *fortes ſicut ſpeculum fuſum?* Ait graviter & *profunde Jobum derideri*, *quod qui meridiano*, *vel æſtivo*, *tempore*, *ne modicum quidem æſtum pati poſſet*, *ſed veſtes deponere cogeretur*, *ſe Deo parem faciat*, *ac ſi cum Eo fuiſſet quando ſolidiſſimos & duriſſimos elaboraret Cœlos*, *cum ſummo labore*, *præ caloreque nimio æſtuans veluti*, *atque anhelans*, *inſtar Fuſoris metalla conflantis* &c. Qui *reliquos genuini ſenſus ſepta tranſſiluiſſe* dicit, quid tandem ipſe feciſſe dicendus? Anſam *violentiſſimæ figuræ* dedit *Cajetan.* X. aliquid humanum ſaltem, & tolerabile, adferens in h. m. *Qui veſtibus tuis calidis es*, *ubi terra ſedatur a meridie*, *Extendes cum eo ad cœlos &c?* Ejus expoſitio hæc. *Æſtuantem in agricultura*, *& fatigatum hominem*, *alloquitur*, *interrogans*, *an cum Deo concurreret ad faciendam extenſionem ad cœlos* &c. &c. Ad eam rationem concipi poſſet XI. cum *adfirmatione* illa *ſarcaſtica*, quam ſupra indicavi, *Cui veſtes incaleſcunt*, *quum terra ſedatur a meridie*, *Expandis*, credo, *cum illo Æthera*, *firmum inſtar ſpeculi fuſi.* Senſus. *Qui etiam ſedens*, *auram lenis Auſtri ferre nequis*, ſed *calore*, & *ſudore*, *langues*, *fluiſque*, *cum Deo*, credo, *Cœlum illud ſerenum expandiſti*, *quod ſine nubibus ſpeculi ærei nitidiſſimi inſtar renideſcit*, *ab aquilone.* Non injucunda oppoſitio, ad quam *Aquilonem* צפון aſſumo ex re ipſa: ſuccinente verſu 22. Vereor tamen ne, vel ſic, argutius ſit, quam verius. Cl. *Cler.* XII. hic annotat, *Quid hæc ſibi velint*, *ignoramus. Si quid conjecturæ dari poſſit in tam denſis tenebris*, *dicerem*, *quæri a Jobo*, *an ſciat quando* calidis veſtibus utendum *ſit*; *ſeu quando Deus*, *ventis auſtralibus coërcitis*, *boreales inducet. Scimus hoc fieri circa hyemem. Sed nemo quo menſe*, *& die*, *futurum ſit*, *tenet* &c. Non patitur Lingua. Res etiam parum favet: & jam antiquius mihi, quod recepta verſio offert. Eam XIII. defendit, & illuſtrat, Doct. *Niewent. Contempl.* p. 901. 902. Exiſtimo tamen XIV. nimis arctis finibus incluſum hunc verſum; nec tam *Quæſtionem* hic *poni* video, quam *Characterem temporis*, & *Cœli*, quum *terra a meridie ſedata*, omnibus *veſtes* nimis *calidæ redduntur*, & jam *nudi procedere* mallent homines, ſi verecundia permitteret. דרום *Meridies*, *Auſter*, ſtat adverſus צפון *Septentrionem: Eccl.* 1: 6. & 11: 3. *Eſech.* 42: 17. 18. Non invenio pro *ipſo vento*, multo minus pro *Turbine auſtrali.* De *tempore*, vel *ſole meridiano*, etiam nuſpiam. Relinquitur ſola *plaga meridiei*, unde *lenes auræ terram ſedare*, & *calore ſuffocare*, ſolent. Hoc cum præced. *Vſ.* ſic colligarem, *Sane noſti de libramentis nubis. Quum veſtes calidæ fiunt*, *in ſtatu ſedatiſſimo terræ a meridie adducto.* אשר *Quum*, ut *Gen.* 30: 38. *Deut.* 11: 6. Poſſes etiam, *Cui veſtes calidæ fiunt* &c. *Tu cum Deo ad clavum ſedes*, opinor, *viceſque Cœli temperas.*

Cum

18 Expandis cum eo æthera tenuiſſimum, firmum ſicut ſpeculum fuſum.	18 תרקיע עמו לשחקים חזקים כראי מוצק׃
19 Notum fac nobis, quid dicturi ſimus illi; nos quidem non conſiſtimus in acie propter tenebras.	19 הודיענו מה־נאמר לו לא נערך מפני חשך׃
20 An	20 היספר־

Cum *interrogatione* idem aculeus manebit.

Verſ. 18. Meus jam plane *Mercerus*, cum *aſſeveratione Ironica* hæc efferens, *Scilicet cum eo diducebas ætherem, ut expanſus eſſet more tabernaculi :* *Pſ.* 104: 2. Hinc & *Luth.* ſtat, inferens, *imo vero Cœlos expandes cum eo* &c. Cl. *Schmid.* cum pleriſque cenſet *antecedentibus interrogationibus* melius inhæreri. Non repugno; ſi modo *interrogationes* fuerint, non *adfirmationes.* Id in medium deſtituo, quum res eodem recidat. Sed quænam hæc *expanſio*? Ad *Creationem* retulit *Vulgat.* *Tu forſitan cum eo fabricatus es Cœlos, qui ſolidiſſimi, quaſi ære fuſi, ſunt.* Conſimiliter *Tigur.* *An cum ipſo extendebas æthera* &c. His ל *accuſative* poſitum. *Jun.* & *Trem.* arguto flexu, *An expanderes cum eo cœlos junctos ſuperioribus nubibus*? i. e. *quid poſſes præſtare in creatione ſi redintegranda eſſet*? vexatur *præpoſ.* ל. Cl. *Cocc.* habet. *An pandebas cum ipſo ætherem* &c? Addit, *vel in prima conditione, vel quoties æther ſerenus panditur evolutis nubibus. Totum illud quod* רקיע *Expanſum in Geneſi dicitur, hic denotatur. Id ventis, nubibus, imbribus, tonitrubus, fulguribus percellitur, ac turbatur; mox ſudo cœlo ſolideſcit inſtar ſpeculi fuſi. Ex metallis fundebantur olim ſpecula.* Conſonant quæ Cl. *Schmid.* dedit, de *Cœlo ſereno, perſpicuo, invariato, a nubibus purgato, quod repræſentet fuſum, ſolidum, lævigatum ſpeculum.* ל reſolvit in להיות *Expandiſne cum illo* ut ſint *in cœlos*? Sic ſupplendus foret *Accuſativus.* Simplicius ל *Emphaticum* quod *Accuſativis* præponi amat, ex *Syriaſmo*, quin *Hebraiſmo*, ſæpius indicato. Ill. *Grot.* laudat, qui חלקים *leves, levigatos*, mallet, pro חזקים *fortes, firmos.* Poſtremum plenius; nam non *nitens* tantum, ſed & *firmus, immotus, ſolidus* quaſi *Cœli ſtatus*, delineatur, qualis in *firmamento* relucet: & qualem repræſentat *Æther in ſerenitatem nitidiſſimam diffuſus, atque a nubibus deterſus.* Hoc intendi, ex univerſa *Oeconomia* hujus capitis, atque ex *Vſ.* 21. 22. manifeſtum. De *firmamento & Orbibus Cœleſtibus*, hic cogitare, *materia ſolida conflatis*, ex opinione Veterum, extra ſcopum; quum oratio *Elihui* ſit figurata; iſque non doceat, *quæ* ſit *materia Ætheris*, aut *firmamenti*, ſed tantum pingat *adſpectum Cœli lucidiſſimi*, & *firmiſſimi ſimul*, quum *longa tenet ſerenitas, æreum* veluti *fornicem, auri fulgore ſuffuſum*, oculis ingerens.

Verſ. 19. Acrius inſiſtitur in *Sarcaſmum* eundem; atque ad *Scopum* tandem revocatur tota excurſio. In modo concludendi cum *acumine* regnat *obſcura* quædam *profunditas* ſenſuum, in quibus aſſequendis, & conſtituendis laboratur. *Vulg.* I. *Oſtende nobis, quid dicamus illi: nos enim involvimur tenebris.* Agnoſcit *de Pined.* in *Hebræo* eſſe : *Non diſponemus*, vel *non ordinabimus propter tenebras.* Recte addit, eſſe verbum *Forenſe* & *militare.* Inde profert 1. *Non audemus litem, aut diem, Deo dicere, neque ad illius tribunal provocare.* 2. *Non diſponemus ſermonem aptum, & idoneum, de Divinis operibus. Imparati ſumus coram illo dicere; quanto minus contendere.* Propter tenebras: *propter ignorationem in qua verſamur omnium rerum. Oportet igitur Divinæ Sapientiæ nos noſtraque ſubmittamus.* Similia reperio apud *Calvin. Conc.* CXLVI. *Merc. Jun. Tigur. Belg. Patric. Crinſoz.* Ex alia notione verbi ערך malebat Cl. *Schmid.* II. *Quid dicere poſſimus* illi? qui *non æſtimamur propter tenebras.* Qui *propter ignorantiam, in comparatione ad illum nihil æſtimandi.* Sic

eſt

20 היְסֻפַּר־לוֹ כִּי אֲדַבֵּר אִם־אָמַר אִישׁ כִּי יְבֻלָּע׃

20 An narrabitur illi, quum loquar? Si quis dixerit, ſane abſorbebitur.

21 וְעַתָּה

21 Et

eſſet, ut *Pſ.* 40: 8. אֵין עֲרֹךְ אֵלֶיךָ *nihil conferre tibi.* Sed & in eo uſu ineſt vis *contentionis & certationis* quaſi, ut indicatum *Cap.* 28: 17. 19. Fortius, & erectius, III. quod *Cocc.* dedit, *Non conſiſtimus contra tenebras.* Nos *non pares ſumus hiſce tenebris. Quæ nobis manifeſtantur, & videnda offeruntur a Deo in hoc ſeculo*, ſunt tenebræ, *non lux. Tantum intereſt inter viſionem Dei, & viſionem præſentium ejus operum, quantum inter lucem & tenebras.* מִפְּנֵי *pro* מִמּוּל ἀπ' ἀντικρὺ. Egregie! Supra *Cap.* 33: 5. habuimus עֶרְכָה לְפָנַי הִתְיַצָּבָה *Inſtrue aciem coram me; ſta firmus.* Inverſo *Schemate* ſubſumit, eandem tundens incudem, *Nos* quidem *non inſtruemus aciem a facie horridæ caliginis.* Debuiſſet dicere לִפְנֵי, *ad faciem, coram, contra*, ſed dedita opera ſubſtituit מִפְּנֵי *a facie*, jam *conterriti*, nempe, *& in fugam compulſi, antequam oculos ſuſtulimus.* Ad *Clauſulam* penitius introſpiciendam IV. teneatur *duplex adſpectus Cœli*, alter *tenebris horrens*, alter *luce radiante micans.* Deus conſimiliter, & in *tenebris imperviis*, & in *Luce inacceſſa*, habitare dicitur. Artificioſe hinc, & graviter, contextus *Epilogus*, qui convincendo penitus *Jobo* deſtinatus, nihil a ſuperiori vehementia remittere, ſed eam adſtringere, & cumulare, debet. Aculeatiſſime ergo, *Notum nunc fac mihi*, Tu qui cum Deo in certamen deſcendere petiviſti, *quid dicturi ſimus illi? Non inſtruemus aciem a facie horridæ caliginis.* Mihi quidem *formidoloſior* illa *caligo*, quam Deus ſibi circumfudit, quam ut adverſus eam oculos attollere ſuſtineam, nedum aciem ordinare. Si tibi tantum animi, viriumque, ede quid dicturi ſimus. *Codurco* ſimile quid obverſatum, ad *Vſ.* 21. parebit.

Verſ. 20. Impeditior ratiocinatio: nec conſtructio omnino plana. *Vulg.* I. *Quis narrabit ei, quæ loquor? etiamſi loquutus fuerit homo, devorabitur.* Exponit *de Pined.* *ſi cuiquam ad Dei Tribunal aut pro ſe, aut pro alio, dicendi copia fieret*, *devoraretur procul dubio.* &c. Eodem redit *Vavaſſ.* *Nec ipſi poſſumus cum Deo colloqui, nec ſuppetit, qui ſe nobis interpretem, & ſequeſtrem præbeat, apud Illum.* Idem dederat *Merc.* *Num audebit quiſpiam ei referre meos ſermones, ſi de eo queri, aut cum eo contendere voluero; ut quod ego non audeo, tentet alius? Non ſane.* Si dixerit aliquis, *ſe mea verba relaturum*, ſane abſorbebitur: *Opprimetur illius majeſtate, & lucem inacceſſam ferre non poterit.* Languidius Doct. *Tigur.* II. *Si loquar, num ei narrabitur? quod ſi quiſquam loquatur, eſt illud tamen imperfectum.* Videntur ſpectaſſe *verba abſorpta* quaſi, *ſemiplena, præcluſa terrore.* Non valde ad ſcopum III. *Vatabl.* *Numquid opus habet interprete qui annunciet Ei, quæ loquimur? Nequaquam. Novit enim corda.* Forenſe quid a *Jun.* & *Trem.* IV. expreſſum: *An in acta referetur ei, ſi loquar: an diceret quis? nam abſorberetur.* Reſpicitur ad vim *ſcribendi*, ſub סֵפֶר. Simile quid apud LXX. reperies. *Cocc.* V. *An referretur illi, ubi loquutus fuero? ſi dixerit vir, quod læſus ſit?* Declarat: *Poſſumne aliquid quamvis maximis rationibus inſtructum loqui, quod ad Eum referatur? Enimvero ſi vel magnus* Vir dicat ſe læſum eſſe, *an quia magnus eſt apud homines, tanti erit apud Deum, ut ratio ineatur cavendæ ejus offenſæ?* Repoſitum in *Lexico*, ubi citatur 2 *Sam.* 17: 16. פֶּן יְבֻלַּע לַמֶּלֶךְ וּלְכָל הָעָם *Ne noceatur Regi* &c. Teneo cum Doct. *Belg.* *Ne abſorbeatur Rex, & populus univerſus.* Eſt *Lamed Emphaticum*, omni caſui aptum. Manere tamen poſſet idem hocce, ſi plenius, rotundiusque, exiret, quam reliqua, cum acceſſione ex *Cap.* 2: 3. ubi *abſorbere*, eſt *nocere, perdere.* Inde exiſteret, *ſi diceret Vir, quod abſorptus eſſet*, injuria ei facta. Sed non video, qui ſtare queat. *Schmid.* VI. adfert: *Num narrabitur ei, quando locutus fuero? ſi vir dixerit, quia abſorbebitur.* i. e. *Non ſane: nam abſorbebitur*, in nihilum abibit, evaneſcet; *nullius ponderis & momenti erit, id quod dicet*

21 Et nunc, non intuentur lucem, quum ſplendidior illa, in æthereis plagis; ventuſque tranſiit, & purgavit illas.

21 ועתה לא־ראו אור בהיר הוא
בשחקים ורוח עברה ותטהרם׃

22 A

22 מצפון

Deo de ſermone meo. Trajectione utitur non molli. Eleg. *Crinſoz.* VII. *An explicari poſſunt res illæ, de quibus mentionem feci? Si quis aggrediatur, ſtatim* difficultate materiæ *abſorbetur.* Deflectit nonnihil. *Bold.* VIII. *Numquid Ipſe talis eſt, ut neceſſe ſit ei recitare quæ dixero: etiamſi ego, aut alius, tam profunde diſſereret, ut mente captus, & abſorptus videretur.* Mihi per hæc omnia eunti, ex tenebris radiolus lucis, ſi forte, micat; atque hoc *audax* ſuggerit *Schema* VIII. *Non conſiſtemus in acie ante horridam caliginem.* Quare non? *Num narrabitur illi* caligini, *quum ego verba deducam? Si quis dixerit* quid, *ſane abſorbetur, quod dicit, & qui dicit.* Telum, quo *Jobus* a contentione cum Deo deterretur, ſic intorquetur. *Inſanus, qui cum caligine vellet diſputare, in certamenque cum ea deſcendere: nam & ipſe, & verba ejus, confeſtim abſorberentur. Major inſania hominis cum Deo in congreſſum, & contentionem, ſeſe immiſcentis; quippe qui certo certius immenſitate illa impenetrabili ſit abſorbendus.* Conſpirat cum *num.* I. eique Figuram ſublimem adjungit.

Verſ. 21. Verbis ſerenam lucem diei pingentibus, veluti nox quædam circumfuſa, quæ implicuit, & diſtraxit, Interpretes. *Vulg.* I. *At nunc non vident lucem; ſubito aër cogetur in nubes; & ventus tranſiens fugabit eas.* Varie declaratur. Sunt 1. qui ad *Meteora*, & *lucis* ac *caliginis* in cœlo *viciſſitudines*, iterum recurrant, connexionis cura liberi. Alii 2. figurate hæc accipiunt, quaſi *Elihu ſcientiam* hominis *perexiguam* eſſe, & *obſcuram* admodum, ſimili hoc iret illuſtratum, quod *quum lucem videmus, aut videre nos putamus, ſtatim illam confundat, eripiatque, nubes.* Videſis *Sanct.* hanc ſummam ex *Hieron. Beda, Cajetan. Dionyſ. Hugone*, conficientem. Paulo aliter 3. *Vavaſſ. At nunc mortales ne ſatis quidem advertunt repentinam ſerenitatem, quemadmodum aër ſe in nubem induat, quam continuo ventus a ſeptentrione diſſipet, auream lucem inducens. Oſtendit a ſimili Deum non poſſe comprehendi.* Plenius 4. *de Pined. Non ad meteora redit, ſed ex meteoris pulchram ſimilitudinem conficit: Nempe ſicut Deo jubente nunc eripitur nobis lumen offuſa nube, nunc illa disjecta reſtituitur aurea lux, quamvis neque prælucidæ ſerenitatis rationem perfecte cognoſcamus: ſimiliter Divinorum Judiciorum, & providentiæ, ratio, nobis perobſcura: nunc enim ſe illa caliginoſum, nunc lætum, præbebit: nunc ſubitam tempeſtatem miſeriarum coget; nunc ſerenitate ſua nubila illa depellet. Ergo ad Deum formidoloſa laudatio.* Elimatius quid dare potuiſſent, niſi *aër in nubem coactus ſubito*, ubi *Hebræa* ſiſtunt *purum in æthere ſplendorem*, partem lucis intercepiſſet. Adhæſit interim hoc ipſum *Pagn.* & *Vatabl.* ſic reddentibus; ex R. *Levi* II. *Nunc quoque non viderunt lumen lucidum* quod *eſt in Cœlis: at ventus tranſit, & repurgat illud.* Propter *nubes offuſcantes*, inquit, *non viderunt*; *quæ tamen mox vento adveniente fugantur.* Non fluit e limpido. Limpidius *Merc.* III. *Nunc autem non vident lucem* quæ *ſplendida eſt in æthere; ventus tranſiit & mundavit illum.* Quum *ab aquilone aurum venit* &c. Capit, ut *argumentum a minori*, ſic digeſtum: *Quomodo homines ad Deum accedere, & cum eo diſputare poſſint, vel audeant, quum nunc* lucem ſolarem *quæ* clariſſima in cœlis *ſplendet, ubi vento pertranſeunte ſerenati ſunt, & ab* Aquilonari vento *diſcuſſis omnibus nubibus, & nebulis, lucidiſſimus eſt aër, ejus, inquam, lucis adſpectum ferre non poſſint. Qui ergo lucis illius inacceſſæ radios ferre poſſent?* Pulchrum hunc conſpectum exhibuerat *Caſtal. Vſ.* 20. 21. 22. ita dextre contexens IV. *Scilicet illi exponetur ſi loquar, aut ſubitur homo cum fuerit abſorptus? cum ne fulgentem lucem quidem aſpicere poſſint* homines, quæ *eſt in æthere quem præteriens ventus expurgavit: veniente a ſeptentrionibus auro. Dei terribilis eſt majeſtas.* Eodem collineant *Jun. & Trem.* V. qui monent אור *Lucem* hic κατ' ἐξοχὴν ſignare *ſolem.* Collineat & *Cocc.* VI. hanc *ſummam* ponens. *Homines qui ſolem fixo obtutu non intuentur, quum nubibus diſſipatis ſplendet, quomodo intuebuntur Deum, ut coram Eo* cum

cum fiducia loquantur? De ſeq. *Vſ.* mox. Ab his partibus ſtant & Reliqui fere, quos laudare ſolemus. Nonnihil officit illud לא ראו *non vident*, pro *non poſſunt*, *non audent*, *intueri*. Hoc anſam videtur dediſſe Cl. *Schmidio* VII. in alia omnia abeundi, tum ſenſus, tum nexus, ratione. Senſum hunc dedit, *Et nunc nonne vident lucem*, *quando ſplendida eſt in cœlis*, *& ventus tranſit & purgavit illos*? *A ſeptentrione* nonne *aurum venit*? Per *interrog.* לא pro הלא *nonne vident*? *utique vident.* Pariliter *Vſ.* ſeq. *Nonne a ſeptentrione aurum eruitur & invenitur*? Nexum huncce format, ut *comparatio inſtituatur cum rebus mundi quæ videri*, *& inveniri*, *queunt*, *quum Deus ſit imperſcrutabilis & inacceſſæ majeſtatis*, *quæ una cum Judiciis ſuis ſapientiſſimis ac juſtiſſimis a nullo intellectu penetrari queat.* q. d. Lucem cœli ſereni *adſpicere poſſunt homines*, *&* Aurum *etiam in abſtruſiſſimo* Aquilone *abſconditum invenire*, *& eruere: at* Majeſtas Divina *nimis* formidabilis, *quam ut ad eam accedere*, *eamque perſcrutari queamus.* Libertatem quiſque ſuam retineat. Obſervamus tamen ad hæc: 1. לא pro הלא *Nonne?* non valde tutum. Infirmius adhuc 2. ut verſui ſequenti inſeratur, *Nonne* aurum venit &c? 3. *Aurum venit*, pro *Hominum induſtria inde eruitur*, & *invenitur*, non bene fultum item, nec uſu Linguæ, nec rei veritate: de quo mox plura. Ideo 4. aſſumendum fuiſſe fulcrum extra textum, *in abſtruſiſſimo Aquilone abſconditum Aurum.* 5. Cur hæc duo *comparate* poſita eſſent, dici non poſſe, citra argutiolam: nam *aurum*, hac in collatione, conditionis diverſiſſimæ a *Luce.* Nec *Lux* 6. ab hominibus *eruitur*, aut *invenitur:* ſed ultro ſe ingerit. 7. Non opus eſſe, ad *lucem inveniendam*, ut *Cœlum ventis purgetur.* Vel hoc ſaltem Viro Docto aliud ſuggerere debuiſſet: nam expoſitio, qua ſub fine utitur, ſtare nequit: *Nonne dantur media*, *quorum beneficio lux videri queat*? *utique dantur. Nam quando cœlum ſerenum*; *aut quando ventus tranſiverit*, *& purgaverit illud*; *datur nobis copia videndi lucem* &c. 8. Non valde cohærens, *Lux videtur*, *quum cœlum ſudum*; *Aurum eruitur vel ex Aquilone. Deus nec videtur: nec penetratur.* 9. Imaginem *Lucis creatæ*, cujus *ſplendorem liquidum*, & *aureum*, *ferre* nequeant *oculi humani*, multo aptiorem, ad *majeſtatem inacceſſam Lucis increatæ* inculcandam. Præſertim 10. quum non tantum *imperſcrutabilis profunditas judiciorum* Dei inſinuetur, ſed etiam *Immenſi Numinis Majeſtas formidoloſiſſima*, cujus *Jubar* omnem *aciem* creatam *præſtinguat*, & *ſacro horrore perfundat.* Ergo nec gradum tueri poteſt adſpectus ille, quem Cl. *Cler.* VIII. propoſuit, *interrogatione* item uſus: niſi quod *Vſ. ſeq.* eam omittat, & *Aurum* pro *Aureo Jubare ſolis* accipiat: h. ſ. *Quamvis in Cœlo nubes fuerint quibus lux intercipiebatur*, *tamen homines poſtea vident*, *nubibus aquilone diſcuſſis*, *aureum Solis Jubar: at Dei ſemper tecta Majeſtas*; *ut nunquam humano intellectu capi*, *nedum oculis corporeis cerni queat.* Dimidia pars ſcrupulorum levatur: dimidia manet: nec hoc voluiſſe *Elihuum*, liquido confirmari poſſe puto. *Allegoricam* clavim IX. arripuit *Bold.* cenſens *Jobi Hypocriſin*, & *geſticulationes* (quas confinxit ei objectas) *mimicas inter orandum*, ſic perſtringi. *At ut plurimum hujuſmodi homines non cognoſcunt ipſum verum*, *& lucidum*, *lumen quod e Cœlis eſt: neque verus Dei Spiritus corda purificans*, *tranſivit per eos. Sed propter tempeſtates Aquilonares concipi ſolet ab hominibus lux aurea ſplendidiſſimæ ſapientiæ* &c. Qui talibus deliciis paſcitur, ex *Gloſſ. Ordin.* aliiſque ad ſatietatem ſe implere poterit. Non procul a vero *Codurc.* X. *Si Dei præſentiam nemo ſuſtinet*, *quando nube obvelatur*, *quis lucem ἀπρόσιτον ejus ferre poterit. Non poſſumus mente aſſequi ſublunaria*, *quanto minus cœleſtia*? Lucem *illam* inviſibilem Dei *deſcribit per æthercam*, *cum depulſis toto cœlo nubibus Sol nitet*, *& coruſcat. Non poterimus ergo* conſiſtere *apud illum*, *aut quicquam* in ordinem digerere, *tum* ob tenebras, *quæ ab ejus præſentia deterrent omnem hominem*; *tum* ob lucem; *nam majeſtate abſorberemur.* Diſpoſitio, & ordo, placent; præſertim, quod חשך *tenebras*, & אור *lucem*, referat ad *inacceſſam* Dei *Majeſtatem.* Sed non implet vim loci, quod hæc trahat ad *hominis ignorantiam circa naturam rerum*; quaſi *Elihu* jam ſcire vellet, quid *Deo reſponſuri eſſemus*, *ſi a nobis rationem peteret rerum*, *quæ jugiter oculis noſtris obverſantur.* Enimvero non excludo illam *ignorantiam*, ſed hoc *Epilogo* refrænari maxime au-

 tu-

22 A Septentrione aurum venit: ſuper Deo terribilis Majeſtas.

23 Om-

22 מצפון זהב יאתה על־אלוה נורא הוד׃

23 שַׁדַּי

tumem *arrogantem* iſtam *Fiduciam*, qua *congreſſum cum Deo* ſibi *dari* popoſcerat *Jobus*. Ante oculos itaque XI. proponit Noſtro acutiſſimus hicce Diſputator, ab una parte חשך *tenebras*, *horrorem incutere* natas, ab altera parte *Lucem*, *blandam* illam quidem, ſed quæ paululo *nitidior* ſi ſit, oculos ſtatim *ſerenitate* ſua *perſtringat*, ſeque propius *inſpici*, & *accedi*, non debere, commoneat. Utrumque *Emblema inacceſſam* immenſi & Æ erni Numinis *Majeſtatem* graviſſime depingit, hinc *vertiginem* ex *tenebris offundendam*, illinc *viſus præſtrictionem*, *rotationemque*, ex ipſa *Lucis claritate* metuendam, oſtendens. Ad hanc rationem omnia placide decurrere videntur. 1. ועתה *Et nunc*, aptum *inſtantiæ*, ac *concluſioni*. 2. לא ראו *non vident* homines, pro *videre nequeunt oculis apertis*, nil habet quod magnopere offendat. Vehemens tamen me tenet ſuſpicio, eſſe *formam* antiquam *part. paſſ.* pro ראוי, vel potius ראוו, a *Radice* ראה per *ultimam Jod*, vel *Vaw*, prolatam. Geminum dedimus ad *Cap.* 15: 22. צפו, pro צפוו *cui imminetur*. Sequetur germanum עשו pro עשוו *factus Cap.* 41: 25. Hinc naſcitur, *Et nunc non viſibile lumen*, i. e. *non patitur ſe acri & inconnivo oculo aſpici*. 3. אור vel *Sol*, vel *Lumen ſolis*, quod malim, quia ipſa *ſerenitas nitidior* paulo, *acriorque*, oculis alludens, & allabens, loci ſententiam abunde implet; quin vim argumentationis intendit. 4. בהיר *candidus*, *ſplendidus*, ex *Chaldaica Dial.* illuſtratum a *Merc.* & aliis. Ex *Arabica* item a *Grot. Codurc. Boch. Hotting. Cromaj. &c.* Addere liceat بهر apud *Arabes* non uſurpari niſi de *luce acrius micante*, ita ut *prægravet* quodammodo, vel *ordinariam lucem vincat.* Nil opportunius, pleniuſque, hac in ſede, ubi בהיר הוא ſignat *lucem paulo fortius micantem*, quam ſolet. Vides 5. quare *æthera a tranſeunte vento purgatum* induxerit; quod tum illa *acrior ſerenitas*, & *vibratio lucis*, quam *oculi* noſtri *ferre* nequeunt, exiſtat.

Verſ. 22. Admirabilis ſententia, omnes numeros *ſublimitatis* explens: *Ab aquilone aurum venit*; *ſuper Deo formidabilis Majeſtas.* Ad literam I. intellectum a *Lyran.* aliiſque, monentibus *etiam in Septentrionalibus oris Aurum erui.* Res certa: nam *Phaſis Colchorum* inter *Auriferos fluvios* nobilitatus: & e *Caucaſo ramenta auri puriſſimi deferri a torrentibus Appian. Alex.* annotavit. Hoc qui multis probaverit, non multum vincet; nam *nobilius*, & *copioſius*, haud dubie, *Aurum Arabiæ*, & *Auſtri.* Alienum ergo a ſede loquentis; alienum præſertim a ſerie orationis; ut ad *Vſ.* præc. pluribus diſcuſſum contra Cl. *Schmid.* cum *interrog.* vertentem. *A ſeptentrione* nonne *aurum venit*? Argutius inſiſtitur in vocabulum צָפוֹן, quaſi *Aquilo* a צָפוּן *abſcondito*, *remoto*, ſic dictus, daret; *Etſi ſeptentrio remotus a nobis*, *&* aurum *ibi valde* abſconditum, *inde tamen eruitur*, *& ad nos venit.* Nimis ſæpe noſtra nos acumina ludunt. Iis certe ludendum ſe dedit *Sanct.* II. quum ſuſpicatur, eſſe *proverbium Idumæum*, in quo *Aquilo* ſignificet *locum*, vel *ſtatum*, *durum*, *aſperum*, *inamœnum*; itemque *Aurum*, *magnam* aliquam *commoditatem*: quaſi *Elihu* nunc oſtenderet *Jobo*, *quid commodi capere poſſet ab* Aquilone, i. e. *a dolore*, *paupertate*, *ignominia*; nempe *modeſtiam*, & *ſubmiſſionem*, *quæ omni auro pretioſior.* Addit & aliud, quod ex *litera* & *figura* mixtum; quaſi *Formidoloſa ad Deum laudatio* (ſic *Vulgat.* ultima expreſſit). *compararetur cum auro aquilonari*, id eſt, *cum re omnium pretioſiſſima.* Intelligit per *laudationem formidoloſam*, quæ *cum metu ac religione fiat*, *ex ſpiritu contrito*, & *afflicto.* Qui *Allegoria* delectatur, mallet jam forte III. quod *Gloſſ. Ordin.* propinat, *per Aquilonem*, *peccati frigore conſtrictam gentilitatem ſignari*, *per Aurum fideles.* &c. &c. vel quod *Philipp.*

Nos.

Nos aurum ſanctos intelligimus, qui ab Aquilone Diabolo Domini ſanguine redemti. &c. Quanta intemperies! Non temperanter IV. *Bold. Sæpe ab Aquilone* i. e. *Borealibus, vehementioribus, procelloſiſque ventis, concipitur timor* Dei, *quæ eſt velut lux aurea ſplendidiſſimæ ſapientiæ.* Deſultorem agit: & quum *Vſ.* præc. רוח *Ventum* detorſiſſet ad *Spiritum Dei*, hic ſubito ad *ventum procelloſum* tranſſilit, quo *ſæviente*, & omnia *ſternente*, homines *conſternentur*, & Deo offerant *formidoloſam laudationem.* Rem ex parte attigerunt *Græci* V. qui לא ראו *Vſ. præc.* ut nos, expreſſerant οὐκ ὁρατὸν τὸ φῶς; nunc ſubtexunt, Ἀπὸ Βορρᾶ νέφη χρυσαυγοῦντα· ἐπὶ τούτοις μεγάλη ἡ δόξα καὶ τιμή. Ipſam tamen ſententiam everterunt אלוה *Deum* in אלה *Illa* commutantes. In *Comm. Hieron.* VI. reperio: *Audivi quendam ita dicentem, quod æſtatis tempore, ſole in Aquilone naſcente, aurora ardentior rutilet; ita ut ipſe ſol aureum colorem præferat:* q. d. *nunc Eliu; inde aurum venire*, i. e. *mundo flammeam rotam ſolis oboriri: & ſuper hoc præclarum ſydus ad Deum formidoloſam hominibus eſſe laudationem.* Eſt quod probes; & eſt quod rejicias. *Aurum* pro *Sole* ipſo, *Globum aureum* referente, etiam ſumſit, Eleg. *Crinſoz.* VII. ad hunc nexum ſatis concinnam, *Quod ſi oculo fixo ſuſpici nequeat radians lumen Cœlorum, quum per ventum pulſis nubibus, Sol nobis ab Aquilonibus detectus* veluti *micat*; quanto magis *in Deo gloria inacceſſa præfulgeat?* Plurimus calculus VIII. tendit ad *lucem* ſolis *ſereniſſimam, liquidiſſimam*, & *aureo fulgore rutilantem* in *Cœlo*, quum omnes nubes Aquilonibus fugatæ, & deterſæ. Ita *Rabbini* plerique, & univerſus ferme Chorus noſter, exigua differentia, quam enotare vix pretium. Laudant *Zach.* 4: 12. ubi זהב *aurum*, eſt *oleum flavum & ſplendens.* Nonnulli addunt ex *Jer.* 51: 7. כוס זהב *poculum auri*, pro *viſi rutilantis.* Apud *Arabes* ذهب *Aurum* ſeſe ad ſimiles figuras læte porrigit, ac præſertim in *Cœlo rutilante* concelebratur. Defungar uno ſpecimine ex *Schol.* ad *Moallek.* hunc veteris Poëtæ verſiculum laudante,

والشمس تجنح للغروب
وقد جري
ذهب الاصيل علي لجين
السماء

Solque inclinabat ad occaſum, jamque currebat
Aurum veſperæ ſuper argento aquæ

Nemo ergo *durum* vocet *tropum*, qua nihil *mollius, ſplendidiuſque.* Apud *Græcos*, & *Latinos*, ſeges talium. *Aureus Sol, Auricomus, Aurea lux*, paſſim, & *Aureæ cavernæ cœli* apud *Varr.* Item abſtracte *Aurum*, ea granditate, quæ *cothurno* Orientis æqualis. *Val. Fl.* L. 2. 55.

Quin agite, O Socii, micat immutabile Cœlum.
Puraque, nec gravido ſurrexit Cynthia cornu:
Nullus in ore rubor: certuſque ad talia Titan
Integer in fluctus, & in uno decidit Auro.

Stare nequit *Euro*, quod edi ſolet. III. *Heinſius* tentabat, *Vicino decidit auro:* quod languidum: nec aurem implet, *genuino decidit auro.* Celeb. *Burm.* mallet, *Et mundo decidit auro*, vel *ore*; non nimium tamen iſtis tribuens. Mihi *Flacci* genium, ſpiritumque, reddere videtur, *in uno auro*, i. e. *conſtanti, perpetuo, æquabili, nullis nubibus fuſcato.* Sic *uno ſub ictu*, mox *inf. Vſ.* 259. & *Lib.* 7: 230. *uno ſub frigore*; & *uno vultus pallore gelati:* L. 12. 168. quæ optime explicita, de *continuo*, & *omnia obtinente ſimul.* Eadem granditate iterum *Val.* L. 5: 370.

Et ſævo cum nox accenditur auro
Luctiferas crinita faces.

Deſcribitur *formidoloſus cœli adſpectus*, quem *Jubar crinitum Cometæ efficit*; quod magno ſpiritu *ſævum aurum* vocat Poëta, quo *Cœlum accendatur* quaſi. Iſti terrori unice reſpondet *Luctificas*, quod pro *Lucificas* Cl. Editor ſubſtituit. Capitalis emendatio. Ex *Silio ibid.* laudatum.

23 Omnipotentem non comprehendere valemus; Magnus eſt robore; & judicio ac magnitudine juſtitiæ non opprimit.

24 Prop-

23 שדי לא מצאנהו שגיא כח ומשפט ורב־צדקה לא יענה׃

24 לכן

—— *Clypeumque accenderat auro.*

Et ex *Claud.*

Stellas accendit in auro.

Hæc omnia *Auri a Septentrione venientis* figuratam, quam ſecuti ſumus, acceptionem, ſtabiliunt. Addidi olim, nec pœnitet, *præſtrictionem viſus*, quam *Arabes* adſcivere ſub זהב ذهب, quod ſpeciatim valet, *præſtrictos habuit oculos ex fulgore auri.* Mire quadrat in hac ſedem: *Ab Aquilone*, Cœlos perflante, & tergente, *venit Aurum oculos præſtringens: ſuper Deo formidoloſa Majeſtas eſt.* על quod plerisque *apud*, *penes*, eſſe hic *poſſidentis*, bene monuit *Schmid.* Intendit, quod Cl. *Mich.* clarius, ſignari *indutum*, *præditum Majeſtate.* על *ſuper* in *veſtibus*, & *ornatu*, ſolemne. Sententiam, ſimulque *Oeconomiam* loci, ad *Vſ.* præc. ſatis puto illuſtratam. Concludo, ut incipiebam, locum hunc ὕψος cumulatiſſimum ſiſtere, cui par, aut ſecundum, vix dabitur.

Verſ. 23. Definitur in illuſtri *Gnome*. Eam *Vulg.* I. ſic expreſſit: *Digne eum invenire non poſſumus: Magnus fortitudine, & judicio, & juſtitia; & enarrari non poteſt.* Illud *Digne*, ex שדי *quod ſufficiat*, ortum ſuſpicor. Ultima a ענה *reſpondit*, ſic inflexa, monentibus & *de Pined.* ac *Vavaſſ.* Plenius *Tigur.* II. *Qui quum ſit O. M. non inveniemus eum, quumque ſit ampliſſimus potentia, & judicio, & eximiæ Juſtitiæ, non reſpondebit.* Obſervat *Merc.* III. ſic יַעֲנֶה ſcribendum fuiſſe at יְעַנֶּה nihil aliud dare poſſe, quam, *non affligit*, vel *affliget.* Supplet ille, מלבו *ex animo*, *lubens*: q. d. *quum nos caſtigat*, *etiamſi nobis malum videatur*, *eſt potius in bonum noſtrum.* Addit & alia, bona in ſe, ſed a loci hujus nervo alieniora. *Jun.* & *Trem.* IV. paulo aliter ſtruunt, & explicant: *Ampliſſimus eſt virtute; ſed judicio, & magnitudine juſtitiæ non adfligit:* i. e. *non utitur omnipotentia*, *ac ſummo jure*, *erga creaturas ſuas* &c. Rotundius *Cocc.* V. *Omnipotens eſt*, *non comprehendimus ipſum*, *plurimus viribus*; *& judicium*, *atque omnem juſtitiam*, *non opprimit.* Non molle רב צדקה *omnis juſtitia.* Simili ſtructura *Aquila* dederat, καὶ κρίσιν καὶ πλῆθος δικαιοσύνης οὐ κακουχήσει. Vix eſt ut illa *multitudo Juſtitiæ* non potius Deo adjudicetur. Cl. *Schmid.* VI. *Omnipotentem non invenimus: Magnus eſt potentia, & Magnus judicio, ac magnitudine juſtitiæ*, quæ *non adfliget.* Inſerit אשר ante לא יענה, & ita exponit, *quæ*, *judicium*, *& juſtitiam*, *non adfliget.* Sic *quæ*, in *neutro*, rediret ad *geminam* Dei *virtutem*, *ab ipſo non lædendam.* Ad hanc rationem Cl. *Mich.* niſi quod VII. maluerit, *itaque*, vel *tamen*, *jus*, *& multitudinem juſtitiæ* qua ipſe infinitis modis ſupra omnes homines excellit, *non adfliget*, *lædet*, *opprimet: ita ut vel tibi*, *vel aliis*, *juſtitiam deneget*; *aut æquitatem in conſtituendo ordine ſalutis non obſervet.* Non ſatis digero, *Jus*, & *multitudinem Juſtitiæ*, hoc ſenſu *ad Deum* referri: nam durius exit, *Deum non adfligere ſuam ipſius juſtitiam.* De *Hominis Juſtitia* tunc mallem cum *Cocc.* ut ſit, *eam a Deo non ſufflaminari*, *inhiberi*, *ſiſti*, *ſed omni tempore promoveri.* Satis ad rem: nam *virtutem* & *juſtitiam ſibi ſuam invideri* velut, conqueſtus fuerat Noſter. רב צדקה *quantum eſt juſtitiæ*, ut רב עצמתיו *quantum eſt oſſium ejus*, ſupra. Conſentit *Guſſ.* Nimio acumine in priori colo *Thalmudici* VIII. *Omnipotentem non invenimus Multum robore*, etſi talis ſit: nam talem non experimur eum, ſed potius lenem erga nos: *& judicium copiamque juſtitiæ non adfliget.* Non ſinit *Cap.* 36: 26. quorſum ref-

24 לכן יראוהו אנשים לא יראה כל־חכמי־לב׃

24 Propterea timebunt Eum homines; Nihil videt omnes ſapientes cordis.

reſpicitur: ut nec *Cap.* 11: 7. R. *Salom.* IX. ultimum membrum ſic videtur cepiſſe; *Et judiciis, caſtigationibuſque ſuis, non opprimit.* Mitto LXX. alioſque longius abeuntes, & finio X. in hocce, *Omnipotens*, quem *comprendere non poſſumus, plurimus robore, at Judicio, ac multitudine Juſtitiæ, haud opprimet:* nempe *ſine cauſa*, vel *innocentem.* Ita *Crinſoz. Cler. Reim.* &c. Eſt idem, paulo aliter enunciatum, quod *Cap.* 36: 5. ut ambigi vix queat, quin ut ibi illuſtri illa ſententia *Dei potentiam infinitam, infinita juſtitia, & bonitate, temperatam eſſe*, inſinuabatur; ita hic in concluſionem, convictionemque, idem nunc conſignetur. ענה abſolute *vim facere, opprimere, injuſte vexare.* Sic *Cap.* 30: 13. *Dies oppreſſionis, & vexationis injuſtæ.* Item *Exod.* 3: 7. *Pſ.* 9: 14. &c. Ad tollendum ſcrupulum, cui ob *Ellipſin* ב adhæſum, dari poſſet; XI. *Et Judicium, ac Magnitudo Juſtitiæ, non adfligit, non opprimit.* Ita שגיא כח redderet quod *Cap.* 36: 5. dictum, cum hac luculenta acceſſione: *Eum qui eſt Juſtitia ipſa, neminem poſſe injuſte vexare; aut potentia ſua opprimere.* Confer *Deut.* 32: 4. *Omnes viæ ejus* משפט *ipſum jus.* &c. Adde *Pſ.* 99: 4. & 119: 121. Item *Pſ.* 89: 15. & 96: 4. *Juſtitia & Jus firmitas ſolii ejus.* Illa *abſtracta* loquendi *forma* nil habet quod diſplicere queat. Sit tamen optio libera. Res eodem redit.

Verſ. 24. Quod primo adſpectu languidius videri poſſet, pro reliqua vehementia, & acrimonia, Actionum prægreſſarum, duplici ferit aculeo, atque decentiſſimum præſtat Finem harum *Jobi* redargutionum. Prius Colon nihil habet dubii; nam quod יראוהו aliis eſt *timebunt*, aliis *timent*, aliis *timuerunt Eum*; aliis denique *timeant*, nullum facit momentum: ut nec, quod אנשים *Viri* quibuſdam, aliis, cum reſpectu ad vilitatem, *Mortales*; quibuſdam poſtremo *Homines cordati*, *Virorum* nomine digni. Talia, quæ nulla norma Linguæ decerni poſſunt, pendent a modo cogitandi, in quo, ut in lineamentis, cuique ſuum pulchrum. Poſterius nonnihil diſtrahit, & diſtrahitur. *Vulg.* I. *Et non audebunt contemplari*, Eum, *omnes qui ſibi videntur ſapientes.* Vicinum, quod *Caſtal.* habet. Abnuit *Syntaxis. Doct. Tigur.* II. *qui minime curat, quid machinentur omnes, qui ſibi ſapere videntur.* Eodem *Merc.* collineat III. *Non videt omnes ſapientes corde*; i. e. *non curat eos, quominus puniat, qui Ipſum offendere audebunt: nec ſapientia ſua quicquam iis prodeſt, niſi Deum timeant* &c. Idem hoc expreſſum a *Jun.* & *Trem.* IV. *Non reſpectat ullos ſapientes animo*: cum quibus faciunt *Cocc. Schmid.* &c. Nec *Cler.* V aliud dedit, quamvis ſubſtituat, *nec reſpicit ullos* eorum *qui animo ſunt callido.* Diverſum quid V. exhibet *Crinſoz. Sed non omnes videt repletos* hac *Sapientia.* Subdit *Vir Doct.* in *notis*, textum *Hebræum* adferre, *Eos non videt omnes ſapientes corde.* Sic confecta res foret. Sed *Eos* abeſt, ad quod כלם requiritur, vel הכל ſaltem; ut *Pſ.* 43: 3. הכל סרו׃ obſtat & *Mackaph* aliquantulum. Aliquid tamen deſiderari in recepta explicatione, certum: & חכמי לב non ſatis pleno jure redditur, *qui ſibi ſapientes videntur.* Scio Ill. *Grot.* VI. annotaſſe in *Hebræo* eſſe, *ſua opinione ſapientes:* ſed idem ſcio, לב *Cor* non adferre *opinionem*, in hac utique formula, ſemper *inſignem ſapientiam* reſonante, ſecundum Originem, in *Opuſc.* de *Def.* indicatam; qua חכם לב eſt πυκινὸς τὴν καρδίαν. Vide *Job.* 9: 4. *Prov.* 10: 8. & 11: 29. *Exod.* 28: 3. & 31: 6. &c. An ergo ſtare poſſit VII. quod & *Merc.* adduxit? *Non accipiet perſonam eorum.* Vix putem. Occurrit mihi VII. τὸ μηδὲν, quod in לא ſæpius jam *ſubſtantive* deprehendimus. Inde grandi figura ſubnaſcitur, *Nihilum*, τὸ μηδὲν, *videt omnes vel ſapientiſſimos cordis.* Gra-

Graviſſima *Gnome*; in qua appoſitiſſime Finem fecit Vir Zelo Dei flagrans; idemque moderationis, prudentiæ, & ſolidæ actimoniæ, abſolutum Exemplum.

CAPUT TRICESIMUM OCTAVUM.

Verſ. 1. ET reſpondit Jehova Jobo ex turbine, & dixit.

2 Quis

Verſ. 1. ויען־יהוה את־איוב מן־הסערה ויאמר׃

2 מי

Verſ. 1. Ultimus hicce Actus exhibet geminam *Apparitionem*, Diſceptationemque *Dei e Turbine*, qua interminabilis hæc lis, & contentio, ita finitur, quemadmodum par erat; atque Homo pius, quem dolores infiniti, & conſcientiæ intaminatæ puritas, ulterius evexerant, quam reverentia Deo debita poſtulabat, ad officium placide reducitur, *Creatoris immenſitate* ei ante oculos propoſita, & clementiſſimis interrogationibus, provocationibus, deductionibus, vivo ſub lumine, & ſenſu, convictionis, inſinuata. Habes, ni fallor, uno verbo univerſam *Oeconomiam* quatuor Capitum, in quibus per mihi mira ſæpe viſa cum *materia*, ſtatui *Quæſtionis*, quæ tantis animorum motibus diſceptata fuerat, non directe reſpondens: tum *tractatio* ipſa tam longe, late, lente, circumducta, atque in monſtrorum formidoloſiſſimorum deſcriptione deſinens. Aliter reſponderi non debebat, nempe, illi, qui Deum in certamen, & congreſſum, vocaverat toties: nec cum eo deſcendendum in *abditas rationes conſiliorum Divinorum*, ob quas *bonis* ſæpe *mala* immittuntur, *malis* ad tempus permittuntur *bona*. Sufficiebat, ut *cum ſenſu* propriæ *tenuitatis*, *immenſa* Dei *Magnitudo*, ex operibus creationis ſplendidiſſime relucens, ei paulo fortius admoveretur, radioque ex Patre luminum profecto ſeſe menti hominis Religioſiſſimi penitius inſinuaret. Hoc *Elihu* in poſtrema oratione, non ſine Numine, admirabiliter facere conatus fuerat; & credibile, cum reliquam viri reprehenſionem, tanta æquitate temperatam, Noſtrum adfeciſſe; tum inprimis partem illam noviſſimam Eum tetigiſſe, ubi hinc *caliginem profundiſſimam*, & *inpenetrabilem*, qua ſummum Numen ſe, ſuaſque vias, abſcondit: illinc *lucem glorioſam*, & *inacceſſam*, *quam* nulla *creata ac*[illegible] ſuſpicere, nedum ſuſtinere, ac propius in[illegible], queat, inculcatum iverat. Hæc videtur cauſa, vel unica, vel præcipua, quod *Jobus* & placide audiverit diſſerentem, & ſilentio ſuo caſtigationes tam cordatas, ac graves, comprobaverit quodammodo: ſe *modum* haud *ſervaſſe* in acerrimis illis defenſionibus ſui jam perſentiſcere incipiens. Sic plerique cum *Mercero* judicant. *Calvinus Conc.* CXLVII cenſet *Deum*, *quod animadverteret Jobum non ſatis domitum ſermonibus*, & *rationibus Elihui*, *illi Majeſtatis ſuæ ſenſum ex turbine exhibuiſſe*, *ut expaveſactus culpam agnoſceret*. Id ex parte verum, nemo neget: nullum enim vel lumen, vel fulmen, orationis humanæ, frangat, edometque, Cor ſoli Deo penetrabile. Simul tamen tenemus, hac ipſa efficaciſſima *convictione*, *Victoriæ palmam* contra iniquos Cenſores Noſtro aſſignatam; in eaque luculentiſſimum præberi teſtimonium *Innocentiæ*, & *Juſtitiæ*, nullam in partem culpabilis; niſi quod crimina nimis acriter a ſe depellendo, in criminationem quandam ipſius Dei incidiſſet; atque reverentiam infinitæ Majeſtati debitam non *corde*, ſed *ore*, imprudentius minuiſſet. Nec ſententiam, nec verba, ſatis temperaſſe putem *Codurcum*, quum ait, *Dominum tandem ſilentium rupiſſe*, *ut garrulitatem rabularum compeſceret*; *atque ſapientiam humanam contunderet*, & *confunderet*, *in Amicis non ſolum*, *ſed* & *in Elihu*, &c. Illuc deflectit *Vſ.* 2. ubi multi veteres *Elihuum* & *Amicos* increpitos ſtatuerunt.

runt. De eo mox plura. *Bolducius* ſolum *Elihuum* ibi intelligit; atque *primum* huncce *ſermonem* non *Jobo*, ſed *Elihuo*, caſtigando editum fuiſſe contendit. De eo item ad *Vſ.* ſeq. diſpicietur. Hinc tortura verſui noſtro data; & *Reſpondit Jehova Jobo*, explicitum, *pro Jobo*. Violentum.

Ibid. Circa hanc *Apparitionem* magna exoritur quæſtio; quandonam ea facta: an *durante* adhuc *conſeſſu*, & *conflictu*: an poſt *intervallum*, minus, majuſve, *temporis*. Trivium. Sunt I. qui הסערה, *procellam* hancce, differente cum maxime *Elihu*, collectam, eo ſilente mox erupiſſe velint. Tenent hoc non tantum omnes illi, qua Veteres, qua Recentiores, qui *Vſ.* 2. ad *Elihuum* & *Amicos* trahunt: verum etiam multi eorum, qui *Jobum* ibi compellatum ſtatuunt. *Calvin.* idem tacite ſupponit, in iis quæ ſupra adduxi. *Merc.* illuc quoque acclinis eſſe debuit, quum monet *Elihui ſententiam a Domino magna ex parte confirmari, & argumenta eadem ex meteoris ſumta adhiberi* &c. Diſertim *Cocc. Dicit* הסערה *indigitans procellam Elin loquente coortam* &c. Redi ad *Cap.* 37: 1. Similiter *Schmid.* notat, *nihil a Jobo exceptum ad ſermones hoſce; licet nullam quoque confeſſionem habeamus: ſed nec ſciri, an tantum temporis intervenerit, inter finitum ſermonem Elihui, & apparitionem Dei, ut Jobus mentem ſuam exponere potuerit.* Aliud II. ſectati, qui *Turbinem* figurate vel *ſomnum Divinitus immiſſum*, vel *Ecſtaſin*, interpretantur. Videſis *Cajet. Munſt. Iſid. Clar.* ex quorum mente *miſſum* ſaltem *cœtum* oportuit ante, quam hæc *Ecſtaſis* ſuperveniret. Erud. *Crinſoz.* III. annotat, *aliquantum ſpatii* videri *interceſſiſſe*; *quin veriſimile Amicos jam tum ad ſua fuiſſe reverſos*: ex *Cap.* 42: 8. Apparet rem eſſe haud facilem ad conſtituendum. Priori ſententiæ nonnulla favent; nonnulla item obſtant. Favet 1. quod ad tantam litem ſopiendam Arbiter e Cœlo requirebatur, antequam conſeſſus ſolveretur. 2. Quod ita ordo Libri contextus, ut hoc ipſum innui videatur. 3. Quod alias inſerendum fuiſſet ויהי אחר הדברים האלה *Et fuit poſt hæc*: ut 1 *Reg.* 21: 1. & alibi. 4. Quod *Materia*, per *Oraculum* deducta, ejuſdem ſit *Characteris* cum oratione *Elihui*, eique *cumulum* ſuperaddat. 5. Quod ſtilus quoque ejuſdem ſit coloris; quaſi indicare voluiſſet Deus, ſe poſtquam *Ore Elihui* uſus eſſet ad *hominem hominis opera* convincendum; nunc tandem *ſuomet ore* adeſſe, ad *os contradictionis claudendum*, & *cor obedientiæ* ſubmiſſæ *recludendum*. 6. Quod nimis diu vel aperte damnata, vel ex parte ſuſpecta, Viri virtus, atque innocentia, in lucem venire merebatur ante, quam vel *Amici*, cum ſuo immoderato & injuſto, vel *Elihu* cum moderato ſuo & juſto, præjudicio, a *Jobi* præſentia diſcederent. Decens quoque dixerim 7. ut Noſter, qui *præſentibus* multis *modum* ſæpe *exceſſerat*, etiam iiſdem *præſentibus* ad officium rediret; atque ingenua confeſſione cordis contriti dilueret, quicquid ore minus prudenti eſſet peccatum. Obſtat contra. 1. Quod *Apparitiones* in frequenti cœtu contingere vix ſolerent; ſed in ſecreto per *ſomnum*, vel *Ecſtaſin*, quorſum media opinio tendit. 2. Quod *Jobus* non tantum *audiviſſe vocem* Numinis, ſed etiam *imaginem* quandam, & *ſpeciem viſibilem Majeſtatis*, oculis hauſiſſe videatur, ex *Cap.* 42: 5. unde iterum *viſus Ecſtaticus* firmamenti quid ſumit; qui ſimilis fuerit illi, quem *Cap.* 4: 13. &c. deſcribit. 3. Quod *totum conſeſſum*, hoc *turbine involutum*, in loco manſiſſe, atque *aure attonita verba oraculi* accepiſſe, a vero abhorreat. Magis 4. abſonum fuerit, ſi eos nihil audiviſſe ſtatuamus. 5. Neutrum ſatis aptum ad id quod *Cap.* 42: 7. ſubnotatur, niſi placeat ibi continuare orationem, *Treſviroſque in conſeſſu eodem* clara voce *increpitos* ſtatuere. Id ſeries interrupta narrationis, & mutatio ſtyli, vix permittant. Habes rationum momenta, quæ ſuſpenſum retinere queant animum trutinantis. Qui rem decidere poterit, inibit gratiam. Plus ſumit, quam oportebat Cl. *Cler.* quum notat, *Qui volunt hunc Librum eſſe Parabolam, hoc loco nituntur, aut niti poſſunt, quia excepto Moſe Deus neminem ita allocutus eſt, ut ei palam reſponderet. Quod ſi revera factum in gratiam Jobi, intelligendum erit quod de Moſe Num.* 12: 7. 8. *cum hac exceptione, niſi aliter viſum fuerit.* At *diverſi* hi *modi Revelationis*; neque neceſſe eſt, ut *Num.* 12. illud languidulum annectatur. Neutiquam etiam legitima concluſio, *hunc Librum eſſe parabolam*, i. e. *totam Hiſtoriam eſſe confictam more parabolico.* Juſtius, credo, intuliſſet, ergo

2 Quis hic obtenebrans conſilium, in verbis ſine ſcientia?

3 Ac-

2 מִי זֶה מַחְשִׁיךְ עֵצָה בְמִלִּין בְּלִי־דָעַת׃

3 אֱזָר־

more parabolico conſcriptam eſſe hanc Hiſtoriam, ad quam adſcita ſint *ornamenta Dramatis*, vel *Tragœdiæ*, quibus non nimis preſſe ſit inſiſtendum; veluti quod hic repræſentetur immediate poſt conflictum illum Cœleſte oraculum interveniſſe, ad *Litem durante* adhuc *conſeſſu terminandam*, & in ordinem cogendos omnes, qui limites officii exceſſerant. Erunt forte, qui in eo acquieſcent: mihi necdum liquere haud diffitebor: & ad *Extraordinarium* huncce *caſum* majorem lucem circumſpicio. Argumentis, quibus priorem ſententiam communivi, in conſeſſu, *pendente* velut *Lite*, deciſionem e Cœlo factam, hoc ſuperaddi velim, quod ſubmonuit Cl. *Cocc.* verbo יַעַן *reſpondit* reſpici *ad vota & ſermones Jobi: cui, quum in* סְעָרָה *procella atteri petiiſſet, in contrarium res vertat; ut ex procella oriretur conſolatio.* Fortius ſtringet, ſi attendatur, *Jobum* ter, quaterve, *publicum* veluti *congreſſum* cum Deo depopoſciſſe; in quo *Cauſam* ſuam *exponere* poſſet. *Cap.* 9. & 13. & 23. denique *Cap.* 31. ſub finem. Amici non *bonam conſcientiam* interpretabantur, ſed *contumaciam*. Ipſe *Elihuus* tantam *confidentiam*, ut par erat, reprehenderat acriter. Datur tamen honori Viri, quod dari poſſe negabatur, & *Deus* velut *de Throno deſcendens*, cum *homuncione diſceptationem habere* non dedignatur, eumque *interrogationibus lentis*, & *ſumma clementia temperatis*, *pacat*, *tranquillat*, ad ſubmiſſionem ſedatam revocat, ſimulque *Victorem Cauſæ* declarat, *citra Cauſam Jobum* tam diu *vexatum* fuiſſe, *ſuomet teſtimonio* confirmans. Manet hoc pacto ſimplicitas literæ, neque neceſſe eſt *Turbinem* hunc ad *Figuram* coactiorem detorquere, qua vel *aſpera increpatio*, vel *turbatio mentis procelloſa*, vel *Ecſtaſis ſubito turbine immiſſa*, ſignificetur. Non laudo, quod per *Jehovam* hic *Angelum Jehovæ* intelligendum eſſe cenſeat *Grot.* Ipſe *Creator univerſi* nimis diſerte verba facit. Ejus nomine talia locutum *Legatum*, nunquam probabitur. Alia quæ de nomine *Tetragrammato* hic appoſite adhibito: de convenientia *apparitionis in Turbine*; de ſcriptione מִנ pro מִן, hic habent Docti interpretes, omittere ut poſſum, ita debeo, quemque hoc in genere ſuo ſenſu abundare juſtum cenſens. Idem dictum velim de *Allegoricis* & *Myſticis* illis *fontibus*, quos in quatuor hiſce Capitibus extremis præſertim inſignes Doctores, qua veteris, qua recentioris, ævi, aperuere. Horum cogitatis per meum ſilentium nihil derogatur: quando totum hocce genus extra limites Commentarii hujus poſitum: quippe qui in Litera conſtituenda, & explananda, unice occupetur.

Verſ. 2. Quis hic compelletur, & perſtringatur, magna diſſenſio eſt. Plerique Latini I. in *Elihuum*, de quo ſiniſtre eos judicaſſe, ut de *arrogante*, & *tumidiſſimo juvene*, ſæpe monui, *Cenſuram* hanc obliquo ictu cecidiſſe cenſent, oratione mox *Vſ.* 3. ad *Jobum* directa. Ita *Gregor. Philipp. Beda*, *Thom. Aquin. Lyran. Dionyſ. Hugo*, *Titelm.* Eodem, dubius licet, inclinat *de Pined.* itemque *Sanct.* Latius *Codurc.* II. cum *Elihui arrogantia*, Amicorum quoque *garrulitatem ſuperbam*, *fulminari* ait: in verſu ſequente *amicam* & *familiarem* ſtatuens *compellationem*, quæ *Jobum* erigat & bono animo eſſe jubeat. Ulterius progreſſus *Bolducius* III. hanc increpationem univerſam, in Caput *Elihui* detorquet, *prima* hac *Apparitione* pro *Jobo* omnia hæc dicta contendens, ut *Viri Juvenis arrogantia retunderetur*. Utitur ficulneis argumentis; quibus immorari haud lubet; quum ſemet ipſe deſtruat, uno halitu laudans *Elihui* præcedentes orationes, & ab *imperitia*, ac *vanitate*, contra Veteres eas abſolvens. Quid ergo peccavit *Elihu*, ex mente *Bolducii*? 1. *Quod cum plura ad illuſtrandum & magnificandum* Dei *conſilium proferre potuiſſet, non fecerit.* 2. *Quod licet nonnulla ſatis apte dixerit, illa tamen tam pauca, & modica ſint, in comparatione Divinæ de illis ſcientiæ, ut mere, vereque, imperitus potuerit appelari a Deo: qui ideo tantæ inſcitiæ & ignorantiæ ſupplendæ tractationem hanc ipſe perſequatur.* Qui ita vituperat, ſplendide ornat, & non caſtigationem, ſed comprobationem, Numinis abſtuliſſe *Elihuum*, dum

3 אזר־נא כגבר חלציך ואשאלך והודיעני :

3 Accinge, age, ſicut Vir, lumbos tuos: atque interrogabo te; & notum fac mihi.

4 איפה

4 Ubi

dum contradicit, firmat. Vincit ergo IV. ſententia *Chryſoſtomi*, *Auguſtin.* *Cajetan.* *Steuch.* *Eugub.* *Iſid.* *Clar.* *Vatab.* *Calv.* *Merc.* &c. &c. a qua nec *Vavaſſ.* recedere auſus: quin nec *de Pined.* quidem, quinque rationibus eam adſtruens. In re liquida nec adducere eas vacat, nec alias complures ſuperaddere neceſſe: quum altera illa opinatio inde tantum emanarit, quod de *Elihuo* minus recte ſentirent, quem viri *prudentis*, *moderati*, & vero Dei Zelo inflammati, partes egregie ſuſtinuiſſe probavimus, quin imo *os Dei* quodammodo fuiſſe, oſtendimus, ad eum *hominis ratiociniis* retundendum, qui *Deum ipſum* in certamen, & congreſſum, devocare, auſus fuerat. Hæc *audacia*, quantumvis puriſſimæ conſcientiæ teſtis, & index, merito jam ab ipſo Deo taxatur, & quaſi deridetur, formula מי זה *Quis hic*? qua *infra Nihilum* dejicitur, qui ſe *Aliquid* coram Deo facere nititur. מחשיך עצה trifariam exponi video. 1. *obtenebrans conſilium* Dei: i. e. *arcana judicia Numinis obſcurans*, & *involvens*, *imperite diſſerendo* &c. Ita *Merc.* *Calv.* *Beza.* *Jun.* & *Trem.* *Druſ.* &c. Ad *Jobi conſilium* retulit 2. *Vatabl.* *per ambages*, & *verbis obſcuris explicitum.* Cl. *Cocc.* 3. docte ſtruit החשיך עצה, ut *Eſaj.* 28: 29. הפליא עצה *mirabile conſilium capere*: & *Eſaj.* 29: 15. העמיק עצה *profunde* ac *tecte conſulere*: ad quam rationem dat, *Obſcure & perturbate conſulere*: quod ſit, *quando mens judicantis excæcata male ſibi conſulit*, *non eligens quod utile*, *ſed quod inutile.* Cl. *Schmid.* 4. mallet ad eandem ſtructuram, *conceptus animi proferre tenebris ignorantiæ plenos*, & *nullo modo probandos.* Mihi החשיך עצה *tenebrare conſilium* 5. eſt ſpecies *Oxymori*, pro *lumine ipſo conſilii*, & *ſapientiæ*, *abuti ad tenebras ſibimet offundendas*, *ibique velut in nocte oberrandum*, *ubi dies lucere potuiſſet*, & *debuiſſet.* Talis fuit caſus *Jobi.* Habebat ille *Conſilium* עצה, habebat *Conſcientiæ puriſſimæ teſtimonium*; habebat *lumen fidei*; habebat *amorem Dei*; omnia tamen hæcce *Divina principia*, quibus ſe erigere debuiſſet, & dolores vincere, contra ſemet ipſum convertebat quaſi, ad ſeſe adfligendum, cum Deoque immoderate, & immodeſte, expoſtulandum; quaſi a *gratia Dei* excidiſſet, qui eam *perenni radice* in ſeſe *radicatam* ſentiebat. Hoc vere erat *Tenebricoſum facere Conſilium*, & *lucem ſuam efficere horridam caliginem*, in quam anima ſemet magis magiſque mergat. Non objicitur *ignorantia*, aut *cæcitas* in rebus Divinis, ſed *Lux pura puta cognitionis ſalutaris*, & *gratiæ largiter impertitæ*, dicitur in contrarios uſus, effectuſque, converſa, per *effrenem* illum *luctum* cui ſemel habenæ laxari cœperant; perque *nimis ardens ſtudium innocentiæ ſuæ* adverſus injuſtas criminationes *defenſandæ.* Stare nequit, quod ex h. l. concludi poſſe cenſet Erud. *Crinſoz.* *Jobum Dogma Reſurrectionis ignoraſſe*, *quod animum ejus conturbatum tranquillare potuiſſet.* Contrarium ex hoc ipſo loco tuto colligas: nam in *media luce*, atque adeo *ex luce*, *ſibimet tenebras offudiſſe* dicitur Noſter. *Verbis quæ ſine ſcientia*: non tam *imperitis*, *indoctis*; ut *Merc.* quam *imprudentibus*, *ſine circumſpectione*, ut *Cocc.* Poſſis etiam, *verbis temere jactis*, *verbis non ſenſu ſed affectu pronunciatis*: ac propterea *firmitudine deſtitutis.* Habes *Characterem querelarum & expoſtulationum Jobi*: quem ſæpius inculcavimus; & ſine quo nec intelligi poſſunt, quæ dixit, nec ſane ullo colore excuſari.

Verſ. 3. Admirabilis per totum hocce caput regnat *Irriſio*: cujus *penetrantiſſimam acrimoniam* tanta *clementia* temperat, ut a manu Medentis, potius, quam caſtigantis, eam profectam, & applicitam, appareat. Rectiſſime ergo *Merc.* vocat *Ironiam*, *ſed Amicam*, *qua Jobus in viam revocetur.* Neſcio quid Cl. *Schmid.* viderit, quum mavult eſſe *verba indignationis* q. d. *Quandoquidem ad iram*, & *diſ-*

4 Ubi loci fuiſti, quum fundarem terram? indica, ſi intelligentia polles.

5 Quis poſuit menſuras ejus? nam noſti: aut quis extendit ſuper ea lineam?

6 Su-

4 איפה היית ביסדי־ארץ הגד אם־ידעת בינה :

5 מי־שם ממדיה כי תדע או מי־נטה עליה קו :

6 על־

diſputationem, *tua imprudentia me cogis*, *age ergo*, *accinge te adverſus me*, *ſi vir es.* Vultne *ſerio* hæc dicta a parte Dei? Non credo. Non poteſt. Teneamus, quod cuique ultro ſe ingerit, *Rideri* illas *animoſiſſimas Jobi voces*, quibus ſe *cum ipſo Deo congredi* cupere, toties indicaverat: quin *aciem* quaſi *inſtruxerat*: ſed ita *rideri*, ut ſimul eluceat non ab *irato Judice*, ſed a *Patre*, & *Medico* mitiſſimo, aculeum huncce admoveri. Ipſe Vir Doct. hoc mox agnoſcit quum ad, *Notifica mihi*, monet, *eſſe phraſin humanitatis*: q. d. *non agam tecum rigoroſe*, *ſed humaniter te tractabo.* Cl. *Cocc.* agnoſcens primo *Ironiam continuari*, & omnia bene explanans, ſubdit, *poſſe etiam citra Ironiam accipi*: *ut* cinctus lumborum *ſit* ἰσομαχία *veritatis*, *in qua* τὸ ἰσχυρὸν καὶ φρόνιμον, *nec non* τὸ ἀνδρῶδες: *&* notificare, *ignorantiam ſuam*, *ac Dei providentiam*, *confiteri*: *ut* הודיע *Pſ.* 32: 5. *valet confiteri.* Omnino retinenda *Ironia*, & quidem *Sarcaſtica*; quæ decus & pondus his ſententiis adſtituit.

Verſ. 4 Intendit ſe *vehementia amica*, & *paterna*, *Ironiæ*. *Ubi loci eras*? Rectiſſime *Piſcat.* & *Belg.* *nuſpiam eras*: *ne eras quidem.* Item *Merc.* *Quum e terra ſumtus ſis*, *ubi eras*, *quum ego eam fundarem*? *cum irriſione dictum.* Hanc *Ironiam amicam* rejiciens *Schmid.* mallet, *Fuiſtine mecum*? *aut num adjuviſti me*? *ut ſcias rationem*, *&* *modum*, *quo fundaverim terram*, *ut tu quoque terram fundare poſſis*, *mihique par eſſe*? Hæc citra *Ironiam* dicta, non intelligo quem ſenſum ferant: cum ea, ad *Nuſpiam eras* redeunt, eique *aculeum* addunt. Jucundum, ſed *Scopo* minus conjunctum, quod *Chryſoſt.* in *Caten.* habet, *Qui tua cauſa terram fundavi*, *te*, *cujus cauſa eam fabricatus ſum*, *contemnerem*? &c. *Si propter te Mundus tanta fruitur providentia*, *quanto magis Tu ipſe*? Cl. *Cocc.* ad magna hæc veſtigia univerſam hanc *tractationem* oppoſitam cenſet *curæ ſupervacuæ*, unde *Jobus* abſtrahatur eo argumento, *quod omnia de quibus ſollicitus eſſe poſſit* homo, *jam ſint proviſa*, *&* *ulterius provideantur*, *ipſo partim non extante*, *partim ignorante.* Subjungit, *Deus hic non egreditur limites inſtitutionis convenientis Veteri Oeconomiæ*, *nobis ſervans revelationem Myſterii Euangelici*, *Patres interim excitans ad ſedulam Elementorum mundi*, *per quæ eos erudire voluit*, *conſiderationem*, *eoſque in puerorum ordinem redigens*, *docens eos credere*, *&* *ſperare*; *non vero ſcire*; *&* *inniti Deo*, *non ſibi.* Hoc alibi lubentius admitterem. Quid nobis ſedeat *Vſ.* 1 indicatum. In poſtremo membro אם ידעת בינה ſuſpicabar, formam *imperativi* adſciſcendam, ut ſit, *Indica*, *ſi noſti*, *declara*: ſed non deſciſcendum a *formula*, ידע בינה *pollere intelligentia*, quam reperies *Eſaj.* 29: 24. *Prov.* 4: 1. Item 1 *Chron.* 12: 32. & 2 *Chron.* 2: 12. Vehementer pungit, *intelligentia præpolleas neceſſe eſt*, *quippe qui te Deo Juſtiorem*, *&* *Sapientiorem*, *in Cauſa hacce*, *feceris*; *tam animoſe ei in complexum*, *ac certamen*, *venire cupiens.*

Verſ. 5. Sublimitatem, & pulchritudinem, *Imaginis* ſuſceptæ, *qua Orbis terrarum* cum *Ædificio magnificentiſſimo* comparatur, late exequi nec noſtrum eſt, nec a nobis id quiſquam deſiderabit. Verbulo tantum ſubmonebo, ad *Immenſitatem Conditoris* inculcandam interrogationes has valere: atque medium illud כי תדע non eſſe, *quod noſcas*, non, *ut noris*, non etiam, *ſi ſcis*, ſed creſcente *ironia*, *nam ſcis*: ut optime *Belg* *omnino ſcias neceſſe eſt*, *qui tantos tibi ſpiritus ſumſeris.* Simile *Vſ.* 21. recurret. Cl. *Schmid.* mallet, *quia ſcies*, *ſi*, *ſcilicet*, *me ſapientior ſis*; vel *ſi ibi fuiſti*, *ubi fundavi terram.* Nervo-

6 על־מה אדניה הטבעו או מי־
ירה אבן פנתה׃
7 ברן־יחד כוכבי בקר ויריעו
כל־בני אלהים׃
8 ויסף

6 Super quid baſes ejus demerſæ
ſunt? aut quis jecit lapidem angula-
rem ejus?
7 Quum cantillarent ſimul ſtellæ
auroræ; & clangerent omnes filii
Dei.
8 Et

voſius illud. Obſervandum præterea, illo מי *Quis?* non ſimpliciter nunc exquiri *Quiſnam ſit qui orbem ſit architectatus*: nam perfacilis fuiſſet reſponſio; ſed ſimul *modum creationis* includi. Hoc ad *Vſ ſeq.* plenius ſentietur. De *menſuris* hiſce, & *linea*, conſciſcendum *Mercero*, *Coccejo*, aliiſque, eſſe figuratam dictionem, qua *dimenſiones* deſignentur, & *norma* exactiſſima, *Divinæ* hujus *ſubſtructionis*, quam nulla acies creata aſſequatur, nedum exequatur. Cl. *Schmid.* mavult *menſuras & regulam negari*, q. d *quis inſtrumentis menſoriis delineavit eam? quis duxit ſuper eam regulam aliquam? Certe nemo: ſed ſine inſtrumento menſorio & ſine omni regula facta eſt. Quomodo ergo fieri poteſt, ut tam eleganti forma, & proportione, facta ſit?* Nulla hic diſſenſio; ſed amica conſenſio, ac conſpiratio: nam *ſine omni regula, & dimenſione externa, Ædificium* hocce *pulcherrimum* eſſe *conſtructum*, ut utrimque tenetur; ita ad *internam proportionem*, & *regulam*, tantum opus inenarrabiliter elibratum, utrimque inſinuari video. *Calvin. Conc.* CXLVIII. conſulendus, ubi recte oſtendit, ſic *menſuras*, & *lineam architectonicam*, *removeri*, ut ſimul *ſtatuantur modo longe excellentiore*, *in quo agnoſcendum ejuſmodi miraculum, ut omnes noſtri ſenſus in eo deficiant.*

Verſ. 6 Cum *menſuris*, & *linea*, concinne junguntur *Baſes profundius merſæ*; velut in luto, ex vi verbi טבע: & *Lapis angularis*, *Frontiſpicium*, & *faſtigium*, hujus *Ædificii* conſtituens, firmans, ornans. Ad hæc ita *Cocc Baſes notant firmitudinem collocationis, ratione partium terræ longius a centro, & naturali loco, ſubrectarum, ut extra aquas emineant. Alii ſolidiores & quaſi adamantinas terræ partes inferiores intelligunt: immenſis ſpecubus aquarum plenis ſuperſtructas* Lapis anguli *continet & convincit, in ædificio, latera, ne ab invicem diſcedant, & ſtructura fatiſcat. Per hoc intelligimus totius Pilæ, ſive Syſtematis, ab omni latere firmitatem, ne ſoluta compage ſuccuti, ſubverti, abſorberi, ulla pars poſſit.* Cl. *Schmid.* iterum ad hæc: *At nobis certum eſt, quod terra nullas Baſes habeat, nihil ſuper quo baſes demitti poſſint. Sic ſupra Cap.* 26: 7. terra *dicitur* ſuſpenſa eſſe ſuper בלימה Nihilo. *Quin hoc ipſo loco negari putamus baſes, & baſium fundamenta: & hunc ſenſum eſſe:* Habetne terra ullas baſes? &c. *Certe non habet, & a nihilo tota ſuſpenſa eſt.* Eadem ſpecies diſſenſionis, quam ad *Vſ* præc. indicavi, cum magna conſenſione; nam ita *Baſes*, & *Lapides* Angulares, ſtrictius dicti, removentur, ut tamen *terram fundamentis* & *firmamentis* ſuis *libratam*, *nixamque eſſe* modo inperveſtigabili, inculcetur. Hoc phraſis *Cap.* 26: 7. *Suſpendendi ſuper Nihilo, & nutibus ſuis in ſe conglobandi, ad firmitatem inconcuſſam*, diſertiſſime adfert. Confer *Merc. Piſc.* &c. in primis *de Pined.* qui hic copioſus: nec non Naturæ facem prælucentes philoſophos *Scheuchz.* & *Niewentyt*: Interrogatio per מה *Quid?* & מי *Quis?* concepta, arguit, de *modo creationis* agi, atque *Jobum* ſimul caſtigari, quod in *Creatoris* quodammodo *Jura* invaſerit, & *virtutem*, ac *ſapientiam*, pluſquam *creatam* ſibi arrogaverit, qui ita univerſi hujus *Opificem* ac *Moderatorem* provocare auſus fuerit. Ergo illa, *Quis poſuit? Quis extendit? Quis jecit?* hunc ſenſum fundunt, *Tune is, qui cuncta e Nihilo extracta, ſuper Nihilo ſuſpendis.* Graviſſimus ictus, quo *creatura* admonetur, ut quod probe ſciat, etiam intime perſentiſcat, neque cum *Creatore infinito* contendere pergat.

Verſ. 7. Nexum bifariam inſtitui video. Receptiſſimus 1. is, qui cum proximis hæc copulat pro inſigni acceſſione, qua *Terræ*

8 Et obſepſit valvis mare? quum erumperet illud; ex utero exiret.

8 ויסך בדלתים ים בגיחו מרחם יצא :

9 Quum

9 בשומי

magnifica hæc *ſubſtructio* cumulatur; quod *cæleſtes chori*, ſive *Aſtrorum*, ſive *Angelorum*, ſive *utrique junctim*, *lætiſſimo clangore* & *concentu cœlum reſonare fecerint*, quum *inferius* hocce *theatrum virtutum divinarum erigeretur*. Trivergium ſcilicet hic exiſtit opinionum. Sunt 1. qui omnia dicta velint de *Aſtrorum micantibus* illis *choreis*, quas *ſtellas matutinas* appellarit Deus, vel quod cum *Aurora mundi* emicuerint, vel quod *luminis matutini inſtar reſplendeant*; vel quod *ſub auroram magis* lucere videantur. Iidem titulum *filiorum Dei* additum volunt, quod *fulgentiſſima luce*, & *candore radiante*, *pulchritudinem viſibilem Patris luminum præ ſe ferant*. Hæc ex Schola *Rabbinica* manarunt, ſuſcepta a *Cajet. Eugubin.* & aliis. Recentavit, & commendavit, Cl. *Guſſ.* C. L. H. p. 64. Plurimi 2. dividunt, & in priore colo *ſtellas* vel *errantes*, vel *fixas*, in poſteriore *Angelos* intelligunt. Sic *Chald.* & multi Magiſtri: nec non *Munſt. Vatabl.* quos ſecutus & *Calvin. Conc.* CXLVIII itemque *Genevenſ. Merc. Grot.* alii, ſatis magno numero. Horum rationes non valde expeditæ: quod exequi jam nec licet, nec opus. Rotundior, & expeditior 3. ſententia, quæ cuncta *Angelis* applicat, qui pulcherrimo Emblemate *ſtellarum Auroræ* inſigniantur, partim quod *lucidiſſimæ* ſint *Originis* & *Naturæ*, partim quod *ſub Aurora Mundi creati*, *lucem primigeniam ut totidem Phoſphori*, *præcurrerint* quaſi, *atque illuſtrarint*. Vide Doct. *Piſc. Belg. Cocc. Schmid. Mich. Reinh. Crinſoz. Cler.* &c. Obſervat præterea *Cocc. Angelorum jubilationem proponi in Exemplum*, & *opponi murmurationibus Jobi*. Ad hoc fortius adſtringendum reſumit II. ex *V. ſ.* 4. *Ubi eras* tunc, *tu reprehenſor conſtituti a me ordinis*; *quum Angeli conſtitutionem mundi*, *quam ego adhuc ſervo*, & *tu non ſers*, *celebrarent*. *Nec interfuiſti*, *nec extitiſti adeo*. Cl. *Schmid.* III. eadem inſertione utens, *creationem ipſam Angelorum* deſcriptam cenſet: q. d. *Ubi tu fuiſti*, *quum Ego Angelos*, *lucida cœli ſidera*, *crearem*, *eoſque in ſuo me laudandi officio conſtituerem*. *Certe Nihil fuiſti*; *nec mecum creaſti illos* &c. Lubentius admitterem, ſi ſeries magis faveret, nam a *Creatione*, & *Fundatione terræ*, ad *Angelorum creationem* adſcendi, & mox ad *Maris productionem* iterum deſcendi, non valde concinnum. Quæ Vir Doctiſſ. ſe lucrari putat, vel ſine hoc adminiculo ſtant: niſi quod *Angelos poſt fundatam terram creatos* hinc inferens, *Hypotheſi* aliquid dederit. Nobis rutior, firmiorque prior, vel & media, connexio; nec dubium eſſe poteſt, quin *clangentium*, *laudeſque Creatoris concelebrantium*, *Angelorum* mentio hic opportuniſſime intertexta, ad depingendam *Majeſtatem immenſi Regis*, *cujus Solium Myriades Myriadum circumcingunt*, *opera*, & *molimina*, Ejus, *perpetua admiratione proſequentes*. Hoc ipſum evincit, in priori colo *Angelos* quoque intendi; qui ut *Sidera* admirabiliter hic *interlucent*, & deſcriptioni magnificentiſſimæ Divinum *ſplendorem* circumfundunt.

Verſ. 8. Excellentiſſimæ figuræ, aliquot verſibus contextæ, ad *Vaſti Elementi* miraculoſam *productionem*, *excluſionem ex utero* veluti, & *incluſionem intra juſtos fines*, delineandam. Ad prius colon præſertim gravis nodus exſiſtit. Plerique a סכך exhibent cum *Vulgat.* I. *Quis concluſit oſtiis mare?* & explicant, *valvis*, *ac velut foribus*, texit, *obtexit*, *circumcluſit*, *tantam* illam *vim* & *molem aquarum*, *quum erumperent* & *tanquam e Matrice prodirent*. Per *valvas* intelligunt fere *arenas*, *litora*, alia *clauſtra naturæ*, quæ *Deus Mari naſcenti* velut *objecit*, atque *circumdedit*; *ne terras*, *citra nutum Ejus*, *inundaret*. Doct. *Merc.* calculum huc conferens, *Matricem maris* appellari putat *Abyſſum aquarum quæ terram initio cooperiebat*. Subtilius *Th. Aquin. Dionyſ.* & *Lyran.* *Vulvam* vocari volunt *occultum Divinæ providentiæ*, vel *Divinæ ſapientiæ fœcunditatem*. Eodem redit aliorum *Omnipotentia Divina*. Sunt & quibus *Nihilum* nomine *Matricis* adfectum videtur. *Philip.* denique, *viſcera terræ*, *occultoſque ſinus*, unde *Elementum aquæ emanarit*, *verum Maris* Ute-

Uterum arbitratur. Doct. *Piſcat.* II. difficultatem, quæ hanc interpretationem premit, ſentiens, quippe quæ anticipet, quod *Vſ.* 10. demum ſubnectitur, atque in ſpeciem *Tautologiæ* incidat, *Occludere valvis* exponit *continere* & *cohibere ne diffluat, ſed ſe contineat in circumferentia ſua circa terram, & centrum ejus.* Idem voluit *Calvin. Conc.* CXLVIII. *Quum mare attollitur, videtur omnia vorare & abſorbere velle; & tamen videmus ipſum tanquam in carcere & cuſtodia conſtrictum teneri; quin etiam Deum ipſum habere non ſecus atque nutrix puerum ulnis complexa tenet*, quod nebulas *circa ipſum* poſuit *tanquam* faſcias. *Videtur igitur mare eſſe inſtar pueruli, quem Deus tractet prout vult.* Ne ſic quidem levatum ſcrupulum cernens *Schmid.* III. obſervat agi de *creatione maris*, & *nativitate quaſi prima e matrice:* ac proinde *valvas uteri* hic retinendas, ex *Cap.* 3. 10. ad quam normam *Tegere in valvis* valere debeat, *in utero concipere, fovere, & formare, donec inde exeat.* Supplet, *ubi fuiſti, quum* Deus *mare quaſi intra valvas Matricis conciperet, quumque mox partu educeret ipſe, & ex utero exiret* illud? Nempe בגיחו pro בהגיחו, ad Deum refert, *tranſitive*; & סכך de *obtectione in utero* uſurpatum probat ex *Pſ.* 139: 13. quum in *foribus occluſis* alias non ſoleat venire. Simile in mentem fuerat Ill. *Grotio*, reddere jubenti, *Quis protexit in valvis mare? Quis mari pro obſtetrice fuit? Tota ſimilitudo a partu.* דלתים *valvæ ſunt Labra uteri.* Audaci *Schemate* IV. *Codurc.* loco huic *denſiſſimas tenebras incubuiſſe* præfatus, quod ad סכך vel שוך itum eſſet, a סוך *unxit*, exſculpit *inungere valvas maris*; quaſi metaphora deſumta eſſet ab *inunctione partium genitalium, qua Medici, & Obſtetrices, ſuccurrere ſoleant parturientibus:* q. d. *Quæ Lucina præfuit parentis Naturæ puerperio, quum mare enixa eſt?* Non inquiro, quid *Ars Obſtetricia* adnuat forte, abnuatve; ſed ajo eſſe *metaphoram* nimis longe adductam, quæ cum *granditate* quam adfectat, aliquid *minutum*, & *ſupervacuum* traheret, *inungere in valvis*, pro *Lucinam præſtare facilem:* quæ ſic forte nimis *difficilis* intelligeretur. Non patitur *lentas* haſce *moras*, nec *Elementi* ipſius *natura*, nec vis verbi גוח, vel גיח, quod in *aquis magno impetu prorumpentibus* uſurpatur, unde & גיחון *Gichoni* flumini nomen factum. Sic infra *Cap.* 40: 18. 23. ubi *Arabum* جاخ producetur: & *Dan.* 7: 2. Nullus tamen dubito quin דלתים *valvæ*, cum רחם *utero* unam in *metaphoram* conſpirent. In ea item videtur nimis *lentum* eſſe *Mare in utero ſuſceptum, formatum, protectum*, iſto ſenſu, quem *Grot.* & *Schmid.* concepere. Mihi hanc imaginem cum animo volutanti occurrit VI. aliquid omnem ſuperans audaciam, & tamen cum Genio Linguæ mirifice conjunctum, *Et* quis *obſepſit valvis mare*, velut utero prægnante, ac tumente, in perpetuum incluſit, *eo ipſo* tempore *quo erumperet, atque ex utero exiret.* Cumulatiſſimum *Oxymorum*, huc rediens: *Quis mare, quum ex utero primum exivit, perpetuo quaſi utero, e quo egredi nequeat, conſtrinxit, convinxit, & fervidiſſimo cum tumore, æſtuque, fluctuum, miraculoſe intra ſemet coërcuit, ut nuſpiam prorumpere, atque evagari, queat; quamvis omni momento omnia devorare, abſorbere, & obruere velle, ac poſſe, videatur.* Habes idem, quod Doct. *Belgæ* cum *Piſc.* intendebant, illuſtri *Schemate* adauctum. *Aquis marinis* addi ſolet *Epitheton* זידונים *tumentium cum fervore*, vel *ferventium cum tumore:* & nihil tritius, quam ut *Mare* dicatur *Tumere*, in omnibus Linguis; metaphora a *ventre intumeſcente.* Ita & *Græcis* κῦμα *Fluctus*, quaſi κύημα, ἀπὸ τοῦ κυέω *ventrem fero, prægnans ſum.* Si nimis *Dithyrambicum* judicetur, acquieſci poterit VII. in eo, quod *Cocc.* adfert, *Quum terra fundaretur* h. e. *quum compingerentur craſſiores partes, ſimul facta eſt* ἔκθλιψις *& expreſſio aquæ, ejuſque incluſio* in cava terræ, & ſubterranea, *ſecundum illud Archelai apud Laert.* τὴν θάλατταν ἐν τοῖς κοίλοις διὰ τῆς γῆς ἠθμένην συνεστάναι; *mare in concavis per terram colatum conſiſtere.* Rectiſſime ſubdit, *alia eſſe maris concitati repagula, litora, & arenas, Vſ.* 10. Eandem ſententiam foviſſe video Erud. *de Pined. Deus mare operuit, & ſubduxit a noſtro conſpectu, cum terræ finibus & concavitatibus illud concluſit; ne ad nos irrumpere poſſet.* Cl. *Cler.* ſimiliter *mare alveo ſuo incluſum, quum ex utero velut primum erupiſſet*, exhibet. Si quis huc incli-

9 Quum ponerem nubilationem veſtem ejus; & denſam caliginem ejus faſciam.

9 בשומי ענן לבשו וערפל חתלתו׃

10 Et

10 ואשבר

clinet, vel ſic דלתים *valvas uteri* teneat licet, *quas*, ubi e *viſceribus terræ expreſſum fuit mare*, de novo *ei circumdederit* Deus, ne quaquaverſum *ſævire*, & *diluviem*, *ſtragemque*, *ferre* poſſet. Humano more loquor, prout Deum nobiſcum in Scripturis ubique loqui, perſuaſiſſimum habeo, ac propterea ſubtilitates, quibus ea, quæ *Naturam rerum* ſpectant, ad vivum reſecantur, ex diverſiſque hypotheſibus applicantur, ſi ſatis aſſequi poſſem, vix commentationi huic admiſcere ſuſtinerem. Ea contenta eſt Literam ex Linguæ fontibus utcumque adſpiciendam præbuiſſe; ut qui Scientiis iſtis interioribus præcellunt, profundos ſinus, receſſuſque, Naturæ, fideliore ductu, & pleniore lumine, reſerare queant, ſi homini ad ea accedere datum, quibus *ſigillum immenſitatis Impreſſum*.

Verſ. 9. Inſiſtitur in *Metaphoram fœtus ex utero educti*, & *cum cura ſuſcepti*, *a Sapientiſſima Nutrice*, *Natura*. Quodnam hoc *veſtimentum nubilationis*, & quænam hæc *faſcia obſcuræ caliginis*, non convenit. *Th. Aquin.* aliique Latini I. reſpexere ad *tenebras ſuper faciem Abyſſi*; *Gen.* 1. Idem *Piſcatori*, *Sanctio*, *Clerico* &c. placitum. *Merc.* II. ita mentem declarat: *Mari adhibitæ circumquaque* nubes *tanquam* veſtes, *quæ ei aſſidue circumſtarent*, *quia* nubes *ex aquis gignuntur*, *& maxime marinis*; *crebris inde vaporibus in altum vi radiorum ſolis ſublatis. Hæ* nubes *&* nebulæ *tanquam* faſciæ *videntur eſſe* Infanti; *quod aſſidue apparere ſoleant ſuper mare*, *& ſubinde ex eo in magna copia gignantur.* Addit, *ſignificatur interim Deo tam facile eſſe* Mare, *corpus alioqui vaſtum*, *reprimere*, *& compeſcere*, *quam Matri*, *aut Nutrici*, infantem *faſciis involvere.* Adjectum III. a Cl. *Cocc. videntur* Nubes Nimbique *momentum habere ad coërcendum mare*, *intra limites ſuos. Nam cum tumet*, *quod fit imprimis certis menſium reverticulis*, *vapore copioſo exhalante*, *detumeſcere probabile eſt.* Idem, credo, voluit *Calvin. Quamvis multis repagulis ad vinciendam tantam & tam furioſam naturam opus eſſe videatur*, *Deus tamen ad ipſam cohibendam violento remedio non utitur*, *ſed duntaxat* Nebulam *conſtituit ad ipſam coërcendam: quæ ſtatim atque adſcendit*, *& ſuper mare ſe effundit*, *mare quietum & tranquillum reddi videmus.* Cl. *Scheuchz.* IV. preſſius inſiſtit in imaginem *veſtis faſciæque foventis*, & *calorem intus continentis*; qualem *fotum circumjectæ nubes Mari præſtent.* Simile quid *de Pined.* habet, monens V. *Mare nubibus foveri*, *fœcundari*, *concaleſieri.* Ex *Caten.* hauſtum, ubi *Nicet. Ut infanti perquam commodi ſunt panni*, *ita Mari nubes ac nebulæ.* Idem argutiore luſu *Mare* depingit *ut Infantulum vagientem in cunis*, *non tam ſale lotum*, *quam totum ſalſum*, *atque ita infantilibus linteis*, *& faſciis nebularum*, *obvolutum*, *lacrymuliſque effluens*, *cum primis illis*, *placidiſſimiſque*, *roribus perfunderetur: nunc autem*, *ſeneſcente mari*, *fluxionibus*, *& catarrhis*, *qualibus ſenes laborant*, *nebulas haſce comparandas.* Sublegit, &, colore nonnihil mutato, ſuum fecit *Bolduc.* VI. *In omnibus Enarratoribus defectum* agnoſco, *quod cum Mare jam a longo tempore non ſolum* Infantiæ *&* pueritiæ, *ſed &* adoleſcentiæ *tempus prætergreſſum*, grandævumque *factum ſit*, *adhuc* pannis infantilibus *involutum eſſe volunt*, *atque nunc etiam firma & bene compacta faſcia ſtringi & comprimi. Cum autem iſta faſcia fuerit* Nubes, *certe videmus*, *& manifeſte conſtat*, *ex nubibus*, *talia* ligamina *jam pridem fuiſſe* diſrupta; *quorum non niſi modica fragmenta in vagantibus per aëra nubibus conſpiciantur.* Effuſe deinde luxuriat in *duplici faſcia*, quam ſub *prima origine mundi* huic *tenello infantulo*, *vix ſe movere valenti*, & adhuc *tranquillo*, ac *quieto*, circumdatam vult. Merentur ſpongiam. Appoſui, ut genus cognitum vitari poſſet; ne *gradibus ætatis* hic ludatur, quaſi *mare* poſtea *evaluiſſet* in *puerum petulantem*; *juvenem vehementi ardore æſtuantem*; *virum grandævum furore percitum*; quæ vitreis fractis inaniora. *Mare utero egreſſum*, in vaſtiſſimamque molem & congeriem aquarum collectum, haud dubie ſtatim fuit *Mare*, id

eſt

10 ואשבר עליו חקי ואשים בריח ודלתים :

11 ואמר

10 Et dimetirer ſuper illo ſtatutum meum : poneremque vectem & valvas.

11 Et

eſt ſævum, vehemens, indomitumque, Elementum, quod ſingulari cura, ac potentia, coërcendum fuit, ut viciniam cum terra Matre colere cogeretur hicce *fœtus* ejus *impetuoſiſſimus*, per omnem ſeculorum perpetuitatem. Elucet defectus *numeri* I. Magis ad rem faciunt, quæ *num.* II. III. IV. poſita: quamvis ea omni ex parte, vel liquida, vel rotunda, dicere non auderem. Cl. *Guſſ.* VII. ad *tempus diluvii* totam hanc *pericopen* deflectens, nihil adfert tolerabile. De eo ad *Vſ.* ſeq. plura. Solertiſſimus *Niewent. in Contempl. Mund.* p. 635. &c. enucleatius quid ad h. l. tentavit, VIII. præſertim in poſteriori colo. In priori tenet *indumentum nubium & nebularum cum aëre Mari circumjectum.* In altero ad *Faſcias caliginis* illuſtrandas, obſervat, ſolem ita *globum* noſtrum *terraqueum luſtrare*, ut *ad modum faſciæ*, multis *gyris* circa corpus *volutæ*, curſus ſuos pertexat. Objicit ſibi ipſi vir ſagax, *ſolem & lucem* ſic potius *faſciam maris* dicendam fuiſſe. Id ita reſolvit. *Solem, quum terras & maria circumambulat, vapores attrahere, nubeſque*, induvias maris, *abſtrahere quodammodo a corpore ejus, quum tamen* faſciæ ſit, *arctius eas adſtringere: ergo* caligini *potius* nocturnæ, *quæ ſoli iter ſuum circa terras volventi, adverſa reſpondeat, opus hocce adſtringendæ faſciæ transſcribi, quod* aëre *de nocte* refrigerato *vapores iterum deſcendere ſoleant, & terras ac maria propius cooperire.* Hæc acute cogitata. Vereor ne nimis etiam. Certe *faſcia* ſic non *Mari* tantum, ſed & *Terræ*, circumdatur: & quidem de *Nocte* ſolum, quum *Dies* eam reſolvat. Video quid hic dici poſſit; ſed *Faſciam nocturnam* captatam haud adducor. Officiunt & alia, quæ perſequi non vacat. Nobis *totum mare, quam late funditur*, & *terras ambit*, videtur pingi tanquam Divinitus omni loco, omni tempore, *amictum, faſciatum, conſtrictum*, intra *ſedem*, & *Elementum* ſuum, ita *coërcitum*, ut quantumvis ſit *mobile, fervidum, impetuoſum*, tamen *æſtu* illo *irrequieto*, quo *dies nocteſque agitatur*, ne latum quidem digitum *excedere* queat *modum, menſuramque* præſcriptam; haud ſecus ac *infantulus, linteis, faſciiſque* ſuis, *involutus.* Talia *linteamina*, & *faſcias*, *mari* undiquaque *circumfuſas*, ad ejus *motus internos* præſertim *regundos*, exhibet mihi *Aër*, ſive *Atmoſphæra univerſa*, primum, quæ nominibus עָנָן *nubilationis aëreæ*, & ערפל *opacitatis caliginoſæ*, recte appellari potuit. Specialius deinde per *denſum & opacum aëra*, *mari* inſtar *induſii*, & *faſciæ, circumjectum*, intelligerem illas *partes aërias*, quæ vaſtum Maris corpus *interne* etiam *complectuntur*, & *conſtrictum tenent*, neque *lineam ſuam egredi* patiuntur. Docet nempe *Hydroſtatice*, aërem quatenus *gravis* idem, *fluiduſque*, *omnia corpora æquabiliter premere ab omni latere, ſuperiore, inferiore, obliquo*; ac proinde ejus ope *Æquilibrium* illud *aquis* præſtatur, quo ſecundum *Legem altitudinis* ſeſe cogitur movere. Confer quæ *Cap.* 28: 25. tetigimus. Ulterius progredi non audeo; ſi quid & in his erratum, non difficilis erit venia. Sunt alia, quæ Emblema *Indumenti*, & *faſciarum*, horuncce Sacrorum Myſtis ſuggerere poterit. Ego, jam nimius, deſino: unum hocce ſubindicaſſe contentus, accommodatiſſimum illud videri, ad *fluxum, refluxumque, Maris*, deſignandum. Exequentur, quibus Miraculum illud naturæ, æſtuſque marini origo, comperta.

Verſ. 10. Novis coloribus *vaſti Elementi* potentiſſima, & vere Divina, coërcitio, illuminatur. In priori Colo aliquid ex granditate obſcuri. *Cajetan.* I. parum meditate, *Fregi ſuper eo ſtatutum meum*, i. e. *primum creationis inſtitutum, cum aqua erat ſupra terram, abrogavi* &c. Paulo propius II. R. *Levi, Kimchi*, multi noſtrorum, *decidi*, ſanxi, *ſuper illud ſtatutum meum.* Hinc & *Merc.* ſtat, adducens ſimile in גזר *ſecuit*, pro *ex ſententia*, & *decreto*, *præfinivit.* Non alienus etiam *Cocc.* qui tamen exquiſitius aliquid mox dabit. *Schmid.* adfert ritum *Baculi fracti* in *Sententiis peremtoriis*; & egregie quadrare cenſet, *quod decretum de Mari factum vel maxime*

 perem-

peremtorium ſit, *& immutabile.* Non magis, credo, quam de *Terra*, *Cœlo*, aliis *operibus.* Non molliſſime *Jun.* & *Trem.* III. *Quum diffregi pro eo* terram *decreto meo.* Potuiſſent ſine illa inſertione, ſonantius, *Quum diffringerem pro eo ſtatutum meum terminum:* i. e. *alveos*, *ſinus*, *lectos*, quos *intrare*, & ſuo jure occupare, ei liceret. Hoc Cl. *Coccejo* IV. obverſatum in ſententia ſatis concinna, *& fregi ſuper ipſum modum meum.* Reſpicit in חק ad notionem *demenſi*, quaſi, *ut paterfamilias demenſum de integro pane defringit*, *ita Deus mari ſuum locum aſſignaſſe* diceretur. Vicinum quod Cl. *Reim.* habet de *Litoribus amfractu multo inciſis ad maris opportunitates.* Conſonat V. quod ego olim tentabam ex *Arab.* شبر *Spithama dimenſus eſt.* Placuit quibuſdam; aliis diſplicuit, ut *peregrinum* ſcilicet. At *domeſticum* eſſe *origo* demonſtrat, qua شبر *Spithama*, quaſi *fractio*; *minor menſura*, dicta fuit. Pro *demenſo* item uſurpatum vocabulum, diſcas ex *Camuſo* ubi الشبر אלשבר etiam valere dicitur العطا وحق النكاح *Donum*; *& id quod uxori debetur. Jus matrimonii* habet Cl. *Gol.* Intelligetis *Jus lecti*; quaſi *Demenſum.* Facile tamen ſeponi patior, ſi melius adferri queat: nam eſt lenior paulo figura hæc, non omnino reſpondens *vectibus*, & *valvis*; in quibus *vehemens compreſſio*, & *coërcitio.* Illam *vehementiam* ex parte adfert *Ab. Eſra*, quem ſecutus *Luth.* VI. *Et fregi ſuper eo* robur, impetumque ejus, *decreto meo.* Cl. *Szathmari* mallet *Fregi illud præcepto meo.* Idem ab' Erud. *Crinſoz.* expreſſum. Proxime verum; nam in שבר *fregit* ad *vehementiam fluctuum infractam*, ac *debilitatam*, reſpici, dubium eſſe vix poteſt: attamen non minus evidens, חק *ſtatutum*, hic magis *terminum præſtitutum* notare, quam *præceptum*, vel *decretum imperantis.* Rotundius ergo, & cumulatius VII. quod *Cocceji* conjectura fert, *forte* modum meum fregi ſuper ipſum, *eſt*, *frangendo impetum maris intumeſcentis*, *facio ipſi modum.* Concinit, quod *Cler.* VIII. dedit, *Conſtitui ei certos fines*; notans, *verbum* frangendi *adhibitum*, *aut quia præfracta terra*, *vel rupes*, *finem mari ponit*, *aut quia eo fine franguntur maris fluctus*, *qui* משברי ים *fractiones maris Pſ.* 93: 4. In alia omnia diſceſſit Cl. *Guſſ.* IX. ſub שבר contendens, de *Diluvio* nunc agi: quod *Vſ* 8. non quadret in *opus creationis*, ſed potius in *illud tempus*, *quo e fontibus*, *abyſſiſque*, *tanquam ex uteri clauſtris*, *emiſſæ in terras aquæ.* A non infelici* principio, infelicius ſubſumit, *Tunc Deum* rupiſſe in gratiam *maris*, עליו, *tanquam indulgendo geſtienti erumpere*, ſtatutum ſuum, *quod fecerat*, *quando aridam ab aquis diviſerat* &c. Hac etiam *Vſ.* 9. detorſit, quaſi ibi *aquæ maris nubibus & caligine involutæ* depingerentur, *ad opus diluvii accelerandum.* Nihil hiſce conturbatius, & *Diluvio* tam parum nunc loci, quam *confuſioni* ubi *ſummus ordo* deſcribitur. Cl. *Szathm.* X. tentavit quoque, *& manifeſtavi ſuper illo decretum meum:* quod pondus *numeri* VI. non æquat. Omnino חק deſignat *finem*, *terminum*, *quo quid circumſcribitur*, ut *Cap.* 26: 10 & 28: 26. & *Jer.* 5: 22. *Prov.* 8: 27. 29 שבר *frangere*, eſt *frangendo metiri.* Inde pulchra, & grandiſona, forma nunc elatum XI. *& frangendo dimenſus ſum ſuper eo modum meum.* Qui genus *Dithyrambicum*, in hoc Libro regnans, cognoſcunt, pro genuino facile agnoſcent. In unam ſententiam conflavi, quæ *num.* V. & VII. exhibita. Solus etiam *num.* VII. mihi ſufficit, per *prægnantem* illam *rationem*, quam *Cocc.* indicavit. Admirabile *lumen* orationis, *frangere modum*, pro *frangendo conſtituere*, & *præfinire.* Non minus *lumen* veritatis; nam *Mari tumido*, & *in Cœlum conſurgere molienti*, fluctuum *infractio* עליו *ſupra ipſo*, *præſentiſſimum ponit modum*, ita ut mox *mole ruat ſua*, atque *in ſeſe reſidere* cogatur.

Ibid. Vectes, & *Valvæ*, mari *oppoſitæ*, nos parum, aut nihil morabuntur; liquet enim *repagula validiſſima* deſignari, quibus tanta illa *vis* ac *ferocia* refringatur: ſive cum *Grot. Cocc.* plurimis, *Litora*, *arenam*, *montes*, intelligas; ſive figuratius adhuc, *limites*, *intra*

quos

11 ואמר עד־פה תבא ולא תוסיף ופא ישית בגאון גליך׃

12 המימיך

11 Et dicerem; huc uſque venies, & non perges; & hoc opponet ſe elationi fluctuum tuorum.

12 An

quos ex Lege motus coërceatur. Cl. *Schmid.* ait *Verbum Domini*, & *Decretum*, eſſe *vectes* & *valvas maris*, quod *arena*, & *litus*, *alias non ſufficerent.* Credo equidem, ſed non propterea incommoda locutio, quam *Jer.* 5: 22 illuſtrat *Bolduc.* ſimili fere ratione volucrat, *Et confregi omnem ejus vim ſolo decreto meo; illudque oppoſui ei pro vectibus & oſtiis.* De *Litorum repagulis* potius cogitare jubet natura Emblematis, quod ſiſtit *externas moles ſævienti Elemento objectas.*

Verſ. 11. Continuatur *furentis maris cohibitio*, & *repreſſio*, ad nutum Omnipotentis. Omnia perſpicua; niſi quod in ישית anceps conſtructio. Libere nimis *Vulg.* I. *Hic confringes tumentes fluctus tuos.* Hoc eſſet תשית גאון, quod & *Chaldæo* placuiſſe debuit. Cl. *Cler.* hac anſa, *poſſimus*, inquit, *non abſurde ſuſpicari legendum* תשית *pones*; ut ſit, *hic pones fluctus tuos, quando elati fuerint.* Apparet tamen, LXX. etiam in 3. *perſ.* legiſſe, συντριβήσεται σου τὰ κύματα, reddentes. Ad horum rationem *Bold.* II. *ponet ſe elatio fluctuum tuorum.* Per *Ellipſin* III. vel *Apoſiopeſin*, irati quaſi, & increpantis, *Merc.* cenſet *ventum* eſſe omiſſum, nec ſtructura, nec ſententia, valde commoda, *huc uſque ponet* ventus ſuum terminum, *huc uſque perveniet, non ultra, in elatione fluctuum tuorum:* vel &, *huc uſque ponet, & perducet, elationem fluctuum tuorum; non ulterius.* Addit, IV. *Quid ſi nihil ſubaudiatur, &* ב *in* בגאון *abundare dicamus? ut fiat*, Et hic definet elatio fluctuum tuorum. *Hic erit finis.* Convenit cum *num.* II. Expreſſum eleganter a *Crinſoz.* Aliud circumſpiciens *Cocc.* V. *imperſonaliter* tentat, *Et hic ponet* homo, domos, vel, *hic metabitur, locabit ſe; undis licet inſanientibus ſecura erit hominibus habitatio ſecundum litus.* Subdit VI. vel *Modus, limes, ac terminus meus,* חקי, *hic ſtabit, neque undarum violentia retro agetur.* Ad חק aliter adhuc oculos reflexit *Schmid.* VII. *Et quum extiterit elatio fluctuum tuorum, decretum meum, vel vectis meus, hic ponet illam elationem.* In vicinia verſatur Doct. *Niewent.* VIII. p. 825. etiam *decretum* reſumens, danſque, *Et hic ponet ſe*, conſtitutio mea, *in elatione fluctuum tuorum.* Applicat ad *Legem elibratæ altitudinis*, ſecundum quam *aquæ agere* cogantur. Id nos jam in *Vſ.* 8. deprendimus; & locum huncce magis referri ad *fluctuum per ventos ex ima ſede emotorum repreſſionem*, ſeries arguit; nec non formula גאון גלים *ſuperbia fluctuum*; qua *mare commotum*, & *montes aquarum volvens*, oculis ſubjicitur. Exempla in *Juvenil.* producta; quibus in re manifeſta ſuperſedeo. *Jun.* & *Trem.* IX. *Et hic opponet ſe* litus *ſuperbiæ fluctuum tuorum.* Cum iis faciunt Doct. *Belg.* niſi quod *Vectem* ex *Vſ.* præc. ſubaudiant, pro *litore* poſitum. Cl. *Szatm.* X. mallet, *& hic opponet ſe Deus* &c. Minus veriſimile a 1. *Perſ.* ad 3. tranſiri. Specioſa conjectura *Codurc.* XI. פא *nominativi* locum implere cenſet, & notare *terminum*, q. d. *& [illegible]od hic eſt, ſiſtet*, ſubſidere faciet, *fluctus tu[illegible] in ſuperbia.* Vix probes tamen ישית *ponere faciet*, quum Thema שית, conſtanter ſit *ponere:* vel & *ponere ſe.* Minus adhuc laudes poſtrema, in quibus *regimen* negligitur; quaſi בגאון per ſe ſtaret, & פא ישית גליך cohærerent. Mihi XII. non diſpliceret, *& hocce opponet ſe ſuperbiæ fluctuum tuorum.* Vocula פה origine eſt *ſubſtantiva*, *os* id eſt *oram*, ſignans: ut ergo עד פה *ad oram huncce venies, non ultra*; eſt *vis intus refrænans*; ita פא ישית *hæcce ora ponet ſe*, eſt *vis extus retundens, atque refringens*, ma-

12 An ob ævum tuum, præcepiſti Auroram *eſſe*: aſſignaſti luci matutinæ locum ſuum?

13 Ut apprehendas alas terræ, & excutiantur improbi ex illa.

14 Con-

12 הֲמִיָּמֶיךָ צִוִּיתָ בֹּקֶר יִדַּעְתָּה שַׁחַר מְקֹמוֹ׃

13 לֶאֱחֹז בְּכַנְפוֹת הָאָרֶץ וְיִנָּעֲרוּ רְשָׁעִים מִמֶּנָּה׃

14 תִּתְהַפֵּךְ

maris vel *tumidiſſimam elationem.* Poſſis quoque, *& Hocce ponet* obicem, murum, *in ſuperbia fluctuum tuorum.* Abſolute שׁית *ponere fundamentum*, unde שׁתות *fundamenta.* Forte aliud latet, quod dies in lucem edet.

Verſ. 12. Beneficium *Auroræ* & *Lucis*, perenni lege terris datum, ad ſenſim ſine ſenſu tenebras noctis fugandas, venuſtiſſime interſeritur, & appoſitiſſime amplificatur. מימיך *A diebus tuis*, non ita planum. *Vulg.* I. habet, *poſt ortum tuum:* cum quo convenit *Merceri*, *ex quo natus es:* & *Junii*, *unquam:* itemque *Cocceji*, *per dies tuos*, *a primo die tuo*, *uſque ad præſentem.* Fortius quid II. expreſſum a LXX. ἢ ἐπὶ σοῦ συντέταχα; *An te vivente conſtitui lucem matutinam?* Sic *a diebus tuis*, valeret, *quum tu jam exiſteres.* Stare poſſet, ſi צויתי exſtaret; at צוית flexum hunc abnuit. Expeditior res foret, ſi ſuppleri daretur III. *An*, *quod* jam tum *dies tui eſſent*, exiſteres, *mandaſti Auroram? Tunc ille es*, *qui ordinem diei & noctis inviolabili fœdere ſanciviſti?* Cl. *Schmid.* IV. *Dies æternitatis* mallet, *qui non Jobo tribuantur*, *ſed de quibus commoneatur*, *quod illos non habeat.* q. d. *Num tui ſunt illi dies*, *a quibus præceptum*, *ſeu decretum*, *factum eſt*, *de Mane: num tu hoc decretum facere potuiſti?* Prima fronte alienius: ſed attende formulam *Antiqui dierum*, qua *Æternus* circumſcribitur: attende etiam *Ironiam* eandem *Vſ.* 21. plenius expreſſam. Non tamen ſatis limpidum, *An ab æternitate tua mandaſti mane?* Clarius ſaltem V. *An præ diebus tuis mandaſti Auroram?* Eo quod *dies* habeas *numeroſos*, & *ipſo Mundo* mecum *antiquior ſis?* Hoc diſertim *Vſ.* 21. reddetur. Cur *Ironiam* removeat Cl. *Schmid.* & *Emphaſin* eſſe denuo inculcet, ut *Vſ.* 4. non capio; niſi quod ad Ejus ſententiam pluſquam *Ironica* exiſtat interrogatio, cum *Sarcaſmo aculeatiſſimo* conjuncta. Si hoc intendatur, nihil diſputo. Ad Lectionem ידעתה שחר quod attinet; ſi *Maſorethæ* nihil aliud in *Codicibus* inveniſſent quam *He quieſcens*, & *protractionis*, quod in אתה, indeque orto פקדתה, crebrum, *Dagesh forte* ſequenti ש non addidiſſent. Eſſe *He Emphaticum* etiam vix conceſſerim, quod præcedens בקר eo careat. Imprimis movet me vetuſtatis auctoritas, a qua diſcedere religio fuit *Maſorethis.* Suſpicor itaque ידעתה auctum eſſe *affixo maſcul.* ה per *kamets* pro *Cholem* agglutinato, ad normam *præteritorum*, cui ſubſcriptum *Patach*, cum *Dagesh* in שחר ad arctiorem copulam. Genus alibi illuſtrandum. Pleonaſmus *adfixi* magnum nunc pondus adferret; ad *Miracula renaſcentis* quotidie *Diluculi*, pro *ſalute orbis terrarum*, inſinuanda. Ulterius hæc perſequi, haud noſtrum. Monemus tantum *Auroram*, & *Lucem matutinam*, tanquam *Famulas* introduci, & *Providentiæ*, humana potentiſſime ac ſapientiſſime regentis, *miniſtras*, quæ *Juſſa* Numinis *alacri aure*, & *pede*, capeſſant quotidie, *ſtationeſque* ſuas nunquam intermittant.

Verſ. 13. Connexio perdifficilis; tum ratione verſus præced. tum ratione membrorum hujuſce inter ſe. Ad *Jobum* referens *Vulgat.* I. ita continuat, *Et tenuiſti concutiens extrema terræ*, *& excuſſiſti impios ex ea?* Hinc anſa data 1. *Latinis*, cogitandi de novo *ſpecimine providentiæ impios terræ motibus & ſuccuſſionibus exterminantis.* Videſis *Sanct.* multa aliena commentantem. Melius *Vavaſſ.* 2. *Tunc*, *luce ubique gentium diffuſa momento*, *tenes extrema terrarum*, *ut Ego*, *ad maleficos in ſcelere deprehendendos*, *& quaſi ſuccuſſu* quo-

quodam tollendos? Hoc ex R. *Salom.* cujus ſententiam promſit *Mercerus*, hauſtum. Eam amplexus II. Cl. *Schmid.* cum hac immutatione, quod ל *termini* notionem adferre ſtatuat, in h. ſ. *uſque dum apprehendas alas terræ, ita ut excutiantur improbi ex ea.* Refert ad *diem noviſſimum*, & *improborum exterminationem* illam *decretoriam*; a qua nec alienus R. *Salom.* ut ſit *metaph.* deſumta ab iis qui *alas veſtimenti*, vel *panni*, *apprehendunt*, & *ſordes inde excutiunt.* Jucunda imago. Fatendum tamen iſtum *Terminum* non adeo concinne hic inſeri, deſerto nexu naturali, quem vindicat ſibi *Lux matutina*, *Alas terræ* velut *apprehendens*, *quum ſubito* diffunditur, & ἐπιπολάζων per *Hæmiſphærium*, & *oculi nictu ab extremitate una ad alteram ſe penetrat.* Nimis grandis, & illuſtris, figura illa, quam ut dimitti queat. Hinc III. plerique *Auroram* tenent, hujus *operis adminiſtram*; in expoſitione multum variantes. Frigide *Vatabl.* 1. *Ex illa mutatione lucis*, & *tempeſtatum anni*, *varia oriuntur temperamenta*, & *morbi*, *quibus improbi abſumuntur.* Ex R. *Levi*; quem merito cum *Philoſophia* ſua amandavit *Mercerus.* Ipſe 2. ſic: *ſimplicius intelligo quod* ad exortum auroræ *per ſingulos fere dies*, *cum Domino viſum fuerit*, impii e terra *velut* excutiantur, & *excidantur* &c. Subdit, *Non quod non etiam multi probi moriantur quotidie*, *ſed horum non meminit*, *quia hi proprie* non excutiuntur, *quippe quorum mors non mors*, *ſed vita ſit*; *quum improbi in tenebras exteriores detrudantur.* Levatus ſat commode primus ſcrupulus: alter minus, *Non quod non de nocte æque perdantur improbi*, *quam de die*; *ſed voluit cœpta* Auroræ *mentione perſequi metaphoram.* Haud ſatisfacit: & aliud ſaltem adjungendum fuiſſet, in *Luce auroræ*, eſſe imaginem *Lucis improbos ad Tribunal raptos confuſuræ*, & *damnaturæ.* Tale quid 3. obverſatum *Calvino Conc.* CXLIX. *Luce exorta Deus terram improbis purgat*, *quia tunc illi non habent eam libertatem*, *quam cuperent*, *atque tunc ſcelerati* & *nefarii digito poſſint monſtrari*, *quo fit*, *ut illos adhuc pudor aliquis retineat:* Eſt dilutum nimis, ſi intra hos fines ſubſiſtatur; ut patet ex adjecto hocce, *En igitur*, *quomodo Aurora proſit ad quodammodo*, *quamvis non penitus*, *purgandam terram: Deus enim quotidianas purgationes adhibet.* Adfine 4. quod de *furibus*, *latronibus*, *Lucifugis*, *ortu Auroræ conterritis*, *ſeque abdentibus*, habent multi: ut *Munſt. Iſid. Caſtal. Cler.* &c. etiam *Chryſoſt.* Additum 5. a *Druſ.* & *Grot. Judicia mane exerceri*; *capitalibuſque ſuppliciis in ſceleratos animadverti*, *moris fuiſſe.* Magno acumine 6. *Codurc. Omnes improbi ſunt filii tenebrarum*, *Lucifugæ ut Cap.* 24. *dictum. Natura ipſa*, *ſurgente* aurora, *genus humanum adhortatur*, *ut* juſtitiæ *det operam. Is lucis uſus*, *qua male abutuntur improbi*, *daturi pœnas aliquando in die noviſſimo: cujus imago diurna*, *ſol oriens.* Plauſibilius, quam *de Pined.* 7. *præclarum eſt lucis beneficium*, *ut filios tenebrarum excutiat*, *expergefaciatque*, *ſomno vitiorum.* Forte tamen non aliud voluit, quam quod *num.* 4. poſui, nam *Chryſoſt.* laudat ὁμόψηφον, qui de *Latronibus*, *graſſatoribuſque nocturnis*, *luce exorta conterritis*, locum intellexit. *Tractos*, *diſſutos*, *dilaceratos*, *ſenſus* aliorum vocans IV. *Bolduc.* ita contextum huncce reſarcit, ſcilicet! *Ut ſol luce ſua apprehendens terram*, *quæ in extremitatibus circa mare ſabuloſa*, & *inconſtans eſt*, *ab illa excuteret*, *quicquid illam moventem*, & *male cohærentem*, *reddebat.* Proh Sarcinatorem! qui רשעים *improbos* in *arenas moventes* convertere auſus. Nihil unquam vidi pejus conſutum, & lacerari dignius, quicquid de proprietate Radicis prætexat. Aliud infelix moſtellum V. peperere, quibus *improbi* ſunt *Angeli Apoſtatæ*, *excuſſi e cœlis*, *quum Deus luce ſolari orbem illuminaſſet*; & *quaſi contignaſſet.* Attigere *de Pined.* & *Mich.* Aliquid valde ingenioſum VI. produxit Cl. *Reim.* quaſi Deus rogaret *Jobum*, *num ipſe efficere poſſet*, *ut Aurora æque ac Benedictio*, & *felicitas*, *tantum probis exoriretur*; *improbi autem per eam diſpellerentur*, & *diſperderentur? Deo quidem conſtitutum manere*, *ſolem ſuum oriri facere*, *ſuper malos æque ac bonos.* Non patitur *Vſ.* 15. nec *Imaginis ſublimior virtus*, quæ VII. haud dubie *Lucem diei* pingit velut *Dei Miniſtram*, cui *demandata* ſit *provincia* illa *Alas terræ* quotidie *arripiendæ*, ad *improbos inde*, tanquam ſordes, & pulverem, *excutiendos*; & *opera tenebrarum*, *cum Lucifugis illis*, *confundenda*, *ac diſſipanda.* Habes aliquid multo ſenſu, & lumine, fœtum. 1. inculcatur, *Lucem eſſe inimicam tenebrarum*, & *improbitatis*, *tenebras captare*, ſibique circumdare, *ſolitæ.* 2. *Improbos exortu lucis fugari* quaſi, *compeſci*, *a multiſque ſceleribus deterreri*; quin illuc *adigi*, *ut virtutis*, & *honeſtatis*, *larvam*, *de die induant*,

14 Convertat ſe *illa* ut lutum ſigilli; & *illæ* ſiſtant ſemet tanquam veſtimentum.

14 תתהפך כחמר חותם ויתיצבו כמו לבוש׃

15 Et

15 וימנע

ant, *operibus tenebrarum* ſub oculo Solis *vacare non ſuſtinentes*. Certo fine verum: nam in luce *Perſonati* fere ambulant *mortales*, & diceres ubi hominum *Civilem* illam *vitam* contempleris de die, (a fæce, & ſentina civitatis, ſi diſceſſeris) *probitatem* neutiquam terras reliquiſſe. Eſt indicium manifeſtiſſimum Numinis orbem judicaturi, & improbitatem omnem confuſuri. Ergo 3. in *Auroræ ſtato* illo *exortu*, eſt *ſpecimen*, & *pignus* ſimul, illius *magnæ auroræ*, quæ *diem beatæ immortalitatis auſpicabitur*. Illius *Lux* omnes in perpetuum *tenebras* fugabit, atque *alas terræ apprehendens*, *ultimo judicio*, *Improbos & improbitatem inde excutiet*; *ad Orcumque amandabit*. Cave credas *Allegoricos* eſſe *luſus*: in media materia verſamur; & *Emblematis* noſtri *naturam*, *amplitudinemque* pandimus; qua omiſſa ne *Literæ* quidem ſatisfactum foret.

Verſ. 14. Multimodis laboratur ad ſententiam gemino nodo, ac ænigmate, implexam. *Vulgat.* I. *Reſtituetur*, *ut lutum*, *ſignaculum*; *& ſtabit ſicut veſtimentum.* Ad *terræ motum* iterum 1. detortum a *Thom.* & *Nicol.* aliiſque *Latinis*. q. d. *Ædificia quæ terra concuſſa rimas traxerant*, *ceſſante tremore*, *facile reſtituuntur*, *& reſarciuntur.* Humile; & indignum, quod hic memoraretur. Aliquid grandius dedit *Sanct.* 2. qui quum *Vſ.* præc. ad *Diluvium* retuliſſet, ita pergit, *Deus variam & illuſtrem terræ imaginem delevit inducto diluvio*; *ſed illam inſtauravit tam facile ac lutum ſigillare*, *materia lenta*, *& obſequenti*, *novas recipit ſignaturas*: *tam facile item*, *quam veſtis diſſuta integratur.* Optime ſubdit, *non ſatisfacio mihi*; *Sane locus difficilis*; *in quo extricando qui quid veriſimile dixerit*, *non reſpuendus.* Tentat ergo 3. *Deum juſtos quidem dura vexatione adficere*, *ſed mox reſtituere in integrum.* Longius quoque adductum 4. quod *Dionyſ.* habet de *nova progenie in locum eorum qui e terris excuſſi.* Alieniſſime *Titelman.* 5. cui *ſignaculum*, *homo imagine Dei ſignatus*; quaſi ſenſus foret, *impiis e terra excuſſis*, *ſignaculum reſtitui ſuæ origini*, *in lutumque*, *& pulverem*, *redire*; *atque velut veſtem omni ſpecie & venuſtate orbam*, *attritamque*, *jacere.* Eleganter II. *de Pined.* *Illa lux novam ſemper faciem rebus adfert*, *novamque ſpeciem*; *ac quaſi* ſigillo *quodam*, *res omnes* lumine *perfuſas*, *Divinæ perfectionis inſignibus adficit*, *& exornat*: *ut quæ videntur in nocte*, *& tenebris*, *faciem*, *ſpeciemque*, *amiſiſſe*, *rurſus rediviva lux reſtituat*, *rebuſque iterum imprimat*, *ſicut* lutum *&* cera *cui ſæpe apprimitur* ſigillum. *Inſuper ſinguli dies* ſtant ſicut veſtimentum, *cum enim lux*, *quæ conveſtit omnia*, *ubi recens exorta*, *videtur veſtis quædam ſpecioſiſſima*, *aureis filis*, *& radiis*, *contexta*, *cum occidit ſol*, *videntur*, *tum* lux *ipſa*, *tum* res *cunctæ*, *languere*, *&* inſtar veſtimenti veteraſcere: *ſed* renaſcente luce, *deponunt cuncta attritam illam veſtem*, *& aliam pretioſiorem ex recenti lumine induuntur.* Similia habet *Vavaſſ.* In his multus paratus & ſplendor orationis. Nudam veritatem videre maluiſſem. *Calvinus* III. hæc ipſa fere jam dederat, *Conc.* CXLIX. *Noctu terra prope* informis *eſt*: *nihil in ipſa cernitur*; *perinde ac magnum aliquod lutum*, *in quo nihil diſcernitur.* *Quando autem ſol incipit lucere*, *perinde eſt ac ſi ex* maſſa *aliqua* argillæ *vaſa figulina fingeret*, *& diligenter ornaret.* *Quando igitur Deus* diei lucem mittit, *perinde eſt atque ſi univerſam* terram formaret, *ad dandum ipſi decorem*, *& ſpeciem*, *ut eam cum admiratione intueamur.* *Atque ita* eam veſtit, *pro eo quod* nuda *erat*, conſtricta, ſterilis, *ad oculos noſtros quod attinet*; *hic enim agitur de adſpectu hominum* &c. &c. Hæc auribus ſuſpendere poſſunt, nil præterea: nam unde tandem *vaſa* illa *figulina*? Non idem *lutum ſigilli*, cum *luto figuli.* *Cocc.* cum *Doct. Belg.* *terram ſigillarem* IV. recte retinens, in reliquis conſentit: *ut* terra ſigillaris *antea rudis &* informis, *impreſſo ſigillo characterem habet*; *ita terra* per tenebras informis, *luce orta pulcherrimam* ſpeciem accipit. *De luce ſpirituali ſimilia dici poſſunt.* *Habebit ſe ſane* omnis *mundi hujus gloria ad illam*, ut lutum rude *ad gypſum candidiſſimum*, *pulcherrimis figuris impreſſum.* *Alterum hemiſtichium impérſonaliter acci-*

cipimus, ſiſtunt ſe *omnes res* tanquam *cum* veſtimento, h. e. *ornatiſſima omnia lucis beneficio apparent.* Veſtis *intelligitur* pulcritudo *quæ omnibus rebus adeſt. Matt.* 6: 28. 29. *porro ut omnis ornatus rerum ſine luce* nuditas, *ita & noſtra juſtitia*, *niſi Deus eam* induat lucida veſte *juſtitiæ Filii ſui*, *mera* fœditas. *Alii hunc locum interpretantur* de improbis. *Si hoc allubeſcit*, *non erit ſenſus*, improbos aboleri ut veſtem *Pſ.* 102: 27. *nam* התיצב *non eſt* aboleri: *ſed improbos orta luce ſe ferre in oculis hominum quaſi* amictos *&* perſonatos, *tanquam eſſent homines frugi.* Reſpicitur interpretatio *Merceri* ſic V. ſe habens, *Immutatur tunc terra ſicut* lutum ſigilli, *cui alia atque alia ſignacula facile ob humiditatem imprimuntur*, *& quaſvis figuras recipit: ad quam rationem &* terra ab exorta aurora *novas videtur figuras*, *&* novam induere faciem, *excuſſis ex ipſa his aut illis impiis:* & conſtituuntur tanquam veſtimentum, *ſcil.* res omnes *in terra*, *ſed maxime* homines, *& ſpecialiter* impii, *veſtimentis ſunt ſimiles*; ſtatuuntur in terra, *ut illic ſint* velut veſtimentum, *quod alia atque alia forma fieri ſolet*, *& facile inveteraſcit: Pſ.* 102: 27. Ex *Ab. Eſra* expreſſum; ſubſcriptoribus *Druſio*, *Crinſoz. Cler.* cujus hæc commentatio; *ſi in tantis tenebris palpando verum invenire licet*, *hic ſenſus erit*, Terra *mutationes patitur*, *ad homines quod attinet*, *quas poſſis conferre cum mutationibus quæ fiunt in* luto, *aut* cera, *quibus quaſvis figuras imprimere licet. Expelluntur ex ea homines mali*, *ut boni in locum ſuccedant*, *quaſi nunquam mali fuiſſent*; *& viciſſim. Exemplum inſigne*, *captivitas* 10. *Tribuum*; *tum etiam duarum reliquarum. Iidem homines veteraſcunt inſtar veſtis*, *quippe quorum vita*, *& omnia*, *cito evaneſcant. Pſ.* 102: 27. Credebatne Vir Doctus ſe primum in hanc conjecturam ingreſſum? Specioſius VI. quod *Epiſc. Elienſ.* exhibet, *Illi autem adventu auroræ conſternantur*, *& tam crebro colorem mutant*, *quam* lutum formas *ſub variis ſigillis: nec plus* conſtant ſibi *quam veſtis mutabilis.* Prævivit Ill. *Grot.* VII. dans, *vertet ſe*, *ut argilla ſignatoria*, *& ſtabit ſicut veſtimentum.* i. e. *Non magis ſibi conſtabit*, *quam* veſtis verſicolor. *Rei ſolent ſubinde mutare vultum*, *& colorem.* Et ei præitum a Doct. *Tigur. ſeque transforment ut argilla*, *cui ſignum imprimitur*, *ſibique* parum *conſtent ut veſtis.* Dure admodum *Jun. & Trem.* VIII. *Ut ea mutata ſicut argilla ſigillari*, *ſiſterentur* illi *velut indumento* obducti. i. e. *poſtquam terra novam faciem induit*, *quæ per noctem tota fuerat atra*, *& ſicut* argilla figuli *ſuis figuris*, *coloribus*, *cælaturis*, *ſic terra multiplicibus bonis exornata conſpicitur*, *improbi a pergendo in ſceleribus cohibentur*, *tanquam ſi panno vultus aut pedes eorum obvolverentur.* Receptum a *Piſcat.* Non molliter IX. *Munſt.* & *Iſid. Tunc*, aurora ſurgente, *convertitur terra*, *ſicut cum ſigillum figuram ſuam imprimit luto*; *ſic* impii alias facies ſumunt, *ac ſimulant ſe probos: &* veluti *aliud* veſtimentum *induunt*, *qui in tenebris nullum non malum moliti erant.* Confer *Cocceji* illud *num.* IV. ſub finem. Intricate *Caſtal.* X. *Qui impii mutato tanquam rubricæ ſigillo fiunt veſtis ſimiles* &c. Scilicet *Adulteri*, *fures*, *latrones*, *proditores*, *noctu ſuis ſceleribus invigilant*; *iidem adveniente die* Lucifugi *diffugiunt: & diſcuſſa nocte quæ eos* tegit, *ac concludit*, *ſicut* rubricæ ſigillum operit *ea quæ ſignata ſunt*, veſti ſimiles *ſeſe contrahunt*, *complicant*, *in latebraſque conjiciunt.* Quo ſe verteret neſcius R. *Levi* XI. ad *Auroram* trahit illud תתהפך *convertitur*, cujus *lux varie mutetur pro vario ortu*, *unde variæ etiam in terris permutationes*; *per quas homines* veſtimenti inſtar *immutentur.* Hæc ut reliqua fere illius *Rabbini*, frigent; cui *Vatabl.* libertatem ſuam vendere non debuiſſet; meliora daturus, niſi hunc optima dediſſe autumaſſet. Ludicrum plane XII. quod ſuus *Cajetano* ſuggeſſit *Judæus*, ad *mores impiorum* hæc pertinere, *quorum quaſi conſenſio & conſpiratio*, *ſub ſigillo clauſa*, *ſeſe firmet*, *& ſuſtineat*; *quique alter alteri* velut veſtis ſint, *ſemet accommodando*, *prout veſtes ſe corpori accommodant.* Ruere & hic pergens *Bolduc.* XIII. ad *ſolis virtutem in prima creatione* locum torquet, *cujus vi terra converſa ſit in ſolum pingue*, *& ita tenax*, *ut ſigillari optime poſſit: & illæ partes friabiles ſint compactæ*, *& tractabiles factæ in vaſa*, *ad inſtar veſtimenti ex panno plicatilia.* Id reſtabat ſcilicet, ut *terra Lemnia*, quæ & *ſigillata*, *Arabibus* طين مختوم *Tyn Machtoum* *Lutum ſigillatum*, apud Medicorum filios nobile, huc ſpecie haud vulgaris Eruditionis inferretur. Quid dicam de LXX. *Interp.*

XIV.

XIV. qui *primam* hominis *e Luto plaſmationem* &c. hinc exſculpere potuere? Quid XV. de *Chald. Syro*, & *Arabe*, qui ejuſdem *redactionem in pulverem*? Ad *terræ* ipſius *converſionem & annihilationem*, ut vocat, *die ultimo*, pro ſua *Hypotheſi*, reſpexit Cl. *Schmid.* XVI. nec non *mutationem, abolitionemque, vel impiorum, vel cœlorum, inſtar veſtimenti.* Prius Colon ita exponit: *non putarim diverſas figuras ſigillorum innui, ſed unam delebilem* q. d. *Quam facile lutum ſigilli mutatur, & figura ei impreſſa deletur, tam facile etiam terra tum mutabitur, & tota ejus facies, imo & ipſa, peribit.* Poſterius ſic: impii *ſtabunt* in mutatione *ſicut veſtimentum:* vel potius, ואשר יתיצבו *Et quæ conſiſtunt, ſicut veſtimentum*, ſcil. יתהפכו *convertent ſe*; i. e. *Cœli, & corpora in illo incorruptibilia, in conſummatione ſeculi, nihilominus omnia mutabuntur: Pſ.* 102: 27. Pergit, *Hæc mutatio veſtimenti non in melius, ſed in pejus. At ſi in pejus, ſine dubio erit totalis abolitio: Non incongruum, ullam creaturam in extremo die manere, & tamen mutari in pejus, præter inferni habitatores. Tantum abeſt, ut ex hac phraſi aliquid pro meliori ſtatu cœli, & terræ, in extremo die, conſequendo, concludatur.* Potuiſſet Vir Doctus felicius materia ſimul, & ſerie, ſua uti. *Luth.* poſt *Vulgat.* XVII. חותם *ſigillum* recto caſu ſtruit, ut ſit, *ſigillum ſe vertet ut lutum*, i. e. *ſtatus & conditio impiorum mutabitur* &c. Obſtat genus: nec figura expedita. Cl. *Reim.* XVIII. ut in re conclamata, non infeliciter: *An* terra *invertet ſe* ad tuum nutum, *ſicut lutum ſigilli? & an* alæ terræ *ſe ſiſtent inſtar veſtis*, ut eam pro arbitrio verſare, & purgare, queas? *Senſus geminæ ſimilitudinis hic videtur. Influxum ſolis non eam facere impreſſionem in cor hominis, qualem ſigillum in luto efficit, ut neceſſario probus evadat. Multo minus naturalia opera a Deo admoveri ad cogendas voluntates: ac proinde quum Deus ab* Aurora apprehendi *facit* oras terræ, *hoc non fieri, tanquam ſi quis veſtem apprehenderet ad eam excutiendam & ſordibus repurgandam.* Conferenda Viri Doctiſſ. conjectura, quam *Vſ.* præced. expoſui: cui hæcce ſuccinit. Verſioni magis accedere poſſem, quam ſententiæ ei ſubjectæ. Obſtat tamen quod יתיצבו a כנפות genere diſſideat. In *ſiſtere ſe inſtar veſtis*, pro *ſe dare excutiendam, & expurgandam*; etiam nimis multa ſupplentur. Cl. *Szatm.* XIX. in priori colo *maſſam figulinam* intelligit, ſive *vas teſtaceum cum certa figura.* Id applicat *terræ Judaicæ*, & *genti*, ſub *Aurora Euangelii.* In poſteriori, *ſiſtere ſe tanquam veſtimentum*, nempe *fœdum, fœtidum, a nemine induendum.* Item ſubtiliter *Judæis* accommodatur. *Gloſſ. Ordin. Vſ.* præc. exhibens *Scribas & Phariſæos ex Judæa excuſſos*, ita hic pergit: *Dominus plebem Iſraëliticam lutum repperit in Ægypto, quam dum ſcientia ſua implevit in Prophetiis clauſa, quid aliud quam ſervandi myſterii ſui ſignaculum fecit? Sed poſt Divina ſecreta plus terram, quam veritatem, diligens, & ad lutum Ægypti rediens*, Lutum *ſe poſt* ſignaculum *exhibuit, quod terrena ſaperet.* Reliqua non minus tracta, & torta. At *Hieron. ſignaculum anima hominis intelligitur, ad imaginem Dei facta. Hoc ſignaculum per Adæ peccatum fuerat attritum, & oblitteratum: per Chriſtum autem iterata impreſſione reſtituitur: nunc quidem per Baptiſmi gratiam, menti inſculptam: ſed in Reſurrectione totum omnino reſtaurabitur; quando humani corporis Lutum incorruptionem induet, & anima pariter cum eo ſtola glorioſæ immortalitatis veſtietur.* Hæc, ut & priora illa Cl. *Szatmari*, ſatis ſcite deducta, amatoribus talium relinquimus. Nos *literæ conſtituendæ* cura occupat, & exercet: quam me necdum, ex omnibus hiſce, expiſcari valuiſſe confiteor. Aliquid tamen ad *Ænigmatis* hujus *intelligentiam* XX. conferre conabor. Obſervo itaque 1. *Lutum* طين appellari ab *Arabibus* omnem *materiam lentam, ſequacem, tenacem*; nec aliud iis uſitatius vocabulum, quo *ceram ſigillarem* exprimant; quod ab officio ختام חתום dictum, in *Camuſo* declaratur الطين يختم به على الشي والخاتم ما يوضع على الطينة *Lutum quo quid obſignatur*, חותם *autem, id quo Lutum imprimitur.* Nempe *ſigillum ipſum*, ſive *annulus ſigillatorius:* qui & hic 2. per חותם haud dubie intelligendus, ut *Gen.* 38: 18. & alibi. Ergo 3. locus non eſt *terræ figu-*

gulinæ, cum *figuris*, *formiſque* ei inditis, quo *Calvin. Jun Szatmar.* tendebant. Sed omnino tenenda 4. *cera ſigillaris*. Et quidem 5. quatenus ea ad omnem *formam*, & *impreſſionem*, *facilis*, Quin & 6. *delebilis*, ſimulque *apta ad novum characterem* recipiendum. Hoc verbo תתהפך 7. ſignanter quoque expreſſum; nam *convertens ſe cera*, non ſimpliciter eſſe poteſt *deleta*; ſed *novam faciem inducens*, ſive in *bonum*; ſive in *malum*, quod hactenus anceps. Satis evidens 8. illud תתהפך redire ad *terram:* tum ratione conſtructionis, hoc ſuo jure poſcentis; tum reſpectu *materiæ* id ipſum invitantis. Et quidem 9. ad *terram unde impii excuſſi*, vel *excutiendi*, ut in fine *Vſ.* præc. vidimus. Hinc 10. elucefcit, *converſionem* hanc *in bonum* inclinare; quod *terra* quamdiu *ab impiis tenetur*, quodammodo *deformata*, iis *deletis*, Deo *dignam faciem* videatur recuperare. Ad has ſtricturas jam aliquid lucis adfulgere incipit: quam ſi poſterioris Coli accuratior excuſſio auxerit, *auroram* ex hiſce tenebris ſpero emicaturam. Notetur ergo 1. יתיצבו eſſe verbum *grave*, & *magnificum*, quod pleraſque expoſitiones ei ſubjectas renuat; quales *conſiſtere*, *ſive conſtitui ut veſtimentum*; pro *veteraſcere: colores variare*; *contrahere ſe*, & *convolvi*; *aboleri*. *Pſalmus* 102: 27. unde iſta fere elicita, diſerte adjungit בלה *atteri*, & *veteraſcere*, ſine quo fas haud eſſet לבוש *veſtimentum*, de *panno lacero*, *fœdo*, *quod induere nemo velit*, explicare. Admitti nequit 2. inſertio *Schmidiana*, אשר, *Quæcunque conſiſtunt*, *Cœli*, *& corpora in eo incorruptibilia*. Nimium 3. ut phraſis כמו לבוש *ſicut veſtimentum eſſe*, abſolute exponatur, *corrumpi* & *abolitionem pati*; quum potius *ornamentum*, & *decus* ferat, præſertim iſto יתיצבו adjuncto. Utcumque ferri poſſet 4. illud *Munſt. num.* IX. *ſiſtunt ſe tanquam amictu:* ſed prius colon aliud exigit: & ad *improbos* hoc verbum inconcinnius relatum, patet ex *Vſ.* ſeq. ubi רשעים expreſſi non fuiſſent denuo, ſi hic jam denotati eſſent. Attamen duriuſculum 5. quod *Cocc.* ſuppleat, *ſiſtunt ſe tanquam* cum *veſtimento* omnes res &c. *num.* IV. ſupra; quamvis explicatio ſit egregia; quam & *Belg.* luculenter inſtruxere ad *omnes res creatas*, *quas lux diei inſtar veſtis ſplendidiſſimæ exornet*, reſpicientes. Commodius videtur 6. quod *De Pined.* aſſumſerit *dies* ſingulos, *ſtantes ſicut veſtimentum*, ſecundum lineas *num.* II. ductas: in quibus id incommodi, quod *veteraſcentis veſtis* imaginem admiſceat: atque prius quoque Colon *Luci* applicet. Id ad *Terram* redire potius, omnia vincunt. Conficio hinc 7. ut תתהפך ad *Terram*, ita יתיצבו ad בקר *Auroram*, & שחר *Diluculum*, ſeſe referre; quæ *Vſ.* præc. *Terræ oras prenſabant*, *ad improbos inde excutiendos.* His 8. apprime convenit *ſiſtunt ſe*, *in ſtatione*, *in gradu*, *in ornatu decenti*, quam vim התיצב exerere ſolet. Vide *Prov.* 22: 29. *Zach.* 6: 5. *Jer.* 46: 4. &c. Recinit pulchre ad id, quod *Vſ.* 12. præmonui, neſciens tamen quid inde lucis hic mihi acceſſurum eſſet, *Auroram* & *Diluculum* induci ut *Famulas Omnipotentis*, quotidie *ſtationem* ſuam obeuntes. *Ornatum magnificum* quoque verbo ſubeſſe, ex *Pſ.* 45: 10. ſenties. Jure ergo inſero 9. כמו לבוש *inſtar veſtimenti*, vel ut in *veſtimento*, pertinere ad *ſplendorem*, *pompam*, *decus*; quale in לבוש מלכות *Eſt.* 6: 8. *veſtis regni*, *regalis*; quæ mox abſolute הלבוש *Vſ.* 9. 10. 11. Adde 8: 16. & *Eſaj.* 63: 1. הדור בלבושו *Magnificus veſtitu*. Quis ibi de *abolitione* cogitaret? Nec hic ergo cogitandum; æque enim ſplendet יתיצבו כמו לבוש, *ſummamque* pingit *magnificentiam.* Verbum לבש *veſtire*, ſplendide quoque traductum *Pſ.* 104: 1. 2. ubi Deus *Majeſtate & decore veſtitus*, *Lucem* pro *paludamento amiciviſſe* dicitur. Par itaque, & verum, ut *Miniſtræ* Numinis, *Aurora* & *diluculum*, *ſeſe ſiſtant* כמו לבוש; ubi 10. ſubdubium, ſitne, *tanquam in veſtimento*, quod *Cocc.* alio licet ſenſu, volebat: an quod Doct. *Belg.* *inſtar veſtimenti*. Utrumque pulchrum, & plenum: nam *Lux* & *veſtita regaliter*, ipſa, & *magnifice* omnia *veſtit*.

15 Et prohibeatur ab improbis lux eorum; brachiumque celſum confringatur.

15 וימנע מרשעים אורם וזרוע רמה תשבר׃

16 Num

16 הבאת

Difficilis optio. Prius cumulatius putem. Ad יתיצבו *ſiſtunt ſe* ſuavius quoque accommodatur.

Ibid. Quæ adhuc diſcuſſimus, oſtendunt ſatis, qua via *veritas* hinc eruenda ſit: necdum tamen *ſenſum loci* pervium, liquidumque, præſtant. Is ad *amplitudinem Vſ.* præc. exhibitam rotundandus; ſi non aliis ſolum, ſed & mihimet, ſatisfacere velim. Non deſpero ſucceſſum; nam utrumque membrum ad tria illa ſe præbet, quæ ibidem enotavi. Quod ad prius, *Terra ſe* in novam faciem *ut lutum ſigilli convertit*, illuceſcente Aurora; 1. *quum tenebris*, quas natura horret, quæque pulchritudinem ejus dehoneſtant quaſi, *fugatis*, *ſuum recuperat decus*, & ſplendidum quid, Magnoque creatore dignum, denuo induit. Huc collineaſſe *Calvin. de Pined. Belg. Cocc.* ſupra viſum. Addo 2. quum *improbitate* per lucem *utcumque conterrita*, & *compreſſa*, ne tam effuſe, & licenter, *operibus tenebrarum* indulgeatur *de die*, quam quidem *de nocte*, *honeſtior*, ut ſic dicam, *facies*, *terris redditur*, & *probi*, ſi non eſſe, *videri* ſaltem cupiunt longe plurimi mortales. Hoc ut indicio eſt, Deum Judicem, vindicemque, rebus humanis præſidere; ita 3. *ſpecimen* præbet, & *pignus maximæ* illius *converſionis*, qua *lutum* hoc *ſigillare* Omnipotentis pleniſſime *vindicabitur a ſervitute peccati*, & *fœdis* veluti *veſtigiis*, quæ graſſans, regnanſque, improbitas ei impreſſit. *Aurora immortalitatis* nempe, eraſis, exuſtiſque, omnibus his labibus, ſecum vehet *novos cœlos*, *novamque Terram*, *in qua Juſtitia habitatura.* Noviſſimum hoc a *Cocc.* quoque tactum; quum ſubliniore ſenſu *per Lucem veritatis*, & *Euangelii*, omnia item *innovata* monens, inde adſcendit ad *Revelationem gloriæ Filiorum Dei*, *qua omnia ſint transformanda.* Ad *verſum ſeq.* aliud adhuc dabitur, hiſce pulchre ſuccinens. In altero colo illuſtrando hæc tria quoque conveniunt; *Et illæ*, Aurora, ac Lux matutina, *ſiſtunt ſe tanquam* in *veſtimento.* Iterum 1. *quum in ſtationibus* ſuis *paratæ*, velut Famulæ Omnipotentis, *lucidiſſimo amictu*, quo procedunt, *inimicas* terris *tenebras diſſipant*, delentque. *Inimicas* dico, non ſtricte, ſed pro ſcopo, quatenus *pulchritudinem mundi ſepeliunt*, & ſimul *ſepulto pudore*, *improbitati audaciam addunt.* Ergo item 2. quum *Jubar* ſuum, ex quo Divinum quid relucet, *oſtentantes*, & *oculis* improborum *ingerentes*, vel *invitis pudorem*, *metumque*, peccandi, *incutiunt:* atque eatenus orbem terrarum, in ſpeluncam omnis horroris, ac confuſionis, inverti non ſinunt. Cumulatiſſime 3. omnia hæc præſtabunt *Aurora* & *Lux ſeculi venturi*, quando *e terra excuſſis improbis*, *viciſſitudines diei* & *noctis* ceſſabunt, atque *Æternitatis dies* ille, qui occaſum neſcit, *cœlum terraſque innovabit.* Si roges quomodo? reſpondere liceat חותם *ſigillum* Numinis *huic ſtatui impreſſum*, quod temerare nefas.

Verſ. 15. In verbis lucidiſſimis, cohærentia haud liquida ſane. *Thom. Dionyſ. Nicol.* I. trahunt ad *vitam improbis ſubito terræ motu ſæpe ademtam.* Æque alienum quod *Sanct.* II. hinc elicere conetur priſcum *diluvii judicium*, & *terrarum* per illud *purificationem.* Latiore proſpectu *Vavaſſ.* III. *Multiplices mutationes quotidie in terra accidunt*, *ipſa manente.* *Hæc una e multis*, *quod improbis* media in luce ſua lux, *hoc eſt vita*, & *vitæ omnis ſplendor*, *ac dignitas*, *adimatur*; & *violentis*, *ad plagam inferendam jam erectis*, *infringatur robur.* Idem dederat *Merc.* *Lucem intellige* vitam *hanc*, & *omnem improborum* ſplendorem, gloriam, opes, & potentiam, *quæ ab iis* prohibetur, *dum a terra quotidie excutiuntur.* Non vacat ſcrupulis. *Calvin.* IV. obviam iri cenſet *objectioni*, quæ fieri poſſet, *Quomodo Deus*, *cum Solem conſtituerit ad mundum illuſtrandum*, & *tam præclarum ordinem inſtituerit*, *patiatur* improbos illo bono frui? *Debuiſſe Lucis uſuram Dei cultoribus tantum permitti*; *nec fas ſolem malis æque ac* bonis *oriri.* Hoc ita reſolvi cenſet; *Improbis ad tempus quidem* Lucem Solis *conceſſam*; *ſed ad extremum eam ipſis eripiendam fore*; *ac proinde expectandum patienter*

ter illum terminum, *quo brachium elatum frangetur*, & *Regnum improbitatis finietur*. Ad *Judicium ultimum* hoc aſſurgit: in quo unice pedem fixit Cl. *Schmid.* V. cum ſimili *occupatione*, quod *ſtatus feliciſſimus Impiorum* in hac vita *Jobum* vehementer offendiſſet. q. d. *In primis removebitur* tunc, in conſummatione ſeculi, *præcipuum tuum offendiculum*, *dum* lux & brachium *impiorum deſinent*. Eodem directe collineatum a *Jarchio*; & *Ab. Eſra*: ad quorum calculos quoque poſuit *Epiſc. Algarb. Quia oderunt lucem*, *amarunt tenebras*, *ideo omnis lux illis tandem eripietur*, & *ſempiternis tenebris damnabuntur*. Hæc lubenter admittimus, ſed aliud propius, quod omittere non licet. Subtile quid excogitavit *de Pined.* VI. hanc ſententiam ſpectare cenſens *Hominis integri & felicis* primo, mox *lapſi* & *infelicis conditionem*; ut in *viciſſitudine diei* & *noctis*, utriuſque ſtatus ſpecimen cerni queat; hominique inſinuetur, *Mundum cum cœleſti lumine juſtis datum*, *injuſtis vero ereptum iri.* Argutius ſubnectit: *Adamus immortalitatem*, lucem, *pacem*, *ſimulque* virtutem, qua *eum Deus* veſtiverat, *perdidit*: & Brachium excelſum, i. e. *poteſtas ejus ſuper omnem carnem*, confractum, *imperium in animantia imminutum.* Seriei hæc valde congrua, nemo dixerit. Incongruum etiam VII. quod Doct. *Tigur.* qui verſum præc. retulerant ad *patratores ſcelerum ſeſe ſub lucem illatebrantes*, huncce deflectant ad *eoſdem nonnunquam deprenſos*, & *pœnas dantes*. Ad hoc exemplum III. *Grot.* hinc extudit, *Damnari ad mortem*, & *quidem cruciabilem*, *qualis eſt fractio in rota.* Miror magno ingenio placere potuiſſe, in ſublimi hocce argumento, imaginem *ſcelerati ſuper rota fracti.* Formulam *brachii confracti* huc inflectere, ne minus quidem perito liceret. Traxerunt, quæ præmiſſa fuerant ad *Vſ.* 13. & 14. de *Judiciis capitalibus mane exerceri ſolitis*. *Druſ.* cui idem adhæſerat, in *brachio confracto* videt *favorem principum*, *amicos*, *opes*, *vires*, *infractas* Idem filum huc perduxit *Epiſc. Elienſ.* generalius *ſupplicia graviora improborum* quoque attendentem. Cl. *Cocc.* VIII. ex parte amplexus, in priori colo celſa figura utitur, quaſi *ſua Lux ab improbis diceretur prohiberi*, quod *Aurora tenebras diſcutiat*, quæ ſunt *Lux illorum*, *qui ut feræ*, & *noctuæ*, *diem reformidant Job.* 24: 17. Addit, *huc refer eorum excæcationem* & *indurationem per veritatis claritatem Joh.* 3: 20. 21. *Hebr.* 6: 6. 2. *Petr.* 2: 20. 21. Id alterius generis. Poſterius colon ſic explanat, *Audacius*, *impudentiuſque*, & manu, *quod dicitur*, elata, *peccantes coërcentur per Magiſtratus*, & *Judicia*, *quæ primo mane celebrabantur.* Subjungit: *Ergo in his ſignificatur magnum opus providentiæ*, *quod non patitur diſcrimen juſti* & *honeſti*, *injuſti* & *fœdi*, *exoleſcere* &c. *Refutatur autem hiſce*, *quod Jobus dixerat*, Deum conſilio improborum adfulgere: *nam ipſa* Lux φυσικὴ *improbos* luce ſua *privat. Nonne igitur Deus*, *quoties oriri facit ſolem ſuum ſuper bonos* & *malos*, & *illos quidem ad* honeſta *excitat*, *hos autem* reos agit *coram conſcientia*, & *coram hominibus*, *ſatis oſtendit ſe diligere Juſtitiam*, & *odiſſe improbitatem*? Concludit: *quod ſi aliquid videtur latere*, *nonne ex hac quotidiana* lucis *reverſione conſtat*, inſtare Diem, *qui omnia occulta ſit revelaturus*? Prioris membri venuſtum illud acumen reperio etiam apud *Caſtal.* qui *impiorum lucem nunc appellari* ait *noctem*, *quod diem pro nocte*, & *noctem pro die habeant Lucifugi*: *quorum ſublimes lacerti ideo frangi* dicantur, *quod tunc vires* & *audaciam amittant* &c. Ex *Cajetano* quoque adduxit *de Pined.* quamvis *ſubtilius*, & *argutius*, judicet: q. d. *Cum lucem mundo Deus adfert*, *improborum lucem* i. e. *tenebras*, *aufert*, *atque ita illorum vires comprimit*, & *debilitat.* Vehementer adblanditur; & ſi ſimplici ſenſu defungi eſſet heic loci, palmam *Oxymoro* deferre vix dubitarem, quod *Capiti* 24: 17. egregie reſponderet. Videbimus tamen, quid pro *ſublimiore aſpectu* infra afferri poſſit. Quod *Jun.* & *Trem.* IX. protulere, non ſatis capio, *An ſi unquam fuerunt coërcendi mali*, *potuiſti vel tantillum* Lucem accelerare, *vel deprehenſos* luce ſua i. e. *vita rebuſque omnibus*, *quibus Illuſtres habentur*, *eos ſpoliares*? Quænam illa *Lucis acceleratio*, & *deprehenſio maleficorum*? Suſpicor id intendi, quod *Steuch. Eugub.* aliique dedere, X. *Deum piis lucem promere quotidie*, & *omnem felicitatem*; *improbis autem lucem*, i. e. *felicitatem negare*, *malis*, *ſuppliciiſque*, *eos feriendo.* Eſt idem cum *num.* III. niſi quod latius fundatur, & pluribus ſcrupulis prematur: nam cum Cl. *Cler.* dicere, in hoc ſtilo *ſeriem parum ſervari*, inſcitum. R. *Levi* XI. de *Luce* & *felicitate* ex *Aſtrorum poſituris oriunda*, ſed *improbis in contrarium converſa effectum*, hic nugatur. Multo majores nugas, vel ludibria potius cerebri, nihil non ſibi permittentis,

16 Num veniſti uſque ad ſalebroſa maris; & in penitiſſimo Abyſſi ambulaſti?

17 Num

16 הבאת עד־נבכי־ים ובחקר תהום התהלכת׃

17 הנגלו

dedit *Bold.* XII. hunc cumulum prægreſſis ineptiis imponens, *prohibitus vero ſol a quibuſdam aliis ſabuloſis & moventibus arvis*; *ita ut quod ſeminatum ibi ſuerat, & jam in altum creverat, langueſceret & moreretur.* Iterum רשעים *impios* detorquet ad *mobiles*, *ſterileſque*, *arenas*, *ingrata & impia*, ſic ludit, *arva.* זרוע *brachium* a זרע *ſeminare* in *ſata* transformat; atque hanc *leniſſimam* vocat *cohærentiam.* Hæc riſum ſimul ſtomachumque movere apta. Diluamus quantocyus tædium docto conatu Cl. *Reim.* XIII. qui ſuperiora ſua ita nunc pertexit, per *interrogationem* negantem: *ut ita ab improbis prohibeatur lux eorum, & brachium excelſum confringatur? Minime vero.* Neutiquam id præſtabis. *Sed quemadmodum Sol naturæ oritur ſuper bonos & malos, ita quoque providentiæ meæ cura longanimis utrumque genus complectitur.* Magni judicii, multæ prudentiæ, Interpretem, huc compulere haud dubie difficultates, quibus pleraſque expoſitiones gravari ſentiebat. Videamus XIV. an ſequentes ſtricturæ majoris lucis daturæ copiam ſint. Non dubium 1. quin רשעים ſint *improbi* in genere. 2. *Prohibitio lucis* cum *exortu Auroræ* eſt connectenda. 3. אורם *Lumen eorum*, ad *Improbos* referri poſſe, haud negem. Sed 4 magna eſt ratio ſuſpicandi, ad בקר & שחר *Auroram* & *diluculum* redire illud adfixum; quippe quæ proxime *in ſtationibus ſuis ſplendido amictu ornata* comparuerint. Duplex hinc via explicationis tenditur. Primo, ſi אורם *lux eorum* ad *improbos* pertineat, ſequendum ducerem *grande* illud *Oxymorum*, quod *num.* VIII. laudavi: ita *triplici* ratione evolutum. 1. *Aurora noctem & tenebras* fugans, *ſuam* improbis *lucem eripit*; eorumque *brachium* in facinora *audax*, & *erectum*, *debilitat*, quo minus *graſſari*, & *ſcelera* ſua *perpetrare*, ſuſtineant 2. Hæ *Famulæ* præluſtres *Numinis*, *vigili* ſemper *oculo* orbem *inſpectantis*, non ſinunt quoque *Improbos* hac in vita *puro & liquido gaudio frui*, ſed eos *lucidis* ſuis *radiis*, ac *telis*, ſæpe intus feriunt, conſcientiam expergefacientes, & venturi tandem Judicis anticipata præſenſione conterrentes. Dixerim brevius: *Lux radians diei Lucifugis terrorem incutit*, *extus* ſimul, & *intus.* Hoc triſte augurium, per quod pectora eorum quotidie ducuntur, *Noviſſimo* illo *Die* 3. complebitur, & cum omni mole vindictæ Divinæ in eos ingruet, omnibus *tenebris*, quibus ſe *improbitas* texerat, *diſſipatis*, ut æterna confuſione obruatur. Hæc ſunt, quæ *num.* VIII. dicebam me tentaturum: argutiora illa quidem, ne quid diffitear, ſed a gravitate Loci hujus non aliena. Secundo, ſi *Adfixum* ad *Auroram* & *Diluculum* reducatur, perquam gravis, & jucundus, ſenſus enitebit. Nam *Lux matutina improbis ſemet ſubducens*, & ab ipſis *conſpici ſe haud patiens*, dum *apprehenſis terræ oris male fauſtam*, & Deo exoſam, *Sobolem* inde *excutit*, referri poteſt 1. ad *terrorem Lucifugis injectum*, ita ut *Lucem* ſuſpicere *læto vultu* haud ſuſtineant, ſed contra eam reformident. 2. Quum *ſub oculo ſolis improbitas* γυμνῇ τῇ κεφαλῇ *graſſari*, ſeque *in opera tenebrarum effundere*, non audeat, ſed Larvam *probitatis*, & *honeſtatis civilis*, *induere* cogatur; an non eo ipſo *Aurora*, & *Diluculum*, *jubar* ſuum *opponunt* quaſi *improbis*, ſeque *eorum uſui*, *miniſterioque*, ſuam *Lucem* quotidie *promere*, & *præferre*, diſerte negant quaſi: teſtanturque, *Lucis* tantum & *Diei filiis uſuram* illam *Divinitus deſtinari*? Idem hocce 3. illuſtriſſime confirmatum dabit *Noviſſimus* ille *Dies*, quando ad *Auroram glorioſæ immortalitatis* Filiorum Lucis, *Filii Noctis* & *tenebrarum* in *Tenebras exteriores* expellentur, atque *omni Luce naturæ*, æque atque *gratiæ*, ac *gloriæ*, privabuntur. Magnitudo Loquentis, & excellentia figurarum, hæc ſuggeſſerunt; in quibus anſam porrectam ſpero ulteriori veritatis perveſtigationi.

Verſ. 16. E *Coelo* deſcenditur ad ima *marium*, & *terrarum*; ut cum *ſublimitate inacceſſa operum* Dei, eorundem *inperveſtigabilis profunditas* ſacro cum horrore perſentiſcatur. No-

17 הנגלו לך שערי מות ושערי צלמות תראה׃

17 Num revelatæ tibi portæ mortis? & portas umbræ mortis vides?

18 התבננת

18 In-

Nodum nectit נבכי, quod *Vulgat.* I. *profunda maris* reddidit, ſenſu duce. LXX. πηγὴν θαλάσσης II. quod veriſimilius Lectione altera, quæ γῆν offert. In *Comm. Hieron.* id eſt *Philipp.* hi *fontes maris* trahuntur ad *fluxum*, & *refluxum*, qui tanquam ex *ſcaturigine* ſtatas vices obeant. *Calvin.* III. *Fontes maris* tenens, a *lacrymis*, *guttiſque* eos derivat, nam בכה pro Radice adſcitum a pleriſque, unde נבכים *fleta*, vel *guttatim manantia* ſonare creditur. Conſentit *Cocc.* *fleta maris* exponens, *ſcatebras*, & *radices maris*, *quæ veluti lacrymæ ex fontibus Abyſſi emanant.* III. *Grot.* IV. maluit, *perveniſtine ad guttas maris*? *Noſtine quot in eo guttæ*? Et *Tigurini* ſic dederant. *Merc.* V. poſt *Ab. Eſram*, latiore poteſtate, *fluenta maris*; id eſt *profunda*, *ubi aquæ in magna copia & magno impetu fluunt.* Ita *Cap.* 28: 11. בכי *fletum* pro *fluxu* ceperat. *Schmid.* VI. *profunditates maris* ſic dictas cenſet, quod ibi *effleat* per *minima foramina*, & *poros*, aquas ſuas in *flumina* & *rivos*. R. *Salom.* VII. a *Rad.* בוך in *Niph.* נבוך *perplexum eſſe*, ingeſſit *perplexitates maris*, vel מסגרי *clauſtra* potius, quæ *Chaldæo* מערבלי סגור ימא *perplexa clauſtri maris.* Intelliguntur *Loca abditiſſima* & *profundiſſima*, quæ nemo homo pertentare queat. *Codurc.* VIII. ſe *Raſchium* ſequi dictitans, *Extremum maris tractum* exponit, *ubi mare hæret*, & *ſiſtitur*, *neque ultra progreditur.* Dictum ait, tam ratione *latitudinis*, & *litorum*, quam *profunditatis.* Non ego credulus illi: ut nec bellæ iſti gloſſæ *Exod.* 14: 3. נבוכים הם בארץ *C'eſt la le bout de la terre*; quum ſit, *perplexi hærent in terra.* Cl. *Guſſ.* IX. quum a בכה tentaſſet *Fundum maris*, quod ibi *Limus*, *alga*, *plantæque aliæ*, *e quibus*, *ſi premerentur*, *guttæ lacrymis ſimiles exirent*: ad בוך tandem, invita *Analogia*, accedit, quaſi notarentur *imi fundi partes perplexæ*, & *anguloſæ*, *ſub rupium radicibus.* Tam perplexa virorum Doctorum conſilia me olim compulere ad *Arabum* نبك נבך *Collis acuto vertice*, qui *Scopulis* deſignandis aptus natus. Magis percipias ex *Camuſo*.

النبك اكمة محددة الراس
اى ارض فيها صعود وهبوط
اى التل الصغير وانتبك
ارتفع والقوم انطووا علي شر

Collis acuto capite dicitur נבך; *itemque terra in qua acclivitas & declivitas: item colliculus omnis. Verbum in* 8. *elevatum eſſe notat: nec non implicitum hærere malo; vel malis conſiliis, ſtudiiſque, deditum eſſe.* Hinc conjectura fert, נבך & בוך eſſe *Synonyma*, principemque vim utriuſque *Thematis* in *implicito*, *perplexo*, & *ſalebroſo*, figendam. *Scopuloſa* & *ſalebroſa maris* apprime hic quadrare nemo negabit. Cl. *Mich.* & *Reim.* aliique calculum adjicere non dubitarunt. Plures forte & hoc movebit, quod, admiſſa iſta conjectura, citra ullam *Anomaliam* in *Chald. Raſchii*, & *Guſſ.* ſententiam deſcendi queat. Quæ hic Viri Docti circa connexionem attulere, *concordem* vocare debeo *diſcordiam*, quod omnes illuc neceſſe ſit recurrant, *ei qui cum Deo diſputare vult*, *ſeque eo Juſtiorem ferre*, *Univerſitatem rerum debere eſſe exploratiſſimam*; atque *immenſitate* quadam *ſcientiæ*, & *potentiæ*, *comprehenſam.*

Verſ. 17. Ad *profundiores* adhuc, & *horridiores*, *tenebras*, *Regionem infimam Mortis*, ſubſiditur; cui, Figura in omnibus Linguis protrita, adduntur *oſtia* & *portæ*. Has nimis argute I. quæſivit *Thom. Aquin.* in *cœlo*, cujus *influxus corruptionem*, & *mortem*, *rebus inferioribus* infe-

Xx xx xx 3 rat.

18 Intelligis uſque ad latitudines terræ? indica, ſi noſti univerſitatem ejus.

18 התבננת עד־רחבי־ארץ הגד אם־ידעת כלה׃

19 Ec-

19 אי־

rat. Alia argutia *Cajet.* II. *Portas mortis* reperit in *periculis*, quibus ſe exponunt, *qui trans mare currunt.* R. *Levi* III. *terram* ut *corruptionis Matrem*, ac præſertim *centrum* ejus, intendi autumat. Sic & reliqui fere Magiſtri *Loca ſubterranea in quæ nemo penetravit.* Idem obverſatum Erud. *Pinedæ* IV. qui omnium luculentiſſime imaginem hanc, ſic acceptam, illuſtravit, obſervans, *Terram peculiarem habere cognationem cum Morte*, *quod ea mortuos gremio ſuo excipiat*; *ejuſque ſpecus & cavernas ſpeciem habere ſepulcrorum: quin imo Deum Morti in mundum ingreſſæ in viſceribus Terræ Regiam veluti domum aſſignaſſe.* Concludit, *intelligi locum mortuorum*, *& damnatorum*, *in viſceribus terræ profundiſſimum* &c. Monuerat & *Merc.* V. ab *Hebræis* fere *Loca ſubterranea* intelligi: ab aliis *ſtatum Mortuorum*, & *Gehennam.* Ipſe adjecit paulo quæſitius *Aditus ad mortem* q. d. *Suntne tibi in manu rationes, quibus hominum quiſque moritur, aut varia mortis genera, quibus ſinguli conficiuntur, perſpecta habes? Item, quis ſit ſtatus mortuorum, & quæ ratio ac natura locorum ſubterraneorum, tetra caligine obductorum, quidque illic ſit, aut fiat?* Cl. *Cocc.* VI. ponit, *Loca ad quæ vivus non penetrat, quæque nulla lux irradiat: nec non omnes mortuos, ſuo tempore revicturos.* Cl. *Schmid.* VII. de ſolo *Inferno* videtur cogitaſſe; ut *loco*, *a Deo hominibuſque remotiſſimo, qui tamen Deo apertus; Ejuſque ſub dominio.* Cl. *Guſſ.* ſub צלל item pugnat, ratione ſubtilius nexa, pro ſola poteſtate *Mortis æternæ.* Huc collinearunt & veteres, VIII. qui *Deſcenſum Chriſti ad Inferos* attenderunt; ut *Chryſoſt. Gregor. Philip.* &c. & Recentiores, qui *Regnum Diaboli* cum *omni fraude, malitia, violentia:* in *Allegoricum*, videlicet, *Myſticumque*, campum egreſſi. Non erat, credo, cur in loco hocce diffideretur; quis enim *Portas Mortis*, & *Oſtia umbræ mortis* audiens, non IX. ſtatim, ſine commentatore, concipiat *Regionem* ſimul, & *Ditionem*, *Mortis*, *qua late utraque ſe fundit*, *cum omni terrore*, *quo vel corpora diſſolvit*, *vel animas in ſtatu diſſolutionis*, *velut in carcere*, *continet.* Plura non addo: nam hoc in genere verba nebulam fere offundere ſolent. צלמות *Umbram mortis*, de *Locis obſcuriſſimis*, *in centrum* velut *terræ* pertinentibus, habuimus ſupra *Cap.* 28: 3. nec omitti debet *Cap.* 10: 22. Ut ergo *abditas* illas & *profundas ſedes* excludere haud par: ita in iis ſenſum loci terminare iniquum: quum latius ſeſe extendat hoc vocabulum, & geminata formula *Portarum Mortis*, *& umbræ mortis*, eam amplitudinem exigat, quam poſuimus. Bona obſervatio Eleg. *Crinſozii*, *Eum qui Deo litem movet circa providentiam*, *claras de ſtatu mortuorum ideas ante ſibi comparare debere.* Sed *Oeconomiam mundi inviſibilis ignotam* fuiſſe Noſtro, eo ſenſu, quo ad *Vſ.* 2. ſubinnuebat Vir Doctus, hinc concludere haud licet: nam in omnibus hiſce interrogationibus non agitur de *cognitione fidei:* ne *naturali* quidem, quæ *cauſas ſecundas* indagat: ſed illam quæ ad *cauſas primas* adſcendit, & *Arbitrum* efficit *Dominumque* univerſi.

Verſ. 18. Lentis paſſibus *Natura rerum* circumambulatur, atque *Orbis terræ* quam *latus*, & *ſpatioſus* ſit, rogatur. Superſeſſum fuiſſet vel frigidis, vel ſubtilibus, multis; ſi quod modo ſubmonui, *non agi de ſimplici cognitione cauſarum ſecundarum*, bene præſens ſemper fuiſſet. Tale eſt I. quod Cl. *Cler.* hinc elicuit, *eo tempore Aſtronomos*, *& Geographos*, *terram in gradus Longitudinis & Latitudinis nondum diviſiſſe*; *nec Philoſophos ad cognitionem iſtius Magnitudinis adſpiraſſe.* Credebatne Philoſophus ſe cum novo ſuo lumine quæſtioni iſti ſatis fuiſſe facturum? *Sanct.* II. ait, *Jobum ex terra Idumæorum nunquam exceſſiſſe*; *ac proinde latiſſima terrarum ſpatia*, *& diſſimillimas rerum variarum formas*, *videre non potuiſſe.* Rarum genus commentandi. R. *Levi* III. a Philoſophi perſona non diſcedens, *Latitudinem Geographicam* preſſius urget, *Locaque ſub Polis ſita* intelligit, quæ ſcil. *incognita*, fere. Simile, & enucleatius quidem, exhibuit ſolertiſſ. *Niewent.* p. 494.

Apud

19 אי־זה הדרך ישכן־אור וחשך אי־זה מקומו׃

19 Ecquænam via, *ubi* habitat lux? & caligo, ecquiſnam locus ejus?

20 כי

20 Ut

Apud *Th. Aquin.* alioſque Latinos non diſpar calculus. Eum merito improbat Erud. *de Pined.* IV. obſervans *Latitudinem terræ* ex uſu Linguæ notare *amplitudinem* & *ambitum.* Res indubitata, ex formula ארץ רחבת ידים *Terra lata manibus*, i. e. *ſpatioſiſſima*, *quaquaverſum patens. Gen.* 34: 21. *Eſaj.* 22: 18. De *urbe* item, *Neh.* 7: 4. de *fluvio*, *Eſaj.* 33: 21. de *mari*, *Pſ.* 104: 25. Inſignite *Hab.* 1: 4. מרחבי ארץ cum *latitudine locorum*, inferunt, *commoditatem*, & *bonarum rerum ubertatem.* Nec ipſe tamen argutia abſtinuit, *Sententiam hanc procul dubio connectendam cum Vſ. ſeq.* contendens, quaſi negaretur, *ambitum terræ teneri ad comprehenſionem loci Lucis, & Tenebrarum.* Quid captaverit, ad iſtum verſum dabitur. *Amplitudinem orbis terrarum* optime V. tenuerat quoque *Calvin.* quem ſecutus *Merc.* monens, *Geographos quidem terræ Longitudinem & Latitudinem adferre*; *ſed frigidas & leves eſſe eorum conjecturas*; *nec totam terram eos poſſe complecti.* Addit, *etiamſi quis certo ſcire, & definire poſſet, haud tamen rationem redditurum &c.* Intendit, quod clarius expreſſum a *Cocc.* VI. *Non hoc rogat, an norit, confuſe & conjecturaliter, more Geographorum*; *ſed an habeat ſcientiam diſtinctam, certam, præſentem, ac diſponentem rei gerendæ*; *qualis eſt Oeconomi, omnem rem familiarem obeuntis, & coram curantis: qualem ſcientiam poſtulat providentia.* Solide. Cl. *Schmid.* VII. *Terminos latitudinum* maluit, quam *ſpatia terræ latiſſima*, quod de *longinquis* & *remotis* interrogetur. Hæc verum diſcrimen non faciunt: quando *terræ ambitum* & *extremos fines* includat neceſſe eſt qui *omnia* ejus *ſpatia* amplectitur. *Terminos* magis eligerem ex particula עד *uſque*; in qua præciſio eſt notanda: nam *intelligiſne uſque ad latitudines terræ*? ſic reſolvendum, *Intelligiſne terram, quo uſque ea late exporrecta jacet*? Cave arguteris. Eſt ſermo humanus; in quo tricari haud æquum. Sequens כלה *totam eam*, vel *univerſitatem ejus*, omnino ad *terram* redit. *Totum iſtud* ad antecedentia relatum; quod *Piſc.* aliique volebant; vel & *omne*, ad *omniſcientiam* extenſum, quod *Schmidius*; non adeo placent. Rogat Vir Doctus, *quid prohibeat vocem tam late, quam poteſt, accipi*? Nihil: ſed jam ſic *non poteſt*; quia Linguæ genius haud permittit: quamvis rem ipſam admittam; *Eum qui cum Deo contendere velit, Omniſcientiam ſecum adferre debere.* Illud & hæc, & reliquæ Interrogationes, manifeſto inculcant.

Verſ. 19. Quæſita valde connexio, tenuis explicatio, quam R. *Levi* I. in medium rulit: *Si totam terram noſti, indica qua parte terrarum lux commoretur, & qua tenebræ* i. e. *quis ille ſit locus ubi aſſidue tenebræ.* Refertur ad *Loca polis proxima*; ut videbis apud *Vatabl.* & *Merc.* Cl. *Cler.* II. dilutius adhuc: *potuit hoc duplici ſenſu quæri, primo an ſciret utrumque Hemiſphærium vicibus quotidie illuſtrari: deinde quinam Locus terrarum longiore nocte premeretur*; *qui* Locus *eſt* ſub utroque polo. *Ea omnia tunc erant ignota.* Ad hunc calculum jam utrumque quæſtionis poſitæ membrum promte reſolvi poſſet ab iis, qui *Aſtronomiæ* limina ſalutarunt. *Lyran.* III. ad *Diffuſionem lucis de die, & tenebrarum de nocte*, reſpexit. Eodem aciem intendiſſe videtur *Calvin.* negari cenſens, *comprendere nos poſſe, quomodo id fiat, ut lux ſubito effundatur, quando nomine ſolis poſſeſſionem invadit, ad dominandum in diem.* Non aliud voluiſſe putem *Cocc.* ad *lucis & tenebrarum ordinem immotum, ſingulis diebus.* Ejus verſio ſic habet: *ubi eſt via qua habitat lux*? & *tenebræ, quis* eſt *locus earum*? Subtilius adhuc IV. in *Contempl. Mund.* 638. hunc ſenſum executus *Niewent. Domum Luci*, ſive *Soli*, aſſignans *inter Tropicos*, ubi tanquam *in via habitare* dicatur, quod *curſum* ſuum indeſinenter obeat: per *umbram terræ conicam* efficiens *tenebras*, quarum oppoſita *ſedes* item *mobilis*, *vaga*, *ambulatoria*, nullam certam teneat ſtationem. Addit & alia p. 639. quæ adferre haud neceſſe.

Lon-

20 Ut capias illam ad terminum ſuum; & ut diſtinguas vias domus ejus.

21 No-

20 כִּי תִקָּחֶנּוּ אֶל־גְּבוּלוֹ וְכִי־תָבִין נְתִיבוֹת בֵּיתוֹ׃

21 יָדַעְתָּ

Longe diverſa ratione V. *Merc.* has *Lucis & Tenebrarum ſtatas vices*, per *dies ſingulos*, hinc elicuit, q. d. Deus, *ſcisne quo ſe abdat & recipiat Lux*, *quum a terris recedit*, *ut eam ſuo tempore inde facias emergere*? Item, *noſtine*, *quum tenebræ abſcedunt*, *ubi interim recipiantur*, *& abſcondantur*, *ut eas reducas in Hemiſphærium.* Ad hoc exemplum *de Pined.* VI. connexu illo argutiore, quem *Vſ.* præc. indicavi, rogari putat *Jobum*, an *latitudines terræ tenens*, *in extremo aliquo receſſu invenerit Lucis domum*, *in quam ſe abdat*, *quum nos deſerit*; *itemque locum*, *unde emergant tenebræ*, *cum ad nos accedunt*? Obſervat autem 1. שָׁכַן *Quietem & commorationem nocturnam* ſonare; quod non omni fundo deſtitui ex *Nah.* 3: 18. *Pſ.* 94: 17. ſimilibuſque uſibus percipias. 2. Figuras haſce cum ſtylo priſci ævi conjunctas: prout *Sen. Trag.* *utraſque domos ſolis* dixit *ortum & obitum.* Apud *Horat.* habemus *Solis Heſperium cubile*; & apud Tragicum iterum *Cubile Noctis*, ubi *tenebræ habitant*, videlicet; quod genus regnans in Poëtis perſequi nil attinet. Favet aliquantum *Vſ.* ſequens: ſed ut *Habitans lux* exponatur *nocturnam intrans manſionem*, vel *abdens ſe*, & *recipiens ſub terras*, paulo durius; quum שָׁכַן potius adferat *fixam & longam habitationem.* Eodem quoque ducit *Locus tenebrarum*, qui non alius quam *nativus*, & *perpetuus*; ex uſu peculiari quo מָקוֹם *patriam ſedem* ſignat. Alte ſcandit VII. Doct. *Piſc.* de *prima creatione* locum explicans, q. d. *Sciſne locum unde Lucem & Tenebras in initio produxi*? Verius putat Cl. *Schmid.* VIII. *Habeſne tu in poteſtate tua Lucem & Tenebras*? *ut apud te ſint quaſi* in domo *&* loco ſuo, *unde exeant*, *& quo redeant prout volueris*? Addit, *quod Deus ſic lucem & tenebras habeat in poteſtate ſua*, *probat tum præcipue* opus creationis, *tum alia miracula inductæ vel lucis*, *vel tenebrarum.* Pergit, *Habitatio itaque*, *& Locus*, *ſunt* Virtus, *unde primo exeunt*, *& quæ* prima cauſa *eſt*: *nam alias* cauſæ ſecundæ *lucis*, *& tenebrarum*, *non plane ignotæ.* Hac ratione niti non debuiſſet Vir Doct. poſtquam ſæpius inſinuaſſet, non agi, in his omnibus, de *ſcientia* quadam *externa*, ſed *interna*, cum virtute operandi conjuncta. Coactior quoque verſio, *Quænam via* eo ubi *habitat Lux*: explanatio ſaltem; *ponamus dari aliquam viam ad lucem* &c. *quaſi tu opus habes*, *qui ſine via ambulare non potes*: *num nihilominus eo pervenire potes* &c? *Atqui ego nec via*, *nec loco*, *opus habeo*: *apud me virtus producendi* &c. Mihi non liquidum adeo, concinnumve, ut *Habitatio Lucis*, & *Locus tenebrarum*, in *Virtute infinita* Omnipotentis ſtatuatur, quum voces illæ magis ferantur ad *ſedem naturalem*, iis a Creatore aſſignatam. Non diffitebor interim *genus* loquendi *figuratum*, & *parabolicum*, admittere poſſe ut *Habitatio Lucis*, & *Locus tenebrarum*, ad *primævam Originem*, revocentur eo ferme modo, quo *Domum*, *ſedemque Sapientiæ*, vidimus figurate propoſitam *Cap.* 28: 12. 23. Fatebor quoque verſum 20. 21. hunc adſpectum commendare; ut ex eorum enucleatione pateſcet. Proinde non omnino alienus eſſem a ſenſu *Piſcatoris*; magis tamen arridet IX. quod Doct. *Belg.* habent de *ſedibus Lucis*, & *Tenebrarum*, *quas* in Natura rerum *obtinent*, & unde ad juſſa Numinis præſto ſint. Quæſtione ſic poſita, & concepta, nihil ſimplicius ſimul, ſimul ſublimius. In principio Moſaico potentiſſima reſonat vox, *Fiat Lux*, *& facta eſt Lux.* Eſt illuſtriſſimum ſpecimen *Omnipotentiæ*, & *Univerſitatis* quaſi *Anima.* Sed ubinam יִשְׁכַּן *habitat*, *tentorium fixit*, σκηνοῦται, & *principem* occupat *ſedem*, ut inde incredibili celeritate, ὥστε νόημα, per immenſum mundi ambitum ſe diffundat, atque divergendo, ſeſe refringendo, convergendo, aliiſque miraculis motuum, omni momento vim ſuam exerat, exerceatque? In *ſole*, inquis, *habitat* hoc ſenſu *Lux*, nec *Quæſtio* tam clara hic poni debuit. Itane tam clara? An ergo nulla *Lux* extra *ſolem*? Quid ſi *Sol* tantum ſit *Moderator*, &

& *Director*, *Lucis*, ac *materiæ igneæ*, *per univerſum* hoc, *ſemper*, & *ubique*, æquabiliter *expanſæ*; omniaque implentis, omnia moventis, omnia animantis? Eo admiſſo, quo Summus *Boerhavius* inclinat in *Elem. Chem.* p. 252. rogo, *ubinam habitat*, &. *tentorium tenet Lux*? vel potius *Quænam via*, *ubi habitat*? Signanter *via*, quod perpetua vigens mobilitate, *recta* ſemper *itinera* ſervet, *rectiſque lineis* omnem in partem pergat, miraculoſiſſima, & pulcherrima rerum, Lux. Audaciuſcule dicam, *Habitat inter Tenebras*, ſed *fixo*, & *immoto limite*; ut nec *Lux* in *tenebras* queat *converti*, nec *Tenebræ Lux fieri* poſſint. Tantum per vices, præſente, vel abſente, Sole, inter ſe concedere tenentur, ut nunc *Lux tenebras fugaſſe* videatur, nunc *Tenebræ Lucem ſuperaſſe*. Eadem facies rerum manebit, ſi *e Sole*, tanquam e fonte perenni, *materiam lucis emanare* ſtatuatur. Manet in vigore Quæſtio, *Quænam illa via qua Lux habitat*, *tentorium* veluti *ſuum per univerſitatem* rerum *expandens*? Indica, ſi potes, *regulas motus*, quibus *Elementum* illud omnium *ſubtiliſſimum*, *ſimpliciſſimum*, *mobiliſſimum*, *vividiſſimum*, uno momento *Cœlum* & *Terras* percurrat, atque perluſtret, abſque ut a *recta*, quam tenere debet, *via* ſeſe deflectat, vel *Atomus*. Habes interrogationem, ſimplicem quidem illam, ſed quæ ſimul omnem humanam aciem infinitum quantum tranſcendat. Ad *Vſ.* ſeq. plura.

Verſ. 20. Mire tractus, & diſtractus, hic verſus. *Vatabl.* I. ex R. *Levi*, *Quod acceptam eam* lucem *collocaveris ibi*, ubi longiſſimi dies: *& quod intelligas ſemitas Domus ejus*? Cl. *Cler.* II. dedit, *ut eas capias in finibus ſuis*, *utque Domus earum viam noris*? Ex æquo *adfixa* ad *Lucem* & *tenebras* reducit. Annotat autem, *proprie neutri* Domum *poſſe aſſignari*, *quod nuſpiam in ſuperficie Telluris habitent*, *ſed circumacta ſemper progrediantur: ſed aliter tunc ſenſiſſe Orientales*; *nec Græcos ſeſe felicius expediviſſe*. Ad ſolam *Lucem* III. *Calvin.* reſtrinxiſſe videtur, dans, *ut eam in ſuam regionem recipias*, *& domicilii ejus ſemitas intelligas*? Idem *Coccejo* placuiſſe veriſimile. Quos *terminos*, quaſque *ſemitas* IV. intendat Doct. *Nieuwent.* *Vſ.* præc. viſum. *Merc.* V. pro ſua Hypotheſi, *Quod*, vel *ut*, *accipias eam* lucem & caliginem, ſuo tempore quamque *adducturus ad limitem ſuum*, unde rurſus emergat; *& quod*, vel *ut*, *intelligas ſemitas Domus ejus*, ubi commoratur de nocte; *atque inde petens quamque*, *reducas in Hemiſphærium unde diſceſſerant*. Non multo aliter *de Pined.* VI. obſervans, ſolum Deum *capere Solem*, *capere Tenebras*, *& unumquodque ducere ac reducere*, *ſtatis horis*. Longe hinc diverſus abit *Piſc.* VII. ſecutus *Jun.* & *Trem.* Hi quæſito valde flexu cum *Vſ.* ſeq. huncce arctius colligarunt in h. ſ. *Quum perceperis horum unum quodque* uſque *ad terminum ſuum*, *& quum intellexeris ſemitas Domus ejus*; *Noveris te jam tum natum fuiſſe*, *& numero dies tuos eſſe multos*. Nota 1. לקח *capere*, pro *accipere doctrinam*, *percipere*; affectatius in hac ſede. 2. אל גבולו *ad terminum ſuum*, pro *plane*, *ſine exceptione*, liberum nimis, & auctoritate deſtitutum. 3. Non ſatis vel rotunda, vel firma, concluſio, *ſi perceperis ea plane*, *ſcies te jam tum natum fuiſſe*. Cl. *Szatm.* 4. ſubſtituit, *Ubi hæc perceperis*; *ſcito quod tunc renaſceris*. Id *Jobo Myſtico* i. e. *Eccleſiæ primævæ N. T.* applicat; *Litera* plane ſepoſita. Extra limites noſtræ commentationis hoc abit; quæ Literæ addicta. Cl. *Schmid.* VIII. ad *Tenebras* adfixum utrumque referens: *Quando accipies eas educturus ad terminum uſque ſuum*? *& quando intelligere facies eas ſemitas domus earum*? Addit tamen, *paritatem rerum facile docere idem de* Luce *intelligendum*. Multum in his boni: nec ſperno quod תבין ſolus *tranſitive* ſumſerit. Non ſatis mollis tamen connexio per *Quando*. Nec refugi adeo debuiſſet diſtributio *ſuffixorum*, per *unumquodque*. Eam Doct. *Belg.* IX. amplexi, *Diei & Noctis vices alternas* ſpectantes; *ut deduceres eam* lucem, vel caliginem, *ad terminum ſuum*; *utque intelligeres ſemitas domus ejus*. Incidit X. argutiuſculum quid, Optimis tamen ſcriptoribus uſitatum, ut pronomina ordine retrogrado applicentur, hoc pacto: *ut hanc* חשך, caliginem horridam, *capias ad ſuum terminum*; quem tenere cogatur: *Et ut diſtincte indices*, vel *notes*, *itinera Domus illius* Lucis. In complexu tamen non male etiam exibit, *ut* tum *hanc*, tum *illam*, *capias ad ſuum terminum*, finem præſtitutum obſervare cogas: atque *diſtincte intelligere facias*, vel *ſig-*

21 Noſti; quod tunc natus ſis; & numerus dierum tuorum multorum *exiſtat*.

22 An

21 ידעת כי־אז תולד ומספר ימיך רבים :

22 הבאת

ſignes, *notes*, *indices*, *itinera Domus cujuſque earum*. Ex Hypotheſi ſuperius jacta ſubſumo nunc, *Lucem* & *Tenebras* pingi ut *duas Vicinas*, prout ſunt; quibus tamen *ſuus ita depactus* ſit *terminus*, ut *eum* hinc & hinc *egredi* nequeant: ſua *aſſignata*, & *diſtincte notata Domus*, intra cujus נתיבות *vias ſtratas* quaſi, ad *regulam* conſtantiſſimam *motus* accuratiſſime coërceantur. Magna ingenia, quibus Naturæ penetralia introſpicere datum, altius hæc eruent: atque clariore in die locabunt.

Verſ. 21. In vado fluctus. Quid *Jun.* & *Trem.* I. tentarint non ſane limpidum, ad *Vſ.* præc. dixi. Non longe a Scopo jaculati fuiſſent, ſi naturalem verborum ſeriem tenuiſſent: nam *Ironiam* ſubeſſe rectiſſime monuerunt. Ea excidit II. *Vulg. ſciebas tunc, quod naſciturus eſſes, & numerum dierum tuorum noveras?* Ad *initium vitæ*, & *mortis terminum*, trahit *Lyran.* Sed quodnam illud *Tunc*? *primordium creationis* ajunt multi, quum *Tu in Adamo formatus*: vel, quum *terram* ego *fundarem*. Ita *Merc.* Cl. *Cler.* III. *An tua mens erat ante corpus, ut ſciret, fore ut deſcenderet in corpus, eo tempore, quo natus es?* Ad *præexiſtentiam animarum* IV. detorſere *Hebræorum* nonnulli. *Cajetan.* V. *An tunc* quum in utero matris exiſteres, *ſciebas quando & quomodo naſciturus eſſes?* &c. In vicinia *Tigur.* VI. *Habeſne cognitum tempus quo naſcebaris, & quantus ſit numerus annorum tuorum?* Cl. *Cocc.* VII. ſubſcribit quidem *Mercero*; ſed adjicit, poſſe etiam ſumi pro *Ironica adfirmatione*, ut ſit, *Noviſti, quod tunc naſcereris, & numerum dierum tuorum plurimorum.* i. e. Minime noviſti. Duo doceri putat. 1. *vitam noſtram non minus Deo curæ fore, poſtquam nati ſumus, ac fuit, antequam naſceremur* &c. 2. *vitæ noſtræ terminum nihil pertinere ad noſtram curam, & diſpoſitionem: atque ita nec ſtatum noſtrum in hac vita.* Non videtur vel his, vel reliquis, ſatis aptus nunc locus: nimis enim ſubita, & abrupta, hæc inſertio, *Natalem & emortualem horam Jobi* tangens. Incommoda quoque locutio; *Numerus annorum tuorum multus*, vel *multorum*; magnam haud dubie Emphaſin ferens. Ea uſus haud eſſet *momentaneo in homuncione* Is, *cui mille anni ut unus dies*, ſi hoc intentum fuiſſet. Vim formulæ hujus melius ſervarunt *Vatabl. Angl. Patric.* VIII. cum *interrog. Ironica* eſſerentes: *Noſtine hæc, quandoquidem tunc natus fuiſti, & annoſiſſimus es?* Aderas ſcilicet in creatione, & *Naturam rerum* intime perſpexiſti! Venuſtus, gravis, dignus ſenſus, cum *Vſ* 5. pulchre concinens. Eum Doct. *Belg.* IX. cumulatiorem adhuc dedere, *adfirmatione Ironica* adſcita: *Enimvero noviſti; nam tunc natus eras; & anni tui multi numero.* Minus tamen placet ſtructura illa membri poſtremi, ex *Jun.* & *Trem.* tranſſumta; quippe quam genius Linguæ abnuat. Erud. *Crinſoz.* eodem aculeo; *Noſti* haud dubie omnia hæc: *in initio mundi quippe natus jam eras; & numerus annorum tuorum ampliſſimus.* Vicina, ſed minus fortia, X. quæ Cl. *Schmid.* in medium contulit. *Noviſtine? quod jam tum natus eſſes, & numerus annorum tuorum multus.* Non probo 1 quod *Ironiam* abeſſe velit. 2. quod *interrogatione* utatur in priori verbo; reliqua cum *adfirmatione* enunciata agnoſcens. 3. quod מאז *a tunc* referat ad *Domum lucis*, & *Locum tenebrarum*; ſubtiliuſcule in eo ludens. Laudo, *Rem* ipſam *retentam*, id eſt, *Æternitatis circumſcriptionem*; cujus *participem* eſſe *Jobum* negetur. Ergo XI. *Ironia* 1. abeſſe nequit niſi frigus inducere velimus in Orationem ardentiſſimam. 2. *Noſti*, ſine *interrogatione*, aſſeveranter, ſonantius, magiſque pungens. 3. מאז *A tunc*, directe, *inde ab æterno, ante jacta mundi fundamenta*; ſummæ *Sapientiæ* videlicet æqualis: *Prov.* 8: 22. *Pſ.* 93: 2. Tandem 4. מספר שניך רבים *Numerus annorum tuorum multus eſt*, habet, quo ſe tueatur: ut קשת גברים חתים *Arcus fortium fractorum*, pro *fractus*, nempe, & ſimilia. Sed plenius forte fuerit, *Et numerus eſt annorum tuorum multorum.* Eſt tibi *numeroſiſſi-*

22 הבאת אל אצרות שלג־
ואוצרות ברד תראה :
23 אשר חשכתי לעת צר ליום
קרב ומלחמה :
24 אי־זה הדרך יחלק אור יפץ
קדים עלי־ארץ :
25 מי־

22 An veniſti ad Theſauros nivis: & Theſauros grandinis vidiſti?

23 Quos comparſi in tempus arcti: in diem congreſſus & prælii.

24 Ecquænam via, qua ſe dividit lux? diffundit ſe Eurus ſuper terram?

25 Quis

ſiſſima longorum infinitorumque *annorum ſeries.* Redi ad *Cap.* 36: 26.

Verſ. 22. Non de *Cauſis ſecundis* quæri in omnibus hiſce, ſed de *virtute*, & *ratione*, qua *mirabilia Naturæ* cum formentur, tum adminiſtrentur, etiam hinc evidentiſſime liquet. *Theſauros* poſitos pro *Apothecis*, *promtuariiſque*, in quibus *immenſa* quædam *vis nivis*, *grandiniſque*, quaſi *congeſta*, & *conſtipata*, ad eam, ubi lubet, effundendam, quivis ſentit. Neminem quoque fugit, eſſe *Figuram ſublimiorem*, qua inſinuetur, eas *cellas* in *Naturæ profundiſſimo ſinu abditas* quaſi, ſolo nutu Omnipotentis *aperiri*, *claudique*. Nimis preſſum, quod *Theſauros* de *Nubibus* explicent nonnulli, de *Vaporibus*, ac *materia nubium* alii; alii de *aëris immenſa vaſtitate.* Cl. *Schmid.* addit *Originem ex Nihilo.* Res ipſa dictat, *Theſauros* hoſce, non alios eſſe, quam *Certos concurſus fluidorum in Atmoſphæra corporum*; quæ *certo gradu frigoris* vel in *floccos niveos*, vel in *globos grandineos*, concreſcunt &c. Sed heus! ne ultra crepidam!

Verſ. 23. Parva ſæpe res nebulam offundit. *Mercerus* אשר ad *Theſauros* recte referens, ita pergebat, *Quos prohibui* i. e. *recondidi, ad tempus adflictionis*, vel &, *adverſarii:* &c. Ad *nivem*, & *grandinem*, reducendum potius cenſuit *Schmid.* hac ratione, *quod ſi Theſauri ſint ipſa potentia ex ſe producens meteora hæc, non commode dicantur cohiberi*, ſive *recondi.* Fateor: ſed eo ipſo agnoſcere eſt, *Theſauros* illos figurare quod poſuimus; & *nivem grandinemque*, ſi eas ſubaudire malis, non ſine illis *Cellis ſuis* poſſe concipi, Emblematis ratio ſatis arguit. Ad utrumque ergo redit τὸ חשך; quod *Cocc.* eleganter revocat ad vim *Comparcendi:* adjiciens; *Quia nix non quovis tempore anni cadit, ut nec grando; comparſiſſe, & recondidiſſe videtur* Nivem *ad tempus* Arcti, *ut obſignentur omnium hominum manus*; grandinem *ad diem* prælii & belli; *ut homines puniat, & hoſtes debellet. Talia Judiciorum exempla*, *Exod.* 9: 18. *Joſ.* 10: 11. Judicia *autem* Bella Dei *dicuntur.* Valde blanditur illud *Tempus arcti*, in priori colo, de *Hyeme*, & *frigida tempeſtate*, generatim: ſed tunc alterum membrum in aliud genus exit; quum tamen *Hyems* non minus *grandine*, quam *nive*, *fœta*; nec ſemper *grando* ad *Judicia* cadat. *Merc.* unum loci adſpectum daturus, in priori colo tentabat propterea, *ad tempus adverſarii.* Minus placet. Duplex facies addenda videtur illuſtri Schemati. *In tempus arcti*, primo, *diemque conflictus, & prælii*; quod *Bruma horrida*, *minax*, *bellum velut inferens* terræ; *inter ventorum fremitus*, & *nivium*, *grandinumque*, *glomeratos nimbos.* Secundo, quod *nive* copioſius fuſa, revera *angantur*, & tanquam *ex lato in arctum redigantur* mortales: quodque *grando* paulo *gravior*, *vehementiorque*, nunquam ſine damno, & clade, decidat; *fœda* quoque *ſtrage* nonnunquam edita *ſatorum*, *jumentorum*, *hominumque* adeo; quum non *globulos* jactat Cœlum, ſed *Lapides glaciales*, ac velut *tormenta*, devolvit.

Verſ. 24. Multa diverſitas opinationum. R. *Levi* I. per *Lucem* intelligit *exhalationem calidam*, & *ſiccam:* q. d. *Sciſne qua via, & ratione, e nube frigida erumpat exhalatio calida cum fulmine & tonitru; & quomodo ventum magno impetu ſuper terram diſpergat?* Vicinum II. hocce *Jun.* & *Trem.* *Quænam eſt via qua in partes diſſilit Lux*, *diſpergente Euro ſuper*

 ter-

25 Quis diviſit imbri inundanti canalem? & viam fulgetro tonitruorum?

25 מי־פלג לשטף תעלה ודרך לחזיז קלות׃

26 Ad

26 להמטיר

terram? i. e. *qua ratione fiunt coruſcationes, fulgura, procellæ, ventorum concertationes?* Ita Doct. *Tigur. Qua parte lux* fulguris *erumpet, quam ventus Orientalis in terram diſpergit?* Placuit *Deodato*, *Piſcatori*, *Druſ. Belg.* &c. qui in extremo maluut, *ſpargit ſe Eurus ſuper terram?* In hunc ſenſum egregia quoque dabit *de Pined.* Subtilius III. quod ex *Nachmanide* adſcivit *Merc.* intelligi *aëris ſtatum, quo per nubes obortas fit, ut ex una parte* Lux *ſit, Eurum diſpergens per terram; ab altera caligo, grando, nix, & pluvia.* Premitur nimis הֶחָלֵק *Dividi*, nec *ſimpliciſſimum* hunc *ſenſum* autumarem. Addit IV. poſſe etiam exponi *de eo momento, quo* dies nocti *ſuccedit; qua ratione tum fiat ut Lux ſolaris Eurum in terram ortu ſuo ſpargat.* Nec hoc ſimplex ſane. Adfine illud *Saadiæ* apud *Ab. Eſr.* V. *qui fiat ut ex una parte ſit* dies *in noſtro hæmiſphærio: ex altera* Nox *in oppoſito: & quomodo ventus Orientalis ſub ortu ſolis excitari ſoleat?* Incommodius adhuc *Cajetan.* VI *Qui fiat ut Lux diverſimode oriatur, nunc* clara *& ſerena; nunc* nubila *& obſcura* &c. Ejuſdem Commatis, quod Cl. *Cler.* habet, de *diſcrimine dierum longorum & brevium, quod ante inventam Zodiaci obliquitatem mirabile.* Non valde commodum quoque VII. quod R *Levi* iterum attulit de *variante quotidie ortu ſolis*; quaſi קָדִים eſſet *Oriens*, ſive *ortus* ipſe *Solis*, veluti *diviſus*, & *ſpargens ſe* per diverſas oras. R. *Salomon* ſimiliter קָדִים *ſolem orientem* interpretatus eſt. Confer *Niewent.* p. 666. Ita fere *Hieron.* VIII. *per quam viam ſpargitur Lux, dividitur æſtus ſuper terram?* Non multum abludit IX. *Cocc.* intelligens *Lucem fotui terræ aptam, & ſerenum cum vento tepido.* Addit, *ſub* Luce *&* Euro *operationem improviſam, & incomprehenſibilem Sp. S. ſubintelligimus. Deus poteſt, quando vult, per Spiritum ſuum homines edocere de myſteriis Sapientiæ ſuæ:* &c. *Non erat igitur, cur Job* machinam mundi ſolvi *expeteret: ſed oportebat eum* Spiritum *audire docentem, ejuſque copioſiorem adflatum expectare.* Hoc in Myſticum tranſcendit campum: in quem exſpatiari non lubet. *Schmid.* X. *Diffuſionem* quoque *Lucis in omnes partes* tenet, *cum ventorum per terram flatibus late ſparſis.* Nempe קָדִים *ventum Orientalem commemorari* cenſet Vir Doct. *quod præ reliquis ſe diffundat.* Nonnulli XI. & hic אוֹר *pluviam* ſonare tendunt, anſam præbente verſu ſeq. *Bold.* XII. *Lucem* ad *influentias aſtrorum*, & קָדִים ad *calorem cæleſtem*, in viſcera terræ ſe penetrantem, detorquet. Mihi XIII. *Vſ.* ſequens favere videtur *Fulguri*, & *vento orientali, procelloſo:* ad rationes *num.* II. quamvis enim *Lucis expanſio*, & *Diviſio per refractionem*; itemque *ventorum ſparſio*, & *diffuſio*, *quaquaverſum*, inter *Miracula naturæ* principem teneant locum; tamen ſeries illuc non adeo vocare videtur. Ita ergo me hinc trahi ſentio ad *Fulgura*, & *ventos nimboſos*; ut illinc ad *Lucem*, & *flatum* omnem *ventorum*, miraculoſe quaquaverſum ſe *ſpargentes*, & *dividentes*, retrahar: atque rem ancipitem in medio relinquere cogar; donec certior venerit dies, qui omnem dubitationem dirimere queat.

Verſ. 25. Splendida orationis lumina & ornamenta. Nimius nugator R. *Salom.* I. quum שִׁיטְפָא in *Arabia* ait uſurpari pro *Capillis*, q. d. *ſingulis pilis ſuam foſſulam aſſignatam.* شطغة *Arabibus* longe aliud ſonat, a شطف *Lavit*, quod & شطب, ſub quo *Origo* ? שטף aſſervata, quæ adfert *undationem vehementem*, quæ *ſulcos*, & *tractus*, poſt ſe relinquit. Non placet etiam, II. quod idem Magiſter תעלה *foſſam* cuique *guttæ in Nubibus* attribuat; *ne ſi ex una foſſula plures guttæ orirentur, terrarum orbis obrueretur.* Acumen *Rabbinicum.* Abeunt III. a *Figu-*

26 להמטיר על־ארץ לא־איש מדבר לא־אדם בו׃

27 להשביע שאה ומשאה ולהצמיח מצא דשא׃

28 היש

26 Ad pluendum ſuper terram, *ubi* nullus vir: deſertum, in quo nemo homo.

27 Ad ſatiandum vaſtitatem & vaſtitiem; & ad micare faciendum *eam* ſcatebram herbæ.

28 An

guræ dignitate, qui *Foſſas in terra* concipiunt, *excipiendis imbribus*. Honeſtius, digniuſque, quod plurimi IV. reſpiciant ad *Aquæ ductus*, & *Canales*, *quibus imbres* quaſi *corrivati deducantur in terras*, quæ *rigandæ* ſint. *Jun.* in notis: *Quis facit, ut procelloſa nubes e cœlo exundans, modo huc, modo illuc, erumpat, tanquam a certis aquæ ductuum emiſſariis?* Appoſite etiam *Cocc. Ager ex fluminibus, lacubuſve, ductis elicibus, & corrivatione aquarum, humana ope ſolet irrigari: ſed quum tota terra æquabiliter humectanda, quis rivos ibi & elices fecit? Quis pluviæ caſtellarius fuit?* Similiter *Merc.* תעלה *tubum*, & *aquæ ductum*, explicat de *Canalibus*, *quibus pluvia in aëre* quaſi *corrivata defluat* &c. Addo ſpeciem ſubeſſe *Oxymori*; nam שטף *exundatio*, tunc locum habet, quum *aqua extra alveum egreſſa*, *ſine lege fertur*. Sic *imber vehementior ſine lege ferri* videtur, & tamen תעלה *Canali*, & *tubo ſuo*, ſub Dei nutu, manet coërcitus, atque conſtrictus. In פלג alluſum ad *rivulos*, optime etiam a *Merc.* obſervatum. חזיז *crenatam coruſcationem fulguris* adferre, in *Juvenil.* monui. Redi ad *Cap.* 28: 26.

Verſ. 26. Non omnino extra rem, quod *Merc.* annotavit; *Dei providentiam in eo oſtendi, quod etiam pluviam mittat ſuper loca inculta: culta enim ab hominibus poſſe rigari.* Parum tamen juvaret *hominum* illa *rigatio*, ſi *rivi Cœlorum clauſi* manerent. *Schmid.* ſignificari putat *Vehementiam inundationis*, ejuſque *magnitudinem exaggerari*, *quæ etiam ſiticuloſis, & deſertis, irrigandis ſufficiat.* Illuc *Vſ. ſeq.* aperte ducit. *Doct. Crinſoz.* hoc *exemplo inſinuatum* cenſet *Noſtro*, *multa fieri in Natura, quorum cauſam non perſpicimus: ac proinde non eſſe, quod providentiam carpamus, quum mala nobis immittit.* Eſt paulo ſubtilius. *Cl. Reim.* obſervat *Epicuræos* eo impugnaſſe providentiam, quod *Imbres* ſæpe caderent, ubi *non prodeſſe*; *fulmina* ubi *non obeſſe*, ac *nocere* poſſent: cui argutatiunculæ nunc occurratur. Videſis *Lucr. L. 6.* A bona manu profecta annotatio; cui ſuus cum reliquis locus concedendus: inculcatur enim nunquam ſine admirabili Sapientia *utres Cœlorum effundi*, atque vel maxime *providentiam univerſalem* Numinis cuncta ſuſtinentis tum notari poſſe, quum in *ſola*, & *vaſta locorum*, ſeſe exonerant, ad iis quoque *lætam fertilitatem* addendam.

Verſ. 27. Magnum beneficium, indiciumque providentiæ cuncta complexæ, preſſius declaratur. Dubitatur, ad *inculta locorum* totus verſus pertineat, an ad *culta* ſeſe poſterior pars reflectat. Hoc I. ſequuti fere *Judæi*, quibus *exitus herbæ* ſignat *terram fertilem*, & ab hominibus *cultam*: ut duo contraria exiſtant membra; atque inſinuetur *imbres* nunc *averti*, in pœnam, *ab agris*, *ſatiſque*; nunc iterum ſuam iis *lætitiam*, placato Numine, *reddi*. Alterum illud II. placuit *Mercero*, quod *providentia, & potentia Dei, maxime agnoſcatur tum, quum etiam in locis ſquallidis, incultiſque, copiam dat graminis, & herbæ teneræ.* Ita & *Calvin Conc.* CL. *Quum videmus deſerta vireſcere, in eo vult Deus certis indiciis nobis oſtendere, quid pluvia, quam mittit, efficiat* &c. Cl. *Schmid.* ſpeciatim *copiam inundationis* indicari autumat, *quæ tanta ſit*, ut *etiam loca vaſtiſſima ſaturentur, & herbam progerminent.* Doct. *Crinſoz.* cenſet ideo adjectum, *ut Jobus intelligeret quid expectare poſſet ab Eo, qui poſtquam agros ſiccitate exuſſit, abundantiam denuo iiſdem, ubi vult, reſtituit.* Eſt argutius iterum. Inde III. ſubnaſcitur ſententia, agi de *Cultis agrorum*, *longa ſiti ſquallidis*, *quos ſubitus recreet*, *renovetque*, *imber*. Mediam viam retinendam ju-

28 An eſt pluviæ pater? aut quis genuit guttas roris?

28 היש למטר אב · או מי־הוליד אגלי־טל :

29 E: 29 מבטן

dicarem. שאה ומשאה *Vaſtitas vaſtiſſima* eſt periphraſis *terræ incultæ*, & *deſertæ*; quam tamen Deus, ſupremus ille Agricola, non abjicit, nec *æterno ſqualore exuſtam jacere* patitur; *aridiſſimas* etiam *arenas* rigans, in *herbæque teneræ ſcaturiginem* ſubito *convertens*. Id valet הצמיח מוצא דשא, in quo *Ellipſis* nonnihil impedivit. *Schmid.* ſupplet בה *in ea*, nempe *vaſtitate*; *accuſandi* caſu dans, *exitum herbæ*. Mihi commodius videtur, מוצא pro כמוצא, *Ad ſaturandum vaſtitatem*; & *ad faciendum germinare, ſicut ſcaturiginem herbæ teneræ*. מוצא hic omnino ſe refert ad *Fontem, ſcatebram, exitum aquarum*. Hinc ſublimi figura, *ſcatebra herbæ tenellæ* concepta in ipſa *vaſtitate*, & *ſiticuloſa ariditate deſertorum*, ubi Deus eam *largis imbribus exſaturavit*. Ad *reſtinctionem ſitis* traductum verbum שבע *ſaturavit*, *Amos.* 4: 8. *Prov.* 30: 15. *Eſaj.* 58: 11. & 66: 11. *Pſ.* 107: 9. Licet conciſius ſic efferas, *Ad ſaturandum vaſtitatem*; & *ad faciendum germinare ſcatebram herbæ teneræ*. Supple אתה *Eam*, & ſenties, nil grandius unquam poſſe figurari.

Verſ. 28. Paradoxi quid habent Figuræ *Patris*, & *Matris*, quæ hoc verſu, & ſequenti, adhibitæ, reſpectu quatuor Meteororum, *pluviæ & roris*, quis illis *Genitor*, itemque *glaciei* & *pruinæ*, quænam iis *Genitrix*, e cujus *utero* prodeant. Receptiſſima interpretatio fert I. ſolam Dei *vim*, & *providentiam*, hæc mirabilia producere poſſe: quippe qui *Naturæ rerum* ſeſe non *Patrem* tantum, ſed & *Matrem*, præſtet. Copioſe hoc executus *de Pined.* non neglecta Μητροπάτωρ appellatione, qua *Orpheus* in *Conditore univerſi* uſus. *Cocc.* huc collineans, *Non hoc ſignificat, Cauſas illarum rerum & generationem cognoſci non poſſe; ſed hoc; oportere, ut fœcundiſſimus bonorum ſit, qui tanquam* Pater gignit, & parit *ut* Mater, *res tam præſtantes*, & *neceſſarias ad viventium conſervationem*; *quæ ex cauſis ſuis exiſtere non poſſent, niſi illæ* a Deo imprægnarentur: *imo Deus ipſe eas* obſtetricantibus *quaſi* cauſis ſecundis *veluti pareret*. Adjicit e genere Myſtico, *Item, quum Deus geſtiat vocari Pater pluviæ & roris, neceſſe eſſe, ut magis appetat vocari* Pater hominum, *eoſque renovari ad imaginem ſuam* &c. Cl. *Schmid.* II. aliquid ſubtilius quæſivit: ſumma huc redit: *pluvia Patrem non habet*; & *Ego tamen illam tam perfecte facio ſine paternitate, ut non minus perfecta ſit, quam ſi ex Patre naturam ſuam in filio reddente, nata eſſet*. Item, *Quis guttas roris, licet non generentur, tamen adeo perfecte*, & *ſapienter facit, ac ſi eas gigneret*, & *ex ſua natura tantam perfectionem redderet. Tu ſane is non es: ſed Ego Solus.* Simile quid *Cajetan.* conceperat. *Th. Aquin.* aliique III. *Solem* ſtatuunt *Patrem pluviæ*, ac *roris*: quæſitius ludentes in *qualitate maſculina caloris*; itemque *fœminina humiditatis*, & *frigoris*. Amplexus *Bolduc.* in *adfirmationem* converſa interrogatione: *Nonne ipſe* Sol, vel Calor, *eſt pluviæ parens? Vel quid aliud eſt cauſa efficiens ſtillarum roris? E cujus alterius ventre egreſſum eſt gelu?* &c. Hoc a textu alienum eſſe, adfirmare poſſim; aperte enim ad *negationem* tendit; in qua probarem IV. ſimplicitatem illam, qua uſi Doct. *Belg.* *Eſtne pluviæ pater? Non ſane: ſed mea tantum virtute producitur.* Hoc cum *num.* I. quin & II. quod ad rem ipſam, concinit. Anſam figuræ præbuiſſe ſuſpicor veteres formulas *Orientis*, quibus *Pater alicujus rei* appellatur ejus *præcipua Origo*: itemque *Mater cujuſcunque rei*, ejus *Materia*, aut *cauſa primigenia*, nomine *Filiorum*, & *Filiarum*, traducto ad *omne* illud *quod* alicunde *produci* cenſetur. Ita verbi gratia *pluvia* vocatur *Mater fertilitatis*, quatenus *terram fœcundat*, eademque, quatenus *e nubibus* proxime *naſci* videtur, ſalutatur *Filia Nubium*. Apparet genus: quod latius exequi haud neceſſe. Senſus hinc talis eniteſcit. *Conſidera mihi vel protrita illa*, & *quæ omnibus exploratiſſima habentur, pluviam, rorem, glaciem, pruinam, quem illis patrem, quam matrem aſſignas?* Percurre omnes cauſas ſecundas, unde hæc *Meteora gigni* ajunt Philoſophi, & ſenties te

29 מבטן מי יצא הקרח וכפר שמים מי ילדו׃

29 E ventre cujus exiit glacies? & pruinam cœli, quis peperit eam?

30 כאבן מים יתחבאו ופני תהום יתלכדו׃

30 Tanquam lapide aquæ ſemet occultant: & facies Abyſſi vinculis ſemet conſtringunt.

31 התקשר

31 An

te *proximam Originem* vel unius *guttulæ* non poſſe indicare. Res certa, & evidens, quam enucleabunt, qui *ſinum Naturæ rimando* ſentiunt, ſe quo longius in cauſarum ſecundarum veſtigationem procedunt, eo clarius convinci de *Infinitate Operum Dei*, quæ vel in *guttula* admirabiliter relucet.

Verſ. 29. Ambigit Doct. *Merc.* ad בטן, *ventremne Genitricis* nunc deſignet, an *Genitoris*? Item ילדו *Genuit eam*, ſitne *Patris*, an *Matris*; quod verbum hoc in *Kal* de *viro* & de *muliere* ex æquo veniat. Videtur illuc inclinare, ut בטן ſit *Matris*, & ילד *Patris*, quod alias ילדתו dicendum fuiſſet; ſub *maſculo* tamen *utrumque genus* comprendi poſſe concedens. Addit הוליד in *Hiph. generavit* tantum de *Viro* dici. Fallitur; & הוליד de *Matre* pleno jure uſurpatur: ac proinde Cola ſic rotundius exibunt, ut *Vſ.* 28. prius *Patrem*, poſterius *Matrem* ſignet: itemque hoc *Vſ.* prius *Genitorem*, cui בטן *Venter* datur *Job.* 19: 17. & alibi; poſterius *Genitricem*. Si totum verſum præc. ad *Patrem*, hunc autem ad *Matrem* referre quis malit, Lingua haud invita faciet. Poteris & ſic, ordine ſatis jucundo, *Eſtne pluviæ Pater? & guttis roris quænam Mater? E cujus utero Genitricis exiit glacies? & pruinæ Cœlorum quis genitor?* Prius ſimpliciſſimum. Inquirere cur *Pater* potius in hoc, *Mater* in illo membro, adhibeatur, eſſet ſibi ipſi torturam admovere. In *Allegoricum* genus exeunt quæ *Cocc.* hic annotavit: *Nemo angitur, quando hyems ſævit, aut vellet ſe non vivere* &c. *ita in cruce, in morte, in omni vitæ difficultate, ſpectanda hujus arctitatis utilitas, & imminens rerum innovatio.* Nos intra *Literam* noſmet coërcemus.

Verſ. 30. Miraculum *frigoris*, *aquam in lapidem, rigidumque* velut *marmor*, *adſtringentis*, preſſius adhuc urgetur. Illuſtres Figuræ. Primam non ſatis enucleate expreſſit *Hieron.* dans 1. *in ſimilitudinem lapidis aquæ durantur*. Similiter *Criſoz*. Atqui *durities* ex *Lapidis* Emblemate intelligitur: & vis ־ התחבא *abſcondere ſe* non omittenda. Inepte *Nachmanides* 2. reſpicit *Lapidem in aquam projectum, in fundoque conditum:* quaſi *aquæ ſic in fundo condi* dicerentur. Magis ad rem 3. *Merc. Aquæ in lapidis morem dureſcentes, abdunt ſe, & nuſpiam apparent* &c. Plenius *Luth. Jun.* & *Trem. Belg.* &c. 4. *Tanquam lapide*, vel *ſub lapide*, *occultant ſeſe* &c. Cl. *Schmid.* 5. maluit, *Tanquam intra lapidem aquæ abſconduntur*. Acute! Cenſet etiam ſupplendum למי, vel לפני מי, *coram quo abſcondunt ſe aquæ tanquam intra Lapidem*? Refert ad *Majeſtatem Auctoris congelationis, coram quo aquæ ſe abſcondant quaſi, ubi ſpirare occœpit.* Ex *Pſ.* 147: 17. aliquid firmamenti ſumere poſſet: ſed extra textum id adſciſcere, minus tutum. Sine iſto *ſupplemento*, ad *formidoloſam frigoris vehementiam* referas licet, h. ſ. 6. *Tanquam intra lapidem aquæ* tunc *ſemet occultant; & facies Abyſſi conſtringuntur.* Non tacendum interim, כאבן pro כבאבן, hoc adſpectu, non adeo planum. Tenuerim potius, *Tanquam lapide ſemet occultant* &c. Alluſum ſuſpicor ad *Originem* Thematis חבא, *Latuit ſub vaſe opertorio.* Nempe *Aquæ in Lapidem duratæ, ſemet ſub glacie, ejuſque cruſta marmorea, recondunt.* Speciatim uſurpant *Arabes* in *igne ſub teſta condito, & ſopito.* An & ſic *Glacies Lapidea* figuratur ut *ſopiens*, atque *extinguens*, *igneam* illam *mobilitatem*, quæ aquas præſtat fluidas? Acutius, quam ve-

31 An religabis amœnitates ſideris calidi? & *vincula* trahentia ſideris torpidi reſolves?

32 An educes Zodiacum in tempore ſuo? & Circitorem una cum Filiis ſuis, deduces eos?

33 An

31 התקשר מעדנות כימה או־ מושכות כסיל תפתח׃

32 התוציא מזרות בעתו ועיש על־בניה תנחם׃

33 הידעת

verius, crederem:. attamen ſubmonendum duxi, quid indoles Linguæ miniſtret. Quæ de *Cryſtallo e vehementi gelu nata* addit Erud. *de Pined.* nec non de *aquis*, quæ *tactis inducunt marmora rebus*, & omnia *petrificant*; ab h. l. aliena ſunt. In poſteriori parte Doct. *Merc.* פני *faciem* notare putat *ſuperficiem*, *extremitatem*, *partem extremam:* quaſi ſenſus eſſet, *vel in magna aquarum voragine, quam nunquam crediaiſſes gelu concretum iri, ſaltem ſupernas & extimas partes concreſcere.* Id minuit ex parte, quod omni modo exaggerandum potius. Cumulatius, grandiuſque, *tota ſuperficies Abyſſi conſtringitur*, nempe *vinculis glacialibus.* Etiam *vaſta maria, quæ late ſe fundunt, velut ſub frigore vincta attinentur.* Confer *Cap.* 37: 10. Adde *Pſ.* 147: 17. משליך קרחו כפתים *Mittens glaciem ſuam ut fruſta*; ſic vulgo; a פתת: malim a כפת كفت *Ligavit*, ut *Glacies* dicatur *Ligamina*, & *vincula rigidiſſima*, *injicere.* Illo colore *Sen. Troad.* 624.

Torpetque vinctus frigido ſanguis gelu.

Item *Amm. Marc.* 17: 2. *Amnes gelu vincti.* &c. &c.

Verſ. 31. Quanta fluctuatio circa voces *Chima*, & *Cheſil* obtineat, ad *Cap.* 9: 8. vidimus. Oſtenſum ibi, prius veriſimiliter ſignare *ſidera caloris, veris & æſtatis prænuncia:* poſterius, *ſidera brumale frigus ferentia.* Satis commoda ergo tranſitio a *pluvia* & *rore*, *caloris comitibus*; item, a *pruina*, & *glacie*, *frigoris ſociis*; ad *ſidera tempeſtatibus movendis*, & *mutandis*, *præpoſita.* Apparet quoque, nil opportunius, quam מעדנות *Amœnitates*, ad *verni temporis delicias* referri; & מושכות *trahentia*, nempe *vincula*, ad *temporis brumalis rigorem illum* omnia *conſtringentem.* Placet elegans *Cocceji* ſumma; *Tune vernam apertionem terræ conſtringis rurſus frigore hyberno? & hyemis conſtrictionem verno tepore reſolvis?* Id rotundius, plenius, ad rem aptius adhuc, quam *Merceri*, huc facile aptanda alias, interpretatio: *Num tu cœli & naturæ ordinem immutabis, impediesque ne primo vere* tempus amœnum *ſit*, *in flores, herbas, fructus, reſolutum? aut rurſum efficies, cum* tempus inamœnum *eſt, & rigidum, fructuſque & herbas intro cogens, contra naturam ut prodeant?* Conſonat fere quod Ill. *Grot.* dedit, ut & quod *Codurc.* In *Cocceji* explanatione habes *ſublimi* & *conciſa brevitate* totius *Anni periodum naturalem, cum mutationibus quas ſecum vehit:* rogaturque hoc adſpectu Noſter, an ipſe *orbem Anni temperet, atque convolvat cum vicibus caloris,* & *frigoris, ei annexis*? Variantes opiniones citra diſpendium ſeponi poſſe judicavi. Eas dabunt *Merc. de Pined. Codurc. Bolduc. Schmid. Cromaj. Szatm.* Aliquid etiam reperire eſt apud Doct. *Niewent.* p. 698. & p. 765. Quid de iis ſtatuendum, ex diſcuſſione ad *Cap.* 9. inſtituta ſatis dilucеſcit.

Verſ. 32. Compendifacere quoque liceat ad ſidera *Mazzaroth* & *Ajiſch* dicta; quas voces bono judicio prudentes Interpretes retinere maluerunt, in verſione, quam incertum quid pro certo venditare. De מזרות I. præcipuæ ſententiæ; ſignari 1. *Planetas* ab אזל *ivit*, pro מאזלות; quod *Rabbinis* quibuſdam viſum. *Schmid.* a נזר *ſeparavit*, *Erraticas ſtellas* dictas opinatur. 2. *Luciferum* dedit *Hieron.* eodem forte Etymo. 3. *Auſtralia ſidera* alii

33 הידעת חקות שמים אם־תשים משטרו בארץ׃

33 An noſti ſtatuta cœli? num diſponis præfecturam ejus in terram?

34 התרים

34 Num

alii ex *Cap.* 9: 8. Hinc *Jun.* & *Trem.* *remotiora ſigna*, ſive *meridiana*. Item a נזר *Merc.* 4. *ſidus certum* intelligi cenſet, & quidem *ſeptentrionale*; ex מזרים *Cap.* 37: 9 anſa ſumta, non firmiſſima ſane; nam & *forma* & *radix* differunt. Quæ Cl. *Hyd.* ad *Tab. Ulugh Beighi*, huc pronus, attulit, parum ferunt momenti. Vid. p. 71. A נזל *fluxit* 5. *Hyadas* dedere *Tigur.* Generale nomen *ſiderum* facit 6. *Cocc.* a נזר *Corona* in *Lexico:* vel & 7. a נזל *Signa Zodiaci.* Huc *Chald.* tendit; notandumque *Orbem ſigniferum* vocitari a *Rabbinis* גלגל המזלות ex 2 *Reg.* 23: 5. Idem tenet *Codurc.* 8. a נזר *corona* veriloquio ducto, quod *Zodiaci ſigna*, quaſi *corona*, vel *zona*, totum *Cœlum cingant.* Cl. *Szathm.* a نزى *æqualiter diſtendit* ſic dictum *Zodiacum* mallet, ob *dimenſiones*. Verbi indoles, & uſus, vix permittunt. Mihi quoque ex his aliiſque, quæ amputo, *Orbis ſignifer* maxime arridet; ſaltem ei in verſione locum præ reliquis concedendum duxi, quod pro ſerie, & materie ſimul, reliqua omnia eidem concedant. Phraſis univerſa huc aurigatur; & nihil opportunius, quam in *Circulo Anni*, ejuſque *temporum*, *metiendo*, *ſignandoque*, *Zodiacum* memorari. Ad *Ayſch* עיש 11. *cum filiis ſuis*, parciori eſſe licet, quod diverſas ſententias ad *Cap.* 9: 8. luſtraverimus jam; eoque rem adduxiſſe videamur, ut in עיש vel *Circitorem*, vel *Circationem nocturnam*, cum aliqua ſpecie offerre poſſimus. *Circationem* nunc dico, quia forma *ſubſtant.* עיש iſtam notionem invitat; prout *part.* עש ad *Circitoris* vim magis vocat. Utraque appellatio aptiſſima, non tam *Polo Arctoo* cum *ſuis* ſibi *filiis*, *metuentibus æquore tingi*; quam quidem *Hemiſphærio Boreali*, ſeu *Polo* noſtro *ſidereo univerſo.* Certe verbum תנחה *duces*, *minabis*, velut *gregem*, jucundam ſiſtit imaginem *omnium ſiderum*, *in ſpatioſiſſimum ætheris campum eductorum.* Magnificentiſſimum ſpectaculum, atque huic ſeriei ſi non unice, præcipue ſaltem, aptum. Notum illud Poëtæ;

Polus dum ſidera paſcet.

Jam vero נחה *minavit* eſt *verbum paſtoritium*, *Pſ.* 31: 4. & 23: 3. in *numeroſis gregibus* præſertim: *Neh.* 9: 12. *Exod.* 13: 21. &c. Nihil *Figura* ſic concepta vel illuſtrius, vel completius; quæ alias ad minutum quid recidet; nec vim phraſeos lectiſſimæ ſatis ſuſtinebit.

Verſ. 33. Egregie *magnifico* huic *adſpectui* reſpondet hæcce inſtantia, *Noſtine ſtatuta Cœli?* &c. Evocatur nempe Noſter ad illud omni admiratione celſius theatrum *Cœli*, ſupra capita noſtra *expanſi*, atque perpetuum ſuum *orbem volventis*, una cum *ſideribus* ei inditis, & infixis. Una hæc quæſtio innumeras trahit alias, quæ de *Syſtemate Mundi* per omnem ſeculorum memoriam docta ingenia exercuerunt. *Noſſe* hic valet *pernoviſſe*, & *intime perſpectum habere.* Sciendum tamen plus quam *theoreticam ſcientiam* intendi. Patet ex altero Colo, in quo rogatur, poſſitne & ipſe tales *motus ordinare*, & *perenni lege præfinire*? *Noſſe*, & *poſſe*, in his quæſtionibus, æquivalent; unde quid Deus de noſtris *notitiis* vel ſubtiliſſimis, & profundiſſimis, judicet, intelligere eſt. משטר *præfecturam* vertit *Merc.* alii *dominium* aut *poteſtatem*. Cl. *Cocc.* obſervat שוטר ſignare *Magiſtratum inferiorem*, *cujus eſt*, *Judicium Principis promulgare*, *vel exequi.* Inde משטר *Aſtris* dari cenſet, quod ממשלה *Dominium* competat *Soli.* Habet & alia ſubtiliora. Radix سطر

apud

34 Num attolles ad nubem vocem tuam? & impetus aquarum operiet te?

34 התרים לעב קולך ושפעת־מים הכסך׃

35 An

35 התשלח

apud *Arabes* offert derivatum سطر pro *ordine*, *ſerie*, *linea*, & مسطر pro *Canone* & *Linea Geometrica*. Inde משטרו convertere licet, Et *ordinationem ejus deſcriptiſſimam in terram*. Ita *paſſive* poſitum eſſet vocabulum: ut חקות præcedens haud dubie *paſſivum*. Si quis *præfecturam* malit *active*, non refragabor; nam *ordinatiſſimi* illi *motus*, *curſuſque Cœlorum*, Divinitus quaſi *præfecti* ſunt terris, non ſecundum vanitatem *Aſtrologicam* per fatales influentias, ſed per *cauſas Phyſicas* quas *Aſtronomia* ex *Solis*, *Lunæ*, *ſtellarum errantium*, & *inerrantium*, variatis poſitibus, & adſpectibus, juſto calculo deducit. Quænam ſit vis Thematis שטר, haud conſtat, manente tantum hocce derivato ἅπαξ λεγομένῳ, & altero שוטר, quod alii *Dominatorem*, alii *præfectum*, plurimi *exactorem*; Cl. *Cocc.* *lictorem*, reddit. Apud *Arabes* مسيطر eſt *inſpector*, & *præpoſitus*, *qui annotat quæ ad rem curandam pertinent.* In *Schol.* *Harir.* *Conſ.* 8. eſt السطر الكتابة والمسيطر المسلط علي الشي والمحاسب المواخذ بما يصدر منه *Radix* שטר *notat ſcriptionem: unde* משטר *dictus præpoſitus rei, ad rationes exigendas, & inſpiciendum, quid redeat inde.* Verumne *Etymon*, an aliud ſit, cui anſam præbet *Camus*, alibi diſcutietur. Uſus adductus loco huic illuſtrando ſufficit; ſi *inſpectio* & *præfectura in terras* teneatur.

Verſ. 34. Grandis imago. Eam non implet I. *Merc.* expoſitio, *num Nubi jubebis ut aquas depluat*, *demiſſa ſtatim ad juſſum tuum abundantia earum.* Concinit *Cocc.* *Negat hominem efficere poſſe efferenda voce*, *ut imbres*, *fulguraque*, *ipſi pareant*, *nimirum ut arbitratu ipſius illi agrum ipſius irrigent*, *hæc malis noceant* &c. Plenius II. *Vulgat.* *Numquid elevabis in Nebula vocem tuam &c?* Id eſt, *numquid ipſe potes tonitrua gignere*, & *volvere*, *in nubibus:* ut *Thom.* & *Nicol.* aliique. Diſſentit tamen *de Pined* III. nunc *tonitrui vocem* intendi negans, ſed illud *Dei imperium* intelligi, quo ex *Theſauris* & *promtuariis* ſuis evocans *Nebulas*, *Nubeſque*, eas ſurſum adſcendere, & coire, cogit, ad imbres fundendos. In eundem ſenſum incidit *Schmid.* diſcedens item a *Luth.* qui *Tonitru* induxerat; & reddens, *Num tu imperatre alta*, *& majeſtatica*, *voce potes nubi*, *ut de terra adſcendat ad te*, *& te operiat?* poſterius, *& abundantia aquarum obteget te*, item *ad nubes aqua abundantes*, *& denſiſſimas*, reſtringit, *quæ ſint Dei veſtis & velamen.* Non diſplicet. Laudo quoque quod *Elevationem vocis Divinam*, *cum Majeſtate attonante editæ*, teneat: ſed inde infero IV. קול *vocem* utique de *Tonitruis* exponendam; quum *Vox Dei ad Nubem* nihil aliud admittat; atque *Fulmina*, verſu ſequenti ſubjecta, eadem aperte poſtulent. Non repetitur, quod ſupra *Vſ.* 25. 26. ſuo ordine comparuit, verbis tantum commutatis; ſed ſublimior nunc ponitur Quæſtio ei, qui Deum provocare auſus fuerat, *poſſitne* & ipſe *Tonitrua*, ac *Fulmina*, *ciere*, ſeque *agmine aquarum*, & *nubium conglobatarum*, velut *veſte nigra involvere?* Confer *Jer.* 10: 11. & alia, ubi קול *vocem* ſonare *tonitrua* nemo ambigat. Non ſperno *Vulgati* ſtructuram, qua לעב *in nebula*, accipitur; quod ל alibi quoque per *in* reddendum veniat. Vide *Nold num.* 18. Commodius tamen, & uberius, *ad nubem*; ut *inter miſſa tonitrua nubes* quaſi *citentur*, atque *agminatim undique concurrant.* Officere videtur tamen ſubnexum, *agmenque aquarum cooperiet te*, quod *imbres effuſos ſuper aliquem* inferens, in *hominem* quadret, non in *Deum.* Hæc ratio impulit *Schmid.* ut maluerit *operimen-*

35 התשלח ברקים וילכו ויאמרו
לך הננו׃

36 מי־שת בטחות חכמה או מי־
נתן לשכוי בינה׃

37 מי־

35 An emittes fulmina, & ibunt?
& dicent tibi, Ecce nos!
36 Quis poſuit in jactibus vagis
ſapientiam? aut quis dedit phæno-
meno diſtinctam intelligentiam?
37 Quis

mentum nubium ſeſe conglobantium, *quod Deus ſibimet circumdet quaſi.* Valde venuſtum, & appoſitum, nemo neget; quum שפעת גמלים *agmen camelorum*, & שפעת סוסים *agmen equorum*, facile transferri ſe ſinat ad *Agmen aquarum*, ſive *nubium aquis gravium*, quæ impetu citato, ad vocem Tonantis ſeſe ſiſtant. Ita *Eſaj.* 60: 6. שפעת גמלים תכסך *Agmen*, *impetus citatus camelorum*, *agminatim concurrentium undique*, *cooperiet te.* Iſtæ tamen *aquæ* ſic *conglomeratæ imbrem fundant* neceſſe eſt; & manet, ex parte, difficultas. Ea tota evaneſcet, ſi contuleris *Pſ.* 18: 12 13. 14. 15. *Poſuit Tenebras velum circa ſe*, *tentorium ſuum caliginem horridam aquarum. A fulgore coram Eo exundarunt denſæ nubes Ejus* &c. *Intonuitque in Cœlis Deus*, *& Altiſſimus dedit vocem ſuam.* Cernis *tonantem Deum aquis effuſis* veluti *cinctum*, & *coopertum.* Magna ſuſpicio inſuper me tenet, alludi nunc ad *Turbinem*, illum quo *circumamictus* Dominus in congreſſum huncce deſcendit. *Tonitrua*, *fulmina*, *imbrem*, adfuiſſe, quis dubitet? Appoſitiſſime ergo: *An ut Ego*, *ubi voles*, *tonabis*, *teque*, *convocatis imperioſa voce nubibus*, *agmine aquarum cooperies*? Non deſiderabis jam *nexum*, atque nihil huic clauſulæ accommodatius ultro agnoſces.

Verſ. 35. Cum *Tonitrubus* juncta eunt *Fulmina:* nec abludit a vero, dum hæc ex *Nube* reſonuit Deus, ipſa quoque ſigna illa Majeſtatis, Cœlum & Terram ſolo nutu quatientis, micuiſſe. *Miniſtros*, & *Satellites* quaſi, cernis tremendi ſolii, qui juſſa Numinis capeſſant, atque ad vocem Ejus læti proſiliant. Formula ſolemnis *Ecce nos*, convenit *apparitoribus* & *militibus*, alacri pede ſeſe ſiſtentibus. Rogatur *Jobus*, num *Fulminatoris* quoque *brachium* gerat, qui cum *Fulminatore* contendere auſus ſit. Irriſio, ſed amiciſſima, atque ad *caliginem* illam, qua mentem ſibi ſuam obnubilari paſſus fuerat Noſter, diſcutiendam aptiſſima.

Verſ. 36. Spero, ex hoc *Schemate* aliquid lucis emicaturum, ad abſtruſiſſimi verſiculi tum ſententiam genuinam, tum juſtam connexionem, eruendam. Nempe tanquam præſtricti magnificentia orationis caligant ſenſus, & nec ſeries lucet, nec materies. LXX. *Interp.* I. mirifice luſere, Τίς δὲ ἔδωκεν γυναιξὶν ὑφάσματος σοφίαν, ἢ ποικιλτικὴν ἐπιστήμην; *Quis dedit mulieribus texturæ ſapientiam*, *aut phrygioniam ſcientiam*? Anſam præbuit טוה *nevit*, & pro טחות legiſſe videntur טוות *Netrices*, quas in *Textrices* mox commutarunt. Monuit *de Pined.* nec non *Boch. Hieroz. Part.* 2. p. 115. *Olympiod. Chryſoſt.* aliique Græci, *parva magnis miſceri* ajunt, atque *Meteoris cœli opificium infirmi ſexus intertexi.* Quanti hæc ſint, quivis ſentit. *Hieron.* II. a *Judæo* ſuo inductus, *Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam*? *Vel quis dedit gallo intelligentiam*? Commenti *Thalmudici* Auctorem, & patronos complures, reperies *Ibid.* in *Hieroz.* Conſulendus quoque *de Pined.* qui ſuſpicatur *Gallum* hoc *Epitheto* ornatum, quod *artificioſus*, & *induſtrius* ſit. Magiſtri ipſi ad auctoritatem *Ling. Arab.* provocant. Aliquid nugaci invento delatum a *Merc.* nimium a *Saub.* in *Op. Poſt.* ubi quinque rationibus id ſtabilire conatur. Merito ſe oppoſuit Cl. *Crom.* monens *fictitiam* eſſe *notionem*; ut *Rabbinica fides* in his ferme *Punica: galloque gallinaceo* hocce nihil a filo noſtro abhorrentius. *Symm.* III. ultimum colon ſic expreſſit, τίς ἔδωκεν μεμωρωμένῳ ἔννοιαν; *Quis dedit infatuato intelligentiam*?

שכוי *imaginoſum* a שכה *imaginatus eſt* ductum, conjectat Cl. *Cler.* In *Targumim* IV. duplex conſpectus, alter futilior ille, de *gallo ſylveſtri Deum noctu laudante*; alter ſanior: *Quis diſpoſuit in renibus ſapientiam*; *aut quis cordi dedit intelligentiam*? Huc plurimus colla-

latus eſt calculus, quod ſententia perſpicua eſſet, eamque Linguæ ratio admittere poſſe videretur. Nempe טוחות *Renes* etiam *Pſ.* 51: 8. occurrunt; a טוח *illevit*: quod *adipe* ſint *illiti & obducti*: & שכוי a *rad* שכה *proſpexit, imaginatus eſt*, dat משכית *picturam*; unde משכיות לבב *imaginationes cordis.* Ipſumque *cor* שכוי a *pictura* ſeu *delineatione conceptuum* inquit *Merc.* Conſimiliter *Mentem* dat *Cocc.* in qua *facultas concipiendi rerum imagines.* In *Hieroz.* ὁ πάνυ hæc *clara & aperta* pronunciat. Nempe locum extra ſeriem tractabat; & *cohærentiæ* cura erat exſolutus. Eam vellem a Viris Doctiſſ. explanatam: nam hactenus quidem magnæ ſalebræ. *Merc.* adeo non extricat filum, ut potius intricet. *Hactenus*, inquit, *ex præcipuis mundi partibus* &c. *Deus providentiam, ſapientiam, & potentiam ſuam admirandam, oſtendit.* &c. *Poſthac tranſibit ad* Animantia, *in ſingulis rogans Jobum, num ea cognoſcat* &c? *Incipit ab* Homine, *in quo ſapientia & intelligendi facultas* &c. Admitti poſſet, ſi poſt *Vſ.* 38. hicce ſtaret, & novi Capitis exordium præberet: nunc *Vſ.* 37. hunc calculum plane conturbat; & ferri nequeunt quæ ibi appoſuit Vir Doct. *Redit ad ea quæ fiunt in aëre. Nec mirere ab homine ad cœlum rediri, quia repetitionem ejuſdem rei, verbis tamen commutatis, aut ordinis obſervationem, non ita exacte curat Scriptura.* Mallem dicere, *non intelligo.* Analyſis Cl. *Cocc.* etiam non fluit e facili, qui *Vſ.* 4. & ſeq. ἀμεγαλαυχίαν urgeri cenſet variis argumentis. 1. *a ſupervacuo ſolicitudinis noſtræ*, quod ad *Vſ.* 34 35. pertexit. *Ab impoſſibili.* 2. & *incompetenti*, ſive *a defectu potentiæ* ac *poteſtatis*, noſtræ, ratiocinium inde nectit. Ei 3 ſubdit aliud, *ab improportione ſapientiæ Divinæ & humanæ Vſ.* 36. 37. 38. Hæc 4. *exemplo Providentiæ Divinæ in reliquis animantibus* concludit, per totum *Cap.* 39 Occurri ergo hic ſtatuit *præſumtioni humanæ* ſeſe *Deo ſapientiorem* ferenti: 1. oſtendendo, *eam ſapientiam quæ in nobis eſt, eſſe a Deo, & non a nobis: non igitur poſſibile eſſe, ut ille qui nos fecit ſapientes, non intelligat, quæ nos intelligimus; aut ut nos Eo melius, rectiuſque, judicemus.* 2. arguendo, *Dei ſapientiam eſſe ſummam, ex eo ipſo nimirum, quia poſuit* in renibus *ſapientiam* &c. & *quia cum alia omnia tum* nubes ſapienter *collocat*; & pluviam ſapienter *adminiſtrat.* Sentis anguſtias. Non multo expeditius, quod Erud. *Crinſoz.* dedit: *An is qui rationem tribuit homini, Ipſe aliquid irrationabile faceret?* Adjicit: *ſed forte Deus etiam inſinuare voluit Jobo, tantum abeſſe ut Providentiæ ſecreta penetrare quiret, ut ne ſciret quidem quo pacto mens ipſius intra ipſum cogitaret, & tot rerum diverſarum ſibi acquireret ideas.* Impeditior adhuc flexus, quo *Jun.* & *Trem.* uſi: *Quis indidiſſet præcordiis ſapientiam? aut quis dediſſet menti intelligentiam?* i. e. *unde habuiſſes iſta omnia:* nempe, *quæ prægreſſa* &c. *quis te talia docuiſſet.* Nihil in eo nervi; nihil leporis. Doct. *de Pined.* V. in *Latina, Græca*, quin & *Hebræa, lectione*, ſic expoſita, nexum idoneum requirens, ipſe aliquid promit, ut in re difficili, ſic ſatis ingenioſum: ut prius טחות a טוח *linire, obducere, obtegere*, ſonet *occultum quid*; שכוי autem *conſpicuum*; in hanc ſententiam. *Quis poſuit in occultis Sapientiam: & quis dedit in conſpicuis intelligentiam?* Nempe *actum de occultis viis lucis, tenebrarum,* &c. *de theſauris, & cellariis pluviæ, nivis, grandinis. Item de* manifeſtiſſimis *aliis naturæ effectis, tonitruo, fulgure, gelu, glacie.* &c. *Pulchre ergo ſubjungitur; ſive cauſas rerum* abſconditas *ſcruteris; ſive* effectus *ipſos per ſe conſpicias: relucet Divina ſapientia ex omnibus* &c. &c. Hoc *Bolduc.* *abſonum* vocans *gloſſema*, ipſe *conſonum* ſcil. daturus, VI. טחות *obducta*, vel *incruſtata*, trahit ad *Fœtum* in utero *informem*: שכוי ad *fœtum delineatum*: quaſi tangeretur nunc *Dei opus admirandum in formatione hominis, ejuſdemque informatione ad Sapientiam Divinam, cujus receptaculum aliquando ſit futurus.* Ne bis per omnia diſſonum eſſet, in *Vſ.* ſeq. offert, *Quis enarraret cœlorum rationem in ſapientia* &c. *niſi Deus eam homini dediſſet?* Mox tamen id ipſum, cum cura connexionis, abjicit; atque ita fœtum ſimul ſuum exponit. Cl. *Guſſ.* VII. in *Comm.* L. H. bis locum attigit; ſub טוח & שכה: atque 1. expoſitionem *Renum* vocans præpoſteram, recurrit ad בטח; unde *Pſ.* 51: 8. exeat, *Ecce amas veritatem eſſe confidentiam*, ſive *ſecu-*

cu-

curitatem hominum, quibus tecum res eſt; ut per veram & ingenuam confeſſionem ſperent ſalutem; non autem per peccati negationem. Similiter & hic: *Quis ſtabilivit fiduciam ac ſecuritatem Sapientiæ? Ita* nempe, *ut contra tam noxia meteora ſine metu ſit, freta protectione & promiſſis Dei? Eſt egregia Antitheſis ad id quod Cap. 12: 6. dixerat Jobus.* 2. De שכוי ſic judicat: *Qui* mentem *exponunt magis certe ſapiunt, quam qui* gallum gallinaceum &c. *Sed nec ſcopum attigere illi: nondum enim oratio devenit ad* res animatas, *ſed adhuc in* meteoris *verſatur; de quibus in antec. & conſeq. agitur. Igitur* Nubes, eas *nominatim quæ* fulgura & pluviam *fundunt, nuncupat* שכוי *ob externam ipſarum faciem; quaſi quæ* figura *mera ſint, & nil niſi φαινόμενα.* Sapientia *tamen plenæ ſunt eædem* Nubes, (*ut ſatisfiat voci* בטחות, *ſi exponenda ſit per* præcordia) *cum norint cui obſequium debeant; hominique illud negent; Deo vero exhibeant. Vel ut exponam prout ad* טוח *conſtitui; Quiſnam contra* formas *illas, quæ utut* evanidæ, *terribilia adeo effecta producunt*, fundavit fiduciam in ſapientia; *niſi Deus* &c.? *Hoc pacto* שכוי *erit aſpectabile, apparens, formæ* פְּלָאִי *admirabilis.* Conatus ad veritatem indagandam egregie prælucentes. Inprimis τὸ שכוי φαινόμενον, *phænomenon*, opportune hic locatum: reliqua minus commoda: nec טחות *præcordia*, aut *renes*, dari *phænomenis*, concoquo: nec ſane בטחות *confidentias*, vel *ſecuritates*, ſive hic, ſive *Pſ.* 51. admittere auſim; quod explicatio utraque valde ſit circumducta, & quæſita. Cl. *Szhatm.* VIII. longe diverſa via, & ratione, tenebras has perrumpere tentavit. Pro priori colo adducit *Arabum* طاح *periit. Oberravit attonitus. Per terram vagatus eſt.* Pro poſteriori شكا שכו *Ult. Vaw, Queſtus fuit, lamentando detulit ſtatum ſuum* Deo. Hinc elicit Vir Doct. *Quis ponit in errantibus Sapientiam? & quis querulo*, ſortemque ſuam lamentanti, *dat*, vel *dabit intelligentiam?* Applicat *Jobo*, cujus *tumultuantes adfectus ſedare non potuerint* Amici; *ſed potius exaſperarint.* Conſimiliter *Pſ.* 51: 8. vertit: *Ecce Deus veritatis dilexiſti peccatores.* Sed 1. טחות *fœm.* non poteſt ſignare *peccatores*. 2. longius adhuc a ſerie deflectitur hoc pacto; quam in recepta verſione. 3. שכוי *querulus*, cum reliquo uſu ſ שכה non conſiſtit. Et hinc tamen aliquid lucis mihi adfulgere gratus agnoſco. Scilicet IX. טחות ex hoc ipſo fonte reddere eſt *jactus temerarii*, *vagationes*, *errores*, vel ſi malis, *res errantes*, *vagantes*, *huc illuc latæ*, & *impulſæ*. Indolem verbi percipias ex illo *Harir. Conſ.* 1. p. 2. طوحت

بي طوائح الزمن

errare fecerunt me vagabundum caſus temerarii fortunæ. Adduxi ibi p. 4. *Schol. Dicitur* טוח *de ſagitta, quum nullo certo fine exit, atque a ſcopo ſuo divagatur.* Idem ſignificatus obtinet ſub טחה, vel טחו طحا *vagari, abire ſine certa lege, & via, quo pedes tulerint.* Item *jaculari temere*, non certa manu, prout fors tulerit. Hoc & دحا דחו ſcribitur; quod ex *Giauhario* declaraviſſe operæ fuerit. يقال

دحا المطر الحصى عن وجه الارض

ويقال للفرس مر يدحو دحوا

وذلك اذا رمى بيديه رميا

لا يرفع سنبكه عن الارض

كثيرا ويقال للاعب بالجوز

ابعد المدى وادحه اي ارمه

De imbre glaream disjiciente uſurpatur דחו. *Dicitur etiam de Equo, pergit jaculando, quum anterioribus pedibus jactat* arenam, *ungulam vix attollens. Item ei qui nucibus ludit, dicunt, cape longiorem metam, & disjice eam.* Cernis quid *Hebræis* valuerit דחה *impulit cum disjectione.* Quid item velit מטחוי קשת *Gen.* 21: 16. *jaculantes arcu.* Eſt *forma* perfecta verbi טחו ex *Pihel.* Pro eo טחה, ad

37 Quis ſcribere facit Nubes in ſapientia? & Utres cœlorum quis effundit humi?

38 Quum

37 מי־יספר שחקים בחכמה ונבלי שמים מי ישכיב׃

38 בצקת

ad legem *quieſc.* 3. *He.* dat derivatum טְחָה *jaculatio*, *jactus vagus*. Inde emergit tandem hic adſpectus, ſeriei congruentiſſimus, *Quis poſuit in jactibus vagis* fulminum, tonitruorum, imbrium, *Sapientiam*, *ſolidam & firmam rationem*, ac *legem motus? & quis dedit* φαινομένῳ, *rebus ſubito apparentibus*, *& mox diſparentibus*, *intelligentiam?* ut ita agant, ac ſi *intelligentia* pollerent, ſcirentque *quando*, *quomodo*, & *quouſque*, *vires* ſuas *exerere* debeant. Perſeveratur hoc pacto in Figura præmiſſa; qua *fulmina* ut *Apparitores Dei*, & *miniſtri dicto audientiſſimi*, introducebantur. In utroque Colo pulchrum *Oxymorum* ita exiſteret: טחות *errationes vagæ* nihil minus videntur recipere quam חכמה *ſolidam*, *certamque*, *agendi rationem*. Similiter שכוי *imaginatio*, *phantaſia*, vel *apparens ſubito in aëre res aliqua*, & בינה *diſtincta perceptio intelligentiæ*, toto cœlo videntur diſtare. Deus tamen hæc conſociare valuit. In *Pſ.* 51: 8. aliquid profundius latet. Habes & ibi in vicinia poſitas voces טחות & חכמה. Vide an placere queat, *Ecce veritatem*, & firmitatem, *vis in mediis erroribus*; *lapſibus*, *vagationibus*: *in obſtructo Sapientiam mihi notam facis*: i. e. *ipſos lapſus convertis in remedia lapſuum*; *& quum obſtructum mihi cor*, per peccatum, *eo ipſo me ſapientiam doces*; atque quantum in eo ſit veneni, experiundum mihi præbes. Sunt conjecturæ, quæ vel ſponte defluent, ſi radice careant; vel tempore robur, & maturitatem, acquirent. Hoc cum aliqua fiducia adfirmarim, noſtrum טֻחוֹת a טחה ſpecioſius deduci, & reddi *vagos jactus*, vel *errores*, quam a טוח طلخ, *Linivit*, *oblinivit*; ut *Renes*, vel *Præcordia*, ſignentur. Ad שכוי pro *Phænomeno cœleſti* ulterius commendandum, aliquid forte confert *Arabum*

شكا שכה *Similitudinem retulit obſcuram:* in quo *He mobile* adſcitum; ut diſtinctum eſſet a شكي *Vaw* & *Je ultimis*, in quo *conqueſtionis* notio ſecundaria obtinet. Si *Origo* ejus pateret; & ſimul, unde סכי & סכא apud *Chaldæos* devenerit in ſecundariam item vim *contemplandi*, & *adſpiciendi*, promtius certiuſque de his judicium ferri poſſet. Pro *Figura apparente*, & *externa*, uſurpatur cognatum שכיות *Eſaj.* 2: 16. *Spectacula*, vel *ſpectabiles figuræ*. Ejus *ſingulare* ſtatuendum שְׂכִית contractum pro שְׂכְוִית; quod cum noſtro שֶׂכְוִי proximam habet cognationem. מַשְׂכִּית ſimiliter *figuram ſpectabilem* deſignat *Prov.* 25: 11. *Lev.* 26: 1. *Num.* 33: 52. & *Eſech.* 8: 12. ubi tamen φαντασίαν, & vim *imaginationis*, alii tenent. Liberiora nactus ſpatia, accuratius in Etymon, & naturam totius Radicis, inquiram; atque quod nunc adfectum, confectum dare conabor.

Verſ. 37. Et hic magna ſententiarum implicatio, ac diſtractio. LXX. jam ſatis concinne I. *Quis numerat nubes Sapientia; & cœlum in terram quis inclinavit?* In poſtremo *Symm.* καὶ ὄργανα οὐρανοῦ τίς κοιμήσει. *Vulgat.* II. *Quis enarrabit cœlorum rationem, & concentum cœlorum quis dormire faciet?* Prius colon ad *Gallum Gallinaceum* retulit *Lyran.* I. præeunte *Thoma*, cujus hæc explicatio, *Quis gallo enarravit proportionem cœleſtium motuum, ut poſſit determinatas horas diſcernere ad cantandum?* Alii, miſſa illa argutiola, 2. exponunt, *Quis Cœlorum pulcherrimam illam diſpoſitionem ediſſeret? & ſilere faciet admirabilem Harmoniam orbium Cœleſtium?* Nempe נבל *Nablium*, quoque, *Muſicumque* ſonat *inſtrumentum:* & nota ſententia *Pythagorica*, de *numeroſis cœlorum ſonis*, unde apud *Macrob.* in

in *Somn. Scip. Quis hic qui complet aures meas tantus, & tam dulcis ſonus?* &c. &c. Alii 3. referunt ad *cantus Angelorum.* Sunt 4. qui *vocem*, & *quaſi concentum*, *Cœlorum*, *Dei laudes magnifice concelebrantium*, huc trahant. Vide *Hieron. Comm.* & *Sanct.* Arguiius III. *de Pined. Quis enarrabit ipſi Ætheri* & cœlo *Sapientiam*, quam in meteoris producendis ſervare debet: *& quis concentum illum* qui ex tonitrubus, fulminibus, imbribus, naſcitur, *inducta ſerenitate faciet conticeſcere*, *ita ut ne ſibilus quidem auræ tenuis immurmuret.* Ferme ſimili acumine Doct. *Tigur.* IV. dederant: *Quis dictabit ætheri Sapientia ſua*, *quæ faciat? & Lagenas cœli quis ſiſtet?* i. e. *faciet jacere*; cubare, ceſſare, *nubes*, *quum terra ſatis compluta eſt.* Rectius hi, quod in נבלי *Lagenarum* perilluſtrem metaphoram agnoſcant. Eam corrupit *Vatabl.* V. languidiſſime efferens, *Quis numeravit cœlos in Sapientia? & quæ deſcendunt de cœlo*, *quis quieſcere fecit.* i. e. *Quis tam prudenter fecit cœlos eo numero quo ſunt? & quis effecit, ut gravia, quæ deferuntur ex aëre in terram, conſiſtant ibi tanquam in centro?* Abuſus eſt convenientia literarum, quæ inter נפל *cecidit*, & נבל *marcuit*; quaſi *decidua* notarentur. Non hic ſubſtitit *Bold.* VI. cui שחקים ſunt *pulveres minutiſſimi*, quos nemo *numerare* queat, niſi Deus: & נבלים *decidua*, *defluxiones cœleſtes*; item a נבל *decidit* pro נפל. Trahit ad primam *fundationem*, & *compactionem pulverum terræ*, eadem ſua chorda oberrans. *Merc.* VII. *Quis enarrabit*, vel enumerabit, *nubes*, vel æthera, *Sapientia?* & *lagenas*, ſeu hydrias, *cœlorum*, *quis collocabit?* in cœlo *ſcil.* ut *ex illis depluat.* Bene obſervat, *Lagenas cœli* eſſe *Nubes*; *in quibus aquæ cœleſtes velut in* Lagenis *aſſerventur ſummo miraculo:* ישכיב *jacere facit*, ſubtilius exponit, *ſtatuit*, *collocat*, *ad pluviam fundendam.* Suum fecit *Codurc.* VIII. dans, *Quis recenſuit nubes in Sapientia? & cados cœlorum quis diſpoſuit?* Ait, eſſe *metaph.* a ratione *hauriendæ e puteis aquæ rotis*, *in quas cadi juncti*, *vinctique*, *incumbunt*, *quos rota vertens hinc effundit*, *illinc tingit immergitque.* Eſt luſus ſatis jucundus; ſed quis cum vi verbi השכיב vix conſtare queat. Multum vicinitatis habet IX. *Cocc. Quis numerato diſponit Cœlum in Sapientia? & utres cœlorum quis collocat?* Explicat de *Nubium collocatione alta*, *demiſſa*, *conferta*, *ſparſa*, ut & totius *ætheris diſpoſitione examuſſitata*, *ad pluviam fundendam* &c. Cl. *Reim.* non injucundam imaginem addit *urnæ in brachium inclinatæ ad effuſionem*: prout *Amnes* repræſentantur. Id jam vim השכיב *cubare fecit*, exprimeret ſatis apte; niſi quod שכבת טל *cubatio roris*, *Exod* 16: 13. 14. magis ducat ad *deſcenſum ipſum in terras*, *largamque rigationem e nubibus profuſam.* Diverſus abit *Schmid.* X. *utres Cœli* de *Nubibus* exponi minus probans; quod pridem *de pluvia dictum* eſſet, *& quidem prolixe.* Intelligit potius *facultatem Cœlorum attrahendi aquas in nubibus*, *eaſque in ſe continendi*; *quæ* facultas *elegantiſſime comparetur cum* lagenis *aquam in ſe recipientibus*, *atque in cœlo tenuiſſimo poſitis*, *repoſitis*, *retentis.* Cur *facultatem attrahendi aquas* maluerit Vir Doct. quam *Nubes*, nulla erat ratio, nam ſi *pluviæ effuſæ*, vel mox *effundendæ*, nunc ſeries obſtet, de quo mox diſpicietur, potuiſſet *Lagenas clauſas*, *conditas*, *repoſitas* veluti in *Theſauro*, & *cellario*, tenere. *Vſ. ſeq.* ſentietur, quid ſubtilitati huic occaſionem dederit. Ad *Ceſſationem imbrium* XI. ultimum colon retulit Doct. *Crinſoz.* totum verſum ita conſtituens: *Quis enarrabit rationem mechanicam nubium? & pluvias cœlorum quis ſedabit?* Confer *Belg. Grot. Caſtal.* Redit ex parte, ad *num.* IV. Illuſtri figura *Jun.* & *Trem.* XII. *Quis Sapphirinas efficit nubes Sapientia? & utres cœlorum quis ſternat?* &c. i. e. *Quis adeo ſerenat cœlum, ut ſpeciem reddat Sapphiri? & quis nubes, velut in utres digeſtas, exonerat?* Hauſtum ex *Ab. Eſra*; qui a ספיר *Sapphiri ſplendore* deſumptam cenſet *metaphoram.* Confirmari poſſet ex uſu *Arabum* ſub سفر *luxit*, *reſplenduit*: ſed tunc poſterius Colon commodius exponeretur de *Utribus reconditis* iterum in *cellas* ſuas, *rigatione* peracta: ut *num. præc.* nam *Coelum* pingi nunc *ſerenum*, nunc *madidum*, turbaret ordinem: atque cum *Vſ. ſeq.* non ſatis cohæreret. Sed jam XIII. confirmare ſatis liquido poſſum, cum naturam verbi השכיב proniorem eſſe ad *imbrium effuſionem*,

nem, tum Emblema *Lagenarum*, *Hydriarum*, *Urceorum*, *Utrium Cæli*, eoſdem ita exigere, ut nihil aliud in cenſum venire queat. Eſt *Figura* quam *Arabes* ita frequentant, ut ipſis *domeſtica* quodammodo, ac propria, cenſeri debeat. *Gjauh.*

الحنتم الجرة الخضراء
والحناتم السحاب السود

Hantem dicitur Hydria viridis; cujus plur. fr. Hanatim nubes nigras deſignat. Innuit, ſtylo ſublimiore, & Poëtico, *Hydrias* celebrari pro *Nubibus aqua gravibus:* addo *minoribus*; nam *majores* appellantur *Utres*. In *Diw. Hud.* vetus Poëta

وذو هيدب يمري الغمام بمسدف
من البرق فيه حنتم متبعج

Aderat Nubes propendula mulgens reliquas,
Intermicante fulmine Hydriam ferens diffiſſam.

Similiter *Abu Tſachrus Hudeilita*, poſtquam pinxiſſet *Nubem* inter *fulmina* & *tonitrua* advectam, ſubdit

حُلَّتْ عُرَاهُ وَبُعِّجَ كُلَفُ
الحَنَاتِمِ المُتَرَاكِبُ

Et ſoluti ſunt nodi utrium *ejus*, *fiſſæque nigræ Hydriæ compactæ.*

Item *Ommia Abi Ajides*

وزهم في ذي هيدب لسحابه
سجال كما انسحّ المزاد المجزل ✿

Et tonuit propendula nubes, ejuſque fragori
Erant ſitulæ; veluti quum effunditur uter ſciſſus.

Iterum *Abu Tſachrus* laudans munificentiam *Aſidæorum*, eam vocat largiorem,

من قرد الذري واهي العزالي

Præ Nube multis verticibus conſpicua, cui orificia utrium *diſrupta.*

Deſino in Ejuſdem hocce non dicto, ſed picto. *Quum abes, ſperamus reditum tuum, quemadmodum ſperatur Nubes, quam Auſtri propellunt, velut Matrem camelorum pullis cinctam, quæ propellitur ad mulgendum;*

تقود نعامى حناتم اترعت
من الماء يتلوهن اسحم ساكب ✿
يشق الدماث البيض من كل باطن
ومنه سفور بالنواحي لواحب ✿

Adducit ei Euronotus Hydrias, quæ repletæ ſunt
Aquis; eaſque inſequitur Uter imbrem profundens.
Is ſulcat arenoſa albicantia omnis convallis:
Extantque Scriptiones ejus in tractibus manifeſto impreſſæ.

Pulcherrime figuratum illud سفور *Scriptiones*, pro اثار السيول *veſtigia fluxuum*, a *ſing.* سَفْر vel سِفْر, quod eſt *Scriptura*, *Scriptio*, *Liber.*

38 בצקת עפר למוצק ורגבים ידבקו׃

38 Quum conflatur pulvis in fuſum *quid*; & glebæ molles ferruminantur.

ber: ut ספר apud *Hebræos*. Ex hiſce diluceſcit, verbum ישכיב non ad *ceſſationem imbrium* pertinere, ſed ad eorundem *largam defuſionem*; ſive jam amplecti placeat *collocationem utrium in aëre*, *ad eos invergendos*; ſive, quod malim, eorundem *fluxum in terras deſcendentem*; ad exemplum שכבת טל *roris quaquaverſum diffuſi*, *& terris incubantis*. Poſterius hoc firmatur uſu *Arabum*, quibus שכב السكب ſpeciatim eſt الهطلان الدايم *pluvia largior & continua*: quæ & אשכוב اسكوب, ad quam vocem in *Lex. Gol.* pro *fulmen*, lege *flumen*, vel *fluxus aquæ*, pluviæ præſertim, *per terram ſe diffundens*. Dubitare vix patitur proxime præmiſſus ille اسحم ساكب *Uter* שוכב *effuſus*, vel *fluens*. Ea poteſtas cum *recubatione* plus habet adfinitatis, quam prima fronte apparet; nam *fuſus*, *adfuſus*, pro *jacente*, *decumbente*, etiam apud *Latinos* frequentatur: quin hanc eſſe primariam poteſtatem Thematis colligere eſt ex משכב 2 *Sam.* 17: 28. pro *Labro*, ſive *pelvi*, ab *effundendo*. Ex noviſſimo illo *Abi Tſachri* ſuccurrit quoque aliquid ad prioris membri illuſtrationem, quod prætermittere nefas: *Quis ſcribere facit cœlos in Sapientia?* id eſt, *quis eos facit terram largo imbre radere*, vel *arare*, ac quaſi *perſcribere ſulcis*, *notis*, *veſtigiis*, impreſſis. Ita *Græci* ſuum γράφειν, & *Latini* quoque *ſcribere*, transtulerunt: nam *hiulcis rimarum flexibus perſcriptam terram* habet *Sidon.* L. 2. *ep.* 2. & *Plin.* molliore tropo dixit, *cultrum vomeris prædenſam terram*, *priuſquam proſcindatur*, *ſecare*, *& futuris ſulcis veſtigia præſcribere inciſuris*, *quas reſupinus in arando vomer mordeat.* L. 18. c. 18. Expreſſius in hanc figuram *Moleichus* in *Diw. Hud.* deſcribens *imbrium* hancce *ſcriptionem* per notas poſt ſe relictas;

مثل الكتاب اذا ما خط بيّنة
في واضح اللون اعجام وتعريج

Veluti quum Liber exaratur claro charactere
In charta alba, *ſcriptura barbara intricatiore.*

Ad hanc rationem duo Cola amice concinunt: & חכמה *Sapientia*, ut in *Vſ.* præced. ad ipſum *Phænomenon Nubium imbriferarum* ſeſe refert, quibus *Sapientia* attribuitur *ad terram* tempore neceſſario, vel opportuno, *compluendam*, & quaſi *ductibus literarum perarandam*; quum poſt longam ſiccitatem rigationum eget. Fateor ספר pro *facere ſcribere*, nuſpiam in Sacris recurrere; ſed ſufficere debet in monumento tam veteri, & ſublimi, ſi *Analogia* haud repugnet. Nil interim pugno: conjecturam expoſuiſſe contentus. Ex iis, quæ percenſuimus, maxime arrideret illud *Cocc. num.* IX. cum quo conjungas licet *luſtrationem militarem*, quam Doct. *Reim.* aliquando hoc verbo exprimi indicavit.

Verſ. 38. Iterum magna opinionum divortia. *Vulg.* I. *Quando fundebatur pulvis in terra*, *& glebæ compingebantur.* Ad primam *creationem* trahitur a *Latinis*, quaſi innueretur, hæc omnia jam ita ab initio conſtituta, & ordinata eſſe. Hinc mendoſa Lectione *Gregor.* & *Thom. Quum fundabatur* &c. Non longe hinc diſtat II. R. *Levi* item ad *fundationem primam terræ* oculos reflectens, qua *pulvis conſolidatus in centrum*, *glebæque compactæ.* In vicinia moratur Cl. *Schmid.* III. qui hic enotari cenſet opus priori contrarium h. ſ. *Quis tam mirabilis eſt*, *ut unum corpus in tenuitatem ſummam extendat*, *ut cœlos*; *alterum in denſitudinem firmiſſimam induret ut terram?* *metaph. a fuſione metallorum.* Accedit Cl. *Cler.* Alienius alii *Hebræi* IV. detorſerunt ad *par-*

 tes

tes nubibus immixtas, *ubi indureſcant in lapides* &c. Propius ad rem, & ſeriem, V. *Merc. Quum funditur*, induratur, *pulvis ad robuſtum, & glebæ agglutinantur?* Nexum ſic inſtituit, *Quis*, inquam, *nubes velut* Lagenas *in Cœlo collocat*, *ut ex illis depluat*, *cum terra indureſcit?* i. e. *ita ut indureſcat & roboretur*, *quæ ante præ ſiccitate diffindebatur: utque* glebæ *agglutinentur prius ſiccitate divulſæ*. Ut receptiſſimæ interpretationis hujus momenta expendi queant, notari debet; 1. עָפָר *pulverem* exponi de *terra* longis ſiccitatibus *exuſta*. 2. צֶקֶת *fundi*, de *humectatione conſlante* velut. 3. לַמּוּצָק *in ſolidum*, *firmum*, *fuſile* quaſi, de *compactione pulveris in maſſam validiorem*. Ita *Deod. Druſ. Piſc. Tigur. Belg. Cocc. Crinſoz. Reim.* Eodem collineant *Jun.* & *Trem.* liberiuſcule dantes, *ut perfuſio ſit fermentandæ terræ*, *ut conglutinentur glebæ*. Nec aliud voluit *de Pined.* obſervans יָצַק *fundere*, *conflare quaſi opere fuſorio*, *eleganter convenire in terram*, *quæ propter circumfuſam aquæ humiditatem videtur denſata*, *& conflata veluti opere fuſorio*. Eſt ſenſus egregie aptus ad id, quod *Vſ. præced.* exhibuimus, de *Utribus Coelorum largiter effuſis*, *ad terram*, *longis ſiccitatibus exhauſtam*, *reparandam* &c. Obſtat tamen huic verſioni 1. בְּ pronius ad ſignificationem *ſtatus & conditionis præſentis*; quam ad *effectum*. 2. צֶקֶת de *fuſione pulveris in maſſam*, ſive *glebam humidam*, alienius paulo, & coactius. Præſertim 3. adhibita geminatione לַמּוּצָק *in fuſum quid*, ad inſtar *metalli* conflati. Hoc *pulveri in mollem maſſam compacto* minus congruens, aperte vocat ad *ſolum durum*, inſtar *ferri*, vel *æris*; prout nota, hoc ſenſu, *terra ferrea*, & *cœlum æreum*; *Deut.* 28. Ergo VI. nectere malim; *Quis utres cœlorum profundit*, vel *incubare facit terris*, *largo fluxu*? *Quum pulvis fuſus eſt in fuſilem maſſam*; & *glebæ* molles *compactæ ſunt*. יָצַק in *ſumma duritie*, qualis eſt *Lapidis*, *petræ*, *maſſæ æreæ*, crebrum in hoc Libro. Vide ſupra *Cap.* 28: 2. & infra *Cap.* 41: 15. 16. Item מוּצָק *Cap.* 11: 15. & 37: 18. עָפָר *pulvis* hic poſitus pro אֶרֶץ *terra*; eum relatione tamen ad *ſiccitatem*, *ex longo æſtu*. רְגָבִים eſſe *glebas molles*, vel *terras molliter æquabiles*, & *multa pluvia riguas*, ad *Cap.* 21: 33. adſtructum. Illæ *glebæ* dicuntur *compingi velut glutine tenaciſſimo*, quum non amplius *putres* ſunt, & *moveri*, *ſubigique faciles*, ſed *eduræ*, ac quaſi *ferreæ*, vel dicam *ferruminatæ*; nam דבק etiam *ferrumen* conſignat. Hanc *metaphoram* infra *Cap* 41: 15. illuſtratam reperies, unde verbum noſtrum ad *duriſſimam* quoque *cohæſionem*, & *compactionem* traductum fuiſſe, liquebit. Cl. *Szathm.* vocem rariorem רְגָבִים collata Radice رجب, non *Glebas*, ſed *palmas* arbores, ſignificare ſuſpicatur; quod in *Lex. Gol.* exponatur, de *palma*, *racemos revincire ad ramos folio*, ne a vento disjiciantur. Inde *Cap.* 21: 33. dat, *Dulces ei fuerunt palmæ vallis:* hic autem; *Poſtquam conflabitur pulvis in ſolidum*, *& rami palmarum colligabuntur*; vel & *progerminabunt*. Blanda ſpecies induxit Virum Doctiſſ. qui lubens ex *Camuſo* percipiet رجب non *palmam* ſonare, ſed *pedamentum* omnis arboris, palmæ, vitis, &c. *ad ramos ejus ſuffulciendos*. Inde ſolemne proverbium invaluit, انت جُذَيْلُهَا المُحَكَّكُ وعُذَيْقُهَا المُرَجَّبُ *Tu es Truncus negotii ejus confrictus*, *& palma ejuſdem ſuffulta:* i. e. *ad te ab omnibus recurritur*, *in teque recumbitur*, *ut Statorem* &c. Extat in *Hiſt. Tam.* p. 117. verſu quarto a fine; hinc emaculandum, & explanandum. De *Myſticis* interpretationibus, ingenioſe hinc elicitis, nihil addo, quod, ut dixi, eæ fines noſtros tranſcendant. Litera liquida, & certa; quæ ſic connexa, ut modo factum, arguit ſeriem rotundiſſimam; in qua nihil ſupervacui, aut otioſe, languideve, repetiti; quum deſcribatur illud *Mirabile Nubium Opus*, *quo terræ longis ſiccitatibus exuſtæ*, *& torrefactæ*, *in tempore ſuccurritur*; *ejuſque glebæ induratæ iterum emolliuntur*; atque *ad ſata* vel *gremio recipienda*, vel *maturanda*, *fœcundantur*.

CAPUT TRICESIMUM NONUM.

Verſ. 1. התצוד ללביא טרף וחית כפירים תמלא׃

2. כי־

Verſ. 1. Numquid venaberis Leænæ prædam; & animam Leunculorum explebis?

2. Quum

Verſ. 1. Hinc novi capitis initium ſumendum potius, quam a *Vſ.* 4. res ipſa evincit; nec alia unquam diviſio obtinuiſſet, niſi *Vſ.* 36. præc. *Cap.* ad *Hominem* fuiſſet tractus; cui in hocce unum alterumve ſaltem animal addendum judicarunt. Ordinem iſtum haud e limpido fluere, ſatis demonſtratum. Ab *inanimatis* ergo *Naturæ miraculis*, nunc demum tranſitur ad *Animata*; in iiſque perluſtrandis lento greſſu proceditur. Quo Scopo, nexuque, non adeo evidens. *Chryſoſt.* I. aliique Veteres, ad *Providentiam Dei* referunt, quæ in *animalibus ratione carentibus* mirifice ſe exerat: ac proinde non eſſe, cur Homo, *Animal rationale*, ſe a Deo abjici credat, ejuſque bonitati diffidat. Huc & illud *Philippi* tendit, *Ego qui omnia juſta diſpenſatione procuro, circa te tantum, Jobe, videbor injuſtus?* Conſentit Cl. *Cocc.* *Exempla hæc Divinæ providentiæ produci* cenſens, *ad ἀμεριμνίαν inculcandam.* Redi ad *Cap.* 38. *Vſ.* 4. & confer lineas ad *Vſ.* 36. productas. Ad eas commoda, & eleganti, *Analyſi* Caput hocce deducitur, & pertextum datur. Cum iiſdem contendenda quæ *generatim* & *ſpeciatim* delineavit Cl. *Keim.* Paulo aliter II. *Merc.* *per mira hæcce, quæ in animalibus notantur, quorumque rationem ignoret* Homo, *inſinuatum iri, non eſſe quod in Arcana Dei conſilia penetret, aut de Dei judiciis curioſius inquirat, qui vel* vulgaria, & *ad oculum conſpicua, neſciat.* Vicina ſunt quæ *Calvin.* late proſecutus *Conc.* CLI. & ſequentibus aliquot. Ad rationem hanc pleroſque acceſſiſſe deprehendo; nec ego in totum inde reſilio; attamen III. aliud quid principe loco locandum autumarem; quod cum univerſa hujus convictionis paternæ methodo conjunctius. Nempe ut in præcedentibus primarius Scopus fuerat, *Jobi elatos* illos *Spiritus compeſcere*, quibus ſe cum Deo congredi, & concertare, velle, oſtenderat; ita eadem nunc incus tunditur; atque lentis quæſtionibus, e *Regno Animali* deſumtis, pungitur, in ſeque reducitur Noſter, dum ei ante oculos proponitur, ne quidem *unius Animalis* interiorem *vim*, *indolem*, atque agendi *virtutem*, ab ipſo *dependere*; aut ei *perſpectam*, *exploratamve*, eſſe; nedum ut tanquam alter *naturæ Dominus*, & *Arbiter*, tam animoſe ſemet inferret, Deumque ad rationes vocaret.

Ibid. Hic adſpectus ſtatim elucet ex modo interrogandi: *Num tu venaberis Leæ prædam?* &c. לביא non eſt *Leo annoſus*: ſed *Leæna.* Id in *Hieroz. part.* 1. p. 719. evictum. Fœmellam autem, præſertim ubi ſcymnos habet, eſſe avidiſſimam, & audaciſſimam in prædas, notum. Rogatur ergo Noſter, num ipſe forte *venatorem animum* Animali iſti indiderit, cum *ſagacitate*, *celeritate*, & *virtute intrepida* &c. Hæc latius perſequi haud attinet. Reſpondet poſterius colon, & *vitam*, vel *animam*, *Leonum Juvenum imples*? i. e. *appetitum inexplebilem ſaturas*? Aliquid ſubtilius dedit Cl. *Cocc.* ſic locum conſtituens, *Tune pro annoſo Leone venaris? aut juvenes Leones incitas, ut pro eo venentur?* Sic מלא חיה *implevit animam*, eſſet *incitavit*, *animos addidit.* Subjungit, *vel*, imples vitam, i. e. *appetitum naturalem juvenum Leonum*, *ut parentes faciant participes prædæ.* Poſterius hoc intendi non crediderim: חיה *vitam*, & נפש *animam*, pro *animali appetitu* venire certiſſimum.

Verſ. 2. Vim *annoſi*, *vetulique*, *Leonis*, minus rite hinc adſtruere voluere quidam; quaſi *jacent in luſtris*, pertineret *ad defectum virium.* Cl. *Cocc.* illuc inclinans, addit tamen, *etiam juvenes Leones inſidiari* &c. Videſis *Pſ.* 10: 8. 9. 10. unde cum maxime *fer-*

2 Quum ſubſidunt in luſtris; ſedent in tugurio ad inſidias.

3 Quis parat corvo venationem ſuam; quando pulli ejus ad Deum clamitant; errant eo quod cibus nullus?

4 Noſtine tempus partus rupicaprarum? eniſum cervarum obſervas?

5 Nu-

2 כי־ישחו במעונות ישבו בסכה למו־ארב :

3 מי יכין לערב צידו כי ילדו אל־אל ישועו יתעו לבלי־אכל :

4 הידעת עת לדת יעלי־סלע חלל אילות תשמור :

5 תספר

ventem venationem hic deſcribi, cum *artibus circumveniendi*, clareſcet. שחח non tam *incurvari* valet, quam *ſidere*, *ſubſidere*, eodem uſu auctum *Pſ.* 10: 10. מעונות ſunt *Luſtra* ut in *Hieroz. part.* 1. p. 737. monuit ὁ πάνυ: & quidem *prædis convectis referta*; quod diſcas ex *Nah.* 2: 12. ſuccinente *Origine*, de qua ſupra, a عان *juvit omni commoditate*: unde معان מעון, & معانة מעונה *Locus commodus, juvans.* ישב *Sedere* hic non *Languidi*, ſed *agilem ſaltum meditantis*. Idem uſus *Pſ.* 10: 8. & 17: 12. ubi habes כפיר ישב במסתרים *Leunculum ſedentem in latibulis* i. e. *inſidiantem*, & *inſilire paratum*. Apud *Arabes* وثب eſt *ſedit*, & *ſaliit*, *inſiliit*. Hoc *Origini* prælucet. סכה *tentorium*, *tugurium*, a סכך *texuit*, *intexuit*, *prætexuit*, ſic dictum, ſtylus ſublimior pro *Cubili Leonis* frequentat. Vide *Pſ.* 10: 9. *Jer.* 25: 38. ארב *inſidiæ*, jam non a *ſedendo*, ut *Latinis*, ſed a *nectendo* & *nodando*, quod ſub ارب aſſervatum.

Verſ. 3 Quam intempeſtive *Corvos* hoſce ad *Allegoriam* inflexerint Veteres, ſubmonuit *Boch. Hier. part.* 2. p. 203 204. Alia quoque *ibidem* erudite congeſta, quæ loco huic illuſtrando ſunt: p. 205. 206. & 207 ubi quæ amor fabellæ huic purpuræ aſſuit, removentur. ציד *venatio pro cibo*, vel *eſca*, alibi quoque occurrit; eſt tamen ubique grande vocabulum, & heic loci non ſine Emphaſi poſitum. Eſt nempe Avis hæc *carnivora* quidem, ſed tamen *ignobilis*, *ignava*, *imbellis*, nil minus quam *prædatrix*, *unguibus*, & *roſtro*, *vehemens*. Et ei tamen indidit Deus vim, artemque, prædandi; longe diverſam quidem illam ab Aquilarum nobili, ac regio velut, impetu; ſed in quo ſagacitas, & induſtria indefeſſa, ſe exerit; vel potius Naturæ inſtinctus admirabilis, qui huic volucri deſpicatiſſimo, & vagabundo, præ aliis inditus. In verbo ישועו *vociferantur*, rectiſſime *Merc.* indicavit *figuram*, qua *corvi pullos clamore ſuo Deum quaſi Altorem invocare*, innuatur. Non ſatis intellexit Doct. *Schmid.* contra diſputans, & proprie dictum *Clamorem* urgens. Eum nemo excludit; ſed ſacer textus in iſto *Clamore perpetuo* corvinæ ſobolis notari vult *implorationem* quandam, qua *famem* a ſe depelli efflagitet quaſi a Conditore univerſi. An hoc non figuratum? Interrogatio, *Quis parat corvo venationem?* ſic reſolvenda: *Tune is es, qui talem inſtinctum iſti volucri addideris? ejuſque curam geras?* Patet ex *Vſ.* 22. & 29 & 30. ubi in *Regina alitum*, & *ſumma prædatrice*, definitur. *Ordinis rationem* in hiſce aliam non quæro, quam illam, quæ ex generali conſpectu Naturæ miraculorum in Animalibus, & volucribus, relucet. Poſſet quidem aliquid ſubtilius ad hanc ipſam enumerationem excogitari, quale illud, *Leoni animalium Regi*, & *ſummo voratori*, adjungi *voraciſſimum* quoque, & *carnium appetentiſſimum* illum *corvum*, quo nihil *ignobilius* &c. ſed fateor me parum hiſce fidere; in talique argumento optimum cenſere ordinem, qui argutiis exſolutus, libere decurrit.

Verſ. 4. Gratum nobis otium hic facit *ſum-*

5 תספר ירחים תמלאנה וידעת עת לדתנה ׃

5 Numeras menſes, *quos* compleant: & noſti tempus partitudinis earum.

6 תכרענה ילדיהן תפלחנה חבליהם תשלחנה ׃

6 Curvant ſeſe, fœtus ſuos excludunt, dolores ſuos emittunt.

7 יחלמו

7 Va-

ſummus Boch. Hieroz. part. 1. p. 880. &c. & 915. 920. ubi quæ ad *animalium* horum notitiam pertinent, ex pleno fonte haurire dabitur. Cumprimis p. 889 ubi Naturæ conſultos diligenter obſervaſſe oſtendit *Cervarum* conceptus, partuſque, octonis menſibus incluſos, ad ſtatum, fixumque, fere tempus anni. Inde ſubſumit: *Quidni vero id Jobus noviſſet, quod nulli non obvium, & facile intelligi obſervarique poſſit? Reſpondeo, non agi de* otioſa, *&* mere ſpeculativa *cognitione, ſed de ea, quæ* Deo propria *eſt; qua res omnes ſimul dirigit, ac gubernat. Jam vero abſque ſingulari Dei cuſtodia brevi deficeret hoc genus inter mille pericula, quæ vel a venatoribus, vel a feris, illi imminent: ut ipſas* Matres *taceam fœtus ſæpe ſuos in diſcrimen adducere.* Nempe, ut *Chryſoſt* ad ἐφύλαξας *cuſtodiviſtine?* notavit, *cervinum genus ſemper in metu, in fuga, in ſaltu, in periculo abortiendi.* De *Ibicibus Rupicolis* idem hocce cuivis longe periculoſius adhuc occurrit. Accedit difficillima Lucina, quam tamen ſingularis providentia expedit, ſublevatque, ut p. 890. 891. docetur. Apparet cur tam ſignanter, & deſcripte, de *partitudine harum ferarum*, quæſtio moveatur. Cl. *Schmid.* verba לדת & חולל reſtringit ad *conceptum*; quod de *partu* demum *V. ſ.* ſeq. agatur. Vellem uſus illos exemplis adſtructos; ſine quibus id nec firmum, nec tutum. Joculare eſt, quod quum *Calvin. Conc.* CLI. haud dubie, Gallico ſermone uſus, dixiſſet *Chamois*, *Rupicapras*, Interpres eas transformarit in *Chameaux*, *Camelos*. Labeculam magno nomini obiter demendam duxi.

Verſ. 5. Minus ad *Scopum* facit, quod *Merc.* aliique hic habent, *Difficile eſſe momenta partus horum animalium ſcire* &c. In nullo, credo, id facile. Magis eſt, ut hæc *Numeratio Lunarum* referatur, ad *Statum illud tempus*, quod huic generi præ aliis aſſignatum; & quidem *numeratio*, quæ *Dominum* arguat *Naturæ*. Optime *Schmid. Num tu Ille es, qui definis menſes, quos cervæ uterum geſtantes obſervant; facisque, ut tam accurate numerum teneant, quaſi & ipſæ numerare poſſent?* Quorſum hæc? Ad *ſolertiam incredibilem*, quam Deus, etiam *brutis, feriſque animalibus*, *inſeminavit*; quæque omnem *ſapientiam* humanam vincat, & longo poſt ſe relinquat intervallo.

Verſ. 6. Ad *difficultatem partus* hæc communis refert calculus. Cl. *Schmid.* contra *facilitatem* deſcribi cenſet. Utriſque ratio conſtat: nam pingitur *difficultas*, ut ſic dicam, *facillima*; ſive *Lucina gravis*, & *brevis*, ſimul. Utrumque verborum ſtructura & natura declarat. *Celeritatem* quidem *Aſyndeton*, *incurvantur, findunt fœtus, dolores mittunt:* ubi ſentis vim Lucinæ expeditiſſimæ. Nodoſiſſimam eandem inculcant, verba aſpera, *Curvantur;* תכרענה ut 1 *Sam.* 4: 19. Eſt, *in extremas partes corporis cum niſu procumbere*; كرع. Hinc *Cocc. connituntur.* Gravius adhuc *fœtus ſuos* תפלחנה *diffindunt*, id eſt *findendo excludunt.* Connixit ὁ πάνυ *pag.* 982. quum hoc *prorſus coactum* pronunciat; *ſibi calculum hæſurum* adjiciens, *donec meliora ſuccurrant.* תפלטנה pro תפלחנה ſubſtitui, aut hoc pro illo poſitum cenſere, merito improbat: ut & ineptam R. *Levi* gloſſam, quæ *fœtus eliſos* & *contritos* inter pariendum obtrudit. Cl. *Crom.* ad *partus facilitatem* adducit فلح in 4. *felici ſucceſſu uſus eſt.* Ea notio ſecundaria, huc minus faciens. Primaria eſt, *ſulcavit, diſſecuit.* Inde grandi cothurno formatum, *effindunt, effringunt, fœtus ſuos.* Habes, quam dixi, *parturitionem gravem*, ſed *promtam.* Confer Cl. *Schmid.* qui in *diffiſſione* notat *miram partus celeritatem.* Cl. *Cler.* etiam recte monuit, nil obſtare, quo minus verbum in *Pihel* exponatur, *per fiſſuram emitte-*

7 Valeſcunt fœtus earum; adoleſcunt in agro; exeunt; & non redeunt ſibi.

8 Quis

7 יחלמו בניהם ירבו בבר יצאו ולא־שבו למו׃

8 מי־

tere. Mallem dixiſſet *findendo emittere*, ad *violentiorem niſum* exprimendum. Adde, ſi tanti, quæ olim dedimus, in aliis verbis *findendi*, ad *partum* tralatis. Poſterius etiam diſtrahit, & diſtrahitur. *Merc. Termina* ſive *dolores ſuos emittunt*, i. e. *fœtus cum doloribus ſuis ejiciunt a ſe, & foras emittunt.* Addit argutiam R. *Levi*, de *doloribus ablegatis* quaſi, *& in vanum abeuntibus*; *quod non adjutent partum totis viribus connitendo.* Hæc plane contra mentem loci. Alii ſimplicius *dolores dimiſſos* intelligunt; quibuſcum facit *Boch.* itemque *Schmid.* quod *fœtu excluſo*, *dolores multos non ſentiant.* Negat *opus eſſe, ut tropice de* fœtu cum doloribus edito *exponatur.* Si ſola *facilitas pariendi* deſcriberetur, ſane opus non eſſet: nunc *ſumma* ſimul *difficultas* exigit ut חבלים ὠδῖνας iſto *tropo* augeamus. Apud *Græcos* nil tritius. *Eurip. Jon.* 45.

Λαθραῖον ὠδῖν' εἰς Θεῶ ῥίψαι δόμον

Clandeſtinum dolorem partus in Dei projicere domum.

Item *Æſch. Agam.* 1427.

Ἔθυσεν αὐτῶ παῖδα, φιλτάτην ἐμοὶ
Ὠδῖνα —— ——

Mactavit ſuam ipſius natam, chariſſimum mihi
Dolorem partus —— ——

Apud *Arabes* idem multo frequentiſſimum. In *Diw. Hud.*

اتيتهم بمسقطة الاحبال

Ingruo in eos malo, quod dolores facit prolabi.

Similiter in *Hamaſa.*

داهية تبيل الحواصن احبالها

Calamitas, quæ mejere facit matronas dolores ſuos.

i. e. *iis fœtus abortivo partu excutit.* Eſt idem vocabulum חבל, quod proprie *vinculum*, *funem*, notat; mox *dolorem*; inde *dolorem partus*; & tandem ipſum *fœtum.* Habes iterum characterem ſupra indicatum; nam חבלים *foetus multo dolore editi*, ſignat *difficultatem*; ut *facilitatem*, vel *promtitudinem*, verbum שלח *emittere.* Subeſt ſimul ſpecies *Oxymori*, nam חבל *dolor ſtringens*, & שלח *laxatum dimiſit*, ſunt contraria, in unam ſententiam venuſte nunc contexta.

Verſ. 7. Verbum יחלמו ex *Syriaco* uſu *convaleſcendi* illuſtratum dedere Docti Interpr. *Hebræis* quoque domeſticum fuiſſe, patet ex *Eſaj.* 38: 16. Minus accurate *Vulgat. Separantur filii earum*; & LXX. ἀπορρήξουσι τὰ τέκνα αὐτῶν. Apud *Arabes* خلم inter alia deſignat مربض الظبي او كناسها *cubile Dorcadis*, *aut latibulum ejus*; ubi *apud Matrem convaleſcit* forte, & *robuſtior fit.* In *Camuſo* etiam per *Adipem* exponitur. In *Originem* Thematis חלם penitius inquirendum. *De Pined.* notat, *ſpiſſitudinem*, *condenſationem*, & *concretionem*, ei ſubeſſe, atque inde ortam vim *ſomniandi* partim, *ex humoribus concreſcentibus*, partim *pingueſcendi.* Hæc diſcutientur alias, ſi fata ſinant. Circa בר divergium; aliis ex *Syriaco* iterum uſu *agrum*, *deſertum*, dantibus; aliis, *frumentum.* Poſterius amplexi *Chald. Merc. Piſc. Belg. Cocc. Schmid.* Prius tenent R. *Levi*, *Pagn. Jun. Boch. Reim.*

8 מי־שלח פרא חפשי ומסרות
ערוד מי פתח׃

8 Quis dimiſit Onagrum liberum? & vincula Aſini ſylveſtris quis ſolvit.

9 אשר־שמתי ערבה ביתו ומשכנותיו
מלחה׃

9 Cui poſui ſolitudinem Domum; & habitacula ejus ſalſuginoſam.

10 ישחק

10 Ri-

Reim. Apud *Arabes* بُرّ eſt *Triticum* a *puritate*; & بَرّ *Ager*, *campus purus*, & *patens*. Eſt notio, ut apparet, *Hebræis* jure poſtliminii reſtituenda, ac proinde non eſt cur nomine peregrinitatis poſtponatur. Quod ex بِرّ *pietas* tentabam olim, minus nunc ridet. *Boch.* ſic diſtinguere mallet, ſi per *Maſorethas* liceret: *valent catuli eorum*, *creſcunt*, *foras exeunt*, *neque ad ipſas revertuntur.* Ei בבר eſt *foras*, idque, *extra luſtra*, aut *ſpelæa*, *in quibus mater eos pepererat*, *aut lactaverat.* Mihi *Maſorethica* interpunctio tutior non ſolum, ſed & plenior; ut ſit, *Adoleſcunt foras*, *per agros diſcurſantes*; & *victum ſibi ſuum quæritantes.* Hactenus quidem ductu, auſpicioque, Matris: ſed mox, ea deſerta, *longius evagantur*; & ita *exeunt*, *ut non redeant ſibi.* למו elegantius ad *Hinnulos* reflectitur, quam ad *Matres*. Deſignatur *fiducia* qua *ſibi* jam ſatis placent, ſuique juris eſſe volunt.

Verſ. 8. In genere quidem de *Feris* nonnulli vocabula פרא & ערוד interpretati; ſed potior ſententia eorum qui *Onagrum* denotari ſtatuunt. Prius *Arabibus* tritum pro *Laliſione* potiſſimum. *Camus* الغفرا حمار الوحش او فتيه *Aſinus ſylveſtris dicitur* פרא, *vel & pullus ejus.* Non ergo ſupervacuum alterum ערוד *Arod*, nec cum *Ill. Grot.* colligendum, eſſe *aliud animal*, *non multum tamen differens.* Hoc *Codurc.* in *Alce* quæſivit. *Boch.* qui *Onagrum* retinet, *Hier.* 1. p. 869. a *Ruditu* confictum putat, per *Onomatopœiam.* Non ſperno: ſed nec abhorret a فرّ *fugit*, proprie *micuit*, *emicuit*, *celeriter proſiluit*, nomen impoſitum. Prius פרא a *currendo* item ductum, obſervante Viro Magno, p. 808. *ibid.* ex *Syriaco* פרי. Addere fuiſſet *Arabum* فري *ſecuit*, *fidit*, & ſecundario *trajecit*, *celerrime pervaſit*, *tranſcurrit.* Scias quoque, *Hebræum* פרה *fructum tulit*, & פרי *fructum*, a *findendo* deſcendere. Eſt animal *unum* omnium *libertatis amantiſſimum*, & *prorſus intractabile.* Lectiſſimis formulis hic expreſſus ille *Libertatis nullas leges patientis*, *aut ſubeuntis* unquam, *amor.* Huc pertinent & ea, quæ ad *Cap.* 11: 10. prolata. Plura dabit ὁ πάνυ in *Hieroz.* 1: 871. *Natura domari neſcia*, ſi locum hic promeruit, ut rogaretur Noſter, *num ipſe tam mirabilem indolem iſti animali indidiſſet*,? Ex mente *Merceri* huc Quæſtio redit; *Non eſſe quod Homo inquirat conſilia Dei*, *cur hoc aut illud ita fecerit*; *aut cur alios* hominum *leniores & manſuetiores*; *alios feros*, *indomitos*, & *truculentos eſſe patiatur* &c. *Hos ſuavius tractet*, *illos affligat. Hæc omnia pendere ex Ejus voluntate*, & *inexhauſta providentia*, *cujus ratio magna ex parte fruſtra ab homine inquiratur.* Ad *Allegoriam* hæc vergunt nonnihil. Qui hoc genere delectatur, reperiet in *Philipp. Gloſſ. Ordin. Lyran.* aliiſque, quo ſe exſatiet. Noſtra ratio ſic habet, *Tu qui Deo temet æquas*, *cum eoque contendere ſuſtines*, an vel *Libertatem unius animalis minuere poſſes*, *idque tibi obnoxium reddere*? Plenius infra reddetur.

Verſ. 9 Preſſius inſiſtitur in *feritatem manſuefieri neſciam.* Nempe Deus ipſe *poſuit ſolitudinem domum ejus*: i. e. hanc ei *indolem inſevit*, *ut non alium patiatur Larem*, quam *ſola*, & a conſortiis hominum remota, *loca.* Hinc

10 Ridet ad tumultum urbis; clamores exactoris non audit.

11 Circumluſtratio montium ei paſcuum eſt: & omne viride ſectatur.

12 Voletne Bos ſylveſtris ſervire tibi? num pernoctabit ſuper area tua?

13 Num

10 ישחק להמון קריה תשואות נגש לא ישמע:

11 יתור הרים מרעהו ואחר כל־ירוק ידרוש:

12 היאבה רים עבדך אם־ילין על־אבוסך:

13 התקשר

Hinc titulus ille פרא בודד לו *Hoſ.* 8: 9. *Onager ſolitarius ſibi*; de quo *Boch.* H. 1: 870. Eadem granditas, & venuſtas, Figuræ, in משכנות *Tentoria*, *Habitacula*, quæ in *ſalſuginoſis* & *vaſtiſſimis* deſertorum ei Divinitus præfixa.

Verſ. 10. Non una via explicationis patet. *Merc.* I. *Etſi magna hominum turba adverſum ſe conveniat*, *non timet*. Id ſecutus fui in *Juvenil.* ad *venationem* omnia referens. Nempe non niſi ex *inſidiis capi* poteſt, & omnem aliam *venationem* eludit, *Onager*.

بشاو له ضريم الحريق
او شقة البرق في عرض
خال
يمر كجندلة المنجنيق
يرمي بها السور يوم
القتال

Effuſo curſu, cui ardor incendii flagrans,
Aut fiſſio fulminis per latitudinem nubis.
Tranſitque, ut lapis e catapulta,
Quo quatitur murus, die oppugnationis.

Sic Poëta vetus in *Diw. Hul.* Plura excerpere non vacat. Addit *Merc.* II. *Vel*, *Ei volupe eſt*, *in deſertis agere*, *nec frequentia Civitatum movetur*, *ut illic eſſe velit*, *ut pleraque animantia cum hominibus verſari conſuevere.* Cl. *Schmid.* III. *ſe malle* ait, *Onager ridet alia animantia*, *quæ in ſtrepitu urbis vivere conſueverunt*, *& eundem patienter ferunt*, *quum tamen ſit mera ſervitus.* Non video magnum diſcrimen. *Boch.* H. 1: 877. ſimile habet; inferens hinc, *Onagrum ſervitutis immunem vivere*, *& a nullo operis exactore increpari* &c. Huc plurimus tendit calculus; cui acquieſco; quod plenius quid adferat, quam *num.* I. quodque נוגש Ἐργοδιώκτην ſonet certiſſime, *verbo*, & *verbere*, *urgentem.*

Verſ. 11. Aliquid ſcrupuli objicit vox ſolivaga יתור. Veteres fere a *Rad.* תור *luſtravit* in *fut. Kal* accepere: ut LXX. κατασκέψεται &c. & *Vulg. Circumſpiciet montes paſcuæ ſuæ.* Similiter *Chald.* aliique. At *Merc.* nomen eſſe, non verbum, colligit ex *Jod Schevato*, quod alias יָתוּר ſcribendum fuiſſet. *Jod* tamen ei ſervile, ut יתור, a תור, ſit *inveſtigatio*, *exploratio montium*, h. e. *id quod per montes hac illac perquiritur.* Germanum in יקום *ſubſtantia*, a קום. Ad radicem יתר reſpexit Cl. *Cler.* *Abundantiam montium* reddens. Idem *Codurco* in mentem venerat, qui *ſuperfluum* maluit, *Herba quæ non ſecatur*, *ſed neglecta per montes diſperit.* Mihi medium videtur elegantius: nec durum, ſtylo altiore, *Circumluſtratio montium*, pro *Herba luſtrando undique conquiſita.* Quum tamen מרעה *paſcuum* potius adferat, quam *pabulum*, grandius concipere licet, *Circumluſtratio montium paſcuum ejus.* Animal vagabundum *quicquid eſt montium oberrare* amat, atque *hoc* longe, lateque, diffuſum *paſcuum a me accepit.* תור in *Origine* eſt *circuire*, *circumluſtrare.* Sequentia hunc adſpectum firmant.

Verſ. 12.

Verſ. 12. Magna eſt, & manebit forte, quæſtio, quodnam Animal vocabulo רְאֵם deſignetur. Ejus *indomita vis*, & præſertim *cornu formidoloſiſſimum*, anſam plurimis præbuit l. cogitandi cum LXX. de *Monocerote*, apud veteres nobilitato, *aſperrima fera cui nigrum cornu duum cubitorum e fronte protendi* referunt *Plin. Solin.* &c. eam *capi non poſſe* addentes. Nempe *capi non potuit*, *quæ nuſpiam inventa*, fera fabuloſa, ea ſaltem, quam Antiquitas *Monocerotis* nomine poſt *Cteſiam* fabulatorem concelebrat: nam *unicornia*, μονοκέρωτα, alias dari animalia, dubium non eſt. Hæc in *Hieroz.* 1: 930. & ſeq. copioſe diſcuſſa. Videndus & *de Pined.* qui II. cum *Hieron.* tenet *Rhinocerotem.* Hunc amplexi etiam *Steuch. Pagn. Forer. Marian.* aliique. Renititur *Boch.* H. 1: 958. his ductus argumentis. 1. Quod *Judæis* & *Arabibus* hoc animal ignotum fuerit. Nempe & *Ariſtoteles* illud ignoravit: primuſque ejus notitiam dedit *Agatharchides* ſub *Ptolomæo ſexto*; poſt quem *Artemid. Diod. Sicul. Strab. Ælian. Oppian. Pauſan.* pluribus. 2. Quod *Rhinocerotis cornu* ſit *depreſſiſſimum*, tam *ratione ſitus*, quam *molis*; quum תל ראם *Cornu excelſum* addatur, *Pſ.* 92: 11. *Boot. Animadv. Sacr.* L. 3: 1. obſervat 3. *Rhinocerotem*, utut *difficulter* dometur, *domituram tamen haud in totum reſpuere.* Id levius judicat quidem *Boch.* non tamen omne momentum ei detraxerim. Nec omittendum 4. non *Cornu* tantum, ſed & קרנים *Cornua* tribui תל ראם *Deut.* 33: 17. quamvis *Merc.* aliique per *Enallagen numeri* difficultatem expediri poſſe putent. Doct. *Boot.* A. S. L. 3: 1: 8. obſervat III. loca pleraque vocare ad *Belluam bubulo generi adfinem*, quod *Reëmi*, & *Boves*, ut *animalia cognata* ferme veniant. *Deut.* 33: 17. *Pſ.* 29: 6. *Eſaj.* 34: 6. 7. quin & *Pſ.* 22: 13. 22. Hinc colligit ſatis ſpecioſe, eſſe *Bovem ferum*; & quidem illam *ſpeciem*, quæ *cornuum magnitudine* & *robore* diſtincta. Removet itaque *Bonaſum*, quibus ἄχρηστος τῶν κεράτων ἡ ἐξοχὴ ut *Ariſtot.* monet, quod *ea gerat incurva*, *verſus ſe invicem inflexa*, *& defenſioni parum utilia.* Removet & *Biſontem*, quod *ferociſſima* quidem, & *cornibus altis*, ac *robuſtis*, inſignis, *cicuretur* tamen, & *feritatem exuat*; quum *Reëmum* nunquam *manſueſcere* inſinuetur in contextu noſtro; ubi recte ſubmonet oppoſitionem inſtitui *inter Bovem domeſticum*, *hominis* in *Agricultura ſocium laborioſiſſimum*; & inter huncce *ſylveſtrem*, ac *ferum*, qui *cervicem jugo ſubdere* neget. Concludit proinde ad *Uros*, quibus *indomitam* plane *feritatem* tribuit *Cæſar*; quibuſque *Taurina cornua in tantum modum protenduntur*, *ut ob inſignem capacitatem inter Regias menſas potuum gerula fiant*, &c. ut *Solin.* loquitur; ex *Plin.* qui *Barbaros ſeptentrionales Urorum cornibus potare*, *urnaſque binas unius capitis cornua implere* ſcripſit L. 11: 37. Ab hac ſententia diſcedens *Boch* IV. ut *Orygibus* locum faceret, has *Bootio* oppoſuit rationes. 1. Quod *recentior* ſit *notitia Urorum*; quos, in *Hercyniæ ſylvæ intimis ſaltibus conditos*, ante *Cæſarem* nemo ne fama quidem acceperit. 2. Quod ſolus *Septentrio* eoſdem alat: alios enim eſſe *feros boves* quos *India*, ut & *Troglodytica* regio, alere narretur. 3. *Biſontes* non minus *indomitos*, quam *Uros.* 4 Quod *Arabum*, *Chaldæorum*, & Veterum *Hebræorum*, communi ſuffragio ראם vel רים in *Caprearum cenſu* ſtet. *Arabibus* videlicet رئم *med. Eliph*, ſive *Hamzata*, eſt *caprea ſinceræ albedinis.* Item *Syrum* & *Chaldæum* רימא vel רימנא reſpondet תל רישון in *Lege*, quod eſt *genus capreæ.* Ex *Thalmudicis* porro eadem notione confirmata, *necdum* tamen *rem confectam* fatetur, quod in *Caprearum* genus haud quadrent, quæ Scriptura de *Reëmo* tradit: quum *Capreæ* ſint *imbelles*, *imbecilles*, *ab aratro* æque *immunes*, ac capræ domeſticæ, & *cornibus* non adeo *conſpicuæ*, vel *robuſtæ*, ut in proverbium mitti potuerint. Falſus ergo *aquam* ſibi *hærere*, & *conjecturis agendum*, ubi *certæ probationes* deſint; ad *Orygem* ſe convertit, quem *ſævum* appellarit *Martial. L.* 13: 95. quemque *Oppian. Cyneg.* 2: 445. deſcribat, ut *feris ipſis formidoloſum*, ob *cornua alta*, *nigra*, *omni ferro*, *ære*, *ſaxo*, *duriora*, quo *Apros*, *Tauros*, *Leones* ſubſiſtere, & excipere, audeat. Vide *Hieroz.* 1. 968. & ſeq. Hæc, utut ſpecioſa, aſſenſum non impetrant. Nam 1. ipſe Vir Magn. ſibi objicit, *Orygem* eſſe *animal peregrinum*, æque ac *Rhinocerotem*, & *Urum.* Gravius 2, quod ipſe quoque attigit, ראם eſſe *animal bovi congener.* Eo argumento *Bootium* pro *Uro* nixum vidimus. Reſpon-

pondet ὁ πᾶν, *Cervinum genus* aliquid *commune* habere *cum natura bovis Sylveſtris*; atque propterea *Arabes* nomen البقر الوحشي *Bovis feri* etiam *Cervis* impoſuiſſe. Hoc eſt vitare ictum, non frangere. Non ſatisfit certe 3 noſtro textui, cujus tota ſeries poſtulat animal *Bovi aratori* non *nomine*, ſed *corpore*, & *univerſa ſpecie*, ſimillimum. Mitto reliqua. Coactum quoque, & dilutum 4. quod *Num.* 23: 22. & 24: 8. exhibet, ad תועפות ראם לו *Vires*, vel *elationes*, *Reēmi ſunt ipſi*; q. d. *Tam eminebit hic populus inter reliquos populos*, *quam eminet Reēm inter reliqua Caprearum genera.* 5. Non conſtat adhuc, idemne ſit *Oryx* ille *indomitus Oppiani*, cum *Oryge* minore, quem *Plin. Colum.* aliique indicant. Saltem 6. ريم *Dorcas candida*, צבי ظبي, ſi jam ad *Orygem* latius ſe diffundere detur, de quo non liquet hactenus, non adfert illud *capitis*, *corporiſque proceri*, *robur*, quod ubique ex ראם elucet. An ergo cum Ill. *Ludolf.* in *Comm.* ad *Hiſt. Æthiop.* p. 155. ad *Rhinocerotem*, quem *Bovem Æthiopicum* appellat *Pauſan.* revertemur? Haud tutum; nec digero *Deut.* 33: 17 *Cornua Rhinocerotis cornua ejus*, reſolvi per *Periphraſin ſubſt.* pro adj. ē. in *Rhinocerotina.* Sic gratia Emblematis offuſcatur, & a ſimplicitate naturæ diſceditur. Appellatio *Bovis Æthiopici* æque juſta, ac *Bovis Lucæ*, vel *Lucani*, *Elephanto* indita a *Romanis*, quum *Pyrrhus* eas belluas cum Bello in *Italiam* tranſportaſſet. Hæc obſtant iis quoque, qui *Monoceroti* hoc accommodare coacti, *Enallagen numeri* adſciſcebant. Magni item ſcrupuli impediunt, quo minus ad *Bootii* ſententiam accedamus. Id tamen in illa laudo, quod *Bovini generis Animal* tenendum urgeat. *Urum* Septentrioni ſuo relinquo; & in *Reēmis* illos potius V. *Boves feros* agnoſco, quos *Syriæ*, & *Arabiæ* deſerta nutriunt. Hos vel *Biſontes* nominare poſſis, vel *Bubalos*, latiore illo uſu, in quem id vocabuli nunc immiſſum. Apud *Arabes* crebra mentio البقر الوحشي *Bovis feri*; qui & الثور الوحشي *Taurus ferus*; & abſolute الوحشي *Ferus*, per Excellentiam: alias نمش, quod *albis nigriſque maculis* ſit *diſtinctus* fere. *Femellæ* nomen generale البقرة الوحشية vel بقرة الوحش *Bos fera.* A *nitidiſſimo candore* المهاة, & النعجة, nam utraque Radix adfert, *nituit præ candore.* Alias appellationes non exequor. Tantum monebo elegantem *Bubali Africani*, & *Syri*, deſcriptionem dediſſe *Bellonium Obſ.* 2. 50. quam *Boch. Hieroz.* 1. 283. adtulit, cum vocabulo الحماري *Bos ſylveſtris* & الحمارية *vacca ſylveſtris*, unde מריאים ibidem illuſtratur. Cum hac contendas velim eam *Juvenculam Sylveſtrem*, quam in *Ægypto* a ſe ſpectatam narrat *Proſp. Alpin.* L. 4. *Cap.* 9. *Rerum Ægypt.* ubi hoc genus *facile cicurari* adjecit. Contrarium obtinet in *Arabicis Bubalis*, quibus *indomitam feritatem* attribuunt Poëtæ gentis, tam multi in eorum *venatione* deſcribenda, & *imaginibus* ab eorundem *forma*, *decore*, *robore*, *curſu rapidiſſimo*, *frontis honore*, *cornuum terrore*, transferendis, ut frequens & nobile eſſe genus in *Arabia*, evidentiſſime appareat; quum de eo loquantur, ut *deſertorum*, *montiumque*, *ſuorum* nemini ignoto *incola.* Egregiam talis *Bovis* deſcriptionem dat *Ommia Abi Ajides* in *Diw. Hud.* ubi inter alia extat.

هجان السراة ترى لونه
كقبطية الصون بعد الصقال
حديد الغناتين عبل الشوي
لهاق تلالؤه كالهلال

Albus medium dorſum, cernas colorem ejus
Ad inſtar Sindonis bene cuſtoditæ poſt polituram.

Acu-

Acutus geminam haſtam, toroſus membris;
Candicans, oculo Lunæ inſtar micante.

Submonet *Schol.* Tauri illius *Cornua* hic appellari *Haſtas:* unde promtum de eorundem *proceritate* & *robore* judicium. In eadem *Antholog. Hudeil.* eſt carmen *Moleichi*, cujus hoc initium. *O Maija, ſi deſideras prolem tibi raptam; at Tempus Raptor eſt.*

يا ميّ ان سباع الارض هالكة
والعُفْرُ والعِيْنُ والآرامُ
والناس ✿

O Maija! Feræ terræ pereunt,
Et Dorcades, & Bubali magnis oculis,
& Reëmi, & homines.

Subſumit deinde

يا ميّ لن يعجز الايام
ذو خدم
بمشمخرٍّ به الظيّان
والاس ✿
في راس شاهقة انبوبها
خصر
دون السماء لها في الجوّ
قرناس ✿

O Maija, non effugit dies fatales *albedine pedum conſpicuus* Bubalus,
In monte celſo ubi Jaſminum & mel Sylveſtre.
In Capite verticis, cujus ſemita frigida
Proxime cœlum, cum Naſo per aërem prominente.

Notat ibi *Scholiaſtes*, خدم *Metacarpia* vocari البياض المستدير في قوايم الثور *Albedinem quæ cingit pedes Tauri.* Horum *genus ferum* Poëta nomine عين עין *Magnis oculis præditorum* deſignarat in verſiculo priore. Iis adjecerat آرام *plur. fr.* pro ارآم a *ſing.* رِئْم, quod eſt רְאֵם pro רְאֵם, pro quo & רֵים, cum *plur.* רֵמִים, exaratur. Idem *Schol.* vocem illam declarat البيض من الظباء *Albicantes Dorcades*; ſed magna me tenet ſuſpicio ת רِئْم latius patuiſſe, & *Candicantes Bubalos* quoque ſub ejus ditione contineri. Ordo verſus illuc vocat. Habeo & alia indicia ejuſdem uſus latioris, quæ hic promi nequeunt. Concludo tandem, nihil veriſimilius, quam ראמים denotare *Bubalos præ pinguitudine nitentes*; a ראם رام *coaluit*, & *conglutinata fuit res.* Succurrunt hac occaſione ראמות *Cap.* 28: 18. *de Curaliis* explicita: quibus a *Conglutinatione* forte nomen inditum. De *Etymo* tamen nondum liquet: nam & a רום ob *altitudinem cornuum* ſatis commoda derivatio. Amplius.

Ibid. Vel hæc *pericopa* adeo inſignita pro *Bove fero*, ut *Animal* aliud in conjecturam veniſſe cuiquam, mirari ſit Tranſitus certe ab *Aſino Sylveſtri*, *clitellas reſpuente*, ad *Bovem ferum* item *jugi haud patientem*, quantumvis ei unice videatur aptus, nec *Rhinocerotem* admittit, nec *Orygem* adeo, quos *labori ruſtico* nemo admovere vellet, puto, etiamſi eos edomare valeret. Diverſior etiam *forma*, & *indoles*, utriuſque, quam ut luculenta hæc amplificatio iiſdem accommodari queat. *Bos* ſit oportet, ſed *efferus*, & *indomitus*, qui *bovina miniſteria* ſubire velle negatur. Quæ *de Pined.* ad convenientiam *Bovis*, & *Rhinocerotis*, adſtruendam, habet, ſemet deſtruunt; quum ad *Antitheſin* mox recurrat.. De *Oryge* adhuc impeditior res eſt; nec debuiſſet ὁ πάνυ tantam difficultatem tam levi brachio expedire.

 Pul-

13 Num ligabis Alticornem in ſulco, fune ſuo? num offringet valles poſt te?

13 התקשר־רים בתלם עבתו אם־ישדד עמקים אחריך׃

14 Num

14 התבטח־

Pulcherrima phraſis, *Num approbabit ſervire tui*? vel, *ſervitutem tuam*? in verbo עבד ſpeciatim *culturam terræ* nunc reſpici, recte notavit *de Pined.* adducto & hocce *Cic. de Nat.* 2. *Quid de bobus loquar, quorum cervices natæ ad jugum: tum vires humerorum, & latitudines, ad aratra extrahenda?* Poſterius Colon, *Num pernoctabit ad præſepe tuum?* ſcrupulis quibuſdam premi, olim monui. Cl. *Guſſ.* אבוס *Aream* potius ſignificare, veriſimile fecit; coactius tamen exit, quod ſub לון adfert, *An murmurabit contra aream tuam? in ipſa* ſcil. *ſervitutem pati adactus.* Tentabam, *Num facilem*, obſequentem, *ſe præbebit ſuper area tua*? Apud *Arabes* oppoſita ſunt خشن *Aſper fuit*, quod de *refractario indomitoque*; & لان לון *mollis fuit*, quod de *domito*, *jugique patientiſſimo*, celebratur. *Haririus Conſ.* 4. من حكم بان اللين وتخشن *Quis ſententiam tulit ut ego mollis ſim*; & obſequens; *tu aſper*, & retractarius? *Pernoctandi* originem hinc pendere, aliquando ſuſpicatus ſum. Necdum tamen res ad liquidum mihi perducta. Si אבוס eſſet *præſepe*, retinerem potius *pernoctationem*; nec moverent me ſcrupuli a Cl. *Guſſ.* injecti ex conſtructione cum על; itemque ex eo, quod *jumentum non ſerviat ad præſepe*; *ſed in area*: nam utique *ſervitutem* fatetur, quum *ad præſepia* ſe *religari* patitur, & demenſum accipit. Stare etiam poſſit, *Num pernoctabit ſuper area tua*? Nempe Orientales *demeſſas fruges non domum in horreis convehunt*, *granis nondum excuſſis*, *ſed in Aream quandam ſub dio comportant*; *deinde ſparſis per* Aream *manipulis frugum*, Boves & Bubalos *immittunt*, *qui dum pedibus ſubiectas fruges proterunt*, *grana nullo negotio ariſtis excutiuntur.* Ita *Leuncl.* in *Turcic.* p. 234. Morem pluribus illuſtratum dedit *Boch.* H. 1: 311. 312. & 301--303. Hos *Bubalos* cave cum noſtro ראם confundas. Eſt *genus medium* inter *cicures*, & *ſylveſtres Boves*, quod *aratro*, & *reliquo operi ruſtico*; etiam admovetur; docente *Geſnero.* Confirmamur & hinc in ſententia expoſita; nemo enim *Reêmum* vidit *triturantem*, quum tamen *Bovi* & *Bubalo* iſti ita ſit cognatum animal, ut idem eſſe videatur. Ab *Area* autem *domituram* auſpicatur Sacer textus, quod *vitulos operi ruſtico* hinc fere *initiari* ſoleant Orientales. Egregius in hanc rem locus *Hoſ.* 10: 11. *Ephraim vitula eſt aſſuefacta*; *amat triturare.* Nempe *larga* tunc illis *ſagina*, unde עגלי מרבק *Vituli in area revincti collo ad triturandum*, pro *nitidiſſimis*, & *præpinguibus*, in proverbium abivere. Adiſis *Hieroz.* 1: 302.

Verſ. 13. Satis libere *Hieron. Numquid alligabis Rhinocerota ad arandum loro tuo? aut confringet glebas vallium poſt te*? Defendi utcunque poſſet ex *Arabiſmo*, quo *ſuo* valet *tuo*, ſive 3 *Perſ.* pro 2. uſurpatur. Idiotiſmus eſt, quem ad *Cap.* 18: 4. ſupra indicavi. Hic tamen minus quadrat: & rectius *Pagnin. Numquid ligabis* eum *in ſulco fune ſuo*? Eſt *Ellipſis*: ad quam vitandam R. *Levi* ſtruxit, *Num ligabit eum in ſulco Lorum ejus*? Obſtat genus. Exquiſitius quod dedit *Cocc.* cum aliis, *Num vincies eum ad ſulcum funis ſui*? i. e. *ut ſulcum agat ſecundum eum funem quo tu eum regas*? Bona phraſis, *ſulcus lori ejus*, pro, *qui ad lorum moderatoris ducitur recta linea*, abſque ut quicquam *deliretur*; ſive a *lira deflectatur.* In eundem ſenſum ſe porrigit poſterius, *Num* ישדד *occabit valles poſt te*? A שדה derivat *Merc.* quaſi *agrare* dicas, i. e. *complanare.* Coactum. Longius adhuc adducta Cl. *Guſſ.* conjectura, שד *Mammam* conferre jubentis, quod in *arando ita terra diſponatur*, *ut* תלמים *ſint tanquam mammæ proferentes alimentum.* Non

14 התבטח־בו כי־רב כחו ותעזב אליו יגיעך׃

14 Num confides ei, quia multus nervus ejus? eique mandabis laborem tuum?

15 התאמין בו כי־ישוב זרעך וגרנך יאסף׃

15 Credeſne ei quod revehet ſemen tuum? & aream tuam comportabit?

16 כנף־רננים נעלסה אם־אברה חסידה ונצה׃

16 Ala Struthionum exultabunda: eſtne penna pietaticultrix, & pluma?

17 כי־

17 Nam

Non ignoro *Divitis uber agri*; ſed hanc imaginem ſub שרד multa abnuunt. Debuiſſet ſaltem notio paululum immutari, & ab *occatione* revocari ad *iteratam proſciſſionem.* Nempe *quum primum terra aratur, proſcindere vocant ruſtici: quum iterum, offringere.* De *pingui gleba* notat *Colum:* eam *proſcindi*, & dein *iterari*, ac *tertiari.* Hebræi primam *arationem* vocitarunt פתח *Eſaj.* 28: 24. *incidere ſulco:* cum quo ibi connexum שרד ducit ad *iterationem.* Eadem vis pellucet *Hoſ.* 10: 11. Pro *Occare* ergo ſubſtituere ferme auſim *offringere.* Apud *Arabes* سدد eſt *direxit*, *recta collineare fecit.* Eo nil ſimplicius pro *iterata* hac *ſulcatione.* עמקים *valles* retineri ſenſu proprio nil impedit; grandius tamen erit, ſi *profundiores ſulcos* ſic appellatos ſtatuamus. Verterant ſic Doct. *Tigur.* nec *Merc.* aliud intendit, quum ait, *convalles* vocari *porcas in terra factas arando, quibus ſulci ſubſint demiſſiores.* Minus accuratum tamen, quod *porcas*, i. e. *prominentias terræ in ſulco*, dici putet *valles*, quum *ſulcis* ipſis demum, ſive *liris*, & *foſſis*, iſta appellatio conveniat. עמק عمق *profundus fuit*, huic *Schemati* favet. Qui *valles* proprie ſumtas tenent, eas ad *difficultatem. arandi* referunt partim, partim ad *facilitatem.* Poſterius tenet *de Pin.* cui *glebæ vallium*, ſunt *mollioris terræ*; in qua *vituli aratro aſſuefieri* ſolent. Docte illuſtravit ex *Colum.* L. 2. ubi *modus*, quo *boves ſub jugum mittendi*, præſcribitur. Inde expedit etiam nodum, quem אחרי *poſt* nectit; non *præcedit* enim Ruſticus *bovem aratorem*, ſed *ſubſequitur:* at quum *vitulus domandus*, & *aratro aſſueſcendus*, eſt qui *clava ſalignea præeat*, ad *impetus reluctantis modicis ictibus coërcendos.* Valde blanditur. Rem in medium relinquo.

Verſ. 14. Ab *imagine* ſuſcepta abit longiuſcule, quod hanc *fiduciam* in *Rhinocerotis viribus*, ad *diſcrimina bellorum* trahat *Cajetan.* cum alluſione ad *Elephantum* præliorum anteſignanum. Alienius quoque, quod *Thom.* & *Nicol.* alludi velint ad *canes villaticos*, & *cuſtodes agrorum.* Lenius cohæret, quod de *opere ruſtico* & hic agi, teneant plerique, atque inde iterum colligo, de *Bove Sylveſtri* potius cogitandum, quam de ullo alio animali.

Verſ. 15. Completur luculenta pictura; in *Agricolationis fine*, & *fructu*; qui eſt, *comportare ſemen*, i. e. *ſegetem*, & *fruges demeſſas*, *domum*; ut *horrea conſtipentur.* Pulchra phraſis, *Aream colligere*, pro *convehere in aream fruges triturandas:* niſi malis, *quod in area trituratum*, *nitidatumque*, *ex agro domum revehere.* Huc collineavit *Cocc.* monens גרנך *aream tuam* poſitam pro מלא גרנך *plenitudine areæ*, vel דגן גרנך *frumento areæ*, metonymice. אסף תבואה *colligere proventum* pro *ex agro domum referre*, habes *Exod.* 23: 10. & alibi. Quicquid fuerit, agitur haud dubie de *vectura* & *alligatione ad plauſtra ruſtica*, a quibus *Rhinocerotem* vaſta ſua moles ſatis *disjungit.* Pariliter *Orygem plauſtro junctum* tam parum quis cuperet, quam *ibicem*, *capreamve* quamlibet. Ergo his *animalibus* parum loci relictum.

Verſ. 16. *Ordinis rationem* in hoc cenſu non anxie captandam, ſupra monuimus. Conſtituto tamen loco, apparebit, ſatis concinne *Onagro*, & *Bovi*, *deſerticolis*, adjunctam eſſe *Arabiæ ſolitudinibus familiarem* illam *beſtiam* dicam, an *avem*? *Struthocamelum*. Eum hoc in verſu vel præcipue, vel unice, intendi, ſequentia arguunt. Fatendum tamen rationes Interpretum hic turbatiſſimas eſſe.. Nihil ſe intellexiſſe I. declarant LXX. vocibus νέλλασα, ἀσίδα, καὶ νίσσα, retentis. Hac anſa *Aſida* apud *Geſn.* appellatio *Græca* hujus Alitis. *Hieron.* II. dat, *Penna Struthionis ſimilis eſt pennæ Erodii*, *&* *accipitris*. Ille *accipiter* ex נץ *Vſ.* 29. elicitus ſub נצה. Is traxit ad *Herodium* in חסידה: e *genere aquilino*. נעלסה pro *ſimilis eſt*, ſenſui expediundo adſcitum. Is melior ſane, quam *Aquil.* III. πτερύγιον αἰνούντων συνανεπλάκη —— Ἐρῳδιὸς καὶ ἱέραξ. Melior quoque, quam *Symm.* IV. πτερὸν ἀγαλλομένου περιεφύλαξεν, εἰ ἐναγκαλίσηται ὁ κύκνος πτίλους αὐτοῦ, Nihilo ſanius quod *Chald.* V. *Ala Galli Sylveſtris qui celebrat*, *&* *laudat*; *&* *an ala Ciconiæ* *&* *accipitris*? Ne *alitem* quidem ullum expreſſere *Syr.* & *Arabs* VI. præbentes, *Alis laudum extollitur*, *&* *volat*, *&* *venit*, *&* *nidificat.* In *Polygl.* tamen *Anglic.* reperies pro כנפי שבחין, كنفي الشبح *Alis laudum*, ut *Boch.* vertit *Hier.* 2: 238. *Struthionem*: cumque ſignificatum indicat *Caſtell.* in *Lex.* non alio, ut videtur, fundo, quam loci hujus. Apud Recentiores item in tenebris micatur. *Arias Mont.* VII. *Ala exultantantium læta*, *an penna Ciconiæ*, *&* *pluma*? Oedipo opus eſſet. Intelligi etiam vix poteſt, quod *Pagn.* & *Vatabl* VIII. habent: *Alis pavo exultat*; *an penna Struthioni* *&* *pluma*? quaſi *Struthionem carere pulchritudine pennæ*, *&* *tamen ovorum ſuorum in arena oblivіſci*, innueretur. Id bis nihil. *Merc.* IX. exhibet: *Ala pavonum lætitia perfunditur*: *num penna* eſt *ciconiæ*, *&* *pluma*? *a te* ſcil. *&* *aliunde quam a me*? Vel etiam: *num talis eſt penna* *&* *pluma ciconiæ*, *qualis pavonum*? *Non eſt quidem*; *&* *tamen aliud habet inſigne* *&* *admirandum.* Non multum differt X. *Junii* & *Trem.* ſtructura, *Alamne Pavonum exultandam*; an *pennam Ciconiæ*, *aut Struthiocamelo* dares? Huc conceſſere *Piſc. Belg. Grot. Crinſoz.* Hæc vulgatiſſima ferme opinio, quæ רננים *Pavones* eſſe ſtatuit, חסידה *Ciconiam*, & נוצה *Struthionem.* Paulo aliter *Angl.* & *Gall.* *Verſ.* XI. An tu dediſti *Pavonibus pulchram alam*? *an pennam Struthioni*, *&* *plumam*? quaſi חסידה *Aſida* notaret *paſſerem* hunc *marinum*, ut *num.* I. indicatum. *Cocc.* XII. *Ala Pavonis exultabunda* eſt, & *ſi alam majorem* vis, *Ciconiæ*, *ac Struthiocameli.* Convenit cum *num.* X. ſi ab interrogatione diſceſſeris. Monet רננים per *Ellipſin* pro בעלת רננים appellatum *Pavonem*, vel & *Gallum Indicum*, a *clangoribus* quos edit. Sine *Interrog.* etiam XIII. *Doct.* *Tigur.* *Penna Struthiocameli primatum obtinet*, *ſi* ei conferas *alam aut plumam Ciconiæ.* Idem cum *Interrog.* dedit *Caſtal.* XIV. *Utrum generoſiores ſunt alæ Struthiocameli*, *an pennæ plumæque Ciconiæ*? Calculum adjecit *Epiſc. Elienſ.* XV. hoc nexu: *An ulla avis queri poſſet*, *ſe non habere alam Struthionis*, *quæ triumphat de ala* *&* *pluma Ciconiæ*? Vicinum, quod *Boch.* H. 2. 247. habet XVI. *Ala Struthionum exultat*, *vere ala Ciconiæ*, *&* *pluma*: cur *Pavones* intelligi nequeant, p. 240. ibid. diſputatur: & p. 245. oſtenditur רננים dictas *Struthiones fœminas*, ἀγκαλιστικῶς, quod cum *vox maris* ſit *gravior*, & *horridior*; *fæminæ vox magis* ſit *canora.* Additur, *Alis exultare* dici *Struthocamelos*, *quod eorum alacritas tota pendeat ab alis.* Hæc erudite & copioſe ex *Græcis*, *Latinis*, *Arabibus*, ibi illuſtrata. Cur *vere pennam* & *plumam Ciconiæ* adjiciat ſacer textus p. 248. 249. declaratur: nempe ut nomen arguit *Struthocameli*, eſt *Beſtia magis quam Ales.* Paradoxum ergo, *tale animal pennis* & *plumis veſtitum*, & quidem *Ciconiarum* plane. Cl. *Guſſ.* XVII. ad eandem ferme rationem: *Ala Struthiocameli exultat*; *ſi pennam* ejus ſpectas, *Ciconia eſt*, *&* *plumam.* Conſtructio & hæc, & illa, non ad unguem teres. Cl. *Schmid.* XVIII. nec *Pavonem* admittit, nec *Struthionem*; ob *Vſ.* 21. Ex conjectura ipſe adfert *Alaudam*, in h. ſ. *Num ala Alaudarum gaudebit*? *num penna* ejus *benigna erit*, *&* *pluma*? quaſi negaretur, *Alaudæ alam ſuam prodeſſe*, *quippe quæ tam ſtulta ſit*, *ut nidum in terra faciat*, *ac ſi volare non poſſet*; eaque de cauſa etiam *penna*, & *pluma*, *benigna*, ſive *pia*, ei detrahe-

re-

retur. Cl. *Cler.* XIX. tentavit, *Ala Struthionis agitatur*; ſed *an* eſt *valida ala pia*, *& avolat*, *ut ala Ciconiæ*, *& pluma*? q. d. *Alæ Struthionis quidem lætæ*, *perpetuoque motu agitatæ*; *ſed non piæ ſunt alæ validæ illæ*, *quæ avolant*, *& ova ſua deſerunt.* Recte ex *Boch.* obſervat חסידה, proprie eſſe *Piam*, atque *Ciconiam* hoc nomine affectam, quod ſit *pietaticultrix*: ut contra תחמס *impius*, ob contrariam rationem, *Struthio* vocitatus. Recte etiam hinc infert *Struthionem* non conferri nunc cum *Ciconia*, ſed potius eidem opponi. Reliqua minus expedita. Vide an mollius exiturum ſit XX. *Ala Struthionum* quæ *exultare facta eſt*; *an penna pia*, *& pluma*? Notari velim 1. *duas*, *tresve*, *aves* hic tangi, neutiquam veriſimile. 2. Ad *Struthiones fœminas*, ſequentia *unice* tendere. Has 3. voce רננים deſignatas, a *tremulo*, & *tinnulo*, quem fundunt, *ſono*, vix ambigi poſſe; nam חסידה vel *piam* deſignare in genere; vel *Ciconiam* ob *pietatem*, certum: & נוצה *plumam* eſſe, æque certum ex *Eſech.* 17: 3. ubi quoque junctim deprendes כנף *Alam*, אבר *pennam*, & נוצה *plumam.* Quæ Cl. *Cocc.* in *Lex.* adfert, ad *Struthionis* ſignificationem ſub נוצה retinendam, ut ſic dicta ſit, pro בעלת נוצה *plumoſa*, *plumatum animal*: vel & forma *Part. Præſ.* a נצה *volavit*, quaſi *volans*; ingenioſa, ſed parum firma: quumque de *una Alite* novam inſtitui Periodum nimis apertum ſit, eam ſub רננים latere, neceſſe eſt: nec vel *Pavoni*, *Gallove Indico*, vel *Ciconiæ*, ullus nunc locus. Sed, inquit. *Cocc.* qui רננים *Struthionem* faceret, *miram Anomaliam ordinis in hoc verſu efficeret.* Atqui 4. nullus ordo ſimplicior: nam præmiſſo nomine *Alitis*; *clangore tinnulo Arabiæ deſerta pererrantis*, ejus *Character* geminus apponitur; *Ala exultare* perpetuo *facta*; eademque *impia* tamen, & plane *in naturam rebellis.* Genuinam utique notam 4. *Struthionis* præbet כנף נעלסה *Ala* quæ *exultare facta* eſt. Radix עלס cum עלז, & עלץ eandem tenet *Originem*, quæ eſt σφαδάζειν *vibrantem motum edere*, *irrequieta jactatione agitari*; quam *Clav. Dial.* p. 282-284. reſeravit. Illud σφαδάζειν *Alis* datum a *Schol. Æſch. Perſ.* 207. ubi quod Poëtæ erat πτεροῖς ἐφορμαίνοντα explicat, σφαδάζοντα, καὶ ὀξέως κινούμενον ἐν τοῖς πτεροῖς *jactantem*, *& acriter quatientem ſeſe alis.* Hic *Alitis noſtræ* perpetuus habitus, quæ

> —— *Calidas curſu tranſmittit arenas*;
> *Inque modum veli ſinuatis flamine pennis*
> *Pulverulenta volat.* ——

Ut *Claud.* L. 2. in *Eutrop.* i. e. dum *pulverem ciet pedibus*, ſimul *volat* quaſi *ſuper terra*; ſive, *in terra* facit, quod reliquis tantum *alitibus in aëre* conceſſum. Confer quæ de hoc *curſu volucri* in medium dedit *Boch.* H. 2. 245. Alteram illam *exultationem alarum Struthionis*, quam attendi poſſe cenſet *Vir Summ.* p. 246. ex *jucunditate*, & *pulchritudine*, qua prænitent, derivatam, cum hacce primaria connecterem. Habes primum Characterem. Alter non minus evidens, 6. *An penna pia*, *& pluma*? Ut *indefeſſam agilitatem* laudes illius *Alæ*, an & *pietatem* ejus, & *maternam curam* in *ova*, & *pullos* laudare poſſis? Minime vero: quamvis *nulla penna*, *nulla pluma*, *fovendis ovis*, *pulliſque*, aptior nata videri queat. Nempe in eam mirifice etiam quadrat, quod de *Aquila* extat *Eſech.* 17: 3 *Ampla alis*, *longa pennam*, *plena plumam prominulam*, *teneram*, *mollem.* Ea proprietas vocis נוצה, cujus *forma* eſt *Particip.* quæ *Arabibus* ناصية *Coma*, vel *pluma propendula.* En 7. adhuc argutiuſculum aliquid. Ubi de *Ave* ſermo eſt, vix fieri poteſt, ut חסידה non luſum aliquem in *Ciconiam pietaticultricem* ferat. Suſpicor itaque ſub *penna pia*, *& pluma*, ſimul adumbrari illam vere *maternam indolem*, quæ *in Ciconiis* admirabiliter relucet, cujus contrarium plane in *Struthionibus* deprenditur, inde תחמס *Tachmas* dictis apud *Hebræos*, a חמס *crudus*, *crudelis*, *impius*, *injurioſus*, *violentus fuit*: ut apud *Arabes* ظالم ab *injuſtitia* item, & *impietate*: quæ ex *Hieroz.* 2. p. 233. abunde conſtare poterunt. Via explicationis, quam tenuimus, perfacilem præbet connexum. Is huc redit: *Tune* por-

17 Nam mandat terræ ova ſua; & ſuper pulvere calefacit. 18 Et

17 כי־תעזב לארץ ביציה ועל־עפר תחמם׃ 18 ותשכח

porro is es qui Miraculum illud naturæ, Alitem beſtiam, deſertorum veſtrorum clamoſam habitatricem, iſta nobiliſſima Ala donaſti; qua per pulverem, & arenas, grandibus Ciconiarum pennis, plumiſque, veſtita ſe infert; non volans tamen, ſed currens: impietate in ova, & pullos, tam infamis, quam Ciconiæ per pietatem ſunt nobilitatæ.

Verſ. 17. Filum ſua ſponte ad has lineas, generatim præmiſſas, decurrit. Aliorum rationes plus, minus, impeditæ. Ne *Bocharti* quidem hocce ſatis expeditum; H. 2: 250. *Struthio alis ſuis exultat, quas alacres & pulchras habet; ſed eadem eſt* ἄστοργος, *& ova ſua negligit. Aliquas habet in corpore dotes, ſed mentem duram, & immiſericordem.* Sumit כי pro *ſed*, ut *Gen.* 45: 8. Cl. *Cocc.* connectit *Vſ.* 17. cum 21. reliquis parentheſi incluſis, *Quum relinquit in terra ova ſua, & in pulvere calefacit: ſtatim in ſublime evolat, ridet Equum* &c. q. d. *Quum poſuerit ova, & inceperit ea in pulvere concalefacere, ſtatim, data occaſione, avolat, & ad nidum non revertitur.* Etiam *Hieron.* כי per *Quum* expreſſit, verſum in ſe ſic abſolvens, *Quando derelinquit ova ſua in terra, Tu forſan in pulvere calefacies ea?* Obſtat flexui, non invenuſto alias, *Præpoſ. Vaw*; & ſeries, quæ תחמם in 3. *fœm.* poſitum arguit. Omnino כי valet, *Nam*; quod & Cl. *Schmid.* hic tenet, qui de *Alauda* hæc exponere ſatagens, in non unum incommodum incidit, mox tangendum. Apparet ex iis quæ diximus, nunc porro oſtendi *Struthioni* abeſſe *pennam piam*, *quippe quæ deſerat in terram ova ſua &c.* Ex *Arabum* fontibus multam lucem hiſce infudit *Hieroz.* 2: 251. 252. ubi inter alia Proverbium adductum اذل من بيضة البلد *vilior ovo terræ*, i. e. بيضة النعام التي تركها *Ovo Struthiocameli, quod deſeruit.* Exemplum habe ex *Hamaſa.*

اني فتى من اودى باخوته
ريب الزمان فامسي بيضة البلد

Ego vir ſum, cujus perdidit Fratres Fortunæ injuria, factus jam ovum terræ.

Ibi *Tebriz.* قيل في بيضة البلد انه بيض النعام لانها سيئة الهداية فتضع بيضها في موضع ثم تتركها ضلالا عنها فتضيع وربما ذهبت فحضنت بيض غيرها فتظن انه بيضها وقيل ان بيضة البلد هي الكماة البيضاء تنشق عنها الارض فتطاها الماشية

Dicitur de Ovo terræ, *Ova Struthionis intelligenda, quæ, ſtolidiſſime ſe gerens, ova ſua ponat in loco* aliquo, *quæ mox deſerat inde aberrans ita ut pereant. Accidere etiam ſæpe ut abeat, & foveat ova non ſua, quæ opinetur ſua eſſe. Alii volunt* Ovum terræ *eſſe* Fungum album, *quem fiſſa excludit terra, a beſtiis mox conculcandum.* Utrumque obtinere ſcias. Ratio evidens in *Fungo.* In *ovo Struthionis* etiam ſatis prompta; ſed tenendum inſuper بلد *ſolum, terram*, uſurpari pro *Nido Struthiocameli*, quod non *cremiis, ramuliſve, congeſtis* texatur, ſed *nuda* conſtet *terra*, ſive *arena* paululum *pedibus excavata.* Appellatur ادحي, ادحية & ادحوة; & مدحي מרחה, *quod pedibus eum locum ſibi expandat, arena huc illuc diſjecta.* Confer *Hieroz.* 2. 252. In-

18 וַתִּשְׁכַּח כִּי־רֶגֶל תְּזוּרֶהָ וְחַיַּת הַשָּׂדֶה תְּדוּשֶׁהָ׃

18 Et oblivifcitur quod pes illa compreſſurus ſit; & fera agri ea ſit trituratura.

19 הִקְשִׁיחַ

19 Du-

Inde denominationem hanc ductam docet *Gjauharius*: البلد ادحي النعام يقال هو اذل من بيضة البلد *Terra pro Nido Struthionis ponitur*; *inde proverbium*; *vilior ovo Terræ*. Exquiſite locatum illud *Relinquit* תַּעֲזֹב, quod duplici poteſtate nunc auctum: prima *deponendi*, prout *onus ponitur*, & *traditur* alteri *portandum*. Ita *Vſ.* 14. hujus *Cap.* & *Pſ.* 10: 14. & *Gen.* 39: 6. Inde vertas licet *Mandat ova ſua terræ*. Altera vis infert *derelictionem*, quam hic omittendam non eſſe, ſequentia ſatis arguunt; etiamſi iſta *deſertio* non tam ſtricte ſit ſumenda, ut ſtatim atque *ova poſuerit*, ea *derelinquat*: nam ſat *longum* ſæpe *tempus incubat*: quin & *excludit* haud raro *ova*: ſed tamen tam *trepida*, & *ſtupida*, eſt *natura*, ut *ad minimum ſtrepitum fugiat*, *ovaque ſua deſerat*, quæ deinceps, præ vecordia, invenire non valet. Locus *Taurizii* in hanc rem diſertus. Levicula res fraudi fuit: Cl. *Schmid.* inde intulit, verbo עזב non notari *deſertionem*, ſed tantum *depoſitionem*; rogans quomodo in ſeq. colo dicatur *ova ſuper pulvere calefacere*, ſi *ea deſerat*? *Ergo calefactio ſuper pulvere*, ei valet, *beneficio terræ tum a ſole*, *tum ab ave*, *calefactæ*, *uti ad incubationem*, & *excluſionem*, *juvandam*. Applicat *Alaudæ*. Cl. *Cocc.* *Struthionem* concipit *quæ in pulvere occipiat incubare*, *ſed mox avolet*. Ita plurimi. Id propius vero. *Boch.* H. 2. 253. maluit: *Et ſuper pulverem calefiunt*, ut *Pihel* hic vim ꝟ *kal* retineat, & תְּחַמֵּם ad *ova* redeat, cum *Enallage numeri*. Rationem addit, *quod non calefaciat ea ipſa ova*, *quæ reliquit*. Intelligit non *calorem*, qui *vivificet*, ſed qui *corrumpat*: quod ut *Damir*: *Alkazw*: aliique tradunt, *dicatur ova ſua in tres partes dividere*; *ita ut quibuſdam incubet*; *quædam aëri exponat*, *ut putreſcant*; *quibuſdam ſe alat* &c. Fabuloſum: æque ac illud, quod alii hinc exſculpſere, *ſolo calore ſolis*, ac *fotu pulveris*, hæc *ova excludi*, ſine *incubatu*. Quid ergo? תְּחַמֵּם omnino eſt *calefacit*; quod hic venuſte pro *fovet*, *incubat*; & membrum hocce non aliter capiendum, quam natura rei ſponte ſuggerit, ut poſterius priori reſonet, *Mandat terræ ova ſua*, & *ſuper pulvere incubat*. Senſus hic. *Ova facile deſerenda deponit in terra*, & *ſuper nudo pulvere incubare ſolet*, *ubi parata jacent præda*, *matre longius evagante*, *aut ad folii ſtrepitum fugitante*; & *proditum nidum præ vecordia iterum reperire non valente*, *quin mox oblivioni tradente*. Deſino in luculento teſtimonio *Leon. African.* L. 9. *Habitat in deſertis inaquoſis*, *atque ova numero* 10, *aut* 12, *in arena emittit*, *quorum ſingula tormentarii globi magnitudine*, *plus minus* 15: *libras pendunt*: *ac* breviſſimæ *cum ſit* memoriæ, *loci confeſtim obliviſcitur*. *Quare fœmina in hæc ova incidens ſive* propria, *ſive* aliena, *incubat*, & *calefacit* &c.

Verſ 18. Noviſſimus ille character *ſtuporis* incredibilis, hoc, & ſequenti verſu, clare expreſſus. Parcior hic *Boch.* H. 2. 253. 254. ubi ex *Damirio* tamen adductum, *ſi in alterius Struthionis ova incidat*, aliena *incubare eam*, *ſuorum immemorem*. Frequentiſſima *ſtolidiſſimæ oblivionis* mentio in Poëtis. *Hamaſa*

كمرضعة اولاد اخرى وضيعت
بنى بطنها هذا الضلال من القصد

Ut quæ lactat fœtus alienos, & *perire ſinit*
Filios ventris ſui: *Hoc deerrare eſt a via.*

Ad hæc *Taurizius*. وهذا يشهد بانه مثل مضروب ويقال النعامة تفعل كذا لسوء هدايتها

Cccccc

19 הקשיח בניה ללא־לה לריק
גיעה בלי־פחד :
20 כי־

19 Duriter habet pullos ſuos pro non ſuis; in vanum labor ejus ſine ſolicitudine.

20 Quia

هدايتها فتترك الواحدة منها بيض نفسها وتسوم في المرعي فاذا ارادت العود اليها لم تهتد فتجثم على بيض غيرها قال ابن هرمة

فاني وتركي ندى الاكرمين
وقدحي بكفي زندا شحاحا
كتاركة بيضها بالعراء
وملبسة بيض اخرى جناحا

Vox Hoc *innuit formam proverbialem. Nempe Struthocamelus hoc facere dicitur, ex malo ingenio ſuo, quo ſuamet ova relinquens, in paſtumque evagata, quum illuc redire cupit, a propoſito aberrat, atque ova aliena incubat. Hinc Ibn Herma*

Sane ego quum deſerui liberalitatem nobilium,
Et terebro manu mea igniarium avarum.
Sum ut quæ relinquit ova ſuamet in campo
Et ova aliena veſtit ſua ala.

Similis fere comparatio in *Nawabig.*

الرجل يترك بر ادانيه وهو الى الاباعد محسن
والنعامة تهجر بيضها وبيض اخرى تحضن

Eſt qui omittat pietatem in propinquos, alienis benefaciens:
Ut Struthio deſerit ova ſua, & ova aliena incubat.

Gravia verba pro *mole ovorum* adhibita; זור *comprimere vehementius*, ad *ſuccum extorquendum*, & דויש *triturare*. Hæc ad *conculcationem*, & *contritionem ſub pedibus vagantium* per deſerta *ferarum*, pulchre traducta. In priori membro *pedem hominis* ſtricte teneri, neceſſe non eſt. Dubito an vel ullus ei ſit locus. Cl. *Schmid.* ex oppoſitione inter *feram agri*, & *pedem*, colligens *pedem hominis intelligi debere*, hoc *Alaudæ* dediſſe videtur. Attamen & *Boch.* p 254. *hominis pedem* adjunxit. Nulla oppoſitio. Structura ſimplicior hæc, *Et obliviſcitur fore, ut pes feræ ea comprimat, & trituret.* Hinc duo membra, pro perpetuo ſtylo hujus Libri, confecta ad granditatem.

Verſ. 19. Colores extantiſſimi, quibus hæc *pietatis expers*, & *ſtolidiſſima*, *natura Struthionis* ulterius depingitur. Conſtructio nonnihil impedit: nam הקשיח *maſcul.* abit & a natura, & ab Harmonia cum reliquis *femininis.* Hoc anſam dedit I. *Perizoldi*, ut *Deo* id tribueret, qui & *Vſ.* ſeq. inductus. q. d. *obduravit filios ejus a corde illius*, *quaſi ſui non eſſent:* Pro *cor ejus obduravit a filiis* &c. ex *Eſaj.* 63: 17. Hæc mera ſtribiligo. Valde contortum quoque II. quod *Pagn.* & *Vatabl.* dant: *Obliviſci facit* illam Deus *pullorum ſuorum*, *in* quo *non illi* erunt: &c. i. e. *in loco*, *in quo non erunt ei pulli.* Illud *obliviſci facit* ex *Vſ.* ſeq. non optimo conſilio arreptum in verbo raro, obſcuro, hallucinationibuſque patenti; quum ſemel tantum recurrat *Eſaj.* 65: 17. Ibi *Jun.* & *Trem.* תקשיח לבנו reddunt, *torrefaciens obduras cor noſtrum.* Ad eam rationem III. & hic auſi iidem, Deus *torrefaciens excludit pullos ejus aliena opera*, *prop-*

propter vanitatem laboris ejus ex incuria. Expreſſum ad opinionem eorum, qui *abjecta* hæc *ova pulveris calidiſſimi fotu excludi* volunt. Id ex hoc contextu elici debuiſſe, ſi verum forte eſſet, negare auſim; nam ne unicum quidem verbum iſti ſenſui opportunum. Ad *Deum* item *Cocc.* IV. molliore flexu, *Duriter habet pullos ejus*; vel, *Duriter haberi facit pullos ejus, adeo ut* quaſi *alieni ſint.* ללא לה εἰς τοὺς μὴ αὐτῆς h. e. εἰς ἀλλοτρίους, non ad *ova* refert, ſed ad *pullos*; quos tamen quum *Struthio vehementer amare* feratur, ita difficultatem tollit, *aliud eſſe amare, aliud bene conſulere.* Ad ipſam *Struthionem* V. refert *Merc.* ut *Enallage generis* ſit, pro הקשיחה, *Obduravit filios ſuos* i. e. *ova quæ illi futura erant pulli, quaſi non* eſſent *ſui.* Ait *Hebraiſmum* eſſe, *obduravit natos*, pro *induravit cor ſuum in eos*, לבה מבניה. Requiro exempla. Commodius VI. *Hieron. Duratur ad filios ſuos, quaſi non ſint ſui.* Ad *neglectam educationem pullorum* pertinere judicat *de Pined.* quod *Struthio alia quidem documenta charitatis erga fœtus ſuos præbens, eos tamen non paſcat.* Preſſius ad ſeriem *Boch.* VII. *Hier.* 2: 254. *Duriter tractat pullos ſuos, ac ſi non eſſent ſui* &c. Addit, *Maſc. pro Fæmin. uſurpari frequens Hebræis, maxime circa animalia.* בניה *Filios ſuos* exponit *Ova ex quibus pulli emerſiſſent, ſi foviſſet:* δεινωτικῶς. Cl. *Cler.* VIII. ſuo more, *Quis nobis præſtabit primitus ſcriptum non fuiſſe* תקשיח, & *figuras*, ſive *Enallagas, paſſim non eſſe menda: præſertim cum literarum figuræ non ſint diſſimiles?* Nil facilius hoc genere *Criſeos*; & ſemet fruſtrantur, qui hinc ſubtilioris cujuſdam vel eruditionis, vel aciei, laureolam venantur. Subdit idem, *caſtigandum Ælianum Lib.* 14: 6. de *Anim.* ubi narrat *Struthionem tam amantem eſſe pullorum, tamque ſitientem eorum conſuetudinis, ut per ſplendentia etiam haſtilia, Nido a venatoribus circumpoſita, paſſis alarum velis tranſvolet, atque ſemet transfigat.* Habes, quod *Pineda*, & *Coccejus*, ſupra reſpexere. Ita Cl. *Cler.* ex *Boch.* in dubium vocatur, quin loco huic contrarium cenſetur. Atqui hujus *Alitis mirum in pullos affectum, rapidumque impetum, quo Nidum ſub veſperam repetat*, celebrant etiam *Arabes.* In *Diw. Hud.* hinc ſimilitudo ducta ad *rapidiſſimum curſum fugientis* deſcribendum

كانّ سلاءتي علي هزفّ يعن
مع العشية للريال
هزفّ اصنف الساقين يبادر
ببيضه برد الشمال
احس ضبابة وعماء ليل يبادر
غول واد اى رمال
كانّ جناحه خفقان ريح يمانية
بريط غير بالي

Ac ſi Sindon mea eſſet ſuper Struthione,
qui ſub veſpera pullis ſuis ſe offert.
Qui Struthio raſus crura, longurio, antevertit ad ova ſua frigus Aquilonis.
Senſit nempe nebulam, nubemque noctis; properatque ad vallem, arenamque, formidoloſam:
Velut ſi ala ejus eſſet palpitatio venti auſtralis in Sindone non trita.

Compluſcula hinc diſcere eſt. 1. *Struthiones* & *ova*, & *pullos recens excluſos*, quotidie *deſerere*, & *paſtum* inde *abire* in loca remotiſſima. 2. Ad *nidum* tamen ſub *noctem*; vel ubi *metus tempeſtatis increpuit*, *paſſis alis recurrere.* 3. Non ergo abſolute intelligendum, quod Vir Magnus autumabat, de *ovorum derelictione* ſtatim *poſt partum*: quum & *incubare*, & *ova*, ac *pullos* etiam jam in lucem *editos*, magno impetu ſub veſperam requirant iterum. Interim tamen 4 eas ob *ſtoliditatem* a *prole* ſæpe *ſua* aberrare, atque *alienum Nidum* invadere *ſui* plane *oblitas*, ex ſuperioribus patere potuit. Inde 5. conſequitur *ſtupidiſſimum* hocce *genus* vix *certam* habere poſſe *ſobolem*, atque ut in *ſuos* plerumque *impium*, ita in *alienos fœtus pium* deprendi. Tam ſingularis Character ex hac deſcriptione abeſſe non debet, non poteſt. Tale quid obverſatum *Chaldæo*, qui IX. exhibet, *Fovet filios, qui non ſunt ſui.* Non abſimiliter *Syr* & *Arabs.*

اكثرت بنين مما ليس لها

Multiplicat filios de non ſuo. Hoc *Struthionis* mo-

mores optime referre ſabmonens *Boch.* H. 2. 254. adjicit, *Hebræa tamen hanc verſionem non ferre.* Fateor; nam קישׁח cum *ſotu*, vel *multiplicatione*, nihil: & recte Vir Magn. oſtendit קשׁה *durum eſſe*, & קישׁח, fuiſſe cognata, ut apud *Arabes* non قسي tantum extat, ſed & قسح *prædurum* & *rigidum* eſſe. Ne quid dubii relinquatur, en *Camuſi* verba

قسح قساحة وقسوحة صلب
والرجل كثر انعاظه كاقسح
والحبل فتله والقسح محركة
اليبس وقاسحة يابسة
وثوب قاسح اي غليظ

Radix קישׁח. *cum infin. Kaſoba*, & *Koſouba*, eſt *valde durus*, *aut rigidus fuit.* *In viro* קישׁח & אקישׁח *etiam notat*, *multa tentigine affici.* *Item* אקישׁח חבל *eſt valide torſit funem*; & *Keſech*, *phathata media*, *eſt ſiccitas dura*; *ut* & קושׁחה *valet* יובשׁה *aridam*, *ſiccam*; *de veſte*, *rigidam*, *craſſiorem.* Dudum fuit, quod in fonte, quia rivuli *Lexicorum*, hoc in genere præſertim, nunquam ſatis puri. Diſcas ex Magni noſtri *Golii* appendice, ubi قسح redditur, *ſiccitas*, &, *libidinis reliquum quid*: & مقسوح מקישׁוח *Libidinoſus*, ut قسح *Durus fuit. Contorſit funem. Libidinoſus fuit.* Quid ultimis hiſce cum priori, primo obtutu? *Durus rigor*, vel *rigida durities*, omnia copulabit. Eadem in قشح per *Schin* locum habent: nam ſic iterum *Camus*

قَشَاح كَقَطَام الضَّبُع
وثوب قاشح قاسح
والقُشاح اليابس

Forma Kaſchabi, *ut in Katami*, *notat Hyænam.* *Dicitur veſtis* קושׁח *per Schin*, & *per Sin*, *pro rigida*; & *Kaſchabh dicitur quicquid durum ex ariditate.* Hinc appellationem *Hyænæ* adducens *Boch.* autumat eam ſic dictam, quod *collum* habeat *rigidum*, nec ullo modo flexibile. Aliud Etymon indicavi in *Juvenil.* ab *impia duritie* & ἀστοργίᾳ in fœtus. Eam tetigit *Teblebius* ad *Conſ.* 6. *Harir.* يقال احمق

من ضبع ومن حمقها انها
اذا خرجت تلتمس ما تاكل
فتجد جراء لغيرها قد خرجت
امهم ايضا كذلك وتركت جراءها
اقامت هي ترضع اولاد غيرها وربما
ضاعت جراءها فاكلها الذيب
فالي هذا اشار الشاعر
بقوله

كمرضعة اولاد اخري وضيعت
بني بطنها هذا الضلال من القصد

Dicitur, *ſtultior quam Hyæna. Ejus ſtoliditatis* & *hoc*, *quod quum exit quæſitura quod voret*, & *inveniat fœtus non ſuos*, *quorum item mater exiit*; *catulis relictis*, *ibi tum ſubſiſtere ſoleat*, *catuloſque alienos lactare*, *dum interim ejus pulli a Lupo devorati pereunt. Huc alluſit Poeta*, *quum ait*

> *Ut quæ lactat pullos alterius*, & *perire ſinit*
> *Filios ventris ſui. Hoc vero aberrare eſt a via.*

Ad *Vſ.* præced. productum ex *Hamaſa*, ubi *Taurizius* ad *Struthiones* alluſum volebat. Hocce propius vero; quia in *Struthiones* non quadrat, ut *Lactare* dicantur *fœtus.* En Scopum tandem! קישׁח *Hyæna*, ab *impia*, & στοργῆς *experte*, *natura.* Idem plane vitium in *Struthionibus.* Hinc X. pleniore ſenſu emergit, du-

20 כי־השה אלוה חכמה ולא־חלק לה בבינה׃

20 Quia oblivifci fecit eam Deus Sapientiæ; nec ſortem ei dedit in intelligentia.

21 כעת במרום תמריא תשחק לסוס ולרכבו׃

21 Quo tempore in altum ſe ad curſum incitat; ridet equum, & vectorem ejus.

22 התתן

22 Num

duriter, & impie, *tractat filios ſuos, pro illis qui non ſui.* ללא לה iſtam ad faciem haud paulo commodius, quam ad alteram illam: nam *Præpoſ.* ל paſſim infert *collationem boni* alicujus, *beneficium*, *favorem*, *curam* alicui *impenſam*. Præciſa brevitas ſic explenda; *Duriter tractat ſuosmet fœtus, in bonum non ſuorum.* Veriſſimum; ſive בנים *filios* interpretere *ova*; ſive *pullos* jam *excluſos*: ſive utrumque. Si ſola *ova* velis, res in oculos incurrit, nam *derelictis* impie *ſuis*, *aliena fovet*, præ *vecordia.* Si *pullos* malis, amat enimvero illos, quos fotu ſuo excluſit, ſed jam plerumque *non ſuos*, quippe quæ *alienos nidos incubare* ſolita, nullam *certam prolem* habere queat, ſed perpetuam confuſionem naturæ, per cæcum huncce impetum, adfectumque, invexerit: ut ſi non omnes, pleræque ſaltem Matres ſtipatæ eant alienorum fœtuum grege; atque dum *curam* gerant *non ſuorum*, adverſus *ſuos impiæ* & *duræ* reperiantur. Habemus, quod intactum relinqui non potuit. Scrupulum ex *Enallage generis* ortum ſic levare eſſet XI. *Duriter tractare filios ſuos, pro non ſuis:* ut הקשיח ſit *infin.* cum *Chirek* ad *Characteriſt.* quod ſatis frequens eſſe, nemo ignorat. Iſte *infinitivus*, pro *præſenti*, ſingularem adfert vim, & gratiam, quatenus per univerſum *genus Struthocamelinum* hæcce *impietas* pertinet. Ad poſterius colon recte monuerunt Docti *Interpr.* in פחד *metum providum*, & *ſolicitudinem piam parentis*, deſignari, qua *timidiſſimum* alias animal omnino careat. Vide *Hier.* 2: 255. Quid ſi פחד hic *ſobolem*, & *familiam* ſignet? Nempe فخذ *Arabibus* eſt *familia ex femore prognata*, *propria* & *vera proles*, a primaria notione *femoris*, quam *Cap.* 40: 12. adſtruemus. Hinc exiret, *in vanum labor ejus*, *ſine propria prole*, & *familia* exiſtentis. Eſt *fœcunda*, eſt ام الثلثين *Mater triginta ovorum*, ut per excellentiam inſignitur ab *Arabibus*; nec tamen habet פחד *familiam*, tum quod *ova deſerta* pedibus ferarum triturentur, plerumque; tum quod quæ *excludantur*, ferme *aliena* ſint, nec *veram* faciant *prolem*. Fundamentum hujus conjecturæ infra dabitur. Præfero tamen hactenus, *ſine ſolicitudine pia* exiſtenti *in vanum labor*. Fruſtra *parit* quod mox *deſerit*; fruſtra *fovet*, *incubat*, *excludit* quæ *non ſua*. Confer *Eſaj.* 65: 23.

Verſ. 20. Elegantiſſimæ formulæ, ad incredibilem hujus animalis *ſtoliditatem* & *vecordiam* exprimendam. Prima eſt, *Oblivifci eam fecit Deus ſapientiæ*; חכמה ex *origine* ſonat πυκνότης. In omnibus animantibus *ſua* πυκνότης *ſolertia*, quæ *admirationi* eſt, & *hominis* quoque *ſapientiam* in quamplurimis exſuperat. Solus *Struthio* nil niſi *merus ſtupor.* Nempe ſine delectu ullo deglutit, quicquid objicitur, *ferrum*, *vitrum*, *oſſa*, *lapides*, *carbones*, *quin prunas candentes*; nec ut gallus *margaritam* inveniens in fabula, *granum* mallet. Incredibilis quoque ſtoliditas Longurionis, quod *capite in arenæ cumulum*, *vel fruticem*, *immiſſo*, *ſe oculis* venantium *ſubductam* autumet; atque ita *manibus capiendam* ſemet dedat. Meminere *Plin. Oppian. Claudian.* alii. Mitto alia apud *Boch.* H. 2. 258. 261. invenienda. Hinc proverbium احمق من نعامة *ſtolidior Struthocamelo.* Non quod omnis *ſolertiæ* expers ſit in totum: ſed quod tam *debili* ſit *memoriola*, ut mox ſuum opus

opus deſerat; atque ita revera *oblita* dici queat *ſapientiæ*. Addenda tamen *vacuitas a ſapientia*. Patet ex adjecto, *& non dedit ei ſortem in intelligentia*. Reliquis Animalibus, & volucribus multa *pars*, & *ſors*, in hac quaſi *diſtributione*, atque *hæreditate dotium ſingularium*, quas Deus cuique *generi* aſſignavit. *Struthocamelus* ſolus *exſors* omnis *prudentiæ*, ad ſingula momenta *inconſultis*, *cæcis*, *temerariis*, *motibus* ſuis ſeſe abripiendum tradens.

Verſ. 21. Connexionis *rationem* non ſatis expediens Cl. *Cocc.* cum *præced.* ad *Vſ.* 14. regreditur, *Quum relinquit in terra ova ſua*, *ſtatim in ſublime evolat.* כעת, κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, *referendum* ait *ad poſitionem*, *& incubationem*, *ovorum recentem.* Mitto longius productam *Parentheſin.* Rogo tantum, quid *Equus & Vector ejus* hic faciant, ſi nihil aliud intendatur? Scire quoque velim, cur *ridere* tunc *Struthio* diceretur *eos*, qui nulli adſint? *Ridere equum & equitem*, ſimpliciter pro *celerrime avolare* poſitum, haud perſuadeor. Incommodius Cl. *Schmid.* qui arctiore copula indicari cenſet, *in quo conſiſtat hicce defectus Sapientiæ*; quod nempe *non intelligat* Alauda, *quam alte volare poſſit: quippe quæ equos & equites riſura*, *ſi beneficio volatus ſui nidum in alto faceret.* Addit, *Equi & Equitis* propterea mentionem fieri, *quia eorum perſecutio in terra alias maxime timenda & periculoſa: qui tamen*, *quod in Cœlum volare non poſſunt*, rideantur *ab ave altivolante.* Vel hic locus meliora monere debuiſſet Virum Doctum; nam *& alauda* ſatis *intelligit*, *ſe alte poſſe volare: nec unquam*, credo, *deriſit Equum*, *& Equitem ejus*; quippe quam nemo *equo adjutus*, perſequi, aut venari, animum induxerit. *Venatio* illa *equeſtris* clariſſimum fert indicium *Struthocameli*, quem non aliter capere eſſe, diſerte monet *Oppian. Cyneget.* L. 3. 482. ubi rationem reddit cur *Struthioni* in *ferarum venatione* locum tribuat: quod non *viſco*, non *arundine*, non alio aucupio circumveniatur, ſed *equis*, *canibus*, *retibus*, eam aggredi neceſſe ſit. Huc ſpectat quoque comparatio *Claud.* L. 2. in *Eutrop.* 310.

> *Vaſta velut Libyæ venantum vocibus ales,*
> *Cum premitur, calidas curſu tranſmittit arenas.*

Eodem vocat hocce *Plin.* L. 10. c. 1. *Altitudinem equitis inſidentis equo excedunt*, *celeritatem vincunt: ad hoc demum datis pennis*, *ut currentem adjuvent. Cetero non ſunt volucres*, *nec a terra tolluntur.* Attigit & *Xenoph. Anab.* 1. ubi in *Arabia captos quidem* narrat *onagros*, *& capreas*, *ab Equitibus Cyri*, *ſed Struthiones neminem aſſequi valuiſſe.* Adi *Hieroz.* 2 262. ubi de *rapidiſſimo curſu* hujus Alitis, *volatum æquantis*, ejuſque *venatione* hac, plura. Vertit ibi ὁ πάνυ, *Quo tempore in altum ſe attollit*, *ridet equum*, *& ſeſſorem ejus.* Ad verbum תמריא, rarum & obſcurum ſane, perſtricta *Veterum* fluctuatione, ex quibus *Hieron. Alas erigit*, *Chald. volat*, LXX. ὑψώσει *attolletur*; *Syrus* & *Arabs*, *attolletur ut palma*, cum alluſu ad תמר, dederunt, pedem figit in מרא per *trajectionem* a ראם *altum eſſe*; quaſi *Proceritas ſtaturæ* in *Struthione* nunc commendaretur; quum *e nido ſuo exſurgens*, accedentibus venatoribus, *in altum alas erigit*, vel *ipſa potius in altum attollitur*, *mole corporis*, & *colli ſpatio*, *ſupra fidem eminens.* Præiverat *Merc.* qui poſt *R. Levi*, & *Ab. Eſr.* תמריא pro loco תגביה *attollit ſe* exponendum cenſet; rejecta *Gloſſa*, quæ a מריא *pinguis*, & *bene paſti*, notionem oggerebat. Idem *Merc.* ad *venationem adhibitis equis* hic reſpici optime etiam monuit; quos *Struthio celeritate ſua facile vincat*, *dum partim currit*, *partim volitat*, *aliquantum ſeſe alis attollens.* Trajectio *Bocharti* a ראם vel רום *altum eſſe*, parum tuta. *Pro loco exponere* eſt *divinare.* Percipias ex inſtantia Cl. *Schmid.* pro *Alauda*, cui potius, quam *Struthioni*, conveniat *in altum ſe attollere*, *& nec equum*, *nec equitem timere*, &c. R. *Salomo* argutius utitur affini Radice מרה *rebellavit*, pro *ſemet ultra menſuram & magnitudinem ſuam extendit.* Mihi hic ſuccurrit primaria poteſtas verbi מרה مـــــري, *ſtrinxit*, quod inter alia notat, *ad vehementiorem curſum ſcutica incuſſa adegit* equum. Hinc exiſteret, *Quo tempore cum procera mole ad curſum ſemet incitat*, *ridet Equum & Seſſorem ejus.* מרום *altitudo*, ad *proceritatem corporis* æque transferri poteſt ac רם *Eſaj.* 10: 33. ubi רמי הקומה *alti ſtatura.* Jam 1. miraculi

culi loco, *Alitem* habere מרום *proceritatem*, *eminentiamque corporis*; & quidem *Camelinam*, quæ *altitudinem equitis equo inſidentis excedat*. Hinc *Oppian. Cyneg.* 3. 482.

> Καὶ μὴν ἄλλο γένεθλον ἐμοῖς ἴδον ὀφθαλμοῖσιν.
> Ἀμφίδυμον, μέγα θαῦμα, μετὰ στρουθοῖο κάμηλον.

Apud *Perſas* اشتر مرغ *Uſtur Murg*, Itemque apud *Turcas* دوه قوشي *Dewe Kuſchi* audit, q. d. *Camelus avis*. Apud *Arabes* multis Epithetis inſignitur; inter alia اسقف & سقفاء quod *contignatum*, & *tecti inſtar elevatum* deſignat. Ita in *Moallek*.

بزفوف كانها هقلة ام ريال
دوية سقفاء

آنست نباة وافزعها القناص عصرا
وقد دنا الامساء

> *Reſidens in Camelo veloci inſtar Struthocameli pullorum matris, deſerticolæ, eminentis ut tectum:*
> *Quæ percepit murmur* canum, *& quam conterruere venatores ingruente jam veſpera.*

Mirum 2. *Alitem* non *volare*, ſed *per terram currere*, & quidem tanta *celeritate*, ut *canes venaticos*, & *equos velociſſimos*, cum *ſuis* ſibi *ſeſſoribus eludat*. Hinc proverbium a *Taurizio* ad *Hamaſa* productum اعدي من الظليم *Curſu pollentior quam Struthio*. Item ركب جناحي النعامة مثل في خفة العدو *Invehi alis Struthocameli proverbialiter de ſumma levitate curſus*. Sic Poëta *Chalyphani Omarum* laudans in *Hamaſ.*

فمن يسع او يركب جناحي
نعامة

ليدرك ما قدمت بالامس
يسبق

> *Quique curret, & vehetur alis Struthionis,*
> *Ut aſſequatur quæ tu meritus pridem, antevertetur.*

Confer quæ in *Hieroz.* 2: 246. Lectiſſimum 3. verbum תמריא *ſtringit ſeſe*, & *ad curſum incitat*; ubi cum *Equo* & *Equite* curriculi *certamen* tangendum. *Gjauharius* مريت الفرس اذا استخرجت ما عنده من الجري بسوط او غيره والاسم المرية *Dicitur* מרית אלפרש *ſtrinxi equum, quum elicio, admota ſcutica, aut alia re, quicquid curſu pollet. Actio* מריה *Mirja, & Murja, vocatur.* Hinc apud *Golium* noſtrum, poſtremum illud, *curſus equi ſtimulis impulſi*. Ad hanc rationem 4. expeditiſſimus nexus; & definitur ferme, ut inceptum fuerat, in כנף נעלסה *Ala* quæ *agiliſſima*, & *exultabunda* vere, *facta* a Sapientiſſimo Numine, ut *ſtolidiſſimum caput* haberet, quo *venantium cupiditatem ludificaretur*, alias *præda*, & *ludibrium* paratiſſimum, vel puerulis, futurum. Si במרום ad *altam ſtaturam* referri diſpliceat, *edita clivorum*, & *collium* ſubſtituas licet. *Diw. Hud.*

ذَمُولٌ تَزِفُّ زَفِيفَ ٱلظَّلِيمِ شَمَّرَ
بِٱلنَّعْفِ وَسْطَ ٱلرِّيَالِ

> *Velociter incedens, promicat inſtar Struthionis, quum ad curſum ſuccinxit ſe in acclivi terra medios inter pullos.*

מרום & מרומים pro *editioribus locis* paſſim. Hæc quum *volante* ſuo *curſu* ex facili trajiciat *Struthio*, nil mirum ſi tanquam במרום *in alto venatores deſpicere*, & *deridere*, dicatur, & ibi *curſitare*, quo *Equo* & *Equiti* accedere non

da-

22 Num das equo fortitudinem? num conveſtis cervicem ejus tremore alacri?

22 התתן לסוס גבורה התלביש צוארו רעמה׃

23 Num

23 התרעישנו

datur. Aliquid forte effectum, ad locum ferme conclamatum. Rem plane confectam dabit dies; quando *venationem Struthionum* propius cognoſcere licebit. Eam *Theven.* 1. 2. 25. tetigit, nec non *Geſn.* L. 3. p. 744.

Verſ. 22. Occaſione *Equi* modo commemorati ad *admiranda naturæ ejus* tranſiri cenſet *Merc.* Id forte verum; nec tamen nimis urgendum, ob ea quæ ſuperius dicta. Copioſam lucem univerſæ huic pericopæ infuderunt *Boot. Animadvſ. Sacr. L.* 3. *Cap.* 6. & ſequentibus, ad 12. uſque: & *Boch.* H. 1. p. 117. uſque ad 153. Eſt tamen in hoc verſu, quod novam curam requirat. Prius Colon per ſe planum. Poſterius ita verti ſolet I. *Num veſtis collum ejus hinnitu?* Incommodiore ſtructura *Hieron. Circumdabis collo ejus hinnitum?* Duriuſcule *Pagn. Numquid induiſti collum ejus tonitru?* i. e. *fremitu.* Pariliter *Cocc. An amicis collum ejus tonitru?* qui *hinnitum*, & *fremitum* conjungit, ut רעמה reſpondeat *Græcorum* φρυάγματι. Præiverat *Merc. Fremitum & hinnitum vehementiorem* hic gravi voce *Tonitrui* ſignatum monens. *Boot.* duo argumenta huic, omnium ferme calculo comprobatæ, verſioni oppoſuit. 1. *Hinnitum* non e *collo* reddi, quod צואר, ſed e *gutture* גרון. 2. verbum הלביש *induere*, *veſtire*, minus concinnam ſic ſedem occupare, quod *vox cum veſtimento nihil habeat analogum.* Addidit 3. *Boch.* quod *Hinnitus*, qui *acutiſſimus* eſt *ſonus*, *cum tonitru vix quicquam commune habeat.* His rationibus adducti Viri illi Doctiſſ. pro *tonitru* aſſumſere II. *Jubam*; & *Bootius* quidem notionem hanc ex ſola ſerie exſculpſiſſe ſatis habuit; *Boch.* eidem firmamentum quæſivit ex *Chald.* ריעם quod in *Targ. Hieroſ.* aliquoties pro רום *Altum eſſe* adhibitum; quaſi *Juba* ריעמה dicta eſſet, a ſitu, ut λοφιὰ, quia eſt ἐν τῷ λόφῳ, *in vertice.* Ad hanc vertendi rationem, LXX. & *Syrum*, ad mentem ſuam correctos, accommodavit ὁ πάνυ, non feliciſſime; nam hos aliud quid captaſſe, & ſic dediſſe ut nunc legimus, illos φόβον, *terrorem*, hunc ܙܝܢܐ *arma*, patet ex *Arabe*, qui etiam سلاحا *Arma* exhibet, utut male locata. Commendatur quidem hic adſpectus ex eo, quod *præcipuum decus Equorum* in *Juba*: quam propterea hic omitti non potuiſſe urget Vir ſummus: ſed 1. certior foret illatio, ſi *Equi formam*, & *pulchritudinem*, hæc periodus depinxiſſet, in *bellica* ejus *fortitudine* prædicanda ab initio ad finem decurrens. Hanc per גבורה in priore Colo deſignatam ipſe *Boch.* adſtructum dedit; ac proinde non ſatis cohærerent jam duo inciſa; nec reliquæ partes deſcriptionis inter ſe reſponderent, ſi ריעמה ſimpliciter *Jubam* ſignificaret. Non firmum quoque 2. fulcrum illud ex ריעם pro רום, per mutationem *med.* ו in ע, quam eſſe verbi illius corruptionem, non juſtam *Dialecti* derivationem, aſſeverare auſim. Denique 3. רעמה hocce a רעם & *origine*, & *poteſtate*, diverſum ſtatuere, nimis liberum, & alienum a rotunda illa, & ſolida, ratione, quam in omnibus Linguæ partibus firma lege inter ſe revinciendis tenendam cenſeo. His de cauſis accedere etiam non licet nobis Ill. Cl. *Crom.* qui *Arabicum* عرف *Juba* confert, *mutatione* & *trajectione* nimia literarum; quum illud عرف cum ערף *cervice* cognationem habeat, nam اعرف eſt *Cervicoſus*: & רעם potius illuſtrari debeat ex رغم *tremuit*, *intremuit*, *fremuit*, *horruit*, *abhorruit.* Hinc רעם הים *intremit mare*; 1 *Chron.* 16: 32. *Pſ.* 96: 11. i. e. *fremit* fluctibus *commotum.* Item alia *metaph.* *Eſech.* 27: 35. רעמו פנים

co-

cohorreſcunt vultibus. Tremor occupat ora. Iterum I *Sam.* I: 6. בעבור הרעמה *ad eam irritandam, fremente velut, & tremente naſo.* Sic *Arabes* علي رغم من انفه עלי רעם מן אנפה *ſuper tremore ex naſo ejus*; i. e. *quantumvis ringatur, & fremat.* Non ergo proprie *tonitru* deſignat רעם, ſed ſecundario, quatenus tum *intremit Cœlum*; vel *tremor* quaſi *nubes percurrit.* Sic רעד *tremere Hebræis*, apud *Arabes* paſſim *tonare*: quod tamen *primarium* ſi credas, ut primum in *Lexico* locum tenet, erraveris: nam quum رعّاد *Tonans* nubes exponitur, *Trementem* ex *Origine* figuratam ſcias. Hinc venuſta, & in *Proverbii* vim immiſſa, formula, ارعدت فرايصي *intremuere interſcapilia mea.* Apud Cl. *Gol.* ſingulare ejus فريصة eſt *pars carnis, muſculuſve, ad collum, qui in equis trepidare conſpicitur.* Ex *Schol: Haririi*, ad p. 38. produxi *particulam carnis ad ſcapulam extremam, quæ in metu, vel alacritate, contremiſcit*; فزع ; nam تتحرك من الفزع utrumque amplectitur. In *Gjauhario* ſic legitur,

الفريصة اللحمة بين الجنب والكتف لا تزال ترعد من الدابة

Pharitſa vocatur particula carnis inter latus & ſcapulam, quæ non ceſſat tonare, ſive tremere, in equo. Jam manibus palpas IV. quid ſit, *Collumne ejus induis tremore*? illo *tremulo*, & *alacritatis pleno motu*, quo *genus equinum* præ reliquis diſtinctum, circa *interſcapilia*, & *carnes inter humerum collumque.* Has بوادر etiam vocitant *Arabes*, a بادرة *celerans vis, vehementia, alacritas.* Inde ſimile proverbium invaluit, teſte *Teblebio* ad *Conſ. Harir.* p. 38. Iſte *Scapularum colliqne tremor* ad *bellicam vim*, & *vehementiam equorum*, maxime transfertur: unde apud *Gjauharium* ſub بدر laudatur hocce Poëtæ veteris

وجات الخيل محمرًّا بوادرها

Et venere equi rubentes ſcapularibus ſuis muſculis.

In *Hamaſa* ſimiliter reperio

مثخمط تخشي بوادره لدي الاقران

Sævus pugnator, cujus timentur ſcapulares muſculi apud adverſarios.

Extremum eſto ex *Diw. Hud.*

وضربت مفرقه ومني عادة
ضرب المفارق والفرايص ترعد ※

Medium caput ei diviſi, namque mos mihi
Media capita ſecare, intrementibus muſculis ſcapularibus.

Habes quod & filo ſuſcepto, & verbis ſingulis, omni ex parte reſpondeat: nam in צואר *cervicibus Equi hæc affectio tremula* conſpicitur, *eaque quaſi indutum* ejus *Collum*, haud ſecus atque *ornamento militari.* An hoc ipſum intenderint LXX. dantes, ἐνέδυσας τραχήλῳ αὐτοῦ φόβον; dicere non habeo. *Boch:* inferens, *alterutrum fatendum, aut, pro* רעמה *eos legiſſe* רערה, *aut* φόβον *tremorem in* φόβην *Jubam commutandum*; necdum *Originem* ꝟ רעם, *tonitrui*, in *tremore*, adſpexerat: ſecundum quam רעמה idem valet quod רערה. R. *Salom.* ſimiliter בעתה *terrorem* ex phraſi רעמו פנים

23 Num facis eum intremere ut locuſta? gloria ronchi ejus terror.

24 Fodiunt in valle; & ferocit virtute; exit adverſus armaturam.

25 Ri-

23 התרעישנו כארבה הוד נחרו אימה :

24 יחפרו בעמק וישיש בכח יצא לקראת־נשק :

25 ישחק

פנים *coborreſcunt vultus* exhibuerat. Is ſi *ſcapularem* huncce *horrorem*, *ardoris bellici indicem*, intellexiſſet, alio vocabulo uti debuiſſet.

Verſ. 23. Dilute admodum *Jun.* & *Trem.* I. *An tremefaceres eum ſicut locuſtam? gloriam ronchi ejus terrore?* Non multo concinnius *Codurc.* II. *Abigeſne illum quaſi locuſtam? Gloria narium ejus terror.* Paulo propius ad rem III. *Ab. Eſra*, *Faciesne ſtrepitum ejus audiri inter currendum*, *qualis auditur locuſtarum.* Vicinum, quod *Merc.* IV. dedit, *Num efficies ut concutiatur & commoveatur equus*, *cum ſtrepitu quaſi locuſtarum* &c. Simplicius, & rectius V. *Boot.* L. 3. *Obſ. S. Cap.* 7. *Feciſtine equum tam agilem eſſe ut locuſta?* Sic R. *Levi*, & *Jarch.* conſentiente ferme Choro noſtro: & *ſubſultationem crebram* hac ſimilitudine pingi ſciſcente. *Boch.* H. 2. 121. formulam loquendi illuſtravit ex حرجل חרגל אלפרש الفرس *Locuſtam egit equus*, pro *ſaltavit.* Sed verba ipſa *Camuſi* dabo: الحرجلة الجماعة من الخيل كالحرجل والقطعة من الجراد وحرجل عدا يمنة ويسرة او هي عدو فيه بغي ونشاط وجاوا حراجلة على خيلهم *Vox* חרגלה *notat agmen equorum*, *ut &* חרגל; *itemque agmen locuſtarum. Hinc verbum* חרגל *pro currere nunc in dextram*, *nunc in ſiniſtram*; *vel potius currere cum faſtu*, *& alacritate. Dicitur venere locuſtatim* i. e. *ſuper equis.* Ad verbum הרעיש non minus ſuccinunt uſus *Arabiæ* ſub رعش & رعس *tremuit*, *trepidavit*, inter alia *alacritatem & motum ſubſultantem* ferentes. Poſterius Colon a multis expreſſum, *Gloria naris ejus terrori eſt*; quod נחירים ſint *Nares*: ſed commodius alii, *Gloria*, vel *decus*, *Ronchi ejus terrori.* Sic נחרה pro *fremitu per nares emiſſo*, apud *Jer.* 8: 16. conſonante uſu *Arabum* ſub نخرة *vehemens flatus venti*, *procella.* Hoc ſecundarium: primarium, *fremitus e naſo venti prorumpens.* Ejus *maſc.* נחר نخر *actionem* ſignans verbi نخر *ſonum per nares emiſit.* Vide H 2. 126. Habes φρύαγμα, quod in *præced Vſ.* necdum admittebamus. Structuram ſic grandire licet. *Magnificentia Ronchi ejus*, *terribilitas*: i. e. *Magnificum* ejus φρύαγμα *habet aliquid terribile*; *ipſumque* velut *Terrorem* ſpirat.

Verſ. 24. Hæretur ad prius verbum. R. *Salom.* I. plane extra oleas יחפרו traxit ad *inſidiantes in vallibus equites.* Plurimi II. ante & poſt *Merc.* *Fodiunt* pedes ejus *in valle*; vel proprie; vel improprie; pro, *in ſcrobe*: ad quam rationem & *Caſtal.* III. *Cavat ſcrobem*, ut ſit *Enallage numeri*, a qua nec *Merc.* alienus. *Cocc.* IV. ad *Milites caſtra metantes* reſpexit, quaſi *occaſio* indicaretur, qua potiſſimum *animoſitas* equorum ſe prodit, *Belli* nempe, & *Caſtrorum.* Eſt paulo languidius: nam *eductio* potius e *Caſtris*, quam eorum *foſſio*, tangenda fuiſſet. Cl. *Schmidius* V. adfert, *ſi foderint calcari* equites. Duplici laborare videtur incommodo: nam nec *conditio* hic opportuna; & *Equus bellator freno*, non *calcari*, eget. Tenendum inſuper, quod *Boch.* monuit, deſcribi *Equum ſtantem*, *qui* quie-

25 ישחק לפחד ולא יחת ולא ישוב מפני־חרב׃

26 עליו תרנה אשפה להב חנית וכידון׃

27 ברעש

25 Ridet ad pavorem; & non conſternatur: neque retrocedit a facie gladii.

26 Super ipſo tinnulum tremit pharetra; flamma haſtæ, & lanceæ.

27 Cum

quietis impatiens, *pedis unius*, *pluriumve*, *generoſo pulſu campum ferit*. Pulchre *Apollon. Argon.* L. 3.

> Ὡς δ' ὅτ' Ἀρήϊος ἵππος, ἐελδόμενος πολέμοιο
> Σκαρθμῷ ἐπιχρεμέθων, κρούει πέδον.

> *Ut bellator equus pugnæ ſuccenſus amore*
> *Hinnit*, *humumque agili pulſat pede.*

Alia complura dabit *Hieroz.* p. 128. quæ qui ſub oculis habebit, nullus ambiget, quin hoc *nobilis ardoris indicium* nunc attingatur. Apud *Arabes*, magnos talium captatores, ad Linguæ copiam augendam, hinc حافر חופר *Fodiens* dicta abſolute *ungula equina*. In *Hamaſa*

> تطاكم مناسم وحوافر

> *Conculcabunt vos Ungulæ camelinæ & equinæ*

Notat ibi *Tauriz.* سمي الحافر حافرا لانه اثر في الارض *Ungula equina dicta eſt* חופר fodiens, *quod fodicare ſoleat terram.* Similiter traductum כרה كرا aliud *fodiendi* verbum, quod pro خبط *terram pede quatere*, *ad inſtar equi*, frequentatur. Dilucet, ex genio Linguæ fas eſſe, ut יחפרו *Ungula quatiunt* exponamus. עמק *vallem* pro *Scrobe*, figura ſublimiore, non ſperno. Malim tamen *Campum*, & quidem jam, pro ratione loci, captum ut *acie concurratur.* ישיש adfert *gaudium ferox*, *ſuperbum*, *ſui vix potens*, *obliquato ocello exultans.* Originem hanc certiſſimam alibi reſtituimus ex شوس *Oculo obliquato ſuperbivit.* Poſtrema nil plenius illuſtrent, quam hoc Poëtæ

> — *Tum ſi qua ſonitum procul arma dedere*
> *Stare loco neſcit*; *micat auribus*, *& tremit artus.*

Verſ. 25. Impavidus ille in prælia ardor, magnifice exprimitur. *Ridere pavorem*, eſt *Aciem*, *Arma*, atque adeo *Pavorem* ipſum, quem ſtylus grandior *Perſona* auget, & *Martis* facit *miniſtrum*, *ac ſatellitem*, irretorto oculo adſpicere, ac velut *deriſu contemnere.* Inſtar omnium erit *Oppian.* L 1. *Cyneget.* a *Bcot. Boch. Cocc.* etiam adductus.

> Ἠ πῶς ἄντα δέδορκεν ἀσκαρδαμύκτοισιν ὀπωπαῖς
> Αἰζηοῖσι λόχον πεπυκασμένον ὁπλίτῃσι,
> Καὶ χαλκὸν σελαγεῦντα, καὶ ἀστράπτοντα σίδηρον

> *Aut qui inconnivis oculis contra intueatur*
> *Juvenibus armatis ſtipatum agmen:*
> *Atque æs fulgidum*, *coruſcanſque ferrum.*

Verſ. 26. Paulo durior *Proſopopœïa* quam induxit *Merc.* ut *ipſa Pharetra velut jubilare* dicatur *& lætum ſonitum edere ſuper equum*, *cum prælium ſentit.* Minus placet adhuc, quod ad *ſtrepitum ſagittarum in pharetra inter ſe colliſarum ſuper equo*, tum *Merc.* tum *Druſ.*

alii-

27 Cum concuſſione & fremitu haurit terram: nec credit, quod vox tubæ ſit.

27 ברעש ורגז יגמא־ארץ ולא יאמין כי־קול שופר׃

28 Per-

28 בדי

aliique reſpexerint. Nihil *terribile* in *cæco ſtrepitu Coryti*, quantùmvis *ſagittis referti*. Plus deſiderari ſenſit *Schmid:* ſupplens, *ſuſtinet ſine timore*, *ut ſonet ſuper ipſo Pharetra.* *Commendatur equus ab eo*, *quod ſono armorum*, *quando hæc ſuper ſe gerit*, *non expaveſcat.* Recte vero, ſi *ſagittæ valido arcu*, *& brachio*, *impulſæ*, *ſuper eo reſonent & reſplendeant ſimul:* nam *ad pharetram cæco ſtrepitu ſonantem intus*, non *expaveſcere*, haud magnum. *Armis adverſariorum* commodius rem expediri poſſe putarunt propterea alii dantes, *Contra eum tinnit Pharetra* &c. Stant hinc *Munſt. Caſtal. Jun. & Trem. Piſc.* &c. Dubitare neminem poſſe cenſet *Boot.* L. 3: 9: 11. *quod ad equi Bellatoris fortitudinem exprimendam*, *ne hilum quidem conducat*, *mentionem facere telorum*, *quibus ipſius ſeſſor inſtructus* &c. &c. &c Conſentit *Boch.* H. 2: 133. *Malo* in eum *ſonat Pharetra*, *quam* ſuper eum: *quia equum armorum equitis ſui ſtridore non percelli tanti non eſſet. At quod hoſtilium ſtrepitu non terretur*, *hoc demum eſt veræ fortitudinis indicium.* De eo mox. Teneatur autem, quod primus docuit *Boch.* רנה رنا apud *Arabes* teri in *ſtridere arcus impulſi*; atque *Pharetram ſtridentem* hic eſſe, quæ *ſtridentia tela vomat*, ut *Stat.* loquitur. Colligit hinc, *in eum ſonas Pharetra*, vix aliter intelligi poſſe, quam de *ſagittis ex Pharetra expromtis*, *& emiſſis in hoſtem.* Nil certius: nam قوس مرنان eſt *Arcus tinnulum ſonans*, *ſagitta excuſſa*, iſque *ſonus* proprie dicitur رنين רנין, & ترنية תרניה; gemina radice רנן & רנה in hanc *Originem* conſpirante. Eam tetigi ad *Harir.* p. 11. *Græci* τόξον *Arcum* reddentes, rem, neglecta figura, expreſſere. אשפה eſt *Pharetra ſagittis plena*, quæ בני אשפה *Filii Pharetræ* periphraſtice *Thren* 3: 13. Hæc *Pharetra* תרנה, *e nervo vibrato reſonat*, tum quum *fortiter impulſo Arcu ſagittæ* indeſinenter *volitant:* ad imaginem, quæ *Iliad.* 4: 124. pingitur

> Αὐτὰρ ἐπειδὴ κυκλοτερὲς μέγα τόξον ἔτεινε,
> Λίγξε βιὸς, νευρὴ δὲ μέγ' ἴαχεν, ἆλτο δ' ὀϊστὸς
> Ὀξυβελὴς, καθ' ὅμιλον ἐπιπτέσθαι μενεαίνων
>
> *Verum poſtquam lunata magni Arcus cornua adduxit,*
> *Ingemuit Arcus, nervus autem magnum ſonuit, telumque proſiluit*
> *Acuta cuſpide, in turbam evolare cupiens.*

Hoc jam adſpectu, anceps optio, veliſne *contra eum*, an *ſuper eo:* nam *Equum non perturbari*, quum *ſeſſor* ejus *nimbum telorum ejaculatur Arcu validiſſime impulſo*, & *ſono* illo, ac *fulgore*, *aures oculoſque ejus verberante*, ſane ad rem facit, & *propius* cenſeri queat, quam *contra eum:* quod tanquam *e longinquo* advenit. Suo interim ſenſu quiſque fruatur. Cl. *Cler.* inſerens לשוא, *Fruſtra contra eum ſonant ſagittæ*, nervum remiſit, quem intendere debuiſſet. Languet & altera ejuſdem *Viri Doct.* inſertio, *Micatque fulgor haſtæ & clypei.* Rectius *Boch.* ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum oſtendit, *ſtridet mucro haſtæ*, & *lanceæ.* Sed *mucro ſplendet*, inquis, non *ſtridit.* Hoc impulit *Boot.* ut eam *figuram* malleт, qua verbum uni aptum, ad duo tamen refertur. Nulla difficultas, ſi להב חנית *flammam haſtæ* ex ſolenni *Hebraiſmo* reſolvas in *flammantem haſtam & lanceam.* כידון aliis *clypeus*, aliis *lancea.* Hos ſecutus *Boch.* H. 2: 140. concludens eſſe *Telum exitiale* a כיד *Job.* 21: 20. *Exitium.* Nos ibi *Excuſſionem ſcintillarum* indicavimus. Inde *Lanceæ* nomen imponi potuit. Res *Originibus* deputanda.

Verſ. 27. In utroque colo divergia. Prius am-

28 בדי שופר יאמר האח ומרחוק
יריח מלחמה רעם שרים ותרועה׃

29 המבינתך

28 Pergente tuba, dicit, Euge! & e longinquo odoratur prælium; fremitum principum, & clangorem.

29 Num-

ambiguum reddit יגמא *haurit*, *terram:* quod aliis eſt *ungula fodit*, *cavat*, *exhaurit:* aliis *haurit*, & *abſorbet* quaſi *ſolum*, *celeritate currendi.* Prius a *Bootio* L. 3: C. 10. defenditur; conſentiente & *Cocc. Schmid.* &c. Poſterius cum *Merc.* tenet *Boch.* H. 2: 142-148. adducta *Arabum* formula, التهم الفرس الارض *deglutivit equus terram*, pro *celerrimo curſu eam carpſit*, *repuit*, *conſumſit*; ut *Latini* etiam in hiſce ludunt. *Giauharius*,

فرس لهم سبّاق كانه يلتهم الارض

Equus hauſtor, *eſt omnes alios præveriens*, *qui terram hauriat*, *aut deglutiat quaſi.* In *Ha maſa* pulchre

قوم اذا صوّت يوم النزال
قاموا الي الجرد اللهاميم

Gens, *quæ quum conclamatur die prælii*,
Procedunt in equis generoſiſſimis, *hauſtoribus.*

Doct. *de Pined.* tertiam offert viam, *Forte ſignificat habitum indignantis*, *&* *irati*, *dum invitus retinetur ante pugnam*, *videtur enim velle devorare homines*, *ac deglutire quæ prope ſunt.* Hoc idem *Vavaſſ.* ſpecioſius. Simile quid indicat *Eleg. Crinſoz. Neſcio an non exprimatur motus ille Capitis irrequietus terram verſus*, *quo frena rumpere nititur.* In altero inciſo multa item varietas, quam executus *Boot.* L. 3: 10. Parum ſenſere, quibus placuit, *Non fidit*, *præ metu*, *quum vox tubæ.* Alii commodius, *non credit*, præ gaudio, ſcilicet. Huc *Merc.* calculum adjecit, *Ita prælii cupiditate ardet*, *ut etſi tuba ſonet*, *eam ſonare non credat.* Formam ſignatiſſimam loquendi illuſtratam dedit *Boch.* H. 2: 148. 149. Præfert tamen, *Neque conſiſtit firmus*, ſecundum illud, *Tum ſi qua ſonum procul arma dedere*, *ſtare loco neſcit.* Huc & *Bootius* conceſſerat; cui rotundior ratio, quam *Bocharto*, quod præcedens membrum ad *pulſationem pedum* reduxiſſet; cum qua jam bene connectitur illud *ſtare loco neſcit:* quod cum ſenſu illo *rapidiſſimi curſus*, quo jam *incitatus fertur* equus, minus conſiſtit. Cl. *Schmid.* omnium optimum putat, *nec curat quum ſonus buccinæ eſt*, vel *non credit buccinæ ſonum eſſe terribilem.* Eſt languidius. Dilutior quoque videtur ratio, qua *Boch.* expoſitionem *Merceri*, quæ & *Rabbinorum*, ſollicitat, *Lætos eventus tum demum* non credi, *cum ſunt ex eorum numero*, *quæ raro accidunt*, *&* *in ſe aliquid* ἄπιστον *habent*; *qualis in bello haudquaquam ſonus Tubæ.* Quid? an non ἄπιστον fit, quantumvis crebrum, uſitatum, quotidianum, *omne* illud, quod *miſere diſcupimus*, quod *avide inhiamus*; quod *ut quantocyus fiat*, *ardentiſſimis votis anhelamus*? Sub hoc adfectu unice verum puto, *Non credit* &c. ita ſeſe ad curſum incitat, ut *auribus non fidens*, ac *credens*, *oculis* propius *rem inſpicere* velle videatur. Eodem adſpectu poſſis, *Non ſecurus eſt*, *quod vox ſit Tubæ.* Audit tubam, ſed *metuit*, ne falſa ludatur imagine vocis: vadit ergo, & *cominus fidem ſibi facere geſtit prælii eminus denunciati.* Ad *prælium*, haud ſecus atque *ad Epulas*, *irrequieta*, & *ſui vix ſecura*, *exultatione*, pergit.

Vſ. 28. Convenientiſſime ad hanc faciem ſubnexum, *in multa* jam *tuba*, *dicit*, *Evax!* Ad verbum *in ſufficientia buccinæ*, ut *Ar. Mont.* recte: prout *Rabbini* etiam hic הרבה *multiplicationem* agnoſcunt. Inde *Merc. Quum abunde auditur tuba.* Cl. *Cocc.* ſubtiliuſcule, *ex æquo tubæ* ἐν ἴσῳ σάλπιγγος, *quum primum auditur tuba*, ut מדי *Jer.* 20: 8. & 31: 20. Fruſtra eſt *Boot.* 3: 11: 2. mere *expletivum* eſſe τὸ די contendens. *Ibid. par.* 5. מרחוק contendit non *loci* eſſe, *eminus*; ſed *temporis*, *olim*, vel *antea*, ita ſerie connexa, *Ad tubæ*

29 Num per intelligentiam tuam volat Accipiter? expandit alas ſuas ad auſtrum?

30 Num ad mandatum tuum *eſt*, *quod* ſemet in altum tollit Aquila? & quod ſublimet nidum ſuum?

31 In

29 המבינתך יאבר־נץ יפרוש כנפיו לתימן׃

30 אם־על־פיך יגביה נשר וכי ירים קנו׃

31 סלע

tubæ ſonitum dicit, Evax! ad eum *præſentiſcit longe ante* futurum *prælium:* ad *fremitum*, ſive cohortationem, *ducum*, *& jubilationem* militum. Simplicius, quod *Merc.* dat; *& eminus odoratur prælium*, *fremitum principum*, *& jubilum.* Similiter *Cocc. Schmid.* &c. Melius hæc cohæſura cenſet *Boch.* H. 2: 151. ſi ſuppleatur præpoſ. *Prælium ſentit* ex *clamore ducum*, & *jubilatione* militum. Dubitat autem Vir ſummus, malitne *præſagit prælium*, an *præſentiſcit.* Neutrum ſatis aptum. *Præſagitioni* quidem illi *pugnæ*, quam *Plin.* L 8: 42. iis attribuit, nullus hic locus. *Præſentiſcere* propius ad rem; ſed non ſatis forte. Cl. *Schmid.* reſpici autumat ad *Equi geſtum*, quando *ronchos ducit*, & *ſternutat*, *quaſi e longinquo aliquid odoretur*, *ad quod libenter accederet.* Jucunda imago, cui firmamentum addit uſus *Arabum* ſub ارتاح *captare auram*, *naribus attrahere odorem*, præſertim *gratum.* Inde exiſtit, *e longinquo captat auram prælii jam jam committendi: & crebra ſternutatione oſtendit*, *quam ſibi ſuavis ad aures accidat fremitus principum*, *clangorque militaris.*

Verſ. 29 De ordine, & nexu, quem hic indicat *Merc. rediri ad aves rapaces*, *poſt equum*, *cujus mentio facta per occaſionem a Struthione ſumtam*, ſupra mentem ſatis explicui. Modus interrogationis valde notabilis, *An ex tua intelligentia pennas validas explicat Accipiter* &c.? Tune is, qui iſti *Alisi* tantam *pernicitatem volandi* addidiſti? אברה eſt *ala major*, & *firmior*, qualis *Aquilæ*, *Accipitris*, *Ciconiæ*, *Struthionis* &c. Inde האביר non tam eſt *volare*, quam *ala forti gaudere*, ut recte monuit *Cocc.* Notum illud *Homeri* de Accipitre

——— ὅς ὤκιςος πετεηνῶν

Qui velociſſimus volucrium

Adi *Hieroz.* 2: 226. Multi maluere, *An per prudentiam tuam plumeſcit Accipiter?* quaſi digitus intendatur ad *renovationem plumarum veteribus abjectis.* Ipſe *Boch* huc inclinat; ductus blanda ſpecie *caloris auſtralis* in poſteriori colo. Prius tamen eidem non diſplicet: quod ut *Re*, & *Lingua*, tutius, unice amplector. *Alæ expanſæ* poſterioris coli, ſimiliter *fortem*, & *indefeſſum*, ſignant volatum. *Ad auſtrum* additur, vel, quod *Apricationem* ament; vel, quod *migratoriæ* ſint *aves.* Cl. *Schmid.* hic *impetuoſum Auſtrum* inducit, contra quem *ſubvolare* valeat *Accipiter.* Ita תימן pro *Turbine* invenio, *Pſ.* 78: 26. Plenius *Zach.* 9: 14. סערות תימן *Turbines auſtri.* Ceterum נץ derivari ſolet a נצה *volavit.* Collatum inſuper a *Boch.* نضّ *Motitavit* alas. Adde نصّ *emicuit in altum:* de quibus alibi agendum.

Verſ. 30. Definitur in *Rege volucrium.* Iterum notandus interrogationis modus, *An ex ore tuo attollit ſe Aquila?* i. e. *ad mandatum*, & *verbum potentiæ*, quo *omnia portes?* Pauciſſimis ad hanc *pericopam* defungi erit. *Volatum altiſſimum* celebrat proverbium Αἰετὸς ἐν νεφέλῃσι *Aquila in nubibus.* Apud *Arabes* ſic effertur امنع من عقاب الجو *Magis inacceſſus quam Aquila nubicola.* Extat in *Carm. Jbn. Doreid.* de Regina *Meſopotamiæ*, *Zenobia*,

وهي بين عقاب لوح الجو

اعلي منتهي

At-

31 סלע ישכן ויתלונן על־־שן־־
סלע ומצודה :

31 In petra tentorium figit, & pernoctat : ſuper dente petræ, & rupis.

32 משם חפר אכל למרחוק עיניו
יביטו :

32 Inde effodit cibum ; inde e longinquo oculi ejus vibratam tendunt aciem.

33 ואפרחו יעלעו־־דם ובאשר חללים
שם הוא :

33 Et pulli ejus lambendo hauriunt ſanguinem: & ubi loci ſtrata cadâvera, ibi ipſa.

34 ויען

34 Et

Atque illa inter Aquilas nubicolas celſiſſimum tenens gradum.

Alia, & plura, pleno modio admenſus *Boch.* H. 2, 170--173.

Verſ. 31. Grandi figura enunciatum, *Petram habet tentorium*, vel *in petra tentorium figit.* Non de nihilo additus mox *Deus petræ*; i. e. *Eminentia inacceſſa.* Tales captat Aquila, ad *nidificandum.* Adi *Boch.* p. 173. In *Diw. Hud.* deſcripta *excelſa Rupe* cum *Naſo in Cœlum prominente*, exaggerandi cauſa adjicitur:

من فوقها انسر وتحتها
اعنز

Surſum aquilæ nidulantur, inferius verſantur capreæ.

Verſ. 32. Sublimis dictio; *inde fodit eſcam*, pro *veſtigat oculis exploratoribus.* Eam ſuſtinet addita formula; *Inde e longinquo oculi ejus vibrant.* i. e. *haud ſecus acie vibrante attingunt res*, quam ſi *propinquæ* forent. Hinc adagium, ابصر من النسر *Acutior viſu quam Aquila.* Nempe, ut *Damirius* apud *Boch.* H. 2. 174. refert, *vel a quadraginta paraſangis cadaver oculis rimatur.* Illuc redeatur.

Verſ. 33. Clauſula decentiſſima in nobili proverbio; *Matt.* 24: 28. & *Luc.* 17: 37. ad ſublimem ſenſum traducto. Verbum יעלעו *lambunt* vel *ſorbent* ex conjectura reddi ſolet. Veteres in eo hærent, & variant. Recentiores a לוע *glutivit*, in *Pihel* ילועעו; unde per *metatheſin* יעלעו. Inſolens: nec לוע *ſorbendi* vel *lambendi* habet poteſtatem. *Aben Eſra* ex עלעא *coſta*, *Chald.* pro צלע apud *Dan.* 7: 5. elicuit *excoſtant ſanguinem.* Debuiſſet potius contrario adſpectu dare, *incoſtant ſanguinem*, *ad coſtas uſque ſe diſtendunt eo.* Uſum hunc *Arabes* ſubjecere ſuo צלע ضلع, quod inter alia apud *Gol.* eſt, *Ad ſatietatem repleri, cibo & potu ad coſtas uſque diſtendi.* En aliud. עלל eſt *iterato bibere:* unde forma *quadrilit.* יעלעלו *affatim bibunt ad ſatietatem.* Inde extrito ל exire potuit יעלעו. Tale eſt גלגתא *Golgotha* pro *Golgolta*, *Cranium* &c. Omnium ſimpliciſſimum fuerit Thema עלע ſtatuere, & quidem ὀνοματοπεποιημένον, quale ולע ولغ, quod eſt, *inſerta lingua in aquam, eaque motitata lambere, & ſorbere.* Id *Hebræis* ילק, & לקק, in *canibus*, aliiſque. Sonus ipſe *Originem* & *vim* prodit. Sic ad *Lambere* tandem, & *ſorbere*, *cum motu Linguæ, ſtrepituque*, redimus. Id ferme verum dixerim. Nempe *Pulli Aquilini*, hoc verbo adhibito, comparantur cum *Canibus in ſanguinem avidis.* Græcus Cothurnus *Aquilam* vocat πτηνὸν Διὸς κύνα *volucrem Jovis canem.* Videſis *Æſch. Agam.* 139. ibique *Stanl.* nec non *Prom. Vinct.* 1020--1024. ubi grandiloquentiam reperies *Orientali* cœlo, quam *Græ-*

co,

34 Et reſpondit Jehova Jobo, dixitque.

35 An ſat multum apud Omnipotentem caſtigationis? Redargutor Numinis reſpondeat ad hocce.

36 Et

34 ויען יהוה את־איוב ויאמר׃

35 הרב עם־שדי יסור מוכיח אלוה יעננה׃

36 ויען

eo, propiorem. Alia, quæ hic curioſe diſcuti poſſunt, repetantur ex *Hieroz.* 2: 174. 175. Adeatur & *Plin.* L. 10. 3 ubi *Sex Aquilarum genera* indicantur: de quibus fuſe *Geſn.* Commune omnibus nomen נשר نسر. Species in Sacris notatæ פרס *oſſifraga*, & עזניה *Melænaëtos* ſive *Valeria*: de quibus ὁ πάνυ conſulendus p. 185. 188.

Verſ. 34. Novi Capitis initium hinc ducunt multi, anſam præbente ſolemni illo ויען *Et reſpondit*, in principiis capitum. Commodior tamen nobis viſa ratio, quæ hos quinque verſiculos præcedenti convictioni annectit. Potuiſſent etiam per ſe integrum conſtituere Capitulum; ad effectum primæ hujus Actionis, tranſitumque ad alteram, indicandum. Aliquantiſper ſermonem Dei inhibitum, *ut cum tot interrogationibus obrutus eſſet Jobus, reſpondendi ei ſpatium relinqueretur*, omnino cum *Merc.* exiſtimarem. Nonnihil diſſentit *Schmid.* ſed ita ut liberam faciat optionem. Eam & nos facere æquum.

Verſ. 36. Simpliciſſima ſententia multam paſſa diſtractionem. *Vulg.* I. *Numquid qui contendit cum Deo tam facile conquieſcit? Utique qui arguit Deum, debet reſpondere ei.* Tria incommodiora. 1. רב a ריב, *contendens.* 2. יִסּוֹר *facile conquieſcit*, unde exſculptum, non liquet. *Merc.* conjicit lectum fuiſſe יָסוּר *recedet*? Similiter *Vavaſſ.* niſi quod יָסוּר *ſubſtituat.* Sed quidni ex *Niph.* יִסּוֹר *retroagetur*? Neutrum aptum. 3. יעננה *reſpondebit ei*, quaſi יעננו. Non diſſimile quid II. dederant LXX. Μὴ κρίσιν μετὰ ἱκανοῦ ἐκκλινεῖ; &c. *Num judicium cum Omniſufficiente declinabit?* &c. רב item pro ריב *Lis*, & יִסּוֹר pro יָסוּר. Parum limpide III. *Merc. Num contendens cum Deo, caſtigabit eum? arguens Eum, reſpondeat ad illud.* Sumit רוב in 3. *præt. kal*, ex *quieſc. med.* & יִסּוֹר in *fut. kal* a יסר *caſtigavit*, ad normam *deficientium prima Jod.* Iſte defectus in hoc verbo nuſpiam. Senſus impeditus, & exilis, qui vix ulla ſpecie ſe commendare queat. Specioſius IV. quod ex *Ab. Eſra* & *Kimch.* adduxit, *An contendere cum Deo eruditio?* &c. ut רוב ſit *infin. Kal*, & יִסּוֹר item *infin. Pih.* pro יַסֵּר, vel *ſubſtant.* ex illa *conjug.* deſcendens. Ita *Pagn. Calvin. Belg. Cler.* Id iterum varie exponitur. *Codurc.* V. maluit, *num contendere cum Deo eſt erudiri?* Hoc ad ſenſum *Hieronymi* miro flexu revocavit. Multum diverſus VI. *Bolduc. An non contendens cum Deo meretur caſtigationem?* Vicinus *Schmid.* VII. *An contentioni cum Deo defenſio eſt? num arguens Deum reſpondebit ſuper hoc?* Cl. *Reim.* VIII. laudat ex *Starck.* יכור ad *formam* גבור, ut ſit, *num contendere decet cum Omnipotente caſtigante? num corripiens Deus, rationem reddet illius?* At *Reim.* ultima ſic effert: *Accuſans Deum ad hæc reſpondeat.* Eandem hanc *formationem* & יסור captaviſſe videntur *Jun.* & *Trem.* IX. dantes, non a ריב, quo ſuperiora omnia nitebantur, ſed a רבב, *ſatiſne contra Omnipotentem contumacem eſſe quemquam? Increpator Dei reſpondeat ad iſtud.* Ita יִסּוֹר *Contumax reprehenſor*; vel etiam ex *infin. Pih. contumacius reprehendere.* Cl. *Cocc.* X. a רבב *multitudinem* tenens, יסור derivat a סור in *fut.*

36 ויען איוב את־יהוה ויאמר׃

36 Et reſpondit Jobus Jehovæ, ac dixit.

37 הן

37 Ec-

fut. Niph. in h. f. *An exuberantia* quæ *cum Omniſufficiente*, *tranſmigrabit*? i. e. *Efficieturne*, *ut Omniſufficientia a Deo recedat ad alium*, *ad hominem*? Eſt longe adductum: nec רב *multitudinem* ita abſolute uſurpatam, veriſimile. Curæ poſteriores *Lexici* offerunt propterea, *An majoritas apud Deum amovebitur*? An *Deo detrahetur*, *ne major ſit omnibus*? Simpliciter, clare, diſerte XI. Doct. *Tigur. Satiſne rationum allatum eſt ab Opt. M. ad te convincendum*? *ad quod reſpondere illum oportebit*, *qui cum Deo altercari vult!* Secutus *Ill. Grot.* exhibens, *Satiſne a parte Dei argumentorum* allatum eſt? Nec aliter *Epiſc. Elienſ.* Conſimili ratione *Eleg. Crinſoz. An Omnipotens ſatis jam quæſtionum poſuit*? *Reſpondeat nunc qui cum Deo diſputare volebat.* יסור *Convictio*, ſive, *evictio* adverſæ partis, ad os ei obturandum, ſtatim in hac ſerie ſua ſe luce inſinuat. הרב eſt formula ſolennis, qua *multum tibi*, dicebant, pro *ſufficit*, *ſat eſt*. Ita *Deut.* 1: 6. רב לכם *Multum vobis ſedere* &c. pro *ſatis ſuperque ſediſtis* &c. Iterum *Deut.* 2: 2. *Num.* 16: 7. *Eſech.* 44: 6. Pari modo dixerunt, רב לי *Multitudo mihi*, vel עמי *penes me*: pro *ſatis ſuperque adeſt mihi*. Hinc jam, *An multitudo penes Omniſufficientem evictionis*? *An ſatis ſuperque te conviciſſe videor tuæ imbecillitatis*: *qui ne unius* quidem *rei naturalis* tibi propoſitæ, *vim*, *indolem*, *agendi rationem*, perſpicias? Qui Deum *in congreſſum* evocaſti, hæc primum reſolvas. *Qui ſe Deum illo in congreſſu redarguturum eſſe* dictitabat, *reſpondeat ad illud*, quod in omnibus hiſce quæſtionibus poſitum: *atque tunc demum* de *Sanctitate*, & *Juſtitia* mea, *aliiſque materiis*, infinitum quantum *ſublimioribus*, ſe mecum in diſputationem immiſceat.

Verſ. 36. De *prima* hac *Confeſſione Jobi* non unum judicium ferri video. Rabbini I. multum in ea requiri cenſent. Et *Aben Eſra* quidem 1. ita calculos ponit, ut *aliquid contumaciæ* Noſtro adſpergatur; qui non niſi *coactus* Dei noviſſima interrogatione, *os reſolverit* in *verba* minus *congrua*, & *decentia*, quibus ſe *ulterius* Deo *reſponſurum* neget, quod jam ſatis *Cauſam* ſuam *egiſſet.* Mitius paulo, & argutius, *R. Levi* 2. *duo* illa *Vſ.* 38. exponens, *unum* trahit *ad adflictionem piorum*, de qua *ſibi ſatisfactum abunde* innuat Noſter, per ſermonem *Elihui*, a Deo continuatum: *alterum* autem *ad felicitatem impiorum*, de qua etiamnum hæſitet: iſtique ſcrupulo eximendo deſtinatam alteram Dei orationem, quæ incipit a *ſuperborum everſione* & *ruina.* In alia omnia diſcedit *Merc.* II. exiſtimans *Jobum ſimpliciter culpam ſuam*, & *loquendi imprudentiam*, *agnoviſſe*, *ita convictum*, *ut nihil jam ſcrupuli remaneret*, *ſive in* adflictionibus piorum, *ſive in* felicitate impiorum. *Cujus enim tanta ſit ubique providentia*, *ut nuſpiam injuſtitiæ*, *aut rei temere factæ poſſit argui*, *ei in hominum judiciis nil iniqui tribui poſſe*, *ſive bonos adfligat*, *ſive malos proſperet. Ac ſi vel ad minimum eorum quæ Deus in rerum Natura facit*, *nihil cernat homo*, *utique cum in ſecretioribus Dei conſiliis*, *judiciiſque*, *multo minus videre.* Accedunt plerique: & Cl. *Schmid. nihil in hac ingenua confeſſione deſiderari* cenſet. Ad *Cap.* 42: 1. tamen dicet, *Jobum* plenius *errorem* & *peccatum ſuum* agnoſcere, & *ſeriam profiteri pœnitentiam*, *quam in cinere* & *pulvere agat.* Profecto utramque *Confeſſionem* contendenti admodum notabile diſcrimen in oculos incurrit: atque poſteriorem priore multo cumulatiorem eſſe apparet. Hinc media via III. magis placeret, quam *Jun.* & *Trem.* verbulo indicant; *Confeſſionem* vocantes *ſingularem ad ſuperiorem Dei propoſitionem*, *non autem integram*, ut *Cap.* 42: 1. Movet me 1. phraſium in primo hoc reſponſo ratio reſtrictior, quam pro *plena* & *completa agnitione culpæ*, cum *ſui ipſius condemnatione.* 2. Repetita *Dei inſtantia*, & *aggreſſio*, acrior quam præcedens, & quidem *e Turbine*, cum novis *Phænomenis*, terrorem incutere aptis. 3. Non videtur poſt *ingenuam ſui condemnationem* objecturus fuiſſe Deus, quod *Cap.* 40: 3. ſeverius quam ante intonatur. Minus etiam 4. quadraret tunc inſertio illa *Cap.* 41: 1. 2. qua *audaciores* illi *Spiritus*, quibus ſe *innocentiæ*

ſuæ

37 Ecce vilis ſum! quid regererem Tibi? manum meam appoſui ori meo.

38 Semel locutus ſum, ſed non reſpondebo, & ſecundo, ſed non addam.

37 הן קלתי מה אשיבך ידי שמתי למו־פי׃

38 אחת דברתי ולא אענה ושתים ולא אוסיף׃

ſuæ fiduciа abripi ſiverat Noſter, ab ipſo etiam Deo directe reprimuntur. Accedit 5. quod *tota* hæc *digreſſio* in *formidoloſiſſimorum Animalium deſcriptionem*, hinc videatur pendere, atque jam *concinnum*, & plane *admirabilem* connexum adipiſcatur, cum reliquis partibus hujus Libri: ut ad *Cap.* 40: 10. plenius oſtendere conabor. Hæc tamen ita propono, ut melioribus calculis me concedere paratiſſimum profitear.

Verſ. 37. Ad verbum קלותי variatur nonnihil; quod notio ejus anceps ſit, vel ad *levitatem*, vel ad *vilitatem*. Prius tenet *Vulg.* I. ſatis ſcite, & rotunde, dans, *Qui leviter locutus ſum reſpondere quid poſſum?* Secutus *Luth.* quem *Schmid.* contendens, *Jobum nimis leviter, & temere, ex impatientia, & inſipientia, egiſſe, & locutum ſe* confiteri. Citat Vir Doct. pro *facto temerario Gen.* 49: 4. & *Jer.* 3: 9. Prius non קל, ſed פחז præfert. Poſterius קל זנותה *famam ſcortationis* ſonat potius, quam *temeritatem.* Non negaverim interim, קלל etiam habuiſſe notionem *temeritatis*, ſed קלותי abſolute *temerarius fui* hic exponere non ſuſtinerem. *Merc.* II. *En vilis & abjectus ſum, quid tibi reſponderem, cujus tanta majeſtas, tanta opera?* Sic plerique. Plenius *Cocc.* cum luſu venuſtiore: *Sibi tribuit* קלות *vilitatem, ut Deo* רב *magnitudinem &* כבוד *gloriam. Abnegat dignitatem, virtutem, ſapientiam ſuam; & Dei gratiam, potentiam, & ſapientiam, abundantiſſime in ſeſe exercitam, recogniſcit. Se declarat* ἧττω, *Deum* μείζω καὶ πλείω. Si *Jobus plenam culpæ agnitionem* hic præſtitiſſet, pronus amplecterer. Reperio *Nah.* 1: 14. abſolute poſitum קַלּוֹתָ *eviluiſti, ad ſummam vilitatem redacta es, per plagas ignominioſas.* Hoc III. intendiſſe videtur *Ab. Eſra*, quum a קלון *ignominia* hunc locum explicari poſſe monet: q. d. *ignominioſiſſime tractatus ſum: quid reſponderem Tibi?* &c. Aliquid *contumaciæ* hoc ſpiraret: niſi forte necdum penitus *ſedati doloris* hoc verbum appellare fas ſit. Malim tamen, *vilis ſum. Agnoſco infinitam inter me & Te*, O Deus, *diſtantiam: Te Creatorem potentiſſimum; me creaturam contemtam, & abjectam. Non eſt ergo quod Cauſam* meam *contra tantam Majeſtatem tueri coner. Numini* Tuo *debita veneratio* exigit, ut *me in ſacrum* potius *ſilentium tradam*, ac configam, quam ut ulterius diſputem pro *innocentia*, quam unus omnium intime noſti. Sequentia hunc ſenſum invitant: *Quid reſpondebo*, vel *reſponderem, Tibi?* Eſt *attoniti*, & *perculſi* magis, quam plane *convicti*, & *ſemet condemnantis.* Item, *Manum meam ori appono*, eſt *ſubmiſſio reverentiæ plena inferioris erga ſuperiorem*, cujus *Majeſtati* ſe *concedere* fatetur: vel & *ſtuporis attoniti*, nec *verba invenientis.* Ita *Cap.* 21: 5. & *Cap.* 28: 9. ſupra.

Verſ. 38. Confeſſionem non omni ex parte tam *liberam, ingenuam, completam*, quam Deus exigebat, arguit etiam hæc pars reſponſionis. *Vulgat.* I. paulo ſolutius: *unum locutus ſum, quod utinam non dixiſſem; & alterum quibus ultra non addam.* Variæ ad hæc conjecturæ enatæ. *Philipp.* 1. acumini ſuo fidens *duas* enotat *ſententias*, quas ex ore emiſſas nollet Noſter: alteram ex *Cap.* 7. *Eligit ſuſpendium anima mea:* alteram ex *Cap.* 9. *Si flagellat occidat ſemel* &c. Duas alias indicavit *Cajetan.* apud *de Pined.* reperiundas: ut & 2. quod *Gregor.* deſignari velit *tempus ante & poſt calamitatem. Sanct.* 3. ſatis confidenter, *unum, in quo modeſtiam non ſervatam fatetur, eſt quod cum Deo congredi voluerit? alterum quod gravius ſe punitum dixerit; quam par erat.* Quid R. *Levi* viderit 4. ad

Vſ.

Vſ. 36. tactum. Contra *Merc.* II. *Semel atque iterum ne ita crude intelligas, quod* unum *aut* duo *tantum in Deum dixerit, ſed quod* ſæpius *in Deum ſit locutus, dum adverſus ſocios integritatem ſuam mordicus tueretur. Significat ergo ſe* aliquoties *eodem regreſſum, non ultra tamen tale quid commiſſurum.* Subſcribunt plurimi: additque Cl. *Schmid. Jobum nihil extenuare, ſed ingenue confiteri ſe* ſæpius *in verbis ſuis erraſſe; nec quicquam in hac confeſſione deſiderandum.* Atqui *deſideraſſe* aliquid videtur Deus: & ipſe Vir Doct. *poſtremam confeſſionem* agnoſcit *pleniorem.* Mihi quidem III. *ſemel iterumque* nec reſtricte nimis, nec ſane admodum laxe, ſumendum, & aliquid vel *excuſationis*, vel *extenuationis*, præ ſe ferre, videtur: q. d. *Fateor me in quibuſdam* imprudentius locutum: *nempe vincebat dolor, animabat cauſæ Juſtitia; aliquid relaxationis oppreſſo pectori datum: ſed non* reſponſabo *ultra: neque* pergam *contendere cum Numine, quod viarum ſuarum rationem,* captu omni ſuperiorem, *nemini reddere tenetur.* Sentis aliquid, non *contumax* illud quidem, & *rebelle*; ſed tamen necdum tam *ſubmiſſum*, tamque *tenerum*, quam quod in noviſſima confeſſione relucet. Qui ad Libri hujus univerſam *Oeconomiam*, ejuſque diſpoſitionem exactiſſimam, attenderit, in hoc primo *Jobi* reſponſo non ulterius progrediendum eſſe, facile largietur. *Sinceræ* Sanctiſſimi Viri *pietati*, & *virtuti*, nihil hinc decedit, quod non ad vere *paternas* haſce Dei *convictiones, infinita clementia temperatas*, ſemet protinus *in ſaccum & cineres proſtraverit*, atque *talem defenſionem ſui* ut *illegitimam*, & Deo *injurioſam*, condemnaverit. Scilicet qui per varios gradus in tantam audaciam, ex optimæ cauſæ fiducia, implicitus fuerat, inde non niſi per varios gradus convictionum ab *Elihuo*, ab ipſo Deo, admotarum, potuit explicari: Sapientia Numinis ita rem hanc moderante; ut *Opus gratiæ vorticordiæ*, & *victricis*, in *Jobo* ſenſim *ad officium revocando*, tanto illuſtrius reſplenderet.

CAPUT QUADRAGESIMUM.

Verſ. 1. ויען יהוה את־איוב מן
סערה ויאמר׃

2 אזר־

Verſ. 1. ET reſpondit Jehova Jobo ex turbine, & dixit.

2 Ac-

Verſ. 1. Quæ *generatim* ad modum *Apparitionis* hujus pertinent, *Cap.* 38: 1. diſcuſſa. *Speciatim* diſpiciendum, cur denuo *ex Turbine* inſtetur, atque *longiſſima* fiat *egreſſio*, qua ad vivum depinguntur *duo formidoloſiſſima Naturæ portenta*, titulo *Behemothi* & *Leviathanis* inſignita. Inverecunda ſententia I. quorundam, qui cum *Theodoro Mopſueſteno* duo hæcce capita adulterina cenſent; quum *Oeconomia* Libri ea aperte requirat; & nobilior ſit, ſublimiorque, character dictionis, quam ut a mala manu potuerit proficiſci. Rabbini ferme II. exiſtimant, *Jobum* necdum fractum, atque ex parte ſaltem adhuc contumacem, altera hac Actione fuiſſe conterrendum; ut Deo victas præberet manus. Contra *Merc.* III. *Nos hæc*, inquit, *non tam ad coarguendum Jobum, qui plane jam victum ſeſe agnoſceret, & culpam ſuam faſſus erat, adjecta putamus, quam ut magis ac magis confirmaretur ad Dei potentiam, & providentiam agnoſcendam* &c. Conſimiliter plurimi. Media via IV. *Calvin. Conc.* CLIV. *Mirum videri poſſit, quomodo Deus* Jobum *iterum modo formidabili alloquatur; quomodo ipſum ad certamen provocet, ejuſque arrogantiam irrideat, cum ipſe jam in ſe proſtratus fuerit. Sed in eo animadvertitur, quum nos humiliati ſumus, eſſe adhuc reliquias aliquas ſuperbiæ, in nobis occultæ, quæ non apparet niſi coram Deo, & qua nos ab Ipſo purgari*

2 Accinge, age, ſicut Vir lumbos tuos; interrogabo te, & notum fac mihi.

2 אזר־נא כגבר חלציך ואשאלך והודיעני :

3 Numquid etiam irritum facies judicium meum? condemnabis me, ut juſtus ſis?

3 האף תפר משפטי תרשיעני למען תצדק :

4 Er-

4 ואם־

ri oportet &c. Nempe ſemper ſunt aliqui receſſus in corde: Deuſque etiam in iis qui ſe cupiunt ſubjicere aliquem morbum arcanum cognoſcit &c. &c. Hæc cum noſtro calculo ad *Cap.* 39 paulo ante poſito conveniunt. Nimium acumen *Rambani*, qui ex omiſſo *He Emphatico* in סערה, quod *Cap.* 38: 1. aderat, colligit, hunc *alterum turbinem* non tam *vehementem* fuiſſe. Non multum etiam tribuere auſim ſuſpicioni Fred. *de Pined.* hac ſecunda Dei oratione *Turbinem invaluiſſe, & perſtrepuiſſe vehementius, forte etiam ad majorem terrorem, & potentiæ Divinæ illuſtriorem ſignificationem inſtaurata fuiſſe tonitrua, & aliquam ſpeciem ſplendidiſſimam objectam oculis Jobi, qua repræſentaretur* Deus ſpecioſis indutus veſtibus: *tum etiam excitatus turbine multus pulvis impetu concurſantium ventorum, quo facies Jobi, & aliorum ibi adſtantium, obduceretur.* Hæc *Bolduc.* non nimis æquus in *Pinedam*, deridet. Ego in medio, ut propoſui, ita relinquo: aliquid ad *Cap.* 42: 5. de media parte hujus conjecturæ diſceptaturus, *num viſibilis ſpecies Majeſtatis Divinæ oblata fuerit Jobo.* Quorſum porro *Behemothi*, & *Leviathanis*, illæ *ampliſſimæ deſcriptiones* ſpectent, ad *Vſ.* 10. commodius diſquiretur, enucleata primum introductione, quæ iſtis picturis mirabilibus præfixa, ſimul verum earundem ſcopum haud dubie figere, & pand re, apta.

Verſ. 2. Recurrunt hic eadem omnia, quæ ad *Cap.* 38: 3. dedimus. Tenemus cum *Mercero* acrem, ſed amicam, *Ironiam.* Cl. *Cocc.* ait, *partim ironicam, partim metaphoricam eſſe juſſionem. Quatenus ironia ſit, excitari noſtrum ad virium ſuarum, judiciique, abnegationem: quatenus metaphora, ad virilem in Deo fiduciam, & confeſſionem Judicii ejus.* Sequentia arguunt, *meram* eſſe *ironiam*, qua denuo pungatur Noſter, ad nimios ejus ſpiritus comprimendos. Colligimus inde, eos necdum in totum reſediſſe; atque confeſſionem priorem magis *Reverentiæ* fuiſſe, *injuriam*, quam pro Arbitrio injunxerat ſuprema Majeſtas, *concoquere*, & *ex animo delere, paratæ*, quam *ſubmiſſionis abſolutiſſimæ*, ſemet condemnantis: & Dei *vias Juſtiſſimas* agnoſcentis, etiam tum, quum *innocentiam* ipſam *in fornacem* mittit graviſſimarum tentationum.

Verſ. 3. Habes ſimplicem, & commodum, nexum; in quo expediendo multa a multis tentata. *Origen. Chryſoſt.* aliique *Græci* I præeuntibus LXX. aliquid admodum mite hinc elicuere; *putaſne me aliorſum hæc tecum egiſſe, quam ut tu Juſtus declarareris?* In hunc ſenſum plura dabit *de Pined.* Rectius *Vulg.* II. *Nunquid irritum facies judicium meum? & condemnabis me ut tu juſtificeris?* Hoc *Gregor. Philipp. Thom. Nicol. Latini* fere omnes, ita accepere, ut verba ſonant, *Noſtrum nimis tendendo pro innocentia ſua, Divinæ Juſtitiæ, & æquitati detraxiſſe* &c. Nimis durum viſum *Pinedæ* ita III ſenſum remollienti, *irritum facere judicium Dei, non tam eſſe, iniquitatem Deo tribuere, quam illius decreti, ſententiæ, juris, menſuræ, ſtabilitatem, & firmitatem infirmare, quaſi Jobus querimoniis ſuis in menſuram calamitatis, qua ipſum adfecerat Deus, mutatum, & imminutum ire voluiſſet.* Vicinum IV. quod Doct. *Tigur.* dant, *Numquid reſcindes a me judicata?* &c. Preſſius in vim particulæ הגם inſtans *Merc.* V. *Non ſatis tibi eſt juſtitiam tuam defendere, niſi & me inſuper ut* injuſtum *accuſes? id quod facis quum me tibi inimicum quereris, & te ſupra modum cruciari ais.* גם Etiam *emphaſin habet, & neſcio quid urgens.* Ex mente Cl. *Cocc.* VI. גם connectit hoc colloquium priori, h. ſ. *ſi in gratia, & proviſione boni, me accuſare non potes; an ſaltem* judicium meum culpabis, *quaſi vel negligentia, vel deſpectione,*

vel

4 ואם־זרוע כאל לך ובקול כמהו תרעם׃

4 Ergone brachium, ſicut Dei tibi eſt? & voce, ſicut ille, intonabis?

5 עדה־־ 5 Or-

vel ἀσθενῶς, *vel malitia male judicem*; *vel* judicium *ob impotentiam*, *aliamve cauſam*, *non exequar*? *Qui* Judicium *Dei non laudat per omnia*, *is neceſſario aliquid iſtiuſmodi reprehendit*, *ſibique adeo juſtitiam arrogat.* Cl. *Schmid.* τῷ גם inſiſtens VII. *Omnium optimum videtur*, inquit, *Dominum primo concedere Jobo*, *quod Juſtitiam ſuam contra Socios ipſi defendere licuerit: ſed ſecundo reprehendere modum defenſionis*, *quo eo uſque ſit progreſſus*, *ut ipſum Deum & Judicium ejus accuſaverit.* Admitti poſſet, niſi Vir Doct. *Judicium* illud *Dei* exponeret de *Ordine Salutis hominibus conſtituto*, *quem Jobus culpaſſet*, *quaſi melior eſſe potuiſſet*, *imo debuiſſet.* Convenienter *Hypotheſi* id repoſitum & heic: ſed nego hanc fuiſſe cauſam querelarum: aut id Noſtro unquam in mentem fuiſſe. Audacter dico, nimis ille *injuſtus*, *importunus*, *atque adeo jejunus* fuiſſet *Cavillator*, & *Criminator viarum Dei*, ſi *Ordinem Salutis* tanta *querelarum tempeſtate onerare* ſuſtinuiſſet; atque ad *beatam immortalitatem evehi* per *crucem*, & *adflictiones*, nimis iniquum, & acerbum, judicaſſet. Teneo VIII. *Judicium Dei* eo ſenſu, quem plerumque exerit, & exiſtimo Noſtrum nunc ad *finem*, & *exitum*, hujus certaminis caſtigari, quod non contentus *innocentiam ſuam*, & *ſuum* משפט *Judicium*, acerrime defendiſſe, (quod ſalva veritate poterat, quin debebat) eo uſque æſtu diſputandi ſe abripi ſiverit, ut *Deo* משפט *Judicium ſuum* detractum iverit, quaſi ſe *Juſtum eſſe* & *innocentem* obtinere non valuiſſet, niſi *Deum* quodammodo *condemnaſſet*, atque *in hac Cauſa æquitatis*, & *juſtitiæ*, *rationes non ſervaſſe* erga *Religioſiſſimum* ſui *Cultorem*, contendiſſet, & magnis paratragœdiationibus urſiſſet. In eo graviſſime peccatum fuiſſe a Noſtro, cetera inſontiſſimo, nemo dubitat. Hoc jam prima confeſſione necdum ſatis rotunde ab Eo agnoſci, neque *gravitati delicti illius* hanc *pœnitentiam reſtrictiorem* reſpondere, circumſtantias omnes expendenti non difficulter liquebit. Habes rationem, cur heic loci demum iſta taxatio inſeratur, quam primæ orationi intexendam potius fuiſſe, aliquis diceret. Sed revera juſtior hæc ſedes: quod ad convictiones illas tam acres ſimul, ſimul mites, & infinitam bonitatem ſpirantes, necdum cor *Jobi* penitus colliquefactum, atque in lacrymas pœnitentiæ effuſum fuiſſe, appareat. Hoc autem revera erat ſuum *Judicium*, משפט, *Jus*, cum *imminutione* & *infractione Judicii* משפט, & *juris*, *Divini*, velle obtinere, & *Deum* quodammodo *condemnare*, quod *Religioſiſſimi* ſui *Cultoris virtutem*, *pietatem*, *innocentiam*, nimis *duriter*, & *injuſte*, *tractaſſet*, tam fœdis plagis objiciendo eum, qui præmia, piis promiſſa, cumulatiſſime ſe recepturum exſpectarat. Ad rem, in hoc poſtremo membro, *de Pineda. Itane vero neceſſarium putas Judicium meum nota aliqua iniquitatis adſici*, *ſi tu declarandus ſis innocens*? *Atqui bene ſtare poteſt mei Judicii æquitas cum tua Innocentia. Non pugnat in meo Judicio Sanctitas cum ærumnis.* Hæc *præjudicata* videlicet *opinio* non *Treſviros*, non *Elihuum*, tantum occuparat, ſed & ipſum *Jobum* tranſverſum egerat; qui nunquam ad tam *graves expoſtulationes cum Deo* proceſſiſſet, ſi *mala* ſibi *immiſſa* non ad *pœnam*, ſed ad *probationem* virtutis, *coronamque* Capiti ejus tandem imponendam, pertinere ſciviſſet.

Verſ. 4. Miris fidiculis *Origen.* I. hinc elicuit *præconium virtutis Jobææ*, quaſi *in vincendo Satana ſe fortiſſimum & Divino* quodam *brachio præditum* probaſſet. *Græci* nempe dederant cum *interr.* ἦ βραχίων σοί ἐστι κατὰ τοῦ κυρίου; &c. quod ille in contrarium ſenſum rapuit; ſequentibus ita illuc detortis: *Adverſarium deviciſti. Accipe ergo coronam. Indue ſplendorem: triumpha hoſtes ſuperbos*; *eoſque pedibus tuis obtere* &c. Nihil alienius a ſerie; quæ *caſtigationem* præfert, non *laudem*. Sine *interrog.* II. *Vulg.* longius producta periodo ad *Vſ.* 9. *Et ſi habes brachium*, *ſicut Deus*, & *ſimili voce tonas: Circumda*, *tibi decorem* &c. *Diſperge ſuperbos* &c. *Reſpice* &c. *Abſconde eos* in

in pulvere &c. Et Ego confitebor tibi &c. Pericope ſic ordinata varie exponitur a Latinis. *Philipp.* aliique 1. *Stultum eſſe cum Deo contendere illum qui divina virtute indiget ad ſalutem ſuam: ejuſdemque ope ad ſævos hoſtes qua dæmones, qua homines, vincendos.* Propius ſcopo *Thom. Aquin.* 2. *Non debere hominem gloriari de juſtitia ſua, cum non poſſit ſuis ſibi viribus ſalutem præſtare.* Præiverat *Gregor. Si potes hæc terribilia facere, ut Ego, tibi, & non mihi, deputa omnia bona quæ feciſti: ſin non potes; liquet quod a reatu nequitiæ tua te virtute liberare non vales.* Nutat 3. hoc *Sanctii. Ille ſolus poterit cum Deo de Juſtitia, aut de potenti virtute, contendere, qui paria Deo poſſit: Hoc non poteſt Jobus, ergo neque ſuam adverſus illum innocentiam, & juſtitiam, tueri.* Non firmiore ſtat talo 4. illud *Pinedæ, vanos eſſe conatus Jobi, qui Dei Judicium irritum facere voluerit, quod Eo non ſit ſuperior alius Judex: oportere proinde, ut Deo flagellanti ſupplicetur ſine querimoniis.* Cum *interrogat.* negante III. *Merc. Habeſne brachium quale Deus* &c? *ut mecum* ſcil. *contendere audeas aut poſſis.* q. d. *ubi ea facere potueris, quæ Ego, tum te mihi parem agnoſcam, & mecum tibi contendere licebit. Quod ſi hæc non potes præſtare, cede & te mihi ſubjice, mea judicia, eorumque cauſas, non inquirens curioſius.* Dubitanter *Cocc.* IV. *An tua eſt potentia illa per quam ſalvus es, qui poteras mille modis eſſe perditus?* vel, *an tu, aut ullus homo, habet potentiam, qua poſſit Deo reſiſtere?* Longiuſcule abit *Crinſoz.* V. *An vero, recognoſcens meam perfectam juſtitiam, nihilominus reſiſtere velles meæ potentiæ, tuæque voluntati obſequi? Vireſne tuæ meas æquabunt?* Non caret hiatu VI. quod *Vatabl.* dedit: *Æquaſne Deum viribus?* i. e. *Deus eſt potentiſſimus; fieri ergo nequit ut non ſervet hominibus juſtitiam.* In vicinia *Schmid. Confutatur accuſatio Jobi argumento a ſumma potentia petito, cum qua pari paſſu ambulet juſtitia; ita ut ubi ſumma potentia, ibi etiam ſumma juſtitia & ſapientia ſit: & contra.* Tangendus VII. conatus novus, in nova *Explicatione Libri Jobi ad Methodum Patrum*, quæ prodiit *Pariſ.* ante quadriennium; cujus copia mihi hiſce diebus contingit. Cenſet Doctiſſ. Auctor *Jobum* in ſuis hiſce calamitatibus immeritis *perſonam geſſiſſe Mediatoris noſtri*; atque propterea tam *graves*, & *acerbas, querelas*, de *plagis innocenti inflictis*, *miſcuiſſe.* Eſt Vetus Hypotheſis: cui ſuperſtruitur *Myſtica* valde, & *mere Allegorica*, interpretatio, horum poſtremorum capitum. Loquens nempe hic inducitur *Dei Filius manifeſtandus in carne*, qui *Jobi querimonias ſedet*, quin *audacias compeſcat*, quod quamvis *typum ſuſtinuerit Mediatoris* in *paſſionibus* illis & *vexationibus*, quibus objectus fuerit; neutiquam tamen ipſe ſit *Mediator*, ac *Redemtor* generis humani; *tantæque dignitatis*, ut *jure conqueri* potuerit de *acerbitate malorum in ſe immiſſorum.* Verſui noſtro inde hic ſenſus ſubjicitur: *An tu poteris forti brachio ſternere principem hujus ſeculi, eumque terris expellere, prout Cœlo præcipitatus fuit?* Non abſimile quid reperio in *Gloſſ. Ordin.* in qua *Brachium Dei habere*, exponitur *Filium operantem gignere*; & *voce tonare*, item, *conſubſtantialem ſibi Filium mundo terribiliter demonſtrare.* Quantis incommodis *Myſtica* illa *Hypotheſis* laboret, exequi non vacat. Eam quoque non aliam ob cauſam attigi, quam ut occaſione ejus monerem, a *Litera* propterea in ſublimiorem huncce campum tranſcenſum videri, quod variæ, & diſſonæ, expoſitiones vix darent ubi pes figi poſſet. Certe in iis, per quæ ante ivimus, nihil adhuc tale comparuit, in quo ſatis tuto acquieſci poſſe videatur. Materia, ſeries, Oeconomia Libri, hunc mihi ſenſum VIII. ſuggeſſere, *refutari* nunc *illam partem querimoniarum Jobi*, quibus *ſibi injuriam* a Deo *illatam*, & *jus* ſuum *everſum*, contenderat ſumma cum animoſitate, & exaggeratione. Illos *animos*, qui necdum *plane conſederant*, nunc porro graviter non minus, quam clementer, reprimit Deus, ironia aculeata rogando, *Ergone brachium tibi quale Deo, & voce, quali ille, tonabis?* Itane vero Talis tu, cui Ego, ut æquali meo, majorem debuerim reverentiam, quam ut Eum, pro meo arbitrio, ad tempus, miſeriis objectarem? Tantane perſona Tua, ut non ſuffecerit Tibi, *Juſtitiam*, & *Innocentiam*, contra calumnias defendiſſe Amicorum, ſed etiam *me condemnare* vel debueris antea, vel nunc etiam pergas, per minus rotundam hancce ſubmiſſionem, qua *Majori concedens* videlicet, *cauſam* Tuam *meliorem*, atque *vim*, *injuriamque*, Tibi a me factam, non obſcure innuis. Hoc toties a Noſtro dictum fuerat, & quidem contentioſiſſime, ut reliquias illius cogitationis ei hæſiſſe, nil mirum ſit. Addere auſim, ni hoc ſtatuatur, poſtremæ huic Actioni nervum quodammodo adimi: quorſum

5 ערה־נא גאון וגבה והוד והדר תלבש׃

5 Orna te, age, magnificentia & celſitudine; majeſtatem & gloriam induas.

6 הפץ

6 Ef-

ſum enim tam *acres ironiæ*; tam *fortia tela*; tam *gravia*, ut ſic dicam, *arma* Dei omnipotentis? ſi *Jobus* præcedenti illa confeſſione totum hocce quicquid erat fermenti ex animo deleviſſet. Plura ad *Vſ.* 9. ſubſerentur. Concludo, hanc videri proximam, & juſtiſſimam, rationem connectendi: *Jura tua* a me *imminuta*, & *everſa*, *conqueſtus es.* Et *quænam* illa *Jura*? An forte omnia Tua mihi non debes? Ecquid *independens* aliquod *Numen* es? Ecquid *brachium* geris quale Deus? & *ſimili voce*, Majeſtatis plenâ, *intonas*? Sentis aculeos Deo dignos, & cordi pientiſſimo perſanando unice aptos, quibus eidem intime inſinuatum, & infixum, qui *Deo dicam ſcribit injuriæ* ſibi *illatæ*, *ſemet* quodammodo *Deum facere*; & *ſupremam* ſibi *arrogare Majeſtatem.*

Verſ. 5. In hunc ſenſum apertiſſima jam inſtantia. *Orna te*, *age*, *magnificentia & celſitudine &c.* Habes *Divinitatis Characteres*, per *congeriem.* Ex hoc potiſſimum loco ſuſpicio oborta Erud. *Pinedæ*, quam ſupra attigi, de *Apparitione glorioſa*, *qua ſplendidis ornamentis indutus Deus*, *Jobo ſeſe obtuliſſet*; *inter tonitrua* & *fulgura evibrata.* Id ſpernere non auſim: non etiam pro certo admiſerim. Hoc indubitatum, denuo *acerrima ironia* feriri Noſtrum, quod *Deum toties in congreſſum depoſcendo*, & *provocando*, in *magniloquentias* abreptus fuerit *parum decoras*, & rationi ſimul, ac religioni, directe adverſas. Ex parte ad mentem noſtram *Sanctius: Diſceptare cum Deo voluerat Jobus, & in eo congreſſu oſtendere innocentiam, & juſtitiam ſuam: quod erat ſuperiorem in ea diſceptatione locum tenere velle. Innuitur ergo, Jobum in ſua cauſa tunc triumphaturum, cum æquale Deo brachium adferre, & ſimilem in* tonando, *&* fulminando, *contentionem exercere poſſet.* Addit ſubtilius hocce. *Tonare hoc loco idem eſſe reor, quod agere cauſas, magno ardore dicendi.* Tonare *enim &* fulminare *dicitur Orator, cum magno ſpiritu cauſam agit.* Triumphantis *autem ſignum*, induere decorem, i. e. *pretioſas & elegantes veſtes, quales decent fortunam lætam, & triumphalem inceſſum.* Erigi in ſublime, *eſt adſcendere in triumphalem currum, gratulante, & plaudente, turba.* q. d. Deus, *tunc conceſſurum ſe eſſe Jobo palmam, cum parem nactus fuerit & in agendo virtutem, & in dicendo facultatem.* Poſtrema hæcce in nimiam abeunt ſubtilitatem. Priora omnino ad rem pertinent: nam *paterne* jam, & graviter, *ridet* Deus *illas animoſiſſimas Jobi provocationes*, quas *Cap.* 9. 13. 23. & 31. late evolvimus; earum *abſurditatem* Noſtro clementiſſime ante oculos proponens, ut ad clariſſimam hancce lucem convictionis altius in ſe deſcendere, ſeque profundius adhuc Numini ſubmittere diſceret. Pulchra, & ſolida, obſervatio Cl. *Cocc.* reſpici ad *Majeſtatem*, & *Magnificentiam Judicis*, *veſtitu regio præſidentis*, *& oculos præſtringentis.* Hoc cur ſubtilius non tantum, ſed & anguſtius vocet Cl. *Schmid.* non exputo: nam Sacræ Literæ in eo vel maxime *Supremæ* & *Independentis Majeſtatis argumentum* collocant. Concinunt phraſes. עדה affert *amictum*, & *paratum ſplendidiorem*, *in publicum cum pompa ſolemni procedentis.* Cum eo rite conſertum לבש *indui*, *veſtiri.* גאון eſt *Magnificentia*, & *celſitudo* ſupra alios omnes *eminentis.* גבה eſt *altifrons majeſtas.* הוד eſt *ſplendidum* & *gloriæ plenum decus.* הדר eſt *præcellentia gloriæ*, & *majeſtatis*, *cui omnia concedere*, *ac faſces ſubmittere coguntur: Pſ.* 145: 4. &c. &c. Cuncta hæc ſenſum a nobis poſitum evidenter adſtruunt: quemadmodum ex iiſdem adfirmatur, & ſupra dubitationis aleam locari videtur, *univerſa* noſtra *Hypotheſis* de *Exceſſu provocationum Jobi*, quæ *cardinem* ſimul, & *Nodum*, *Tragœdiæ*, lætiſſimum exitum ſortitura, conſtituunt.

Verſ. 6. Conſpectus ille magnificus *Numinis*, *pro Tribunali ſedentis*, commendatur ex *ſubnexo exercitio gravium Judiciorum in ſuperbos*, & *ſupremam Majeſtatem agnoſcere*, ac *re-*

re-

6 Effunde quaquaverſum effer-veſcentias Naſi tui; & adſpice omnem elatum, ac deprime eum.

7 Adſpice omnem elatum, ac contunde eum; & contere improbos ſub ſeſe.

8 Ab-

6 הפץ עברות אפך וראה כל־גאה והשפילהו׃

7 ראה כל־גאה הכניעהו והדך רשעים תחתם׃

8 טמנם

vereri, *negantes.* Nempe *ſummi Numinis* eſt

Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.

Continuatur *Ironia*, in hunc ſenſum: *Si injuria tibi a ſuprema Majeſtate facta*, ut contendiſti, *& tu Numen Sacroſanctum, ac inviolabile, geras neceſſe eſt. Effunde* ergo *in eos qui Majeſtatem tuam lædere auſi*, *Naſi tui* irati, & *indignationis pleni*, *effervefcentias. Adſpice acri oculo omnem ſuperbe in te conſurgentem, atque elatum*; *eumque ictu fulmineo ſterne.* Neſcio quid glaucomatis hic offuſum *Codurco*, quum ait, *Dominum Jobo omnipotentiam ſuam proponere duplici argumento: quorum unum ſit, e providentia in exitio improborum & ſuperborum*, *alterum e creatione immanium belluarum*, *Behemoth & Leviathan.* Hæc male cohærent. Gravius adhuc impingit, quum ſubnotare non veretur, *Quod Dominus e Jobo quærit*, condemnabiſne me? *Id nunquam in animum ſuum Job induxit*; *extremæ enim eſſet veſaniæ. Sed quia ita exiſtimarant Quatuorviri ſuperiores*, *ab illa tam impia ſententia Dominus purgatum Jobum vult.* Itane? ut *Jobus* abſolvatur, Deo ipſi contradicetur, & quod diſerte hic *Jobo* objectum, id *in animum induxiſſe* negabitur? Sed *extremæ id fuiſſet veſaniæ!* Quid tum poſtea? An propterea negandum; & in frigidiſſimam ſententiam detorquendum, quod ipſe Deus ad *puriorem*, & *planiorem*, *confeſſionem ſummæ imprudentiæ*, *temeritatiſque*, Noſtro *exprimendam*, ei ante oculos proponit? *Veſaniæ* tamen vocabulo in Viro Sanctiſſimo lubentius abſtineo; & dicam potius, id *extremæ* fuiſſe *imprudentiæ*, *temeritatis*, & *elationis*, cui ipſi *deprimendæ*, *contundendæ*, & *ex medullis* ejus penitus *expellendæ*, poſterior hæc oratio deſtinata. Ejus *introductio* hæcce, variis modis non tam explicita, quam applicita, cum reliqua ſerie colligari non poſſe videtur, niſi hos ictus *Jobum ex obliquo petere*, *eique pœnas ſuperbis certiſſime* aliquando *infligendas in memoriam revocari* ſtatuatur. עברות אף non ſunt *furores iræ*, ſi proprietatem Linguæ quæras, multo minus *Radii iræ*, quos adfert Cl. *Schmid.* ſed *effervefcentiæ Naſi*: a formulis עלה אפו *adſcendit Naſus ejus*, inſtar fluvii: & עבר אפו *tranſivit Naſus ejus*, *extra ripas* quaſi *effervefcens*, ad *iræ*, cujus ſedes in Naſo, *impetum effuſum*, depingendum. Iſti imagini reſpondet verbum הפיץ, cujus Thema פוץ in *Origine* eſt *excrevit*, *exundavitque*, *aqua.* Tactum in *Juvenil.* & latius probatum L. 1. *Orig. Hebr.*

Verſ. 7. Idem nexus, ſenſuſque. Verbum הכניע quod *deprimere*, *incurvare*, *humiliare*, reddi ſolet, iſtam *ſecundariam* vim adſcivit a כנע كنع *contractis ex ariditate digitis*, *manibuſve*, *torpuit*, *jacuit*, *impos hæſit.* Inde הכניע proprie, *contuſis & contractis jacere fecit manibus.* Splendida figura: cui ſuccinit altera, *Et* הדך *contere improbos ſubter ſe* i. e. *Ita illorum celſitudinem ſolve*, *& tumorem tunde*, *ut laxatis nervis*, *diſſipatis viribus*, *contuſis artibus jaceant.* Sic præclare *Cocc.* Thema non דוך, vel דכך, ſed הדך, ut recte *Merc.* cognatæ haud dubie ſignificationis: nec pugnat, quod olim protuli ex *Arabia*, ubi هدك הדך eſt *diruit ædificium*, *montemve*; idem quod هدم ut in *Camuſo* annotatum; nam iſtud *diruere* palam a *comminuen-*

8 טמנם בעפר יחד פניהם חבוש בטמון׃

8 Abſconde eos in pulvere pariter; facies eorum obliga in abſcondito.

9 וגם־אני אודך כי־תושיע לך ימינך׃

9 Tum & Ego confitebor tibi; quod ſalutem dextra tibi tua præſtare valeat.

10 הנה־

10 Ec-

nuendo & *conterendo* propagatum.

Verſ. 8. Inſtatur *in ſupplicia ſuperbis inferenda*, inſigni acceſſione. Prius colon *Merc.* bifariam exponi poſſe cenſet, ut *Abde in terra*, vel ſit, *manda ſepulcro*; vel, *in carcerem detrude.* Poſterius eligit *Cocc.* vel potius utrumque conjungit, *Occultare in pulvere* declarans *in carcere ſervare ad ſupplicium.* Neutrum textui ſatisfacere arbitratur *Schmid.* qui *per tropum* potius deſcribi putat *dejectionem e ſublimi ſplendore*, *divitiis*, *potentia*, *qua ita corruant*, *ut in terram abſorbeantur*, *nec quicquam de illis compareat*, *ſicut quando gravia pondera ex alto dejiciuntur.* Eſt imago, quæ haud dubie etiam *Merc.* & *Cocc.* obverſata, quatenus nemo dubitet, quin *abſcondere in pulvere*, ſit, generali uſu, *ex alto dejicere*, & *proſternere in pulverem*, *Naſos illos Cœlum elatos.* Iſti jam adſpectui ſuperaddendum vel alterutrum, vel utrumque; potius, illud, quo ad *pulverem mortis*, tanquam *Carcerem Dei*, ſuperbiſſimos mortales detrudi innuitur. In eundem ſenſum explicuit *Merc.* & illud, *Facies eorum alliga in abſcondito.* i. e. *Tolle eos de medio.* Cl. *Schmid.* etiam intra hos fines ſubſiſtit, ſubtilius premens חבש *obligavit*, q. d. *Tam alte eos deprime in pulverem*, *ut perpetuis tenebris obruti maneant*, *quaſi facies eorum faſciis eſſent obligatæ*, *ut videri nequeant*, *nec unquam inde emergant.* Ad eam rationem & *Vulgat.* dederat, *Abſconde eos in pulvere ſimul*, & *facies eorum demerge in foveam.* Cl. *Cocc.* vadit ultra, & 1. quidem *obligare faciem* cenſet in *metaph.* dictum *a damnatis*, quibus *facies obnubebatur.* 2. טמון refert ad *Tenebras loci abditi*, ex *Cap.* 20: 26. quaſi notaretur ὁ ζόφος τοῦ σκότους *Jud.* vſ. 13. De *Diabolo* autem 3. ut improborum capite, judicium hoc præcipue intelligendum autumat. Illuc etiam tendit noviſſima *Explicatio Gallica*, modo laudata. Ad *ſtatum damnatorum*, ubi *æterno opprobrio opplendâ ſuperborum ora*, reſpici, lubenter admitto; nam *Mors* illa *prima*, *maledictionis plena*, qualis hic pingitur, in *Mortem ſecundam* præcipitat. Directe tamen טמון de *Fovea ſepulcri* interpretor, & quidem ut *Carcere tenebricoſo* ſummi Numinis, ubi jam *prædamnatorum vultus* velut *obnupti*, & *omni ignominia cooperti.*

Verſ. 9. Verba plana: ſententia neutiquam. *Vulgati* arctiorem illam copulam cum *Vſ.* 4. ſupra dedi; *ſi talia præſtare vales*, *tum & ego confitebor tibi*, *quod ſalvare te poſſit dextra tua.* Non aliter *Merc.* quamvis אם *Vſ.* 4. *interrogative* ſumſerit: quaſi nunc tandem ſubſumeretur, *Hæc ubi feceris*, *de Te confitebor*, *quod tua potentia & robore te ipſe ſervaris*, *alterius cujuſpiam auxilio non egens*, *ſed tibi ipſe ſufficiens*, *ut Ego: atque tum quoque demum te parem mihi agnoſcam*, *qui mecum certare & contendere poſſis.* Subtilius *Cocc.* *Argumenti vis noſcenda.* *Si is qui accuſat Dei judicium*, *ſalvus eſt cum aliis hominibus*, *maxime timentibus Deum*, *licet impetentibus eum elatis & improbis*, *oportet*, *ſi juſta eſt Divini judicii accuſatio*, *ut is ſua potentia ſalvus ſit.* *Atqui is ſalvus eſt*, & *non ſua potentia.* *Ergo falſa eſt judicii Divini accuſatio.* Non fluit e limpido; *quomodo* enim jam *Jobus ſalvus*? & quinam *illi improbi* & *elati Jobum impetentes*? *Dæmonesne*, an *homines*? *Hoſtes*, an *Amici*, ſed *calumniis onerantes*? Poſterius nonnullis placuiſſe video; nimis durum ſane; nec valde ad rem. Cl. *Schmid.* hæc *ad ſtatum controverſiæ*, *an Deus* ſine jure, *imo* contra jus *homines pios adfligat*, ita applicat: *Si hæc facere valueris*, *tum confitebor etiam Ego tibi*, *quod potis ſis tuam juſtitiam adverſus me vindicare*, & *tueri*; *quam a me premi putas ordine ſalutis per adflictiones conſtituto.* Poſterius amputa, & non procul aberis a vero. Nempe qui *in-*

10 Ecce, age, Behemoth, quem feci tecum; gramen ſicut bos comedit.

10 הנה־נא בהמות אשר עשיתי עמך חציר כבקר יאכל׃

11 Ec-

11 הנה־

juriam ſibi *factam* a ſummo Numine contendit, is Numen & Ipſe habeat, Deoque parem tum *potentiam*, tum *juſtitiam*, poſſideat, neceſſe eſt. Hoc ſenſu graviſſime dictum, *ſi talia præſtiteris, tum confitebor & Ego tibi, quod Divino polleas brachio, atque ut Independens honorari merearis.* Poſſis adhuc fortius, & aculeatius: *Tum confitebor & Ego tibi, injuriam* ſcil. *tibi a me factam*; *quoniam Tua tibi dextra ſalutem præſtare valebit: neque neceſſe erit, ut a meo pendeas nutu*; *meamque vel opem, vel gratiam, expectes, aut implores.* Radius, ni fallor, convictionis, ictu fulmineo potentior, ad *gravem* illum *exceſſum*, cujus ſe reum fecerat Noſter contentioſiſſimis ſuis provocationibus, ei ante oculos ponendum; atque ita profundiorem propterea agnitionem, humiliationemque, in tacto jam, ſed necdum ſatis fracto, Viri pii corde, producendam.

Verſ. 10. Deventum tandem ad *Coronidem* horum certaminum ſtupendam plane; ampliſſimam nempe, omnibuſque orationis luminibus diſtinctiſſimam, deſcriptionem duarum *Belluarum*, quæ *Behemothi*, & *Leviathanis* nominibus ita innotuere, ut tamen necdum notuiſſe dici queant, nulla adhuc ſententia ad liquidam illam lucem, & rationem, perducta, quæ dubitationem omnem dirimat. Ut in campo libero, & patenti, ſtrenue indultum conjecturis, quas hic unum ſub conſpectum dabo. Et primo quidem quod ad *Behemoth*, ex *forma* plurali בהמות anſa I. data *Græcis* ad *θηρία animalia* in genere, quæ a quibuſdam in *Caten.* de *vermibus corpus Jobi depaſcentibus* ridicule expoſita. *Chald.* item בעיריא *Beſtias* tenuit: quem ſecutus *Ramban*, hoc nomine deſignari cenſens quamcunque *Beſtiam* aut *feram terreſtrem*, *majore* quadam *vaſtitate corporis conſpicuam.* Hinc non alienus *Chryſoſt.* in *Caten.* Nota II. Fabula *Rabbinica* de *Bellua monſtroſiſſima*, *quæ quotidie herbas mille montium depaſcat*, *Pſ.* 50: 10. huc detorto. Videſis *Eſram Apocryphum L.* 4. *Cap.* 6 *Lyran. Buxtorf. Syn. Jud.* ubi monſtrum hoc שור הבר *Taurum Sylveſtrem* a *Rabbinis* appellari monet. Ex ridiculario ſerium fecit III. *Sanct.* contendens *Taurum* intelligendum, non *efferum* illum & *Sylveſtrem*, de quo nos ſupra, *Cap.* 39. ſed *Domeſticum*, & quidem jam *robuſtum*, *grandem*, *qui dominetur in gregibus.* Addit, *non parum facere ad augendam hominis infirmitatem, quod domare non poſſit* belluam *quam habet ſibi* familiarem, *quam quotidie videt, & ex cujus admiſſaria opera vaccarum habet utiliſſimam ſobolem.* Crediderim eum primum, & ſolum, hinc ſtare. Certe ne minima quidem ſpecies huic ſententiæ ſubeſt, quantumvis forte colores nonnulli convenirent. Sed quod ille de *Elephanto, plurima non quadrare*, de *Tauro* fidentius adfirmare licet; quicquid pigmenti adhibeatur. Receptiſſima IV. ſententia *Elephantem* adfert. Hæſitanter tamen *Merc.* nec non *Calvin. Conc.* CLV. *Non poteſt divinari, quam ſpeciem animalis innuat, niſi Elephantem intelligas, propter ingentem molem corporis.* Citra hæſitationem fere *Lyran. Eugubin. Titelman. Aſtun. Oſor. Vatabl. de Pined. Vavaſſ. Codurc. Tigur. Genev. Jun. & Trem. Piſc. Belg. Druſ. Grot. Cocc. Schmid.* &c. Subdit poſterior, *tolerabilem tamen eſſe ſententiam Rambani, & Lutheri*; *quod quæ hic de* Elephanto *dicuntur, in alia quoque animalia magna ſuo modo conveniant, ad diſcendam inde Dei potentiam.* Qui hic multa tenere vult, omnia amittere videtur. Cl. *Cocc.* in *Comm.* obſervat, quod & alii, *certam ſpeciem notari, inde pateſcere, quod diſtincte cum alia ſpecie conjungatur*; *quodque* יאכל *maſc. gen. ſit additum, quum alias* תאכל *fœm. dicendum fuiſſet.* In *Lexico* ad eam rationem: *Behemoth forma plurali, ſed ſi uſum ſpectes, num. ſingulari, genere maſcul. dicitur* Elephas, *jumentum multorum inſtar: ſive beſtia magna multis aliis par. Videtur ita uſurpari Pſ.* 50: 10. *Behemoth in montibus boum.* In *Comm.* ad *Pſalm.* idem propoſitum, *quid ſi vertas, Elephantum in montibus boum?* Doct. *de Pined.* geminam profert ratio-

tionem appellationis. Primam ex phraſi repetit, q. d. *Ecce Elephantum inſtar multarum beſtiarum, in quo multa belluarum genera tibi propoſita arbitreris.* Alteram, ex *uſu Hebræo plur. num.* ad *excellentiam*; q. d. *En beſtiam beſtiarum excellentiſſimam tum intelligentia, memoria, pietate, manſuetudine, caſtitate* &c. *tum vaſtitate & mole corporis.* Diſceſſionem V. hinc facit *ſumm. Boch. Hieroz.* 2: 754. quod multa in *Elephantem* non ſatis quadrent; de quibus deinceps diſtinctius: ac proinde ſuſpicatur *Nili* incolam, *Hippopotamum*, potius hic depingi. Rationes ejus hæ. א. Quod ut in præcedenti *Cap.* de ſolis *terreſtribus* actum, ita hic conſentaneum, de ſolis *aquaticis* agi, ne ordinis ratio perturbetur. Itaque cum *Leviathan* ex omnium conſenſu *aquaticum* ſit animal, idem de *Behemoth* videri; *quia utrumque in eadem ſerie orationis deſcribitur.* ב. Quod quum *Leviathan* non *Balæna* ſit, ſed *Crocodilus Niloticus*, hæ duæ belluæ rite ſocientur, tum quod utrique *communis* ſit *Nili habitatio*; tum qood alia *multa cognatio* inter monſtra hæcce intercedat. ג. Ipſum nomen *Behemoth* in ſubſidium vocatur, tanquam *Ægyptiæ terminationis*, quæ in θὼθ, φαὼθ, aliiſque conſpicitur. Hæc argumenta non ex validiſſimo genere; ut niſi in ſequentibus aliquid gravius pro *Hippopotamo* veniat, res necdum deciſa haberi queat. *Ampliſſ. Ludolf.* in *Comm.* ad *Hiſt. Æth.* p. 156. 157. huc quidem calculum contulit, atque *omnia multo commodius & mirabilius in Hippopotamum quadrare* ait, *quam in Elephantum*; ſed hoc non omnino liquidum, exploratumque, cujuſque verſiculi diſcuſſione palam fiet. Certe Cl. *Pfeiff.* in *Dub. Vex.* ad h. l. multa in *Hippopotamum* non congruere oſtendit: & præſertim Cl. *Guſſ.* in *Comm.* L. H. ſub בהם quindecim argumentis, infra maximam partem tangendis, *Elephantum* contra *Hippopotamum* defendit; cum *Merc.* tamen & *Calv.* addubitans, quin *præ omnibus laudandos* cenſens, *qui nomine non explicato, utpote rei dubiæ*, Behemoth *retinuerunt.* Commemoranda VI. opinio *Joan. Buſtamant. Camerenſis* in *Opere de Reptil. S. S.* &c. ubi *Elephantum* removens, ſubſtituit *monſtrum* quoddam *Hieroglyphicum*, ſive *fictum*, cujus *vera natura* non extet, *ad veram Dæmonis naturam, & malitiam ſignificandam.* Intelligit autem per *Behemoth* numero multitudinis *plurium Serpentum*, vel *Draconum*, complexum, ut ita *Behemoth*, æque ac *Leviathan*, completiſſimam præbeat figuram *veteris Serpentis*, virus & venenum ſuum quaquaverſum ſpargentis per terras. Ad genus *Myſticum & Allegoricum* VII. ſic delabimur, in quo inenarrabiliter luxuriatum ab omni memoria. Nonnullis *Behemoth* & *Leviathan* ſunt picturæ Hieroglyphicæ rum *corporalis*, tum *ſpiritualis*, *malitiæ*, quæ *naturam* pervaſit, & infecit. Opinionem e Schola *Kabbaliſtica* jam olim traditam a *Rabbinis*, recentavit *Joan. Adolf. Hofman.* in *nupera explanatione German. Jobi.* Aliis, retenta univerſa litera, placet, *Behemoth* ſive *Elephantum*, ſive aliud deſignet, eſſe *Emblema hominum ſuperborum:* itemque *Leviathanem*, ſive *Balænam*, ſive *Draconem*, ſive aliud, intelligas, eſſe *Principes ſævos* atque *truculentos.* Apud *Sanctium* hæc late deducta; qui tamen utrumque etiam *Diabolo* & *Angelis* ejus applicat. Nempe ut *Olympiod.* in *Caten.* ſcribit *Eccleſiæ Lumina in hoc conſentiunt, ſive vera ſint hæc animalia, ſive non, Diabolum ſub iis Allegorice repræſentari.* Longum *Patrum*, qua *Græcorum*, qua *Latinorum*, ſic ſentientium, Catalogum texuit *de Pined. pag.* 1093. Ipſe p. 1110. eam *prædifficilem*, & *incertam*, *Allegoriam*, pronunciare non veritus. *Vavaſſ.* ὁσίας χάριν, *Plerique Sanctorum Patrum* Diabolum *ſignificari putant: qui ſenſus Allegoricus. Non improbamus eum; ſed anteponimus literalem.* Ita judicarat & *Merc.* noſter: *Si poſt ſimplicem literæ ſenſum ad* Allegoriam *vis tranſire, ſi caute & ſobrie eam accommodaris, patiar equidem, dum literam agnoveris ſonare de Beſtiis.* Simile fere judicium *Cocceji*, cui *abſque ſcripturis non tuta in hiſce* videtur *hariolatio.* Mox tamen ſubjicit *Behemoth* pro *corpore hominum carnalium*, atque applicat tum *Populo Iſraëlitico*, qui nil niſi θηρίον fuerit maxima ſui parte: tum *Gentibus Chriſtum externe profitentibus ſub N. T. quæ* θηρία *vocari, atque cum* Elephanto *comparari poſſint.* Vides lubricum materiæ, vel invitum ferme trahentis. *Bolduc.* imaginationi ſuæ nihil non permittens, in *Behemoth* non *Satanam* videt, ſed *Chriſtum*, cui *Deus gladium* ſuum *applicaverit, quum innocentiſſimum morti tradidit.* Proh luxuriem! Hic finem feciſſem, niſi *Eleg.* & *Doctiſſ. Auctor Explicat. Jobi ad Meth. Patr.* decem rationibus *literalem ſenſum* impugnaſſet, & *Allegoriam* de *Diabolo* unice tenendam eſſe tetendiſſet. Hæ ſunt. 1. Nul-

 lam

Iam dici poſſe cauſam, cur de *Elephanto* & *Balæna*, hic demum ageretur; interrupta ſerie ſuperiore. 2. Deſcriptionem naturalem illorum animantium nullum habere nexum cum proxime prægreſſis verſiculis, de *ſuperbis in Orcum præcipitandis:* quum in *Angelos rebelles* contra proclivis ſit applicatio. 3. Magnificas ſententias, & figuras, utriuſque tabellæ, exponi non poſſe de iiſdem, ſine violentia, & Hyperbole minus decente. 4. Nullam dari poſſe rationem tam longarum delineationum, ſi intra Naturalem hiſtoriam conſiſterent: nam quod ad *Doctrinam de Providentia* attinet, de ea perſuaſiſſimum fuiſſe Noſtrum; atque de cetero abunde eandem in præcedentibus inculcatam. 5. Non eodem modo hic procedi, quo ſupra, in reliquis animantibus delineandis: nec jam laudari dotes; *Jobumve* rogari, num ipſe talem *fortitudinem* & *ſapientiam* iis addere valuiſſet; ſed contra ob oculos poni hæc duo, ut *monſtra* & *portenta terribilia*, quibus vincendis imparem ſe agnoſcere debeat. Hanc vocat Vir Erud. *demonſtrationem evidentem*, non agi de *Animalibus*, qualia produxit Deus, ſed de *certis Creaturis*, quæ *degenerarunt* ab *Origine* ſua &c. 6. Quum *Typum* geſſerit *Jobus* Mediatoris, non poſſe alia *Monſtra* intelligi, quam *inferna* illa, a Redemtore triumphanda. 7. *Leviathanis* nomen haud dubie *Dæmonem* ſignare alibi; ut *Job.* 3: 8. & 26: 13. nec non *Eſaj.* 27: 1. ac proinde ab *Analogia* diſcedere, qui aliud ſequuntur. 8. Neceſſum eſſe, ut Liber hic ita finiretur, quemadmodum inchoatus erat; ſciretque *Jobus* cui victoriam a *Satana* reportatam deberet. 9. Præſertim quod in *hoc Certamine cum Diabolo* potiſſimum *Jobus Jeſum Chriſtum* præfiguraverit. Tandem, 10. *animam* quaſi eripi huic Monumento, deſituro, ni hoc teneatur, in *picturam male locatam*, *inutilem*, *inſipidam*, *Animalium*, quibus nihil relationis nec ad *Chriſtum*, nec ad *Jobum*, ejus *Typum*. Poſterius hoc quum per univerſum Opus illud regnet, eique fundamento unice innitatur, ſi non nova, novis ſaltem coloribus illuminata, & elegantiſſime deducta, *Hypotheſis*, unum hoc obſervaſſe ſatis habebo, *ſi Jobus ad Lumen Prophetiæ ſciviſſet, ſe in graviſſimis hiſce caſibus Domus, & perſonæ ſuæ, Divinitus Ordinatum fuiſſe, ad Redemtorem generis humani repræſentandum, cum ſumma innocentia ab omnibus pro nocente condemnandi, atque ita Satanam & portas inferorum debellaturi*, quod paſſim ut indubitatum ſupponi video, Virum Sanctum tam *atroces* de ſorte ſua *querimonias*, atque *expoſtulationes*, motutum non fuiſſe: quin imo vix quicquam *gravis*, *acerbi*, *intolerandi*, in ejus *Tentatione* hac, quæ infinitum quantum intendi debet, remanſurum: quippe quæ tum demum *veri nominis Tentatio*, & *Virtutis perfectiſſimæ Exploratio*, appellari poſſit, ſi Conſilium Dei, in malis hiſce pientiſſimo ſuo cultori infligendis, Noſtro plane incompertum, & obſignatum, fuit. Reliqui ſcrupuli ſponte decedent, ubi *Nexum*, *Scopumque*, quem ſupra tangere cœpi, clariore in luce, conſpectuque, poſuero: atque ad eum feriendum *Literali ſenſu* careri non poſſe evicero: quicquid tandem de *ſublimiore altero* ſtatuatur; quem cujuſque relinqui judicio par, & verum; ſi intra modeſtiæ fines ſeſe coërceat illa *Allegorizandi* ſubtilitas, & dulcedo.

Ibid. Ubi quid Docti Interpretes ad *Scopum* harum illuſtrium digreſſionum, earumque cum præcedentibus *connexum* contulere, expenderimus, aquam iis hæſiſſe reperiemus. Nimis ſolutum, I. & generale, quod plurimis placuiſſe video, duo hæc *Monſtra* produci, ut *Specimina* abſolutiſſima *potentiæ* Dei, & *providentiæ* cuncta gubernantis. *Merc.* II. propius ad ſeriem hæc adſtricturus, *Quia Elatorum*, inquit, *meminerat*, *quos ipſe Solus reprimere*, *& deprimere*, *poſſit*, *ſubjungit deſcriptionem duarum immanium & portentoſarum belluarum*, *unius* terreſtris, *alterius* marinæ, *quæ inter cetera animantia elatæ*, *mole corporis ac robore præcellant: in quibus Dei potentia & providentia mirifica prorſus agnoſcatur; cum eas homo non poſſit ſibi ſubjicere, aut illis uti, niſi Deus id permiſerit in uſum hominum: Deus tamen ita eas cohibeat, ut cum poſſent hominibus plurimum nocere, & omnia, terra marique, vaſtare, nemini tamen noceant* &c. Preſſius *Vavaſſ.* III. *Hæc ita fere cohærent. Nequaquam tuum eſt, mi homo, ſuperbiam, & arrogantiam contundere improborum: at meum eſt vero. Teſtes maximi*, terra marique, *& inſolenti mole animantes duo*, *quorum ego immanitatem facile domo*, *cum homo nemo poſſit niſi per me.* Similiter *de Pined. Ad amplificationem Divinæ potentiæ pertinet mirabilis hæc deſcriptio*, *cui tanta ſuperbia & immanitas Belluæ obſequatur. Tum etiam ad comprimendam arrogantiam humanarum virium longiſſime inferiorum.* Cl. *Cocc.*

IV.

IV. aliquid enucleatius quærens, *ſermone hoc ſecundo adſtrui* ait Judicium, *inter probos & improbos* ſcil. & Demonſtrationem potentiæ *exertæ* in judicio *ad hominis ſalutem tum per alia*, *Vſ.* 5.-9. *tum per* exemplum *in ſubjectione*, & domitione Elephanti; *quæ Figura coërcitionis*, & *flexionis Altorum*, & *Robuſtorum*, *Vſ.* 10.-19. *tum per* comparationem imparis, *ſive Roboris Leviathan. Imparitas ex eo colligitur*, *quod Leviathan eſt effectus*, *Deus cauſa. Argumentum tale. Si Leviathan immanis eſt*, & ἀνυπόστατος, *intolerabilis*, *ejus impetus ſuſtineri nequit quando excitatur: vel ſi etiam efferatiſſimo animo homines pavent*, *aggredientes Balænam quieſcentem*, *nemo coram Deo judicante*, & *vindicante*, *conſiſtere poteſt. Atqui verum prius. Ergo & poſterius.* In prius exemplum ita inſiſtit ad *Vſ.* 10. *Senſus hic. Jam ante in natura ipſa demonſtravi me poſſe*, & *velle*, *omne altum deprimere. Nam maximum omnium animalium*, *idemque robuſtiſſimum*, *tibi ſubjeci*, *ut cicurares*, & *uſibus tuis adhiberes*; *fecique illud manſuetum*, & *manſuetorum pabulo contentum.* Vides *Præcl. Interp.* duas haſce *Belluas* inter ſe opponere, quatenus altera *homini ſubjecta*, altera *plane indomita*, & non niſi a Deo Ipſo vincenda: in argumentum, ſic *Improbos*, *per Dei juſtum judicium*, *partim ſubjectos jam bonis*, *partim ſubjiciendos.* Acute enimvero: ſed vereor ut plane ſatis, & pro ſerie illius convictionis, qua ipſius *Jobi* nimis *elati* illi in Deum *Spiritus* retunduntur. Tale quid requiri ſenſit Cl. *Schmid.* V. *Putarim aliquam hic eſſe oppoſitionem Dei & Jobi. Mirarer namque*, *ſi Deus in tota narratione de* Elephanto *non oſtendat ſuam* potentiam, & *Jobi* impotentiam; *qui Scopus in toto hoc ſermone. Senſus itaque hic. Ecce* Elephantum, *vaſtum*, *inſtar plurium*, *animal*; *quem tu ſane non feciſti*, *ſed Ego & te*, & *illum*, *feci: conſidera quam mirabiliter illum fecerim*, & *quod tu nihil ejus facere poſſis*; *vaſtum namque cum adeo ſit animal*, *tamen gramen edit ut bos*, *nec ſuo robore ad rapiendum*, & *devorandum*, *utitur.* Sic nihil aliud hic diceretur, quam, *potentia mihi concedas neceſſe eſt*, *qui Elephantum*, *vaſtiſſimis viribus præditum*, *facere nequeas*, *ut Ego.* Mihi cum *Ordine* Libri, VI. & *Oeconomia* partium ejus, conjunctius, atque ad *Jobum* ultimo hocce pedatu ſternendum, fortius videtur, ſi *qui cum Deo decertare voluerat*, inſigni cum *Ironia* jubeatur *vires ſuas tentare* contra duas *Dei creaturas*, omni terrore armatas, *Behemothum*, & *Leviathanem*, quas ſi ſuperare valuerit *aperto Marte*, ſolus cum ſolis congreſſus, victricia arma tum demum Deo inferre pergat, ſeque Creatori ſuo, ea qua par eſt, humilitate ſubmittere neget. Sentis *genus Ironicum*, quod per utrumque hunc Dei ſermonem regnat, & acriter non minus, quam clementer, cor nimia ſui fiducia elatum compungit, atque compeſcit. Ad hunc *Scopum* dirigi tela hæcce nova, quibus *Jobus* obruitur nunc undique, & configitur, evidenter colligere eſt ex *Cap.* 41: 1. ubi jam *Merc.* planiſſume ad mentem noſtram, *Quod ſi tantæ molis monſtra vel adſpicientem terreant*, *nec quiſquam tam crudelis*, *ac potens*, *inveniatur*, *qui ad certamen ea provocare audeat*, *quis quæſo mecum audebit contendere*, *me in certamen provocare*, *ut tu feciſti*, *o Job*? Noſter quoque eſt planiſſume *Epiſc. Elienſ.* in *Summario Cap.* 41. *Jobum* remitti monens ad *Leviathanem*, ut majori humilitate ſe Deo ſubmitteret, atque a contentione ſuſcepta deſiſteret, qui ne quidem coram hiſce monſtris, *Hippopotamo* & *Corcodilo*, conſiſtere valeret. Hoc jam *Scopo* admiſſo, quo nihil ſimplicius, meo quidem judicio, quicquid eſt *Allegoriarum* ſponte defluit, atque non ſolum citra, ſed & contra, intentionem fere Loquentis, contextibus hiſce illatum apparet.

Ibid. Diſpiciendum tandem, quid *monſtri formidoloſiſſimi* ſub *Behemotho* deſignatum autumemus: *Elephantumne*, ex veteri ſententia, an *Hippopotamum* ex *Bocharti* & *Ludolfi* auctoritate; quam *Patricius*, *Crinſozius*, *Clericus*, *Scheuchzerus*, *Reimarus*, aliique Viri ingenio, & doctrina, florentes, amplexi. Hoc par ſolummodo inter ſe committere decrevi, (*Tauro*, aliiſque, ſecure ablegatis) ut ſedem hanc illud animal obtineat, quod poteſtati verborum & ſententiarum proxime reſpondiſſe reperietur. Nihil præjudicati adfero. Integra adhuc mihi cauſa. Novum examen, hinc & hinc libratis momentis, vel decidet aliquid, vel rem ſuſpenſam relinquet. In *Allegoriam*, quæ omni verſiculo infinita, non exſpatiabor. Obiter tantum eam attingam, ut ex ſtricturis iſtis patefiat, quam quæſitis acuminibus ludatur, & quam parum veræ lucis hinc ſit expectandum. Qui *Elephantum* I. tenent, in media phraſi multum variant,

11 Ecce, age, vis ejus in lumbis ejus: & robur ejus in lineis cancellatis ventris ejus.

11 הנה־נא כחו במתניו ואונו בשרירי בטנו׃

12 In-

12 יחפץ

riant. *Merc.* quatuor Gloſſas indicat, 1. eſt, ut *quem feci tecum*, ſit, *quem ſexto die*, *æque ac te*, *creavi*. 2. *quem feci*, & collocavi, *tecum in terra*; ad diſcrimen *Leviathanis* ſcil. qui *in mari*. Hanc magis ſequendam cenſet. Addit 3. *tecum* illud, pertinere *ad ejus cicurationem*, & *uſus inſigniores*. Quin *tecum* 4. referendum videri ad *adorationem Regum*. Intelliges ex hocce *Strabonis L.* 15. *privato homini Elephantem alere non licet. Regis cenſetur poſſeſſio*. Jam vero *Jobus*, Princeps. Ita *de Pined.* qui & 5. adjecit, *tecum*, inferre viciniam, quod *Elephanti* non procul ab *Arabia* ſcil. proveniant etiam, apud *Æthiopes* nempe, & *Troglodytas*. Item 6. *Quid ſi* tecum, *ſimilitudinem adſerat ingenii*, *morum*, *intelligentiæ humanæ*? *Certe Elephas humanis ſenſibus proximus*, *ut ait Plin.* Id non diſplicuiſſe videtur *Coccejo*, inter 2. & 6. ambigenti. Confer & *Pfeiff. Dub. Vex.* Cl. *Guſſ.* 3. eligit, argumentum inde nectens contra *Hippopotamum*, qui non poſſit *domeſticus fieri homini*. Ejuſdem obſervatio ad ultimum Colon hæc; *Quod dicatur* edere herbam ut bos, *non eſt inutile ad bonitatem Dei innuendam*, *ſi enim* carnivorum *eſſet tam immane animal*, *quaſnam ſtrages daret*, *ut fami*, *ut furori*, *ſatisfaceret*? Idem reperias apud *Merc.* & alios. *De Pined.* adjunxit, *indicari præterea ſimilitudinem aliquam cum bove* &c. &c. En Il. quomodo *Hippopotamo* hæc aptet *Magn. Boch.* H 2 p. 756. *Quem feci juxta te* i. e. *in vicinia tua*, q. d. *Argumenta potentiæ e longinquo petere non opus eſt*, *quum propinqua ſuppetant. Inter belluas*, *quas in* Nilo, *Arabiæ tuæ* vicino, *creavi*, *quam mirabilis eſt Hippopotamus*? Fœnum ut bos comedit. *Bos & Elephas ex æquo jumenta ſunt: ideoque nil mirum*, *ſi eodem cibo veſcantur. At ut* Hippopotamus, *aquaticum animal*, *bovis inſtar fœno paſcatur*, *hoc vero mirum*, *& inauditum. Neque de nihilo eſt*, *quod* Bovi *comparetur*, *quem non ſolum paſtu*, *ſed & mole corporis*, *& forma capitis*, *ac pedum*, *refert.* Nobil. *Ludolf. Comm.* ad *Hiſt. Æth.* p. 157. ita inſtat, *Quid miri in eo*, *quod* Elephas *animal mere terreſtre*, gramen comedat? *Novi nihil eſt barrum plantis victitare. Idem quotidie videmus in bobus noſtris*; *& in Taurelephantis*, *Camelis*, *Camelopardalibus*, *Uris*, *Alcibus experiri eſt. Carnivora animalia terreſtria ſunt multo minora*, *ut nemini facile in mentem veniat* Elephantum *carnibus & ſanguine vivere. Contra de animali partim aquatico*, *revera mirum eſt*, *quod herbis veſcatur.* Similiter Cl. *Cler. Vel hinc liquet de* Elephante *non agi* &c. In medio tamen Colo diſſentit, quod *vicinum dici nequeat Jobo*, *in Arabia ad Euphraten verſanti*, *animal Niloticum*. Mavult itaque, *non ſecus ac te*. Idem judicium *Doct. Reim.* Noſtrum ſub finem demum, ad *Vſ.* 19. ſubjiciemus. Verbulum III. de *Allegoria*; præſertim illa, quæ *Dæmonem* pingi ſtatuit; nam in *Corpus* vel *Iſraelis*, vel *gentium in Chriſtianiſmo*, non inſiſtam: ut nec in *Hypermyſticum* illud, quod Doct. *Hofman.* captavit. In *Explic. Gall. Jobi* ergo nimis fidenter, *Applicari nequit* Elephanto, *aut alteri Beſtiæ illud*, quem feci tecum, *quod indicat æqualitatem cum homine*, *præſertim ſi Vſ.* 14. *contuleris*. Inde infert, *Tecum*, in eadem *innocentia*, & *juſtitia*; ad eandem *felicitatem: unde delapſus ſuperbia ſua peſſimus ſpiritus*, *cogitur jam herbam & frenum ut bos vorare*. i. e. *homines carnales*, *qui fœni inſtar exareſcunt* &c. Ex *Gregor.* aliiſque hauſtum. Atqui חציר potius *herba viridis*; qua anſa *de Pined.* mallet ſignari *vanam mundi gloriam*. Sed claudo rivos; namque ſatis jam apparet, nihil limpidi valde hinc emanaturum.

Verſ. 11. Vaſtum *Elephanti* robur I. generaliter *Merc.* aliique 1. hic ſpectant. Nimis 2. anxie, & quæſite, *Thom. Nicol. Dionyſ. Cajetan.* ad *fortitudinem ineundi*, & *generandi*, hæc detorſere. *Titelm.* paulo ſpecioſius 3. reſpicit *alligaturam oneris impoſiti*, *turriumque adeo*, *multo milite repletarum*, *quæ fortiſſimis vinculis ſub ventrem*, *& umbilicum*, *adſtringi ſoleant.* Hinc *turritas moles* paſſim Poëtæ; & *Lucr. Boves Lucas*, *turrito corpore*, *tetros Anguimanos*. Doct. *de Pined.* 4. obſervans *umbilicum* eſſe *partem Elephanti molliſſimam*, & *leto* maxi-

12 יחפץ זנבו כמו־ארז גידי פחדו ישׂרגו׃

12 Inflectit cauda ejus vel cedrum: nervi ſemorum ejus ramoſe implexi ſunt.

13 עצמיו

13 Oſ-

xime *patentem*, ita difficultatem levat, ut eam gravaſſe videatur; confugiens tandem, multis fruſtra tentatis, ad neſcio quam *figuram*, qua *umbilicus* hic denotaret *Elephantem fæminam*, quæ *robuſtior*, & ad *vecturas fortior*, quam mas. *Schmid.* 5. pro *Umbilicis* mavult *Nervos*, a שׁריר *firmus*, *validus*; quum *unum animal plures non habeat umbilicos*. Eadem ratione motus haud dubie Cl. *Reim.* 6. dedit, *vis ejus in firmitatibus ventris ejus*; quamvis *Hippopotamum* intelligi potius, hinc colligat, quod *venter Elephanti ſit molliſſimus*, quum alteri iſti Belluæ *totum corpus duriſſimo corio ſit circumtectum.* Hoc *Boch.* II. ut validiſſimum pro *Hippopotamo* urſerat ſcil. adducto exemplo *Eleazari* 1 *Macc.* 6 46. *qui ſub Elephantum ſe penetraſſe*, *eumque transfixiſſe* narratur. Contra *Hippopotamus tam impenetrabili Cataphractus corio*, ut in *haſtas* & *miſſilia* tornetur. Adi *Hier.* 2. 757. unde *Ludolf. Cler.* aliique hoc, ut *invictum* ſcil. *telum*, intorquent. Cl. *Guſſ.* id ita repellit: *Non morarer*, *quod* אונו *ejus in ventris nervis recollectis ad umbilicum* eſſe dicatur; *nam* און *eſt ἡ ὄρεξις appetitus in genere*, ἐπιθυμία, & θυμὸς *cupiditas*, & *ira. Illa in ventre habent organa ſua*; *etiam muſculi abdominis*, *ad conatum laborantis*, *motus peculiares exercent. Forte* Elephas *in pugna*, *aut labore*, *aliquos motus in ea regione corporis habet*, *admodum notabiles.* In his parum firmi. Non valde tutum quoque, quod *Grot.* & *Codurc.* און non *fortitudinem*, ſed *dolorem* ac *cruciatum* hic ſonare velint; pro *Elephanto* hinc argumentum ducentes, qui *ibi facillime vulneretur.* Adjectum ex *Plin. Alvi profluvium*, *quod Elephanti ſentiant*, *aliorum morborum immunes.* Hæc a ſerie, ſi jam non ſcopo, abhorrent. Quid nobis ſedeat, infra dabitur. In *Allegoria* III. jam ſatis mirari nequeo acumina quibus certatim indultum. In eo tamen fere conveniunt, qui de *Dæmone* cogitarunt, *Lumbos*, & *Umbilicum*, ad *Luxuriam*, & *Libidinem venéream*, pertinere; tum *virorum*, tum *fæminarum*; in qua *cupiditate inſatiabili* maxima vis Diaboli conſiſtat. Vide, quæ prolixius *de Pined.* p. 1098. & ſeq. & adde *Philipp. Gloſſamque Ordin.* quæ ita incipit, *Seminarium libidinis*, *viris in lumbis*, *fæminis in umbilico perhibetur* &c. *In Explic. Gall.* miſſo *umbilico* vertendum contenditur, & *virtus ejus in concupiſcentiis ventris ejus*; ex formula שרירות לב *concupiſcentia cordis.* Summa huc redit, *non poſſe deſtrui imperium Diaboli*, *niſi concupiſcentia extincta.*

Verſ. 12. De *Elephanto* I. varie hæc exponi cerno. *Merc.* 1. *Agitat caudam ſuam ut cedrum*; *nervi teſtium ejus implicantur.* Subdit, *inſignis Hyperbole*; q. d. *Etſi caudam habeat*, *quæ magnitudine Cedrum æquare videatur*, *tamen eam facile movet. Fere putant* יחפץ *pro* יָחִין *eſſe* accelerat, *celeriter movet. Ab. Eſra dat* יעמיד *ſtare facit*, *ut* LXX. & *Latin.* ſtringit. *Videtur potius a* חפץ deſiderio *exponendum* ſummo deſiderio agitat, & *quocunque vult impellit caudam*, *quamvis Cedrum æquet.* Dura omnia. Nec molliora, quæ de *adſtricta ſemoribus cauda* habent 2. *Thom. Nicol. Dionyſ.* dum animalia hæc *mutua venere perfunguntur.* Anſam dabat *Vulgat.* in *ſtringit caudam quaſi cedrum*: *nervi teſticulorum ejus perplexi.* Inde 3. *caudam ſalacem*, præeuntibus *Rabbinis*, multis in mentem veniſſe, nil mirum: placuiſſe, permirum. Sed quid facerent, quibus perſuaſiſſimum, פחדים eſſe *teſticulos*? Hinc & *Cocc.* poſt *Jun.* & *Trem. Libidinatur caudam inſtar Cedri* &c. &c. item *Schmid. Si concupiſcit*, *cauda ejus* erit *ſicut Cedrus.* &c. *De Pined.* 4. *Caudam ut Cedrum*, interpretatur, proprie, *ſtrictam*, *brevem*, *minime piloſam*; *quemadmodum Cedro breve* & *ſtrictum folium.* Argutius adhuc aliud in *Cauda impropria*, & ſalaci, adfert, quod apud ipſum leget, qui volet p. 1086. Cl. *Guſſ.* 5. *cum cauda proprie dicta nullius momenti ſit aut in* Ele-

Elephanto, *aut in* Hippopotamo, *ad* ſalacem *autem confugere & turpe ſit*, *& nihil det huic præ illo*; *hoc ſaltem pro* Elephanto *habemus*, *quod* proboſcis *ſimilis caudæ adſit*: *ea ſolet pendere*, *notabiliorque eſt vera cauda*; *eam flectit Bellua*, *ut aliæ caudam*, *in arcus*: *ea verberat*: *recte ergo* יחפין זנבו, *omiſſo* ב *inſtr*. *Facit quod vult cauda ſua*. De כמו ארז ſilet.

Ad poſterius colon ita pergit; *cum verti queat* Nervi terrificorum ejus ſunt interplexi, *intelligere licet membra quibus* terrorem *incutit*, *rictum*, *pectus*, *pedes*, *proboſcidem*. *In* Elephanto *autem* nervi, *præſertim per iram muſculos inflantem*, *conſpicui ſunt ad illas partes pluſquam in Hippopotamo* &c. His adfinia dederat *Codurc*. 6. *Perplexitatem nervorum in genitali parte non convenire* oſtendens *Elephanto*, *cui teſticuli non propendeant*, *& perexiguum ſit veretillum*. *Ergo* פחדים *non Chaldaicum hic eſſe*, *ſed Hebraicum*, *pro* Terroribus; *& quidem Proboſcidis*, *qua horribiliter intonat*, ὁμοιον σάλπιγγι πτερυγισμῷ. Promuſcidem *porro* diſtentam *bene* Cedro *comparari*, quippe quam *ſublimem erectamque protendat*. *Optime itaque* יחפין *adhibitum*, *quod eam ſtringat*, *artet*, *extendat*, *ut* lubet: *quin verbum* ὀρέγειν, *quo utitur Ariſtot*. *quando* Elephantum *ait* manum extendere, *reſpondere Hebraico* חפין porrigere ultro, *appetere*. Minus ſpecioſe Ill. *Grot*. 7. יחפין pro יחפז poſitum vult, licet & ipſe *Caudam* interpretetur *Proboſcidem*, *quam* Elephas dicatur *movere*. In eo nihil ſignati. Æque dilutum, alterum, quum *Nervos teſticulorum perplexos*, exponit, *teſticulos intus abſconditos*. Neſcio quid agens *Caſtal*. 8. poſtquam *Caudam* hic *Promuſcidem* appellari dixiſſet, פחד ſumit pro *ſumma parte caudæ*, *quæ ſpinæ dorſi adhæret*, *a pavore*, *quod ea in metu contrahatur*: *ut* ὀῤῥωδεῖν *ab* ὀῤῥὸς: *de ea autem hic agi*, *patere ex eo*, *quod Cauda modo comparata ſit Cedro*; *quam ſententiam iterans ſacer textus*, *jam non* Cedrum *ponat*, *ſed nervos ramoſos*. Hæc confuſione non vacant; nam a *Promuſcide* reditur ad *veram Caudam*. Ad *Hippopotamum*, II. accommodaturus *Boch*. vertit, *Retorquet Caudam ſuam*, quæ eſt *ut Cedrus*: *nervi femorum ejus perplexi ſunt*. Ex *Arabico* fonte videlicet, qui in حفض العود miniſtrat, *a*. *Curvavit*, *inflexit*, *contorſit lignum*. Addit, *Caudam retorquere ſues*: talemque *Caudam tortilem* & *Hippopotamo* tribui ab Auctoribus. Cum *Cedro* eandem comparari, non *ratione longitudinis*, nam ut *Elephanto*, ita & *Hippopotamo* brevem eam; *ſed cum* Cedro *conferri potuiſſe*, *ratione glabritiei*, *rotunditatis*, *ſpiſſitudinis*, *& firmitatis*. Tale ad *Elephanti Caudam ſtrictam*, & *depilem*, ſupra prolatum vidimus a *Pineda num*. 4. Hoc neutiquam expeditum: quis enim *Caudam tortuoſam & brevem* cum *Cedro* unquam contendat? nec juvat, quod Vir Summus in *maximi roboris argumentum* hoc poni velit, *quod quum Cauda ei brevis & craſſa ſit*, *eademque valde firma*, *tamen ad libitum eam flectat*, *& retorqueat*. Manet, vel ſic, bis per omnia diſſimile. Concinnius *b*. quod item ex *Arab*. فخذ *ſemora* inducat ὁ παῖν: hæc enim genuina notio hujus vocabuli apud *Aramæos* quoque, unde *teſticulos* intulerant alii: nam ut ירך *femur* apud *Hebræos* verecunde transfertur ad *genitalia*, ita פחד ubique *femorum* proprietatem obtinet, etiamſi latius uſurpetur. En propius, & preſſius, ex *Camuſo*.

الفخذ ما بين الساق
والورك وحي الرجل اذا
كان من اقرب عشيرته
والفخذاء التي تضبط
الرجل بين فخذيها وتفخذ
تاخر واستفخذ استخذي

Dicitur פחד *quod eſt inter* שוק *crus*, *&* ורך *femur ſuperius*: *item proxima viri* cognatio & familia: *forma* פחדא *uſurpatur in fæmina quæ divaricatis ſemoribus inſidet ſellæ camelinæ* (*Gol*. & *Boch*. الرجل legerunt, pro الرحل.) *In* 5. הפחד *eſt retroceſſit*; *in* 10. *ſubmiſit ſe*. *& humiliatus eſt*. Habes Originem *pavoris*, quem *Hebræi* in פחד frequen-

13 עצמיו אפיקי נחושה גרמיו
כמטיל ברזל׃
14 הוא

13 Oſſa ejus, alvei ænei; grandia ejus oſſa ſicut vectis ferrea.
14 Il-

quentant, de qua alias. Redeo ad *Bocharti* explicationem; quæ exhibet *femora robuſtiſſima Hippopotami, nervis, ut ramis, implexa; & omnia confringere apta.* Recte vero: ſed annon *robuſtiora*, adhuc & *vaſtiora*, *femora Elephanti*? Hactenus ergo pro *Hippopotamo* nihil in hoc *Vſ.* præcipui: unde & Ampl. *Ludolfi* eundem ſilentio tranſmiſit. *Allegoriarum* III. nec caput, nec cauda, hic comparet. *Explic. Gall:* continuans quod *Vſ. præc.* inchoarat, exhibet, *Libidine ardet Cauda ejus*, quæ *velut Cedrus eſt:* ut זנבו recto caſu veniat. Item גידי פחדים *nervi verendorum*, a פחד *veritus fuit.* Nempe, *Satanas omnibus fere populis ipſam Libidinem adorandam propoſuit; ipſaſque verendas partes ut colerent*, perſuaſit: Quin ipſe quoque *ſub his infandis fœdiſque imaginibus cultus, caudam, quam a natura non haberet, ſibi aptavit.* Quid non *Hypotheſis* trahit, ſemel infelicius jacta? *Gregor.* in *Cauda*, ut *extrema parte*, invenit *Antichriſtum, ſuperbum, & erectum.* Alii *Caudam Dæmonis* faciunt *Mortem.* Alii *inlecebras*, & *blandas inſidias* ejuſdem &c. &c. Sed deſino, & tædioſa perceuſione memet abſolvo.

Verſ. 13. In *Elephantum* I. omnia ſatis jam apta. *Merc.* reddit, *Oſſa ejus Robora æris* &c. אפיקים proprie *robuſta* pro *Roboribus*, ait Vir Doct. Item *Jun.* & *Trem. Oſſa ejus* ſunt *viribus Chalybeis* &c. Commodius, & elegantius, *Vulgat. Oſſa ejus* velut *fiſtulæ æris* &c. Ad eam rationem *Cocc. Oſſa ejus* ſunt *tubi ænei.* Non aliter *Codurc.* qui *Canales* reddens, ſignificari ait *longas æris maſſas*, ſive *vectes æreos, quod liquefactum æs fundatur per ejuſmodi canales, velut alveos.* Simile quid dabit *Boch.* infra. III. *Grot.* per *oſſa* hæc intelligere jubet quæ *cornua* aliis, aliis *dentes*, in *Elephante.* Omnino *oſſa* proprie dicta, ſpeciatim in quibus *medulla* continetur, comparantur cum *Alveis*, propter *capacitatem*; & quidem *æneis*, ob *robur*, & *duritiem:* niſi forte *medullam æri fuſo* celſior cothurnus æquarit, ut *Alvei æris* ſint, in quibus *æs fluit*, eodem modo quo אפיקי מים *Alvei aquarum* efferuntur. Sequens Colon *Mercerus* iterum, *Oſſa ejus ſicut maſſa ferri.* Monet גרמא *Chald.* idem eſſe quod עצם: quoſdam tamen Hebræorum prius *oſſa majora*, hoc *minora*, interpretari: atque ita fere *Vulgat.* dediſſe *cartilagines.* Adjicit & *tendones, nervos, muſculos*, & hujuſmodi *colligamenta.* Cl. *Cocc.* ad *Tibias* reſtringit, quæ *vecti ferreo* ſimiles. *Codurc.* jam *dentes* adfert, ex 2 *Reg.* 9: 13. unde colligit גרם proprie ſignificare, *prominentiam, propugnaculum.* Etiam *Grot. Dentes* denuo reponit. Cl. *Guſſetio* גרמים ſunt *oſſa majora*, ut עצמים *minora.* Favent loca *Gen.* 49: 14. *Prov.* 17: 22. & 25: 15. Adde *Num.* 24: 8. עצמותיהם יגרם *oſſa eorum diffringet ad emedullandum.* In מטיל ἅπαξ λεγόμενον iterum multa fluctuatio. *Laminam* dedit *Vulg.* ex ſenſu. Ex alliteratione a נטל *Jarch. onus*, ſive *pondus.* A טול, *Ramban* extudit *malleum ſaxa disjicientem.* Ingenue *Merc. Haud certo ſcitur quid ſit, ſed videtur fruſtum vel maſſa denotari.* Mem radicale *Codurco*, & ſignificatio vocis, *palus*, ſive *ſudes.* Pleriſque placuit *vectis*; cui firmamentum addidit *Boch.* H. 2. 759. reducto ex *Arabia* Themate deperdito مطل מטל *cudit, procudit* ferrum; unde *forma partic. paſſ.* مطول, *ferrum cuſum & in longum extenſum.* Id מטול & מטיל efferunt *Hebræi.* Æque prona II. harum figurarum applicatio in *oſſa vaſtiſſima Hippopotami*, quæ non, ut in aliis aquatilibus, *meræ cartilagines*, ſed *ahenea* veluti ac *ferrea.* Paulo coactius tamen, quod Vir ſummus dedit, *Oſſa ejus ut æs fuſum*, quaſi אפיקי eſſent *fuſiones*, vel *defluxus æris.* Illuſtrius, & grandius, *Alvei æris.*

Gg gg gg g Etiam

14 Ille principium viarum Dei: Factor ejus admovit gladium ejus.
15 Nam

14 הוא ראשית דרכי־אל העשו יגש חרבו׃
15 כי־

Etiam neſcio quid humani paſſus ὁ πάνυ, quum ab *Oſſibus* totius *corporis* diſcedens, inſiſtit in *dentes Hippopotami*, qui *dentibus Elephantinis duritie præcellere* ferantur. Debuiſſet ſaltem Jus æquum in *oſſa vægrandia*, & *robuſta*, relinqui *Elephanto*. Quod jam III. ad luſus *Allegoricos* attinet, *Gregor. oſſa Antichriſti* accipit *de valentioribus in corpore ejus*, *in quorum corde iniquitas vehementer induruit*. At *Philippo* videtur pingi *malitia inflexibilis Diaboli cum ſuis*, *intus & foris*, *in cogitatione*, *& opere*. Iterum *Sanctio* placet *Dæmonis incredibile robur*, *& indefeſſa in tentatione conſtantia* &c. &c. Similiter *Explic. Gall.* hic urguet *Hoſtis illius formidoloſam & invictam potentiam*, *quam nullus homo ſuperare queat*. Addidit *de Pined.* his *oſſibus* Diaboli, *Carnem*, i. e. *omnem mollitudinem extremorum blandimentorum*, *atque illecebrarum*, *ſub quibus latet ferrum*, *& ſtimulus Mortis*. p. 1103. Aliud apud eundem reperies p. 1111. prout vagum hoc genus; & ad cujuſque ingenium in omnem formam ductile.

Verſ. 14. Plus negotii dabit hæc deſcriptionis pars ſignatiſſima. De *Elephante* I. prius colon ita exponitur, *hoc Animal eſſe præcipuum quid* & *primarium inter Dei Opificia*, *quatenus mole*, *& robore*, *reliqua antecellat*. Ita 1. *Merc. Piſc. Cocc.* &c. Argutiuſcule additum ab *Hebræis*, 2. jam inde *ab initio*, & *prima* rerum *origine*, hanc *Belluam* velut *caput* animantium terreſtrium *factam*, ut *Dei potentia*, & *providentia*, ex ea conſpiceretur. Cl. *Schmid.* 3. non tam in *robur*, & *præſtantiam*, quam in *humilitatem* & *manſuetudinem* inſiſti cenſet, ut ſenſus ſit: *In hac Beſtia jam*, *quæ tam grandis*, *tamque robuſta*, *vel maxime elucet mira Dei providentia*, *& gubernatio*, *dum eam nihilominus fecit manſuetam*, *& innoxiam*, *ut ſuum robur ignoret quaſi*, *nec ad nocendum aliis utatur*. In eundem ſenſum ita poſterius colon inflexit idem Vir Doct. 1. *Factor ejus fecit* eum *appropinquare* ad ſe quaſi *gladio ſuo* i. e. *Deus Elephantem*, *vaſtum licet & robuſtum adeo animal*, *habet tamen ſubjectiſſimum* & *obedientiſſimum ſibi ad omnia* &c. &c. Recte monuerat, difficile eſſe commodius quid dare, quam alii, quibus hic aqua hæſit. *Merc.* ſcil. 2. dederat, *Qui eum fecit gladium ſuum admovebit.* q. d. *Solus Deus eum vincere*, *& perimere poteſt* &c. Objectioni paratæ ita occurrit, *Quod Elephas dometur*, *& manſuefiat*, *non niſi Dei permiſſu fit* &c. &c. *Ac forſan eo tempore nondum ita cicurabilis erat. Forſan & monſtroſius aliquod animal in illis regionibus per* Behemoth *intelligitur:* &c. Cernis anguſtias: quas ita exire conantur *Jun. & Trem.* 3. *Huic primario operi viarum Dei*, *qui fecit ipſum adhibuit gladium ſuum:* i. e. *Proboſcidem quo* tanquam *gladio validiſſimo* eſt *armatus*. Conſentit *Piſcat.* Dubitanter Doct. *Belg.* id notis *Promuſcidem* & *Dentes* intelligi monent ab iis qui *Elephantum* deſcribi ſtatuunt. Cl. *Cocc.* 4. item hæſitans *Factor ejus continet gladium ejus.* i. e. *Proboſcidem ejus*, *niſi* malis *dentes*. Nove יגש, *applicat*, ſumit pro *inſertum & adſtrictum tenet*, *ne educat*, *ſtringat*, *ac porrigat*, *gladium ſuum*, ut 2 *Sam.* 3: 34. *pedes tui non in compedes* הֻגָּשׁוּ *conſerti ſunt*. Connectitur cum *Vſ.* ſeq. hoc pacto. *Non ſunt carnivori* Elephanti, *ideoque nec gladio ſuo utuntur ad mactanda animalia* &c. הגייש חרב *Admovit gladium*, pro *in vaginam condidit* uſurpatum, haud veriſimile. III. *Grot.* 5. ad *Applicabit gladium ejus*, apponit ex *Plin.* 8: 20 *Cornu Rhinocerotis perfodi Elephas ſolet.* Idem ab Erud. *de Pined* annotatum; qui 6. pronior in alium adhuc *Elephanti gladium jugulatorem*, nempe *Draconem*, qui tradente *Plin.* 8: 12. *Belluæ* huic *circumplexus*, *ſanguinem* ejus *ebibit*, *atque eum ſiccato concidit*, & *commoritur*. Specioſius utrumque, quam ſolidius. *Codurc.* 7. jucunda valde imagine; *Admovit illi gladium ſuum*, ait *tranſlatum a principibus & dominatoribus*, *qui baltheo*, *& gladio accinguntur*, *ac provinciis præponuntur*. q. d. *Deus eum principem & præfectum inſtituit*, *cui Montes ſerviant*. Non addit, qualis hic *Gladius*, & in ſola figura ſubſiſtit. Expendamus II qui *Hippopotamo* hæc aptentur a *Boch.* p. 759. 762. *Ille eſt principium viarum Dei* i. e. *operum in hoc genere*. *Nam*

ce-

15 כי־בול הרים ישאו־לו וכל־חית
השדה ישחקו־שם׃

16 תחת־

15 Nam proventum montes ferunt illi; & univerſa animalia agri ludunt ibi.

16 Sub

ceteræ בהמות *quadrupedes beſtiæ die ſexto creatæ: Hippopotamus quinto.* Non expectaram argutiam. Melius, *Aut principium operum Dei, eſt, unum ex præſtantiſſimis Dei operibus, ut Amalec* ראשית גוים *Principium gentium Num.* 24: 20. *utut enim* pernicioſum *ſit* animal, *multa tamen in eo* admirationem excitant, *ut vaſta moles, robur immane, tergus impenetrabile, ſtupendus oris hiatus, portentoſa voracitas; candor dentium & firmitas: mari, terræ, & amni, vita communis: in tanta corii duritie ingenium ultra animalia cuncta ratione carentia ſagaciſſimum* &c. Etiamne ultra *Elephantem*, qui *ſenſibus humanis proximus*? Reliqua item majora in *Barro:* ut ſaltem hoc Colon nihil miniſtret, quo *Hippopotamus* victoriam auferre queat. In poſteriore etiam parum ſubſidii, demonſtrationis certe. Vertit ὁ πάνυ, *Factor ejus applicavit Harpen ejus.* Id vocabuli quatenus *gladium curvum*, ſive *enſem falcatum* ſignat, a חרבא, חרב, originem ſumſiſſe Erudite indicans, ſubſumit *harpe inſtructum fingi Hippopotamum, quia* dentes *habet exertos, flexos, acutos, prælongos, quibus tanquam Enſe in falcem curvato fruges demetat, & corrumpat.* Specioſe ex *Nicand. Ther.* adjectum de *Equo* hocce *Nilotico*

Ἀρούρῃσιν δὲ κακὴν ἐπιβάλλεται ἅρπην

Agris damnoſam immittit Harpen.

Luculenta item pictura *Nonni* L. 26. a *Boch. Cler. Reimar.* adducta. Sed an jam res ſatis liquida? ſic viſum Viro Magno, inſtanti, *Jam ſi ad Elephantum referas, quid in illo erit* Harpe? *An* dentes, *qui innoxii*? *An* promuſcis, *quæ cum gladio nihil habet ſimilitudinis*? &c. Itane vero *innoxii dentes*? Atqui *Plin.* 8: 3. *prædam in ſe expetendam ſciunt ſolam eſſe in armis ſuis, quæ Juba cornua vocat.* Iterum *Ibidem. Circa* dentes *Belluis ſumma cura: alterius* mucroni *parcunt, ne ſit* præliis *bebes; alterius, operario uſu, fodiunt radices, impellunt moles; circumventique a venantibus & feſſi, impactos arbori frangunt, prædaque ſe redimunt.* Notum quoque *Elephantos*, haud ſecus atque *Apros*, hæc *arma* ſollicite *acuere*; iiſque magnas ſtrages dare: ut mirum ſit ſummam aciem in re obvia conniviſſe. *Ludolf.* ad hunc verſum nihil attulit majoris firmamenti; ac proinde hinc quidem *Hippopotamus* ſuperior non diſcedet *Elephanto.* Hic vero III. *Allegoria* ferme *vincere*, & *triumphare* ſibi videtur. *Explic.* certe *Gall.* hunc *verſum tam clarum* cenſet, *ut nulla acies ingenii humani* ad *Animal aliquod eum accommodare* valeat. Urguetur inprimis formula *principium viarum Dei*, quæ *nil aliud deſignare queat*, quam vel *primam creaturam*, vel *principem* & *excellentiſſimam. Neutrum quadrare* in *Elephantem*; qui ut *ſexto die* creatus, ita *infinitum quantum infra hominem. Reliquum*, ut *Angelus* intelligatur, *primo die conditus*, & quidem *principe gradu* inter ceteros *conſpicuus*, unde ſemet præcipitem dederit rebellione; qui etiamnum *princeps Dæmonum*, & *improborum caput: ſuomet gladio tandem jugulandus*, quando *Redemtorem* noſtrum *neci tradens*, *Victorem* ſuum *viciſſe* ſibi videbitur. Præiverat *Philip. Beda*, alii. Diverſiſſimo aſpectu *Gregor.* & *Gloſſ. Ordin. Gladius Behemoth nocendi malitia eſt; ſed ab Eo a quo bonus per naturam factus eſt, ejus* gladius applicatur i. e. *malitia ejus Divina diſpenſatione reſtringitur, ne ferire tantum quantum appetit, permittatur.* Alia adhuc dabit *de Pined.* p. 1106. ne jam *Bolduc.* commemorem: aut ex alia *Hypotheſi* alias iterum bracteolas, nunquam ſolidi auri pretium acquiſituras, quantumvis ut pretioſiſſimæ merces explicentur, & commendentur.

Verſ. 15. Qui *Elephanti* I. applicant, varie connectunt. *Merc. Hoc etiam robur beſtiæ oſtendit, &* indomabilem *alioqui* naturam, *quod non ab hominibus cibum expectet*, ut *boves, equi &c. ſed per montes vagetur. Mira item providentia inde Dei cognoſcitur, quod etſi tam vaſti ſit corporis, paſtum tamen abundantem reperiat in montibus* &c. Poſterius colon ad *manſuetudinem Belluæ* refert, *cum qua illæſæ verſen-*

16 Sub lotis ſylveſtribus cubat; in latibulo calami & uliginis. | 16 תחת־צאלים ישכב בסתר קנה ובצה:

17 Ob- | 17 יסכהו

ſentur reliquæ beſtiæ campi, ludentes *veluti cum eo*, utpote *non rapaci*. Cl. *Schmid.* 2 facillimam ſibi præ aliis putat cohærentiam, quod nunc *particulatim exponatur in quo conſiſtat Obedientia* Elephantis, *quam Deo præſtat*; *quod gramen comedat, nec ullum animal juxta ſe ludens devoret.* Paululum differunt 3. *Jun.* & *Trem.* ita pergentes, *Quamvis proventum ei proferant montes* i. e. *terræ naſcentibus paſcatur, nec rapto vivat.* Quomodo *Cocc.* 4. liget, ſupra hoc *num.* vidimus. Nempe ſic *coërcito Divinitus gladio Elephantis, aliis animantibus non eſt terrori: quamvis quibuſdam naturalis ipſius metus inſit* Ad *innocuam mitemque* ſimiliter *indolem* 5. *Grot. de Pined. Codurc.* retulere: niſi quod Eruditiſſ. Jeſuita 6. ſuſpicetur *ludere* pro *illudere* hic poſitum, quippe cui *mures* & aliæ *beſtiolæ*, *inſultent*, & *grunnitus ſuis terrorem incutiat*; quin *hirudines*, & *vermes*, *intolerandum in proboſcide dolorem*. Ultima nimis quæſita. Ad calculum *Boch* II. connexio ſic habet, *Applicuit ei Harpen* ſive *dentes meſſorios*, *Quia proventum ei proferunt montes*; *etiam* ii montes *ubi ludit omnis beſtia agri*. Generatim *Montium* mentionem fieri cenſet, *quod pabulo & fœno fœcundi ſint*: *Pſ.* 147: 8. &c. Speciatim, *quia magis paradoxum*, & θαυμαστῶδες, *aquaticum animal non ſolum in terra paſci, ſed & in vertice montium cum pecore, & jumentis* Mox tamen *Montes* illos exponit *colles* & *aggeres Nilo vicinos*, quod minutum, pro magnitudine noſtræ phraſeos Tenue item quod III. *Ludolf.* addit, *in Æthiopia colles ſcandi ab Hippopotamis*, *ad ſegetes depaſcendas*. Recte Cl. *Guſſ Nec colles ſunt montes, nec eo irent, niſi ſegetes invitarent* Non video etiam, quid ſibi velint tunc *Beſtiæ agri ibi ludentes*, ſi non *veri montes* intelligantur, & *loca paſcua*, ſed *colles ſegetibus conſiti*. Parum item quadrant hi colores in *Solin.* & *Plin.* deſcriptionem, quæ fert, *Noctibus eum ſegetes depaſci, ad quas pergat averſus aſtu doloſo, ut fallente veſtigio reverteati nullæ inſidiæ præparentur* Furatur ergo, & nocturnus ſubrepit graſſator, non in *libero paſcuo* verſatur cum reliquis animalibus, ab ejus *Harpe* intactis. Certe *Carnivorum* eſſe *Monſtrum* docet *Proſp. Alp. Rer. Ægypt. L.* 4. *Cap.* 12. *nec extra aquam diu vivere poſſe*; ut jam eo nomine nimis neceſſaria fiat reſtrictio, qua uſus Cl *Cler. non altos montes, & a ripis fluviorum remotiores*, intelligi, *ſed colles minores ad ripas eorundem*. Jam quæ ibi forte creſcunt, vocari בול הרים *proventum Montium*, *ibique omnem beſtiam agri luſitare*, non adducor, quamvis ultro largiar in oratione grandiſona verba non nimis eſſe premenda. Allegoriæ III. ſuum quoque tribuamus. In *Gloſſ. Ordin.* extat, *Quæ eſt herba montium, niſi voluptas fluxa, quæ ex corde gignitur ſuperborum? Elati namque ſeculi hujus Behemotho herbas ferunt, quum ſuas illi offerunt fluxas & lubricas voluptates*; &c. &c. Item, *Beſtiæ, immundi ſpiritus ſunt, ager, mundus, ludunt ibi, quatenus projecta e ſuperioribus dæmonia, pravis ſuperborum opibus delectantur.* Adiſis *Gregor. Philipp. Toom.* &c. Itemque *de Pined.* & *Sanct.* plura daturos. *Explic. Gall.* per eadem veſtigia decurrit, *Elephantum* variis premens argumentis. 1. *plana* potius quam *montana* ſequi tam vaſtas moles. 2. non verum eſſe *circa eum ludere omnes beſtias*; *quum multi eum horreant, & vel odorem non ferant.* 3. *beſtias ab eo non lædi, nec rapax eſſe, aut carnivorum animal*, dici, non probari, quippe quod cum *crudelitate* ejus, & *furore* in præliis, vix queat conſiſtere. Infirma fulcra ſubtilitati ſuppoſita ſubdita, ſi enim nil aliud obſtaret, jam *Elephanti* tuto victoria poſſet adjudicari.

Verſ 16. Qui de *Elephanto* I. cogitant, non unam tenent viam *Merc* 1 ſimpliciter ait *duobus porro verſiculis ſubnecti, quibus locis gaudeat: & ubi habitare ſoleat ſub* צאלים *umbroſis* nempe *arboribus*, quaſi צללים, pro litera geminata ſubſtituto *Aleph*; quamvis *Kimchius* ponat *Radicem* צאל: videri autem *ſaltus* & *nemora* ſignificari, *in quibus refrigerium quærat* Animal, quod in *Calidioribus* tantum *locis* invenitur: atque eodem tendere *Latibulum arundinis* & *limi*, i. e. *locum paluſtrem*

ſtrem & limoſum. Cl. *Schmid.* 2. neſcio quid addit, de *Cubili viliore quod malit Elephas, quam in quærendo meliori, hominibus, aut beſtiis, nocere.* Addit צאלים *forte melius deduci a ſing.* צל *umbra; ut vocalis longa reſolvatur in literam quieſcentem.* A *Jun.* & *Trem.* appoſitum 3. ex *Ariſtot.* & *Plin.* *Ripas accolere* Elephantum. Iiſdem צאלים ſunt *umbroſa, circa ripas.* Item a *Cocc.* 4. *Amnibus maxime gaudere, & circa fluvios vagari.* Ad צאלים obſervat eſſe, vel *ſpeciem arborum,* vel *umbracula.* *Si autem Allegoria quæratur,* conferendam חית הקנה *Belluam cannæ Pſ.* 68: 31. Conſimilia notarunt *Grot.* & *Codurc.* 5. qui ex *Ælian.* addit ἕλειον *Paluſtrem* propterea vocari poſſe Belluam: atque hanc videri חית קנה *Feram cannæ Pſ.* 68. Præcipue huc pertinent quæ *de Pined.* 6. adduxit ex *Ælian.* de *Anim.* 9: 56. *Elephantos ad calorem ſolis frangendum inter ſe craſſo perfundi cœno; atque ad refrigerationem umbroſas ſpeluncas, arboreſque ramoſas captare.* Idem monet quoque verbum ישכב *cubat* vel poſitum eſſe pro *quieſcit, dormit, reclinis in arborem,* ut traditur: vel pro *concumbit,* verecunde, ad animalis ſimul *caſtam* hac in re *verecundiam* indicandam. Aliis tamen hæc tam parum convenire viſa *Elephanto,* ut contrarium plane hinc elicuerint 7. per *interrog. An ſub umbroſis cubat, in latibulo arundineti & cœni?* Ita *Kimch. Vatabl.* &c. &c. Ad hæc recte *Boch. Nihil eſſe tam diſertum in S. S. quod hoc pacto eludi non poſſet.* Intentus in *Hippopotamum* II. Vir ſummus, *Egregium vero latibulum* inquit, *Elephantum, quos ſcribit Ælian.* 7. 6. *ire per maximas arbores ut ſegetes, & aliquando arboribus eſſe proceriores.* Addit, *Quid quod Elephas ne* cubat *quidem niſi* rarius, *ſed rectus dormit?* ὀρθοστάδην, ut *Ælian.* iterum L. 4. 31. κατακλῖναι γὰρ καὶ ἐξαναστῆναι ἐργῶδες αὐτῷ *decumbere enim & reſurgere ei operoſum. At de* Hippopotamo *en locum, Jobi loco geminum,* ex *Marcel.* L. 22. *Inter arundines celſas, & nimia denſitate ſqualentes, hæc Bellua cubilibus poſitis* &c. *Videndum itaque an Pſ.* 68: 31. *fera arundinis ſit* Hippopotamus *tanquam figura populi Ægyptii.* Hæc nimio *Hypotheſeos* amori data. Primus certe locus *Æliani* parum ad rem: nam agitur ibi de *vaſto robore & impetu* harum *Belluarum,* quæ dum a venatoribus premuntur *per arbores maximas ſoleant procurrere tanquam per ſegetes* ὥσπερ στάχυς τινὰς καταχλῶντες τὰ δένδρα *ut ſpicas quaſdam perfringendo arbores &c.* Alter locus etiam parum, aut nihil favet; nam *Elephantem poplites inflectere, & procumbere in genua,* multis adſtruxit, ſibi ſubcontrarius, ὁ πάνυ *Hieroz.* 1: 263. Tertium, vereor ne tale ſit, ut *Hippopotamo* plane non conveniat. Nam 1. de *incola* hocce *Nili* opuſne erat moneri, eum cubare in *Arundinetis* illius *fluminis?* 2. ſi vox צאלים *umbroſos arbores* notaret, *fruticeta,* & *carecta,* ſic valde incommode deſcriberentur. Id anſam præbuit Cl. *Cler.* ad *arbores viminales,* vel *vimina,* ſubſtituenda. Sed 3. ne ſic quidem res expedita: nam ita quicquid in *Nilo* natat, ſub צאלים *cubare* dicendum eſſet, ſi *frutices viminales,* qui *ripam* prætexunt, deſignarentur. Quid 4. quod π' צאלים, ex *Arabum* ضال, potius notare videatur *Lotos arbores?* in *Ægypto* frequentes quidem illas, ut & in *Cyrenaica,* ſed quibus cum *Nilo* nihil præcipue: nam *Lotos planta,* quæ in locis e *Nilo* reſtagnantibus creſcit, multum diverſa. De his mox pluribus, *Vſ. ſeq.* Finio 5. in בצה, quod *uliginem,* & *tenuem,* ac *limoſum, laticem* denotat, e terra molliore exſudantem. בצץ بض apud *Arabes* eſt, *paulatim fluxit & emanavit aqua: tenui rore uvidus fuit locus.* Non quadrat in *Nilum,* etiamſi ad *margines* reſtringeretur. *Allegoria* III. hic ſibi nimis placet; & in hiſce laſcivit quodammodo. *Gregor.* per *umbram,* ut *Vulg.* צאלים non accuratiſſime expreſſit, intelligit *nequitiæ torporem,* ac *delicias:* & per *calamos, vitam ſecularem,* vel *mentes vanas arundinum inſtar* &c. Confer *Gloſſ. Ordin. Philipp. de Pined* p. 1118. 1119. Adde *Sanct.* extra oleas adducentem huc *Luc.* 11: 14. ubi *Spiritus impurus arida perambulans, requiem non invenit,* quippe quam habeat tantum in *locis humentibus,* ubi *voluptate & luxuria diffluitur.* Ideam iſtam ſequitur *Explic. Gall.* in eo textu

17 Obtegunt eum loti ſylveſtres, umbraculum ei: cingunt eum ſalices vallis.

17 יסכהו צאלים צללו יסבהו ערבי־נחל׃

18 Ec-

18 הן

tu *evidenter alluſum* putans ad verſiculum huncce; pro Commentarioque luculento eundem commendans ſubdit, *ſoli Cortici inhærere, & medullam graviſſimarum veritatum negligere eos, qui hic attendunt ad id quod Naturalis Hiſtoria tradit de Elephantis, vicinitatem amnium ſectantibus.* Contendit quin imo *Doct. Auctor, oppoſita eſſe*, in Litera, *montes ſequi, & amare arundines ac limum; quæ tamen* in Allegoria *pulchre concinant; quatenus eadem Bellua quæ celſitudinem ambit, etiam mollitiem, deliciaſque, cupidiſſime quæritat* &c. *in cœno velut volutari, & voluptari, geſtiens.* Quid dicam? *in umbra luditur*; & neſcio quid dulcis faſcini in talibus oculos præſtringit.

Verſ. 17. Pro *Elephante* I. eadem omnia recurrunt, quæ modo ſtrinximus. Placet conſtructio *Merc.* per appoſitionem, *obtegunt eum Umbroſa*, ut ſint *Umbra ejus*; &c. Cl. *Schmid.* addit, *ut ſint inſtar* סכה *tugurii*; quod non de nihilo. Minus concinne *Vulgat. Protegunt Umbræ Umbram ejus.* Scio *Umbras* pro *Umbroſis arboribus* uſurpari apud Poëtas; ſed ne ſic quidem ſententia liquida. Pro *Hippopotamo* H. *Boch. Tegunt eum umbroſæ* arbores, unaquæque *Umbrâ ſuâ: circumdant eum ſalices Nili.* נחל *Nahal* & *Nehel*, omnem *torrentem* ſignans, ſtricte pro *Nilo* alibi occurrere, quin hanc eſſe *Nili* originem, non abnuo: hic idem uſu venire haud ſane liquet. Contrarium ſuadet verbum סכך *obtexere, obtegere velut tugurio, obumbrare*, quod aptius *cubili Elephantis* inter *arbores ad ripam torrentium enatas*, quam *Hippopotami ſub aqua deliteſcentis* inter *frutices*, & *arundines.* Sed declarandum eſt ulterius, quod *Vſ.* præc. attigi. Forma צאלים nuſpiam alibi proſtat, quam in duobus hiſce verſiculis. Sola conjectura, & affinitas literarum, ſuggeſſit *Umbras*, vel *Umbroſas arbores.* Cl. *Cler. viminales arbores*, ex vicinia cum *ſalicibus* arripuiſſe videtur. LXX. dederant παντοδαπὰ δένδρα, quod vagum. *Cocc.* peculiarem *ſpeciem* denotari ſuſpicabatur. Apud *Arabes* צאל ضال notat *tenuis*, & *exilis fuit.* Item ضال *media je*, cum *fæm.* ضالة, *Lotus arbor*: unde اضالت الارض واضيلت اذا صار فيها الضال *Terra* אצאלת & אצילת *quum produci Lotum* צאל, ציל, *dictam.* Notanter additur, eſſe السدر البري *Lotum Sylveſtrem*, ut *Gjauhar.* & *Phiruzab.* monent. Cave intelligas *Lotum Ægyptiam*, ſive *Plantam Niloticam*, in *lacunis* nempe *aqua Nili auctis* frequentem. Eam نوفر *Nuphar* vocitant, *Nymphæam* veteribus, dictam; de qua conſulendus *Proſp. Alpin.* H. N. Æ. *part.* 2. p. 75. Intelligitur *Lotus Cyrenaica*, ſive *Connarus Alexandrina*, *Serapioni* dicta *Sadar* السدر, quæ & نبق *Nabca* apud *Proſp. Alp.* 2. p. 10. itemque كنار *Conarus*; *Connarus*, quam eſſe *Nabcam* addubitat Doct. *Veſling.* p. 165. Diſerte tamen in *Camuſo* الكنار النبق *Conarus eſt Nabca, ſive Lotus.* Strictius حمل السدر *Arabibus* eſt النبق *fructus Sidari* ſive *Loti*; ut viciſſim سدر *Sidar* dicitur شجر النبق *Arbor Nabcam ferens.* Pleniorem notitiam ex *Veteribus* dabit ὁ πάνυ in *Exerc. Plinian.* p. 731. & 732. Hæ jam *Loti Africanæ*, & præſertim *Sylveſtres*, *Arabibus* צאל ضال, *in deſertis* copioſe proveniunt; atque jucundum præbent cubile feris. In *Diw. Hud.* hac anſa figuratum:

ضيال

18 הן יעשק נהר לא יחפוז יבטח

כי־יגיח ירדן אל־פיהו׃

18 Ecce injuſtus ſæviat fluvius, non feſtinabit: ſecurus erit, quum prorumpet Jordanes in os ejus.

19 בעיניו

19 In

ضال من الرجل هيضل

Sylva Lotorum forti milite plena.

Id eſt, *Exercitus inſtar Sylvæ lotiferæ*, *feris plenæ*, *formidoloſus*. Captatur in hac imagine convenientia inter *Exercitum telis*, *armiſque*, *horrentem*, & inter *Sylvam Lotorum*, *ſpinis horrentium*; eſt enim *paliurus aculeatiſſima* noſtra hæc *Lotus*. Iterum in *Diw. Hud.*

اذا ما لاذ بالضال والغضا
من الحر اذمان الغلاة الخواذل

Quando confugiunt ad Lotum & Tamaricem
Ab æſtu, *fuſci ſolitudinis retromanentes.*

i. e. *Elephanti*, quorum *fuſcus* fere *color*. Notetur غضا eſſe *ſpinoſiſſimam arborem*, ex genere اثل *Athel*, اثلة *Atle* apud *Proſp. Alp. Cap.* 9. ſive *Tamaricum*; quæ *ripas amnium* amant *ſtagnanteſque* inter *arenoſa aquas* Ibid. in *Diw. Hud.* de *Aſino Sylveſtri* in curſum concitato

وقطع الوان داوية صحاري
غلّان طلح وضال

Secuitque flexus vallium per vaſta deſerta
Inter depreſſas ſedes Talchæ & Loti Sylveſtris.

Apponenda quæ *Schol.* hic habet الغلان اودية مطمئنة ذوات شجر الضال السدر البري *Gullan vocantur convalles depreſſiores arboribus denſæ. Dſal autem notat Lotum Sylveſtrem.* Adjecta ei *Talcha*, eſt *Ettalche*, *Arbor excelſa & ſpinoſiſſima* apud *Leon. African.* in deſertis, *Libyæ*, & *Numidiæ*, ac *Nigritarum*, *regione* frequens. Vides, *Behemothum inter* צאלים *Lotos Sylvaticas cubile gratiſſimum habentem*, non in *Nilo* quærendum, ſed in deſertis *Africæ Lotiferæ*, *convallibuſque uliginoſis*, quas efficiunt *torrentes*, de montibus acti, quæ eſt prima, & genuina, notio vocabuli נחל. *Ampliſſ. Ludolf. Comm.* ad *Hiſt. Æth.* p. 157. contra *Pfeiff.* pro *Boch.* ſtans, ſic inſtat; *de Elephanto non quæritur an poſſit cubare in uliginoſis*, *ſed an communiter ſoleat*; *quod dubito an doceri poſſit.* At docuerat jam *Ælian. L.* 9. 56. ubi ait *Elephantes hominum veſtigiis perceptis vaſto barritu ſeſe avertere* εἰς τὰ τῶν ὀρῶν ἄγκη, καὶ δάση, ἢ τῶν ἑλῶν τὰ κοιλότερα *in montium profundiores*, *arboribuſque denſas*, *convalles*, *aut in concava maxime paludum.* Non eſt ergo, quod *Elephantum* hinc excludendum tendat Erud *Crinſoz.* eo, quod *aquam valde metuat.* Quid Viris Doctiſſimis fraudi fuerit ad *Vſ.* ſeq. pateſcet. *Allegoria* III. ad non optimam verſionem hic plane σκιᾶς ὄναρ *umbræ ſomnium.* Vide modo *Gloſſ. Ordin. umbræ ſunt Diaboli omnes iniqui*, *qui dum imitatione iniquitatis ei inſerviunt*, *ab ejus corpore quaſi ſpeciem imaginis trahunt. Sicut autem* umbræ *ejus ſunt pluraliter* reprobi, *ita ſingulariter* umbra ejus *eſt unuſquiſque peccator.* Alia dabit *Philipp.* Alia alii. *Explic. Gall.* ſpecioſis phraſibus ſenſum obumbravit, pulchrum nihilum Lectori tradens.

Verſ. 18. De *Elephanto* I. magna & multa varietas. *Merc.* 1. *En opprimit*, vel rapit, *fluvium*, *nec accelerabit* flumen: *Confidit quod edu-*

educet, attrahet, *Jordanem in os ſuum* i. e. *in tanta abundantia aquam e flumine bibit, ut illi ſolitum ſuum curſum eripiat. Inſignis Hyperbole* &c. Præiverat *Vatabl.* in יעשק frigido acumine captans vim *Calumniandi* : q. d. *Ea vi rapit aquas, quas Calumniator pecunias extorquet* &c. Alios 2. video τὸ יחפז ad ipſam Beſtiam referre, quaſi negetur *timere*, aut *feſtinare inter bibendum, cum canibus e Nilo bibentibus*, ut eſt in proverbio. Minutum. Non placet etiam, quod *Jun.* & *Trem.* 3. contorquant. *En comprimit fluvium*, ut *non feſtinet: confideret ſe editurum eſſe Jordanem* ingreſſum *in os ſuum.* i. e. *Amnem in quo ſe abluit, præ mole corporis avertit*; *eique obſiſtit.* Æque coactum quod *de Pined.* 4. *feſtinationem* negatam trahat ad *tolerantiam ſitis.* q. d. *Multum ille bibit, ſed non eſt in bibendo frequens, neque feſtinus ad potum: cum enim ad bibendum accedit, non prius bibit, quam eam pedibus perturbarit* &c. Decentius quid dederat in h. ſ. 5. *Vulgat. Ecce abſorbebit fluvium, & non mirabitur: & habet fiduciam quod influat Jordanis in os ejus.* i. e. *nihil magnum ducet, etiamſi magnam fluminis partem exhauſerit.* Illuſtrandi ergo adduxit Ill. *Grot. Epota Medo prandente flumina*, ex *Juvenal.* ſed & ridet *Satyricus* ibi *madidis quæ cantat Soſtratus alis*; & de *Xerxis exercitu* ſpecies ſaltem quædam tantam *Hyperbolen* ſuſtinet. *Codurc.* 6. adjecit *ardorem & impetum quo ſitiens Elephantus flumina petit, ſeſe in illa præcipitem dans.* לא יחפז ad *fluvium* ipſum deflectit, *cujus curſus Bellua bibente ſiſtatur quodammodo.* Cl. *Guſſ.* 7. exaggerationem mitigaturus, יגיח refert ad *fluvium in Scaturigine*, q. d. *Elephantum ſitientem, ſi bibat ad Jordanis ortum, poſſe illum totum ore ſuo excipere.* Præcedentia ſic applicat, *Ecce ſuffuraretur fluvium, nec feſtinaret*, nempe ut *fur* ſolet, *quia ipſi non videretur rapina, nec grande facinus.* Nihil in his ſimplex. Contortiora, quæ *Bold.* finxit. Cl. *Cocc.* & *Schmid.* 8. ſtructura multum diverſa, *Ecce rapiet*, urgebit, *flumen*; *non feſtinabit*; *confidet quum irrumpet Jordanes in os ejus.* Nectunt cum ſeq. *Vſ.* in h. ſ. *Elephas* ille *vaſtiſſimus, qui ne gurgites* quidem, & *flumina, pavet*, ſed ea ſine metu, & periculo, trajicit, *ſe* tamen *videntem prehendi, naſumque ſibi forari patitur, ut laqueis duci, & regi poſſit.* Sic *Cocc.* paulo aliter *Schmid.* ita inferens, *Deus tamen nutu oculorum ſuorum eum trahit, quo vult, & ducit, quaſi laqueis per naſum tramiſſis.* Neutrum ſine hiatu. Pro *Hippopotamo* Il. *Boch.* H. 2: 765. 766. eandem rationem vertendi jam exhibuerat, *Ecce premat* eum *fluvius, non trepidabit*; &c. atque quinque rationibus ſenſum *Merceri*, cum portentoſa illa *Hyperbole*, impugnarat. Eadem conſtructione uſi LXX. *Syrus*, & *Arabs.* Inde ſubſumit porro ὁ πᾶν, *haudquaquam verum, premente fluvio non trepidare* Elephantum &c. *quippe qui eatenus tantum in aquam ingrediatur, quatenus promuſcis ſupereminet* &c. Concludit itaque, *Hippopotamum* deſcribi, *quem conſtet ſub aqua intrepidum degere, neque ſuperfuſi fluminis eruptione quicquam moveri.* Nobiliſſ. *Ludolf.* hoc verſiculo rem confectam cenſet, qui *minime omnium Elephanto competat, aquas paventi, utpote natandi inſcio.* Cl. *Cler. miratur, eſſe adhuc qui pertinacius pro Elephanto tendant*; *quippe quos Boch. confutarit.* Mihi Vir Magnus ſemet potius *confutaſſe* videtur; producto p. 767. ex *porta Cœli* gemino loco, *ubi Naturale eſſe* dicitur *huic Belluæ, ſtare in fundo aquarum*; *ac propterea ei proboſcidem a Deo additam.* Item ex *Ælian. de Anim.* 7. 15. *ſi flumine obtegantur, eos proboſcides exerere*, &c. Denique ex *Polyb.* L. 3. cum *Rhodanum* trajiceret *Annibal, periiſſe quidem Indos, Rectores belluarum*, quæ ſe trepidatione præcipites dederant e ratibus, *at Elephantos ipſos ſervatos, quod prævalidas, magnaſque proboſcides, ſupra aquam exertantes reſpirarent, atque ita aquæ reſiſtentes perdiu recto itinere in ulteriora progrederentur.* Hæccine ſunt 1. *fluvium paventis* ſigna, an potius *contemnentis*? Locus integer *Æliani* 2. magis adhuc id evincat. Sic incipit caput illud: ποταμὸν ἐλέφαντες διέρχονται, οἱ μὲν ἔτι νέοι διανηχόμενοι, οἱ δὲ ἤδη τέλειοι καὶ εἰ καλύπτοιντο ὑπὸ τοῦ ῥεύματος ἀνέχουσι μέντοι τὰς προβοσκίδας ὑπὲρ τὸ ὕδωρ: τὰ δὲ ἀρτιγενῆ πώλια, ἐπὶ τῶν κεράτων ἢ ὀδόντων φέρουσιν αἱ μητέρες &c. &c. *Quum flumen trajiciundum Elephantis, juniores quidem tranant: adulti autem etiamſi vel a fluxu cooperiantur, proboſcides ſuper aquam ſuſtinent: recens natos vero pullos cornibus ſive dentibus portant matres.* Narret jam aliquis *Elephantos aquam metuere, nec natare poſſe.* Nempe nolunt *natare maximæ* jam *moles*, quod, vel ſub aquis firmo, & forti, pede pergere poſſint diutiſſime, proboſcide in altum ſurrecta. Scio a *Magn. Lipſio Epiſt. Miſc. Cent.* 1: 50. *Strabonis*

vel

vel *Nearchi* potius apud eum L. 15. *fidem ſuſpectam haberi*, quum ait *Elephantum* νεῖν κάλλιστα *natare pulcherrime:* quod *nec alteri id traditum*, *& alienum ſit a natura* Elephantis, *aquas profundiores horrentis.* Sed res certa, & evidens, ex *Ælian.* Nec obſtat, quod *Ariſtot.* dicat, νεῖν ὐ πάνυ δύναται διὰ τὸ τοῦ σώματος βάρος, ex eoque *Plin.* 8: 10. *Gaudent amnibus maxime*, *& circa fluvios vagantur*, *cum alioquin nare propter magnitudinem corporis non poſſint:* apparet enim non abſolute id intelligendum, ſed comparate. *Nobil. Ludolf.* connixit, quum ὐ πάνυ *non ſatis* reddi improbat, dans ipſe *natare omnino non poteſt.* Atqui Philoſophus dedita opera poſuerat, *natare non omnino poteſt propter pondus corporis:* quod apertiſſime ibi valet, *non ſatis*; ac proin *J. C. Scal.* rectiſſime ibid. *Non dixit* neſcit, *nam omnes quadrupedes nare ſciunt. Animadvertenda lectio diverſa*, *diverſum ſenſum faciens. Nam ſi eſt* ὐ πάνυ δύναται *negat exactam natationem: ſi* πάνυ ὐ *negat univerſam. Sed cauſa quam apponit falſa eſt*; *nam* balæna *longe vaſtior*; *tamen natat. At Balænæ natatus a natura datus*, *nam quid in mari ageret? Elephanto autem inutilis*, *niſi aliquando ad transfretandos amnes. Satis habet*, *ſi aliquantulum nandi facultatis habeat pro neceſſitate.* Hoc voluiſſe *Ariſtotelem* contextus integer in oculis defiget. *Eſt animal* παραποτάμιον ὐ ποτάμιον *fluvios accolens*, *non tamen fluviatile:* Ποιεῖται δὲ καὶ διὰ τοῦ ὕδατος πορείαν, ἕως τούτου δὲ προσέρχεται, (melius προέρχεται) ἕως ἂν ὁ μυκτὴρ ὑπερέχῃ αὐτοῦ, ἀναφυσᾷ γὰρ διὰ τούτου, καὶ τὴν ἀναπνοὴν ποιεῖται. *Facit autem & per aquam iter. Eo uſque vero progreditur*, *quouſque promuſcis ejus ſupereminet: per eam quippe reddit ſpiritum*, *ducitque. Nare vero non omnino poteſt ob molem corporis.* Viri Doctiſſimi hoc loco parum feliciter uſi. Omittunt, quod præcipuum, *Facit & per aquam iter.* Ubi ergo toties repetitus ille *metus aquarum*? Addit Philoſophus, *Progreditur quoaduſque ſupereminet promuſcis.* Quid hoc aliud, quam *parcit natatui*? *non vult natare*, *quamdiu ſtabili & firmo pede terram tenet*, *vel in medio gurgite.* Porro ergo vel remeandum; vel levi, & brevi, natatu trajiciendum flumen; ſi neceſſitas, nempe, urgeat. Ideo adjectum, *Nare non omnino* i. e. *non expedite*, *non longe* etiam ſi velis; nam pauciſſimi ſane in orbe fluvii, quos *Elephantus* non *intrepido pede totos transfretare queat*, vel citra natationem. Cum hiſce conſpirat exemplum illud *Elephantorum Hannibalis*, ex *Polyb.* L. 3. ſupra expoſitum. Exſtat *Cap.* 46. ubi tamen ſummus ille Auctor præmiſerat, quod omnes hos fluctus dedit; *Elephantos conſueviſſe ſe magiſtris ſuis morigeros præbere*, *donec aliqua occurreret aqua:* μέχρι πρὸς τὸ ὑγρὸν habet textus; quod adhuc ſignatius. Adjicitur mox, εἰς δὲ τὸ ὕδωρ ἐμβαίνειν ὐδαμῶς ἔτι τολμώντων τῶν θηρίων &c. *Quum autem in aquam intrare nullo pacto auderent feræ*, *in aggerem illas duxere duabus præeuntibus fæmellis* &c. Collegit hinc pars non temnenda Eruditorum, *Elephantos flumina horrere*, quin *aquam* in totum *metuere*; quo nihil magis abhorrens a natura Animalis adfirmari potuiſſet. Obſervetur itaque: *a. Polybium* loqui de *Elephantis* jam *manſuefactis*, & *magiſtrum dorſo ferentibus*; quod magnum facit diſcrimen. *b.* Iſtam *Elephantorum tergiverſationem* ergo non ex *metu aquæ* ortam, ſed ex aliis circumſtantiis, talem *trajectionem ſub magiſtro* ipſis incommodam reddentibus. *c.* Variare memoriam actæ rei: ut *Liv.* L. 21. C. 28. ait, *tradentibus quibuſdam*, *congregatis ad ripam Elephantis*, *ferociſſimum ex iis*, *irritatum a Rectore ſuo*, *quum refugientem in aquam*, *nantem*, *ſequeretur*, *traxiſſe gregem: & ut quemque timentem altitudinem*, *deſtituerat vadum*, *impetum ipſum fluminis in alteram ripam rapuiſſe.* Vides *Elephantos* ſatis promtos ad flumen intrandum: & *timor* ille *altitudinis* nihil aliud adfert, quam quod ſupra ex *Ariſtot.* allatum: quodque tum alibi ille, tum *Plin.* ex eo, ſic expreſſit L. 8. 5. *Amnem tranſituri*, *minimos præmittunt*, *ne majorum ingreſſu atterente alveum*, *creſcat gurgitis altitudo.* Poſſunt ergo *natare* haud dubie, ſed libentius *vadunt*, & *amnes ſtabili greſſu trajiciunt*; citra ullum *metum*; quantumvis *rapidi* ſint, & *torrentes.* Id in deſcriptione *Animalis terreſtris* ingens facit momentum: in *Aquatici* & *Amphibii* nullum. In *Hippopotamum* ſane 3. neſcio quam recte ſedeat, *Ecce opprimat*, obruat, violentius urgeat, *flumen*, *non trepidabit.* Quid mirum? patria ei ſedes ibi: & quicquid in *Nilo* degit; nihilo plus, credo, trepidet. Et quid jam 4. *Jordanes* hic facit, ſi *Hippopotamus* intendatur? Si נחל *Vſ. præc.* fuit *Nilus*, & de *Nilotico animali* ſermo eſt, ita decreſcit oratio, ut plane jaceat; quin extra oleas eat. Non debuiſſet tanta difficultas ſicco pede tranſſiliri a Summis Viris, quibus omnia tam limpida hic viſa. Contra *Elephantum* quoque

Hh hh hh h hinc

19 In oculis ejus capiat eum, & laqueis trajiciat Naſum, *Vir fortis, qualis Tu.*

20 Tra-

19 בעיניו יקחנו במקשים ינקב־אף׃

20 תמשך

hinc aliquid ſcrupuli moveri poſſe videtur, quippe cui cum *Jordane* tam parum negotii, quam *Hippopotamo*. *Allegoriæ* unice III. intentus *Explicator Gallus*, occaſionem hancce ſuam ratus, rogat, quid *Jordanes* ſecundum *Literam* adferre poſſet, ſi *Elephas* induceretur *magna flumina* exhauriens, qualis *Euphrates* hic per נהר deſignatus, cui comparatus ille *Judææ amnis* pro *rivulo* tantum haberi mereatur? Ut dubio vacuum inde aſſumit, *Jordanem* myſtice depingere, primo *Hereditatem Sanctorum*; ſecundo *ipſos Electos*: quibus *abſorbendis* avidiſſime inhiet *Satanas*. Conatus, quicquid liniatur, parum ſpecioſus. Male ominoſum quoque quod *Sanct.* adjecerat, potiſſimum intelligi *qui in clauſtris vivunt, & religioſa excoluntur diſciplina, ad quos immanis bellua conetur irrumpere, ſucceſſu aliquando, proh dolor, & pudor, ſpem non fallente!* Quæ *Nicet. Thom. Philipp. Beda, Gregor.* varia, & fertili, vena luſere, non exequar. Verendum, ne totum hocce genus in *mare mortuum* deſinat; nam & *de Pined.* non temperavit, quin de ſuo quoque adderet, *commode hæc referri poſſe ad Chriſtum qui ſtatim atque baptizatus eſſet in Jordane, a Diabolo abductus fuit in deſertum.* Mitto *Bolduc. converſionem Judæorum ad Chriſtum* hinc exſculpentem. Scilicet non modus, nec finis, talium; ubi ſemel in hæc ſpatia imaginationi exire permiſſum.

Verſ. 19. Graviſſimæ, & ineluctabiles, diſſenſiones. De *Elephanto* I. magna hæſitatio. *Merc.* 1. *oculis capiet eum* Jordanem, totum quaſi epotaturus; *in offendiculis perforabit narem* i. e. *dum profundiſſime promuſcidem in aquam demittit, ſæpe eam ſibi perforat offendiculis, quæ in medio flumine occurrere poſſunt, ut herbis, ſudibus, palis &c. & tamen id nihil curat, dum ſitim quoquo modo expleat.* Similia reperias apud *Vatabl.* ex R. *Levi* tranſſumta, qui in *fabuloſo animali* ſuæ gentis omnia libera habens, trahere non debuiſſet noſtros, *Elephanto* hæc aptare conantes; nam cum *inter bibendum Promuſcidem ſuam ita lædere, & perforare*, cum re, & ratione, tam pugnat, quam quod maxime: niſi quis confugere vellet ad *vermes* illos *cæruleos, quibus tantæ vires, ut Elephantos ad potum venientes, mordicus comprehenſa manu, abſtrahant in profundum*, ut ex *Statio Seboſo* retulit *Plin.* L. 9. 15. Fabellam olet: vel potius hi *vermes* ſunt *Serpentes* illi, & *Dracones*, qui inſidias ſtruunt Elephanto potum eunti, atque *illigata nexibus ſuis manu*, exarmatum exſugunt, & interimunt: de quibus *Plin.* L. 8. 12. Huc reſpici putavit 2. *de Pined.* adjecto, illos *inſidiatores Dracones, oculos belluæ maxime petere, & in ipſa nare condere caput, pariterque ſpiritum præcludere, & molliſſimas lancinare partes* &c. Id Doctiſſ. Jeſuitæ eſt, *In oculis ejus, quaſi hamo, capere eum, & in ſudibus perforare nares ejus.* Iſtum *Hamum* ſapienter a *Vulgat.* inſertum ait, *ut capturam hanc intra aquam peragi indicaret:* atque in eo invenit *Linguam bifidam, & biſulcam, Draconis.* Reconditæ eruditionis ſpecies *Codurco* quoque & *Bolducio* adblandita; ſed longius adducta, & precaria, hæcce, quum *Draconum* nullum adſit veſtigium, aliiſque locutionibus talis res exprimenda fuiſſet. *Ab. Eſra* 3. *Belluam* ſuam facit *oculis capere flumen*, quum *caput profundius immergit ad bibendum:* item, *laqueis perforare naſum*, quum *nares ad reſpirandum dilatat.* In *Monſtro* monſtroſa commenta. *Manſt.* 4. & *Iſid. Clar. Nutibus oculorum oſtendit quaſi totum flumen velit exhaurire; & ſi quiſpiam obſiſtat hunc naribus conatur adigere in pericula.* Ignorantiam profiteri, quam talia cudere interpretamenta, ſatius. Nimis argute etiam Doct. *Crinſoz.* 5. *Oculis apertis eum* fluvium *reciperet, & roſtro ſuo frangeret vim torrentem aquarum*, ſive *vortices* eum *implicaturos*, quos *Laqueorum* figura hic indutos ſuſpicatur. Addit & aliud *Hippopotamo* unice aptum, de quo infra. *Jun.* & *Trem.* 6. per *interrog.* An *in oculis ejus capiet eum* quiſquam? *tendiculis perforabit naſum*? i. e. *aperte*, non *ex inſidiis*. Ad *tendiculas* annotatur, eſſe proprie *hamos* vel *uncos in naſum injectos, ut fit in piſcibus; atque ita tranſitio-*

nem

nem fieri ad alterum genus aquaticum. Non bella tranſitio. Eadem interrogatione utuntur *Piſcat. Grot. Belg.* &c. quin & *Boch.* in *Hippopotamo* ea utetur. *Caſtal.* liberiuſcule dederat, *Tantum abeſt ut ſe capi cernat nare laqueis perforata.* Haud dubie *interrogationem* quoque ſubaudivit, quam in *negationem* convertit. Cum *adfirmatione* contra 8. *Lyran. Oſor. Titelm.* modum *venationis* hic innui ſtatuentes; cum quadam diverſitate circa prius colon, *in oculis*, quaſi eſſet, vel, *in fovea ante oculos cavata*, vel, *oculis lædendis*, & *cædendis*. Ad hunc calculum *Tigur. Et tamen oculorum læſione capitur*; *& vincula trajiciuntur per ejus promuſcidem.* Cl. *Cocc.* 9. cum *adfirm.* etiam, refert ad *facilitatem capturæ*, *& recturæ ſimul*, *poſtquam domitus jam Elephas.* Sane non adeo *difficilem venationem*, notum ex *Plin.* 8: 8. aliiſque: ſed *oppoſitionem inter facilem capturam* Behemothi, & *difficilem* Leviathanis, *inſtitui*, haud liquet; nec credibile. Cl. *Schmid.* 10. non molliſſime *ſuff.* in עיניו ad *Deum*, *Factorem* Belluæ, retraxit: ut ſit, *Oculis ſuis trahit eum* Factor ejus, i. e. *ſolo nutu & nictu oculorum eum accipit*, & *ducit*, *prout lubet*; *haud ſecus*, *quam ſi laqueis naſum ejus perforaſſet.* Et *Jarch.* המקום *Deum* hic induxerat, *ſolum Belluæ domitorem*, ex nota fabella. Cl. *Guſſ.* 11. ſe ſenſum hujus verſus ignorare fatetur, eumque nec *Elephanto*, nec *Hippopotamo*, ſatis commodum autumat: quum ponatur, *hoc animal capi poſſe videns ac ſciens*, *idque tendiculis naſum ejus perforantibus.* Longe igitur nobis tuta, & firma, ſtatio. Ad *Hippopotamum* II. cum *interrog.* etiam 1. adplicat *Boch. In oculis ejus quis capiet eum* &c? i. e. *aperta vi*, *ſine machinis & dolo.* Adfert deinde ex *Alberto*, capi non poſſe niſi *reti ferreo apud Damaſcenos in hoc opus fabricato: captumque non occidi niſi malleis ferreis*, *propter pellis craſſitudinem.* Atqui ad *Vſ.* 16. dixerat ὁ πάνυ, *ſi hoc admittatur*, *ut affirmativa mutetur in negativam* ope interrogationis, *nihil eſſe tam diſertum*, *quod non poſſit eludi.* Secuti tamen *Patric. Ludolf. Cler. Reim.* At *Crinſoz.* 2. cum *adfirmatione* adhibet, quod ſupra *num.* 5. propoſui: addens preſſius pro *Hippopotamo*, per *Laqueos intelligi poſſe arundines riparias Nili*, *quas facile trajiciat.* Quid mirum ſi *Bellua Nilotica* vel *arundines*, vel *gurgites vorticoſos*, *Fluminis ſui*, *facili roſtro penetret*? Et hic ergo calculus non firmiſſime ſubductus. *Explic. Gall.* III. pro ſola tendens *Allegoria*, infert, *adeo* Behemoth *non eſſe Elephantum*, *ut Deus de eo* tanquam *Piſce*, vel *monſtro marino*, loquatur, *quem capere non ſit ad modum aliorum Piſcium.* Jubet item cum *interrogatione* legi; An *ipſum videntem quis capiet*? An *hamo perforabit nares ejus*? Fidenter ſatis, contra auctoritatem *Vulgati.* Videtur ignoraſſe ſententiam de *Hippopotamo.* Nuſpiam ſaltem vel verbulo tangit eam. Senſus hicce: *Quis*, *ut Ego*, *ſe exponet furori Satanæ*, *eumque decipiet*, *victoriam ei quaſi concedens de parte mortali*, *atque Divinitatem ei tanquam ſub hamo*, *quem voret*, *occultans*, *ut vitalia ei perforentur.* Libere dicam: dura & cruda omnia; nec deberent præclara ingenia talibus ſeque, aliosque, ineſcare. Præluſum hiſce in *Gloſſ. Ordin.* aliiſque *Allegoricis*, parum tamen inter ſe conſpirantibus. *Gregor.* in *Naribus Satanæ* videt *ſagaciſſimas ejus inſidias*, *quas Chriſtus multo acutioribus ſenſibus*, *tum ſuis*, *tum ſuorum*, *perforet ac transfigat.* At *Olympiod.* Diaboli *Naſum* interpretatur *Licentiam calumniandi* &c. Apud *Philipp. in oculis capi*, eſt, *in ipſo intelligentiæ lumine*, *& per ſuam ipſius calliditatem.* Mitto *Nicet.* cui ipſe *Satanas* hic *venator*, *juſtos appetens* &c. &c. Mitto *de Pined.* qui de ſuo promit *Behemoth* pro *Multitudinem improborum*, qui *Corpus* quaſi *Diaboli* conſtituant, quod habeat ſuum *Os* in *guloſis*, *Lumbos* in *luxurioſis*; *caudam* in *vilibus*, ſed *ſuperbis* &c. &c. *Oſſa* in *principibus improbis*; *Oculos* in *invidis* & *inſidiatoribus* &c. Laudandus tamen, quod ita tandem definat: *Sed bone Deus*, *quam vaſtum*, *quam varium*, *pelagus Allegoriarum! quæ ſicut cum utilitate tractantur a Sanctis patribus*, *ita committere non debemus ut nimium illis immoremur* &c. Idem a *Mercero* noſtro plus vice ſimplici inculcatum. Sed enimvero, *naufragia* mortales non terrent, quominus certatim maria, & freta, currantur.

Ibid. Ex iis per quæ hactenus circumambulavimus, dilucere potuit, eam eſſe hujus periodi, multis in partibus, obſcuritatem, ut mirum non ſit, multos, *deſperata* veluti *Litera*, ad ſacram *Allegoriæ* anchoram confugiſſe; alios judicium ſuſtinuiſſe. Inter hos Cl. *Guſſet.* tribus argumentis *Elephantum* æque ac *Hippopotamum* impugnans. 1. ex *Vſ.* 12. quod *Cauda in neutro quicquam inſigne ha-*

beat. Id tamen ipſe reſolvit mox, pro *Elephantoque* inde præſidium quærit, *Promuſcidem* intelligi poſſe concedens. 2. ex *Vſ.* 18 quod *nec in alveo Jordanis*, *nec in ejus vicinia*, *naſcantur*, *paſcanturve*, *vel Hippopotamus*, *vel Elephas.* Et hunc ſcrupulum tamen ſibimet, ſi non omnibus, exemit; ut ſupra ibi tactum. 3. ex *Vſ.* 19. quod *Animal* depingatur, *ſciens volenſque capiundum.* Iſta ſumma minus rite ſubducta. Contrarium plane exigit, non ſeries tantum, ſed & *Scopus* ad *Vſ.* 10. indicatus; in media nota, *num.* VI. Inde colligo, clauſulam hancce ad *Jobum* ſeſe reflectere, eumque in 3. *Perſ.* acriter ferire, h. ſ. *videntem capiat illum* ille meus audax pugnator, qui ſe Deo parem, quin ſuperiorem, credit; *laqueis trajiciat Naſum.* Hunc flexum, nexumque, ſuadet *Vſ.* ſeq. ubi *indirectus aculeus* in *directum* convertitur, eadem *Ironia*, *Trahes* nempe *Leviathanem* Tu quoque *hamo* &c. Mutatio hæc *Perſonæ* præſtrinxit Doctiſſ. Interpretes, atque ita præpedivit, ut exitum non invenerint. Atqui nec inuſitata adeo ea, & in hoc ipſo capite gemina plane, & ſimillima, recurrit *Vſ.* 28. ubi תוחלתו *ſpes ejus*, pro תוחלתך *ſpes tua*, agnoſcitur a *Mercero.* Sæpius in hoc Libro *Enallage* iſta adhibita, ad granditatem. Vide modo *Cap.* 39: 35. *Redargutor Dei reſpondeat hiſce.* Sub hoc adſpectu perinde plane, *Monſtrumne Niloticum* quis teneat, an *terreſtrem* illam *molem Elephanti*: nam neutrum *in oculis aggredi*, & *capere*, ſuſtineret vel *projectiſſimæ audaciæ*, *invictiſſimique roboris*, mortalis. Monſtrorum ille domitor, diram qui contudit Hydram, Aproſque & Leones fregit, cum *Hippoopotamo*, aut *Elephanto fero*, pedem ſi contuliſſet, primo pedatu ſtratus, obtrituſque, jacuiſſet, & longe illi clava, longe fuiſſent vires. Utrumque ergo huic *Ironiæ*, & *deriſioni*, aptiſſimum, qua *Jobi* mens necdum ſatis a fluctibus prioribus ſedata, placidiſſime componitur, & ad *Sacrum Creatoris immenſi metum* tenuitatis ſuæ ſenſu intimius revocatur. Audeo adjicere, hac *illuſione*, & *Ironica provocatione*, admiſſa, non tantum evaneſcere difficultates literali ſenſui obmotas ſupra ad *Vſ.* 11. ſed etiam *Allegorias* omnes exareſcere veluti, haud ſecus ac folia, quibus radix icta.

Ibid. Etiamſi ne verbum quidem adderem, remque, prout hactenus diſcuſſa, in medio relinquerem, nullus dubito, quin plurimis *Victoria ad Elephantum inclinatior* videretur. In eum pleraque certe multo illuſtrius expetunt, quam in *Equum Nili*: & alia, quæ quadrare non videntur, noſtra, credo, culpa, linguæque, vel naturæ, inſcientia, diſconveniunt. Id pro magna parte patuit jam: atque ulterius adhuc diluceſcet ex luſtratione cujuſque verſiculi, quam nunc tandem ad noſtram mentem, & rationem, ſubferemus; ſcrupulos, a Viris Doctis injectos, eadem opera, ſi pote, remoturi. Redordior I. a *Vſ.* 10. *Ecce Behemoth*, *quem feci* עמך *Tecum.* Simpliciſſime capio, pro, *non ſecus ac te.* Vidit Cl. *Cler.* idemque intendiſſe videtur *Schmid.* monens opponi hac vocula *potentiam Dei* & *Jobi impotentiam.* Reliqua minus ad *Scopum*; qui eſt *Ingentem Creaturam* ſiſtere *Jobo*, cum qua pedem conferat ſcilicet, qui tantos gerat ſpiritus; ut ſaltem *par pari concurrat.* Sentis aculeum *Ironiæ.* Ultra tendere formulam, eſt, eam in ſuam inflectere *Hypotheſin.* Acceſſio illa, *Gramen ut bos comedit*, quomodo pro *Hippopotamo* urgeatur a *Boch. Ludolf. Cler.* ſupra datum: ſed apparet ſtudii aliquid ſubeſſe; nam *tantam Belluam* non eſſe *Carnivoram* revera *miraculi* quid habet, & *inſignis Providentiæ ſpecimen* præbet; quod *Calvin. Conc* CLV. præclare deduxit. Similiter *Vavaſſ. Qui ſi fuiſſet a me creatus ea feritate*, *voracitate*, & *appetentia carnis*, *qua Leo*; *aut Tigris*; *non dubium quin animalia conſumturus eſſet omnia.* Contra *Hippopotamus* & *Piſces vorat*, & *carnes*, quantumvis pro *menſis ſecundis* quoque *gramina* & *ſegetes* non aſpernetur. *Carnivorum* eſſe tradit *Proſp. Alp.* L. 4: 12. ex fide *Damiaticæ* gentis: idemque ex dentium fabrica colligit. II. Ad *Vſ.* 11. ſatis placet *turrigera vis Belluæ*, quæ fidem ferme excedit, ſi jam tum præliis fuit admota. Quia tamen de *Elephanto fero*, nec *Magiſtrum*, ſive *Elephantiſtem*, adhuc paſſo, agitur, ſatius fuerit in generali adſpectu manſiſſe, quo *ſummum* ei *robur lumborum* non ſolum, ſed & *ventris firmitudo ingens* adſcribitur. Et qui quæſo alias *per arbores*, *tanquam per ſegetes tranſcurreret* ῥώμῃ ἀμηχάνῳ καὶ ὁρμῇ ἀκαταχέτῳ *immenſo robore*, *&* *impetu quem ſuſtinere nil queat*, quippe *qui arbores totas inſtar ſpicarum perſringat*? ut ait *Ælian. de Anim.* L. 7: 6. De tota *cute* etiam verum, quod *Oppian.* L. 2: 527. dixit

Pi-

Ῥινὸς δὲ αὖτε δέμας δυσπαίπαλος ἀμφιδέδηκεν
Αἴσχιστος, κρατερός τε, τὸ οὔ κε μάλ' οὐδὲ κραταιὸς
Θηκτὸς πανδαμάτωρ τε διατμήξειε σίδηρος.

Corium porro aſperum corpus circumtegit
Turpe, validum, quod neutiquam vel validiſſimum,
Acutum, & omnia domans, diſſecuerit ferrum.

Plin. quidem L. 8. 20. ait, *Rhinocerotem cornu ad ſaxa limato*, cum Elephanto dimicaturum, *alvum maxime petere*, *quam ſcit eſſe molliorem:* ſed an inde conſequitur *nullam animali vim in ventre*? Eadem ratio loci L. 8: C. 10. *Duriſſimum dorſo tergus*, *ventri molle.* Nempe *mollius*, quam *dorſo*; ut *Solin.* ſed tamen *tergus*, id eſt *corium duriſſimum.* Exemplum *Eleazari maximum Regis Elephantum ſubeuntis*, *& ferro confodientis ad umbilicum*, plus prodeſt, quam obeſt: firmiſſimo enim ventre ſit neceſſe eſt, *cujus umbilicus* tantum *letali ictui aditum* præbet. Sed Viri Doct. שרירים *umbilicum* in noſtro textu ſonare tendentes, id ipſum jam invictum contra *Elephantem* autumant; quippe qui ab ea parte vincatur. Quid audio? an *Elephanto* omnis *vis ventris*, & *umbilici*, ceſſat, ſi ibi demum ferrum in viſcera adigi queat? Non optima illatio. Ne veriſimile quidem *Umbilicum* deſignari, & aliud שרך & שׁר, quæ certiſſime *umbilicus*, aliud שרירים *forma plurali*; ſive jam ex *Syriaco* adſciſcere lubeat *firmitates*, cum Cl. *Reim.* ſive ex *Arab.* سرار & اسارير *lineas*, *ductuſque cutis*; quos *dilatare*, & *comprimere*, pro arbitrio poteſt. Hanc vim cum שרך, quatenus *umbilicum* deſignat, *Origines* noſtræ conciliare conabuntur. Facit huc forte illud *Plin.* 8: 10. *Setarum nullum ei integumentum*, *ne in cauda quidem præſidium abigendo tædio muſcarum* (*namque & id tanta vaſtitas ſentit*) *ſed cancellata cutis*, *& invitans id genus animalium odore. Ergo cum extenti recepere examina*, *arctatis in rugas repente cancellis*, *comprehenſas enecant. Hoc iis pro cauda*, *juba*, *villo eſt.* Aptari huc poſſet, ex parte, Verſio Cl. *Schmid. Ecce quæſo robur* quod eſt *in lumbis ejus: & vim* quæ eſt *in nervis* (ita ille; nos *ſtriis*, *lineis:*) *ventris ejus!* Forte adhuc aliud quid latet in hiſce שרירי בטן; quas ſi vel *molliſſimas* & *medias partes ventris* circa *umbilicum* deſignare concederem, nihil quicquam *Elephanto* decedere autumarem, quippe quem *immani* quodam *robore* in *Lumbis*, & *niſu ventris*, *pollere* indubitatum. Nempe ludus ei, jocuſque, *arbores ſternere*, *ædificia diſturbare*, *maximas moles capite impellere: immenſa onera portare.* De his multa congeſta apud *Geſnerum*, & alios, quæ perſequi haud neceſſe. III. in *Vſ.* 12. ſi cum *Boch.* vertas, *flectit*, vel *torquet caudam ſuam*, quæ eſt *ut Cedrus*, ex حفض *Arabum*, & non de *longitudine* explices, ſed de *firmitate*, habes, quod magis quadret in *Elephantum*, quam in *Hippopotamum*, cui *ea ſuis inſtar retorta*; at Barro noſtro

Πυκνὰ δὲ μαστίζουσα δέμας τινήτορι πάλμῳ
Λεπτοφυὴς ἐλαφρὰ τινάσσεται ἄστατος οὐρή

Crebro corpus flagellans vibrante motu
Tenuis, & brevis, agitatur inſtabilis cauda.

Hæc tamen ipſa deſcriptio me movet, ut malim *Flectit*, evertit, *cauda ejus vel Cedrum.* Adfertur nempe exemplum *roboris* omnia *ſternere apti*, quando *Caudæ ictus Cedros* dicitur *inflectere*, *locoque movere* poſſe. Major tamen *Belluæ* vis in *Manu*, ſive *Proboſcide*, quam *Caudam* hic appellatam veriſimillimum, quod plane ad illud inſtar in terram naturali ſitu propendeat quam longiſſima, ad decem, & ultra, cubitos: atque eodem plane modo erigi, omnemque in partem flecti, queat. Apud *Arabes* ذنبة vel ذنابة *Cauda*, ſimiliter fere tranſlata, quum in *Camus* notare dicitur من النعل انفها *in calceo*, *ejuſdem Naſum*, *ſive extremitatem prominentem.* Hoc ferme fidem faceret, eorum *Poëtas* æque ذنب זנב *Caudam* in hac *parte prominente Elephanti* uſurpare,

 quam

quam انف אנף *Naſum*, & خرطوم חרטום *roſtrum*. Dies declarabit: nam nullum mihi exemplum hactenus occurrit. *Proboſcidis* incredibile robur annotavit *Strabo* L. 15. ubi ait eos προβοσκίδι ἐπάλξεις καθαιρεῖν, καὶ δένδρα ἀνασπᾶν πρόρριζα: *Manibus iſtis propugnacula & turres dejicere, arboreſque radicitus evellere.* Similiter *Ælianus* L. 5: 55. ubi narrat, *quum ab Indis coguntur arbores radicitus evellere, non prius eos id aggredi, quam eas quatefecerint* &c. Adde *Oppian.* L. 2: 533. Res tam notabilis in hac Tabella conſpici merebatur; ac proin זנב *recto* ſtat *caſu*, & כמו pertinet ad exaggerationem, ut ſit, *vel Cedri inſtar firmam ac proceram arborem.* Huc facit quod apud *Geſn.* p. 380. extat, *viſum, qui detraheret ramum, quem viginti quatuor viri, funibus trahentes, flectere non potuerant.* Cavè חפץ hoc uſu alienum credas a ditione *Hebræa*; eſt enim princeps *Radicis* notio, quæ ab *inclinatione*, & *inflexione*, devenit ad ſecundariam vim *inclinatæ, propenſæque*, in aliquid *voluntatis.* Non ambiges ad hocce *Gjauharii*, حفضت العود حفضا اي حنيته وعطفته *in Ligno* חפץ *valet incurvari, inclinatumque flexi illud.* Utitur verbis חנה & עטף, quæ & ipſa hanc *ſecundariam* vim *inclinationis propenſæ* induerunt. Poſſes quoque, *Lubeat, Cauda ejus erit ut Cedrus*, & quæ antea pendebat, *ſtabit in altum erecta:* ſed nec proprium id *Elephanti*, nec magnopere ad rem: prout etiam nimis quæſitum, quod *Codurc.* & *Guſſ.* ad alterum colon exhibuere, ubi *Nervos formidinum* attribuunt huic *Proboſcidi.* Omnino tenendi *Nervi femorum, ramorum inſtar diffuſi:* ad *vaſtum robur* pingendum, quod *Arboribus convellendis* par ſit. IV. In eundem ſenſum dilucidus *Vſ.* 13. quem *Elephantum* gravius, & ſolidius adhuc, implere poſſe, quam *Hippopotamum*, nemo negabit. V. Jam verſus 15. porro ita pro *Elephanto* militat, ut utroque Charactere ſe victum fateri debeat *Equus Niliacus.* Nam *Principium viarum Dei*, id eſt *Excellentiſſimum Opificium*, in quo aliquid *grande, magnificumque* ſupra omnia Animalia, conſpicere ſit; haud dubie *Elephas*; etiamſi vel intra Corporis molem, fabricamque, conſiſtamus. Et quid ſi interna adjungamus? de quibus poſt *Plin.* L. 8. *Lipſ. Cent.* 1: 50. Ad hoc *principale Decus nobiliſſimi*, & *Regii* vere, *Ammantis*, pertinet quoque poſterius Colon; in *Hippopotamo*, ſi non totus fallar, languide, in *Elephanto* decentiſſime poſitum, *Conditor ejus admovit ei Harpen ſuam.* Dentes exerti ſunt *Apro*, *Hippopotamo*, *Elephanto*, ait *Plin.* ſed poſtremo huic tanto majores, videlicet, quanto reliqua dignitate corporis præcellit. In deſcriptione *Elephanti* eos eodem nomine *Harpes* adfecit *Nonnus Dion.* L. 26. p. 694.

> Γναθμοῖς μηκεδανοῖσιν ἔχων προβλῆτας ὀδόντας
> Δίζυγας, ἀμητῆρι τύπῳ γαμψώνυχος ἅρπης
> Θηγαλέῳ δμητῆρι διατρέχων στίχα δένδρων.

> *Maxillis oblongis gerens projectos dentes*
> *Bijuges, ad inſtar falcatæ Harpes meſſoriæ;*
> *Acuto domitore pervadens ordines arborum.*

Iterum *ibid.*

> Πολλάκι δὲ ἐν πολέμοισι γένυν προβλῆτα τινάσσων
> Ἀνέρι ταυροκάρηνος ἐπήιξεν ἠλίβατος θήρ.
> Ζώνην καρχαρόδοντα φέρων, ἑτερότομον ἅρπην
> Διπλόων ἑκάτερθε γενειάδος ἔμφυτον αἰχμήν.

> *Sæpius vero in bellis, maxillam projectam vibrans*
> *Viro, Taurinum caput habens, irruit excelſa fera:*
> *Cingulum ferens aſpere dentatum, ancipitem Harpen:*
> *Quatiens utrimque maxillæ inſitam cuſpidem.*

Nobili, & vere Poëtica, idea, *Zona*, ſive *Cingulum bellicum* hic inductum: quam continuans, ſubnectit p. 696.

> —— τινὲ κεχαραγμένον ἆορ ὀδόντων.

—— *ten-*

—— *tendens exacutum Enſem dentium.*

Hanc ſplendidiſſimam figuram noſtro textui inſerere nullus dubito; qua *Elephas* pingitur Divinitus *Harpe ſua*, ſive *Gladio*, & *Zona militari*, *ornatus* atque *ſuccinctus*, *ad prælia*, aliaque *molimina*, quæ tanto *Animali* convenirent. Quid manium paſſus ſit Vir ſummus, quum *Harpen*, & *Gladium*, *Elephanto* convenire negabat, ſupra indicatum. Addo in hac phraſi lectiſſima, *Conditor ejus accinxit ei Gladium ejus*, eſſe pulchram ſignificationem *auctoritatis* non tantum, ſed & *uſus* vere *Regii*, quo *Dominus animalium*, huncce *Gladium*, vel ſtringeret, vel conderet: non in *Tyrannidem* & *Lanienam* nempe ei traditum, ſed ad *legitimam* ſui *defenſionem*, moderatumque ſupremæ poteſtatis exercitium. VI. Huc tendunt quæ *Vſ.* 15. ſubnexa; ubi nemo non agnoſcit notas *Elephanto* aptiores quam *Hippopotamo*, ſi vel nexus, quem urguet ὁ πάν, teneretur, ideo ei additam Harpen ut *proventum montium demeteret.* Apud *Geſner.* p. 378. reperio: *Elephantorum alios paluſtres, alios campeſtres, alios eſſe montanos; qui moribus & ingeniis non parum differant.* Hæc curioſius exequi haud vacat. Apud *Solin. Cap.* 25. exſtat, *Montes Mauritaniæ Tingitanæ Elephantis frequentiſſimos.* Similiter *Ælian.* 7: 2. *Ad pedes Atlantis* ait *eſſe paſcua præſtantiſſima & maximas ſylvas, easque perquam denſas, & opacas, ad quas Elephantos, jam ætate graves, tanquam in Coloniam deducat ipſa Natura, ut ibi portum quendam tranquillum occupent, ſacri quodammodo ubi illuc pervenere.* Rectiſſime ergo, & in omni emphaſi, *Montes ei pabulum ferunt.* Ibid. *Cap.* 6. legas, *eos Juncum & hederam, per arbores erraticis flexibus ſerpentem, depaſcere, atque palmarum tenera cacumina; aliarumque plantarum adoleſcentiores ſurculos.* Apud *Plin.* L. 8: 10. habes, *Truncos iis in gratiſſimo cibatu; & palmas excelſiores ab iis fronte proſterni, atque ita jacentium fructum abſumi.* Hinc ad reliquum Animalis pabulum, amplitudinemque hujus Coli, facile judicium. Poſterius ad *manſuetudinem Elephanti*, qui *gladium non*, niſi laceſſitus, *ſtringit in reliquas beſtias*, manifeſto pertinet. *Plin.* 8: 7. *Hujus animalis tanta narratur clementia contra minus valida, ut in grege pecudum occurrentia manu dimoveat, ne quod obterat imprudens: nec niſi laceſſiti noceant; ideoque gregatim ſemper ambulent, minime ex omnibus ſolivagi.* Nimis cupide *Explic. Gall.* *Contenditur, ſed citra probationem, Elephantem nulli animali nocere, nec rapto vivere* &c. Atqui nil certius. *Crudelitas*, & *furor in præliis*, nihil ad rem. Nec *nocere* negantur, in totum: quippe qui immanem in modum ſæviant laceſſiti; atque omnia vaſto impetu proterant, ac conculcent. *Raptores* eſſe negantur, *infeſtique* aliorum animalium *Laniatores*, quod in dubium revocari non debuiſſet. VII. Ad *Vſ.* 16. & 17. jam ſatis lucis datum: omittere tamen nequeo inſignem locum *Ælian.* 4: 24. *Indos, quod Elephantos adultos non adeo facile capere queant,* φοιτᾶν εἰς τὰ ἕλη τὰ γειτνιῶντα τοῦ ποταμοῦ, *ire ad paludes flumini proximas ibique catulos eorum capere.* Ἀσπάζεται γὰρ ὁ ἐλέφας τὰ ἔνδροσα χωρία, καὶ μαλακά, καὶ φιλεῖ τὸ ὕδωρ, καὶ ἐν τοῖσδε τοῖς ἤθεσι διαιτᾶσθαι ἐθέλει, καὶ ὡς ἂν εἴποις ἑλειός ἐστι. *Amplectitur enim*, inquit, *Elephas roſcida loca, & mollia, atque* amat aquam, *in talibuſque ſedibus degere vult: atque, ut ſic dixeris, paluſtris eſt.* VIII. Habes ſimul nexum cum *Vſ.* 18. & jam liquido adfirmare eſt, ne alias rationes compluſculas urgeam, unicam vertendi rationem eam eſſe, quam ſecuti ſumus, qua נהר *Fluvius* ponitur caſu recto; & עשק *ejus vim, violentiamque*, deſignat: *non* ſane *eam ſolum, qua*, intra lectum ſuum, *ad inferiora rapiat, ea quæ inſunt; quam* Hippopotamus *non timeat ob gravem molem corporis*; ut Cl. *Cler.* hic annotavit; ſed magis adhuc eam, *qua extra alveum erumpens, late exundat.* Ni id foret, non eſſet ἀμφίβιον *Animal*, ut *Ariſtoteles* loquitur: neque ibi ἤθη *ſedes* & *cubilia* haberet, aut *catulos* deponeret, ut ex *Ælian.* adductum. Hanc vim verbo עשק *oppreſſit per injuſtitiam*, nunc ſubjectam, in *Juvenil.* adſtructum dedi ex formula *Arabum* ظلم الوادي *injuſte egit fluvius.* Eam ita exponunt *Gjauh.* & *Phiruzab.* بلغ الماء موضعا لم يكن بلغه قبله *Eo excrevit aqua, quo antea non pervenerat.* Item طغا البحر هاجت امواجه وطغا السيل اذا جاء بماء كثير *Injuſtum fuit mare, pro commoti ſunt fluctus ejus*

20 Trahes Leviathanem hamo. funique immerges linguam ejus.

21 Cer-

20 תמשך לויתן בחכה ובחבל תשקיע לשונו :

21 התשים

ejus: & fluxus injuſtus, *qui multa aqua obruit.* Huic ſenſui pulcre ſuccinit verbum יגיח, quod etiam in *eruptione violenta aquarum* nativam ſedem occupat. *Camus* جاخ السيل الوادي اقتلع اجرافه *Radix* גוח *in fluxu venit*, *qui alvei ſui partes convulſas aſportat.* Eadem vis & Origo in جاح; unde جيحون גיחון *Gichon* dictus. Hæc alium locum poſtulant. Nil ſenſu hocce tum certius, tum evidentius, pro *Elephanto.* Nec obſtat *Jordanes*, cum quo *animali huic* nihil viciniæ, aut commercii. Certe nec *Hippopotamo:* quem ſi teneas, nunquam evades citra incommodum, vel argutiam. *Boch.* ait *Jordanis nomen*, *ut notius*, *pro quovis fluvio uſurpari*, *ut Græci* Idam *pro quovis monte*, & Acheloum *pro quavis aqua ſumſere.* Non pugno. Sed quis jam ſenſus? *Hippopotamus*, *Incola Nili*, *ſecurus erit etiamſi alius quivis fluvius in os ei prorumpat.* Id tantundem, ac ſi diceres, *Balæna ſecura erit* etiamſi *mare mediterraneum ei in os prorumpat.* Argutiolam adjecit Cl. *Cler.* *ſi tantus fluvius*, *quantus* Jordanes, *ſubito e terra in os ejus erumpat*, *non timebit : non quaſi deglutire poſſit tantam aquam*, *ſed quia* Ore clauſo *ejus decurſui quamlibet violento viribus ac mole corporis reſiſtit.* Id in animali ποταμίῳ, & quidem *Nilotico*, ſine riſu vix legas : in ἱπποποταμίῳ aptum, decorum, grave; ſi *contra vim aquarum ſit armatum a Natura*, *tum vaſtiore corporis mole*, *tum Nare prælonga*, *quam ſupra gurgites exertare queat*, *corpore in profundum merſo.* Inſtas tamen, ne *Elephanto* quidem *Jordanem* ſat commodum. Imo vero commodiſſimus. *Indiæ*, *Æthiopiæ*, *Africæ* fluvios accolit; ſed iſtarum regionum torrentem aliquem ignotum nominaſſe haud ſane decuiſſet. Nominatur *Jordanes* ergo, & quidem non una de cauſa. *Palæſtinam* enim 1. ab *Arabia* dividens, proximum habebat jus. 2. Idem nobiliſſimus iis in ſedibus, & *Princeps torrentium*; magnas vehens aquas *tempore meſſis* potiſſimum *Joſ.* 3. 15. Sæpe propterea *intumeſcens* 3. & *extra ripas excreſcens*; quo nomine نهر زخار *Nahar Zacchar* audit *Arabibus*, ſive *fluvius ſuperbus*, *inſolens*, *qui* יעשק *injuſtis ſævit fluctibus.* Adde ſi lubet, 4. eundem *frutectis & carectis* late *prætextum*; ubi *cubilia Leonum*, *aliarumque ferarum*; quæ *flumine ripas ſuperante* יחפזו *trepidant.* *Elephas* non item ad ſuum *Jordanem*, patriumque amnem. Denique *Jordanes* 5. ab Auctore naturæ, ideo forte adhibitus, quod ille nunquam tam profundus, quin *Elephas exerta promuſcide* in eo *vadari* poſſet; ac proinde quam diutiſſime etiam durare. Vides rem ita deſcribi, ut revera ſe habet, nec quicquam juſtos fines ſuperſcandere. Ex his omnibus autem colligo ſatis ſecure, *Elephantum* in hac tabella delineatum, atque IX. in *Vſ.* 19. nec *inexplebilem ſitim* agnoſco; nec *capturam ex inſidiis*; ſed *apertum Martem*, quo jam Noſter jubeatur hanc *Belluam* aggredi, ſibique obnoxiam reddere; ea *ironia*, quam ſupra ſatis declaravi. אף *Naſus* hic non tam eſt ipſa *promuſcis*, quamvis & ea ῥὶς *Oppiano*, aliiſque; quam *ſuperior* ejus *pars*, ſive *Radix*, unde *prominere* incipit *anterior*, ut ſic dicam, *Cauda.* Cl. *Cocc.* dans, *pro laqueis forat naſum*, ſubaudit *perforationem unco* factam, ut *laqueis in foramen immiſſis ducat* eum, & *regat homo*, pro arbitrio. Nil impedit, quo minus directe ſtruatur, *Laqueis perforet*, trajiciat, *naſum.* Hanc Dei omnipotentis *Creaturam* ſibi inferiorem, *in ordinem cogat*, pro *rudimento fortitudinis*, & quidem *palam*, *in conſpectu*, *ſub oculis*; qui tam animoſe in *Creatorem*, *ſupremumque* omnium rerum *Dominum*, ſe erigere ſuſtinuit. Gravis aculeus, quo nihil ad *Jobi* impetum illum imprudentem refutandum, & retundendum, aptius, ſæpiuſcule jam inſinuatum.

Verſ. 20. Arctiſſime cum ſuperiori ſerie con-

contexta tranſitio ad *Leviathanem*, *Monſtrorum* omnium *Caput*, ad quod *capiendum*, & *debellandum*, porro per eandem *Ironiam* ablegatur Noſter, hunc ſenſum, aſpectumque, unice videtur commendare. Ingentes iterum circa hunc *Maximum Terrorem* fluctus. Veteres I. ſuſpenſi, & incerti: *Chald.* quidem & *Vulgat.* ipſum *Leviathanis* nomen tenentes, ut & *Aquil.* ac *Symm.* Λευιαθάν: LXX. Δράκοντα ſubſtituentes, quemadmodum & *Syrus* atque *Arabs* تنين *Draconem.* Hunc *Joan. Camerenſ.* non *marinum*, ſed *terreſtrem* contendit, cujus rationes expendit, & confutavit *de Pined.* Confer quæ Cl. *Haſæus* de *Leviath.* p. 89--91. Apud eundem *Pined.* II. reperies *Fabulam Judaicam* de *Serpente*, vel *Dracone Marino*, qui *voluminoſis orbibus* totam *terram ambiat*, *ſolemque abſorbere* conetur, putide incruſtatam a *Montano* quodam, qui commentus, eſſe *animans ſingulare*, *diuturnæ vitæ*, *quod longo tempore ſervatum*, *aliquando iis piſcium generibus*, *quibus per multa ſecula ſe ſaginavit*, *convivium*, *Deo inſtruente*, *præbebit.* &c. Pervagata III. ſententia, deſignari *Balænam*, addente tamen *Mercero*, *vel ſi quod aliud eſt immenſæ & portentoſæ magnitudinis in mari animans.* Additum, haud dubie, quod multa in *Balænam* non ſatis competerent. Etymon ducitur a לוה *adjecit*, quaſi *Additamentum*, a *ſquammarum inter ſe connexione.* Citatur pro hoc uſu *Pſ.* 74: 14. 104: 26. & *Eſaj.* 27: 1. *De Pined.* p. 1124. לוה mactans primaria notione *copulandi*, inde exſculpit *Draconem copulantem ſibi*, vel *qui habeat copulationem*, poſtrema parte תן, ex תנין *Dracone*, in ſubſidium ſumta. Intelligit *genus Cetaceum*, *ſub quo plures formæ*, *& ſpecies*, *belluarum immenſæ magnitudinis*, *ut Balænæ*, *Priſtes*, *Myſticeti*, *Phyſeteres* &c. Id colore nonnihil mutato, ſuum fecit *Bolduc.* tendens לויתן ex *Origine*, *Copulatio earum*, amplecti *genus generaliſſimum omnium aquatilium animantium*, *præſertim ſquamatarum*, atque *in hac mirabili enarratione non unam peculiarem Belluam maris* intendi, *ſed complures*, *in quarum alias hæ*, *alias illæ proprietates conveniant.* Idem in בהמות *Behemoth* ab aliis captatum, ipſe, parum ſibi conſtans, explodit. *Codurc.* IV. *Certo certius* pronunciat *hic agi de Balæna vel de Piſce Mular*, *qui in mari Mediterraneo* frequens. Similiter *Grot.* *videntur quæ hic de Leviathane dicuntur*, *quadrare in eam Belluam*, *cui nomen Muſar.* Fallor, aut *Phyſeterem* innuunt, quem *Maſſilienſes* vocant *Mulaſſum:* apud *Geſn.* L. IV. p. 725. Ad *Nili ingens* illud, & *terribile*, *Monſtrum*, *Crocodilum*, reſpexere V. *Beza* & *Deod.* quorum ſententia Patronum nacta Magn. Auctorem *Hierozoici.* t. 2. p. 770. & ſeq. plurimum deinceps calculum tulit, concedentibus huc *Ludolf. Patric. Pſeiff. Nold. Majo*, *Vitringa*, *Cler. Crinſoz. Reim.* &c. &c. De *Etymo* judicium *Bocharti* ſic habet; לוית תנים *conjunctionem Draconum*, tam appoſite derivari, quam *Teſtamentum* a *mentis teſtatione:* ſimpliccmque eſſe vocem, cujus תן ad *formam* nominis pertineat, ut in נחשתן, סכלתן, ענותן, עקלתן. Radicem porro nec *Hebræam*, nec *Syram*, ſed *Arabicam*, لوي *flexit*, *contorſit*, de *ſerpente* etiam, *ſpiras convolvit.* Inde *Leviathan* proprie ſignare *ſinuoſum*, *& in ſpiras volubile*, *animal*, quale maxime *Draco.* Hinc tranſlatum vocabulum ad *cetos* & *marinas belluas*, quod *Draconum formam*, *& flexum*, referant. Poſtremo *Crocodilum* quoque ſic appellatum quod *ſimilitudinem habeat Draconis.* Cl. *Cler.* omnia admittit, præter notationem, quam ſuſpicatur *Ægyptiam*, & ignotam: forte tamen *Hebraicam* eſſe, ſignificatione *additītiis ſegmentis tecti*, a לויה *additamentum*; ut reſpiciatur ad *ſquamas Crocodili.* Idem ſupra dederat *Merc.* in *Ceto.* Cl. *Vitr.* ad *Eſaj.* 27: 1. ex *Schmuck.* ſimile quid adduxit, unde colligit *Crocodili* notionem eſſe principem, latius deinde ad *Cete* & *Belluas marinas* uſu vocis diffuſo. Cl. *Haſæus* VI. in eleganti opuſculo de *Leviathane*, nec *Balænam* intendi cenſet, ſex, ſeptemve, ſcrupulis objectis, nec ſane *Crocodilum*, cui pluribus adhuc argumentis palmam dubiam facit, *Orcam* ipſe inducens, ſive *Cete dentatum*, quo nihil prodigioſius, ferociuſque, cognoſcit Oceanus. Non eſt omnino novum; nam & Cl. *Cocc.* ad *Cap.* 41: 5. ex *Oppian.* profert *belluas* maris *dentatas*; quales

Iiiiii i *Phy-*

Phyſeteres, *Orcæ*, & nonnullæ *Balænæ*: & *de Pined.* quin & *Merc.* non ſoli *Balænæ* ſtrictius dictæ inhæſerant. Eo tamen lumine *Hypotheſin* illam perfudit Vir Doctiſſ. ut plane nova haberi queat; eademque multo ſpecioſiſſima, ita ut mihi quidem hactenus anceps pendeat animus; nec ſciam quorſum ſententia, examine diligentius inſtituto, ſit inclinatura. Et hic libera & integra nobis omnia, id ſecuturis, quod univerſam deſcriptionem optime impleſſe, & ſingulis ejus partibus, citra torſionem, ſimpliciſſime reſpondiſſe reperietur. Sine præjudicio tamen reliquæ cauſæ dicere liceat, *Etymologiam* non feliciſſime proceſſiſſe Viro Docto, vocabulum conflatum cenſenti ex לויה *Augmentum*, & תן *res magna* ac *late extenſa*. Poſterius hocce ex cognatione cum ثني תנא in *Dial. iteravit*; طن *corpus extenſum*; طنّي *Vir corpulentus*, elicitur; adjectis & aliis undique Linguarum. Eſt genus, in quo magna ingenia nimium ſibi indulgent: תנא, ex שנה ortum, nihil commune habet cum תנן, unde תנין *Draco*, *Cete*: & *defect. form.* תן. Apud Arabes item تنين plene, & تن & تنة *defect.* quorum prius *Draconem*, & *ingentis molis Serpentem*, *piſcemque* omnem *majorem*, itemque *Cete dentatum*, denotat. Poſterius pro *Thynnis*, qui & ipſi in *genere Cetaceo*, uſurpatur. Minus adhuc commercii iſti *Themati* cum reliquis. Videtur obtinuiſſe primariam vim *ſorbendi*, *abſorbendi* aquam, *diductis faucibus*. Certe verbum قصع, quo تن declaratur in *Lexicis*, iſtam notionem poſſidet. Sed, ut verum fatear, necdum mihi liquet. De Themate לוה fidentius confirmare poſſum, ſignificationem ejus non *Arabicam* ſolum, ſed & *Hebræam*, eſſe πλέκειν, ἐμπλέκειν, περιπλέκειν, περιελίσσειν, *flectere*, *illigare*, *innectere*, *circumplectere*, ut ad *Cap.* 3: 8. tetigi. Id Viros magnos hactenus fefellerat; indeque jactus non feliciſſime deſtinati ad *veriverbium*. Alterutrum tantum admitti poteſt; vel ut לויתן, per *productionem formæ* ſit *Tortuoſus*; quale עקלתון *Eſaj.* 27: 1. vel ut תן *Draco* cum לוי conflectur in *Tortilem Draconem*, *Cetum*, *Crocodilum*. Poſteriorem communione hujus nominis excluſum nollem, eo *quod Animal hoc difficulter admodum flectatur*, *ac contorqueatur*; ac proinde *flexu ſinuoſo labi* non queat: nam in omnibus Linguis uſus ultra originem evaleſcit. *Allegoriæ* VII. quas huc omne ævum congeſſit, eatenus a nobis attingentur, quatenus earum infirmitatem detegi intereſt: quod qui hoc genere delectantur, credi volunt, alios Literæ corticem lambere, ſe vero ſapientiæ nucleum, & medullam, guſtandam præbere. Quam profunda ſit hæc ſapientia, percipias ex luſibus in nomen ipſum *Leviathan*, quos exhibet *Gloſſ. Ordin.* quaſi ſonaret *Additamentum eorum* i. e. *hominum*, atque *Diabolus* ita dictus foret per irriſionem, *quod dum homini hoc quod non erat* addere *ſpopondit*, *etiam hoc quod erat fallendo ſubtraxit.* Ex *Gregor. Magn.* hauſtum, unde & *Hug. Cardin. Diabolus dicitur Leviathan*, Additamentum, *quia peccatum peccato*, *ſuggeſtionem ſuggeſtioni* &c. *accumulat.* Si copiam amas, & varietatem, *Philipp.* dicet, ſic appellatum *Dæmonem*, *quod addiderit ſibi ſuperbiam*, *quaſi ſupra naturæ bonum in tumorem & morbum elationis excedens.* A tali principio quid expectandum præter ſpecioſum Nihil? Hoc totum a *Scopo* Numinis alienum eſſe, ex iis, quæ dedimus, jam conſtare potuit, atque ulterius etiam ſponte diluceſcet.

Ibid. Ante, quam penitius in materiam ingrediar, monendum video, *Magnos Interpretes* in non unum *Scopum* collineare, atque Quæſtionem non parum inde obſcuratam, & implicitam. Recurrunt nempe hic omnes illæ diverſitates, quas ad *V.* 10. media annotatio indicavit: unde diverſiſſima explicandi ratio, & applicatio, exiſtat neceſſe eſt. Vulgatiſſima *Hypotheſis* fert, in genere deſcribi *Leviathanis ferocem*, & *indomitam naturam*, quæ efficiat ut *homo* hocce *monſtrum vix ac ne vix quidem in poteſtatem ſuam redigere valeat.* Hoc in *Balænam*, ſat facilem piſcantibus prædam, haud quadrans, anſam multam præbuiſſe viſum ad eam explodendam. *Crocodilus* quoque hinc impetitus, quem *hamo*, aliiſque artibus, capi, quin & cicurari, jugumque ſubire, non aliter refutat *Boch.* p. 774. quam oſtendendo va-

varias ob cauſas *venationem Crocodili* inter *difficillimas*, & *periculoſiſſimas*, ſemper habitam. Hoc ipſum pro *Ceto dentato* vehementer urſit *Celeb. Haſæus*, quippe quem *Piſcatores* refugiant potius, quam aggrediantur. Cl. *Cocc.* hunc nodum ita reſolvit, *Balænam inſurgere in infeſtos, ſauciatumque non more ſupplicis ſe in faciem proſternere, ſed obviam ire plagis. Ita non ſine prælio in poteſtatem venire. Non negari* item, *capi poſſe hoc monſtrum, ſed negari* facile, *aut* aperta vi *capi*, *aut* pavidum, *aut* vivum, *quomodo Elephantus capitur. Nam ſi negaret, quorſum illa*, ſpes ejus decollet, *& alia*? Id non uno laborat ſcrupulo. Cl. *Schmid.* aliud quid deſiderari in noſtra ſerie ſentiens, *Vis interrogationis*, inquit, *in*, Trahesne? *eſt negativa* pro, *nullo modo trahes: nec ullus homo alius*; *imo nulla creatura: ſi emphaſin phraſeos attendas.* Pergit porro: *nam nobis non videtur Deus loqui præciſe de* tractu per hamum, *ad deſcribendam belluæ magnitudinem, ſed* dominium & gubernationem ejus, *quæ ſoli Deo competit.* q. d. *Num tu, aut ulla creatura, ita dominaris Leviathani, ut ex aquis eam extrahas, quaſi hamo extraheres? ſicut ego tam facile eam ex aquis ejicio, ſine ullo labore meo, quaſi hamo piſcem minimum traherem. Ludo cum illo, Pſ.* 104: 26. *Idem ſi tu poſſis, te parem agnoſcam.* Hæc *Scopo* proxima: a quo etiam non longe abeſt *Calvinus Conc.* CLVI. *Quanta ſit Dei Majeſtas ſentire licet, intuendo belluas quas creavit; imprimis quæ ſolo aſpectu nos poſſunt terrere. Nam ſi coram Bellua tremimus, numquid nos coram Deo audaces eſſe oportet*, &c. &c. *Notemus igitur Deum hic doctrinam tradere hominibus, ad eorum arrogantiam irridendam, quum ipſos ad Belluas amandat.* Sic revera res habet; *Ironia* pulchra, & Deo digna, ad *Leviathanem* jam mittitur *Jobus*, ut contra eum pede collato depugnet, in eoque vincendo ſeſe magnum, & fortem, demonſtret; ſecundum illud, *Accinge nunc ut vir lumbos tuos, Vſ.* 2.

Ibid. In ultima hacce pericopa enucleanda, alio mihi ordine opus eſſe ſentio, quam in *Behemothi* indagatione tenui. Itaque primo loco jam locabitur *Crocodilus.* Secundum tenebit *Balæna.* Tertium *Cete dentatum.* Quartum *Diabolus, Regeſque ſuperbi*, ex *Allegoria.* Quintum *Epicriſi* noſtræ deſtino; quod longius filum non permittat, ut omnia ad finem reſervemus. De *Crocodilo* I. *Boch.* cum *interrog. An extrahes eum hamo, & in fune demerges Linguam ejus*? i. e. *in lingua ejus demerges funem? Hypallage.* Subdit ingenue, *id vero Crocodilo convenire non videbitur, quem* elinguem *eſſe ſcribunt.* Reſpondet πάνυ. 1. *Non præciſe negari*, Leviathan *linguam habere, ſed linguam qua defigatur hamus, ut piſcibus paſſim accidit.* 2. *Quicquid afferant veteres, certum tamen Crocodilo eſſe* Linguam *ſuam; ſed immobilem & inferiori maxillæ adhæſam.* Vide *Hieroz.* 2: 770. 771. Ibidem p. 774. porro innuit, hanc, aliaſque, provocationes *non eo pertinere, quaſi Crocodilus ſævior eſſet, & truculentior, quam ut capi poſſet; ſic enim* Cete *quoque* excludenda fore, *quæ & ipſa capiantur: ſed innui, non eſſe quod ſibi quis facilem de eo animali ſpondeat victoriam, cum & mole ſit vaſtum, & robore tremendum; ad viginti cubitos & ultra excreſcens* &c. Ad *Balænæ*, II. *vaſtam molem* a pleriſque cum *Merc.* relatum, quem ut reliquos piſces *trahere non ſit hamo* &c. Dubitat autem *Merc.* ſitne, *Num trahes*? an *ironice* potius, *Trahes*, ſcilicet! *Schmid.* ejuſmodi *ironias non adeo frequentes* ait *in Futuris, ſed Imperativis potius.* Atqui toto *Cap.* 39. Futura *Ironice* veniunt; & *Cap.* 40: 5. 6. 7. 8. promiſcue *Fut.* & *Imperat.* ponuntur. Idem formulam *trahere hamo* non proprie explicat, ſed improprie de *Dominio*, & *gubernatione tantæ belluæ*; ut ſupra attigi. Cl. *Haſæus* III. pro *Orca, Monſtro dentato*, ſtans, item *interrog.* utitur, & poſtrema cum *Cocc.* dat, *funi immerges*, inſeres, *linguam ejus*? Reſpicit ſimiliter ad *immanem* ejuſdem *molem*; quaſi negetur *carnem hanc immenſam, dentibus truculentam*, ut *Plin.* vocat, *hamo funi alligato trahi poſſe ab hominibus* &c. &c. Quid *Allegorica ſubtilitas* IV. hic captet, percipias ex *Gloſſ. Ordin.* ubi *Hamo captus* dicitur *Diabolus*, quando *eſcam Corporis Chriſti mordentem Divinitatis perforavit aculeus.* In *fune quo lingua ejuſdem ligata*, vel *peccatum intelligi poſſe* additur, vel *fidem. Incarnatus enim Dominus fune ligavit Linguam Leviathan, quatenus in ſimilitudine carnis peccati apparens de peccato damnavit peccatum. Vel* fune *conſtringitur illa* lingua, quatenus, *dum per prædicatores ſanctos* fides *in mundo innotuit, erumpere doctrina mundi ceſſavit.* Apud *Philipp.* alia reperies argutius adhuc texta; quæ non exſcribo, ut nec quæ *de Pined.* & *Sanct.* habent de *oraculis, calumniiſve Diaboli, obmutefactis.* Ad hæc veſtigia *Explic. Gall.* nihil *Litera*

21 Certe impones arundinem in naſum ejus, & ſpina perforabis maxillam ejus.

22 Cer-

21 התשים אגמן באפו ובחוח תקב לחיו׃

22 הירנה

hic relictum contendens; *An tu mutum reddes impoſtorem, qui nationes decipit ſpe cognoſcendi futura? Pelleſne eum ex omnibus locis quos occupavit, & ubi dominatur nunc: ut eum in litus projicias, exponaſque palpitantem?* Quid dicam? pro limpidiſſimis, & vere Divinis, commendantur, quæ vix fuſus ſatis decori locum implere poſſint. Ad *Scopum*, quo poſtrema hæc tela directa ſunt, requiritur *veri nominis Bellua*, cum qua jubeatur Noſter pedem conferre, ut quid valeat præſentiſſimo documento experiatur. In hunc finem V. aculeatius putem תמשך cum *ironia* elatum, *Trahes* ſcilicet *Leviathanem hamo!* Continuatur *Ironia* quæ *Vſ.* præced. Noſtrum pupugerat, *In oculis ejus capiat eum*, Redargutor meus. Ad eandem mentem nunc, *qui animis, viribuſque, præpolles, Leviathanem*, credo, *aggredi* valebis, *hamoque in fauces impacto eum trahere, & circumagere pro arbitrio*, &c. Agitur non de *captura ex inſidiis*, ſed de *aperto congreſſu*, qui *cominus fiat*, *manu quaſi in os monſtri inſerta*, ad *linguam* ejus *hamo figendam*, atque ita in *funem ductorium immergendam*. Hoc adſpectu æquum jus *Crocodilo*, *Balænæ*, *Orcæ*, *Draconi* etiam, ſi placet; ad quæ *Monſtra* nemo vel projectiſſimus accedere a fronte ſuſtineat. *Tentyritas ſolos* tamen *Crocodilis adverſum ire auſos*, narrat *Plin.*, arcana naturæ vi eos armante videlicet, (ut *Pſylli* contra ſerpentes a natura muniti:) *ſic ut dorſo equitantium more impoſiti, hiantibus reſupino capite ad morſum addita in os clava, dextra ac læva tenentes extrema ejus utrimque, velut frænis in terram agant captivos.* Nempe *& olfactu hujus generis hominum fugari* quadrupes malum, *& in parva menſura* corporis *præſentiam animi*, in hoc tantum uſu, *iiſdem miram*, idem memorat Scriptor. Si verum; nihil *Crocodilo* decederet; quin & accederet forte aliquid; inde enim *imaginem* hanc deſumtam ſuſpicari liceret. Sed hæc pertenuis eſto conjectura.

Verſ. 21. De *Crocodilo* iterum I. *Boch. Numquid aptabis juncum naribus ejus? & ſpina perforabis maxillam ejus?* in priori membro intelligit *capiſtrum e fune junceo*; in poſteriori, *hamum ſpinæ inſtar acutum.* Summam hanc ſubdit, *Tam vaſtum animal hamo non facile capi, quomodo piſciculi ſolent.* Ad *Balænam* II. *Merc.* eodem fere modo applicat, niſi quod אגמון *juncum* exponat *hamum qui e junco fit.* Eum ignoro. Addit, R. *Salom. hamum e ferro* intelligere, *quaſi circulum ferreum, vel hamum in morem junci aduncum.* Ita fere *Vulgat. circulum* dedit pro *junco*; & pro *ſpina*, *armillam*, quam *fibulam* interpretatur *de Pined.* Obſervat ille, incertam eſſe *Radicem*, quæ vel אגם ſit, *ſtagnum*, *palus*, vel גמא, unde גומא *juncus.* Alludi autem *ad morem piſcatorum qui piſcium nares junco trajicere* ſoleant, *ut penduli portari queant:* atque *indicari vaſtitatem balænarum, quæ ſicut neque hamo capi, ita nec captæ junco ſuſpendi queant.* Similiter Cl. *Schmid.* inducit *funiculum*, *quo piſces nonnulli majuſculi ſuſpendi ſolent, ut fumigentur aut exſiccentur.* Non tenet quod *Vſ.* præc. orſus erat. Idem in *Orca* III. obverſatum Cl. *Haſæo* p. 128. quaſi negetur *eam junco*, vel *arundine*, aut *ſpina longa*, *per maxillam perforatam immiſſis*, *trahi*, *portari*, *& ut fumigetur*, *vel exſiccetur*, *ſuſpendi poſſe*; *quod quotidie in minutioribus piſcibus fieri videmus.* In *Allegoriæ* campo IV. mira hic luxuries. *Nares dæmonis trajectæ circulo* ſecundum *Gloſſ. Ordin.* pertinent ad *inſidias*, & *ſagacitatem ejus*, *Divina virtute compreſſas* &c. Apud *Olympiod.* habes *Furorem Diaboli cruce Chriſti*, *& clavis ejus*, *contuſum.* In *Explic. Gall.* reperio, *Diabolum arundine*, *qua Domino illuſit per nefarios ſatellites*, *& corona ſpinea Capiti impreſſa*, *pertuſum*, *& confixum.* Species pietatis, & Sapientiæ ſublimioris, quæ talibus ineſt, præſtringit aciem, veros fulgores a fucatis non ſatis diſcernentem. Ad noſtras rationes V. ה vel *interrog.* ſumtum, vel *adſirmative*, *En*, *Certe*, *pones arundinem in Naſo ejus*, ad *ironiam* continuandam: אגמון non a גומא

22 הירבה אליך תחנונים אם־ידבר
אליך רכות ׃
23 היכרת ברית עמך תקחנו
לעבד עולם ׃
24 התשחק־

22 Certe multiplicabit ad te ſupplicationes; profecto loquetur ad te mollia.
23 Certe feriet fœdus tecum; accipies eum in ſervum perpetuum.
24 Cer-

גומא *juncus*, quaſi *ſorbentem* dicas; ſed ab אגם *palus*, *ſtagnum*; *arundinetum*, quod *Arab.* اجم & اجمة. Cl. *Cocc.* dedit *fiſcellam*, proprie *junceam*, latius quamcumque, *ori conſtringendo.* Difficile talia ad liquidam rationem perducere. Series videtur exigere *Arundinem per Naſum trajectam*, ut *Monſtrum ſuperiorem ſentiat manum*, *ejuſque ductui ſe obſequens præbeat.* Non agitur certe de *Leviathane* jam necato, ſed vivo, quem *lupato velut maxillis indito* abducat Domitor. Recurrit eadem imago, quam mox tetigi, de *Tentyritis*, qui *Crocodilum frenant*, & *captivum in terram agunt.* Si non idem, ſimile ſaltem aliquid ſpectatur; quod *Crocodilo* aptius forte, quam *Ceto*; quem ita *vivum* & *vigentem* velut in triumpho circumducere non datur.

Verſ. 22. Parce nimis I. *Boch.* pro *Crocodilo*, ait, *eſſe Proſopopœïam elegantem*, *qua ſignificetur*, *hanc belluam homini non ultro ſubjici.* Item *Merc.* II. in *Balæna*, *Num blandis verbis te deprecabitur ut vitam ei conſerves*, *prout victi in bello ſolent?* *Elegans Proſop. qua docetur*, *non poſſe homini belluam hanc tantam ulla ratione ſubjici.* III. *Grot.* annotavit, *hæc & ſequentia ducta ſunt ab infirmis populis*, *qui adventante magno exercitu precibus agunt*, *atque in deditionem veniunt.* Cl. *Cocc.* oppoſitionem fieri autumat inter *Elephantum* qui *ſupplicat*, & *ſervit*; atque inter *Leviathanem*, qui *ſervire negat*, *& quamdiu vivit*, *ac moveri poteſt*, *pugnat.* Eandem oppoſitionem III. in *Ceto dentato* urget Cl. *Hiſ.* p. 129. 132. quaſi ſenſus eſſet, *non poſſe eum cicurari*, *aut mitem fieri*, *mollibus verbis*, *atque blanditiis*, *quibus uti ſoleat Beſtiarii*, *quorum eſt immanium Belluarum feritatem mitigare.* Idem *Vir Doctiſſ.* ex hoc, & *præced. Vſ. Crocodilum* non intendi colligit, quod & *Hamo* perſæpe *capiantur*, & *capti miteſcant*, atque adeo *manſuetiſſimi* reddantur.

Explicator Gall. pro *Allegoria* IV. velut victor ſeſe inferens, *Quid congruentiæ inter ea quæ hic dicuntur*, *& inter Balænam?* *Danturne piſces vel minutiores*, *qui conentur precibus flectere Piſcatores?* *Quis non videt in frigus hæc exire*, *& Ridicula fieri*, *nimia exaggeratione*, *ſi ad* Literam *accipiantur?* *E contrario quanta* veritas, *quanta* granditas *in ſenſu figurato!* *Cui hæc legenti non e veſtigio occurrunt loca Euangelii*, *ubi Domino ſupplicant Dæmones* &c. *& in porcos abeundi veniam orant &c?* Præivit *Gloſſ. Ordin.* ubi tamen additur, *vel*, *ad Dominum preces multiplicat*, *cum extremo die iniqui*, *qui ejus corpus*, *ſibi parci petunt.* Utrumque arceſſitum, precarium, nullum. *Sanct.* innui ait, *ſuperbos*, *ut Diabolum*, *etiam dum victi jacent*, *& gladium jugulo imminere vident*, *ſpiritus tamen inſolentes retinere.* Hoc ſaltem propius Scopo. Is poſtulat V. ut *abſoluta* ſit *negatio*, vel per *interrog.* ut ſit, *Minime id faciet:* vel per *adfirmat:* *Ironicam* in h. ſ. *En*, *certe*, *multiplicabit ad Te deprecationes.* Tam *Formidoloſus* ſcilicet mihi videris *pugnator*, ut *Leviathan ſolo tui adſpectu in deditionem venire*, *gratiamque victoris implorare*, *cogatur.* Id omnibus *Monſtris*, de quibus cogitatum, pari jure ferme convenit: ne *Crocodilo* excepto, qui quamvis *formidare reſiſtentes* feratur; non is tamen, qui primo congreſſu herbam porrigat, atque more *dediticii* ſe *ad victoris pedes ſupplex advolvat.* Eo ſpectare formulas noſtras, manifeſtum.

Verſ. 23. Ad rem *Boch.* I. de *Crocodilo*, *An feriet fœdus tecum &c?* *Quomodo victi a victoribus vitam redimere ſolent libertatis pretio: in perpetuam ſe ſervitutem mancipantes.* Item *Merc.* de *Balæna* II. *Eadem proſopopœia dictum*; *Num percutiet tecum fœdus &c?* *ut tibi in perpetuum eum mancipes.* *Nequaquam.* *Vel ejus aſpectus te terrebit &c.* Cl. *Cocc.* addit *Antitheſin* ſupra indicatam. Eandem *oppoſitionem* cum *Elephanto* III. pro *Orca*, contra

 Cro-

24 Certe ludes cum eo, ut avicula, & ligabis eum puellis tuis.
25 Epu-

24 התשחק־בו כצפור ותקשרנו לנערותיך :
25 יכרו

Crocodilum, qui *cicurabilis* ſaltem, urſit Cel. *Haſ.* p. 130. Pro *Allegoria* ſua, & quidem mera IV. *Explic. Gall. Quid ſalis, aut gratiæ, in his quæſtionibus, ſi* Litera *obſtinetur? An aliquis vidit Balænas legem accipere, hominique obedire inſtar ſervi? An non minuitur Majeſtas verbi, in ſenſus tam incongruos redacta.* Fidenter! tanquam ſi in *ſenſu Allegorico* nihil eſſet coacti, & quæſiti. En cogitata viri. *Impoſtor ille, qui locum Dei occuparat, exorto Evangelio detectus, & cum Idololatria cedere coactus; Servus viliſſimus Filii Dei* &c. &c. Non minus torta, & tracta, quæ *Gloſſ. Ordin.* ſatis prolixe apponit, quaſi *Diabolus a Dei innocentia ſua malitia diſcordans, ab Ejus tamen judicio etiam diſcordando non diſcrepans &c.* propterea *pactum cum Deo feriiſſe* diceretur; idemque *ſervus perpetuus* vocaretur, *quod poſt præſentis vitæ terminum cum ſuo corpore flammis ſit tradendus.* Aliter *Philipp.* Aliter alii. Nobis V. perinde eſt, *Interrogationemne* teneat quis, quæ *irriſoriam* inferat *negationem*; an cum *affirmatione* malit, *En*, certe, *fœdus tecum feriet* &c. Continuatur *figura* inſtituta, & falſe inluditur Noſter, quaſi is eſſet qui *Creaturæ omnibus terrorem incutere ſolitæ, terrori eſſe, eamque vi*, ac *minis*, *obnoxiam* ſibi *reddere valeret* &c. Ad omnia iterum ex æquo aptum; niſi quod in *Crocodilum* mollior videri queat *Proſopopœia*; quæ in *Balænam*, vel *Orcam*, paulo durior; quod *Monſtra* illa *in ſervitutem abduci*, ab ipſa natura abhorreat. Verſu ſeq. clarius patebit.

Verſ. 24. Pro ſua *Hypotheſi* non incommoda anſa I. *Boch.* præmiſſo illo *Plauti*, *Quaſi patritiis pueris monedulæ, aut coturnices, dantur, quicum luſitent*; ſubdit, *At cum Crocodilo quis ludat, Animali truculento*, pueris & puellis *præſertim inſenſo* &c. &c? Pro *Balæna* II. *Merc.* 1. *Num ut aviculæ ligatæ pueris & puellis tradi ſolent, ut ludant*; ita *hoc* monſtrum *alligabis* vel *ancillis* vel *filiabus tuis* &c? *Non ita tractabilis eſt piſcis tantæ magnitudinis.* Alienius eſt, quod *de Pined.* 2. adjecit de *immanibus* hiſce *molibus*, *non eſca deludendis, & capiendis, ut aviculæ*, & *piſciculi*, *ſolent.* Suam *Antitheſin* urgens Cl. *Cocc.* 3. *Elephas ut cum aviculа ludi ſecum patitur, artes ac geſticulationes docetur, & funambulum agit, ut hominem oblectet; nec a puellis ſe duci indignatur. Non item Livjathan; quem Deus finxit ad ludendum eo: Pſ.* 104: 27. Hanc poſtremam partem, quæ *oppoſitionem ad Deum* infert, ſuam fecit Cl. *Schmid.* 4. ita ſenſum conſtituens, *Num tu, Jobe, Leviathanem facere potes luſum tuum, prout libuerit, ſive ut ipſe cum illo ludas, ſive ut luſum puellis tuis facias? Non ſane. Atqui ego ludo cum eo, ſicut volo: Pſ.* 104: 27. Pro *Ceto dentato* III. Cl. *Haſ.* item cum *oppoſitione* ad *Elephantum*, aliaſque feras, *eum talem non eſſe, qui captus, domituſque, jucundo ſpectaculo oculos paſcat, ludicrumque præbeat pueris, atque puellis.* Contra *Crocodilum* hinc diſputat Vir Eruditiſſ. p. 71--73. quippe qui *ludibrio, oblectamentoque*, non parum ſæpe exhibitus. In *Orcam* telum retorquet Doct. *Reim.* quod *durum valde*, ut *Monſtrum marinum, nunquam in terram exiens, negetur puellis ludum præbere.* Hoc ipſum pro *Allegoria* IV. tendit *Explic. Gall.* ſic inſtans, *Eſtne moris piſces, & monſtra marina, extra aquas ſervare, & adalligare, tanquam paſſerculos, ut puellæ ſe iis oblectent* &c? *Certe jejune admodum de S. Literis ſentiunt, qui tam* inſipidas figuras *ei attribuunt, quibus ratio offendatur.* Pergit porro: *Ex quo victus eſt cruce Chriſti Draco, fonte ſacro tinctis nil niſi ludibrium eſt. Vel* Filiola *ipſum fugare queat, nomen victoris ſonans, Crucemve ſalutarem fronte ſignans* &c. Hæc clauſtris Religioſarum apta; non orbi Literato; qui nunquam approbabit quæ *Gloſſ. Ordin. Lyran.* aliique hic commenti. *Gregor.* per *Puellas* intelligit *Apoſtolos.* Adjunxit *Philipp. Sanctos Angelos.* Rationem quoque addidit cur *Avi* aſſimiletur nunc *Dæmon.* Non magnopere conſulitur Scripturarum dignitati, quando talia pro *mera*, & *vera*, *Sapientia* venditantur. Nobis iterum V. plana omnia, ſive per *interrogationem* efferre velis, ſive per *aſſeverationem Ironicam*, *Ecce ludes cum eo, ut avicula:* &c. Tantus, & tam fortis vir es, ut *Leviathanem* vi aperta aggredi, exarmare, & traducere poſſe videaris. Aptum *Crocodilo*; aptum forte & *Ceto*: nam *piſciculis captis, adalli-*

25 יכרו עליו חברים יחצוהו בין בנענים׃

26 התמלא

25 Epulabuntur ſuper eo ſodales, divident eum inter mercatores.

26 Cer-

ligatiſque, *ludunt* quoque *puellæ*. Saltem commodam ſatis *deriſioni*, & *convictioni*, huic anſam miniſtrat.

Verſ. 25. Intricatæ omnibus rationes. *Boch.* I. de *Crocodilo* non planiſſime: An *futurum eſt*, *ut piſcatorum ſocietas*, *eo capto*, *agitent convivia læti*? an *divident eum inter Chananæos*, ſive *Mercatores*? Minus adhuc plane II. de *Balæna*, *Merc.* 1. *ſubaudiendum* ה *interrog.* Num *epulabuntur de eo*, *eo veſcentur*, *Socii*, *Piſcatores*? &c. *divident eum inter mercatores*? q. d. *Id nunquam de hoc piſce fiet*; *qui capi nulla ratione poſſit.* Addit, alios malle 2. *inibuntne de eo contractus inter ſe ſocii*? ita *Codurc. paciſcenturne de eo*? De *cœna venditionali* 3. *Grot. quæ* ſuper hoc piſce *non celebretur.* Similiter *Jun.* & *Trem.* Hoc in *Balænam* parum quadrat. Sentiens *Cocc.* 4. cum *adfirmatione* effert, *Epulantur ſuper illo ſocii*, *diſtribuunt eum inter inſtitores.* Accipitur pro *Conceſſione*, *capi poſſe Balænam:* at non niſi *eminus*, & cum *periculo Vſ.* 26--28. Subdit præcl. Interp. 5. *Non repudio tamen*, cædunt ſuper ipſo: *nam in cadaver adſcendentes cædunt. Conceditur ergo*, *fieri ab hominibus cadaver*, *concidi*, *& divendi.* Aliter *de Pined.* 6. item ſine *interrog.* ad *Vulgati* illud, *Concident eum amici* &c. ſenſum huncce offerens, *Non tam ab homine edomari Ceti potentiam*, *quam ab Auctore naturæ*, *qui tempeſtate aliqua ejectum ad litora*, *& infixum terræ*, *præbeat concidendam belluam Ichthyophagis* &c. *Pſ.* 74: 14. Pro genio, & ingenio, ſuo *Bolduc.* 7. cum præc. *Vſ.* ita nectens: *An illum filo ligare valebis*, *ut tradas in ludos* piſciculis tanquam *puellis tuis*? *Ita ut ad litora ejectus*, *in epulas & paſtum fiat avibus*, *& feris*, *undique confluentibus: vel etiam per partes dividant eum inter ſe mercatores.* חברים *ſocios*, de *catervis avium*, itemque *canum*, ac *luporum*, ad *prædam ejectam convenientium*, primus, & ſolus expoſuit. Cum *interrog.* hoc ipſum *Tigur.* 8. *concident eum ſocii*, *& partientur inter mercatores*? R. *Salom.* item cum *interrog.* 9. Num *fodient ſuper eum incantatores*? i. e. *Nullis machinis*, *artibuſve vel magicis*, *capi ſe patitur*. כרה *fodere* pro *machinari*, non ignotum. Cl. *Schmid.* hinc quoque 10. Num *fodient ſuper eo ſocii*? num *divident eum negotiatores*? Cenſet, *ad vaſtitatem Leviathanis exaggerandam*, *negari*, *eum capi poſſe eo modo quo alii piſces*, *ductis rivis*, *foveiſque*, *quibus includatur.* Vides omnia undique præpedita. Cl. *Haſ.* III. de *Orca*, etiam per *interrog.* Num *de eo veſcentur ſocii*? Num *divident eum inter mercatores*? Indicari autumat, *Leviathanem non eſſe ex eo genere piſcium*, *quorum piſcationem ſocietate inita curent negotiatores*, *ut vel ejus* carnibus *paſcantur ipſi*, *vel aliis tanquam* menſarum delicias *vendant: multo minus inter eos poſſe dividi*, *ut ex adipis*, *ſpinarumve* &c. *venditione*, *quæſtus ad omnes uberrimus redeat.* Hinc colligit, *Crocodilum* exeſſe debere, tum quod *Carnes* ejus *ſat grati ſaporis*; tum quod *Adeps* quoque diſtrahatur. Vide p. 74. 76. *Balænam* ſimiliter excludendam, hinc concludit, quod *frequentiſſima ejus inter Mercatores diſtractio* p. 51. &c. Quin p. 133. *Orcam opponi* autumat *aliis monſtris marinis*, quæ *capi* queant, & in *cibum*, *lucrumve*, cedant, quum *hujus* plane *nullus* ſit *uſus in epulis*, *conviviiſque* &c. Conſectaria hæc a *Scopo* nonnihil deviare, ex ſuperioribus agnoſcere eſt; atque ex vi verborum ſtatim ulterius pateſcet. *Oppoſitionem* cum *Balæna* inſtitui, in *Explic. Gall.* etiam valde urgeri video IV. pro *pura puta Allegoria*, quæ nihil loci *Literæ* relinquat. Alluſionem tamen quandam ad *capturam balænarum* factam, concedit. Quin eam 1. fundamenti loco præſternit, inferens ex *facilitate Cetariæ* illius *piſcaturæ*, quæ *Jobo* notiſſima fuerit, *Leviathanem* longe diverſum eſſe monſtrum. *Solius Dei* ergo *eſſe* 2. illud *edomare*, quatenus *Behemoth* & *Leviathan* unum ſignant *Tyrannum terra marique late dominantem.* Aliquid contradictorii exiſtere 3. ſi *Litera* teneatur, quatenus *idem Animal* non poteſt *hamo capi*, *paſſeriſque* inſtar *alligari*, *manente ſpecie libertatis*; & *in fruſta concidi*, *interque mercatores diſtrahi.* Aſt omnia hæc in *Figuram* apprime convenire, quatenus *hæ imagines pingunt victoriam de Dæmone per Chriſtum*

26 Certe implebis ſpiculis cutim ejus, & ferramentis piſcatoriis ejus caput.

26 התמלא בשכות עורו ובצלצל דגים ראשו׃

27 Po-

27 ישים--

ſtum reportatam, &c. Pro *concident* deinde ſubſtituens, *An convivium apparabunt ſocii propter illum*? negari vult *omnes omnium mortalium vires effecturas, ut epulum de Dæmone, quaſi de Balæna capta, celebretur. Soli Chriſto iſtum triumphum ſervatum, cujus caro immolata conſecranda ſit in ſacrificium & convivium pacis; debellati Hoſtis ſpoliis, & Idololatriæ apparatu, inter negotiatores diſtracto.* In *Gloſſ. Ordin.* habes, *Leviathan toties conciditur, quoties Divini verbi gladio ſua ab illo membra ſeparantur. Ipſos autem* amicos *nominat, quos ſuperius* ancillas: *Sancti enim prædicatores prius* ancillæ *præ formidine, poſtea amici per fidem: ad extremum* negotiatores *dum prædicationem exercent.* Hæc latius apud *Philipp.* deducta. At *Origin. ſodales* & *negotiatores* intelligit *impios*, qui *corpus Draconis comedant* & *partiantur, cum alii aliud nefarium ſcelus admittunt.* Doleo vicem ingeniorum in talibus ſeſe conſumentium. Nos V. obſervamus, 1. *interrogationem negantem* non tutiſſimam. Inducimus quoque 2. quod in *Juvenil.* ex conjectura propoſitum, *An irruent in eum ſodales*? Non uno incommodo laborat, præ reliquis. 3. כרה על pro *veſci de aliquo*, genio Linguæ parum conſonum: nec inde *Crocodilo* difficultas movenda, quod ejus *caro edulis.* 4. Cum *adfirmatione* omnino efferendum videri, *Epulabuntur propter illum*, vel *ſuper illo*, *Sodales, divident eum inter Negotiatores.* Sic 2 *Reg.* 6: 23. יכרה להם כרה *apparavit iis convivium magnum*, & *ederunt, ac biberunt* &c. Apud *Arabes* وكيرة & وكيرة eſt طعام يعمل لفراغ البنيان *Convivium quod apparatur ob ædificium abſolutum:* & verbum وكر *abſoluto ædificio Epulum dedit.* Tu intelligas, *omni magno opere conſummato.* Suſpicor ortam notionem a كرا כרה *conduxit mercede: Hoſ.* 3: 2.

Hoc jam 5. non capiendum ex *conceſſione*, ſed continuata *Ironia*, *Ecce tu ligabis Leviathanem puellis tuis.* Quin *epulum celebrabunt ſuper eo Sodales, partientur eum inter Negotiatores.* Hoc eſt, *tantus tuus terror, ut ſolo nutu formidoloſum* hoc *monſtrum in terras extrahere valeas, haud ſecus ac aviculam*, idque *Sodalitiis in prædam concedere; lætum propterea convivium celebraturis.* Sublatus ita ſcrupulus, quem *Explic. Gall.* injecit. Par ferme jus 6. in verſiculum ſic acceptum *Crocodilo* & *Ceto*; majus tamen poſteriori Belluæ, cujus ſpolia opimiora. Non adeo placet 7. *Fodient ſuper illo Sodales*, quod pro *Ceto in litus extracto* urgeri poſſet, quippe quem *confodi*, & *concidi*, notum. Apud *Arabes* كري ut כרה, etiam *fodiendi* vim obtinet. *Camus* كري النهر استحدث حفره *Radix* כרה *in fluvio notat, renovavit foſſionem ejus.* Verſus ſequens decidet.

Verſ. 26. Pro *Crocodilo* I. ſic exit verſio *Boch.* 1. *An implebis pellem ejus miſſilibus, & caput ejus telis piſcatoriis*? Subjungit, *Quidni ſi de* balæna *res eſt, quæ nimbo telorum obrui ſolet*? *At de* Crocodilo *ſecus*, *cujus corticoſa cutis telo impenetrabilis.* ישכות miſſilia, *ex Arab. Ling. qua* شوكة & شكة *teli acumen. Sed &* צלצל *pro* Telo *alludit ad* ضلالة *ſagittæ.* LXX. *portentoſo errore tria priora verba ſic reddidere:* πᾶν ȝ πλωτὸν συνελθὸν ȣ̓ μὴ ἐνέγκῃ μίαν βύρσαν ȣ̓ρᾶς αὐτȣ̃. Cl. *Cler.* 2. mallet, *An colliges in cophinis pellem ejus, & caput ejus in naſſa piſcium*? שכות pro *Cophinis* a שכך *texit*, vel *texuit ramis viridibus:* quaſi negaretur *pellem Crocodili in vaſculis vimineis Piſcatorum poſſe portari.* צלצל *naſſa* confertur cum צאלים, quæ *vimina* Viro Docto ad *Vſ.* 16. & 17. ſupra. Ad *Ara-*

Arabicam Ling. confugere nihil neceſſe ait, *quum ex Ling. Hebr. & re ipſa, conſtet vocum ſignificatio.* Scilicet! Atquin omnia precaria; & ſenſus dilutus. Hinc Cl. *Reimaro* 3. commodius viſum, *An implebis navigia cute ejus, aut cymbam Piſcatorum capite ejus?* Hanc Cel. *Haſæi* verſionem, de qua *num.* III. firmaturus Vir Doctiſſ. monet, *Conſtructionem* per ב extare *Exod.* 28: 17. עור *cutim* pro *toto corpore* venire *Job.* 2: 4. & 18: 13. צלצל haud dubie *navigium* eſſe *Eſaj.* 18: 1. ac proinde שכות ejuſdem eſſe *Synonymum*, a *tugurio* anſa ſumta. Pro *Balæna* II. *Merc.* 1. *Num implebis ſpinis* i. e. *retibus, ſeu ſagenis, factis e ſpinis, cutem ejus, & naſſa piſcium caput ejus? Hypallage; pro, Num ſagenas ejus pelle implebis, & naſſam illius capite? Minime: quia nunquam eum capies.* Subdit שכות *ſpinas*, & צלצל *naſſam*, eſſe *genera magnorum* hamorum, *juxta ſe poſitorum*; vel certe *genera caſſium ex viminibus, ſpinis, virgis, ad piſces excipiendos.* Monet 2. quoſdam cum R. *Levi* tam שכות, quam צלצל, putare *cultros* eſſe *majores, quibus incidantur pelles vel capita magnorum piſcium.* Item 3. alios capere pro *umbraculis, quæ ſibi Piſcatores in litore faciunt.* &c. Huc concedit Cl. *Guſſ.* p. 557. *An inſeres in tuguriis pellem ejus, & in umbraculo Piſcatorum caput ejus?* Mitto *Kimch.* 4. cui המלא valet *excides*, ex *Job.* 15: 32. ut ſit, *Excidesne ejus cutim cultris, aut uncis, in morem ſpinarum acutis* &c? Cl. *Cocc.* 5. *Numquid imples ſudibus pellem ejus? & fuſcinis piſcariis caput ejus?* h. e. *Num potes cominus cum ipſo integro congredi, ut cum aliis marinis animalibus, ut acutis ferramentis configas pellem, vel caput, ejus?* Vides quomodo ictus contra *Balænam* evitetur. Paulo aliter Cl. *Schmid.* 6. *Num implebis ſpinis cutem ejus? & ſpiculo piſcium caput ejus.* i. e. *num tu ille es, qui ſat ſpinarum piſcatoriarum in cutem Leviathanis congeras, eumque illis ſic eneces, ut extrahere illum queas. Minime vero. At Ego ſine ſpinis etiam eum necare & extrahere poſſum.* Pro *Ceto dentato* III. Cl. *Haſ.* cum *oppoſitione* ſcilicet ad *Balænam*, *An implebis navigia cute ejus; aut cymbam Piſcatorum capite ejus?* Hunc ſenſum pluribus adſtruere conatur Vir ingenioſiſſ. a *pag.* 135. *Eleg. Opuſc.* ad p. 160 שכות forma *num. ſing.* exponens *navigiola tecta pellibus, ad inſtar tuguriolorum*, concinente Belgico *Schuit*, quin Turcico سيق *Saic.* Hæc non e genere limpidiſſimo: nec conſtructione ferme invita id ſatis tutum judicarem: quemadmodum nec alterum illud, quod *pag.* 147. proponitur, *An implebis tabernacula pelle ejus?* quaſi alluderetur ad *tuguria & ſpeluncas Troglodytarum*, & *Ichthyophagorum.* Minus adhuc placet צלצל pro *Cymbalo* laudatum p. 151. ac ſi negaretur *monſtrum hocce ſono inſtrumenti Muſici* duci; ut *Delphines* videlicet, aliique piſces. Scopus alia exigit. In *Allegoriam* IV. unice intentus *Explicator Gall.* שכות *ſpinas*, & *ſentes*, proprie ſumtas retinet, & צלצל derivat a צלה *aſſavit*, unde צליל *toſtum Jud.* 7: 13. ſecundum pleroſque. Intelligit *infumationem*, quæ ſpecies *toſtionis*, aitque, *Balænæ, monſtrove capto, pellem detrahi ſolere, eamque ſarmentis ſpiniſque ſarciri, ad oſtentationem prodigioſæ magnitudinis: caput autem fumo ſiccari, ut Coloſſæa moles integra ſpectaculo ſit.* Hinc jam ex oppoſitione inferri cenſet, *an ita Jobus, aliuſve mortalis, Leviathanem tractaturum ſe ſperet?* Converſus inde ad *Sapientiam myſterioſam*, pergit, *Chriſtum ſolum Draconem inferum exarmaſſe, atque oſtendiſſe omnem ejus molem nil eſſe niſi vanam inflationem, urticis ſpiniſque ſuffartam, cujus caput formidoloſiſſimum impune jam illudi, & contrectari queat* &c. &c. Ad *Verſ. Vulg. Numquid implebis ſagenas pelle ejus; & gurguſtium piſcium capite ejus?* longe diverſa *Gregor. M. Philipp. Gloſſ. Ordin. Lyran.* quo Catone contentus ero. *Per* pellem *minores, per* caput *majores ſignificantur. Ergo* pelle Dæmonis *Dominus ſagenas implevit, quum multitudinem infidelium ad fidem vocavit: &* ejus capite gurguſtium, *quum cepit fides Conſtantinum.* Alia dabit *de Pined.* Nos quidem horum ſatias jam tenet. Obſervamus autem V. in *Ironia* ſuſcepta perſiſti, vel cum *interrogat.* vel, quod aculeatius adhuc, cum *adfirmat: Ecce implebis aculeis pellem ejus! & ferramento tinniente piſcatorum Caput ejus!* Prout *fortem* te *virum facis*, Monſtrum hocce quantocyus

27 Pone ſuper eo manum tuam, memor ſis prælii: ne ſuperaddas. 28 Ec-

27 שים־עליו כפך זכר מלחמה אל־תוסף׃ 27 הן־

nimbo telorum obruendum, & *configendum* eſſe video, ſi *in congreſſum cum eo veneris*, *aperto Marte id debellaturus*, videlicet. Hunc aſpectum commendat *Vſ.* ſeq. ubi *aggreſſio* & *pugna*, quæ fit *manibus conſertis*, aperte indicatur. שׂכות *Spinas*, pro *Aculeis*; & *Aculeos* pro *Armis aculeatis*, ex شوكة & شكّة, ſimplicitate ſua palmam auferre cenſeo: præſertim quod *figura ſpinarum*, & *aculeorum*, pro *cuſpidibus*, *Hebræis* æque domeſtica, ac *Arabibus*. Hinc סכסך *Eſaj.* 9: 10. & 19: 2. *Armare: Horridum in jaculis, teliſve, facere*. Ita *Arabes* شك في السلاح *Horruit in armis*; proprie *ſpinoſus*, ſive *aculeatus fuit*. Item الشكة السلاح والشكشكة السلاح الحاد اى حدة السلاح *Forma* שֹׂכָה *tela notat*, & שכשכה *armaturam acutam*, *vel aciem armorum*. A *ſpinoſo acumine* omnia. שׂכִים pro *ſpinis*, *aculeiſve*, habes *Num.* 33: 55. Confer quæ ad *Cap.* 1: 10. prolata. Alterum צלצל *Coccejo* eſt *fuſcina*, quia *mergitur*. At quum צלל non tantum ſit *mergi*, ſed etiam *tinnire*, apud *Arabes* صلّ, indeque צלצל ſit *ſiſtrum*, vel *inſtrumentum tinniens*; quidni potius & hic *ferramentum tinniens*, quales *fuſcinæ*, *harpagones*, & *alius Piſcantium paratus*. Unum obmoveri poſſe ſentio, jam ſupra *Vſ* 20. & 21. actum de *ſupellectile piſcatoria*. Reſpondeo, diverſum eſſe conſpectum: ibi enim *repræſentatur audax monſtri domitor*, *fauces ei refringens*, ad *hamum*, & *frenum recipiendum*: hic introducitur, ut *nimbo telorum* illud *opprimens*, & *undique eminus* non ſolum, ſed & *cominus*, *configens*. Apparet יכרו *Vſ. præc.* melius *Epulabuntur* verti, quam *fodient*, atque ad *lætitiam triumphalem* redire.

Verſ. 27. Novæ per omnia diſſenſiones. In *Crocodilo* I. *Boch. Impone manum tuam ſuper illo, non perges meminiſſe prælii.* i. e. *Tantus te invadet horror, ut de fuga cogites potius, quam de pugna, quum ipſo tactu compereris cutem eſſe illi contra omnem ictum invictam.* Melius facturus *Cler. ſi dormienti manum impoſueris, memento tibi pugnandum, ſi forte expergiſcatur: ſed cave ne pergas; præſtat enim abire, quam cum excitato pugnæ aleam ſubire.* Pejus fecit. In *Balæna* II. *Merc.* 1. *Injice ei manum tuam, non ultra recordabere prælii.* i. e. *mox te interimet: actum erit de te.* Nervoſe. Minus placet *Codurc.* 2. ad *metum* referens, quo *altera vice accedere* ad *Leviathanem* non ſuſtineat, qui ſemel eum adortus. *Grot.* 3. longius deflectit: *quando vi eum capere non vales, vide an dolo poſſis, eum demulcendo, & amicitiam ſimulando.* Ita *Jun.* & *Trem.* nec non *Piſc.* aliique. Longius quoque abit *Cocc.* 4. *Si tam audax fueris, ut ferire eum ſuſtinueris, cogita illum pugnaturum, &, ſi potes, fuge, neque iteres ictum.* Notum, ubi *Balæna harpagone icta*, *fugam capiundam*: ſed non ignotum quoque, *iterum iterumque jacula in belluam intorqueri.* Paulo quæſitius 5. *Schmid. pone, ſi potes, tantum ſuper illum manum tuam, & per unam hanc manus impoſitionem tantum tamen præſta, ut non opus tibi ſit, amplius de ulteriori adverſus eum bello cogitare, ſed ille prorſus devictus coram te ſe proſternat. Non ſane potes. Atqui ego hoc poſſum. Non ergo mihi æqualis es, ſive potentia, ſive juſtitia, ſive ſapientia.* Pro *Orca* III. Cl. *Haſ.* p. 160 *Significari puto Leviathanem non animal eſſe, quod pro arbitrio tangere manu tua, ac demulcere poſſis; ut animalia* χειροήθη, *qualis &* Crocodilus, *quem hic loci non poſſe intelligi inde ſupra collegimus.* (Nempe *pag* 68. 69.) *Contra, ſi id feceris, actum erit de te: ita enim te aggredietur ut mox omnem prælii, & victoriæ, ſpem ſis abjecturus. Vel ubi ſe tangi animadvertet, tanta velocitate ſe in fugam proripiet, ut conſilium, eum prælio aggrediundi, tibi ſit* ab-

28 הן־תוחלתו נכזבה הגם אל־מראיו יטל׃

28 Ecce ſpes ejus mendax facta eſt: ſane vel ad conſpectum ejus proſternetur.

abjiciendum. Poſtrema melius abfuiſſent: priora in *Crocodilum* æque quadrant, quam in *Cetum*: nec χειρονήθη cogitare Vir Doctiſſ. debuiſſet eum, qui in *naturali* ſua *truculentia*. & *immanitate*, qua carni humanæ inhiat, hic depingitur. *Explic. Gall.* IV. ita verſionem adornat: *Pone ſuper eum manum tuam: meminiſſe belli non ultra adjicies.* Dein ſic ſpatiatur. *Ego te inter homines omnes elegi, quem Satanæ opponerem, ſperanti te adflictionibus ſuperatum iri. Tu eum in nomine meo viciſti. Ego ſub tua lateo perſona ad eum debellandum. Mihi ergo debetur triumphus. Ex te ipſo nil niſi imbecillitas es: & ſi tam temerarius eſſes, ut hoſtem formidoloſiſſimum ſolus adorireris, altera vice idem facere non poſſes* &c. &c. Alia habent *Greg. Philipp. Gloſſ. Ordin. Lyran. de Pined.* atque ad *Vulgat. Verſ. Memento belli, nec ultra addas loqui*, nimia mira comminiſcuntur, quæ longum foret perſequi. Nos V. in hoc verſu deprendimus *Hypotheſeos* noſtræ firmamentum certiſſimum; nam poſt ea quæ *Ironice* præmiſſa, appoſite ſubſumitur nunc tandem, *impone*, *injice* ergo *ſuper eum manum tuam: memor eſto belli*; *ne addas*. Cominus monſtrum depone: atque ita illud *feri*, ut *ictum conduplicare non ſit neceſſe.* זכר מלחמה *memor eſto belli*, formula militaris, qua Mars accenditur. אל תוסף *ne addas*, alia formula, quæ *hoſtem uno ictu conficere* jubet. Ita 1. *Sam.* 26: 8. & 2 *Sam.* 20: 10. Vides amœniſſimam *Ironiam*, quæ *Hypotheſin*, quam ingreſſi ſumus, veram eſſe arguit. Antequam hæc in mentem veniſſent, palmam dabam expoſitioni *Mercerianæ*, *Injice manum: Memorem eſſe prælii non addes. Actum erit de te. Primo pedatu proſtratus, protrituſque, jacebis.* Eſt ſatis commodum. Alterum illud plenius, venuſtiuſque, ad deriſionem.

Verſ. 28. Paulo languidius I. *Boch. Ecce ſpes illius*, qui manum ei injecerit, *fruſtrata eſt! nonne etiam ad adſpectum ejus proſternetur?* Apponit exemplum hominis, *quem umbra* tantum *tenuis Crocodili prætercurrentis conterruiſſe* narratur &c. הגם *Nonne*, haud optimo exemplo. Cl. *Cler.* adf. in תוחלתו ad *Crocodilum* ipſum reducit h. ſ. *fac eum ſalſum ſuæ ſpei, qua te devoraturum ſe crediderat, attamen merito quivis ejus adſpectu terretur; non enim facilis de hoc monſtro victoria.* Creſcit languor. Magis ad rem II. *Merc.* 1. *Enallagen perſonæ vide. Dicendum fuerat* תוחלתך *ſpes tua; ſed in genere dicere voluit, ut eſſet, non tua ſolum, ſed & omnium ſpes fruſtra erit, ſi quis tam audax fuerit, ut manum ei admoveat.* Deinde. *An etiam ad adſpectus ejus* Ceti *proſternetur?* i. e. *nonne etiam vel ad ſolum hujus piſcis adſpectum metu in terram allidetur?* Addit 2. ex aliis, *An etiam ad ejus adſpectus ſeſe projiciet* homo *in terram, ut commodius eum contempletur, capiendi ejus cauſa?* Ridicularium. Nec melius 3. quod ex *Rambane* profertur, *An etiam ad oſtendentes eum projicietur* hic piſcis? *Prout nempe alii piſces in terram projiciuntur, inſpiciundi ab emtoribus.* Non ſine torſiuncula 4. *Jun.* & *Trem. Ecce ſpes ejus* balænæ *capiundæ mendax eſt; an etiam ad conſpectum ipſius* hominis *dejicietur?* Putem innui, *vanam* eſſe *ſpem monſtri domandi*, qui nec *capi* ſe patiatur, nec hominem *formidet.* Cl. *Schmid.* eundem ſenſum aliter hinc elicuit 5. *Ecce num ſpes ejus* Leviathanis *fallet? num etiam ad viſiones ſuas*, quibus videt Jobum, *projiciet ſe? An quamprimum te, manumque tuam, adſpexerit, adeo deſpondebit animum, ut ad pedes tuos ſe projiciat? Nunquam fiet. At Ego, manu tantum impoſita, id præſtare poſſum. Indignus ergo, qui mecum compareris.* Aliter iterum *Cocc.* 6. ad *Cetum* quoque *adfixa* referens, *Ecce ſpes ipſius feſellerit, an etiam in faciem ſuam ſeſe proſternet?* i. e. *ſi necem evadere non poſſit, quod conatur, quamdiu poteſt, tamen non blanditur.* In *Ceto dentato* III. *Cel. Haſ.* ad *aggreſſorem* adf. redeunte: *Ecce ſpes ejus*, piſcem a ſe ſuperatum iri, *fallet. Num etiam ad viſiones ſuas ſe projiciet* tanquam victum? i. e. *licet fuerit ab hoſtibus ſuis viſus, anne illico is protinus ſe ante pedes tuos projiciet tanquam victus, eique tibi confodiendum permittet? Profecto non faciet.* Durum. Prius tamen Colon ita mallet,

let, *Num ſpes*, fiducia, gloriatio, *Leviathanis fallet eum? Anne tuto gloriari poteſt, robore ac magnitudine confiſus?* Ad *Leviathanem* quoque reſpiciunt Doctores *Allegorici* IV. cum *Vulgat.* qui dedit, *Ecce ſpes ejus fruſtrabitur eum, & videntibus cunctis, præcipitabitur.* Applicatur a *Gregor. Philipp. Gloſſ. Ordin. Lyran.* ad *ſpem Dæmonis de Sanctis vincendis deluſam, ejuſdemque præcipitationem in Gehennam inſpectantibus Beatorum choris.* Diverſus abit *Explicator Gall.* vertens, *Ecce ſpes de eo concepta mendax eſt; nonne etiam ad conſpectum ejus* quiſque *concidet? Omnis ſpes talis monſtri vincendi vana, ſi non fundetur in mea gratia* &c. &c. *ſolus ejus adſpectus omnes peſſum dare poſſet &c.* Ad noſtros calculos V. *ſpem ejus*, ad *Leviathanem* nec *active* referre eſt, nec *paſſive*: multo minus יוטל *projicietur* ad eum ſeſe reflectit. Utrumque ad *Eum* redit, qui *jubebatur monſtrum injecta manu debellare, atque uno ictu in mortem adfligere.* Mutatio *perſonæ* habet pondus & decus. *Ecce ſpes*, vel *confidentia*, *ejus mendax facta. Ecce etiam ad viſiones ejus projicitur exporrectus in longum.* Hæc genuina vis verbi הוטל, a טול طـــل. הגם *Ecce etiam*, cum *aſſeveratione* enunciatum, reliquos ſenſus abnuit. *Jobum* feriunt hi aculei, inſinuaturque, *tantum abeſſe, ut manu in monſtrum impoſita illud conterere valeat, ut contra ipſe ad nudam ejus conſpectum metu conterendus eſſet, ſi in congreſſum ſolus cum ſolo veniret.* Hoc adſpectu *Crocodilum* manere poſſe, poſſe & *Cetum*, aliudve *monſtrum terribile*, quivis intelligit; ac proinde hactenus quidem lances in æquilibrio ferme.

CAPUT QUADRAGESIMUM PRIMUM.

Verſ. 1. Nemo tam truculentus qui eum expergefaciat, & quis ille qui ante faciem meam in acie conſiſtat?

2 Quis

Verſ. 1. לא־אכזר כי יעורנו ומי הוא לפני יתיצב׃

2 מי

Verſ. 1. De *Capitis* novi initio, hinc ducto, ita *Merc. Sunt qui Cap.* 41. *incipiant a præced. Vſ.* הן *Ecce ſpes illius* &c. *Noſtri fere ordiuntur ab hocce verſiculo. Verum non erat magna occaſio, cum nihil novi tractari incipiat, ſed adhuc continuetur Ceti deſcriptio. Forſan verebantur ne Caput longius exiret. Quidam Cap.* 41. *commodius ordiuntur Vſ.* 20. *præc.* Non magnopere nos ea ſollicitat cura. Exiſtimarim tamen, lectionem receptam eſſe concinniſſimam; & in *Vſ. præc.* Caput illud rite clauſum; quum ibi *Ironia* ad *Vſ.* 20. ſuſcepta finiatur. Inde oratio ad ſerium genus converſa, *Scopum*, quo hæc tela deſtinata erant, indicat; atque in magnifica deſcriptione *animalis formidoloſiſſimi* terminatur, ut Noſter ultimo iſto terrore admoto victas præberet manus, herbamque *Creatori* porrigeret.

Ibid. Duo priores verſiculi negotium faceſſunt: & diverſimode applicantur. Nimis ſicce *Boch* I. *Leviathanem non eſſe* Balænam, *ſed Crocodilum, multo apertius patebit ex ſeq. Ut autem de* Leone *legitur Gen.* 49: 9 & *Num.* 24: 9. *Quis excitabit eum? ita hic de* Crocodilo, *Non eſt ita ferox* ullus *ut excitet eum, cum ſatur in littore dormit. Cetera prætereo uſque ad Verſ. tertium, quia nihil faciunt ad rem, quam agimus.* Faciunt quamplurimum, quin *cardinem* conſtituunt *Quæſtionis*; quæ nunquam tot fluctus dediſſet, ſi ad hanc *Cynoſuram* fuiſſet navigatum. Ad rem *Epiſc.*

E.

Elienſ. Si aliqua ex meis Creaturis tam terribilis, ut nemo vel dormientem expergeſacere audeat, quam periculoſum eſt meam Majeſtatem provocare? Eodem collineant *Cler. Crinſoz. Reim.* &c. Ad rem II. item *Merc.* 1. *Non eſt quiſquam ita ſævus, ut eum* e ſomno *excitare audeat; tantum abeſt ut vigilantem aggrediatur* &c. De יעורנו ſubmonet, eſſe, qui malint, *Qui eum provocet in certamen.* & *Kimchium* quidem *tranſitivam poteſtatem* τοῦ *Kal*, ex h. l. vindicare; ſed *emendatiora Biblia* ſiſtere יעירנו ex *Hiphil.* De nexu hæc ſubjungit. *Ego de Deo expono per comparationem majorum, & minorum, ut poſtquam duas beſtias immanes deſcripſit Dominus, interſerat, priuſquam abſolvat membrorum Leviathanis deſcriptionem, quorſum hæc directa.* q. d. *Quod ſi tanta Bellua Behemoth, ut a nemine ſubjici, & domari poſſit: ſi Leviathan tanti roboris, tam vaſtæque molis, ut vel aſpicientem terreat, nec quiſquam tam ſævus, aut potens, reperiatur, qui eum in certamen provocare audeat: quis quæſo mecum contendere ſuſtinebit? me in certamen provocare, ut tu, Jobe, feciſti?* Hæc longiuſcule excerpſi, ut liquido appareret, a *Scopo* deflexum fuiſſe, ut in *Behemotho*, ita nunc in *Leviathane*, quando agi creditum de *captura ordinaria* vel *Crocodili*, vel *Balænæ, Cetive dentati:* ac proinde non aliunde *controverſiam* decidi poſſe, quam ex *coloribus* & *lineamentis*, quibus *maximus* hicce *terror mortalium* in ſequentibus ad vivum expingetur. Cum *Merc.* faciunt tantum non omnes: *Munſt. Iſid. Pagn. Vatabl. Calvin. Jun & Trem. Piſc. Druſ. Codurc. Grot.* cujus hæc nervoſa ſumma: *Nemo ita audax ut eum* dormientem *ſuſcitare audeat; nedum ut vigili ei ſe oſtendat. Quis ergo mihi Opifici ejus reſiſtere poſſit?* De hoc nervo remittit *Cocc.* 2. vertens, *Non eſt* quiſquam *immanis, quum ſuſcitat illum: & quis ille qui coram me conſiſtat?* q. d. *Nemo tam truculento, & efferato, animo, qui non, quum balænam excitaturus eſt, oblitus ſuæ feritatis, paveat: quis igitur coram me poterit conſiſtere? Obſerva* Antitheta. *Qui* excitat *balænam, adoritur* quieſcentem, *& efficit, ut ſe commoveat, manu injecta: ſimul* fugit; *& eſt extra periculum. At Deus, tanquam judex, congreditur cum improbis: quis tum poteſt ſuſtinere vim ejus?* יעורנו pro יעוררנו *ex Pih.* ut *Cap.* 31: 15. יבוננו. Vides. nimis. inſiſti in *modum piſcandi*, unde contra *Balænam*, ut *fugacem*, & *timidiſſimam*, mox diſputabitur a Cl. *Haſ.* De *Hypotheſi* reliqua, confer quæ *Cap.* 40: 10. præmiſſa. Cl. *Schmid.* quoque 3. multum nervo detraxit, dans, *Nonne crudelis eſt quum* quis *excitat illum? & quis eſt qui coram me conſiſtat?* Subaudit *interrog.* ut לא pro הלא ſit: & אכזר *crudelis* ad *Leviathanem* ipſum commodius redire cenſet, in h. ſ. *Quod ſi Leviathan adeo crudelis quum irritatur, quis ergo irritabit me, litigando, qui ejus Creator ſum. Qui fieri poſſit, ut non exardeſcat in eum ira mea.* Non belliſſime. Longius abiere 4. Veteres *Septuag. Aquil. Theod. Syr.* & *Arabs:* quibus inſiſtere non eſt operæ. *Vulg.* omitti nequit 5. Is dedit: *Non quaſi crudelis ſuſcitabo eum. Quis enim reſiſtere poteſt vultui meo?* Quomodo Erud. *de Pined.* & *Vavaſſ.* accommodare conentur, apud ipſos legi velim: liquet enim non veritati id datum, ſed auctoritati Interpretis, cujus etiam errores videlicet non errant. Extra oleas *Ab. Eſra* 6. poſtremum Colon per *Proſopop.* attribuit ipſi *Belluæ*, ita glorianti, *Et quis eſt qui coram me conſiſtat?* Contra *Balænam* & *Crocodilum*, pro *Ceto dentato* III. hinc validiſſimum torqueri poſſe telum putabat Cel. *Haſ.* p. 46. & 65. ſuam ſententiam p. 165. 166. ita exponens, *Scopum Dei eſſe, Jobo immenſam ſuam potentiam oſtendere: & quam nemo ſit mortalium qui cum eo litigare, aut ad certamen cum provocare poſſit. Qui id auſerit, peſſime ei id ceſſurum. Ea propter duo vaſtiſſima Animalia proponi, inexhauſti roboris, in Terra æque, ac in Oceano; juberique ut ab effectis ad cauſam adſcendendo, colligatur,* quantum eſſe *oporteat qui* tantæ *molis belluas creare, flectere, ad nutumque coërcere poſſit. Hoc capite ergo pergit, Neminem unum tantæ fore vel audentiæ, vel ferociæ, ut laceſſere ſuſtineat* Leviathanem; *quanto minus tantum ſibi a quoquam ſumendum, ut ejus piſcis Creatorem, ac Dominum, vel provocare, vel cum eo in arenam deſcendere auſurus ſit. Si quis fecerit,* illi retribuendum, *dignaſque furoris pœnas auferendas: Dei quippe* omnia quæ ſub Cœlo *eſſe, quibus ad arbitrium uti queat.* Et hæc ſub conſpectum danda duxi, ut pateret, Doctiſſimos Viros, ubi huc ventum, recta ferire; quum in reliquis minus certa manu jaculentur. Scilicet, agnoſcitur agi de *provocatione* in *pugnam ſolitariam.*

2 Quis prævenit me, ut rependam? quicquid ſub cœlo univerſo, meum eſt.

3 Non

ב מי הקדימני ואשלם תחת כל־השמים לי־הוא׃

3 לא־

riam, ſive *duellum*, *collato pede*, *aperto Marte*, *fiducia virium* in congreſſu *exerendarum*. Supervacuæ ergo diſcuſſiones, quæ *facilem*, *difficilemve*, *capturam Belluæ*, ex inſidiis circumventæ, *ſpectant*: & quod jam ante tetigi æquum ferme jus in hac ſcena *Crocodilo*, *Balænæ*, *Orcæ*, quin *Draconi*, ratione hujus conſpectus, quo inter ſe committuntur *Duellatores* male *comparati*. Infelix IV. *Allegoria*, ad verſionem *Vulg.* non felicem, in ſcopulum hic incidit. Fractas tabulas dabunt *Gregor. Philipp. Lyran. de Pined.* &c. Summa huc redit, *Deum non eſſe crudelem* dicendum, *quod tantam poteſtatem Dæmoni dederit*, *partim in probos ad tentationem*, *partim in improbos*, *ad perditionem* &c. &c. Naufragam ratem colligere voluit *Explicat. Gall.* ad *Hebræam* veritatem reſtituens, *Nemo ita impavidus*, *ut ſuſcitet eum*: *Quis ergo coram me conſiſtet?* Laudo. Inde porro inſtatur. *Si Balæna intelligeretur*, *nimis mira videri deberet comparatio*, *qua terrorem vel dormientis Leviathanis proponit Deus*, *ad Majeſtatis ſuæ terrorem inſinuandum*. *An verum*, *neminem accedere audere ad Balænam ſomno oppreſſam*, & *fluitantem*, *ut harpagonem in eam defigat?* &c. &c. *Sed detur verum*, *quid proportionis inter metum qui Deo debetur*, *&* *inter eum quem Balæna*, *vel tranquilla*, *incutere apta?* *Quid inter duo hæcce copulæ?* *In caſſum reſpondetur*, *convenientiam in eo ſitam*, *quod ex terrore*, *quem Creatura ciere poteſt*, *colligi queat*, *quam formidoloſa ſit Creatoris Majeſtas*. *Hæc reſponſio*, *peræque quadrans in reliqua animalia noxia*, Leonem, *puta*, Tigrim, *alia*, *inducit comparationem inter duos metus e diametro differentes*, *alterum quem Dei præſentia inſpirat*, *alterum quem conſpectus monſtri marini &c. &c.* *Conficitur hinc*, *omnia eſſe frigida*, *& male conſuta*, *ſenſu literali*; *prout figurato omnia grandia*, *& apte connexa*. Videamus quid ferant promiſſa. *Somnus Draconis nihil aliud eſt*, *quam* Regni ejus tranquillitas. *Videtur*, *quum cuncta obediunt*, *mitis*, *tractabilis*, *intentus ad quietem ſuorum procurandam*; *non ad jugum ipſis imprimendum*. *Hanc pacem ſi quis auderet ſollicitare*, *omnis inferorum terror in eum conſurgeret*. *Quis ergo vel hominum*, *vel angelorum*, *ſuſtinere poterit adſpectum hujus vindicis meæ juſtitiæ*, *eique ſuos extorquere captivos?* *Jam vero per potentiam hujus iræ meæ executoris*, *judica quam formidabilis ſit mea Majeſtas*. *Si miniſter vindictæ meæ viliſſimus terrorem incutit cordibus*, *neque exarmari ab ulla creatura poteſt*; *quid facere poſſes ad iram*, *& maledictionem*, *peccatoribus a me intentatam*, *avertendam?* *Diſcatur ergo*, *quis ſim*, *& qualis mea Juſtitia*, *per adſpectum terribilem*, *& robur invictum*, *Monſtri*, *ad antrum illud excubantis*, *in quod inimicos meos conjicio*. *Quis coram me conſiſtet?* Contraxi longiorem adhuc *periodum*, in qua tornanda *Facundiſſ. Auctor* omnem vim eloquentiæ ſuæ inſumſit. Si flores tollas, nudum hocce reſtat, *Comparationem inſtitui inter Dæmonem*, & *Deum*. Hoccine jam illud *grande* & *apte connexum*, quod promittebatur? Ego vero vel hinc colligo, infeliciter *Dæmonem* illuc inſeri, unde univerſus nexus, & ſcopus, longiſſime eum exulare jubent. Sed *metus Balænæ*, inquit, *& metus Numinis*, *toto cœlo differunt*. Quid tum poſtea? An propterea non licet *mortalem*, *qui Deum provocaverat*, *ad tenuitatis ſuæ ſenſum revocare adſpectu Creaturæ tanto terrore armatæ*, *ut dormiens quoque*, *& ſopita*, *in conſternationem conjiciat*, *vel audaciſſimos*; & *animis*, *viribuſque*, *præferoces?* Tales vocabulum אכזר adfert, *violentum perfractorem* ex *Origine*, ut ſuſpicor, ſonans; quamvis de eo necdum pro certo conſtet. Sub finem, quicquid forte ſcrupuli reſtare poſſet, levare conabor. Nunc V. hanc *ſummam* conficio, 1. melius יעירנו de *excitatione dormientis* exponi, quam de *provocatione vigilantis*. 2. Novam fieri inſtantiam, quæ *Crocodilo* non minus apta, quam *Balænæ*, aut *Orcæ*: quando de *Monomachia* ſermo eſt, qua *pes pedi conſeritur a pari depugnantium*. 3. Hinc forte commodiorem *Crocodilum*, vel & *Draconem*, quam vel *Balænam*, vel *Orcam*. Nihil tamen hacte-

ctenus in hanc vel illam partem ſatis evidens: & ni alia accedant, æquilibrium manebit.

Verſ. 2. Nihil hic *Boch.* I. Aliquid Cl. *Cler. Oſtenditur, Jobum immerito exprobraſſe velut Deo religionem ei præſtitam.* Hoc ad prius Colon. Ad poſterius, *inſinuat Deus, ſibi ſatis, ſuperque, fuiſſe, quo virtutem remuneraretur; ac proinde poſſe eum plura a ſe ſperare, quam unquam habuerat.* Cum aliqua fluctuatione II. *Merc.* 1. *Quis me antevertit bono aliquo, qui meo nomine aliquid fecerit, aut me ulla in re juverit; aut me robore & potentia vicit; ut reddam ei mercedem? Nemo ſane: nam abſoluta mihi potentia.* &c. Addit 3. ex R. *Levi*; *Quis me antevertit in rerum creatione, ante me creans, quæ ego perficiam. Quaſi duo fuerint Opifices mundi* &c. Tortum. Egregie *Vulgat.* 3. *Quis ante dedit mihi, ut ei reddam* &c. Ita *Apoſt.* ad *Rom.* 11: 35. Inde & *Cocc. Quis prævertit me, ut ſolvam* &c. Capit pro argumento *juſtitiæ ſervatæ in judicio: a. ab indebito. b. a jure ſuo.* Non abſimiliter *Schmid.* 4. rationem reddi putat, *cur nemo Litigator coram Deo conſiſtere queat*; quia nempe *nemo habet juſtam cauſam cum Deo litigandi, aut aliquid ut debitum poſtulandi* &c. Ex *proſopop.* 5 *Ab. Eſra*; *Quis me antevertet ut rependam ei, quod debetur victori, præmium fortitudinis?* &c. LXX mutata perſona 6. τίς ἀντιςήσεταί μοι καὶ ὑπομενεῖ; Id longius abit, & tamen aliquid boni præſtat, de quo mox. Idem judico de conatu *Pinedæ* 7. *Quis præoccupavit me laceſſendo, & pacem retribui ei?* &c. Quid Cl. *Haſæo* III. hic placuerit, ſupra patuit. Eſt minus concinnum. Extra lineas IV. fertur *Allegoria.* In *Gloſſ. Ordin.* habes: *Ad parcendum reprobis nulla ratione compellor.* Item, *Leviathan ille beatitudinem quidem meam perdidit, ſed Dominum non evaſit.* Confer *Gregor. Lyran.* &c. *Auctor Explic. Gall.* ſubtilius hunc locum tractat, atque firmamentum *Hypotheſi* ſuæ, ex applicatione *Apoſtoli Rom.* 11: 35. 36. addere conatur. Obſervat ergo 1. *Deum hic comparere in omni ſua Majeſtate, & Independentia.* 2. *Victoriam de Dæmone reportandam per Jeſum Chriſtum* deſcribi; *Eumque jam, ut Sapientiam Patris Jobo, exponere cauſam incarnationis ſuæ.* 3. Hunc ergo ſenſum eſſe: *Ad Dæmonem debellandum, requiri abſolutam Independentiam, & Divinitatis vim ac Jus, ut Gratia, & Juſtitia, pro arbitrio diſpenſare quis poſſit.* 4. Proinde, *Jobum non eum eſſe qui generis humani Redemtorem agere poſſit*; *ſeque Filio Dei parem præſtare.* Prius textus noſter ſponte ingerit; poſteriora, utut dubio vacua per ſe; ei oggeruntur, ex priva *Hypotheſi.* Mihi ſeriem, V. & vim illationis, attendenti, occurrebat aliquando, *Quis aggreſſus eſt me, & pacem feci*, i. e. *dedidi me?* Nempe הקדים اقــدم *prævertit*, etiam *Bellicum* eſt, & in *animoſa aggreſſione* frequentatur. Similiter שלם *pacem facere*, in *bello*, honeſte, pro *in deditionem venire.* Vide quæ ad *Cap.* 5: 23. Hoc arctiſſime cohæret cum *præced. Quis ille qui coram me in acie ſe ſiſtat?* Tale quid obverſari debuit Senioribus, quum dedere, Τίς γὰρ ἐςιν, ὁ ἐμοὶ ἀντιςὰς; Ἢ τίς ἀντιςήσεταί μοι, καὶ ὑπομενεῖ &c. Ait profundiorem, verioremque, loci ſenſum aperuit *Apoſtolus*, τίς προέδωκεν μοι, καὶ ἀνταποδώσω αὐτῷ; *Quis prævertit me* beneficiis, *ut reddere ei tenear.* הקדים اقــدم *prævertere, prævenire beneficiis*, item peruſitatum. Monui in *Juvenil.* Nempe قَدَم *præceſſio, præverſio*, itemque قِدَم, pro *merito, benefactore*, conteritur, quo quis alterum ſibi debitorem facit. *Algaz.* MS. inter *fundamenta pietatis* commendat ذكر سوابق الله الينا من غير قدم اى شفيع *Memoriam prævenientium beneficiorum Dei erga nos, citra præverſionem* noſtram *aut interceſſorem.* Item, *Recole ſemper* كثرة اياديه اليك ونعمه عليك ظاهرة وباطنة من غير شفيع اى قدم سابقة *multitudinem liberalitatum ejus erga te, & beneficiorum quibus cumulatus es extus, & intus; citra interceſſorem, aut præverſionem ullius meriti.* Vides Sacram quodammodo formulam, qua *Deum præverti* poſſe negatur; aut *ullam ſub obligationem venire*, quippe quod *inferioris*; quum *Deus* ita *ſuperior*, ut *ne tantillum* quidem inde *decedere* queat. Hoc ex loco noſtro ad lucem S. Spiritus expromſit nobis Apo-

3 Non ſubticebo membra ejus ramoſa, & rem fortitudinum, & opportunitatem inſtructæ armaturæ ejus.

'4 Quis

3 לא־אחריש בדיו ודבר גבורות וחין ערכו׃

4 מי־

Apoſtolus; atque ad *ſublimiſſimam* illam *veritatem*, in quam *Caro* ſemper rebellabit, de *abſolutiſſima Dei in creaturas ſuas potentia*, applicuit; & quidem ſecundum textus noſtri *Scopum*, totiuſque convictionis ſeriem, in qua Deus *expoſtulationes*, & *querelas* confutat *Jobi*, qui *injuriam* ſibi *factam* animoſiſſime contenderat. Cum hoc ſenſu amice tamen conſtare poteſt & alter ille, quem propoſui, *Quis aggreſſus eſt me, ut dedere me debuerim:* & diſpiciendum, an non *Figura* illa *graviſſima ex Ancipiti* hic adhibeatur, qua *una* ſententia *duplicem faciem* admittit, per *Syllepſin*, quam vocitant Rhetorum Filii. Utrique adſpectui paratum & hocce, *ſub omni cœlo*, quod eſt. *meum eſt.* Abſolutiſſimum mihi cum robur, tum imperium, arbitriumque. Utrumque item *Jobo* confutando validiſſimum, quippe, cui nec *robur*, nec adeo *Jus*, ad litem *ſupremo* omnium *Domino*, & *Arbitro* intendendam.

Verſ. 3. Parce *Boch.* I. dans, *Illius membra non ſilebo, nec ſtatum virium ejus, nec gratiam ſtructuræ:* atque apponens; *Qualia membra, quæ vires, ſuppetant Crocodilo, vel ex his Ammiani collige: Ut armatus eſt unguibus, ſi haberet etiam pollices, ad evertendas naves ſufficeret.* Cl. *Cler.* notat, חין pro חן poſitum, quaſi a *Rad.* חון, atque *pulchritudinem* hic adferre, ut *Nah.* 3: 4. Alterum ערך *armaturam* nunc ſonare cenſet, ut *gratia*, vel *pulchritudo, armaturæ* tribuatur *Crocodilo*, propter *textum ſquamarum, cui ſimilis armatura equitis cataphracti.* Ad hanc imaginem *Ælian.* H. A. L. 10: 24. Νῶτα πέφυκε καὶ τὴν οὐρὰν ἄῤῥηκτος, λεπίσι μὲν γὰρ τε καὶ φολίσι πέφρακται, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ὥπλισται, καὶ ἐοίκασιν ὀστράκοις καρτεροῖς, ἢ κόγχαις. *Tergum & caudam invulnerabilis, corticibus quippe cataphractus quaſi, & armatus ſquamis, quæ teſtis validis, conchiſque, ſimillimæ.* Elegans, & doctum; nam ערך ſæpe *bellicum.* Pro nexu additur, *rediri ad deſcriptionem Crocodili.* Diverſiores qui in II. claſſe. *Merc.* 1. hæſitabundus, *Non tacerem membra ejus ſi quis me antevertere, aut ſuperior me eſſe, poſſet: ejus laudes utique celebrarem. Alii, non tacerem* mendacia ejus; *ut Cap.* 11: 3. q.d. *verba ejus, quæ tamen* mera mendacia, *quibus ſe jactitat fore me* (*aut Ceto juxta alios*) *ſuperiorem, haud reticerem.* Ad חין ערכו *gratiam inſtructionis*, notat, ערך מלחמתו *gratiam qua adverſum me aciem, & prælium, inſtrueret: vel adverſus Cetum.* Item חין pro חן, ut בן pro בין. Vides rationes parum liquidas. Submonet 2. eſſe, qui per *Proſopopœiam* hæc *Ceto* attribuant, quaſi is diceret, *Si quis me vincere poſſet, non reticerem ejus membra, & fortia facta, & gratiam qua in me bellum inſtruxiſſet.* Friget. Adjungit 3. pleroſque ſic ligare, & exponere, *verum ut intelligas, O Job, & ſi quis alius vellet cum Ceto congredi, quam ſit luſurus operam, non tacebo robur membrorum ejus, ejuſque virtutes, & gratioſam, jucundamque, diſpoſitionem membrorum ejus.* Cl. *Cocc.* 4. accipit ut compendium, & ſummam, dicendorum porro de *Livjathane*, in h. ſ. *Non tacebo membra ejus, & ſermonem præpotentiarum*, & *gratiæ diſpoſitionis ejus: cum ſeſe infert & diſponit in mari. Scilicet a Vſ.* 4. *ad* 9. *de membris agitur. De præpotentia & terribilitate a Vſ* 10. *ad* 21. *De pompa & ingreſſu in mari Vſ.* 22. 23. *Et hæc quidem eo, ut illuſtretur ferociæ limitatio.* A primo tamen illo *Merc.* non alienus, ſubtexit, *Optionem interim facio, velitne aliquis verba illa ad* hominem *referre, hoc modo: ſi quis eſt, qui dicat, ſe me præveniſſe, quantuſcunque ille ſit, non ſilebo* jactantias ejus, *aut* ſermonem præpotentiarum, *aut* gratiam diſpoſitionis ejus, *qua ille congrediatur mecum.* q. d. *Facile erit mihi oſtendere quam parvus, debilis, vilis, ſit ad me. Nam vel* artus belluæ, *ejuſque* præ-

præpotentiam & majeſtatem *ei opponam.* Et hæc parum liquida: nec optioni locus relictus. *Grot.* 5. *Non ſilebo ramos ejus*, Ceti, & *rem omnem virium ejus*, & *concinnitatem commenſionis ejus.* Per *ramos* intelligit Vir ſummus *fiſtulas in fronte:* & חין pro חן per *Tſeri* ex antiqua ſcriptione proveniſſe opinatur. Veteres 6. turbant. Mitto LXX. alioſque. *Vulgat.* habet, *Non parcam ei & verbis potentibus*, & *ad deprecandum compoſitis.* Hæc cum *Hebræo* fonte conciliare contra animi ſententiam, quod facile tralucet, annixi *de Pined.* & *Vavaſſ.* verecunde illi quidem; *Bolduc.* inverecundiùs, qui de ſuo recte dans, *Jam vero non breviter, nec paucis, ſed ample & diſtincte volo diſſerere de membris ejus*, & *narrationem facere de mirabili fortitudine, deque elegantia diſpoſitionis ejus*, jocularirer addit, *forſitan idem. intellexiſſe Vulgatum*, *quod qui aliquem obnixe deprecantur, uti ſoleant multiloquio.* Criſis *Maſor.* 8. pro לא ſubſtituens לו plane ἄκελτος, quin ſubleſtæ fidei: ut ex Cl. *Capel. Crit. S.* p. 116. percipies. Ei non eſt cur vel tantillum curæ impertiamus: ut nec *Gloſſæ Jarchianæ*, qua בדים *Rami* referuntur ad *Liberos Jobi*; ut reliqua ad *ejuſdem Juſtitiam.* Cl. *Haſ.* III. autumat, *præcedentia per ἐκβολὴν λόγου inſerta;* & *rediri nunc ad inſtitutum, deſcriptionemque ſuſcipi membrorum, vel nervorum, Orcæ, nec non roboris, ac miræ corporis diſpoſitionis.* Mavult *nervos*, quam *membra*, *quod piſcis hujus totum corpus ex nervis*, &, *tendonibus durioribus*, *conflatum rigeat, unde impenetrabile ei tergus.* Conturbatiſſima IV. *Allegoria*, ad verſionem non limpidam. *Philipp.* ſive *Pſeudo-Hieron. Hoc fortaſſis de* Diabolo *intelligere poſſis, etſi ſit contumax in Deum, tamen tremere creatorem ſuum*, & *vel per ſimulationem Domino obſecrare, ut nequam ſervum.* In *Gloſſ. Ordin. Hoc de ejus corpore* i. e. *de iniquis intelligitur. Sunt namque qui prolixas ad Deum preces habent, ſed vitam deprecantium non habent. Veraciter orare, eſt, amaros in compunctione gemitus, non compoſita verba, reſonare.* Erud. *Auctor Expl. Gall.* ut ſcopulum hunc flectat, ex *Hebræo* reponit, *Non ſilebo lacertos ejus, narrationem virium ejus*, & *robur conſtitutionis ejus.* Jubet pro חין reſcribi חיל *vires, robur:* quod חן *gratia, venuſtas*, nec *Hebræum* ſatis, nec loco huic aptum; quum *monſtrum horribile* nullam habeat *gratiam*, præſertim illud quod *Cœleſtem originem non ſervavit.* Ne nulla videretur emendatio, & probatio, quatuor inſtantiis utitur pro ſola *Figura.* 1. *Si ageretur de viribus Balænæ, jam plus ſatis, quin nimis magnifice, eas deſcriptas.* 2. *Nihil utilitatis inde ad Jobum pervenire potuiſſe, quippe cui mare non currendum, nec Balænæ timendæ* &c. 3. *Non eſſe cur Deus tale animans cepiſſet, quod Jobus nec viderat, nec viſurus eſſet, quum alia aptiora ad manum eſſent.* 4. *Nullam copulam dari poſſe inter verba Majeſtatis Divinæ plena* Vſ. 1. 2. & *hæcce noſtra, ſi nihil aliud ſpectetur quam Balæna.* Addit, *ſe perſuaſum omnes Interpretes qui* Literam *ſequuntur, maluiſſe Librum Jobi uno aut altero Capite minorem; atque omni ſua religione indigere, ad venerationem S. Script. non amittendam.* Inde velut ſi *Archimedææ demonſtrationes* prolatæ eſſent, concluditur, *Solum ſenſum figuratum apte cohærere, cum reliquis partibus hujus Libri:* & *reſpondere Scopo Dei; ad Jobum inſtruendum; atque oſtendendum, cur nec Homo ullus, nec Angelus, Dæmonem vincere poſſet, a ſolo θεανθρώπῳ ſternendum; atque triumphandum.* Nos viciſſe nobis videmur, nec *Oeconomiam Libri*, nec *præſentem Scopum*, quicquam tale pati, nedum exigere. Cl. *Cocc.* aliovorſum collineans, & tum *Behemothum*, tum *Livjathanem* in ſcenam productum cenſens, ut ſpecimina curæ Divinæ, qua improbos in bonum ſuorum *coërcere, edomare, cancellis includere*, ſolet, ſicut *Literam* minime ſeponit, ita jus quoddam habuit *Figuram* quoque reſpiciendi, quæ ob oculos ponat *Limitationem ferociæ Satanæ, qui Electis nocere non queat; ac propterea in* Judicio & Ordine *Dei, quem cum ſuis tenet, ut rectiſſimo, acquieſcendum.* Generali hocce conſpectu contentus, prudentiſſime ab enucleatione ſpeciali Emblematum temperavit. Eam vitreos dare fulgores deinceps parebit. Pro noſtris rationibus V. ut nil illuſtrius, pictiuſque, hac deſcriptione *Belluæ terribiliſſimæ*, ita nihil quoque ligatius, deductiuſque, ad univerſam ſeriem. In præcedenti Capite Deus *ferociuſculos illos Jobi animos*, qui per totum Librum ſe exerunt, *ludendo* veluti *caſtigarat* clementiſſime, *Ironica* uſus *laudatione*, qua eum *Behemotho*, & *Leviathane*, *facile ſuperiorem fore* prædicat, ſi modo *manum* iis *injicere* conaretur; quippe qui vel minis ſuis eos in deditionem compellere, ſub victoriſ-

 que

4 Quis nudavit faciem ejus veſtitam? quis duplicatum ejus frenum adducet?

4 מי־גלה פני לבושו בכפל רסנו מי יבוא׃

5 Val-

5 דלתי

que pedes adigere, poſſet. Hac anſa placuit Numini, ut ante *Behemothi*, ita nunc *Livjathanis vivam* quaſi ac *ſpirantem picturam* præbere, longe, late, lente, circumductam, ut tanto fortius adtecta, & concuſſa, mens *Jobi*, in ſe deſcenderet, atque tenuitatis ſuæ conſcientia compungeretur. Eo jam fine reſumitur, poſt oportuniſſimam illam inſertionem, qua ſcopus declaratur, *Non ſubticebo ramoſa membra illius formidoloſiſſimi monſtri, quod vel ſomno vinctum, terrorem inſpirat* &c. De בדים conſule quæ ſupra *Cap.* 18: 14. tetigimus, unde *vectes* quoque tenere liceat, i. e. *robora*, & *firmamenta corporis*, *toroſve* validiſſime *conſertos*. De חין ערכו ſic judico; ferri poſſe, *pulchritudinem*, ſive *gratiam diſpoſitionis ejus*; vel *ſtructuræ*: melius exire, *gratiam inſtructionis ad aciem*, & *terrorem bellicum*: ſed cum *Avenar.* & *Cler.* novam tunc *Radicem* ſtatuendam חון vel חין, ejuſdem poteſtatis cum חנן. *Arabes* ſi conſulamus חנן حسن, & חין حان multum differunt: illud enim valet, *ſtridorem dedit e gutture*, mater erga pullum commota. Inde *adfectum tenerum*, *miſericordiam*, *gratiam*, notare cœpit. At חין حان in *Camus* exponitur قرب وان *propinquus*, *opportunuſque*, vel *tempeſtivus*, *fuit*. Derivatum חין حين item يصلح لجميع الازمان طال اى قصر *ad omnia tempora ſive longum ſit, ſive breve*, *aptum*. Præſertim tamen venit in *tempore ſtato*, aut *ſpatio præfinito*; unde porro *tempeſtivitas*, & *opportunitas* ducta. Videatur ergo, an non tutius ſit, & ſimplicius ſimul, *atque opportunitatem inſtructionis ejus*: quam *opportuna*, atque *tempeſtiva*, ſit *univerſa* ejus *ſtructura* ſimul, & *armatura*, qua eum ad *Terrorem ſui incutiendum*, ut *Cataphractarium* aliquem, *ornavi*.

Verſ. 4. Grandes figuræ Non feliciſſime I. *Boch.* ad prius Colon: *Quis retexit ſuperficiem veſtimenti ejus?* i. e. *corticoſam cutem, quam* Crocodilus *nunquam exuit, non e aliter ac Serpentes reliqui: ut Suidas in* φολιδωτὸν *indicat.* Poſterius reddit: *In duplex frænum ejus quis ingredietur?* i. e. *in* Labia *ſeu* Rictus *ejus, qui freni duplicati ſpeciem habent. Ita R. Sal. Huc facit quod & χαλινοὶ fræna, ſint labiorum pars quædam.* Et hoc minus felix, quod ad collationem ſaltem illorum χαλινῶν. Sic fere *Epiſc. Elienſ.* & *Reim.* Cl. *Cler.* ad eandem verſionem, hanc exhibet mentem ad prius Colon, *Quis illi detraxit ſquamas vel validiſſimo ictu, cum hoc aliis piſcibus facile fiat?* Alienum Ad poſterius, *quis auderet frenum maxillis ejus interponere, habenaſque hinc atque inde trahere?* Propius vero. Utrumque a *Doct. Crinſ.* expreſſum. In *Ceto* II. *Merc.* 1. *Quis eum excoriare auſus, & vel extremam ejus cutim diſcooperire impune ſuſtinuit?* Item, *in duplicaturam habenæ ejus* i. e. *in labia, ſeu rictus, qui freni duplicati ſpeciem habent, quis ingreſſus eſt ſine periculo?* Meminit & alterius expoſitionis, qua *duplicatura freni* proprie ſumitur, pro *freno duplicato rictui inſerendo, ad inſtar equi:* ſed *figuram* præferr ex R. *Salom.* Frigide *Ab. Eſra* 2. לבושׁ *indumento* ait deſignari *mare, quo monſtrum obtectum.* Minus provide ſecutus *Piſc.* aliique, q d *Quis extrahet eum e mari quo tanquam veſte tectus eſt?* Quæſite 3. *De Pined.* per *faciem indumenti* intelligit *indumentum faciei*, quod explicat de *prægravi pondere ſuperciliorum balænæ, quibus obruuntur oculi ejus, quum pingueſcit, ita ut oculorum vice uti cogatur Muſculo prænatatore.* Ultimum Colon, quod *Vulg.* dederat, *Et medium oris ejus quis intrabit?* item pertinere ſuſpicatur ad id quod probati Auctores tradunt, *tempeſtate imminente Balænam fœtus ſuos ore excipere, & recondere.* Et hoc longe petitum. Cl. *Cocc.* 4. *Quis deſquammavit eum, ut nudum tergus appareret? Ergo non eſt* Cro-

co-

codilus: *nam Deus demonſtraturus Belluæ inexpugnabilem duritiem removet adjumenta*, ſquamas, *aut* teſtas, *in majus miraculum.* De *Capiſtro duplicato* cenſet, ita vocari *mandibulas, vel quia vinciri ſolent capiſtro, vel quia* ἀνάλογον *ſunt.* Subdit, *Cetum hic quaſi Equum generoſum ad prælium inſtructum introduci, non exarmandum ab homine, aut debellandum.* Iſta fere imago 5. obverſata *Grot. Simile ab Equo ſumtum; Quis ei detrahet ſtragulas, aut Ephippia? Et quis veniet ut lupatum ei injiciat?* Plenius *Codurc. A re equeſtri ſumtum. Notum in ſtabulis Equos generoſos ut plurimum ſtragulis opertos eſſe, & Equiſonem antequam ſternat eos, ſtragulam detrahere, dein pollice injecto rictum diducere, atque frænum in os indere.* Interrogat *ergo Dominus, Quis tam firmo animo, qui ad Leviathan accedat cum fræno lupato, eumque non aliter atque Equum tractare tentet?* Suum quoque conferens Cl. *Schmid.* 6 *faciem veſtis* interpretatur, *Anteriorem ſquamarum partem, in capite, quæ inſtar faciei eſt.* Item *duplicatura freni,* mallet deſignari *locum in quem frenum injiciendam eſt, ubi mandibulæ coëunt.* Vel etiam, Ellipſi ב in ירסן, *in duplicaturam freno ſuo quis venit:* ubi *duplicatura* iterum *commiſſio mandibularum.* Utrumque coactius. Cl. *Haſ.* III. pro *Ceto dentato*, פני לבושו *faciem veſtis ejus* exponit *anteriora cutis, anteriores partes in facie, ſive capite, vel caput ipſum cum rictu hianti.* Vide *pag.* 167 168. Nempe per *duplicaturam fræni*, ſive *frænum duplicatum* idem intelligit, quod *Vſ.* ſeq. vocatur *circuitus dentium, ob ſimilitudinem, quam dentes ejus in utroque maxillæ latere poſiti habent cum frænis lupatis.* Per *Exergaſiam* ſic *Vſ.* 4. 5. unus idemque *terror Rictus & Dentium* deſcriberetur. Id parum veriſimile: nec neceſſe erat, ut in arctum ſe indueret Vir Doctiſſ. Suaviludia *Allegoriæ* IV. ſi quæris, *Philipp.* docebit, *velatam faciem Diabolo dari, quia ſe transfigurat in Angelum lucis; ſed Dominum revelare artes nequitiarum ejus.* Item, *Os Diaboli, quod Deus ſit oppilaturus, eſſe Blaſphemias: vel &* infernum, *ad quem deſcendit Salvator, ut devoratos a Diabolo homines liberaret.* In *Gloſſ. Ordin.* facetius ſaltem, *in medium oris intrare, eſt, calliditatis ejus verba penetrare; & caute penſare.* Adde quæ ex *Orig.* & *Olympiod.* habet *de Pined.* nec omittatur *Sanct.* hinc planius intelligendus, p. 1408. *Explic. Gall.* alia vertendi ratione adhibita, eodem tamen recurrit: *Quis exterius veſtimentum* vel *ſtragulas, ei detrahet? Cum lupato freno ejus quis accedet? proprie, cum duplici freno* i. e. *aſperrimo.* Ad hæc ita inſtat. *En novam probationem, Sp. S. non ſequi unam ideam in Leviathane repræſentando; & hallucinationi magnæ expoſitos eſſe, qui ad unam* imaginem *omnia referre ſatagunt, vel* Balænæ, *vel* Crocodili, *vel alterius Animantis, aquas colentis. In hoc Vſ & ſeq.* Leviathan *eſt* Equus ferox & indomitus, *nec* Ephippia *admittens, nec* fræna; *ſed tantummodo ſuperbam ſtragulam, quæ & faſtui ejus, & hypocriſi ſimul, inſerviat. Hoc ergo dicit Dominus. Quis ſatis audax ad veſtem, qua deludit homines, ei deripiendam; & ferocienti Animali lupatum indendum, quod audire cogatur, quantumvis inobediens* &c.? Habes *lepide compoſtas lexes, emblemate vermiculato*, ut *Lucil.* ait. Alluſionem tamen factam ad *Equum* non abnuo: & conjicio V. *Equum cataphractum* introduci, ad hanc formam: *Quis revelavit faciem Loricæ ejus? & duplicaturam freni ejus quis adducet?* Intelligo per *faciem loricæ ejus* ſolenni Hebraiſmo, *faciem ejus loricatam.* Nempe לבוש لبوس *indumentum*, ſpeciatim pro *Lorica totum corpus tegente* uſurpatur, quæ alias الدرع *Lorica ex annulis conſerta.* Iſtam vim forte exerit vox 2 *Sam.* 20: 8. collato *Eſaj.* 59: 17. & 63: 1. 2. Modus loquendi nemini incognitus, quo poſterius *ſubſtantivum* vicem implet *adjectivi:* Vide *Deut.* 1: 41. *Eſaj.* 2: 20. *Eſech.* 26: 16. Negatur, quemquam tam audacem, qui *Belluam a natura cataphractam adverſus aggredi* ſuſtineat, *ut denudatum os freno inſtringat.* Id ſimplicius videtur, quam *duplex frenum* de *Labiis*, vel *rictu formidoloſo*, accipere. *Venire in* vel *cum aliqua re*, eſt phraſis protrita Orienti, pro *eam adducere.* Non video ſatis, qui quadret alterum illud, *ingredi in labia*, vel *rictum.* Certe duriuſculum, quod Cl. *Haſ.* innui cenſet, p. 169. *Neminem tam projectæ audentiæ, qui vel fauces diducere, vel iis patentibus ſe committere ſuſtineat, niſi protinus in ventrem demitti velit.* De cetero tum *Orcæ*, tum *Crocodilo*, *loricatus*, & velut *cataphractus vultus*, atque *os univerſum*, ut utrique hæ figuræ ex æquo conveniant. Conveniunt & *Draconi.*

5 Valvas faciei ejus quis aperuit? circuitus dentium ejus terribilitas.

6 Mag-

5 דלתי פניו מי פתח סביבות שניו אימה׃

6 גאוה

Verſ. 5. In *Crocodilum* I. aptiſſimæ figuræ, quem nemo ignorat *immenſum oris rictum*, *valvarum inſtar diducere* &c. *tam horrendo hiatu, ut integram buculam poſſit excipere:* ut ex *Leon. Afric. Marmol. Scalig.* refert *Boch.* Eleganter hinc *Achil. Tat* ὅλος στόμα γίνεται, ὅταν χάνῃ πρὸς τὰς ἄγρας: *Totus fit os, quum hiaverit ad prædas.* Eidem *horribilem* eſſe *morſum, pectinatim ſtipante ſe dentium ſerie*, quorum alii *exerti*, alii *ſerrati*, notum item ex *Ælian. Plin. Ammian. Geſn.* & in primis *Boch.* p. 778. cui limpidæ hic rationes. In *Balæna* II. major difficultas. *Merc.* 1. ſicco pede eam tranſit, contentus *formidabilem belluæ rictum, dentium terrore armatum*, nominaſſe. *Vavaſſ.* 2. ſecat nodum. *Quod negent dentes eſſe* Balænis, *ideoque agi de alio genere monſtri, nihil dicunt. Satis enim eſt, id quo prehenditur cibus, & quaſi commanducatur, pro dentibus eſſe. Sunt autem* Balænis *virgæ prælongæ, ex ore interiori pendentes, quibus arripiunt quidlibet* &c. &c. Cl. *Schmid* 3 *Bronchias* in priori membro depingi cenſet; quod *eæ inſtar ingentium valvarum aperiri & claudi* ſoleant. De ſcrupulo poſteriore ſilet. Cl. *Cocc.* 4. jam monet *dentatos eſſe Phyſeterem, & Orcam: quin &* balænis *quibuſdam dentes attribui.* Adſcripſit quoque verſiculos ex *Oppian. Halieut.* 5. *Vſ.* 325. paulo liberius converſos. Ad verbum ſic ſonant. *Ibi alii quidem maxillarum pernicioſos ordines mirabantur, terribiliter exertos dentes, improbos inſtar ſpiculorum, triplici ſerie conſertos denſis cuſpidibus.* Confer *ibid. Vſ.* 320. *Etiam ad cadaver in terram porrectum accedere formidat aliquis, tremitque eum qui non amplius eſt, ad ipſius mortui dentes in maxillis totus cohorreſcens.* Ad prius colon hæc annotavit præcl. Interp. *Quis tubum vel* fiſtulam (*alii etiam* fiſtulas *attribuunt*) *ei fecit in facie, per quam diluvium efflaret? Alii intelligunt* os *vel* rictum. *Mihi videtur* valvas oris *nunc vocari, quod* נחורים *Vſ.* 11. *& comparari cum Naribus repandis equi.* Id a ſerie abit, non enim rogatur, *quis belluam fecerit*, ſed *quis eam ſub jugum, frenumque, mittere audeat?* De *Pined.* 5. *cetos dentatos* item hic adduxit ex *Olao M.* & *Geſn.* nec *Grotio*, & *Codurco*, aliud obverſatum monſtrum. Cl. *Halæo* III expedita omnia, quippe qui pro ſola *Orca* pugnet, *immenſa Carne dentibus truculenta*; de cujus *vaſto pondere & terrore*, adeundum laudatum *Opuſc.* p. 176. 177. *Valvas oris* cum pleriſque *Rictum* interpretatur; in quem ſane, cum *ſuis valvis bipatentibus*, *Niliacus* ille *Crocodilus* pro *buccella* intrare poſſet. *Allegoria* IV. mirifice luxuriat. *Philipp.* per *portas vultus* deſignari ait *abditam fortitudinem Hypocriſeos Diaboli, quam Dominus in cruce manifeſtavit* &c. *Gyrus dentium* eidem ſignat *voratorem inſatiabilem.* In *Gloſſ. Ordin* & *portas vultus* & *gyrum dentium* referri videas ad *iniquos Doctores*, per argutatiunculas inde hauriendas. *De Pined.* hæc pertinere cenſet ad *Fauces inferorum, in quas Dominus deſcendit, ad prædam ſuam Dæmoni eripiendam.* Subtilius adhuc *Explic. Gall. Indicatur, ante incarnationem ſævum graſſatorem egiſſe Dæmonem per peccatum, cupiditatem, & mortem, a cujus ſervitute nunc liberati fideles* &c. Sentis genus ſequax, quocunque duxeris. Nos nihil aliud V. addendum habemus, quam, & *Crocodilo*, & *Ceto dentato*, quin & *Draconi*, ſat pulchre hæc convenire; & quidem eo adſpectu, quem *Vſ. præc.* offert, *neminem ſub Belluæ rictum ſe committere audere, ut tanquam fortior, vel & ſolertior, eam ſub jugum mittat.* Si כפל רסנו *Duplicatura freni Vſ.* 4. deſignaret *labia*, dicerem negari, *quemquam mortalium tam projectæ audaciæ, ut dormienti licet Crocodilo, (vel & aliis illis) os grandibus labris veſtitum retegere ſuſtineat, valvaſque vultus aperire, ad monſtrum propius inſpiciendum.* Præfero tamen alteram imaginem, eique adjungo *dormientis Leviathanis* adſpectum, quem ne ſic quidem quiſquam impune aggredi valeat, ad *rictum* ei *refringendum*, *frænumque inter dentes ejus inſertandum.* Narratur quidem. *Tentyritas a tergo, hianti, & reſupino ad morſum, ori clavum indere auſos* &c. Aſt nunquam quiſquam illorum *audaculorum dormien-*

6 גאוה אפיקי מגנים סגור חותם צר׃

6 Magnificentiæ ſunt robuſta clypeorum; clauſum *quid*, ſigillum arctum.

7 אחד

7 U-

mienti valvas oris effregiſſet, eique clavam iſtam domitricem inter dentes intruſiſſet. De *Orca*, & *Dracone*, res non minus evidens.

Verſ. 6. Vincere nunc videtur *Crocodilus* I. ad verſionem hancce *Bocharti*, *Tergum eſt ut laminæ ſcutorum*, quarum unaquæque eſt *clauſa arcto ſigillo.* גאוה pro גוה *corpus*, item *tergum*, venire cenſet ὁ πάνυ, poſt *Aquil.* & *Hieron.* אפיקים quo fundamento *Laminas* dederit, non ſatis perſpicio. Vide tamen ad *Cap.* 40: 13. aliquid. Cl. *Cler.* גאוה a גאה pro *Tergo* deducit, quaſi *Elationem*, *partem ſuperiorem* אפיקים autem vertit *prominentias*, *protuberantias*, *umbones clypeorum*: a فـــــاق *ſuperior fuit.* Jam vero *Crocodili cutis corticoſa*, & *contra ictum omnem invicta*, ut *Herod. Ariſtot.* aliique a *Boch.* producti docent. *Amm. Marc.* eadem figura, *Cutim ita validam gerit*, *ut ejus* terga cataphracta *vix tormentorum ictibus perforentur.* Contra *Bootium* deinde diſputat, qui quum *Balænæ pellem glabram* eſſe non ignoraret, exiſtimabat *figurate* hæc capienda; q. d. *æque tutam eſſe Belluam ab inſultu hominum, ac ſi ſquamis fortiſſimis corpus munitum haberet.* Adjecerat idem, ex *Nearcho* apud *Arrian.* in *Indicis*, etiam *ſquamatos* inveniri *Cetos.* Eos *Boch.* cum *Chimæris* & *Gorgonibus* in *Utopiam* amandat, donec teſtis *Nearcho fabulatore* locupletior exoriatur. Ad II. claſſem quod attinet, *Merc.* 1. tres *Vſ.* ſeq. notans *de ſquamis ceti agere*, ita huncce vertit, & explicat, *Elatio ſunt robora ſcutorum*; *clauſum* unumquodque *ſignaculo arcto.* Addit, *Ab. Eſram etiamnum de* dentibus *intelligere*, *ſed præſtare prius:* q. d. *Elata & ſuperba ſunt robuſta ejus ſcuta* i. e. *ſquamæ*, *quæ ei clypeorum loco*, *ita robuſtæ*, *ut illis ſeſe efferat adverſus omnem aggreſſorem.* Fidem habuiſſe videtur *Nearcho* At. *de Pined.* 2. ad *Vulgati*, *Corpus illi quaſi ſcuta fuſilia*, *compactum ſquamis ſe prementibus*, agnoſcit *Cetorum pellem ſquamis carere: propter hirſutiem tamen eam ſquamoſam dici poſſe.* *Vavaſſ.* ſeſe hic deferens contra *Balænam* diſputare incipit, *quippe quæ non ſquamis*, *ſed perpetuo corio obducta ſit.* Cl. *Cocc.* 3. reddit *Faſtus* ſunt *cava clypeorum*, *clauſum*, *annulus arctus.* Subjungit, *vel hoc refutat opinionem de* Crocodilo; *cui alvus mollis: nam Deus hic comparat* Cetum *Equo loricato*, *aut cataphracto*; *diſpariter tamen. Craſſum Ceti corium*, *quo tota moles obitur*, *cum Lorica equi confert. Equi Lorica nec alvum tegit*; *nec adhæret corpori*; *& disjungitur.* Lorica Ceti *ſtringit corpus*, *totum obit*, *nuſquam hiat*, *nuſquam patet. Loricæ veteribus etiam coriaceæ.* Hæc ingenioſe contra *Crocodilum* adinventa. Sed quid, ſi quis non *e diſpari*, ſed *e pari*, *ſimilitudinem* cum *Equo Cataphracto* inſtitutam tenderet? Sic *alvus mollis*, & *ictui patens*, hac quidem in ſede non obſtaret. Cl. *Haſ.* III. in *Orca* nullam a ſe *ſquamam* repertam faſſus, adjecit, ſe pro *Crocodilo* pronunciaturum, *ſi alia via rem expediendi non detur.* Sed mox miratur, *qua ratione omnes Interpretes hic in ſquamas*, *quæ nullæ adſunt*, *conſenſerint*; *ſaltumque commiſſum* cenſet, & *ordinem* membrorum *turbatum*, quando ſeries non *cutim*, ſed *dentes*, poſtulet. Inſpice *Analyſin* p. 126. 127. & ſatis ſpecioſum fatebere. Vertit itaque, *Robora ſcutorum* ſunt *excellentia*; decus & tutamen ejus in dentibus poſitum: *Clauſum eſt ſignaculum arcte*; vel, *clauſa eſt tanquam ſignaculo acies* eorum. Nempe eſt, ubi צר, & צור, per *aciem cultri* aut *gladii* exponatur. Refertur ad *Rictum compreſſum arctiſſime*, vel & *aciem dentium* tanquam *ſignaculo occluſam.* p. 176. Proferuntur & loca, ubi *Dentes Leonis*, *Apri*, *Canis*, vocantur *Arma.* Ad *dentes* cum *Clypeis* comparatos, præter *Ab. Eſram*, reſpexerat etiam *Cajetan.* inducens hic *vallum ex altis & firmiter compactis inter ſe palis*, *qui omnem aditum hoſti prohibeant.* Notum *Homeri* ἕρκος ὀδόντων. *Allegoria* IV. velut conſumto acumine elangueſcit. Certe hebent hæcce *Philippi. Corpus Diaboli omnes conſorte*,

7 Unum alteri adhærent: & ventus inter ea non intrat.
8 Alterum cum altero ferruminantur; conglutinata ſunt; & non divelluntur.
9 Ster-

7 אחד באחד יגשו ורוח לא־יבא בינהם׃
8 איש־באחיהו ידבקו יתלכדו ולא יתפרדו׃
9 עטישתיו

ejus, & *ſpiritus immundi*; *indiſſociabili connexione ei copulati*, *ad inſtar* ſquammarum, *quæ ita denſatæ ut nullum illis ſit ſpiraculum reſpirandi ad Deum per pœnitentiam* &c. &c. Confer *Gloſſ. Ordin. Lyran.* eandem incudem tundentes. Plura dabunt *Gregor. Olympiod. Origen.* ex iiſque *de Pined.* &c. &c. *Explic. Gall.* velut Victor, *Certiſſimum Balænas carere ſquamis. Ne cutis quidem invicta. Ergo* Literalis ſenſus *obtinere nequit. Qui* Crocodilum *ſubſtituunt*, *fortiſſimis ſquamis munitum*, *refutantur per ea quæ hoc Caput memorat de immenſa magnitudine monſtri*, *& agitatione*, *quam ciet in mari. Quin &* ſquamæ Crocodili *nihil ſimile habent cum clypeis impenetrabilibus.* Hoc quidem nimis cupide. Contendit deinde *Satanam* depingi *ut cataphractum*, *cui reliqui Dæmones conſenſione ſua invictum addant robur*, *cujuſque ſævitiam nihil minuere poſſit*, *inſpirato humanitatis alicujus ſenſu*. Ita ludit ad hunc & duos ſeq. verſus, a nimia enucleatione prudenter cavens, ne nimis pelluceret. סגור autem ad ipſum *Leviathanem* referens ita vertit: *Superbit ordinibus ſcutorum*; *clauſus eſt* undique *ſigillo arcto*; in *Hebræo* extare monens, *ſuperbia ordinum ſcutorum ejus*; *at Hieron. legiſſe* גוה *Ghevah*, *Corpus*, *quæ forte vera ſit Lectio.* Non diffitemur V. ancipitem nobis mentem diſtineri, inter *terga cataphracta*, & *dentes Belluæ*. Pedetentim veritas veſtiganda. 1. גאוה pro גוה *Corpus*, vel *Tergum*, haud tutum; ſunt enim diverſæ *Radices* גוה, & גאה. 2. Quod Cl. *Cler. Elationem* pro *Tergo* adhibitam velit, minus adhuc firmum. Rectius itaque 3. *Elatio*, vel *magnificentia*, *robora clypeorum*. Hoc 4. proxime connexum videtur cum præmiſſo commate, *Circuitus dentium ejus terribilitas.* Is terror preſſius admovetur, *Dentibus* cum אפיקי מגנים *Robuſtis ordinibus clypeorum* conlatis.

5. Horum dentium ὀλοὰς στίχας *pernicioſas ſeries*, cum ἕρκεϊ χαλκείῳ *conſerto ſcutorum ſepto* comparari, res, ratio, Lingua, patiuntur. In *Crocodilo* ſic *Oppian.* de *Ven* 3: 414. סגור *clauſum*, 6. abſolute videtur poſitum, pro πεφραγμένον, *obſtructum quid*, & *denſiſſime conſtipatum*; quod *Dentibus* non minus aptum, quam *Tergo*. Ingens momentum 7. adfert, quod חותם خاتم *ſigillum*, *ſignaculum*, pro *ore* apud *Arabes* frequentetur. *Hariri Conſ.* 2. p. 102. *Cadere fecit margaritas* من خاتم מן חותם *e ſigillo ſuaveolenti*; i. e. *pulchra dicta ex ore ſuavi protulit.* Notavit ibi *Schol. Poëtas multos eſſe in ore cum* חותם *annulo ſignatorio conferendo*, لاستدارتها وضيقها *ob arctam rotunditatem.* Addere debuiſſet, *ob compactiſſimam dentium ſeriem* nam variat *Emblema*. Hoc jam S. quadrat ſane in *Orcam*; ut Cl. *Haſ.* p. 167. 171. urget: ſed & in *Crocodilum* non minus congruit; cui *ordo dentium pectinatus*, *morſibus pernicioſis*, *quicquid contigerit pertinaciter tenens*, ut *Amm. Marc.* loquitur.

Verſ. 7. Paucis defungi licebit. *Boch.* I. ad *ſquamas Crocodili* hæc referens, *quæ tam arcte cohæreant*, *ut ne aërem quidem admittant*, commodiores habet rationes, quam qui II. de *Ceti Corio* cogitant, in quod hæc amplificatio non adeo quadrat. Cl. *Haſæo* III. ad *Os invictum*, & *rictum tam arcte clauſum*, *ut ne tenuiſſima quidem aurula inter dentes tranſire poſſit*, reſpicienti, etiam calculi ſatis expediti. *Allegoriæ* IV. ſuum jam dedimus *Vſ. præced.* Nobis V. hæc non minus quadrare poſſe videntur in *Dentes Crocodili*, qui *ſexaginta* numero, *ſerie pectinatim ſeſe ſtipante*, *horribili tenacitate conveniunt*, ut *Plin.* & *Solini* verbis utar. *Ceto dentato* officere forte poſſet, quod Cel. *Haſ.* p. 177. notat, *Eum dentes*

ſuos

9 עטישתיו תהל אור ועיניו
כעפעפי־שחר׃

10 מפיו

9 Sternutamenta ejus ſplendere faciunt lucem; & oculi ejus ut palpebræ auroræ.

10 Ex

ſuos tantum habere in maxilla inferiore; quibus ſingulis in ſuperiori maxilla reſpondeant totidem foramina, in quæ dentes illi, tanquam gladii in vaginam, immittantur, & condantur. Ad *Vſ.* ſeq idem ſcrupulus recurret.

Verſ. 8. Iterum de *ſquamis Crocodili conſertiſſimis* I. *Boch Patric. Cler.* &c. &c. Si hæc ratio allubeſcat, adjungatur velim *armaturæ Cataphractæ* collatio a diſpari; *ea enim ita hamis, annuliſque, contexta*, ut *detexi* poſſit, & *diſſolvi*; *aëre* etiam *liberum meatum retinente inter commiſſuras.* At *Crocodili* Δέρματος λεπιδωτὸν, καὶ ἄῤῥηκτον ἐπὶ τοῦ νώτου, ſimilitudinem implet *cataphractariæ loricationis*, quam *nihil perrumpere*, ac *diſſolvere*, quin *ne aër* quidem *tranſmeare* valeat. Cl. *Cocc.* pro *Balena* II. *Deus hic comparat Cetum Equo loricato, aut cataphracto. Ejus pellis teſtaceam duritiem habet. Claudit utrimque Cetum ut* annulus digitum; *non laxe circumpoſita* ſcuta. *Supra in dorſo artiſſime cohærent*; *nulla* ſutura *aut* ſciſſio *eſt. Infra nulla* apertio *eſt*; (*ut in Equo Cataphracto alvus patet*) *ſed durities in alvo perpetua, non ut in Crocodilo alvus mollis.* Hæc adde iis, quæ ad *Vſ.* 6. jam prolata. Non caret ſcrupulo, ut de *Cute*, vel *Corio perpetuo*, dicatur איש באחיו *Vir fratri agglutinantur* &c. &c. Cl. *Haſæo*, III. ad *Dentes Ceti* hæc reducenti, obſtat aliquantulum difficultas modo tacta, quod *Inferior* tantum *maxilla Orcæ* ſit *armata*, ita ut *Vir fratri ſuo artiſſime jungi, & ſeries ſeriei pectinatim adſtipari, non poſſe* videatur. De *Allegoria* IV. judicium ſuum hic appoſuit *Merc. apte pleraque in Satanam competere: primario tamen & ad literam Cetum tenendum; unde poſtea ad ſpiritualia, & altiora tranſire liceat.* Liceret ſane, ſi *Scopus* pateretur: ut *Eſaj.* 27: 1. & alibi. Sed eum aliud jam exigere, ſæpius dictum. Quam aptæ etiam hæ figuræ in *Satanam*, ex iis quæ producta, abunde diſpaleſcit. Seculo ſuo aliquid dediſſe videtur; ludere permittens, qui vellent; ipſe *Litera* contentus. Ad *dentes Belluæ* V. hæc redire, veriſimillimum. *Crocodilo* autem idem hic juris, quod *Ceto dentato*; quin forte majus adhuc, ob rationem indicatam: nam *conglutinatio* illa *Viri cum fratre ſuo*, & *comprehenſio ſeparari*, ac *divelli*, negans, omnino videtur ſupponere *ſuperiorem* & *inferiorem ſeriem dentium indivulſim coëuntium.* Ad verbum דבק teneatur *conglutinatio* illa *firmior*, quam *ferruminationem* vocamus. Ea vis extat *Eſaj.* 41: 7. & alibi. *Plin.* L. 35. *Bitumine ferruminatos Babylonis muros* dixit: ut *indivulſam tenacitatem* exprimeret. Item L. 16: 36. *Arundo contuſa, & interjecta navium commiſſuris, ferruminat textus glutine tenacior, rimiſque explendis fidelior pice.*

Verſ. 9. Omnia limpida ſibi cenſet *Boch.* I. *ad* prius colon has lineas ducens, *Cum ſternutat Crocodilus, per nares confertim actus ſpiritus tanto prorumpit impetu, ut ſcintillare videatur, & flammas emittere. Hoc frequentius eis accidere puto, quia rictu diducto apricari amant* &c. Ad poſterius: *hac in parte mirus* ἱερογραμματέων *conſenſus cum ſacro Codice; Illi enim* Auroram *ſignificantes, duos pingunt* oculos Crocodili, *propterea quod ante totum Corpus Animalis e profundo emicent:* ut *Horus Hierogl.* 1: 65. *tradit.* Adjicit, *Aliud etiam myſterium ſubeſſe videtur. Herod. Ariſt. Plin.* &c. *docent* Crocodili oculos *in aquis* hebeſcere, *extra eſſe* viſus acerrimi. *Ac ſi lumen amiſſum tum demum recuperent, cum ex aquis emergunt. Idem de* Sole *creditum, cum novo lumine ex aquis emergere.* In *Balænam* deinde hoc telum ſtringit. *Velim dicant Viri Docti quid* Balænæ oculi Auroræ radiis *ſimile habeant, qui bubulorum magnitudinem parum excedunt, & gravi ſuperciliorum pondere obruuntur.* Contra *Cocc.* II. omnia diſſimilia cenſet, 1. rogans, *Etiamne hæc in Crocodilum quadrant?* Ipſe per *ſternutationes* intelligit *emicationes, & ſuccuſſiones celeres, quales ſunt ſternutantium, quæ fiant cum ingenti reverberatione radiorum ſolarium, non aliter atque ſi Sol ex fluctibus oriretur.* De *oculis* parce ſubdit, *eos ſurgentis auroræ inſtar eſſe.* 2. *Grot.* ad *flatum Ceti* refert, *quo colliſæ aquæ igneſcant.* De *oculis*

ſilet.

ſilet. Vicinum quod *Jun.* & *Trem.* habent 3. *Quum natans anhelat, & obviarum undarum turbines volvit, tum retortæ oculi illius fere emicant.* Commodius *Codurc.* poſt *Piſcat.* & alios, 4. *ſternutationes* explicat de *copia aquarum per fiſtulam eructata*, & *nimbos quos in ſublime efflant.* Notum inde *Phyſeteres*, ſive *Flatores*, dictos *Cetos*, *qui columnæ inſtar ſe attollunt, altioreſque navium velis, diluviem eructant*, ut *Plin.* tradit L. 9: 4. Addit, dupliciter verti poſſe, vel *ſternutationes ejus ignis ſplendens*; vel, *ſternutationes ejus illuminarent lucem.* Exponit de *radiis tanquam ex iride repercuſſis*: adjiciens, *non dubium quin & oculi valde rubeſcant*, ac *rutilent.* Ex *Olao* 5. adfert de *Pined.* *Balænarum Norvegianarum oculos noctu coruſcantes ingentium flammarum modo: qui procul viſi a Piſcatoribus grandes ignes eſſe putentur.* Fabulatori Magno non nimis fidendum. *Sternutationem* item *ad vim aquarum naribus ſive fiſtulis expulſam* revocat. *Vavaſſ.* 6. adjungit, *ſternuente ita Piſce, quaſi in tonitru fulgetra exiſtere, vel quod cum aqua ejecta ſcintillæ micent, vel quod ipſa ad ſolem reſplendeat aqua.* Cl. *Schmid.* 7. hiſce *ejaculationibus aquarum per fiſtulas* conſenſurum ſe dicit, *ſi modo ſignificatio iſta in Scripturis occurreret.* At *cum alibi non exſtet vox*, *ex circumſtantiis loci melius* עטישות *capi poſſe de* radiis oculorum: *ut ſenſus ſit* Radios oculares *belluæ lumen quod ex ſe emittere, ut videre poſſit ſub aquis, etiam quando tenebræ aquis incumbunt* &c. In hanc ſuſpicionem incidit Vir *Doct.* quod עטיש pro *ſternutare* apud *Rabbinos* tantum inveniri, monuiſſet *Merc.* quodque in אור *luce* cum *ſternutationibus* conciliandа laborari cerneret. Conatus parum felices, ſive rem ſpectes, ſive linguam. *Merc.* 8. *Balenæ* hæc parum apta ſentiens, convertitur ſubito ad *Draconem marinum ignitum, qui ignem naribus & ore efflet, cujuſque oculos magnos cum videas, credas te auroram videre exorientem.* Cl. *Haſ.* III. cenſet cum *ſternutationum* fiat mentio, & *narium* *Vſ.* 11. *non tam proprie hæc* Balænis, *quam* Orcæ *convenire: quod illæ dici nequeant* ſternutare *aut* naribus *præditæ eſſe; quum* fiſtulas *quibus aquas jaculantur non in fronte gerant, ſed in confinio dorſi. At* cetum dentatum *illam* fiſtulam, & canalem, *in ipſo capitis frontiſpicio habere, unde non ſolum aquas marinas, ſed etiam mucum quaſi, & pinguem cerebri liquorem, quem* ſperma ceti *vocant ſternutando egerat.* Hæc ad prius colon p. 179. Speciosiſſime. Ad poſterius p. 190. notatur, *non neceſſe, ut de inſigni aliquo fulgore oculorum exponatur. Talem nec* Crocodilo, *nec* Balænæ *adeſſe, cui oculi valde exigui. Nihil ſingulare etiam de* Orcæ oculis *hactenus a nautis obſervatum, niſi quod majores ſint oculis Balenarum*, pedem, *& amplius*, longi; *valdeque* rubri, *ita ut colore ſaltem* palpebras auroræ *imitetur*, quam *purpuream* & *roſeam* pingunt Poëtæ. *Allegoria* IV. novum nacta campum veluti, exultat. *Philipp. Sternutatio ſordes cerebri egerit. Diabolus, qui totus ſordidus, transfigurans ſe in Angelum lucis, malitiæ ſuæ ſordes in perniciem hominum cum delectatione effundit* &c. *Oculi autem Diaboli, falſi Prophetæ, qui ab eo inſpirati loquuntur quæ vicina videntur lumini veritatis, ſicut* palpebræ auroræ, *cum tamen nihil luminis Dei poſſideant.* In *Gloſſ. Ordin.* Dæmon ſternutare *dicitur, & congeſtam inflationem per nares egerere, quando tota ſuperbiæ ejus iniquitas, apertis malitiæ flatibus, demonſtratur, Antichriſtum in fidelium perſecutionem excitando.* De *palpebris auroræ* ibidem mirifica reperies: nec non apud *Lyr. n.* qui *proſperitatem temporalem* inde exſculpſit, *quam Diabolus peccatoribus repromittat.* In his nihil veræ lucis. *Explic. Gall.* adverſus *Literam* interim ſic conſurgit: *Sternutatio incognita piſcibus. Refertur ad* ejaculationem aquarum *per ſpiramenta Balenæ* &c. *Sed ſcire velim, qua Figura aquæ per fiſtulas ejectæ appellari queant Oculi Balenæ.* Hoc nemo dixit. Deſcripta deinde *ſternutatione*, quæ ſit *concuſſio vehementior, ad quam oculi ſæpe ſcintillent*, ſubſumit: *Satanas in Angelum lucis ſe transformare callet. Habet in Capite mille artes. Ex Hypocriſi ſua profundiſſima evibrat fulgores tam ſplendidos, & revelationum Divinarum tam apparentes ſpecies, ut etiam Sapientiſſimi* Oculos Draconis *capiant pro* Auroræ palpebris; *niſi præſtigiæ ad lucem Solis Juſtitiæ quantocyus diſcutiantur.* Prudenter caſtigavit, quod apud *Philip.* luxuriabat; nec tamen effectum, ut hæc e ſolido luceant. Fateor interim V. perdifficilem eſſe locum. Applicationes Viri ſummi ad *Crocodili ſternutamenta*, & *oculos*, doctiores videntur, quam ſolidiores. Certe *oculi ſuilli*, & *in aqua hebetes*, qui ei tribuuntur, parum videntur quadrare magnificæ huic Figuræ, quantumvis

ei

10 מִפִּיו לַפִּידִים יַהֲלֹכוּ כִּידוֹדֵי אֵשׁ יִתְמַלָּטוּ׃

10 Ex ore ejus faces procedunt: ſcintillationes ignis proſiliunt.

11 מִנְּחִירָיו

11 E

ἐν τῇ αἰθρίῃ ὀξυδερκέςατον dicatur. Succurrit tamen ex *Plin. L.* 11: 37. *Ne genæ quidem omnibus quadrupedibus, ideoque nec nictationes.* &c. *At quæ ova pariunt, ut teſtudines, Crocodili, inferiore tantum gena connivent, ſine ulla nictatione, propter prædura oculos.* Ne ſic quidem *palpebras apertas auroræ* agnoſco; de qua formula adi *Cap.* 3: 9. *Sternutamenta* quoque ejuſdem quomodo *lucida*? Cl. *Cler. Hyperbolicas* vocat *deſcriptiones*, *quæ ad vivum reſecari non debeant.* Id parum ſatisfacit. Adde, Cl. *Cocc.* pro *emicatione totius Balænæ e mari*, urgere, *ſternutationis ſonum*, & *lucem*, eſſe *Heterogenea.* Cl. *Schmid.* propterea ſubſtituere auſus *radiationes oculorum*, invita ſane Lingua; nam apud *Chald. Syros*, *Arabes*, עטיש عطس *ſternuendi* vim conſtanter exerit; eſtque, quod pulchre notandum, inter ὀνοματοπεποιημένα, quæ ad *ſonum naturalem* efformata, ut attendenti ſponte pateſcit. *Ejaculationes aquarum per fiſtulas Balænæ* ſic vocari, vix adducor. *Sperma ceti*, quod adjecit Cel. *Haſ.* paulo magis arrideret, *quæ eſt materia candicans*, & *lucida* quodammodo. Sed ne hoc quidem implet vim formulæ, *Sternutamenta ejus ſplendere faciunt lucem*, quod ſonare debet, *igneam* quandam *materiem revomunt*, & *ejectant.* Hoc a natura *aquæ*, quin & *muci* illius, *adipiſque viſcoſi*, alienius. In *oculis* ſive *Balænæ*, ſive *Ceti dentati*, non minor labor. Ut adhuc res habet, *Crocodilo* dicerem aptiores hoſce colores; ſi enim *Halitus* ejus *ignitus*, & *flammeus*, quidni *ſternutationes* ejus velut *lucem vibrent*? Omittere hic nequeo, quod *Arabum* figurata oratio miniſtrat. Dicunt nempe عطس الصبح *ſternuit aurora*, pro انفلق *erupit*, *exorta eſt*, uti in *Camuſo* annotatum. Plenior formula dat, عطس انف الصبح *Sternutavit Naſus auroræ*: apud *Harir. Conſ.* 15. Anſa locutioni porrecta ex eo, quod *Solem* vocitent *Dorcadem auroræ*; unde formarunt, عطس لي انف الغزالة *Sternutavit mihi naſus Dorcadis*, pro, *exortus eſt mihi Sol.* Nempe *radii lucis quaquaverſum ſparſi*, videntur quodammodo a *Dorcade auroræ* excuti *ex ore* & *naſo*, prout *rapidi ſpiritus* ex *ore* & *naſo ſternuentis* excutiuntur. An hac occaſione dictum de *Crocodilo*, ejus *ſternutamenta ſplendere facere lucem*: i. e. *lucidos quaquaverſum radios ſpargere*? Id *de nocte* aliquando *accidere*, quum *Caput e Nilo attollit monſtrum*, haud abhorret a vero: atque tunc quoque veriſimile *Oculos* ejus *præduros*, & *ſine nictatione patentes*, ut ſupra ex *Plin.* vidimus, adde ex *Pier. Val. Hierogl.* L. 29. 3. *prominentes*, & *emiſſitios*, ita *radiare*, ut *Auroræ ſurgentis* quandam *imaginem* inde arripuerint *Ægyptii*: quemadmodum *Solis occaſum* repræſentaturi *Crocodilum cernuum* κεκυφότα pingebant. Ita *Horapoll.* L. 1. *Cap.* 68. 69. Additur ratio, Ἀνάκυπτον γὰρ, vel κάτωκυφον, ut Doct. *Pauw.* emendat, καὶ κατωφερὲς τὸ ζῶον. *Eſt enim animal ſponte cernuum & deorſum vergens.* Reſpici puto ad *Crocodili cernuationem*, *qua fluvium ſuum*, ut *Sol Heſperium cubile*, cotidie repetit. Ibidem *Cap.* 70. legas, *Ægyptios tenebras adumbraturos Crocodili caudam pingere.* Ratiuncula *Hori* longe petita, & aperte falſa. Procul adducta item, quæ *Pier. Valer.* habet, *Lib.* 29: 5. Exiſtimarim *Tenebras* per *Caudam Crocodili* repræſentatas, quod *occaſus ſolis tenebras poſt ſe trahat.* In *Draconem* omnia ut veriora, ita cumulatiora.

Verſ. 10. Pro *Crocodilo* I. *Boch.* adducit ex *Achil. Tat.* conſimilem deſcriptionem *Hippopotami*, cui *Nares patulæ perquam*, πυρώδη καπνὸν *ignitum fumum ſpirantes* ὡς ἀπὸ πηγῆς πυρὸς *tanquam a fonte ignis.* Obſervat autem inter *Nilotica* hæc *monſtra* multam intercedere cognationem *ratione reſpirationis*, de qua *Ariſt. L.* 8. *Cap.* 2. *Hiſt. Anim.* atque hæcce *Amphibia*, *quo diutius ſpiritum continent*, *dum aquis erant immerſa*, *eo acrius ſpirare*, *quum emergere incipiunt*; *ſpiritumque diu preſſum ſic effterveſcere*, *tamque violenter erumpere*, *ut flammas evomere videantur.* Minus placet, quod Cl. *Cler.* adjecit, *de radiis ſolaribus a*

Mmm mmm mmm m *den-*

11 E naribus ejus exit fumus; tanquam ollæ ſufflatæ, & ſtagni, *vel*, aheni.

מנחיריו יצא עשן כדוד נפוח ואגמן : 11

12 Ha-

נפשו 12

dentibus candidis, & *palato humente*, *quum hiat ad ſolem*, *reflexis.* Qui de *Balæna* cogitant, II. conſimiliter *ſpiritum calidiſſimum*, & *ſummo cum ardore reciprocatum*, offerunt, exigua, vel nulla differentia, quæ momentum faciat. *Codurc.* pro ſuo genio tam *portentoſam rem* hic induci adſcripſit, *ut non os Ceti concipias ex hoc loco*, *ſed Ætnæ caminos & fornaces*, *flammas & favillam prorumpentes: ac proinde Hyperbolen admittendam.* Mollius *Poëticam ubertatem* vocat *Grot.* De eo quidem nemo addubitat. Nihil tamen non ſolens vel caſtigatiſſimis Scriptoribus in hac *viva* ac *ſpirante pictura.* In *Apro Ovid. Met.* 8.

Fulmen ab ore venit, *frondeſque adflatibus ardent.*

Item *Sil. Ital.* de *Serpente* ad *Bagradam L.* 6 228.

Et Stygios æſtus fumanti exſibilat ore:
Terribilis gemino de lumine fulgurat ignis.

Mitto *Leones*, *Tigres*, *Tauros*; de *Equo* ipſo Poëta:

Collectumque premens volvit ſub naribus ignem.

Hæc, & alia complura, Cl. *Haſæus:* qui *Orcæ* ea applicuit III. a p. 180. ad 185. Duas alias rationes, quos a p. 185. ad 190. ſubtexuit, minus ad rem facere exiſtimo. *Allegoria* iterum IV. ſuamet ſubtilitate ſe ſatis nudat, & prodit. *Philippo* ſi credimus, *Os Diaboli ſunt omnes impii*, *Sacrilegi*, *blaſphemi*, unde *tædæ* & *faculæ ardentes procedunt*, *quum pœnarum cauſa ſuggeritur* &c. In *Gloſſ. Ordin.* indicantur *prædicatores Antichriſti*, *qui mentes audientium ad amorem perfidiæ velut lampadibus accendunt.* Iiſdem *tædas* tribui docetur, quod *ut tædæ odorem quidem ſuavem habent*, *ſed lumen obſcurum*, *ita illi blandum quid redolent*, *ſed nigrum quid lucent &c.* Nimis cupide *Explic. Gall.* contra *Literalem ſenſum* diſputans: *Parum exactos agunt Interpretes*, *qui inter tot* Ignes *nil niſi* Aquam *vident: atque monſtri formidabilis deſcriptionem hancce trahunt ad ejaculationem aquarum e ſpiraculis Ceti.* Inde *Codurcum* laudans, quod *exaggerationem* hic ſtatuat *Ætnæ aptiorem*, *quam Ceto*; reſumit: *uno tantum paſſu procedendum erat*, & *agnoſcendum*, *non agi hic de* Monſtro marino: *Sed de eo*, *cujus tela ignea indicat Apoſt. ad Ephеſ.* 6. Nimio amore blandæ *Hypotheſeos* adjectum, *per eſſe mirum non imperitos Interpretes malle verbum Dei* ad nihilum *redigere*, *quam dignos ei ſenſus ſubjicere.* Retorſioni locus eſſet. Sed abſiſto; & jam V. nihil aliud monendum habeo, quam *Crocodilo* hæc aptiora videri quam *Ceto*; aptiſſima tamen eſſe *Draconi*, quem *ignivomum* ex *ore*, ex *oculis*, voluit Natura. De eo ad *Vſ.* ultimum hujus Capitis plura. Ceterum כידודי *ſcintillas* recte converti, non tantum res ipſa, ſed & auctoritas vincit *Dialecti*, ſive *Radicem* ſtatuas ܟܪܕ כרד, ſive quod malim כיד. Ea infert *excuſſionem Ignis*, ut *Cap.* 21: 20. adſtructum. Inde כידון *Lancea.* Geminata tertia hinc exiſtit כידוד *ſcintillatio*, *excuſſio vehemens ſcintillarum.* Ad יתמלטון cum iis quæ dedi in *Juvenil.* de *celeri impetu*, & *procurſu*, ſub *Radicibus* ܡܠܛ, & ܡܠܨ, teneri debent quæ in *Clavi Dial.* p. 239 240. prolata, ad *Originem*, & *concordiam*, ſimul ſignificationum.

Verſ. 11. Nihil hic a *Boch.* I. præter id quod *Vſ.* præc. appoſui. Cl. *Cler.* obſervat ex male intellectis ejuſmodi locutionibus *Veterum*, in pingenda rabie animalium iratorum, ortos *Tauros Ignivomos*, *qui Adamanteis Vulcanum naribus efflant.* Claſſis II. defenſores hic fere redeunt ad *Nebulam e naribus Balænæ excitatam*, *quum nimbos efflat.* Nihil tale in *Crocodilo* inquit *Cocc.* Atqui *igneus vapor*

12 נפשו גחלים תלהט ולהב מפיו יצא׃

12 Halitus ejus prunæ *quæ* amburunt; & flamma ex ore ejus exit.

13 בצוארו

13 In

por requiritur. Ad vocem אגמון etiam aliquid dubii movetur. *Merc.* notat, ſupra *Cap.* 40: 21. *juncum*, hic vero *lebetem*, vel *ollam*, ſignificare. *Ab. Eſra* intelligit *ſtagnum*, quod אגם alias, ut *tantus fumus e naribus exire* dicatur, *quantus e ſtagno attollitur.* Ea anſa *Mercerus* ingenioſe *magnam ollam*, *quæ ſtagni more crebros vapores emittat*, induxit. *Cocc.* retinet *juncum*, interpretans *fumum qualis ex juncis ſuccenſis oriri ſolet.* Hoc ab *aheno ſufflato* nimis recedit. *Vulg.* dedit, *ſicut ollæ ſuccenſæ & ferventis.* Apud *Arabes* Radix אגם اجم eſt *ferbuit.* Inde اجم *ſtagnum*; *palus*; *arundinetum*; a *fervore.* Hinc jam אגמון vel proprie teneas licet, pro *ſtagno fervente*, vel improprie, pro *aheno vaſtiore ad inſtar ſtagni.* Ita *amnem fumidum* tranſtulit Poëta *Æneid.* 7: 466. niſi quod ipſam *aquam in aheno bullientem*, unde *ater vapor ad auras evolet*, intellexerit. Complura talia ex Poëtis colligi poſſunt. Cl. *Haſ.* III. ex *Naribus* aliquid firmamenti pro *Orca*, contra *Balænam* p. 179. elicuit, quod hujus *fiſtulæ* magis *in dorſo*, illius in *fronte.* Ipſe tamen *ibid.* docet *Orcam* non habere *duo foramina*, quæ *Balænæ* inſunt, ſed *unum* tantum, quod in *plurali num.* נחירים dictum, non adeo forte congruum. *Allegorice* IV. *Philip.* in *naribus Dæmonis* invenit *ſuperbiam*, *qua animi ſui tumorem exanhelet.* In *Gloſſ. Ordin.* ad *caliginoſam dubietatem miraculorum & præſtigiarum* vocatur; vel & *noxias inſpirationes*, *per quas acies mentis obtunditur.* Item *Olla* dicitur *ſuccendi* quum *mens humana maligni hoſtis ſuaſionibus inſtigatur* &c. &c. Prudens hiſce temperavit *Explic. Gall.* in generalia exſpatians. Nobis V. in *Crocodilum* hæc commodiora videntur, quam in *Cetum*; commodiſſima in *Draconem.*

Verſ. 12. Contra *Balænam* pro *Crocodilo*, ita I. concludit *Boch. Balæna*, *fateor*, *ut major*, *ita fortius ſpirat: non tamen ignes evomit*, *ſed nimbos efflat.* Reddit ὁ πάνυ, *Halitus ejus carbones incendit.* At *carbo* eſt פחם ab *atro*, גחל *pruna*, a *rubro* colore. *Merc.* II. dubius, inter *carbones*, & *prunas.* Prætuliſſe tamen videtur ultimum: *vel prunas accendere poſſit ejus anhelitus.* Similiter *Cocc.* *Anima ejus prunas inflammaret.* Non adjecit, quomodo quadret in *Balænam.* Nil magnum quoque: nam vel *hominis halitus prunas inflammet.* Senſit *Druſ.* *Pruna proprie carbo accenſus: ſequitur autem* accendit; *quomodo* accendit *ſi jam* accenſa? גחל *ergo poſuit pro* פחם carbone. *Sed forte fallor*, *& pro* accendit *vertendum* inflammat. *Hyperbolice ſignificat fervidum halitum*, *qui vel ipſas prunas inflammare poſſet.* Non percipio forte acumen: & manet difficultas. Cl. *Schmid.* nimis ſollicite: *Fateor me non lubenter* animam *de nudo* halitu *interpretari in Scriptura. Ideo hic quoque mallem* נפש *accipere pro* ipſa anima, *ut intus in corpore per ſuas facultates opus ſuum exercet:* h. ſ. *Anima Leviathanis tantam habet virtutem calefaciendi*, *ut in ventriculo & viſceribus quaſdam quaſi* prunas *accendat: unde flamma ex ore exit.* At נפש tam certo *halitum* quoque notat, quam *anima* apud *Latinos* in phraſibus *animæ ventorum*, & *anima olet*, aliiſque. Nullum hinc veritati periculum; quod metuiſſe videtur Vir Doctiſſ. Illæ *quaſi prunæ* parum aptæ huic ſedi. Cl. *Haſ.* III. *Ceti* ſui *tam fervidum temperamentum* adducit, *ut ſi vel unum diem jacuerit interfectus*, *omnis caro interno calore*, *qui circum præcordia furit*, *nigreſcat*, *non ſine teterrimo odore.* Exhauſta, ac laſſata velut, *Allegoria* IV. *Phil.* *Anhelitu ſuo ignem ſibi æternum ſubminiſtrat*, *& pœnæ globatæ blaſphemiarum ex ore ejus egrediuntur.* Semet utcumque ſuſtinens *Gloſſ. Ordin.* *Quid prunæ niſi ſuccenſæ in terrenis concupiſcentiis mentes* &c? *Tanto igitur halitu in prunis flat*; *quanto a viſu ſuggeſtionis occultæ mentes ad illici-*

13 In collo ejus diverſatur robur; & ante faciem ejus exultat anxietas.

14 To-

13 בצוארו ילין עז ולפניו תדוץ דאבה׃

14 מפלי

cita inflammat. Ad has fere lineas, ſed generatim, *Explic. Gall.* Nos Velevandis ſcrupulis *num.* II. motis, obſervamus גחלים תלהט ſolemni *Arabiſmo*, quo *plur. maſcul.* reſpondet *fœm. ſing.* ſonare, *Anima ejus, prunæ* quæ *ardent*, vel potius, quæ *inflammant: Prunæ flammatæ* ſimul, ſimul *inflammantes.* Geminum germanum illud *Ovid.* in *Apro* ſupra. *Fulmen ab ore venit, frondeſque adflatibus ardent.* להט ut لهط, proprie *percuſſit*: inde *uſſit, urente adflatu icit.* Conferas omnino velim *Pſ.* 18: 9. להב eſt *flamma purior, citra fumum*: لهب. Vix opportunum *Ceto*; opportunius certe *Crocodilo*: at *Draconi* longe opportuniſſimum.

Verſ. 13. Vir Summus I. ad prius Colon: *An in collo Balænæ, quod nullum habet? imo vero in collo Crocodili. Objicies de* Crocodilo *legi apud Achil. Tat.* ἔκλειψε αὐτῶ τ̃ δειρὴν ἡ φύσις, *ſubtraxit ei collum Natura* &c. *Reſpondeo, tutius Ariſtoteli credi, qui* αὐχένα Collum *Crocodilis attribuit* &c. *Fallitur igitur quiſquis putat* Crocodilo collum *deeſſe: neque id concedere debuiſſet* Cl. *Deod.* Poſterius ſic convertit, *Ante eum mœror inſultat.* i. e. *præcedit ut* Metator, *& comes*, tumidique anteambulo Regis; *ut eos ſtatim invadat, quibus Crocodilus obviam fit. Utut enim evaderent; tamen* ominoſum *putabatur huic belluæ occurriſſe.* Figura illuſtratur ex *Ideis Poëticis*, quæ *Marti*, quin & *Minervæ*, qua *Deæ præliari, comites & Armigeros* aſſignant *Terrorem*, & *Pavorem.* Verbum דוץ *inſultare* exponit *ὁ* πάνυ *alacriter, & cum pompa, ferri.* Id *alibi non profitens, Arabibus non ignotum ait, uſitatius tamen Chaldæis,* & *Syris*; uti in N. T. pro σκιρτᾶν aliquoties uſurpatur. *Merc.* II. monet 1. R. *Periz.* תדוץ exponere quaſi תדויש *comminuitur.* Inſubidum. *Comminuit, & triturat,* ſaltem dicere debuiſſet *Rabbinus.* Magis inficetum, quod quaſi *ante Leviathanem, perpetuo jactantem ſeſe, omnis mœror comminui, conteri, & diſcuti*, diceretur. Solis Magiſtris talia licent: nec ſequi debuiſſent Noſtrorum nonnulli. *Pagn. Vatabl.* ipſe etiam *Merc.* 2. aſſumto ſignificatu *exultandi* ex *Syriaco* fonte, aliquid dederunt non valde limpidum: *Ante eum in lætitiam vertitur triſtitia:* pro, *nihil eſt quod dolorem ei inferre poſſit. Nihil tam moleſtum, quod non in lætitiæ, ac victoriæ, materiam ei vertatur. Tantæ fortitudinis eſt*, ſic *Munſt.* & *Iſid. Clar.* voluerant, *ut nihil ei ſit laborioſum.* III. *Grot.* 3. *ei vertetur in lætitiam dolor*, ita explicat, *gaudebit metu nautarum, quorum naves ſæpe evertit.* Non ſat dignum magno ingenio. *Codurc.* 4 jocularitter, *coram ipſo dolor exhilararetur. Significatur ejus* alacritas: *Sunt enim piſces lætabundi, & laſcivientes admodum. Poteſt eſſe Parœmiodes, & uſurpari de illis, qui genialiter ætatem agunt, atque ita æquo animo fortunam ferunt, ut nullo turbulento fato, aut funere, contriſtari queant.* Nimis genialiter ſibi ipſe indulget. Difficultatem e *Collo* oriundam non tangunt ferme. Cl. *Cocc.* 5. eam ita levare conatus: *Revera cetus* collum *non habet*, *aut* cervicem: *ut nec alii piſces: ne* Crocodilus *quidem, quod bene animadvertit D. Deod. Sed quia, ut dixi, cum* Equo *generoſo Eum comparat, oſtendit* cervicem equinam, *quamvis ſit* φρυάγματ☉ *plena, nihil eſſe ad Ceti* γαυρίαμα; *quod maxime cernitur in ea parte, qua gula eſt. Aptiſſime ergo adjungitur*, angor ſalit coram ipſo, *h. e. undæ terribiles, quaſi* exercitus *aliquis* terrorum *eum antecedit: quod & Vſ.* 16 *repetitur.* Non liquida ratio. Turbatior illa 6. quæ adfert, *Ante eum exiliret* homo *mœrore, metu.* Meminere præcl. *Belg.* in notis. Impeditum quoque 7. quod Doct *Tigur.* dederant, *Gaudium ei adfert, ſi timeatur.* Videtur idem intendi, quod *num.* 3. Non ineleganter *Vulg.* 8. *Faciem ejus præcedit egeſtas.* Grandius fuiſſet *præſultat.* Id *de Pined.* exponit de *Voracitate omnia abſorbentis.* In eundem ſenſum *Jun. & Trem. Ante eum exſultat.*

tat triumphans quaſi *mœror.* Similiter denique *Schmid.* per *Proſopop.* qua *mœror* inducatur ut *magnus Leviathanis Miniſter*, *præcurrens ei* velut *cum lætitia exultabunda*, *ad piſces*, *hominesque*, *conterrendos*, *quam primum eum procul viderint*. Eundem adſpectum III. in *Ceto dentato* tenet ex *Boch.* Cl. *Haſ.* per *collum* hic *intelligendam* monens *cervicem*, ſive *commiſſuram* illam, *qua caput reliquo corpori jungitur. Diſtinctum* quippe *a capite*, *& corpore*, collum, *tam in hoc Ceto*, *quam in Balæna*, *& Crocodilo*, *in caſſum quæri*. In *Allegoria* IV. quid ſolidi inſit, percipias ex *Philip.* cui *Collum* iterum, ſive *cervix*, ſignat *tumorem arrogantiæ*; *& faciem antecedere* dicitur *egeſtas*; quod *ubi appropinquaverit Diabolus*, *illico omnis vita*, & *ſubſtantia*, *conſumatur*. At *Gloſſ. Ordin.* per *collum* ſignificari ait *principes perverſos* &c. Additur, *Faciem* eſſe *notitiam*, & *egeſtatem præcedere* diei *faciem ejus*, *quod mentes ante tentando virtutibus ſpoliet* Satanas, *quam inſidiæ ejus agnoſcantur*. Adjectum & aliud, profundioris adhuc myſterii, ſcilicet! *Explic. Gall.* annotavit ex LXX. qui τρέχει ἀπώλεια, & *Vulg.* qui *præcedit*, habent, conſtare, pro תדוץ legendum תרוץ *currit*; & דוץ non eſſe *Hebraicum*, ſed *Chaldaicum*, *lætari*, *exilire præ gaudio*, quod cum דאבה *mœrore*, & *funeſto impetu Belluæ*, *incendium quaquaverſum circumferentis*, *non conſiſtat*. Deinde *Literam* ſic impetit. *Valde doctus eſſet*, qui *in piſce*, *ac præſertim Balæna*, Collum *poſſet demonſtrare*. *Innuitur*, *contra Dæmonem nihil ſatis firmum ac validum*: *eumque antecedere ubique deſolationes*, *& incendia*. Reſumitur, *hoc ſenſu* תדוץ *exultat pernicies ante Eum*, tolerari poſſe. Bonum factum, quod in gratiam redeatur cum vera Lectione V. cujus *Litera* haud dubie id adfert, quod noviſſime expreſſum, *deſolationem*, & *anxietatem*, velut *præſultare Leviathani*: ut *quocunque ille acceſſerit*, ipſa *vaſtitas*, & *pernicies*, *acceſſiſſe*, ac velut *triumphum egiſſe*, videatur. Excellentiſſima figura, per *Oxymorum* animata. Non nego applicari poſſe *Ceto*: plenius tamen in *Crocodilum*; pleniſſime quadrat in *Draconem*: qui tanquam Emblema aliquod præbet *omnis deſolationis*, *vaſtitatis*, *ſqualoris*, & *illuviei* &c. Facit huc illud *Livii* de *Hannibale*, *bellum in Italiam tranſlaturo*, quod eſt L. 21. *Cap.* 22. *Viſum ab eo*, *in quiete*, *poſt ſe Serpentem*, *mira magnitudine*, *cum ingenti arborum ac virgultorum ſtrage*, *ferri*: *eique*, *quæ moles illa*, *quodve prodigium*, *quærenti*, *reſponſum*, vaſtitatem Italiæ eſſe, *pergeret porro ire*, *nec ultra inquireret*; *ſineretque fata in occulto eſſe*. Verbo דוץ quod eſt داص, nihil litis movendum, quaſi ſatis *Hebraicum* non eſſet, quia ſemel tantum occurrit. Neſcio quid præjudicatæ opinionis nimis ſæpe hinc offuſum etiam Doctis, quando ex *Chald.* vel *Syriac.* fonte aliquid reductum; quaſi *Hebræis* item domeſticum non fuiſſet. Ne *Boch.* quidem dicere debuiſſet, *Chaldæis* id & *Syris* uſitatius, quam *Arabibus*; nam profecto in *Arabia* multo tritiſſimum eſt, & quidem iis ſignificationibus, quæ & *Originem*, & late fuſam *ditionem*, clare conſignent. *Camus*

دوّص تدويصا نزل من
عليا الى سفلى صنعة

Verbum דוץ *in* 2. *Conj. inf.* תדוייץ *notat ſaltum*, *deſcenſumve*, *e ſuperiore in inferiorem locum*, *per artificium*. Item *Med. Je.*

داصت الغدة جاءت وذهبت
تحت يد محركها وكذا
كل ما يتحرك تحت يدك
ورجل ديّاص لا تقدر عليه
اى سمين والدايص اللص
ومن يتبع الولاة ويدور
حول الشي وداص نشط

Verbum דייץ *in glandula*, *vel tumore*, *uſurpatur*, *quum ultro citroque agitatur ſub manu moventis. Item quicquid ſub manu tua movetur*, *dicitur* דייץ. *Inde* דַיָּץ *eſt vir quem comprendere nequeas*: *nec non pinguis*. *Item* דַיָּץ *vocatur Latro*, *& ſatelles prætorum*, *vel qui rem obit*, *captator*. *Uſurpatur etiam* דיץ *pro exultavit*, *protervus fuit*. Vides *Gloſſas* huic ſedi aptiſſimas, ſive ſolam *exultationem* ſpectes, ſive con-

14 Tori carnis ejus ferruminati ſunt; fuſum *quid* ſuper eo, quod non movebitur.

14 מפלי בשרו דבקו יצוק עליו בל־ימוט :

15 Cor

15 לבו

conjungas *petulantiam* & *protervi.im*, ex *ſagina ortam*: qualis in hoc Gloſſemate; ديصن اشر وبطر والمال امتلا سمنا *Verbum* דין *eſt petulantius exultavit*, & *inſolens fuit. Item de Ovibus*, *diſtendi ſagina*. Hac anſa *Latro*, *graſſator*, *ſatelles regius*, *in form. particip.* invaluit: qua poteſtate nihil pleuius deſiderari hic poteſt. Digeres hinc, quæ in *Lexicis* Cl. *Gol.* & *Gigg.* paulo confuſiora. Omiſſa, alibi in ordinem redigentur.

Verſ. 14. De *Crocodilo* I. *Boch.* pauca. Obſervat tantum מפלים eſſe proprie *prociduas partes*: hic autem *toros* deſignare *prominentiores*. Adducitur περιπτώσεις τῶν ὄγκων τοῦ σώματος, & κοιλία περιπτώσεις. Non multo ſecus de *Ceto* II. *Merc.* notat, *etiam eas partes quæ velut* decidunt *laxiores præ pinguedine*, *eſſe firmiſſimas* &c. Cl. *Cocc.* *aſſulas* vertit, ſive *partes quæ in piſcibus a ſe invicem ſeparari poſſunt*. Confer & quæ *Schmid.* in eundem *ſenſum*. Huc quoque *Jun.* tendit, *Melandrya* reddens, quæ tamen ſunt *Thynnorum ſalſamenta* potius, *quernis aſſulis ſimilia*. Argute *Codurc.* adfert *titivillitia*, ſive *fila tenuiſſimæ carnis*. Alia adhuc dabit *de Pined.* ipſe ex *Vulgat.* *Membra carnium ejus cohærentia ſibi*, infeliciter *genitalia* inducens, quæ *Caro*, vel *Carnes*, in Sacris. Laborat quoque in poſteriori Colo tuendo, quo *Vulgat.* dat, *Mittet contra eum fulmina*, & *ad locum alium non ferentur*. Editiones multas infedit, *Flumina*: de qua varietate *Lucas Brug.* Auctoritas Vaticana tenere juſſit *Fulmina*. Quum interim a LXX. eſſet, καταχεῖ ἐπ' αὐτὸν *Effundet ſuper eum*, *non commovebitur*, agnoſcit *Flumina* rite aſſumta: ſed tamen *ſapienter cenſuiſſe Interp. Latinum*, *ſententiæ ſuppoſitum eſſe Deum*, qui effundat ſuper eum, & *quidem* fulmina *quæ opere fuſorio in fornace ſua confecerit*. Cordatius *Vavaſſ.* *Quod additur* fulmina, *gloſſema puto*, *quod in contextum irrepſit*. *Convenientius in quibuſdam Codicibus* Flumina: q. d. *nulla vis aquæ diſſolverit tam cohærentes inter ſe partes ceti.* Tangendæ fuere Lectiones, propter *Allegorias* ad *Fulmina* illa effabricatas. Cl. *Haſ.* III. *præcidua*, ſive *Fruſta quadrata*, intelligit, *quæ ex carne Ceti exſcinduntur*: obſervans *Orcæ carnem tam compactam*, *totque nervis*, *fibris*, *ac muſculis*, *ſoliidiſſimis*, *conſitam*, *ut vix acutiſſimo cultro*, *telove*, *ceſſerit*; & *parum pinguedinis inde elici poſſit.*. Doctores *Allegorici* IV. *Membra carnium Diaboli*, trahunt ad *reprobos*: *qui ei velut Auctori malorum cohærent.* Vide *Philipp. Gloſſ. Ordin. Lyran.* &c. Iidem *fulmina* referunt partim *ad Dei eloquia ignea* &c. partim ad *judicii ultimi ſententiam* &c. Prudenter hiſce abſtinens *Explic. Gall.* ex *Hebræo* fonte reddit, *Tenuiſſimæ partes carnis ejus compactæ ſunt. Solida eſt ſuper eo*, *nec mobilis*. Hinc ita infert. *Facile videre eſt*, *nihil tale inveniri nec in Terræ*, *nec in Maris*, *animanti. Caro* Balænæ *præſertim faciliime ſcinditur*, *propter pinguetudinem* &c. &c. *Quod natura ergo non dat*, *verum eſt in* Monſtro Spirituali: *ſine Chriſto nunquam confici*, ne ſcindi *quidem*, *aut* vulnerari, *potuiſſet Caro Leviathanis adamante durior. Solo crucis gladio ea confoditur* &c. Fateor pia: a Deo ipſo hic intenta, non credo: quin ſi ſublimius quid hinc, poſt *Literam*, eruendum eſſet, non toties eodem redeundum cenſerem. Dubium eſſe nequit V. quin *robuſta firmitas*, & *ſaxea* quædam *durities carnis*, pingatur. דבק nunc valet *ferruminari*, i. e. *ſolidari*; ut indicare cœpi ſupra *Vſ.* 8. & *Cap.* 38: 37. Sic *Plin.* *L.* 36. c. 26. *Vitrum Sulphuri concoctum*, *ferruminatur in lapidem. Et L.* 11: 37. *fracta oſſa non ferruminantur* &c. Plura exempla in *Latinit. Vet. Ict.* p. 238. &c. מפלי *procidua*, vel *decidua*, quæ ſint, deficiente vivo uſu Linguæ, decidi vix poteſt. *Partes molliores*, & *laxiores*, ſeries ſuggerit: quæ ipſæ aliquid *ferreum* habere dicantur. Huc ducit יצוק עליו *fuſum* quid *ſuper eo*; *plane immobile*. Sic vertendum crediderim; & יצוק non reſolvendum

15 לבו יצוק כמו־אבן ויצוק כפלח תחתית׃

15 Cor ejus fuſum, ad inſtar lapidis: & premitur, ut mola *ad* inferiorem.

16 משתו

16 Ab

dum cum pleriſque, in unuſquiſque torus *compactus eſt:* multo minus a צוק dandum, vel *effundit*, cum LXX. & *Vulg.* vel *premit*, *ſtringit*, cum *Cajet.* quod tamen propius vero: ſed abſolute יצוק capiendum pro *fuſo metallo*, quo grandis *cothurnus* monſtrum *carnis* loco conveſtit. על ad *carnes oſſa veſtientes* traducitur *Eſech.* 37: 6. & alibi. *Ærea*, & *ferrea*, vocat ſtylus figuratus, quæ *prædura.* Inſtar omnium nobis erit *Theocr. Id.* 22: 46. de Rege *Amyco*

Στήθεα δ' ἐσφαίρωτο πελώρια καὶ πλατὺ νῶτον
Σαρκὶ σιδαρείῃ, σφυρήλατος οἷα κολοσσός.

Pectora vaſta conglobatus erat, & latum dorſum,
Carne ferrea, malleis cuſus veluti Coloſſus.

Notum, quam late ſe porrigat illud σφυρήλατον; quod ad omnia *inconcuſſam ſoliditatem habentia* transfertur. Eandem latitudinem vocabulo יצוק additam fuiſſe, ſæpius indicatum.

Verſ. 15. Vir Summus I. ita reddit, *Cor ejus firmum ut lapis*; *firmum* inquam, *ut fragmen metæ.* Subjungit: *plerique de* animo: *ego de* viſcere cordis *hæc intelligo, quod in omnibus animalibus maxime firmum eſſe oportuit, ut fons nativi caloris in tuto eſſet. In* belluis *præſertim magna* Cordis firmitas &c. *Proinde merito cum* meta, *ſive* inferiore mola, *confertur, quæ ſtat immota, dum Catillus ſupra vertitur.* Addit apud *Arabes* ſignum *fortitudinis* haberi *cor durum*, & *compactius:* quale *inſtar Lapidis* in *Bellatore* aliquo *fortiſſimo inventum* narrat *Elmacin.* Concedit tamen, *Crocodilum* quoque ſic repræſentari, quatenus eſt Λιθοκάρδιος *immiſericors: in carnibusque* omne genus *laniandis* Παμβορώτατος καὶ ἀφειδέστατος. in *Ceto* II. *Merc.* notat, *fortem animum, qui nihil timeat:* & פלח תחתית *fragmen inferioritatis* ad verbum reddit; diſtinctum a פלח רכב *fragmine equitationis*, ſive *mola ſuperiore.* Utrumque junxit *Cocc.* dans, *firmum ut Catillus inferior. Cor tum compactum, tum non pavitans, ſubſilienſque præ metu. Ut* Catillus *ſive inferior molæ lapis non rotatur.* Nempe *meta* eſt *ſuperior mola*; quæ *Boch. Jun.* aliiſque *inferior.* Vide *Scal.* ad *Manil.* & *Salm. Plin. Exerc.* p. 464. Utrumque item complexus *Schmid.* ad ſtructuram obſervans פלח quidem *maſculinum*, ſed תחתית in *fœm.* poſitum, propter אבן, quod fæmininum; ut ſit, *Molaris inferior.* LXX. poſterius Colon dedere, ἕστηκεν ὥσπερ ἄκμων ἀνήλατος *ſtat ut incus indomita.* Legiſſe videtur *Vulgatus* ἀγήλατος *valde malleis pulſata*; dans, *ut malleatoris incus ſtringetur.* Nempe nil firmius occurrebat *incude. De Pined.* aquam benedictam ſpargit, quum in *Hebræo* agnoſcens *fragmen inferius*, vel פֹּלֵחַ *frangens*, ſubtiliter inde & ſapienter *malleatorem* elicitum ait, qui *frangat ferrum.* Ingenue *Vavaſſ.* reponit, *Durum ſicut mola inferior.* Idem adjecit; *Animantium quidem omnium fere cor molle:* balænæ *non item.* Cl. *Haſ.* III. contra *Balænam* hinc argumentum duxit p. 52. Ipſe p. 123. 126. *Orcæ* ineſſe oſtendit *Cor compactiſſimum*, idemque *truculentiſſimum*; adductis quoque ſimilibus phraſibus, qua *præcordia ferro vincta* figurant poëtæ; itemque *lapideum cor* ſecundum illud: *In duro ſtat tibi corde ſilex.* Certe tam ſolennis hæc formula, ut mirari ſit IV. *Explicat. Gall.* hic adſcribere potuiſſe, *Vel hic locus aperire debuiſſet oculos æquorum Judicum*, Allegoriam *recipiendam. Nihil enim magis diſſimile* marmori *aut* incudi, *quam Cor animalium. Parum quoque juvaret* Cor *vel* Chalybeum, *jam viſceribus extractum. Quin ubi cutis deſcripta ut* inpenetrabilis, *inutile eſt in* cordis duritiem *inſiſtere. Durities* ergo *ſpiritualis hic attendenda Cordis Satanæ, ex* odio,

16 Ab elatione ejus formidant fortiſſimi: præ confractionibus expiant ſeſe.

16 משתו יגורו אילים משברים יתחטאו :

17 Aſ-

17 משיגהו

tio, impœnitentia, deſperatione, furore, *conflati*, *quod nihil emollire queat* &c. In *Gregor. Phil. Gloſſ. Ordin.* aliiſque eadem; alia quoque ſubtiliora; occaſione *incudis*, & *malleatoris* in *Verſ. Vulg.* Criſis V. qua *Literam* impugnat Vir Eruditiſſ. non valde felix: quidni enim *carni æneæ*, *Cor ſaxeum*, & *Lapide molari durius*, ſubſeratur? non ſane e *Corpore* extractum, ſed cum maxime valens, vigenſque. יצוק in *Lapide æris* a natura *fuſo*, habes *Cap.* 28: 2. Ἦτορ σιδήρεον *Cor ferreum*, χάλκεον *æneum*, pro *indomito*, *ſævoque*, protritum, veteribus. Prius, a יצק *fudit*, capio iterum *fuſum quid*. Poſterius a צוק *preſſit*, forte commodius dari poſſet, & *premit ſicut meta inferiorem catillum*. Certe פלח רכב *Metam*, ſive *ſuperiorem molam*, plerique interpretantur *Jud.* 9: 53. quamvis *Cocc.* malit *Catillum metæ*, ut פלח maneat *inferior*. R s in tanta Linguæ penuria definiri vix poteſt. In *Camuſo* reperio;

فلخه سلعه. والفلخ الرحاء
اى احد رحيي الماء
والبد السفلي منهما

Radix פלח *eſt fidit*, *diffregit*: *unde* פליח *eſt mola*; *aut unus lapidum molæ aquariæ*, & *utrinſque pars inferior*. In *margine* pro فلخ, adſcriptum a recenti manu פילח فلخ, atque ita in *Lex. Gol.* editum. Sed de his alias. Si פלח eſſet *Catillus*, ſive *inferior Lapis*, poſtremum יצוק reddi poſſet, & *premitur ut Catillus inferior*; *immenſo* quodam *robore* videlicet *vigens*. Ad *Molam aquariam* quidni alluſum dicamus, quæ *ſanguinis fervidiſſimi circulationem rapidiſſimam* depingat? Quid ea differat in *Crocodilis*, *Orcis*, *Draconibuſve*, & quid maxime hanc ſimilitudinem, ſi forte, impleat, alii docebunt. *Crudelitatis* quidem & *truculentiæ* pares credo merentur titulos.

Verſ. 16. *Boch.* I. dat: *Ab elatione ejus timent fortes: præ metu aberrant.* i. e. *Neſciunt quo ſe vertant*; *videntes Belluam vaſtam & humanæ carnis avidiſſimam.* שאת Elatio *eſt* emerſio ex aquis. שברים *fractiones* pro *metu animum frangente.* יתחטאו a חטא *non tam* peccare *quam* errare *eſt.* Cl. *Cler.* hunc *errorem* nimis fecit languidum, quum addidit, *facile contingere ut Crocodilum fugientes præ trepidatione a via aberrent &c.* Languet item, quod ad modum *fugiendi* alluſum velit cum ipſe, tum alii, quia quum *Crocodilus ſe flectere* nequeat, *nunc ad dextram*, *nunc ad ſiniſtram*, *currendo facile declinetur.* Non *errant qui ſic*, providi, & ſui compotes, *errant.* In *Ceto* II. *Herc.* 1. *Ubi ſeſe in mari attollis*, *vel fortiſſimi*, *qua* piſces, *qua homines*, *timent*: & a confractionibus *quas facit in mari*, *fluctus miſcens*, peccant, *velut peccato ſe conſtringunt*, *neſcientes quid faciant.* Subdit 2. alios ex R. *Levi*, *purgant ſeſe* dediſſe; *purgamenta* videlicet *ſua præ metu reddentes.* Ita *Pagn. Vatabl.* quin & *Grot. Druſ.* diverſa ratione. Explodit *Codurc.* 3. ſe *nucem fregiſſe* prædicans; reddendum quippe *oberrant*, *vagantur toto mari*; משברים *a fluctibus procelloſis per Leviathanem excitatis.* משברים inquit, pro ממשברים. *Cocc.* 4. *Ab elatione ejus* e mari *pavent potentes: a fluctibus expiantur* i. e. *Non aliter vota nuncupant, atque ſolent in magna tempeſtate: religioſa deprecatione peccata expiantes.* Addit; *vel* משברים *eſt pro* ממשברים; *vel* שברים *a* שבר, *ſunt fluctus.* Eodem adſpectu *Jun.* & *Trem.* 5 *Metu confractionum ſeſe purgant*: i. e. *metu inſtantis periculi expiant ſeſe.* Similiter *Deod. Piſc.* &c. &c. Cl. *Schmid.* vicino ſenſu malebat 6. *a confractionibus* quæ *expiantur*; *quæ tantæ & tam atroces ſunt*, *ut omni*

ni

17 משיגהו חרב בלי תקום חנית מסע ושריה׃

17 Invadentis eum gladius non ſtabit: lancea, telum, & ſpiculum.

18 יחשב

18 Re-

ni modo ſtudendum ſit, quo apud Deum expientur. Apponit 7. *Et a confractionibus* ejus ii, *qui purgatoria luſtratione initiantur bello, Viri bellicoſi.* Neutrum felix. *Luth.* 8. *Ab eruptionibus ejus ſine miſericordia pereunt:* q. d. *tractantur ut peccatores.* Cl. *Guſſ.* 9. *damnant ſe morti, ad inſtar reorum* &c. mox tamen ad *num.* 5. accedit, *dant operam peccatis piandis, tanquam ſtatim morituri.* Argutum, & ſatis venuſtum. Veteres 10. parum limpide. Mitto alios: *Vulgat. Cum ſublatus fuerit, timebunt Angeli; & territi purgabuntur.* Quantos fluctus citarint illi *Angeli* אלים, diſcas ex Erud. *de Pined.* partim, partim ex iis quæ mox *num.* IV. dabuntur. Ipſe hunc præbet ſenſum: *Vel peritiſſimi nauarchæ terrentur, & errati ſe accuſant, quod ad freta cetis infeſta curſum direxerint, vel & peccatis ſuis id tribuunt, veniamque Numinis precantur.* Nunquam expectaſſem *Angelos* in *Navigantes*, & *quidem Legatos*, converſum iri ex *Eſaj.* 18: 2. *Vavaſſ.* per *Angelos* deſignari ait *fortes & inclytos Heroas, angelis æquales.* Simili colore uſus *Bold.* ſed minus verecunde, nam אלים *fortiſſimos* primo *piſces, quadrupedes,* & *homines*, notare contendens, ad *Hyperbolen* animandam ab Interprete adhibitos ait *Angelos, qui ſi a peccato immunes, in cœloque degentes, ad adſpectum* Leviathanis *expaveſcant; quanto magis homines vel fortiſſimi* &c. Cl. *Haſ.* III. in *Cetum dentatum* transfert explicationem *Boch.* cui *Juvenil.* noſtræ curæ ex verbis *errandi*, ad *attonitæ mentis ſtuporem* traductis, aliquid firmamenti forte addidere. Acuminum *Allegoricorum* IV. ad *Verſ. Vulg.* ſpecimen eſto ex *Gloſſ. Ordin. Leviathan ab arce beatitudinis cadente, in ruina ejus etiam Electi Angeli expaverunt* &c. Prolixe hæc *Philipp. Lyran. Gregor.* cur *purgati* dicantur *Angeli* argute exequentes. *Græci* ad ſuos *Interpretes* diverſiſſima luſere, quæ in *Caten.* reperies. *Explic. Gall.* debitam habeat laudem, quod cordate repoſuerit, *Cum ſeſe extulerit pavebunt fortiſſimi, & metu confractionis ſeſe expiabunt.* Hæc applicat *Dæmoni terrorem quaquaverſum ſpargenti, ubi ſemel furere occœperit, nemine vim ejus evaſuro, niſi pœnitentia, & ſeria ſui expiatione, per fidem in Chriſtum; fiducia meritorum omni depoſita.* Hæc in ſe pia, & bona: nunc a Numine intenta, non credo. Nobis V. quod in *Juvenil.* dedimus, ad lineas a Viro ſummo productas, non diſplicet. Vehementer tamen adblanditur illud *expiant ſeſe*; quod *Mortis præſentiſſimæ periculum*, cum *ſumma conſternatione jamjam perituri*, decenter exprimit. שתו non explico ſimpliciter de *elatione ex undis*, ſed de *elato impetu*, & *celſitudine* quadam *terribili.* Ita fere *Job.* 13: 13. *Elatio*, vel *Celſitudo, ejus vos conterret:* & *Cap.* 31: 23. *præ celſitudine ejus non valebam.* Ad eundem quoque ſenſum reduci poſſent *Confractiones*, quas *ſtrages* interpretari licet. De *Crocodilo* refertur, *eum quicquid occurrit, juvencum, bovem, camelum, hominem ictu caudæ adeo graviter ferire, ut cruribus fractis jaceant mox, & prædæ fiant:* quin *tanta caudæ vis* traditur, *ut uno ictu quatuor grandioris animalis crura confregiſſe* repertus ſit aliquando. Major adhuc erit Emphaſis, ſi de *Ceto dentato* agatur: in quem etiam *ſuperba elatio ſui* mire quadrat. Utrumque & in *Draconem* peropportunum, cum *elatione vaſti corporis ingentes ſtrages* dantem. Utrumque certe ad *Belluam* referre, quæ tandem cumque ea judicetur, ſymmetria verborum ſuadet; ut textum inſpicienti patebit.

Verſ. 17. Inſtatur in hanc *formidoloſiſſimam ſui elationem*, quam nihil *tardare*, aut *frangere*, valeat; quum omne genus *tela* in ſe *congeſta* eludat, atque contemnat. *Boch.* I. hic multa adfert de *Crocodili cute contra omnem ictum invicta.* מסע quod negotium faceſſit, ex *Arab.* نشغ بالرمح *confodit haſta* illuſtrat, atque per *Telum* convertit. Similiter שריה, quæ aliis *Lorica*, eidem *ſpiculum*, ut سريّة in *Camuſo* eſt *ſagitta.* Subſcribit

Cl. *Cler.* niſi quod מסע a נסע *proficiſci*, malit eſſe *Telum quodvis e manu profectum.* Non placet *Etymon.* Erud. *Crinſoz.* notat חנית מסע dari poſſe *Lanceam profectionis.* Idem II. indicarat *Merc.* 1. quaſi *lancea profectionis* eſſet *haſta miſſilis:* quamvis *Kimch.* aliique מסע per ſe velint *Miſſile* ſonare. Ad שריה item notat, alios *Loricam* reddere, quæ שרין; alios, quod ea minus hic opportuna, *teli genus.* Ipſe cenſet, *nihil obſtare, quo minus* Lorica *teneatur, quod cum* Ceto *pugnaturus, ea etiam ſe armare poſſit.* An *Cetarii* piſcatores unquam *Lorica* ſe armant? Tamen & *Cocc. Haſta miſſilis, & Lorica.* Adjecit in *Lexico* contra *Boch. nil clarius, quam Loricam hic requiri, qua quis munitus coram hoſte conſiſtat, cum gladio & haſta miſſili.* Specioſum. Sic *non ſtabit* aliud valeret in *gladio* & *haſta miſſili*, aliud in *Lorica.* Dicitur, *gladium non ſtare*, quum *acies* ejus *haud penetrat*, ſed *retuſa hebeſcit.* At *Lorica non ſtat*, quum non *reſiſtit*, ſed *ex facili penetratur.* Hæc in unam ſententiam vix congruunt. Cl. *Schmid.* 2. tentavit, *Haſta rejectio eſt, & Lorica* i. e. *Haſtam in ſe miſſam facit proficiſci a ſe, ut non penetret.* Item: *Lorica res proficiſcens erit, quod Leviathan eam dentibus confringat.* Nil molle contra 3. *Jarchio* eſt *haſta prægravis, & difficulter admodum movenda*, a מסע, quatenus *ſtationem* ſignat. Eſt plane contra naturam *Radicis*, de qua infra. Ceterum in *Balænam* hæc & ſequentia, *telis miſſilibus*, & *harpagonibus*, nimium quantum *patentem*, plane non convenire, quivis cernit. Certe *Boch.* hoc urgens, teſtatur, *ſe multoties cultellum in Balænæ recens captæ corii partes duriſſimas nullo negotio impegiſſe.* Hinc etiam III. contra *Balænam* pro *Orca* inſiſtit Cl. *Haſ.* quippe cui, æque ac *Crocodilo*, ſi non *ſquamatum*, ἄῤῥηκτον *frangi negans* ſaltem δέρμα; ita ut *tela velut petræ alliſa inde reſiliant.* Adi p. 9. *Opuſc. laudati*, & præſertim p. 202. Ipſe poſterius colon ſic convertit. *Haſta erit rejectio, & ſolutio.* מסע. *profectio* pro *ejectione, excuſſione*, ad exemplum *Schmidii.* שריה pro *ſolutione*, quum *telum fruſtra impactum, diſſolvitur quaſi*; ex שרא *dimiſit, diſſolvit* apud *Chald.* De eo mox.

Allegoria IV. præſidio nebulæ hic ſeſe defendere debet: ſi enim *figurata* omnia, jam *gladius*, & reliqua *Panoplia*, nihil aliud ſignare poſſint, quam *ſpiritualem armaturam*, qua fideles *contra Diabolum tectos ſtare* jubet *Apoſt.* ad *Epheſ.* 6. Vide jam quid *Philipp.* hic excogitarit: *in Haſta & thorace poſſunt intelligi Lorica juſtitiæ induti, & Sanctis operibus armati, qui Dæmonem punire, vel expugnare, non valebunt, quia tam fortis & malus eſt, ut adverſantia contemnat, & converti minime velit. Quicquid fortitudinis animorum in Sanctis ferri vocabulo appellatur. Quicquid etiam virtutum æris ſplendore cenſetur.* Turbidiora quæ in *Gloſſ. Ordin.* exſtant. Subtilius & ſpecioſius quid dat *Explic. Gall.* exploſa *Balæna*, ita pergens: *Neminem contra fortiter Armatum illum defendit fiducia ſui. Non timet ullius hominis gladium. Nulla lorica humana ictus ejus avertit. Preces tantum humiles metuit; & ei formidoloſior nemo, quam qui ſe in conſpectu Dei proſternit, indignitatis ſuæ ſenſu contritus. Armis poſitis nudus Cœlum reſpectans, atque inde omnia ſperans, omnia exſpectans, terrorem Dæmoni incutit, eique victorem ejus oſtendit.* Pie! belle etiam; & flexu gratioſo: qui tamen me quidem a ſententia non deducit. Ea fert V. in *Crocodilum, Cetum dentatum*, quin *Draconem* quoque, pari ferme jure hæc expetere: nam & *magnis Serpentibus*, quos *Dracones* appellamus, φολίδες *ſquamæ invictæ*, & *cutis clypeis quaſi cataphracta, quæ gladium, haſtam, telum omne*, facile *retundat.* Forte tamen in *Orcam* minus congruit חרב *gladius*, quod eſt ἀγχέμαχον *telum*, in *terra*, *collato pede* ſaltem, & *cominus aggredientis.* Senſiſſe videtur Cl. *Haſ.* ita ictum devitans, p. 198. *Non gladius eo uſque perforabit cutim, ut in eam tortus, ei inhærere, atque in eo conſiſtere poſſit.* Mallem *Harpagonem*, in hac piſcatura uſitatum, ſub חרב intelligere, ſi de *Ceto* ageretur. Sed *Monomachiam* deſcribi *paris male compoſiti*, ſupra ſatis evictum. Ad hanc ergo ſcenam 1. *Aſſequentis cum gladius* inducitur. Iſque 2 *non ſtans*, ſi cominus feriatur, i. e. mox *obtuſus, infractuſve.* Additur 3. *Lancea eminus intorta*, poſtquam *gladius inutilis* repertus. Quid 4. מסע addubito. *Haſtam profectionis*, pro *miſſili*, non magnopere probarem. Radix נסע *abiit profectus*

18 יחשב לתבן ברזל לעץ רקבון נחושה׃

19 לא־יבריחנו בן־קשת לקש נהפכו־לו אבני־קלע׃

20 כקש נחשבו תותח וישחק לרעש כידון׃

21 תחתיו

18 Reputat pro palea ferrum; pro ligno putrido chalybem.

19 Non fugabit eum filius arcus: in ſtipulam convertuntur illi lapides fundæ.

20 Tanquam ſtipula reputantur tundens clava; & ridet ad vibrationem haſtæ.

21 In-

ſectarus نسع, in *Origine* valet, *vulſit*, *evulſit* tentorium. Id *Arabibus* نزع *evulſit*, *extraxit e loco ſuo*. Inde derivatum منزع, quod noſtræ formæ respondet, eſt *telum*, *ſagitta*; a formula نزع في القوس *attraxit*, *vulſit arcum*. Id cum שריה سرية *ſagitta*, & quidem *lati cuſpidis*, ſive *ſpiculo*, ut in *Camuſo* exponitur, non male conſiſteret. Obſtat tamen *Vſ*. 19. ubi de *filiis arcus* demum mentio. Ad *Boch. Etymon* 5. obſervo, نشغ بالرمح *confodit in haſta*, vel ut Exemplar *Camuſi* noſtri habet, نشغ الرمح *ipſa haſta confodit*, eſſe figuratum, pro *Hauſit*. Nempe نشغ, ut نزع, ad *hauſtionem aquæ e puteo* etiam adhibetur. Eleganter autem *Haurire* dicuntur *Lanceæ*, quæ *altius penetrant*. Inde exiſteret *Lancea hauſtionis*, id eſt *penetrantiſſima & validiſſima*. ושריה ad hanc rationem redderem, & *coruſcationis*: ut ſit *Lancea maxime penetrans & coruſca*. شري eſt *coruſcavit* fulmen. Inde & שריון *Lorica* forte nomen indepta. Hæc alteri curæ deputanda. Liquida lux in talibus vix ſperari poteſt.

Verſ. 18. Levi brachio defungi licet. Nulla nempe *Claſſis* hic quicquam novi adfert: niſi quod *Allegoria* in *ferro*, & *chalybe*, pro *palea* & *ligno putredinis* per *Dæmonem repellendis*, ex more luxuriet. Adiſis *Gregor. Philipp. Gloſſ. Ordin. Lyran.* &c. Caſtigatius, nec tamen ſolidius, *Explic. Gall. Quicquid homines invenere ad* Juſtitiam & Sapientiam *ſuiſmet viribus acquirendam*, *pro principio & fine ſuo habuit ſuperbiam*. *Ea* paleas & putrida *refert* ligna. *Talibus armis Dæmon vinci nequit* &c. &c. &c. Reliqua quiſque ſibi ſuppleat.

Verſ. 19. Iterum paucis. בן קשת *Filius arcus* quibuſdam eſt *ſagittarius* ipſe; præeunte *Vulgato*: aliis *ſagitta*, quæ & *filius pharetræ Thren*. 3: 13. Id haud dubie præferendum. Ita *Filius*, & *Filia vaginarum*, pro *Gladio*; ipſoſque hos *Filios arcus*, pro *ſagittis*, concelebrant *Arabes*. Cothurnus *Græcus* talia quoque adfectavit. *Pind.* certe *Diem* παῖδα ἀλίου *Filium ſolis* vocitat, atque hunc viciſſim ὀξειᾶν ἀκτίνων πατέρα *acutorum radiorum Patrem*. Item ὕδατα ὀμβρία παῖδας νεφέλας *aquas pluvias*, *Filias nubis*. Hæc, & alia, collegit Doct. *Ritterſhuſ.* ad *Opp. Halieut.* 1: 735. nec non *Gatak.* de *Styl. N. T.* p. 101. 103. Cum *ſagittis* conjunguntur *Lapides fundæ*, quibus fortiſſimus ille *Monomachus Goliathi* nunquam *Leviathanem* ſtraviſſet. Adſpectus forte non adeo conveniens in *Cetum*: in *Crocodilum* certe convenientior; in *Draconem* convenientiſſimus. *Allegoria* ita hic ludit, ut ſemet eludat.

Verſ. 20. Ad ἅπαξ λεγόμενον תותח ὁ πάνυ I. *Græci* σφῦραν; *Hieron. malleum*: *Chald ſecures*: *Syr.* & *Arabs*, *Haſtile*. *Nos* fuſtem: a وتخ *fuſte percuſſit*: unde ميتخة *fuſtis*. Cl. *Cler.* notari putat *Malleum ferro munitum*, vel *totum* potius *e ferro*; quales erant *Maſſæ armorum*; a *ſono* ſic dictum, *quem duriori materiæ impactum ferramentum* red-

21 Infra eum acuminata teſtæ: ſuffulcit ſibi tribulam ſuper lutum.

21 תחתיו חדודי חרש ירפד חרוץ עלי־טיט :

22 Fer-

22 ירתיח

reddat. Non admittit *fuſtem*, quod jam *Ligni mentio præceſſerit.* Addit, *in* נחשבו *reſecandum forte Vaw, niſi ratio ſit ignota, cur plurali jungatur.* רעש כידון *vibrationem Clypei* mavult, quam *Haſtæ*, contra *Boch.* & *Merc.* Erud. *Crinſoz.* dedit *Balliſtas.* Ita *Merc.* II. *tormentum bellicum* adfert, *quo lapides projiciebantur, ad muros quatiendos.* Alia apud eundem, minus ſpecioſa, miſſa facio. Cl. *Cocc.* ad conſtructionem juvandam, *Lapides balliſtæ* dedit: & רעש כידון *ſtrepitum pharetræ.* Significari cenſet *Pharetram Pilorum.* In *Lexico* ponit *pilum.* Cl. *Schmid.* tenet *Arma Thothach*, quod nihil certi reperiret. Ad illud exemplum III. & Cl. *Haſ.* negans quicquam definiri poſſe de hac voce. *Allegoria* vetus IV. in *Malleum* inſiſtit, inſcite ſane *Verbum Divinum*, vel *Cœleſtis pondus percuſſionis*, eo expreſſum ſtatuens. Scitius *Explic. Gall.* reponens *Tela baliſtæ*, alio utitur flexu, quem ex ſuperioribus ſtricturis ſatis intelligere erit. Aliquid V. lucis fert *Arabicum* وتخ ותח quod in *Camuſo* ita exponitur:

وتخه بالعصا ضربة
بها والوتخة الوحل
وما اغني وتخة شيا
والمبتخة العصي اوتخته
مني بلغت مني

Verbum ותח *cum* עץ *Baculo* conſtructum, *eſt verberavit eo aliquem; item* ותחה *eſt cœnum mollius. Inde formula, non profeci* ותחה *quicquam omnino.* מיתחה *Fuſtis, Baculus* אותחת מני *ſubegit me.* Vides *Gloſſas* tam ſtrictas, ut natura Linguæ inde elici nequeat. Id tamen mihi ex hiſce, collato وتخ, tralucet, *Originem* in *contuſione qua quid ſubigitur*, quærendam. Hinc תותח *Clava qua caput commitigatur:* vel & *Balliſta* qua *muri quatiuntur* & *contunduntur.* Hoc jam, vivo uſu ceſſante, in voce, quæ tantum ſemel occurrat, finiri non poſſe, quivis facile intelligit. De כידון ad *Cap.* 39: 26. aliquid tactum. Jam vero ſive *Clavam* teneas, ſive *Balliſtam*, nihil cauſæ eſt, cur נחשבו erroris ſuſpectum reddatur; quum *Collective* poſitum eſſe appareat. *Crocodilo* etiam *contundendo* aptius utrumque, quam *Ceto.* Opportuniſſimum tamen *Draconi.* Certe *Serpentem* ad *Bagradam Balliſtis & Catapultis diu oppugnatum* narrat *Gell.* 6: 3. Conſonat *Livius*, vel ex eo *Val. M.* potius, *L.* 1: 8. 19. referens, *Quum Reguli exercitum uſu amnis prohibuiſſet, multiſque militibus ingenti ore correptis, compluribus caudæ voluminibus eliſis, telorum jactu perforari nequiſſet, ad ultimum balliſtarum tormentis petitum, ponderoſis & crebris ſilicum verberibus procubuiſſe; ipſa Carthagine terribiliorem Legionibus viſum.*

Verſ. 21. Subobſcurum vocans verſum *Boch.* I. ſic vertit: *Pro eo ſunt acumina teſtæ, ſternit ſe ut tribulam in luto.* i. e. *Non animalis corpus, ſed tribulam potius, in luto jacere putes, cujus tergum, velut teſtis exaſperatum, quoſvis ictus repercutiat.* Addit, *ferri* etiam *poſſe* aliorum explicationem, *ſub eo ſunt acumina teſtæ*; ut ſermo ſit de *Cubili Belluæ, cui ob cutis duritiem ſuper lapides & rupes, teſtarum inſtar acutiſſimas, jacere perinde ſit.* Hoc ſecutus *Crinſoz.* Voluiſſem cum *ventre molliori Crocodili* id conciliaſſent Viri Doctiſſ. Sentiens, credo, *Boch.* illud *pro eo* in ſubſidium ſumſit, Lingua, & ſerie, parum faventibus. Cl. *Cler.* & *Reim.* recurrunt ad *Crocodilum ſeſe volutantem, ſub quo tunc dorſi teſtæ exiſtant, & tubercula, limo imprimenda.* Non veriſimile. *Epiſc. Elienſ.* תחתיו ad *Clavam* & *Lanceam* reduxit, *ſub quibus, in Tergum*

gum cataphractum incidentibus, eſſe dicantur teſtæ &c. Apparet nodus. In *Ceto* II. *Merc.* 1. *ſub eo acumina teſtæ; ſternit rem acutam ſuper lutum.* i. e. *Adeo duram habet cutem, ut ſcopulis ſæpe inſideat, dum per mare jactatur, aut alicubi quieſcit, abſque ulla læſione.* Subdit, 2. *poſt cetera membra ad ventris deſcriptionem accedi; & teſtas has, tribulaſque, ſubſtratas, ad cutis robur & duritiem poſſe referri.* Ad hanc faciem *Tigur. Cui ſubjecta ſunt acuta teſtarum fruſta, & luto inſternit rem acutam.* Utrumque conjungere voluiſſe videtur *Codurc.* 3. *Sub illo ſunt acutæ teſtæ, & ſuper luto ſternit ſibi cautes.* Ait, *agi de ſtramento, vel ſtrato, hujus monſtri, quod propter duritiem ſquamarum cautibus aſperrimis innititur.* Atqui *ſquamis* deſtituta Cete. *Cocc. corii duriciem tantam* facit, *ut acuta ſternat ſubter ſe ſine noxa; & ſcopulis pungentibus, aut ſecantibus inſtar tribulæ, incumbat.* Redit ad *num.* 1. in *Orcam* ſatis, in *Balænam* minus, congruens. Non video quid ſic eſſe queat *ſuper lutum.* Notavit quidem *Merc. lutum* eſſe *fundum maris ubi verſatur*; ſed hoc in *num.* 2. convenit, non in 1. niſi ſic flectas: *Ob cutis duritiem ita molliter ſuper rupes præacutas, velut ſuper lutum, reſidet, ut in molli ſtrato jacet homo.* Et hoc a *Merc.* propoſitum, placuit 4. Doct. *Belg.* part. כ ante על ſupplentibus. Teretius fuiſſet, *ſubſternit tribulas pro luto.* Sic Cl. *Schmid.* 5. *Sub eo acumina teſtæ: ſubſternit acutum* ſaxum *ſicut lutum.* Mox tamen ad aliud delabitur, ſimpliciſſimum putans, *ſternit*, dejicit, *acutiſſimos ſcopulos ſuper lutum profundum maris: adeo ejus cutis non cedit ſcopulis, ſi quos offendit in natatione, ut prius eos in fundum maris dejiciat, quam ut ab illis lædatur.* Nimium. *Jun.* & *Trem.* 6. nexu arctiore cum *Vſ.* præc. *ſubduntur ei* ut *acumina teſtacea*; *ſubſternit exciſum in luto* i. e. *ferrum* lanceæ *comminutum, in profundum maris dejicit, ubi lutum eſt.* Concinit fere *Grot.* 7. *Apud ipſum erunt*, haſtæ illæ Catapulta ejectæ, ut *teſtarum fragmina*; *& acutum* ferrum *ille dejiciet in lutum*, i. e. *in fundum maris.* Longe petitum; nec opportunum. Longius adhuc adductum 8. & languidius hoc *Bolduc. Cum progreditur, ſi ſub ſe acumina teſtarum, aut conchyliorum, ſentiat, illa ſternet, & quicquid vel acutiſſimum repererit, comminuet illud, & ad luti mollitiem reducet.* In alia omnia diſcedit *Vulgat.* 9. *ſub ipſo erunt radii ſolis; & ſternet ſibi aurum, quaſi lutum.* Nempe חרש *teſta*; חרם *ſol.* Item חדודי *acumina* pro *radiis acutis:* denique חרוץ alibi *Aurum* ſat crebro: ut Lingua quidem iſtam ſententiam non abnuat, ſi cum ſerie conciliari poſſet. Id Erud. *de Pined.* non unâ via tentat: deſinens tandem in hanc, ut commodiſſimam; *Tantam eſſe Belluæ vaſtitatem, ut univerſum maris fundum, in quo margaritæ radiantes, & aurum, deliteſcunt, obumbret: quippe quæ* Maris tyrannidem *gerat; cui opes illæ inſerviant pro* Lecto, & deliciis; *ſicut* lutum, *in maxima abundantia.* Omnia dura, & coacta. LXX. in poſteriori colo ſimile quid captarunt: πᾶς δὲ χρυσὸς θαλάσσης ὑπ' αὐτὸν ὥσπερ πηλὸς ἀμύθητος. Prius apud ipſos, ſic expreſſum: ἡ στρωμνὴ αὐτοῦ ὀβελίσκοι ὀξεῖς. Aliud iter ingreſſus *Vavaſſ.* aliquid ſi non melius, mollius ſaltem ad ſeriem, pro *Balæna* expedit. *Quotiens Cete hoc in profundum ſeſe immergit, tanta vi id facit, ut* lumen ſolis *ad fundum uſque, mari hiante, pervadat; atque ita aurum, ſive arena fulgens, ei ſubſterni videatur.* Iterum aliud de *Branchiis* Ceti *in morem radiorum ſolarium relucentibus, cum ſeſe attollit ſuper mare*, attigit *Merc.* In *Auro* quoque totus 10 *Jarchius*, intelligens *ſquamas aureas ſub ventre monſtri*; *fulgoremque* inde *repercuſſum, & ſuper cubile* ejus *in luto diffuſum.* In *Targum* poſterius Colon ad hanc mentem; *ſternit aurum puriſſimum ſuper luto.* Prius de *teſtis*, & *ſquamis acutis ventris*, acceptum. Hæc *Draconis* ſuggerunt imaginem. De eo ad hunc locum cogitaſſe & alios olim, diſcas ex *Philippo*, qui *Allegoriæ* hanc *Literam* ſubſternit: *Dicuntur Dracones in locis ſecretis, & terrarum abditis ſinubus, vel maxime commorari; ubi metallum Auri ſit* &c. Inepte huc illatum fabuloſum illud de *Draconibus theſaurorum avaris cuſtodibus:* eſt tamen aliquid, veſtigium, ſi forte, veri hinc eruiſſe: de quo ſub finem. Cl. *Haſ.* III. pro *Orca* dat: *ſub eo ſunt acuminatæ teſtæ, ſubſternit ſibi acutum* ſaxum, *tanquam lutum.* Laudat *Luth.* ita vertentem. Obſervat autem 1. *Belluam hanc frequentem* in mari Glaciali, *ubi petrarum, ſcopulorumque, maxima multitudo, &* Montes, *qui vocantur* Acuminati. *Fortaſſis etiam* 2. *reſpici ad* Conchylia, *quæ* teſtæ *dicuntur: & piſcem in fundo maris jacere ſolitum, revera incubare teſtis, tanquam luto.* 3. *Alluſum videri ad piſcis hujus ha-*

habitationem in Mari Hyperboreo, *ubi* immenſæ gelido concreſcunt frigore cruſtæ; *& glaciei* teſtæ acuminatæ *altiſſime ſe attollunt: inter quas ludere ſoleant hæcce monſtra.* Hæc a *pag.* 203. ad 206. deducta. Horum nihil tam planum, ut nullus remaneat ſcrupulus. Omnia ſimul intenta, minus veriſimile. *Allegoria* IV. ad verſionem *Vulgatam* ſemet laxatis velut habenis effundit. *Philipp.* illud de *Dracone* ſupra tactum, ita applicat. *Sic Draco ruſus de Auro bonorum, quos dejecerat, ſibi cubile ſternit* i. e. *Omnes ſpirituales mundi hujus divitias, bonorum hominum ſanctitatem, juſtitiam, ceteraſque virtutes, velut aurum ſub ſe habebit, cum eos in lutum immenſum redegerit peccatorum.* Item: *Sol Juſtitiæ Chriſtus; in cujus pennis ſanitas. Hi igitur radii i. e. Sancti, qui ſunt Filii lucis, ab hoc Principe tenebrarum in prævaricatione Adam peccato illius detinentur obnoxii; dum jam redemtos per Chriſtum capitalibus criminibus ſuos facit, ſibique velut captivos, & ſervos, ſubjugat.* Male ſana doctrina; quam *Gloſſ. Ordin.* nonnihil corrigens, inſerit, *qui fulgore juſtitiæ ſplendere videbantur* &c. At *Lyran. Per hoc deſignatur, quod Diabolus nullis rebus ſenſibilibus, quantumcumque pretioſis, vel pulchris, allicitur, ut ſubjiciat ſe homini* &c. Alia acumina adjecit *de Pined. An non cum ſtellas Cœli traxit, ſub ipſo ſtrati radii Solis? An non cum Electos, & Juſtos, ſibi devincit, in radiis Solis cubat? Tam præterea ſe fert* Plutum & *Divitiarum Deum. Denique qui ſe illi ſubjecerit, etiamſi* Aurum *mundiſſimum ſit, immundum* Lutum *evadet.* Vitrea fracta; & اضغاث احلام *perplexabilia ſomniorum.* His prudenter valere juſſis *Explic. Gall.* notat *obſcuriſſimum eſſe locum; & cum* Hebræo *quidem, ob ambiguitatem vocum* חרש, & חרוץ, *conſonare Verſ. Vulg. ſed eam cum ſerie reliqua parum conſtare.* Reponit ergo, *Sub illo ſunt acumina teſtarum, & ſternit ſibi tribulas loco luti; pro luto:* ſubmonens, ut ὑπὸ, ſic על, hanc vim admittere. Inde hunc pandit conſpectum. *Leviathan tam parum metuit lapides, & tela vel acutiſſima, ut inde ſibi ſternat Lecticam, & non dormiat niſi ſuper tribulis acuminatiſſimis. Dulciſſima ei conſolatio duris incubare cordibus: amatque lutum mollitiei & impuritatis.* Vides nexum cum *præc. Vſ.* captatum; quod & in *Claſſ.* II. a quibuſdam factum. In luſibus plus acuminis, quam lucis. Connexionis ratio non omnino rejicula. Ea V. hunc præberet ſenſum 1. *Belluam non tergo ſolum, ſed & ventre, cataphracto terribilem, acutiſſimos lapides, & ferrata pila, undique in ſe congeſta, adeo contemnere, ut inde ſibi cubile*, & *Lecticam* veluti, *paret.* Non quadraret in *Balænam.* Ne in *Orcam* quidem. Quin nec in *Crocodilum*; cui *in ventre mollis, tenuiſque, cutis; quam Delphini ſubeuntes ſpina ſecent, gnari partis in* inimico *imbellis*: ut *Plin. L.* 8: 25. annotavit. In *Draconem* forte conveniret, cui & *venter* φολιδωτὸς, & *ſquamis æratis* quaſi *communitus*; unde ὑπόχαλκος ἠχὼ reddatur, quando *in antris ſeſe convolvunt*, ut *Philoſtr.* ſcribit in *Vit. Apoll.* L. 3: 8. Fateor tamen 2. nexum huncce non adeo liquidum: & ſecurius multo verti, *ſub eo* ſunt *acuta teſtæ; & ſternit tribulum ſuper luto.* Etiam hæc vertendi ratio, quam ſimpliciſſimam nemo inficias iverit, excluderet *Crocodilum, Balænam, Orcam*, ſimul omnes: nam deſcriberetur hoc pacto *venter teſtarum fragminibus acutiſſimis, quin tribulis* triturantium *loricatus.* Tali *ventre Draconem armatum*, multa arguunt. רפד non tam *ſternere* eſt, quam *fulcire, ſuffulcire*, ut ex رفد in *Obſerv.* ad V. T. & *Clav. Dial.* p. 204. adſtructum. Spectatur hic monſtrum *cubans*, & in *Lecto*, vel *Luſtro* ſuo, *ſuffultus teſtis, tribuliſque, cutis ſquamoſiſſimæ*; quantumvis in *lutoſis*, & *paludoſis*, ferme *ſtabuletur.* Non plane abſurdum eſſet 3. חרוץ pro *Auro* ad *Aureas* ibidem *ſquamas* referre, quas ſibi *ſuper Luto* dicatur *ſubſternere*, & *ſuffulcire Draco*: ſed חרודי חרש de *Radiis ſolis* exponi, & eos iterum, de *fulgore reverberato ſquamarum*, nullus admitterem: ac proinde חרוץ cum *acutis teſtarum* conjunctum, *tribulam ferratam, & acuminibus horridam*, opportuniſſime ſignificabit. Suſpicabar aliquando 4. טיט *Lutum* figurate poſitum pro *pingui ventre.* Exempla iſtius *Metaphoræ* ad manum. Non tamen urgeo: & altero illo contentus ſum.

Verſ. 22.

22 ירתיח כסיר מצולה ים ישים
כמרקחה :

23 ארחיו

22 Fervefácit ſicut ollam profundum: mare ponit ut coctionem unguentariam.

23 Poſt

Verſ. 22. Eruditionis ſuæ copias hic explicat ὁ πάνυ ad *Crocodilum* I. tutandum, obſervans *profundi* & *Maris* appellationes ad *Flumina* etiam extendi; atque præſertim *Nilum* nomine بحر *Maris* inſigniri, tum *propter amplitudinem*, tum *quod ſtatis temporibus per totum Ægypti Delta ſe diffundat.* Ex *Zach.* 10: 11. etiam מצולות יאר *profunda Fluvii*, & quidem *Nili*, adducuntur; colligiturque, *Futile eſſe argumentum quod hinc petitur contra Crocodilum.* Senſum hunc ſtatuit. *Crocodilum, quum in hujus ſui Maris fundo ſe jactat, agitatione ſua bullas excitare in aquis, atque ita uligine & cœno miſcere, ut unguenti ſpeciem præ ſe ferant.* Ad *unguenti in mortario cocti* imaginem illuſtrandam adfert ex *Damirio*, *Odorem animalis eſſe ut Odorem muſci;* الا ان فيه زهوكة *niſi quod in eo* Zahoucha *inſit: Coptitas autem hunc muſcum eſſe, dicere.* Fatetur vocem iſtam ſibi ignotam, ſuſpicans *fragrantiam Crocodili* peculiariter ſic vocari. Teneatur ergo idem id valere, quod سهوكة, a سهك *male oluit* piſcis, ſudor &c. . Mens *Damirii* ergo, *piſcoſi* quid *fœtoris* iſti *Odori muſcato ſubeſſe.* Cl. *Cler.* quaſi ſolutio parum tuta foret, adjecit, *Mare proprie dictum etiam poſſe intelligi, quod Crocodili interdum a Delphinis fugentur ad oſtia Nili uſque, ac proinde & in mari aliquando natent.* Erud. *Crinſoz.* item appoſuit, *Crocodilos aliquando in mare exire, etſi non longe.* Vereor ne hac ratione damni plus faciat ſententia hæc, quam lucri. Claſſis II. auctores conſona ferme voce *Balænæ vehementem motum* ſimul, ſimul *flatum*, ſpectant, *quo mare circumquaque ferveat, & exæſtuet.* Cl. *Cocc.* inſignem picturam *Ceti maria ab imo vertentis* quaſi, ex *Oppian.* adſcripſit: alii alia, quibus immorari nil attinet. Variant interim nonnihil in poſteriori inciſo: *Merc.* dat, *Mare ponit tanquam condituram*; laudans *Vulgati*, *ſicut quum unguenta bulliunt.* Ei מרקחה eſt *confectio aromatum*, & *commixtio ipſa.* Aliis ſonat *Ollam in qua coquuntur unguenta*, vel *mortarium in quo agitantur.* Ita *Grot. ahenum pigmentarii* expreſſit; *Cocc. cacabum Seplaſiarii* &c. &c. Refertur ad *conturbationem lutulentam*, & *æſtuantem:* nec præterea quicquam adferri video; cur ab *unguentaria arte* ſimilitudo ſit ducta: niſi quod *Bolduc.* ad *latas*, *lentaſque*, *ebullitiones* eam pertinere velit, quum plerique *confuſionem* & *commixtionem turbidam*, in genere tantum attendant. Excidiſſet ferme locum hunc tactum a *Fortun. Scaccho Sacr. Elæochr.* p. 109. ubi *falſam* pronunciat *explicationem*, quin *inſulſam*, quæ *ollam* inducit, *in qua commixta aromata concaleſcant*, *propterea quod oleum ob pinguedinem*, *tenacitatemque*, *nequaquam ferveat*, *ebulliat*, *commoveatur*, *aut aliquid agat*, *quo maris a ventis agitati imaginem referat. Omnino reſpici ad* Caldarium *aqua plenum*, *in cujus aquæ medio olla unguentaria ex artis ratione collocetur*, *quæ*, *caldario bulliente*, *ſic ſurſum ac deorſum jactetur*, *ut excitatis fluctibus iratum mare*, *flatibus tumidum*, *ventiſque agitatum*, *te conſpexiſſe diceres.* Conatus parum firmus Contra ſcopum fingitur *mare iratum*, *ventiſque tumidum*; quum pingatur *magnitudo*, & *vis belluæ*, *bullitum in mari tranquillo excitantis:* ac proinde *Energia* illa, quam ſibi textui huic addidiſſe viſus Vir Erud. parum indigemus. Cl. *Haſ.* III. p. 77. *Crocodilum* hinc etiam gravat, negans *tam violentum eſſe motum ejus*, *quin potius ſine tumultu eum natare indeprenſum* &c. Ipſe ad *figuras* haſce explendas tria in *Ceto dentato* enotat. 1. *Eum in mari velociſſimo motu incedentem*, *æquor ab imo ita concutere*, *ut ad ebullitionem uſque efferveſcat in ſpumas.* p. 207. & 209. Eundem 2. *cum aquis per fiſtulam ejectis emittere magnam pinguedinis illius copiam*, *quæ* ſperma Ceti *vocitatur.* p. 210. Accedere 3. *quod ubi vulnerari contingat* Belluam, *lanceis per coſtas adactis*, *tantam ſanguinis copiam evomat*, *ut mare longe lateque rubeſcat* p. 211. 212. Ex his

23 Poſt ſe lucere facit viam: reputat Abyſſum in canitiem.

24 Non

23 אחריו יאיר נתיב יחשב תהום לשיבה :

24 אין־

his omnibus *eum maris conſpectum* redundare cenſet Vir Doctiſſ. *qui cum unguento pigmentarii* jure meritiſſimo conferatur. Poſterius non ſatis reſpondet ſeriei. Priora ad rem facerent, ſi *Orca* intenderetur. Videamus IV. quid *Allegoria* datura ſit. Nimia mira *Philip. Mare eſt hoc ſeculum, quod Diabolus ita accendit concupiſcentia carnali, ut ferveat ad amanda terrena. Si autem in bonam partem* unguenta *intellexerimus, ut* gratias *Sanctorum* ferventes h. l. *interpretemur*, a contrario *Diabolus id agit, ut homines præſentis vitæ deſiderio quaſi quibuſdam ſuccenſionibus flammeis ardeſcant.* Subjungit alias adhuc argutias aliorum, ad *Verſ. Græc. Ferveſcere facit abyſſum, ut vas æneum; æſtimat ſicut delictum:* ἐξάλειπτρον habent LXX. quod eſt *vas unguentarium*; pro eo ſarcinatores expreſſere *deletum*, (*delictum* nihil eſt) ut inde exſculperent, *Diabolum putare, mare mundi de Divina memoria eſſe deletum; & ſe perpetuo ejus imperium eſſe obtenturum* &c. In *Gloſſ. Ordin.* habemus, *per* mare *vita ſecularium, per* profundum *altæ cogitationes eorum exprimuntur.* Profundum *hoc ut* ollam ferveſcere *facit, quando animos reproborum in perſecutionem Electorum inflammat. Tum autem* quaſi unguenta bulliunt, *quod quicquid agant ex iniquitate perfidiæ, pro veritate rectæ fidei ſe agere ſuſpicentur. Bene olet iis, quod Zelo religionis exercent.* Proh lecythos, & pigmenta! *Explic. Gall.* ſubtilius quid miſcuit, dans, *velut opificium unguenti.* Primum omnium in *Literam* inſurgens, *Vel monſtroſiſſima*, inquit, *Balæna atomus eſt ad totum mare collata, & violentiſſima etiam commotio, quam excitare poſſit, nihil eſt ratione vaſti Oceani. Eſſet itaque* infinita *quædam* exaggeratio, *& exacti nihil in* literali *ſenſu* &c. *aſt in* figurato *omnia exactiſſima.* Mare *ſæpiſſime depingit* ſeculum *in Prophetis, propter motus, & tempeſtates* &c. *Hujus turbandi poteſtas Dæmoni permittitur a Deo; per ambitiones, diſſidia, odia, bella* &c. *quæ mundum conſtituunt velut Ollam bullientem. Sternuntur tamen nonnunquam de ſubito hice fluctus, ut quum ignis aquæ ſubtrahitur: interim manent intus in animis fervores, & æſtus; haud ſecus atque* unguenta cocta *calorem diu retinent, atque identidem bullas cient, quantumvis ab igne remota.* Ingenioſius, credo, quam ſolidius. Quiſque interim ſuo gaudeat. Notetur V. nimis ſtudioſe urgeri *Mare*, ac ſi *univerſum*, qua late terras ambit, intenderetur. Nihil tale in textu. Sufficit *ebullitio fervens* in *mari excitata*; & quidem, ut omnino exiſtimarem, *lentior*, quod ſimilitudo *Coctionis unguentariæ*, ſive מרקחה ſit *olla*, ſive quod malim, *ars unguenta decoquendi*, aperte illuc ducat. Hoc adſpectu *Crocodilo* plus juris in hunc verſum, quam *Balænæ*, aut *Orcæ*: adjecto præſertim *odore* illo *fragranti*, quem & *merſus poſt ſe relinquere* dicitur. Certe *graviores motus, fluctuſque*, volvunt *Cete*, quam ut cum *Coctione lenta* queant comparari. *Draconi* adhuc congruentior forte imago. Si ים *Mare* ad *Fluvios* reſtringatur, & *Lacus*, nulla plane difficultas eſt; nam eos certiſſime intrant *Dracones*. Ita *Plin.* L. 8: 12. tradit *Dracones in amnibus merſos inſidiari bibentibus Elephantis* &c. Et *mare* ab iis intrari, patet ex *Plin.* iterum L. 8: 13. *Narratur in maritimis* Æthiopum *Dracones quaternos, quinoſque, inter ſe Cratium modo implexos, erectis capitibus velificantes ad meliora pabula Arabiæ vehi fluctibus.* Id non ſolum de *paluſtribus*, ſed & de *montanis*, refert *Philoſtr.* in *Vit. Apoll.* 3: 8. ubi legas, *Dracones qui montes habitant ad mare Erythræum, ſæpe in illud deſcendere, &* πλεῖν ἐπὶ πολὺ τοῦ πελάγους *in pelagus longiſſime velificari.* De *Behemotho, Elephante*, dictum erat, *flumina* ei ſatis *familiaria* quoque, & grata. De *Dracone* nunc, alio *Animali terreſtri*, ſubtexeretur, ipſa quoque *Maria* tentari, atque tranſmitti a *ludibundo* veluti, & laſciviente, cui volupe, inter natandum *aquas flatu virulento oris tingere*, atque *Ollam* quaſi *Pharmacis & venenis* omne genus *refertam* in profundo miſcere.

Verſ. 23. Pro *Crocodilo* I. *Boch. Pone ſe lucidam reddit ſemitam; habuerit* quiſpiam *abyſſum pro Canicie.* Has figuras docte illuſtrans, apponit. *Videri poſſit proprium maris, cum Homerus toties* Πολιὴν ἅλα, θάλασ-

σαν,

σαι, canam ſal, mare, dixerit, i. e. album propter ſpumam: ſecundum illud, μακραὶ δ' αἰὲν ἐλαυνομένου κέλευθοι longæ viæ albeſcebant: quod Catullo; Tortaque remigio ſpumis incanuit unda: & Manilio, ut freta caneſcunt ſulcum ducente carina &c. Nihil tamen eſt quod nos cogat hæc ad mare referre; cum lacus etiam & amnes ſpuma caneſcant. Nullum dubium: ſed an tam violentus ſit Crocodili natatus, ut his figuris locus detur, id vero addubitari merito poſſit. תהום Abyſſus ad flumina quidem ſe præbet nonnunquam; ut Eſech. 31: 4. 15. & alibi: cum delectu, & Emphaſi, tamen hic poſitum vocabulum, apparet; ad molem ſimul, & audaciam, Livjathanis, Abyſſum ſulcantis, ritu grandioris navigii, expingendam. In Balænam propterea II. plurimorum collatus calculus: cum levi hac differentia, in priori inciſo, ſitne, lucet ſemita, an lucere facit ſemitam: in poſteriori, ſitne, reputet aliquis Abyſſum in canitiem; an, reputat ille, validiſſimus ſulcator maris &c. Cl. Schmid. hoc dubium tangens, adjecit, Malim dicere, verba Neutra apud Hebræos nonnunquam exponenda tranſitive; ut cogitat, ſit, facit ut cogitetur, reputetur. Genus mihi quidem incompertum. Alterum, quod idem Vir Doct. ſubjunxit, Ille apud ſe cogitat, ſe facturum ut Abyſſus fiat canities; paulo commodius: ſed tunc Ellipſis potius dicenda, vel locutio prægnans. Imperite Jarch. hanc canitiem detorſit ad infirmitatem חלשות, quaſi Monſtrum diceretur aquas mole ſua debilitare. Diverſo acumine Nachmanides, quod longam ætatem ſe in Abyſſo acturum eſſe ſciat, in extremam uſque canitiem. Portenta! Portentoſe etiam LXX. τὸν δὲ τάρταρον τῆς ἀβύσσου ὥσπερ αἰχμάλωτον. Ἐλογίσατο ἄβυσσον εἰς περίπατον. Ne commodiſſime quidem Vulgat. anſam præbiturus Allegoriis parum ſubidis: Poſt eum lucebit ſemita; æſtimabit Abyſſum quaſi caneſcentem. Cl. Haſ. III. poſtquam Crocodilo hinc litem moviſſet p. 79. pro Orca inſtat p. 213. 216. atque ſemitam lucidam refert iterum ad pinguedinem, quam grandiores hi piſces continenter emittant &c. Abyſſi autem caniciem ad albicantes ſpumas, quas longiſſimo tractu poſt ſe relinquant. Formulæ Poëtis adamatæ exempla copioſa ibidem proſtant. Allegoriam IV. hic attigit etiam Merc. Hæc noſtri ad Satanam referunt qui omnia in mundo miſcens, poſt ſe manifeſtam viam relinquat, & aperta ſigna vaſtitatis, quam inter homines facit, ut quotidiana docet experientia. Probavitne? Neſcio: vix crediderim. Philippus plane ruit, ad prius Colon ex LXX. inducens mundum in Tartarum abyſſi incluſum cum Diabolo, &c. &c. qui tunc reſipiſcens quæret reverti ad Deum, quum ei tempus pænitentiæ non erit. Hanc converſionis innui putat ſemitam, quæ ſera pœnitentia illuceſcat. Ad poſterius hæc adſcripſit. Diabolus arbitratur mundum ſeneſcentem, & inveteratum in peccatis; neſciens adventu Domini a peccatis liberandum. In Gloſſ. Ordin. Semita poſt Leviathan lucet, quod quorum corda penetrat, eorum opera prodigiis illuſtrat, ut in Euang. dictum; ſurgent Pſeudoprophetæ &c. Item: Abyſſus pro judicio, ſenectus pro finis propinquitate ponitur: æſtimabit itaque abyſſum ſeneſcentem, quod reproborum corda ſic fatuat, ut ſuſpicionem eis de venturo judicio, quaſi finiatur, infundat. Clarius fiet ex Lyran. qui ſeneſcentem abyſſum exponit impotentem ad abſorbendum; nam, inquit, facto videtur contemnere abyſſum Divinæ ſapientiæ, tanquam ſuas nequitias ignorantem, & ad puniendum impotentem &c. Vix oculis meis credo, talia legens. Tolerabilius ad prius Colon idem Lyran. Sicut naves tranſeuntes dimittunt veſtigium ſui tranſitus per aliquod tempus; ſic etiam Cetus dimittit poſt ſe longum & magnum veſtigium: per quod deſignatur quod turbationes a Diabolo concitatæ in hoc mundo non cito ſedantur &c. &c. Ad hoc filum decurrit Explic. Gall. niſi quod Literam plane ſecludat: Quocunque Satanas tranſiit, veſtigia notari poſſunt, &c. Gaudet in aqua limpida ante, & tranquilla, ſpumas ciere; ſibique plaudit, quum pro naturali puritate mendacem inducit albedinem. Amat ſenectutis canæ imaginem etiam in mari, cujus ſe Dominum ſcit manſurum; ſi mundus non renovetur. Bracteolæ. Nos V. notamus 1. נתיב non ſemitam, ſed viam, eſſe; & quidem eminentem, conſpicuam, aggeratam quaſi. Reſpondet 2. יאיר quod tranſitive malim Lucere facit. Ea imago 3. nimis celſa pro Crocodilo: pro Balæna, aut Orca, eam non abnuerem. Non minus tamen in Draconem, mare longis, lentiſque, tractibus ſulcantem, convenire videtur. Suſpicor 4. in שיבה cana ſenectute, cum fluctu caneſcente contineri luſum venuſtum in ſenectutem ſerpentis, τὸ γῆρας, ſive vernationem,

24 Non eſt ſuper pulvere ſimile ei: qui factus ut ſit ſine metu.

24 אין־על־עפר ׀ משלו העשו לבלי־חת׃

25 Om-

25 את

& *exuvias*; id eſt *membranam* quam dicitur *deponere*, quum *vere novo novus emicat*;

—— *Liber ſenio, & ſqualentibus annis.*

Ad hanc rationem 5. יחשב omnino rediret ad ipſum *Draconem*, qui *Abyſſum albicantem poſt tergum longo tractu relictam reſpiciens, ſe videre credat membranam* veluti, *quam verni blanda ad ſpiramina ſolis lætus, & laſciviens, exuere ſoleat.* Cenſeri poſſit argutius: nec valde pro conjectura pugno. Teneo tamen 6. vel ſine hoc luſu; *ipſe* Draco *reputat Abyſſum in canitiem*; i. e. *miratur tam longe vada cærula ad ſulcos, tractuſque, ſuos caneſcere.*

Verſ. 24. Jam cernitur certamen, atque inſignis clauſula, duobus verſibus adſtricta, Controverſiam decidere debebit. Verſio *Bocharti* I. ſic habet. *Non eſt ei ſimile ſuper pulverem; ita factum ut non atteratur.* Subdit. *Alii minus expreſſe*, in terra: *nam* ſuper pulverem *ideo dicit, ut ſignificet* reptilia, *quorum proprium* in pulvere *ſerpere Deut.* 32: 24. *Senſus ergo hicce videtur.* Reptilibus *quidem accenſendum* Crocodilum, *ob pedum brevitatem, quibus* reptitat *potius, quam* graditur: *a* Reptilibus *tamen hoc differre*; *quod cum illa pedibus obterere ſit obvium, & Serpenti dictum fuerit*, conteret *tibi Caput*, Crocodilus atteri *non poſſit propter ſquamarum duritiem & robur. Alii* לבלי חת ut eſſet ſine timore, *dant. Malui retinere primariam ſignificationem* ꝟ חתת, *quia de* Crocodilo *non uſquequaque verum eſt, eum metus eſſe expertem* &c. Occupat partim quæ objici poterant, partim devitat, ἐ πάιν. Per *occupationem* 1. inſertum illud de *Serpente*, quod tamen hic neutiquam probarem: an enim omnes *Serpentes pede* poſſunt *atteri*? an & *Dracones*? Nemo dixerit. Mitto ſublimius ſpectare Oraculum illud. Largior ſubeſſe alluſionem ad *Literam*; ſed eam a Capitali ingenio huc tranſlatum iri nunquam expectaſſem. Haud dubie *Draco* tam parum *hominis pede conteri* ſe *patitur*, quam vel *robuſtiſſimus Crocodilus*. Per *devitationem* 2. ſubnexum alterum hocce, de *Origine* verbi חתת in *attendo*. Inde *Metum* ductum nemo ambigit. Eum alii & hic intendi tenent, ſerie iſtam vim omnino exigente. Vir Magnus negat. Quare? quia *Crocodilus audaciſſimus* quidem *timido, ſed audaci timidus, & fugax.* Hoc vero eſt *Hypotheſi* velificari: nam *Metus* poteſtatem retinere omnia non ſuadent, ſed jubent. *Epiſc. Elienſ.* quidem *Bocharto* ſubſcripſit, in paraphraſi ponens, *ita eum factum ut pede conteri nequeat*: ſed Cl. *Cler. Crinſoz. Reim.* receptæ verſioni adhærent; nec ſcrupulum hinc oriundum tollunt; parum forte fidei habentes iis, quæ de *metu fugaci Crocodilorum* traduntur. Pro *Balæna* II. rationes quoque parum liquidæ. *Merc.* 1. *Non eſt ſuper pulverem* i. e. in terra, *comparatio ejus*; *factus eſt ſine terrore.* עשׁו *pro* עשׂוי. *Senſus eſt: non eſſe ne in terra quidem*, ubi robuſtiora animantia, *ullum quod fortitudine cum eo certare queat: nam in* aquis *nullum par habere ex dictis abunde apparet.* Languet Antitheſis iſta inter *Mare*, & *Terram*; & parum moveor *Rabbinorum* ſubtilitate Philoſophica, *quæ* terreſtria aquaticis *robuſtiora* infert, quod humor ſolvat, & infirmet. Monet, alios 2. dare, *Non eſt ſuper pulvere dominatio ejus*, i. e. *non in terra regnat, ſed in mari.* His præitum a *Symm.* Merito ſpretum. Utramque vim vocis משל expreſſit *Vulgat.* 3. *Non eſt ſuper terram poteſtas, quæ comparatur ei. Qui factus eſt, ut nullum timeret.* Si *Codurc.* audiamus, habebimus, *in mari quidem eſſe, qui cum illo componi poſſit, (ut ſunt multa immania corpora Cetacea) ſed in terra nullum eſſe tantæ molis animal.* Si *Pined.* hic erit ſenſus: *Neque* in mari, *neque* in terra, *quidquam ei conferri poſſe. Tum* in terra *nullum eſſe quod ceterorum dominatum exerceat ſine controverſia*: Leonem *enim ſuperari* ab Elephanto; Elephantum *a* Rhinocerote. *At* Leviathan *ſine controverſia Domina-*

natum exercere in cetera aquatilia &c. Non credidiſſes, huc decurſum iri. Magis adhuc ſe induit *Vavaſſ.* ad ultima notans: *Quem metuat, qui terrori eſt omnibus*? *Atque ita res erat primis, credo, temporibus: nam nunc quidem minus difficile capere* Balænam, *& adictum deligere* &c. &c. Certiſſimum ſane *Balænarum animos* non reſpondere *corporis moli*; ac proinde ſtare etiam nequit quod *Jun.* & *Trem.* 4. exhibent: *Non ſunt in pulvere comparanda ei, quæ agant intrepide.* Nihil in notis adjectum. העשו arceſſite, *quæ agant*; quaſi ה eſſet *relativum*, & עשו *form. præterit.* Non video quid voluerint, niſi, *ne intrepidiſſimas* quidem *feras terreſtres*, *marinam hancce animis æquare.* Abſonum ſentiens *Cocc.* 5. hinc tandem *univerſæ Hypotheſeos* ſuæ *firmamentum* elicit, inſinuans, *ignorare totum argumentum hujus extremæ orationis, qui hunc & ſeq. Vſ. non recte explicet.* Contendit ergo *Limitationem immanitatis* indicari; ad quam obtinendam reddit, *Non eſt in pulvere poteſtas ejus, qui factus eſt ad non timorem.* Id urgens, *quantillum eſt*, inquit, *dici quod Leviathan non habeat* parem in terra? *Longe aliud hic agitur. Divina Providentia indicatur*, *quæ* Soli Salique *limites diſtinxit*; & Cetum *privavit iis membris quibus* in pulvere *uti poſſet*; *quamquam alias tale animal ſit*, *quod ad vivendum* in ſolo *aptiſſimum eſſet. Hac re efficitur, ut nullam habeat* in ſicco *poteſtatem.* Pulvis *enim homini datus: atque etiamſi ſæva animalia in eo degant, Deus tamen vel locum eis ſuum attribuit* &c. *vel molem eis & vires non dedit tantas*; *vel eas homini parere coëgit* &c. *Quorſum*? ut nulla eſſet, niſi a magnis ſceleribus, in pulvere conſternatio? *ut homo jucunde vivere poſſet, & Deo ſervire, ac proximo miniſtrare.* De *Allegorica* applicatione, quam verbulo ſubnectit præcl. *Interp.* infra dicetur. Habes quod *num.* 2. attigi ex *Merc.* ſed ita mutatum, ut plane novam faciem induerit. Multa in his longius adducta. Non capio *a.* qua ratione *Balæna* dicatur *animal aptiſſimum ad vivendum in ſolo. b.* De *limitatione poteſtatis* agi ergo, prout *Mari* & *Ceto cuſtodia oppoſita* dicitur, *Cap.* 7: 12. parum veriſimile. *c.* Nunquam Magn. Interp. huc venturus fuiſſet, niſi *Vſ.* 3. poſuiſſet, *ferociam limitatam Leviathanis* hoc *Capite* deſcribi, ut *argumentum Providentiæ*, & *Curæ* res noſtras *complexæ*, in quam recumbere ſit quam ſecuriſſime. *d.* העשו *qui factus*, referri ad *pulverem*, concedi nequit. *e.* Ne quidem conceſſerim *Pulverem* hic eſſe *Terram. f.* Denique in aliud genus eſcenditur, quando *pulvis* proponitur *factus ad non-timorem*: ut *pii jucunde* in terra *vitam degerent.* Longe petita, & coacta, 6. quæ Cl. *Schmid.* promit. Primo, ל ante משלו ſubaudiendum cenſens, dat, *Non eſt ſuper terra ad comparandum ei: factus eſt ita, ut ſit ſine timore.* Mox addit, *ne hoc quidem ſatisfacit. Quare enim Deus tantum memoraret ea quæ* ſuper terra; *& non potius quæ* in mari, *longe majora*? Bona objectio. Mallet itaque עפר *pulverem* pro *loco humili*, qui *altitudini* opponatur: & משל pro *dominari*; *in* h. ſ. *Nec ille in* humilibus *tantum* locis, *in fundo maris ſcil.* dominatur, *timens* alta, *eoſve* piſces, *qui in ſummis aquis verſantur. Minime vero. Etiam* in ſummo mari *libere & ſine omni terrore dominatur* &c. Non deberent talia excidere poſſe bonis Interpretibus, alios tracturis. Subdit poſtremo, ſi ſimilitudo *placeat*, terram *pro toto globo terreno ſumendam.* Cur? ut locus fiat & *mari* videlicet: atque illud *nec in mari*, *nec in terra*, obtineat, quod *Merc.* aliique volebant. Non pœnitet operæ impenſæ, quia jam planiſſume mihi compertum, *Balænam* hinc removendam. Ne *Orca* quidem III. ſatis juris in hanc ſedem habere videtur. Cl. *Haſ.* vertens, *non eſt ſuper pulvere, quod aſſimiletur ei*; *factus ſine timore*; id ita declarat. *Non eſt animal, quod robore, magnitudine, violentia, ferocitate, ac velocitate, huic* marinæ belluæ *comparari queat: neque* in mari, *neque* in terra, *quæ* pulvis *phraſi Poëtica.* Habes quod *Merc.* ſupra; non commodiſſimum ſaltem, dubiove exemtum: nam detur, *pulverem* pro *terra* poſitum, ut *Cap.* 8: 19. & 5: 6. ubi hunc ipſum locum adduxi; manebunt ſcrupuli haud leves. Nempe 1. *quantillum id*? dicam cum *Cocc.* 2. cur cum *terreſtribus* tantum collatio fieret? Objectionem hanc ex *Schmid.* ſibimet movens Vir Doctiſſ. aliter eam reſolvit; *quia forte in mari occurrunt alia cetorum genera necdum ſatis cognita*, πλεῖστα τε καὶ μέγιστα, *quorum magnitudo, & moles, cum illa* Orcæ *contendi poſſit*; *id quod de nullo animali* in terris *dixeris* &c.

25 Omne altum adſpicit: ipſe Rex ſuper omnibus feris eminenti corpore, & acri viſu, præditis.

25 את כל־גבה יראה הוא מלך על־כל־בני־שחץ׃

Cauſa non firmiſſima, quæ aliter defendi nequit.. Pro *Allegoria* IV. *Explic. Gall.* ſic concludit. *Non agitur amplius de* Mari. *Spiritus Dei ejus loco* Terram *ſubſtituit: inculcans hoc pacto, nec* Mare, *nec* monſtrum marinum, *ad Literam capiendum.* Hinc porro ſubſumit. *Nihil ergo* in Terris *Dæmoni ſimile. Nulla vis humana ejus vires æquat. Audacia quoque furori, & impietati, par: ne Deo quidem cedere obſtinata.* In notulis *Criticis*, quæ interſperſæ, dubitatur, ſitne *qui factus*, an *quem fecerunt*; *imperſonaliter.* Ita & R. *Levi.* Neutrum *Dæmoni* aptum. Invenit tamen viam *Philipp. Qui factus eſt*, exponens, *qui voluntate propria liberi arbitrii in ſuperbiam elatus factus eſt ita, ut nec ipſum Creatorem ſuum timeret.* Ad prius habet, *nullam creaturam eſſe tantæ potentiæ*, ratione *naturæ Angelicæ*, ſcil. Itemque, *nullam creaturam peccatricem tantæ malitiæ, ideoque in utraque re nullum ei poſſe comparari.* In *Gloſſ. Ordin.* eſt, *ſi beatitudinem perdidit, magnitudinem non amiſit; quatenus omnia humana ſuperat; etſi meritis Sanctorum ſubjaceat.* Plura dabunt *Gregor.* & *Nicet.* Contrario adſpectu *Cocc.* noſter, *limitatam Diaboli potentiam, & malitiam*, hinc elicuit, ut העשו *qui factus*, ad *pulverem* ſeu *terram* redeat; q. d. *quamquam pii videant robur Diaboli, & latiſſimum ejus* in mundo *imperium; ſæpe etiam cum ipſo conflictandum habeant; eos tamen agnoſcere debere, quomodo Deus ejus poteſtatem reſtrinxerit; quod & in Jobo factum; qui abſque eo vivus deglutitus fuiſſet.* Quid obſtet, ſatis indicatum. Nobis V. omnia pro *Dracone* jam videntur militare. 1. *Pulvis* עפר aperte ad *reptilia* nos ducit, qui *ſuper pulvere verſari* dicuntur *Deut.* 32: 24. Inde locutio ſignata *pulverem lambere inſtar ſerpentis.* Grande item, *Amos.* 2: 7. השאפים על עפר ארץ *qui imminent* noxio adflatu, *ſuper pulvere terræ, in Caput pauperum.* Qui more *Serpentum*, & *Draconum*, *ſtant, hiantque, pauperibus ſorbendis imminentes.* 2. משלו *comparatio ejus*, pro *aliquid ſimile*, aut *par*, extra dubitationis aleam locatum, ſolenni formula *Arabum*, qua مثله *ſimilitudo ejus* omni pagina pro *ſimile ei* occurrit. Attigi ad *Cap.* 13: 12. Hinc 3. pro *Dracone* character ita eminens, & expreſſus, ac ſi *præſentem* cerneremus, *Non eſt ſuper pulvere ſimile ei*; eſt *vaſtiſſimus* & *monſtroſiſſimus*, abſque controverſia, in *genere ſerpentino.* Non diſcutio hic, denturne *Dracones bipedes*; quod *Aldrovand. Kircher.* aliique tendunt, negante *Boch.* H. 2. p. 453. Sufficit mihi *plurimos* ſaltem *pedibus carere*; quique eiſdem, ſi forte, præditi, tam humiles eos habere, ut non *gradi*, ſed *ſerpere*, dicantur. Hoc & de *Crocodilo quadrupede malo* ſupra *Boch.* obſervavit; qui *Serpentum generi* hoc nomine quoque inſertus, *Draconi* principatum dubium nunquam fecit. Serpens ad *Bagradam*, cujus corium *Romæ* ſpectaculum præbuit, CXX. pedes implebat. *Æliano* H. A. 2: 21. *Æthiopia* eſt *Mater Draconum* μεγίστῳ μεγίστων *qui ad triginta orgyias excreſcant, Elephantorum interfectores.* Mitto prodigioſiora. Quid, quod etiamſi 4. daretur, verti poſſe, *Non eſt ſuper terra ſimile ei*, vel ſic *Draco* regnum obtineret? *Lucan.* L. 9. *Pharſ.*

Serpitis aurato nitidi fulgore Dracones.
—— armentaque tota ſecuti
Rumpitis ingentes amplexi verbere tauros:
Nec tutus ſpatio eſt Elephas, datis omnia leto.

Hic 5. κατ' ἐξοχὴν העשו *factus ille*, pro עשוו, ad formam *veterem*, a *Rad.* עשו *ultima Vaw*; qua de re alibi dictum; *factus ille*, inquam, *ut eſſet ſine terrore.* Hoc de *Crocodilo* adfirmari non poſſe, falſus ipſe *Boch.* Multo minus quadrat in *Balænam.* In *Orcam* conveniret, ex relatione Cel. *Haſ.* p. 13. at reliqua non reſpondent. In *Dracone* omnia *terrente*, quemque viciſſim nihil *conterreat*, res plana: ut huc jam lances magno momento propendere reperiantur.

Verſ. 25. Character perilluſtris; qui complet, & coronat, latentis monſtri indicium. Cauſa I. *Bocharti* vix ſe ſuſtinet. Reddit, *Quic-*

Quicquid altum deſpicit: Rex eſt ſupra omnes filios elationis. i. e. *etiam ea animalia quibus corpus procerius, & crura longiora, contemnit; & regnat in illis majorum virium fiducia.* Nempe *Crocodilus* maxima quæque *uno ictu caudæ ſternit*, inquit ὁ πάνυ, *camelos*; *equos*, *juvencos* &c. Adjicit, בני שחץ *filios elationis* opponi iis, qui על עפר *ſuper pulvere* ſunt, *reptilibus*, *Vſ. præc.* Nullus ambigo. Sed eo ipſo liquet *Crocodilum* non pingi, qui *omnibus filiis elationis*, i. e. *proceritatis animoſæ*, ac *ſuperbæ*, *par* ferri nequit. Cl. *Cler.* quidem annotavit, *Crocodilum omnes Belluas*, *ne maximis exceptis*, *aggredi*, & *vincere*, *idque exemplis probatum a Boch.* ſed *Hierozoicon* inſpicienti parebit, nimis liberaliter hæc aſſeri. Subjungit, *non abſurde conjecerit quis*, *punctandum* יְרָאֶה *terrebit*, *in Pihel*; *a* יָרֵא *timuit.* Citatur 2 *Sam.* 14: 15. יֵרְאֻנִי *terruerunt me*: & *Neh.* 6: 19. לְיָרְאֵנִי *ad terrendum me.* Horum forma, & ratio, manifeſta: ſed quomodo hinc יְרָאֶה *fut.* in *Pihel* eſſe queat, non exputo. יְיָרֵא ſaltem exarandum fuiſſet. Pro *Balæna* II. item nutat res. *Merc.* 1. *Deſpicit quicquid aut* in terra, *aut in* mari, *elatum*, *præ ſe*, *quum cetera facile vincat*, & *inter robuſta ac ſuperba animantia principatum teneat.* Subjicit 2. *Anguſtius eſt*, *quod Chald. & Græc.* filios elationis *ad aquatilia retulerunt*: *ſicut & Ab. Eſra*; *qui prius etiam anguſtius intelligit*, *quum ille* ſeſe in mari *effert*, *videre facile ſub ſe poteſt*, *quicquid* in mari elatum; *tam alte ſe attollit.* Reſpexit, credo, *naves*, & alia. Certe ita *Steuch. Eugub. Cum caput undis extollit*, *præcelſas malos navium exæquat.* Rejicit *de Pined.* 3. atque τὸ *Videt*, cum *Merc.* aliiſque ad *deſpicientiam* referens, ait, *Balænam eſſe ſuperciliosam*, & *torvum quid in adſpiciendo præferre*; *quaſi præ magnitudine ſua ſub ſe cuncta deſpiciat.* Quæſitum. *Grot.* 4. monet شخص שחץ *Arabibus eſſe emergere*, ſenſumque; *Regnum obtinet in omnia quæ e mari emergunt.* Videtur *maris belluas* ſignare. *Codurc.* 5. *Filios elationis* & *ſuperbiæ* dici vult *Leones*, *Pantheras*, *Urſos*, quin *Thoes*, & *Lupos*, *inter terreſtria*, ut & *aquatilia quam plurima.* Cl. *Schmid.* 6. metuens ne ſatis amplum ſit, includit quoque ipſos *homines.* Quanta in his fluctuatio non ſolum, ſed & imbecillitas? *Cetus Rex ferarum*, *Rex hominum*, meo quidem judicio, caret gratia, caret ſpecie. *Rex aquatilium* ferri poſſet, ſed pro *Balæna* ſaltem is titulus nimis magnificus. De *Orca* mox videbitur. In alia omnia itum a Cl. *Cocc.* 7. ſic vertente: *Qui omne altum videt*, *is* eſt *rex ſuper omnes filios ferociæ.* Cenſet, ab *Hypotheſi* ad *Theſin* referri quod *Vſ.* præc. dictum erat, *de Limitatione immanitatis hujus belluæ: lapſoſque, qui de Leviathane verba hæc accepere.* Redit ipſe ad *Cap.* 40: 7. 8. ubi Deus juſſerat *Jobum adſpicere omne celſum & humiliare. Id hominis non erat*, *ſed ſolius Dei. Hoc exemplis manifeſtiſſimis* Behemothi & Leviathanis *inculcatum*: *unde efficitur coërcitionem omnis ferociæ Deo competere.* Ad *Allegoriam* quomodo traducatur, infra indicabitur. Nunc teneatur pro *Litera*, ad *Deum* ex mente præcl. Interpr. referenda hæcce, *Qui* ut *ſolus altum videt*, ita *Rex* dici poſſit *ſuper omnes filios ferociæ.* Exiſtimat *tenebras offuſas interpretibus omiſſione relativi*, *quæ tam crebra*, *ut pœne verbum loco participii ponatur.* Non plane negem: nec tamen genus, quale hic requiritur, ſat liquidum. Sed obſtant graviora; & *limitatione* illa, quam ſuppoſuit ὁ πάνυ, non admiſſa, ne hocce quidem, utut ingenioſum, ſtare queat. Cl. *Haſ.* III. ſubtilius *Regis Regum* titulum induxit pro *Orca*; notans בני שחץ eſſe *Leones.* Sic habebat vetus opinio, cui obviam itum a *Boch. Hieroz.* 1: 719. ubi ex شخص mavult *Filios proceritatis*, vel &, *ſuperbiæ.* Etiam ſic *Orcam* infert, *tantæ proceritatis*, ut *inter reliquas maris belluas primatum obtineat.* Addit, ad reliqua ζῶα ὑπερέχοντα, ipſumque adeo *hominem*, etiam poſſe traduci formulam: *certum* quippe, *nullum in terris animal cum ea æquiparari poſſe.* Eſt quod in hiſce deſideres, ſi relegas quæ ad *Vſ.* præced. dicta. *Allegoria* IV. ſecundo nunc flumine vehitur; ad *Verſ. Vulgat. Omne ſublime videt*; *ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.* Quid *Gregor.. Philipp.* aliique in *Diabolum* hinc congeſſerint, facile eſt divinare. *Explic. Gall.* confidenter, *verſus hic*, *junctus præcedenti*, *quaſi clavim tradit omnium*, &

& redarguere poteſt eos, quibus leves quædam convenientiæ cum Balæna *oculos præſtrinxerant. Non amplius quærendum, quodnam* Monſtrum *deſcribatur. Eſt Rex ſuperborum; eſt* ſuperbia *ipſa. Eſt falſus* Amor gloriæ *&* independentiæ. *Eſt Auctor cupiditatis oculorum, & faſtus vitæ* &c. *Huic vincendo nihil aliud admovebo quam humilitatem & paſſiones meas ignominioſiſſimas* &c. &c. Sufficit filum, ut de reliqua tela judicium feratur. Ad בני שחץ monet, ſtare non poſſe *Filios emerſionis* quos *Grot.* induxit; quod *Cap.* 28: 8. nihil tale quadret: *filios leonis*, vel *ferociæ*, potius tenendos, atque *Leones* pro *ſuperbis*, & *tyrannis*, poſitos. *Merc.* hic adſcripſit: *Noſtri ex hoc loco collegerunt totam hanc deſcriptionem ad* Satanam *pertinere; quod ad extremum* Rex ſuperborum *vocetur. Sed ego ad literam malo accipere* &c. Ex hypotheſi Cl. *Cocc.* neutiquam *Literam* excludentis, ſimul *Allegorice* ſignificatum, *ſi aliquouſque Diabolum laſcivire permittat Deus, id eo fieri ut Ipſe Solus cognoſcatur* Rex ſuper omnes filios ferociæ, *qui impios benigne toleret, ſancte abutatur, potenter coërceat, ſapienter regat, juſte puniat* &c. Nobis V. hi Characteres *Draconem* ſignatiſſime pingere videntur. Is revera vel *deſpicit* ex alto, ſi arduus ſeſe attollat, *quicquid ſublime:* vel *adſpicit*, oculo torvo, audaci, *imperterrito* ſimul, ſimul *terrorem incutienti.* Nihil tam *altum*, *ſublime*, *ſuperbum*, quod non *Draco aggredi* ſuſtineat *Oculo irretorto*, & *fulminante.* Ad prius ſpectat hocce *Ovid. Metam.* 3.

> *Martius anguis erat, criſtis præſignis & auro.*
> *Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno.*
> *Treſque vibrant linguæ, triplici ſtant ordine dentes.*
> *Ille volubilibus ſquamoſos nexibus orbes*
> *Torquet, & immenſos ſaltu ſinuatur in arcus.*
> *Ac media plus parte leves erectus in auras*
> *Deſpicit omne nemus* ——

Ad poſterius pertinet celebris illa apud Veteres pugna *Draconis* cum *Elephanto*, ad quam *Vſ. præc.* & *Lucan.* alludebat. *Plin.* L. 8: 11. *Bellantur cum Elephantis perpetua diſcordia Dracones, tantæ magnitudinis, ut & ipſos circumflexu facili ambiant, nexuque nodi præſtringant. Commoritur ea dimicatio: victuſque corruens* Elephas, *complexum elidit pondere.* Sequenti *Capite* additur, præter alia curioſa, *tantos eſſe Dracones, ut totum ſanguinem* Elephanti *capiant, itaque* vaſtiſſimam illam Molem *ab iis ebibi, ſiccatamque concidere: & Dracones inebriatos ſic* demum *opprimi, emorique.* En *Naturæ ſpectaculum, ſibi paria componentis!* quod forte occaſionem dedit tranſitioni a *Behemotho* ad *Leviathanem.* Vides juſto titulo appoſitum, *Hunc eſſe Regem ſuper omnes* בני שחץ *filios ferociæ*, vel *proceritatis animoſæ, acri & intento oculo ſeſe inferentis:* prout formulam explicatam dedimus *Cap.* 28: 8. In *Camuſo* ſic declaratur

شخص بصره اي فتح عينيه
وجعل لا يطرف بصره

Verbum שחץ *in viſu, eſt, oculos ita aperire ut inconniva ſtet acies, ne nictans quidem.* Iſta vis elucet ex ſerie univerſa: & jam cernere licet admirabilem plane picturam *Leviathanis, ad pulverem* quidem a Deo *abjecti, ſed omni ſublimi* tamen *animali ſublimius ſeſe efferentis*, & *feras proceritate, animoſitate, oculorum acie, terribiles, conterrentis*, & *devincentis.* Ab *acerrimo viſu* nomen *Draconi* factum, neminem fallere poteſt. *Acutum cernere ut Serpens Epidaurius*, in proverbium abiit. *Oculi & palpebræ auroræ Vſ.* 9. inducti: quippe cui *vegrandia in fronte lumina ſcintillent*; quibus nihil par, aut ſecundum, reperiatur.

Ibid. Quum ad *Leviathanis* examen acceſſi, vix ſuſpicabar pro *Dracone* tandem ſummam a me colligendam fore. Multos quidem colores cernebam, *Draconis* vivam imaginem ſubjicientes: ſed omnes adeo liquide ſe daturos, non expectaram: & præſertim necdum comperram habebam *infirmitatem* aliarum *Hypotheſium.* Nunquam quidem *Balæna* placuerat: ſed in *Crocodilo* olim aſſenſeram Magn. *Bocharto:* donec Clar. *Haſæus* eam cogitationem non adimeret, ſed magnopere labefactaret. Ab eo tempore dubius ferme pependi, &, ut præmonui, liber plane, atque integer, hanc cauſam ex *Scopo*, & *nexu*, diſcu-

diſcutiendam ſumſi. Apparuit inde, extra fines ſæpius itum; quin & *Hypotheſi* inſervitum. Limpidior, tutiorque ſimul, ratio, quam ſecuti ſumus, eo deduxit, quo verba, & ſententiæ, præiverunt; & adeo nihil datum antecapiæ opinioni, ut vere contra opinionem res ceciderit. Hac occaſione miranti mihi, cur *Draco*, cui tam multum in hanc deſcriptionem juris, vix ullos tulerit calculos, hæ fere rationes occurrunt. א Quod quæ de *Draconibus* eorumque *prodigioſa magnitudine*, & *reliquo terrore*, narrarunt, tum Veteres, tum Recentiores, videantur eſſe, *pergulæ pictorum*, in quibus *parum veri*, *plurima falſa*. Videſis *Hieroz.* p. 2. pag. 431--433. ב. *Marinum* aliquod *monſtrum* deſcribi, perſuaſerunt ſibi omnes fere; tum ex introductione, ab arte piſcatoria, *Cap.* 40: *Vſ.* 20. 21. 25. 26. deſumta: tum *ex habitatione* ei inter *ſcopulos*, *fluctuſque maris*, ut videbatur, *aſſignata Cap.* 41: 21. 22. 23. Hoc Cl. *Haſæum* potiſſimum movit, ut p. 91. fatetur. ג. Quum *Merc.* aliique præclari Interp. *Draconem marinum* nominaſſent, eoque nomine apud *Græcos*, *Latinoſque*, adficeretur *piſcis non adeo magnus*, cui nihil cum hoc monſtro commune, magna conſenſione conſtitutum fuit, *Cetum* eſſe intelligendum, quem ob *vaſtitatem*, & *immanitatem*, cum *Dracone terreſtri* etiam *Eſajas Cap.* 27: 1. contulerit. Accedit ד. quod *Pſ.* 104: 25. 26. *Leviathan* haud dubie vel *Balænam*, vel *Orcam*, deſignare videatur: nam Bellua hæc ibi inducitur *ludens in mari magno*, velut in Elemento ſuo, ac ſede nativa: quum *Dracones* in *deſertis* potius ſtabulentur, *abditiſque montium ſpeluncis*. Adjectum ה. a Cl. *Haſ.* p. 91. *ſingularem* ſaltem *atque ordinariam illiuſmodi monſtrorum ſpeciem non reperiri in terris: qualem tamen omnino ſeries orationis apud Jobum exigat. Draconum autem illa* quæ narrantur *portenta*, videri potius *inuſitatos monſtroſoſque partus*, *ex inſolita ſeminis commixtione.* Ad hæc omnia perfacilis reſponſio. Ad א. per nos ſane licere ut plus quam dimidia pars narrationum de *Draconibus* amputetur: quippe qui nec *Alis*, quibus aëra tranare queant, nec *Criſtis*, nec aliis *Phaleris* indigeamus. Tenemus tantum, quod nemo in dubium revocat, dari *monſtroſæ magnitudinis Serpentes*, *aſperrimis ſquamis loricatos*, *rictu ingenti*, *triplici dentium ordine*, *Linguis triſulcis*, *ignito ſibilo*, *oculis fulminantibus*, *formidoloſiſſimos.* Tales *Dracones* ne jam ad *Geſn. Aldrovand. Kircher.* aliosque mittam, dabit ipſe *Boch.* H. 2. p. 428. ubi enotat ſeptem characteres, quibus *Dracones* תנינים, contractius תנים, a *Serpentibus* vulgaribus diſtinguantur. Ad ב. ſatis, ni fallor, facient, quæ ibi commentati ſumus. Ex iis conſtare poterit adeo non officere nobis iſtos colores, ut inſigne lumen potius ex hac ſententia hauriant, eique viciſſim firmamentum addant. Ad ג. obſervo miſſa *Homonymia* illa *Draconis marini*, quæ nihil ad rem, לויתן נחש עקלתון *Livjathanem Serpentem contortuplicatum*, abſque ulla dubitatione eſſe *Draconem Terreſtrem*, diſtinctum a התנין אשר בים *Ceto qui in mari:* ac proinde nobis ex eo loco nihil decedere, ſed contra multum roboris accedere. Ad ד. concedo, nomen לויתן, quatenus *tortilem*, vel *tortuoſum*, *ſorpiorem* ſignat, etiam ad *magna Cete* poſſe transferri: ſed tamen contendo, ſi *Etymon* ſpectetur, in *Draconem* prius, propiuſque, illud competere, quam in *marina* illa *monſtra*. Ad ה. denique ſatisfieri putem per id, quod primo loco dictum, me non *extraordinarium* aliquem *naturæ abortientis partum* nunc ſpectare, ſed *ordinarium* illud *genus Draconum* تنانين ſive *Serpentum magnorum*, ut *Lexicographi Arabum*, & *Avicenna*, id vocabuli explicant, quod *Indiæ*, *Æthiopiæ*, *Africæ*, Oræ *Troglodyticæ* maris Rubri, *Arabiæ* quin imo, domeſticum, & frequens. Non urgeo nunc *Draconem* hunc *Arabiæ* incolam, *Jobo* notiorem videri poſſe, quam vel *Balænam*, vel *Orcam*; hoc enim genus argumentorum, quamvis magno ſæpe paratu lectionis, & eruditionis exquiſitioris, admoveatur, nunquam tamen firmiſſimum exiſtimavi. Nos ſola nitimur poteſtate phraſium; quas ſi quis ſimplicius, cumulatiuſque ſimul, applicare queat, ei palmam lubentiſſime deferemus. Ante quam manum de tabula, monere debeo, me, ſi ad *Vſ.* 4. 5. *Capitis* noſtri hunc exitum præſagiiſſem, plura daturum fuiſſe de *veſte* quaſi, aut *lorica*, qua *vultus Draconis* dici-

citur *obſeptus loco ſuperciliorum:* deque *vaſtiſſimo rictu*, & *terrore dentium*, qui *triplici ſerie digeſti*, non minus formidoloſe quam in *Orca*; eoque & χάσμασι λυσσήεσσι præditæ πύλαις ὀδόντων apud *Nonn. Dion.* L. XXV. etiamſi fabuloſum cenſeam illud *Poſidonii*, de χάσματι *hiatu*, ὥστ' ἔφιππον δέξασθαι, *qui equum cum ſeſſore recipere queat.* Conſimiliter ad *Vſ.* 6. 7. 8. aliquanto plauſibiliorem judicaſſem ſententiam, quæ *Robuſta Clypeorum* refert ad *Squamas.* Quamvis enim *Dentes* ſic figurari poſſe teneam, atque inde etiam pro *Dracone* luculenta exſiſtat imago, fatendum tamen naturam *Emblematis* magis ferri in *ſquamas grandiores*, *clypeorum inſtar conſertas.* Jam vero his totum *Draconem* ad *tergum*, ad *ventrem*, communitum, omnes teſtantur Scriptores; etiam *Clypeis*, propter *magnitudinem*, & *firmitatem*, eaſdem comparantes. Ad verſum 13. quoque inſtitiſſem in *Collum*, in quo *ipſum Robur pernoctat* veluti, atque *habitat*, quod ibi vel maxime *cataphracta* Bellua. Ad *Vſ.* 16. & *elationem terribilem*, omnia *perfringere*, ac *proſternere aptam*, non omiſiſſem ex *Sil. Ital.* 6: 185. de *Serpente* ad *Bagradam:*

—— *Tantus ſub aſtra coruſcum*
Extulit aſſurgens caput.

Item *Vſ.* 221.

At nemus arrectæ, & procera cacumina ſaltus,
Exſuperant criſtæ ——
Ut vero ſtrepuere tubæ, conterritus alte
Immenſum attollit corpus, tergoque reſidens
Cetera ſinuatis glomerat ſub pectore gyris.

Hæc, & alia, deſcriptionis noſtræ membra, majori lumine, qui volent, deinceps perfundent. Nobis *Monſtrum* dediſſe ſufficit, quod *Literæ* vim, & dignitatem, per omnia ſuſtinere poſſe videatur; quodque cum *Elephanto*, tanquam ejus internecivus hoſtis, quin Victor, ſummo jure in unam orationem fuit intextum. Crediderim extituros, qui cum *Litera* iſta *Allegoriæ* jus accreviſſe judicabunt: quando dubium nullum, quin *Draco*, *Serpens antiquus*, *Leviathan*, *myſtice* in Sacris occurrant. Agnoſco, & *Allegoria* non abſtinui *Cap.* 26: 12. quod ſeries, & Scopus, eam poſtularent. Hic alia res. Si cui ſecus videatur, conſenſum impetrabit, ſi ſine diſſenſu, diſſonantia, repetitione, confuſione, argutiis, & quæſitis ſubtilitatibus, inſignem hanc tabellam in claro, & vero, lumine collocare valuerit; per quod univerſo huic Libro acceſſione luculenta dignus finis imponatur. *Mercerus* ſic omnia ad propoſitum denuo revocat: *quod ſi tantæ ſunt & tam monſtroſæ hæ Belluæ, altera in terra, altera in mari, tantæque molis, ac roboris, ut eas tibi nulla ratione poſſis ſubjicere, nec hujus tantæ molis, ac roboris, cauſam perveſtigare, quid putas te contra me effecturum, qui hæc animantia tanta creavi, quod mecum poſtules contendere: aut quomodo ſperas penetraturum te in arcana mea, quum horum cauſam non habeas exploratam; & cum in his tantum pars aliqua meæ potentiæ, & perexigua portio, cernatur? Quid ergo de meis judiciis expoſtulas* &c? *Ex his ſatis argueris te placide temet manui meæ debere ſubmittere, nec ultra conqueri* &c. Vides varia inter ſe commiſta, & contexta. Ego unum illud teneo, quod ſupra expoſui; decentiſſima *Ironia* Noſtrum revocari ad ſenſum parvitatis ſuæ; ne Numen immenſum *Creatoris* provocare, & irritare, pergeret, qui vel ad *Creaturæ* conſpectum mortuus concideret, ſi cum ea in congreſſum ſeſe committere deberet. Redi ad ea quæ *Vſ.* 1. 2. 3. hujus *Capitis* adſtructa. Iis hanc coronidem attexere liceat. *Qui cum Deo contendere vult, ſeque in ſua cauſa juſtiorem ipſo Numine pervincere, is infinita ſane tum ſapientia, tum potentia, præpolleat neceſſe eſt: Omnemque rerum naturam, vim, rationem, moderationem, virtutem, cauſas, exploratiſſimas habere debet. Viſne jam videre, quid in hac palæſtra, & arena, valeas? abi & pugna velut pede, & manu, conſertis, cum Behemotho, aut Leviathane meo; teque in iis vincendis virum ſapientem, fortem, ſolertem, naturæ peritum, præſta.* Ni omnia fallunt, *alti* illi *animi Jobæi*, Deo digniore via, ac ratione, compeſci ſimul, ſimul componi, & ſedari, non potuere.

CAPUT QUADRAGESIMUM SECUNDUM.

Verſ. 1. וַיַּעַן אִיּוֹב אֶת־יְהוָה וַיֹּאמַר׃

2 ידעת כי־כל תוכל. ולא־יבצר ממך מזמה׃

3 מי

Verſ. 1. ET reſpondit Jobus Jehovæ, ac dixit.

2 Scio, quod omnia prævaleas; quodque præ te molimen nullum præruptum.

3 Quis

Verſ. 1. Per maria, per fluctus, per ſcopulos, multum, diuque, jactati, portum jam non videmus, ſed tangimus. Eum ingreſſuris, vela tantum colligenda reſtant; & paucula digerenda; quæ ad lætiſſimum huncce exitum, & plane Divinam rerum converſionem, ſpectant.

Verſ. 2. Ad lumen, quin fulmen, extremum convictionis, fractus plane, & contritus Noſter, arma, ut ſic dicam, abjicit, atque nudus, & inermis, ad aram gratiæ Divinæ confugit. In verbis aliquid ſubobſcuri. Ad ידעת dubitatur, ſitne, quod *Literæ* ferunt, *noſti*; an quod *puncta*, *novi*. Poſterius quidem ſimplicius; ſed prius ſublimius. *Tu noſti*, atque *infinita* tua *Scientia comprehendis*, *quæ*, & *quanta*, *valeas*. Dicere volebat ידעתי *Scio* equidem, ſed quam nihil eſſet illa ſcientia, perſentiſcens, ſemet quaſi corrigit, ſubſtituens *Tu ſcis*. Hoc voluit Cl. *Cocc. Novi ego quidem, quod omnia potes; tu autem ſolus diſtincte omnem tuam potentiam habes perſpectam.* Eſſet ſpecies תקון ἐπανορθώσεως, de qua alibi. Tenerem, ſi ſub ת in *Codicibus* compareret *Kamets*; nunc *Chirek* ad 1. *præt.* aperte ducit; eamque præferre jubet. Sed quid jam ſibi vult illud *ſcio*, *agnoſco*? An non & ante *percallebat* Noſter *Deum omnia poſſe*? Mitto nugas, & argutias. *Merc.* ſcrupulo levando obſervat, *Jobum Dei Omnipotentiam quidem paſſim agnoviſſe, & magnifice prædicaſſe, nonnihil tamen ei detraxiſſe, quum quereretur, quaſi injuſte, & præter meritum, eſſet adflictus* &c. *Sic juſtitiam a potentia ſeparabat* &c. Adfine hoc *Cocceji*: *ſciebam utcumque, ſed non ſatis conſideraveram* (nam *quæ dixerat de Deo, aut potentiæ, aut bonitati, aliquid detrahebant*) *nunc autem mihi liquet, & animo ſedato aſſentior.* Aliquid ſupplendum cenſet *Schmid. Agnoſco quod tu omnia poſſis facere, ſicut fieri debent, in juſtitia, ſapientia, pondere, menſura* &c. *ut ſatis temere te docere voluerim* &c. Subtilius *de Pined. Jam nunc ingenue fateor, liberum tibi eſſe, pro arbitrio agere cum homine, etiam illius innocentiam adfligendo* &c. &c. Videndus & *Calvin. Conc.* CLVII. Forte commodius fuerit: *Scio quod omnia prævaleas.* יכל non tantum *poſſe*, ſed etiam *prævalere*, *vincere*, *ſuperiorem eſſe. Gen.* 32: 26. In eandem mentem capere eſt & alterum, *nec præruptum erit præ te molimen, meditamentum, cogitatio ſolers.* Non placet, *nullæ hominum cogitationes te poterunt latere.* Magis, *nihil quod Ipſe cogites aut moliaris, tibi impoſſibile erit. Par tibi voluntas & facultas.* Ita *Merc. Cocc. Schmid. de Pined.* etiam, a *Vulgat.* diſcedens. Mallem tamen, *Nihil Tibi, Tuiſque viis, a quoquam objicietur, quod non ex facili diſſipes, vincas, confundas.* Ita מזמה non *Dei* erit, ſed *hominis ſolertis inventum, molimen, meditamentum*, quo *Deum aggredi*, ſi forte, aut *criminari*, *in animum inducat.* Hic ſenſus ex media quaſi materia, & cauſa, efflorescit; atque egregie videtur quadrare in eum, qui *victas* porrigit *manus*; ſeque temere cum Deo diſceptaſſe agnoſcit. Confer *Pſ.* 51: 6. Con-

Pp pp pp p ſtru-

3 Quis hic obſignans conſilium, quod noſci nequit! propterea expoſui quod non intelligebam; mirabilia præ me, quæ non cognoſcebam.

3 מי זה מעלים עצה בלי דעת לכן הגדתי ולא אבין נפלאות ממני ולא אדע׃

4 Au-

4 שמע־

ſtructio יבצר מזמה aliquid diſſoni habet; quod *Schmid.* inſerto דבר tollere conatur; ut ſit, *res ullius* vel minutiſſimæ *cogitationis*. *Cocc.* ait, *phraſin eſſe mediam inter perſonalem, & imperſonalem.* Remittit ad *Pſ.* 15. de quo infra. Vide an expeditius, *Et non eſſe præruptum* quid *præ te*, quoad *molimen*. Nihil tam *arduum*, *munitum*, *invictum*, in oculis cujuſquam, *quod Tu non uno diſſles halitu*. Haud dubie dici potuit, vivente Lingua, דבר נבצר ממני מזמה *Negotium præruptum præ me*, ratione *aſtutiæ*, *ſolertiæ*, *ſapientiæ*: i. e. *ei refellendo*, vel *ſuperando*, *imparem me ſentio*. Veriſimile, in diſputationibus, & argumentis, formulam quoque adhibitam. Ita & nos דבר ſupplemus, ſed extra *regimen*, & ſenſu multum diverſo.

Verſ. 3. Abrupta ſententia prioris coli. Haud dubie alluditur ad *Cap.* 38: 2. Plerique ſtatuunt I. cum *Merc.* Noſtrum confiteri nunc, ſe eſſe eum, quem ibi notaverat Deus: q. d. *Quis hic qui abſcondit conſilium* Dei *ſine ſcientia? Ego ſane: qui non ſatis ſobrie de tuis judiciis locutus ſum* &c. Non multo aliter *Cocc.* II. *increpationem* concipit per *Mimeſin*, *Quis hic*, ajebas, *occultans conſilium ſine ſcientia* &c. Cl. *Schmid.* III. languidius connectit cum ידעתי *Agnoſco quis ille ſit* &c. *Ego* ſcilicet. *De Pined.* IV. improbans merito ad *Diabolum* hanc partem relatam a *Gregor.* ad *Inſipientes* in genere, a *Græcis*, & *Latinis*, cenſet, *Jobum cum contemptu ſemet in* 3. *Perſ. deſignare, & reprehendere*: q. d. *Quis ego ut Dei conſilium celaverim, & imperite loqui non dubitaverim?* Flexus ridet; interpretatio ipſa laborat, qua *celare Dei conſilium* exponit, *non clare & diſerte pronunciare de Dei cogitationibus arcanis, ab eo perficiendis, vel ab homine non perſcrutandis &c.* Vir *Erud.* V. qui *Explic. Gall.* ſive *Commentarium Prophetico-Myſticum* in *Jobum* nuper edidit, ſibi hic non deeſt, ſed *Hypotheſi* ſuæ veliticans, reddit, *Quis eſt iſte qui occultat conſilium* ſub verbis *non intellectis? propterea annunziavi, & non intelligebam, mirabiliora erant ſupra me, & non ſciebam.* Id eſt: *Jure meritiſſimo mihi objeciſti, O Deus, Cap.* 38: 2. *me non ſatis penetraſſe in myſterium fidei, & religionis, quod ſub mea perſona, & caſu, reconditum voluiſti. Agnoſco nunc, omnia quæ mihi obvenere, eſſe tantum levem umbram eorum, quæ Tu pro nobis paſſurus es; atque omnia mea dicta eſſe Prophetias in Te collineantes* &c. Latius ibidem hæc deducta; fidentius quam par erat: ſed aliter jam non poterat, qui ad *Cap.* 38: 2. convertere auſus, *Quis iſte qui tenebris tegit conſilium ſub verbis non intellectis?* Hanc appellaverat *Clavim totius Libri, per quam Myſterium Jeſu Chriſti ſub Jobi perſona occultatum nobis reſeretur.* Fragilis profecto clavis! quamvis non omnino neceſſe fuiſſet, ut ab hac explicatione tota *Hypotheſis* ſuſpenderetur. Mihi ſeriem, & vim, verborum attendenti VI. occurrit, quod in *Opuſc. de Defect.* p. 168. propoſui, *Quis ille qui ſignat conſilium* quod *noſci nequit, nullius cognitioni pervium?* Reſpicitur ad *Cap.* 38: 2. ubi *Jobus* apellabatur *Obtenebrator conſilii.* Iſta anſa Noſter, *Imo vero Tu*, O Deus! *Obſignator conſilii: Tu conſilii theſauros ſic claudis, condis, ſignas, ut nulla vi cognitionis noſtræ attingi, nedum penetrari queant.* Sic ergo *diſſerui quæ non intelligebam*; *de mirabilibus quæ mihi aſſequi, & pernoſcere, non datum.* Habes *replicationem* venuſtam, & gravem; ex qua ſimul relucet, cur pro מחשיך *obtenebrans*, ſubſtitutum ſit מעלים *obſignans*, quod reverentius: itemque cur omiſſum ſit ב *verbis*, *ſermonibus*; quibus hoc ſenſu nihil loci relictum. Si tamen בלי דעת urgeatur pro *inſipienter*, atque ad *Jobum* redire

4 שמע־נא ואנכי אדבר · אשאלך והודיעני :

4 Audi age, & ego loquar: interrogabo Te, & notum fac mihi.

5 לשמע אזן שמעתיך ועתה עיני ראתך :

5 Ad auditionem auris audivi te; at nunc oculus meus te vidit.

6 על־־

6 Prop-

re judicetur, tenerem id, quod *num.* IV. poſitum; ſed illo ſenſu, quem *Cap.* 38: 2. indicavi: *Quis hic occultator, & obſignator, conlii, inſipienter. Quid mihi volui cum fervidis illis criminationibus meis, quibus conſilii lumen, quod mihi aderat, oppreſſi; imprudenter nimis dolori me meo permittens.* Cl. *Reim.* tentat, *occulte veſtigans conſilium tuum, inſipiens eſt.* Non patitur Origo.

Vſ. 4. Et his verbis *Ironice* uſus fuerat Dominus *Cap.* 38: 3. & 40: 2. Hinc nonnullis viſum per *Mimeſin* ea repoſita: q. d. *Tu quidem ita me compellaſti; ſed ego antehac famam tantum Tui audiveram; nunc autem propius Te videre, & cognoſcere, licuit.* Frigidum. Rectius *Merc.* cum plerisque, hæc capiunt ut *verba totum ſeſe Domino ſubmittentis, eique ſe docendum tradentis.* Quid Cl. *Schmid.* velit, vix percipio. *Cocc.* ad rem: *ſignificat ſe bene intellexiſſe, quid Deus adhortatione illa ſibi vellet; & quid ſui officii eſſet.* Nempe cum *ironia* & *aculeo* dixerat Deus, *interrogabo te, & notum fac mihi.* Hoc nunc ſerio, cum cordiſque compunctione, convertit Noſter, *Audi quæſo, & ego loquar, interrogabo te, & notum fac mihi.* Te ego *Doctorem* meum, Te *ſapientiſſimum* agnoſco, qui omnem meam *ignorantiam, fluctuationem,* & *caliginem,* momento *vincere,* ac *diſſipare,* potes. *Explic. Gall.* reſpicit ad *Cap.* 13: 22. *Voca me, & ego reſpondebo tibi, aut certe loquar, & tu reſponde mihi.* q. d. nunc, *Enimvero verbis illis uſus fui, quod Filium Dei a me repræſentari ſcirem, cui ea conveniunt; ac propterea ea ſupprimere, Spiritu Prophetiæ animatus, non potui, non debui. Fateor tamen me non ſatis reverenter, ne in perſona quidem ejus, locutum* &c. Longe arceſſitum. Cl. *Schmid.* etiam ad eum locum oculos reflexit, ſed aliter. Videtur tamen nobiſcum *confeſſionem imprudentiæ* tenere.

Verſ. 5. Tenue, I. quod *Merc.* exhibet, *Jam vere potentiam Tuam, plenius a Te edoctus, agnoſco; quæ ante rumore tantum, & auditu, mihi leviter, & non ita accurate, cognita.* Argutius, quod *Judæi* hinc colligant, nunc demum *Spiritum Prophetiæ Jobo* impertitum. Cl. *Cocc.* ſingulari nexu III. *Auditione auris audivi te, imo oculus meus vidit te: propterea, ſi contabeſcam, conſolationem accepi ſuper pulvere & cinere.* i. e. *nunc demum tuam mentem ac voluntatem, tuamque juſtitiam & bonitatem, ita perſpexi, quaſi oculis te adſpexiſſem, & cor tuum introſpexiſſem. Hæc mihi, quamvis in miſeria* contabeſcam *cum maxime, materia conſolationis* &c. Plura ad *Vſ.* ſeq. Subtile eſt IV. quod *Gregor.* aliique hinc exſculpſere, reſpici ad *duplicem ſtatum Jobi*; alterum *proſperitatis,* cum *Deum* quaſi *ex auditu* tantum *cognoſceret*; alterum *calamitatis,* per quam *in Dei cognitionem* tanto magis *profeciſſet,* quanto *viſus auditum antecellit*; quippe qui tum demum *veritatis lumen interno oculo conſpicere* cœpiſſet. Mitto alia, quæ momentum vix facere queant; & venio V. ad ſententiam Veterum, quam *Euſeb.* L. 1. *Cap.* 5. de *Demonſtr. Euang.* ponit, *in priori apparitione Dei vocem auditam* tantum; in poſteriori *viſibilem* quoque *ſpeciem Cœleſtis majeſtatis* Noſtro *objectam,* & quidem τȢ λόγȢ *Verbi.* Huc conceſſere *Titelman. Aſtun.* itemque *Luth.* ex parte ſaltem: quin *Schmid.* inde *Cohærentiam* adſtringit; *quaſi Jobus cauſam oſtenderet, unde agnoſcat, quod Dominus omnia poſſit* &c. &c. *Inde nimirum quod Deum ipſum nunc audiverit, & viderit, quemadmodum optaverat* &c. Iſtum nexum non valde amplecterer. *De Pined.* VI. *omnino incertum* cenſet, *in medioque relinquendum, interna illuminatio* intendatur, an *externa viſio*: *veriſimillimum judicans, ut Jobus tum Dei voce, & oratione, tum peculiari lumine Divinitus accepto, univerſam rerum ſuarum Tragœdiam perſpexerit; & in providentiæ rationes, antea obſcuras, vel difficiles, profundius penetrarit.* Non invenuſte *Explic. Gall.* VII. *Antea ſcivi de te,*

 quæ

6 Propterea contabeſcam, & pœnitentiam ago; ſuper pulvere, & cinere.

6 על־כן אמאס ונחמתי על־עפר ואפר׃

7. Et

7 ויהי

quæ aure audivi, at nunc te oculis meis video. i. e. *Antehac ad lumen revelationis, & Prophetiæ, magna & multa apprehendiſſe mihi videbar de infinita tua Majeſtate: ſed quam immenſurabile diſcrimen inter audire, & videre! Ubi Tu te oſtendis, quicquid ante nobis videbatur immenſum, nihil eſt, & evaneſcit. Præſentia tua delet quicquid antea de te perceptum; idque infinitum quantum ſuperſcandit.* Eſt pulchra meditatio, cui intra hos fines conſiſtenti ſubſcribere poſſum. *Auditio auris* שמע אזן omnino nunc videtur deſignare *revelationem* cum *ordinariam*, tum *extraordinariam*, qua ſæpe antea *Veritates Divinas* propius hauſerat Noſter. Huc ducit *Cap.* 28: 22. Conferri debet quoque *Cap.* 4: 12. Illi *revelationi aures ferienti* opponitur hæcce tanto *illuſtrior*, & *potentior*, quanto *viſus auditum exſuperat.* Lucem & *viſionem internam* potiſſimum intendi, nemo jure dubitet: *externam* tamen excludere non ſuſtinerem.

Verſ. 6. Et res, & conſtructio, aliquid ſcrupuli peperit. *Merc.* I. dat: *propterea averſor*, ſcil. vitam meam, vel, verba priora &c. *& me pœnitet ſuper pulverem, & cinerem. Intellige*, ſedens, *vel ita ut* ſedeam, *& eo nomine* ſeſſurus ſim, *ad agendam pœnitentiam. Significat ergo Jobus, ſe ex animo pœnitere quod talia temere de Domino, & in Ipſum, effuderit* &c. &c. Submonet II. *Hebræi, & fere Noſtri*, h. l. *non ad* pœnitentiam novam *referunt, ſed ad eam quam jam egerat Cap.* 39: 34. *Varie intelligunt etiam quod de* pulvere & cinere *dicitur*; q. d. *dolere ſe quod talia dixerit in Deum, quum nil aliud ſit quam viliſſimus pulvis* &c. *ut Gen.* 18: 27. Confer LXX. ſed apparet argutius eſſe heic loci. Ad priorem ſenſum accedunt longe plurimi III. cum aliqua varietate circa verbum אמאס quod *Vulgato* eſt, *ipſe reprehendo me:* at *Tigurinis* & *Grotio*, *muto* factum meum; *improbo:* ut *Codurco*, *repudio.* Alii cum *Jun.* & *Trem.* ſupplent אלה *illa*, verba mea. Cl. *Schmid.* huc concedens, minus probat, a *Merc.* ſuppletam *vitam*, *quod Jobus non propterea* totam vitam *averſari debuit, cum non per totam vitam ſenſerit, quod hic per impatientiam deliquit.* Ita diſputari par non eſt. *Averſor* vel *ſperno verba mea*, meo quidem judicio, non implet vim pœnitentiæ hujus, quæ ad minimum poſtulat, *averſor vitam meam.* Non auderem quoque rejicere quod *Merc.* de *voto novæ pœnitentiæ* propoſuit, rogando cum eodem Viro Doctiſſ. *quando hanc egerit?* Sufficit, credo, *Confeſſio criminis*, quod *in pulvere & cinere ſibi piandum* agnoſcat Noſter. Ipſe utique hinc non diſcedit, quamvis ad *præſens* reſtringat, addens, *Teſtatur ſeriam pœnitentiam, quam nunc ſic habeat, ut etiam cinerem ſuum, &* pulverem, *in quo ſedeat, convertat in ſignum pœnitentiæ; nec dubitaverim, quin Jobus jam, dum Dominus locutus, eſt ceperit ſigna pœnitentiæ per* cinerem & pulverem *edere; ut nunc recte dicat, pœnitentiam* ſuper pulvere, & cinere, *ago, ut ipſe, Domine, ex geſtibus meis jam vidiſti.* Hoc voluerat *de Pined* IV. q. d. *Si non ob prioris vitæ delicta, at ſaltem propter loquendi imperitiam, merito his plagis adficior: & ſi non ob ea quæ mihi affingunt adverſarii, at propter humanæ vitæ imbecillitatem* ſedere in pulvere & cinere *non recuſo.* Id improbans V. *Bolduc.* contendit, *pœnitentiam in publico faciendam ſuſcipere* Virum Sanctum, *in argumentum mentis vere contritæ.* Diverſiſſimam viam ingreſſus *Cocc.* VI. vertens, *propterea ſi contabeſcam, conſolationem accepi ſuper pulvere, & cinere.* Supplet אם; & אמאס pro אֶמַּס a מסס *tabeſcere:* nec non נחמתי ex altero illo uſu, qui *Pſ.* 77: 3. & alibi extat. *Pulverem* & *cinerem*, explicat, *carnem multa patientem*, & *tabidam.* Præitum ex parte a *Chaldæo*, mirificum quid extendente: *Idcirco abjicio divitias meas, & conſolationem capio ſuper filiis meis qui ſicut pulvis & cinis.* Aliud quoque a *Cocc.* ſubnexum, retento ſub אמאס *ſperno*; in h. ſ. *præ magnitudine illius beneficii, quod oculus meus vidit Te, ſperno* me ipſum, *vel*

7 ויהי אחר דבר יהוה את־הדברים
האלה אל־איוב ויאמר יהוה אל־
אליפז התימני חרה אפי בך ובשני
רעיך כי לא דברתם אלי נכונה
כעבדי איוב׃

8 ועתה

7 Et factum eſt; poſtquam Deus
locutus eſſet verba hæc ad Jobum,
ut diceret Deus ad Eliphazum The-
manitam; exarſit Naſus meus in te,
& duos amicos tuos; quia non lo-
cuti eſtis rectum de me, ut ſervus
meus Jobus.

8 Nunc

vel pulverem & cinerem, *adeo ut non doleam hanc carnem, quæ eſt pulvis & cinis, contabeſcere: imo etiam dolet, & pœnitet, quod eam tanti habuerim, ut Tecum ejus cauſa diſputare voluerim.* Sic נחם eſſet *pœnitere*. Argutiora hæc ſentiens ὁ πάνυ, redit tandem ad receptius hocce, *pœnitet me*, & reſipiſco, *in pulvere* &c. *Ego qui antea ob dolorem carnis ſedi in pulvere, quamquam ſatis cauſæ habeam ad omnem triſtitiam deponendam, tamen ut teſter mihi ex animo diſplicere, quod incircumſpecta oratione ſcandalum præbuerim, non muto vivendi rationem, & in pulvere ſedere pergo.* Hoc voluere præcl. *Belg.* hoc *de Pined.* hoc ipſe *Merc.* eaque latitudine *præſens* excludere non auſim, ſi modo *Futurum* non repudietur. *Vavaſſ.* paucis multa: *Optime explicant, qui volunt univerſe, & generatim, decreviſſe Jobum, jacere in lacrymis & ſordibus, ac verſari.* Sane nihil minus hic intendi potuit. *Fracta* jam vere, & *contrita*, ſub paterna Dei manu, *mens* hominis Sanctiſſimi, magnitudinem criminis ſui perſentiſcit; & infinitæ Majeſtatis fulgore percuſſa, atque abſorpta, in profundiſſimum ſenſum indignitatis ſuæ ſubſidit. *Væ mihi, diſpereo*, exclamat ſic *Eſajas, quod vir ego ſim pollutus labris &c. nam Regem Jehovam exercituum viderunt Oculi mei.* Huc jam inſerere, *ſperno iſta quæ dixi*, dilutum. *Sperno vitam*; grave, & decorum, q. d. *indignum me fateor, qui vivam*, &c. Duriuſcula tamen *Ellipſis*, quæ tandem cunque illa excogitetur. Teneo VII. quod miniſtrat *Origo* verbi מאס *ulceribus hiare, contabeſcere.* Hinc offero cumulatiſſimæ pœnitentiæ vocem, *propterea contabeſcam* porro in ulceribus meis; *& pœnitentiam agere* decerno *ſuper pulvere & cinere.* Non jam amplius *lamentor* mea *ulcera*; ſentio me vel ideo indignum, qui ſpirem; dignum qui exſpirem, quod tam acerbe, contentioſe, contumaciter fere, *ea lamentatus ſim.* Liceat nunc porro, O Deus! O Pater! cujus numina non tantum, ſed & viſcera, læſi, *ſic tabeſcenti, perire*; atque *extremum ſpiritum in cinere & pulvere*, quod commerui, *exhalare*; ut non quaſi *rebellis*, ac *murmurator*, ſed ſub potenti manu Tua *ſubmiſſus*, ex miſera hac vita demigrem. Ni hoc dixiſſet Noſter, pœnitentiam ſeque, Deoque, dignam haud egiſſet.

Verſ. 7. Hic demum Corpus Libri finitur; atque ſtylo a cothurno ad ſoccum redeunte acceditur ad Exitum felicem, quo Virtus, Religio, Pietas, Pœnitentia quoque ſinceriſſima Viri, Divinitus honeſtantur, ut immortali laude vivus, mortuuſque, præfulgeret; atque omnibus ſeculis Fidei tandem triumphaturæ cum exemplum, tum pignus, præberet multo eminentiſſimum. Sacer Scriptor in dubio relinquit intervallum temporis, quod inter extrema illa verba, quibus *Jobi* pœnitentia conſignatur, & inter *caſtigationem* hancce *Dei*, *Eliphazo & duobus ſociis* ejus admoram, interceſſit. Diſputatur itaque, acciderítne hoc poſtquam ad Lares ſuos regreſſi eſſent, an in ipſo hocce conſeſſu, durante adhuc procella, Deo poſt *Jobum*, Amicos quoque ad officium revocante; & Noſtro teſtimonium Juſtitiæ pro vita anteacta impertiente, ad eorundem convictionem, & confuſionem. Cancelli hujus commentationis quæſtionem multis rationibus hinc & hinc inſtruendam, non recipiunt. Eam alteri occaſioni ſeponimus: atque nunc tantum obſervamus nonnulla ſatis clare hic indicata. α. *Eliphazum* velut ſociorum Anteſignanum fuiſſe. β. Idem *Syſtema* tenuiſſe Tresviros. γ Hoc *Syſtema* non fuiſſe exactum ad veras rationes Sanctuarii. Eos ergo δ. in *Deum*, in *Jobum*, peccaſſe. Non tamen iis adimi ε. *religionis* ac *pietatis ſtudium.* Aſt *Jo-*

Jobum *r.* rectiora diſſeruiſſe de *Providentia*; ejuſque *Syſtema* in genere verum: quin ut *Vitam* Viri *ſanctiſſimam*, ita *Doctrinam* quoque ejus, in ſe ſpectatam, a Deo approbari. De *Elihuo* ζ. profundum agi ſilentium: quod aliis nigri lapilli, aliis albi, augurium præbens, nobis medium quid adfert. Ajo *Primo*, *Eliphazum* hic notari ut qui vexillum *ſociis* extulerit, ad *Jobum* aggrediendum. Hoc ſæpius a nobis indicatum, hinc robur, & firmamentum, capit. Indubitatum itaque, *ſecundo*, quod in commentatione quoque noſtra perpetuo elucet, eandem eos *Hypotheſin* foviſſe, de *Providentia malis* ſemper *mala*, *bonis bona*, *diſpenſante*, ac *retribuente*. Hujus *ſyſtematis* ἁμαρτία imprudentiſſima quænam fuerit, *tertio*, ſub ſpecie *Zeli* pro *cauſa Dei*, & *Religionis*, noxias plane ſequelas in *Doctrinam de Providentia*, totamque *ſeculi* hujus *vitam* inducens, crebro oſtenſum. Graviter ergo, *quarto*, ab iis peccatum, tum in *Deum*, ſuis quaſi legibus ejus *gubernationem* ſubjiciendo; tum in *Jobum*, eum ad haſce regulas haud rectiſſimas pravum, & improbum, pronunciando: ne jam *reliqua* inde ad *piorum dejectionem*, *impiorum* vero *erectionem*, & *gloriationem*, redundantia, memorem. Sentis quorſum ſpectet graviſſima increpatio, *in Te*, Eliphaze, *& in duos ſocios*, *exarſit Naſus meus*, *quoniam non locuti eſtis* אלי *ad me*, i. e. *de me*, *meiſque viis*, נכונה *rectum*, *firmum*, *ſolidis*, & *inconcuſſis*, *principiis fundata dogmata.* Apparet interim, *quinto*, eos caſtigari a Deo, ut *graviter errantes pios*, non ut *impios cognitione veritatis* deſtitutos. De eo plura ad *v.* 8. ſeq. Quod autem, *ſexto*, ad *Jobum* attinet, ejus *anteactam vitam* a Deo *laudari*, omnique *criminatione liberari*, titulo עבד *Servi*, id eſt *Religioſiſſimi Cultoris*, nemini mirum accidet; ſed cum admiratione haud levem ſcrupulum commovere poteſt, quod tam cumulate, ſine ulla reſtrictione, dicatur, נכונה *rectum*, *firmum*, *ſolidum*, *diſſertaſſe de Deo*, *rebuſque Divinis:* quum toties *modum exceſſerit*; quin *ad confinia improbitatis*, & *blaſphemiæ*, acceſſiſſe viſus fuerit *Elihuo:* atque adeo *Ipſi Deo*, tam acriter propterea contra eum detonanti, in præcedentibus centuris. Operæ pretium, in re graviſſima vidiſſe, quid commeditati ſint Docti Interpretes. *Merc.* obſervat, *Jobum non excuſari: ſed ſignificari, non ita graviter erraſſe Eum, ut tres ſocios. Hos graviſſime in eo lapſos, quod* humano & carnali modo *de Dei Juſtitia ſenſiſſent, quaſi non alios quam ſceleratos ea adfligeret* &c. &c. *quodque ſpem gloriæ æternæ poſt hujus vitæ ærumnas juſtis repoſitas labefactaſſent* &c. *At Jobum erraſſe in eo, quod integritatem ſuam immodice defenderit, Deum tantum non in jus vocando* &c. &c. Cl. *Cocc.* notans נכונה complecti & *veritatem*, & *convenientiam cum officio*, & *decoro*; ita pergit. *Indicatur Socios falſos fuiſſe in opinione ſua de Dei judicio* &c. *itemque*, *non iſto animo dixiſſe*, *ſive* vera *ſive* falſa *eſſent*, *quo decebat* &c. *Quod autem Jobus abſolvitur*, *non eſt ita accipiendum*, *quaſi non dictis*, *& adfectibus*, *peccaverit*; *ſed quod ad ſummam vera*, *& cum gloria Dei convenientia*, *dixerit: & ubi ſpecie* impatientiæ *&* incredulitatis *peccaret*, *ac ea diceret*, *quæ improbi ad patrocinium profanitatis accipere poſſent*, *non eſſet* malitia, *ſed deſiderii vehementia* &c. *Ubi item judicium Dei taxaret*, *non eſſet firma aſſertio*, *ſed ſuæ ignorantiæ profeſſio*, *& informationis poſtulatio: quodque omnia dicta & facta ex amore Dei proficiſcerentur.* Cl. *Schmid.* ita mentem exponit: *Hæc verba comparate accipienda*; *& duo hinc habemus*: *unum*, *quod non approbentur per omnia*, *quæ Jobus locutus: alterum*, *quod viciſſim non omnia damnentur*, *quæ Socii dixerunt. Status* Quæſtionis *reſpicitur. Hic longe gravius erraruut Socii*, *quam Jobus*; *& licet turpiſſime errarint*, *tamen alia circa hanc* Quæſtionem *multa locuti ſunt optima*, *imo Canonica* &c. Cl. *Cler.* monet, *Dicta Jobi ad tria Capita redire. Primum*, *quod innocentem ſe tetenderat: id verum fuiſſe. Secundum*, *Deum ſæpe bonos miſeros eſſe*, *& malos florere*, *pati: id item negari non poſſe. Tertium*, *quamvis ſe a Deo male habitum ſentiret*, *liberationem tamen ex his calamitatibus expectaſſe juxta Cap.* 19: 25. 26. 27. Poſterius *Hypotheſi* datum. Graviſſime hanc in partem peccat *Explicatio Gall. Syſtemati Myſtico* hinc præſidium & robur additura ſcilicet. *En judicium præciſum*, *& omni exceptione majus. Omnes ſermones Amicorum damnantur. Omnes item Viri Sancti ſermones approbantur. Deus ipſe pronunciat. Ad eam ſententiam omnes noſtræ hæſitationes perplexæ ſuper multis Jobi verbis evaneſeant neceſſe eſt.* Inde nectuntur quatuor ſequelæ.

α. Ni-

α. *Nihil non exactiſſimum*, *& juſtiſſimum*, *in dictis Jobi*; *in iiſque nullum* exceſſum *admittendum: quum nulla pars verbi Divini ſolemnius approbata ſit.* β. *Veriſſimam eſſe explicationem* Vſ. 3. *datam de verbis Jobi non intellectis:* nempe *propter ſenſum Propheticum*; *quem ne ipſe quidem ſatis aſſecutus fuerit* &c. c. *Ei tamen deinceps myſteria iſtæc plenius patuiſſe*; *ideoque nihil ab Ipſo in verbis mutatum mollitumve* &c. d. *Inexcuſabilem ergo fore*, *qui verba Jobi excuſare*, *aut emollire*, *ſtuderet*: *& non potius exactiſſimam*, *& juſtiſſimam*, *eorundem vim*, *quæreret in ſublimiore illo adſpectu*, *qui in Antitypo expletur* &c. &c. Ad hæc multa haberem. Dicam tantum, qui nimium obtinere cupit, omnia perdere ſolere; & eo ipſo Explicationes haſce novas minime juſtas, atque exactas, quod tam juſtam, exactamque, normam ſibi in iis obſervandam eſſe, ſemel decreviſſet Auctor Eruditus. Illud נכונה *rectum*, quod *Jobo* hic attribuitur, non pugnat cum *exceſſu*, in quem eum durante certamine implicitum, evidentius, quam ut probari debeat. Lubentiſſime tamen agnoſcimus, etiam hujus poteſtate vocabuli, meliori omnia ſenſu a *Jobo* dicta, non ſolum quam vel *Treſviri*, vel ipſe *Elihuus*, tunc temporis, autumabant, ſed etiam quam plerique Interpretes hodiedum agnoſcunt. Id ſæpiſſime a nobis oſtenſum, quum *Blaſphemiam* ab *ore* æque, atque a *Corde*, *Jobi*, ubique removere conati fuimus. Potiſſimum tamen hoc נכונה *Rectum*, *firmumque*, ad *ſtatum Controverſiæ* revocare res & ratio jubent. Rectiſſimum ſane erat, quod ſe *Innocentem*, *gravibuſque criminibus immunem*, defendiſſet. Rectiſſimum, quod *plagas* haſce *graviſſimas citra culpam* ergo *ſibi inflictas* tetendiſſet. Rectiſſimum, quod *Providentiam* ad noſtras leges ire negaſſet. Rectiſſimum, quod *malis* in hac vita *plerumque bona*, *bonis mala multa* evenire, intuliſſet. Rectiſſimum, quod quantumvis *Iratum* ſibi *Numen* crederet, atque ab Eo *graviſſimam* ſibi *injuriam* fieri, mente per triſtitiam abſorpta, & confecta, penitus imbibiſſet, Ejus tamen religioſum metum, quin tenerrimum amorem, conſtantiſſime retinuerit, atque in acerbiſſimis quoque querelis utriuſque principii illuſtria documenta præbuerit. Rectiſſimum poſtremo, quod *Tentatori non auſcultaverit*, *ignita* ſua *tela* procul dubio in Noſtrum dies noctesque *intorquenti*, ut eum ad *Apoſtaſiam* impelleret; ſed ſe *innocentem ſub plagis* hiſce *atrociſſimis immerito ſævientis Numinis exſpirare* malle oſtenderit, quam *fidem* prodere, aut *conſcientiam* admiſſis falſis principiis *contaminare*. Hæc, & alia plura, qui perpenderit, non quæret ſane, quo titulo *Jobus* נכונה *rectum de Deo diſſeruiſſe* pronuncietur, quamvis *modum*, & *modeſtiam*, in querelis contra Deum movendis, ac potiſſimum in *provocationibus* illis *audaciſſimis*, egreſſus fuiſſe reperiatur. Quid interim, ſi & hoc נכונה *Rectum*, & certo ſenſu, *juſtum*, *piumque*, *fuiſſe* pervincam? Sentio quid dicam: nec dixiſſe pœnitet. Non a tribus Sociis ſolum, ſed & ab *Elihuo*, *Dei Majeſtatem minuiſſe*, quin *proterve*, *contumaciterque*, *in eam inſurrexiſſe* judicatus fuit Noſter, quum ad *conteſtationes* de *innocentia* adjunxiſſet illas *provocationes*, quibus ſe *vel ſub Dei oculis*, quin *telis*, *Juſtitiam* ſuam *defenſurum*, & *evicturum*, animoſe tendebat. Hoc ſine *blaſphemiæ* nota ne nunc quidem multi Noſtrorum dimittunt. Quanto minus *Treſviri*, vel *Elihuus*, tranſmiſere? Atqui non fuit *blaſphemum*; non fuit ex contumacia profectum, quicquid hujus animoſitatis: ſed ex *Conſcientiæ puritate*, *firmitate*, *rectitudine exaggeratiſſima*, quæ *Deum Teſtem*, quin *Judicem*, adeo non *reformidaret*, ut quoque *ad congreſſum*, *Judiciumque*, *cum Deo venire quantocyus*, *poſtularet*. Relege *Caput* 31. quod totum huc collineat: nec diffitebere hac quoque in parte נכונה *bonam*, *rectamque*, *cauſam*, Noſtro adfuiſſe, licet in circumſtantiis ulterius evectus fuerit, quam modeſtia, & prudentia, paterentur. Reſtat, *ſeptimo*, ut verbulo expediamus rationem ſilentii de *Elihuo* acti; qui hoc in exitu nec collaudetur, nec caſtigetur. In *malum* id interpretati *Veteres* fere, iniquius, ut ſupra viſum, de eo judicantes. Iis ſubſcripſere *Codurcus* rigidius, *de Pined.* & *Vavaſſ.* mitius: *Explicat. Gall.* omnium acerbiſſime; quippe quæ eum faciat *Typum* eorum quibus *nulla ſors in hæreditate Cœleſti*, ac præſertim *Judæorum*, *qui in Chriſtum contumaces*, *ac rebelles*, *excluſique ab ejus potentiſſima interceſſione*, *æternum perirent*. Contraria omnia tenent plerique, & quidem diverſo gradu. *Merc.* cenſet *Nulla*

8 Nunc ergo, capite vobis ſeptem juvencos, & ſeptem arietes, & ite ad ſervum meum Jobum, & offerte holocauſtum pro vobis; & Jobus, ſervus meus, intercedet pro vobis: quoniam profecto faciem ejus accipiam, ut non exequar vobiſcum ſtultitiam; quoniam non locuti eſtis de me rectum, ut ſervus meus Jobus.

9 Et

8 ועתה קחו־לכם שבעה־פרים
ושבעה אלים ולכו אל־עבדי איוב
והעליתם עולה בעדכם ואיוב עבדי
יתפלל עליכם כי אם־פניו אשא
לבלתי עשות עמכם נבלה כי לא
דברתם אלי נכונה כעבדי איוב׃

9 וילכו

la in re culpari Elihuum, quod Jobum non amarulento animo inſectatus eſſet, ut tres reliqui, ſed potius conſolari ſtuduiſſet, tantum ei objiciendo, quod præ Deo ſeſe juſtificaſſet, etſi nonnulla interim aſpera in Jobum jactaverit &c. &c. Ulterius progreditur Cl. *Schmid. Recte illum de Deo contra Jobum locutum* colligens; *ideoque omnia ejus verba in bonum interpretanda: nec aſſentiendum* Mercero, *aliiſque, nimis aſpera ſæpe ei excidiſſe volentibus.* Quid hac de re ſtatuendum videatur, ſupra ſatis diſcuſſum. Inde conficimus jam, *Elihuum*, pro *Oeconomia* hujus *Libri*, nec *increpari debuiſſe*, quippe qui moderate, & prudenter, diſputaſſet; nec tamen *magnopere laudari potuiſſe*, quatenus a *vero ſtatu Quæſtionis* aberraſſet & Ipſe, pro certo ſupponens *plagas haſce Jobo non plane immerenti impoſitas, ſed ſigna fuiſſe iræ, & indignationis Divinæ:* ut *a ſuperbia*, aliiſque *occultis vitiis*, ad *ſinceriorem*, & *ſolidiorem*, proficeret *pietatem.* Eum tunc temporis aliter judicare non potuiſſe, ſupra ſæpiuſcule inſinuatum: ac proinde non eſt, quod hiſce ulterius immoremur.

Verſ. 8. Stupenda converſio rerum. Ille ab Amicis traductus, & abſque miſericordia condemnatus pro capite ſcelerato, quod iræ, diræque, cœleſtes, ſummo ſuo merito exſcidiſſent, non tantum publice declaratur *Juſtus*, *Pius*, *Religioſus*, *Deo gratus*, *fideliſque*, *ſervus*; titulo ter, quaterque, repetito; verum etiam *Precator*, *Interceſſorque*, conſtituitur, cujus auctoritate, & gratia, demum, gratiam, veniamque, Numinis, in *Jobo* læſo læſi, impetrare poſſent Æmuli. *Nunc ergo ſumite vobis ſeptem juvencos* &c. *& ite ad ſervum meum Jobum* &c. Quot verba, tot fulmina ad arrogans illud & Cenſorium ſupercilium *Eliphazi*, Sociorumque, retundendum. Quot verba, tot lumina, ad gloriam *Jobi* in ſupremum culmen vehendam. Confuſio fratrum *Joſephi* tanta non fuit, quanta horum Triumvirorum, quum ad *Jobi* pedes ſe abjicere coguntur; eumque *Pontificem* ſuum ſalutare, ad *pœnam ſtultitiæ*, quin *flagitii*, *interceſſione ejus evadendam.* Non inſiſtam nunc in ea, quæ Cærimonias, Antiquitatem, Characterem temporis ante Legem, ſpectant. Hæc alteri occaſioni ſeponuntur. Circa כי אם paucis monebo, nimis tenue eſſe *Merceri*, aliorumque, *ſed*; propius accedere ejuſdem *Enimvero.* Eodem redit *Cocceji*, *At enim.* Subtiliuſcule *Schmid.* diſtinguit, *Quia ſi facies ejus*, nempe adiit, *ſuſcipiam*, *accipiam:* ut ſit conciſa locutio, in aliis Linguis non ita imitabilis. *Ellipſin* ſub ואם indicavimus ſupra *Cap.* 21: 4. & alibi. Hic ea non adeo commoda, nec divelli ſe patiuntur פניו אשא, ſecundum formulam ſolennem *accipere vultum* alicujus, quæ hic valet *honorare*, *ſingulari favore*, ac *honore*, *proſequi*, *nihil eorum quæ petierit negando.* Omnino tenuerim, quod Doct. *Belg.* habent, *Nam profecto faciem ejus accipiam*, *quo minus faciam vobis ſecundum ſtultitiam veſtram.* אם ab אמת *veritas* hanc vim induiſſe creditur. *Analogiæ* magis obtemperabitur, ſi ab אמם *intendit*, *pro certo deſtinavit*, derivetur. עשות נבלה *ſtulte agere*, exponi, idque iterum, *ſtultos tractare*

9 וילכו · אליפז התימני ובלדד
השוחי צפר הנעמתי ויעשו כאשר
דבר אליהם יהוה וישא יהוה את־
פני איוב :

10 ויהוה

9 Et iverunt Eliphazus Themanita, & Bildadus Suchita, Tſopharus Naamatita; & fecerunt quemadmodum locutus erat ad eos Jehova; & accepit Jehova faciem Jobi.

10 Et

ſtare pro ſtultitia, haud probem. *Mercerus* inconcinnitatem auxit; *Intellige*, *ne quid vobiſcum ſtulti agam* i. e. *ne quid vobiſcum agam quo veſtram ſtultitiam puniam*; *quod vos forſan mihi ſtultitiæ duceretis*; *cum ſtudio mei ita Jobum fueritis perſecuti.* Jam mallem *Hebræis* ſubſcripſiſſet Egregius Commentator, dantibus, *ne vos adficiam ignominia.* Sic multi cum iis, inter quos & *Grot.* explicans *pœnam aliquam prodigioſam.* Conſimiliter *Codurc.* נבלה hic *portentum*, *pœnam horrendam*, ſonare ait: nec alienus ab hoc ſenſu *Cocc.* addens, *ne publicem veſtram turpitudinem*, ac *dedecus.* Pedem tamen figit in optimo, *Ne vobiſcum faciam quod meretur veſtra ſtultitia.* משפט נבלה *Judicium flagitioſæ ἀφροσύνης.* *Schmid. Cler.* alii, cum *Belg.* noſtris, inſerunt כ, quod ut non repudio, ita *Cocceji* poſterius illud elegantius judico, & ſignatius. Etiam ſic Formula *pœnam* aliquam *ignominioſam*, *in publico infligendam*, ad *terrorem*, & *exemplum*, adferet: inculcans ſimul, graviſſimi Criminis, atque adeo flagitii, ſeſe alligaſſe ſuperciliofos illos Cenſores, qui ſub *ſpecioſo prætextu Religionis*, & *Cauſæ Dei*, tam ſuperbe ſimul, & acerbe, vel guttulam ſolatii urentiſſimis Amici doloribus inſpergere negaſſent; quin vulnera ejus venenare, & identidem inflammare, non dubitaſſent. *Calvin. Conc.* CLVIII. ſtatuiſſe videtur hos *Treſviros* cum omni illo paratu *Zeli*, *Virtutis*, & *Sapientiæ*, adhuc alienos fuiſſe a *Gratia Dei*, & *viva fidei Radice.* Idem judicium Veterum. Hoc alibi ſub examen mittendum.

Verſ. 9. Pulchra obſervatio Cl. *Cocceji*, illud, *Accepitque Dominus faciem Jobi*, forte ita dictum, *ut illo orante eorum ſacrificia e cœlo accenſa fuerint.* Aliquod certe ſignum viſibile, ac pignus quaſi, potentiæ illius, & gratiæ *Jobææ*, qua tanquam Pontifex Maximus præpolleret apud Deum, editum fuiſſe, plus quam veriſimile. Confer iis *Cap.* 22: 26 -30. ubi *Eliphazum* hæc ipſa quaſi prophetantem vidimus, ignarum ſane ea in ſe, ſocioſque, primum complementum nactura. Hic vero major adhuc ſubnaſcitur *Quæſtio*, qua ratione ſolemnia hæcce Sacrificia, in publico haud dubie peracta, obiri potuerint a *Jobo*, necdum, ut videtur, *a plagis ſuis curato*, atque *in integrum reſtituto.* Variant calculi circa tempus, & modum, hujus curationis. *Prima* eſt ſententia *Græcorum*, qui ferme tenent, ad *primam agnitionem culpæ* Noſtro *ſanitatem* per Miraculum *rediiſſe*; atque ita Eum cum *medicina ulcerum*, *præmium patientiæ*, & *coronam Juſtitiæ*, ante finitum confeſſum reportaſſe. Fontem erroris tetigimus ad *Cap.* 40: 3. 4. ex LXX. *Secunda* opinio fert, *Sanationem* miraculoſe *contigiſſe ad alteram confeſſionem*, ante quam Amici compellarentur, atque hunc *precatorem* ſuum ſumere juberentur. *Tertio* a pleriſque *Latinorum* ſupponitur, poſt *ſacrificationem*, & *interceſſionem* demum, vel potius *operatione* illa cum maxime vigente, *Jobum* cumulatiſſimæ pietatis, & caritatis, præmium hocce præſentiſſimum tuliſſe. Elicitur ex *Vſ.* ſeq. & ſpecioſis rationibus inſtrui poteſt: ſed demonſtratio abeſt. *Quarta* denique eſt cogitatio Erud. *de Pined.* poſt ſolemnia hæcce peracta, quin & poſt ea quæ *Vſ.* 11. narrantur, de *condolentia* & *conſolatione* gentilium, & familiarium, ad ædes ejus confluentium, & munuſcula ferentium, ut collata ſtipe inopiam ſublevarent, Noſtrum morbo liberatum fuiſſe, & quidem temporis momento, ut Divinum opus, auxiliumque, eluceret, & fortiſſimo Athletæ Coronam jam tandem, exantlatis omnibus laboribus, e Cœlo imponi appareret. Hanc ſententiam octo rationibus adſtruere conatur; quibus coloris quidem plus, minuſve, ſed evictionis parum. Eas *Bolduc.* refutat, ut ſuam ſtabiliret opinio-

nio-

10 Et reduxit Jehova abductio-
nem Jobi, quum interceſſiſſet pro
Amico ſuo ; & auxit Jehova om-
nia quæ fuerant Jobo in duplum.
11 Et

10 ויהוה שב את־־שבות איוב
בהתפללו בעד רעהו ויסף יהוה
את־־כל־־אשר לאיוב למשנה :
11 ויבאו

nionem, qua, haud ſecus ac ſi præſens interfuiſſet, ordinem rei geſtæ, & tempus curationis, ſic figit, finitque. *Primo*, ceſſante Dei alloquio e turbine, in attonitum ſtuporem omnes fuiſſe defixos, quem ineffabilis conſolatio conſequuta ſit; quod Deus ipſe tam implicatam litem explicuiſſet, & terminaſſet. *Secundo*, pro ſumma mentibus omnium indita caritate, & lætitia, tres Amicos veniam humiliter a *Jobo* petiiſſe, quam conſecuta perfecta mox reconciliatio, non ſine lacrymis &c. *Tertio*, cum *Jobo* eoſdem conveniſſe, atque ex ejus decreto conſtituiſſe, qua die ſolemne ſacrificium fieret &c. *Quarto*, poſtquam a *Jobo* digreſſi eſſent, eum paulatim vires corporis, & tandem, intra paucos dies, integram recuperaſſe ſanitatem. *Quinto*, quum perfecte ſanatus eſſet, *Jobum* mox *ſpatio ſeptem dierum*, ut moris erat, *egiſſe pœnitentiam in cinere & pulvere*, ex voto *Vſ.* 6 adhibita frequenti, ferventique, oratione, ut ſe ad *ſolemne ſacrificium* præpararet. *Sexto* denique *Eliphazum ſocioſque* ad *Jobum* regreſſos cum ſuis victimis, magna pompa, & ſolennitate, imperata feciſſe, atque rem Divinam adminiſtrante *Noſtro*, jam perſanato, ac vegeto, expiatos diſceſſiſſe. Hæc non male quidem digeſta; ſed hoc ordine geſta, ſilente Sacro Scriptore, adfirmari nequit. Et alia de ſuo huc affluit fœcundum in talia ingenium, quæ parum moramur.

Verſ. 10. Hinc demum *inſtaurationem* tum reliquarum rerum, tum *ſanitatis* quoque, orditur *Merc.* obſervans *calamitatem* Viri *in quatuor* conſtitiſſe: *infirmitate corporis*, *jactura facultatum*, *amiſſione liberorum*, *derelictione amicorum*, *& contemtu:* atque omnia hæc, in lætius converſa, ſub formula שב שבות *reduxit captivitatem* contineri. Addit, *captivitatis* figuram eo pertinere, quod *in manum Satanæ quaſi traditus* fuiſſet, *atque ſub malis, plagiſque, ab eo immiſſis, conſtrictus teneretur, donec eum Dominus ſolviſſet, atque in integrum reſtituiſſet.* Sic בהתפללו eſſet, *Quum, poſtquam, oraſſet* &c. atque *novum* hoc *ſpecimen conſummatiſſimæ virtutis præbuiſſet.*. At Cl. *Schmid.* *vix ſibi perſuadere ſe poſſe* ait, *quin Jobus jam ſanatus fuerit, antequam oraret, & ſolenniter ſacrificaret, pro Amicis.* Excludit ergo ab hac formula *curationem corporis*, excludit item *reſtitutionem bonorum*, de qua mox: & *Captivitatem* hanc reſtringit ad *deſertionem*, & *ſolitudinem, in qua Noſter quaſi captivus aliquis ſederit: per ſacrificationem* hanc *ſolennem ei reſtituta apud omnes auctoritate, & finita* velut *illa captivitate.* Subtilius: ut & alterum hoc aliorum, ſupra tactum, quod *inter orandum* miraculoſe ſanitas corpori hactenus ulceroſo, & tabido, redierit, in teſtimonium publicum exauditionis. Utraque opinio exigit, ut reddatur, *interea dum oraret*, vel, *per hoc quod oravit pro ſocio ſuo:* nempe *Eliphazo*, ut *ſignifero*, cum ſuis. Poſſis & *collective* vocem capere: nam quod nonnulli *pluralem* velint, pro רעיהו, minus ſuave, nec ſatis *Analogum.* Mihi *Jobum* ante hanc *ſacrificationem ſolemnem* omnem *vigorem*, ut *mentis*, ita & *corporis*, recuperaſſe, non adeo veriſimile videtur. Per *Miraculum*, interea dum *rei Divinæ vacaret*, & *Cerimoniis* hiſce *præſideret*, ſanitatem ei effloruiſſe, & quandam quaſi reſurrectionem e mortuis momento factam; ſpecioſius, quam ſolidius, dici putem. Simplicitati narrationis, & rei, magis convenit, ut teneamus, poſt apparitionem Numinis, & triumphum veritatis, tranquillata mente *Jobi*, & ſerenitate intus ei reddita, corpus quoque ſenſim ac ſuaviter, ſedata vi morborum, convaluiſſe, atque ad priſtinum vigorem emergere cœpiſſe. Interea temporis ſacrificatum ſolemniter, adhuc languente quidem nonnihil corpuſculo Viri, animo tamen jam ſupra omnem miſeriam, quin ſupra hominem, exaggerato, & nil niſi cœleſtia ſpirante. Argumento fuit, ſincera illa deprecatio, & in-

ter-

11 ויבאו אליו כל־אחיו וכל־כל־אחיתיו וכל־ידעיו לפנים ויאכלו עמו לחם בביתו וינדו לו וינחמו אתו על כל־הרעה אשר־הביא יהוה עליו ויתנו־לו איש קשיטה אחת ואיש נזם זהב אחד׃

12 ויהוה

11 Et venerunt ad eum omnes fratres ejus, & omnes ſorores ejus, & qui ipſum cognoverant antea; & comederunt cum eo panem in domo ejus, & condolentes ei conſolati ſunt eum ſuper omni malo, quod Jehova adduxerat in eum; & dederunt ei quiſque Staterem unum, & unum aureum monile.

12 Et

terceſſio, qua pro Æmulis, & tantum non hoſtibus, pacem, veniamque, Numinis poſcere non dubitavit. Ea præſentiſſimo pignore ignis e cœlo lapſi, ut plauſibile, obſignata, atque Viri tum *Juſtitia*, tum *gratia*, qua apud Deum valeret, in omnium oculis, mentibuſque, defixa, par erat ut *longa* ejus *captivitas*, id eſt *calamitas*, *ſolveretur*, & cum *reliquiis malorum*, & *morborum*, in *corpore*, *vulnera* quoque *fortunæ*, & *familiæ*, *ſanarentur*, *reſque collapſæ* tanti viri *in majus*, *lætiuſque*, reſurgerent. Prius venuſtiſſime complexus Sacer Scriptor ſub formula, *Reduxit Dominus captivitatem*, ſive *abductionem Jobi*. Poſterius expreſſum *adjectione in duplum*. In priori phraſi prodigioſe nugatus *Nachmanides*, quum *eadem* illa quæ *rapta*, & *abacta*, fuerant per *Sabæos* &c. *reducta* contendit; quin omnia illa *damna* nil aliud fuiſſe quam *præſtigias Satanæ* &c. &c. Nunquam ſuſpicatus fuiſſem ſimile quid Cl. *Clerico* placere potuiſſe. *Videntur*, inquit, *omnino intelligi pecudes*, *quas abegerant graſſatores Cap.* 1: 15. 17. *quibus addi etiam poſſint ſervi ſimul abducti*, *quamvis non memorentur*. *Alia quæ hic habent interpretes*, *ſunt contorta*. *Quomodo autem Latrones prædam reſtituere coacti ſint*, *non liquet: nec in ejuſmodi re conjicere libet*, *aut licet*. Atqui hæc ipſa torta, & tracta, contra rem ſimul, & naturam Linguæ, quæ in *reducta abductione* nihil aliud ſpectat quam *inſtaurationem fortunarum collapſarum*, & *huc illuc diſſipatarum*. Vide *Jer.* 30: 18. *Pſ.* 14: 7. & 85: 2. *Domus ruinam excitare*, & *Fortunas disjectas colligere* qui apud *Latinum* Auctorem de iiſdem numero rebus, neſcio unde revectis, interpretari vellet, quid tandem in Literis hiſce valere cenſeretur?

Verſ. 11. Redivivæ gloriæ, felicitatis, & fortunæ, principia, atque incrementa, exponuntur. Veriſſime dixit Philoſophus, *Florentes Amicorum turba circumſedet*, *circa adflictos ingens ſolitudo eſt*. Hoc Noſter, ſi quiſquam, expertus, inter calamitates ſuas non ultimo loco poſuerat *Cap.* 19: 13. 14. Merito proinde ut primordium reſurgentis Domus memoratur confluxus *propinquorum*, & *familiarium*, partim ad *condolendum*, de *præteritis*, partim ad *congratulandum*, atque *Natalitia* velut *Viri e ſepulcro retracti*, *muneribus*, & *donariis*, *honeſtandum*. Hic vero non unus exoritur ſcrupulus. Diſputatur *primo* circa officium *condolendi*, & *conſolandi*, quod ſane tum ſerum, tum male locatum, videri queat. Hoc Cl. *Spanhemio* anſam dedit inducendi ὑστερολογίαν, ante reſtitutionem *hoc* συμπαθείας & *conſolationis* debitum præſtitum ſtatuenti. Adfert rationes. 1. *Non probabile id officii plane intermiſſum erga tantum virum tantis in malis conſtitutum* &c. 2. *Verba* נוד & נחם *non eſſe gratulantium*, ut *imperite hic nonnulli vellent*, *ſed condolentium ac ſtupentium*, ut *Cap.* 2: 11. *Acceſſiſſe* 3. *hos propinquos dici*, *quum adhuc recens erat fama malorum Divinitus immiſſorum; ſaltem id ex textu Græco colligi* &c. 4 Illud de *pane*, vel *cibo*, *cum eo ſumto*, *omnino ad conſolationis officium ſpectare*, *non gratulationis*. *Veteres enim cum adflictis epulari ſolitos teſtandæ* συμπαθείᾳ *Jer.* 17: 7. & *Eſech.* 24 17. *Non quod cum Jobo epulati ſint in ipſo malorum exordio*, *ſed tamen antequam eluctatus eſſet* &c. Verbum ויבאו 5. *propterea reddendum* potius, *venerant autem* &c. Nunquam Vir Magnus tam infirmis præſidiis nixam adſciviſſet ὑστερολογίαν, cui hic profecto, quod confidentiſſime adfirmare licet, nihil loci, ſi per commeu-

mentationem perpetuam ad hunc contextum deſcendiſſet. Nunc ſeparatam tractaus quæſtionem, & magis ſpectans quid *decuiſſet propinquos Jobi*, quam quid ipſe *Jobus* eos feciſſe dicat *Cap.* 19. *pudori* quidem eorum conſuluit, ſed *honori* non litavit noſtri *Jobi*; cui & hoc Divinitus datum, ut gratiam, amicitiamque, Ejus ſtudioſiſſime iterum ambire coacti fuerint ignavi illi deſertores, qui Eum in miſeriis jacentem ne adſpicere quidem dignati fuerant. Sed *gratulatio*, inquis, cum *condolentia* parum conſiſtit, & *pudore ſummo ſuffundi* debuiſſent hi *gratulatores*, *ſi nullum συμπαθείας officium præceſſiſſet*. Recte vero: & hoc ipſum ad gloriam *Jobi* augendam requirebatur, ut qui congratulatum venirent, ſimul culpam quodammodo deprecari cogerentur, & non ſine confuſione lætitiam ſuam ſignificare, ac commonſtrare, poſſent. Inſtas, *lætitiam*, & *dolorem*, cum *geſtu lugentium* in נוד expreſſo, ſecum parum convenire, ac præſertim *luctum* illum cum *ſolemni gratulatione* non conſiſtere. Quidni? nam vel ex *Hypotheſi* eorum, qui *Jobum* jam concipiunt *mente* ſimul & *corpore vegetiſſimum*, quin ſubito; & per miraculum, *Divitem*, vultus *condolentium*, & *præterita mala* nunc ſaltem *complorantium*, hoſce propinquos, & familiares, non dedecuiſſet. Sed Cl. *Spanhemii* calculus alter pôſitus; ſupponit enim, quod lubenter admittimus, *munera a gratulantibus oblata in ſubſidium, ſolatiumque inopiæ præſentis*. Non potuerunt ergo non *caput movere ad inſtar lugentium*, dum gratarentur maximo virorum *diſcuſſas* jam *nubes*, & *ſpem* lætæ *reſtitutionis* e *Cœlo ſerenato adſulgentem*, quod tam *atrocibus malis* ſimul, & *calumniis*, probatiſſima ejus virtus tam diu ſubjacuiſſet; atque etiamnum *Domus* & *Familia*, ante tot Liberis, tot opibus, florens, deſolata jaceret. Sic defluimus ad *alterum* ſcrupulum, qui moveri ſolet, quem in finem hæc *donaria* fuerint collata, num ut *pignora venerationis*, & *amicitiæ redintegratæ*, *ritu congratulantium*; an ut *collationes in remedium egeſtatis*, & *inſtaurationem rerum collapſarum*. Poſterius indubitatum cenſet ὁ πάνυ *Spanhemius*, merito ſpernens opinionem quorundam, qui fingunt jam tum *Duplum* Noſtro *reſtitutum fuiſſe*, Eumque *hiſce munuſculis parum indiguiſſe*. Ex *Jarchio* adduxit & *Merc.* *Jobum non ita ad inopiam fuiſſe redactum, ut vulgo putatur: amiſſa* quidem *pecora*, & *bona quæ in agris*; ſed *nummum*, *reliquarumque facultatum*, non memorari *jacturam*. Hinc ipſe in eam ſententiam proclivior, quæ *congratulantium*, & amicitiam renovantium, hæc facit *donaria*; prout ſæpe *Divitibus munera deferri* ſolent, *non tam ad ditandum, quam ad demerendum*. Subdit tamen, *utrumque in Jobo fieri potuiſſe: nec rem fuiſſe exiguam tot oves, totque monilia aurea, a tanto numero cognatorum, & amicorum, quanto vir toto oriente Celeberrimus ante gaviſus fuiſſe* videtur, *uni donata*. Ego quod de *extrema* illa *egeſtate Jobi* traditur, *quæ ne remediis* quidem, ad ulcera ſananda, *emendis par fuerit*, idque genus alias paratragœdiationes, ſuis auctoribus facile relinquo: nec tamen arcas ei auro argentoque refertas, cum *Rabbinis*, dederim. Agnoſcimus in muneribus liberali manu collatis, ſolatium, & ſubſidium, rei collapſæ: nec tamen dubitamus quin *donaria* hæcce ſimul *venerationis* fuerint *pignora*, quin *Honoraria* quædam, miro conſenſu ſòluta, ad *culpam proditi officii* quodammodo *expiandam*, & *fidelius obſequium communi teſſera obſignandum*. Certe horum *donorum* ſimilis *materia*, & *forma*, in quam ab omnibus conſpiratum, aliquid *Symbolici*, ex more Orientalium, præ ſe fert; & ſi nihil aliud quam egentem ſublevare voluiſſet officioſa multitudo, vix credibile eſt, tantam paritatem muneris obtenturam fuiſſe: quum & varietas gratior venire potuiſſet, & neceſſitas varietatem potius poſtularet. Diſcutiendus hic porro tertius ſcrupulus, quid vocabulo קשיטה deſignetur, nam de נזם ſatis convenit eſſe *Monile*, vel *fronti*, vel *auribus*, *appenſum*. De altero illo triplex tenet ſententia. Prima *Veterum*, qui magno concentu tum hic tum *Gen.* 33: 19. ac *Joſ.* 24: 32. *ovem*, vel *agnam* feminam, reddidere. Altera *Rabbinorum*, quos flos honoſque noſtrorum Interpretum ſecuti, adferens *Nummum*, & quidem *ſignatum nota pecudis*; uti *pecuniam* a *pecude* nomen inveniſſe, nemini non dictum: & *Boves*, atque alia *beſtiarum* nomina, ad *nummos* ob *figuram* iis impreſſam tranſlata. Tertia *Bocharti*, item ſtantis pro *genere nummi*, non tamen a *nota incuſa* ſic vocati, ſed a *Radice* קשט *Verus fuit*; unde *probæ monetæ* hæc appellatio fluxerit, ſive *materiæ* ratione, ſive *ponderis*. Hanc opinionem *ſex* argumentis

tis inſtruxit Vir Summus *Hieroz. Part.* 1. p. 433. & *ſeq.* 1. Quod nuſpiam, ubi de *ovium paſtu*, *proventu*, *immolatione*, agatur, hæc vox compareat: ut nec in *Dial.* ea notio uſpiam. 2. Apud *Thalmud.* eſſe *ſpeciem nummi*. 3. A *Chald.* קשיט *verus*, *ſincerus*, proprie *Epitheton monetæ ſinceræ* videri. 4. Non veriſimile ſolas *agnas*, quas *term. fœm.* adferret, vel *a Jacobo datas pro agri pretio*, vel *Jobo donatas*. 5. *Jacobi ævo deſiiſſe res rebus permutari*. 6. *Emtionem iſtam Jacobi, argento factam: Act.* 7: 16. In medio interim p. 437. relinquit, cujus fuerit valoris. Rejicit tantum *Rabbinos*, qui *Obolum* minutum induxere: & ex LXX. μνῶν pro ἀμνῶν ſubſtituens, proclivior eſt ad *Minam*, quæ *duas argenti libras cum ſemiſſe* explet: rem ipſam aliis diſcutiendam remittit; ſentiens, credo, *Minas* nimis gravem ſummam confecturas *Gen.* 33: 19. Et huic de *Minis*, & alteri de *Obelo*, ſententiæ, ſeſe oppoſuit *Celeb. Spanhem. Tom.* III. p. 84. & *ſeq. indubiæ veritatis* pronuncians Veterum verſionem, atque rationibus *Bocharti* deſtructis, *Agnæ* poteſtatem ſeptem argumentis adſtruens 1. *Orientales omnes*, *Chald Syrum*, *Arabem*, *Perſam*, *Samarit. cum* LXX. *reliquiſque Græcis*, *nec non Vulg.* hinc ſtare. 2. Eandem *vim agnoſcere* & eos omnes, qui *Nummum Ovis figura ſignatum* intelligunt. Hanc *propriam diſerte* ſtatuiſſe *Hotting. primum dubitare auſum Bochartum* &c. 3. *Abſurdum eſſe cum Rabbin.* de *Obolo* cogitare, *minuto* nimis *nummo*, quam ut *vel hic*, vel *in emtione Agri*, locum invenire queat. 4. *Minam* quam *Boch.* inducit, *nimium* contra *pondus* efficere. 5. *Jobi ætate ſignatos* jam tum *nummos obtinuiſſe in Chaldæa & Arabia*, *dicere*, *quam probare*, *facilius*. 6. *Notum*, *opes & facultates* tunc *potiſſimum conſtitiſſe in pecudibus*, *extra*, *monilibus*, *annulis* &c. *intra ædes*. Hinc. 7. *luce clarius*, ut נזם *armillam*, vel *inaurem auream*, ita קשיטה *pecudem* ſonare, non *obolum viliſſimum*. Si poſterius tantum in Quæſtione eſſet, quid probabilius, *minutiſſimum obolum* denotari, an *ovem*, vel *agnam*, liquida forent omnia. Ut res nunc ſe habet, ad *indubiam veritatem* necdum eam perductam video. Quinque priora argumenta numerum faciunt, non pondus. Duo poſteriora valde ſpecioſa: ſed rem decidere non apta, ſi quis *Ovis* notione in dubium vocata, quod legitime fieri poſſe cenſeo, tetenderit קשיטה *nummum* quendam *majorem* fuiſſe, vel *maſſulam auri* potius, ſic dictam, a *juſtiſſimo pondere*, ad quod *exigi* ſoleret. Ut quid ſentiam, tandem expromam, *Ovis* ſive jam *major*, ſive *tenella*, nihil habet, quo nitatur, præter Veterum conſenſum; quem tamen turbant nonnihil *Jonath.* & *Paraphr. Hieroſol.* qui in *Geneſi* מרגלין *margaritas* dedere, a קשוט *Chald. ornatus*. Quod in *Orientalium* interpretum auctoritatem nominatim inſiſtat Cl. *Spanh.* quaſi illis ſaltem fides hac in parte major exceptione, factum nollem; nam nullis minor forte accuratio. Non etiam *leviſſimum argumentum* dici, quo *Boch.* primam ſuam rationem adſtrinxit, *quod nullum in vicinis Linguis Chald Syriac. Arab. Æthiop. Samar.* illius notionis veſtigium compareat. Eſt multo graviſſimum; tantique ponderis, ut ſi *Ovis* ſignificatio ex *Dialecto* vel *Aramæa*, vel *Arabica*, &c. ſub *Radice* קשט ſiſti queat, in ea tuto quieſci autumem: ſin minus, dubiam, & nutuam, eandem ſemper manſuram, pro captuque, aut arbitrio, cujuſque fluctuaturam. Si *Thema* קשט, cujus derivatum *Koſchet* bis occurrit pro *Veritate Pſ.* 60: 6. & *Prov.* 22: 21. exploratius fuiſſet quoad *Originem*, tranſactum, credo, fuiſſet. Eam ex *Camuſo* ſic recludo : القسط العدل والحصة والنصيب ومكيال يسع نصف صاع وقد يتوضا فيه والحصة من الشي والمقدار والرزق والميزان *Forma* קְשֹׁט *exprimit rectitudinem*, *& juſtitiam exactam: item portionem & ſortem: nec non menſuram dimidium ſatum capientem*, *quæ Sacræ lotioni adhibetur: porro legitima pars rei cujuſcunque*, *& juſta quantitas*, *& demenſum*, *& libra*, *ſive ſtatera*. In *Gjauhario* adhuc clarius primaria vis ponitur in *rectitudine pedis*, *nulla curvatura flexi*. Hinc notiones omnes dimanarent; inter quas illa *Libræ*, vel *ſtatereæ*

12 Et Jehova benedixit extremo Jobi, præ principio ejus; & fuerunt ei quater decies mille oves, & ſexies mille cameli, & mille juga boum, & mille aſinæ.

13 Et fuere illi ſeptem filii, & tres filiæ.

14 Et

12 ויהוה ברך את־אחרית איוב מראשיתו ויהי־לו ארבעה עשר אלף צאן וששת אלפים גמלים ואלף צמד בקר ואלף אתונות :

13 ויהי־לו שבענה בנים ושלוש בנות :

14 ויקרא

teræ, convenit cum שקל *libravit*, unde *Siclo* nomen impoſitum: ut *quantitas juſta* ad *numerumve*, vel *pondus exacta*, conferri poſſet cum מנה *Mina*, vel *certa ſiclorum portione*. Talequid ſub noſtro קשיטה contentum, *form. part. Pehil*, quamvis *ſumma* ipſa necdum finiri queat, omnino autumem. Quod porro attinet ad *Symbolicam vim*, quam *communes* hæ *teſſeræ Fidei*, & *Amicitiæ*, ab omnibus *una* quaſi *manu*, *voce*, *mente*, oblatæ, videntur exeruiſſe; nimis argutum, quod *Allegorici* luſerint in *Ovibus* ad *Paſtorem* redeuntibus, cum *ſumma auſcultatione*, & *obedientia*. Magis placeret Cl. *Spanhemii* illud, *Oves* incrementum fortunæ in pecore, *Inaures* ejuſdem inſtaurationem in ornamentis, cimeliiſque, ſignaſſe. Nos *maſſulam auri ad ſtateram exacti*, capimus pro *Symbolo Virtutis* & *Fidei*, *quæ inſtar auri e Fornace emicuiſſet*: atque *monilia aurea* referimus ad *ornamenta honoris* & *gloriæ*, quibus *præfulgere* meruiſſet fortiſſimus miſeriarum Victor.

Verſ. 12. Nihil hic, quod lucem poſtulet. Oſtenditur, ut *Vſ.* 10. dictum erat, eo tandem creviſſe Fortunas inſtauratas *Jobi*, non ſimul, & ſemel, ſed ſucceſſione annorum, ut opulentiam Viri vere conduplicatam ſingulari Dei providentia, atque benedictione, agnoſcerent & admirarentur omnes. Illuc manifeſto ducunt *poſtrema Jobi benedictionibus aucta*, & *cumulata*, *præ primis*: ut vel hinc meliora ſapere debuiſſent, qui omnem hancce abundantiam uno quaſi momento per miraculum, vel miraculorum potius congeriem, veniſſe volunt.

Verſ. 13. Supra modum ineptus *Nachmanides*, quum ex נ in שבענה elicit Noſtro *eoſdem*, quos ante habuerat, *liberos* reſtitutos; qui non occiderint, ſed occidiſſe crediti fuerint, *Satana præſtigias* oculis *objiciente*. Paradoxe *Tertullian.* de *Patient. Cap.* 14. *Liberos reſtitutos* negat, *orbitatem voluntariam ideo ſuſtinuiſſe* Noſtrum tendens, *ne ſine aliqua patientia viveret.* Errorem inde natum ſuſpicatur *Pamel.* quod mutilato codice uſus fuerit. *Spanhem.* ſuſpicatur Eum hæc interpretatum *de prioribus liberis*, q. d. textus, *fuerant autem Jobo ſeptem filii* &c. Dicerem potius cum *de Pined.* & *Rigalt.* eum loqui de *orbitate eorum quos amiſerat*. Patet ex adjecta ratione: *Maluit in illo Die reddi. Tantum gaudii, ſecurus de Domino, diſtulit.* Si eos recepiſſet nempe, *Familia quoque conduplicata fuiſſet.* Obſtat tamen nonnihil, *Et ſi filios quoque reſtitui voluiſſet, pater iterum vocaretur*: quamvis nodus utcumque ſolvi poſſet. Non *duplicatæ prolis* rationes autem haſce edit Cl. *Spanhem.* 1. *Uxorem eandem vix tot liberis parturiendis ſuffecturam fuiſſe.* 2. *Vix numeroſiorem prolem vel ad parentum felicitatem, vel ad incrementum poſteritatis, deſiderari*, &c. 3 *Si duplo auctus fuiſſet numerus liberorum, eo ipſo vix opes Jobi videri potuiſſe duplicatas, quæ tot in partes dividi debuiſſent* &c. 4. *Nec alienam rationem Gregor. Philip. Bedæ*, aliorumque, *mortuos apud Deum vivere* cenſeri. Huc aperte collineabat *Tertull.* Scite *Auguſtin. Ep.* 140. *Commendata eſt reſurrectionis fides. Nam filii non dupli, ſed totidem, redditi, etiam illos, quos amiſerat, reſurrecturos ſignificant.* Id in medio relictum eſto. Non erat cur Cel. *Spanhemio* ut *pars felicitatis Jobææ*, & *plenæ reſtitutionis*, obverſaretur *malæ Crucis*, & *Xantippes* forte *prioris*, ſublatio, *ad ſecunda ut rediri poſſet vota.* Pejorem eam vulgo fingi, quam fuiſſe, in locis adſtructum.

Verſ 14. Cur ſuppreſſis *Filiorum* nominibus, *Filiarum* illa appoſita ſint, quæri ſolet. Ad

14 ויקרא שם־האחת ימימה ושם
השנית קציעה ושם השלישית קרן
הפוך׃

15 ולא נמצא נשים יפות כבנות
איוב בכל־הארץ ויתן להם אביהם
נחלה בתוך אחיהם׃

16 ויחי איוב אחרי־זאת מאה
וארבעים שנה וירא את־בניו ואת־
בני בניו ארבעה דרות׃

17 וימת

14 Et vocavit nomen primæ Jemima, & nomen ſecundæ Ketzia, & nomen tertiæ, Keren Happouch.

15 Et non inventum, *quoad* pulcras mulieres, ſicut filiæ Jobi, in tota terra; & dedit illis pater earum hæreditatem inter fratres ipſarum.

16 Vixitque Jobus poſt hæc centum & quadraginta annos; & vidit filios ſuos, & filios filiorum ſuorum, quatuor ætates.

17 Mor-

Ad *myſterium* confugiunt Veteres, mire ludentes in Etymis *Jemimæ*, *Ketſiæ*, & *Keren-happuchæ*, ſive *Dianæ*, vel *Diei*, *Caſſiæ*, & *Cornu Stibii*, ut *Vulgato* hæc convertere viſum. In his inveniunt totidem *Characteres Eccleſiæ*, quæ cum *ſplendore lucis*, conjungat *Odorem* fragrantiſſimum *virtutis*, ut tota *pulchra ſponſo ſuo ſiſtatur* &c. &c. Alii *Symbolicas* has faciunt appellationes, quibus *Familiæ ſuæ redivivam lucem*, *famam*, *gloriam*, repræſentatam voluerit Fortunatiſſimus pater. Cl. *Spanhem. Cap.* XV. *Hiſt Job.* copioſiſſime de omnibus hiſce commentatus jucundum nobis facit otium. Fecerat & Erud. *de Pined.* longe lateque tanquam per amœna vireta hic ſpatiatus.

Verſ. 15. Conſtructio non mollis, לא נמצא נשים. *Merc.* ſupplet דבר, quaſi χρῆμα *mulierum*, credo. *Cocc.* & *Schmid.* ad *Imperſonale* recurrunt. Adde *Ellipſin*, in h. ſ. *Et non inventum* quoad *mulieres pulcras*, *ſicut filiæ Jobi* &c. הם *illi* alibi quoque *communis generis*. Simillimum *Num.* 27: 7. Argutiæ *Perizolidis* apud *Merc.* plane ridiculæ. Quod *Hæreditas Filiabus* æque ac *Filiis* dicatur attributa a Noſtro, aliquid iſtis moribus, temporibuſque, alienum, indicat. *Rabbini* ob *formam eximiam* id factum docent. Quid eos adfecerit, cernere eſt. Sanius, ſaltem, & conſultius, qui *Virtutem* earum id meruiſſe exiſtimant. *Cl. Schmid.* ad *exaggerandam Jobi opulentiam* id pertinere autumat, *quæ tanta fuerit, ut etiam filiabus portionem hæreditatis concedere potuerit.* Specioſius quod *Deod.* aliique id factum velint, *ne extra familiam elocatæ, Idololatris traderentur.* Verus ſcopus, ſi bene collineo, oſtendere *Jobi æquitatem*, & *juſtitiam* illam *exactiſſimam*, qua non tam *Civitatis*, quam *Naturæ*, *legibus* obtemperandum ſibi cenſuit. Sed deſino: non enim noſtri hæc fori. Cl. *Spanhem. Cap.* XV. obſervat ex Jure *Hebræo*, ubi maſcula proles adeſſet, Hæreditatem ad ſolos filios pertinuiſſe, *Num.* 27: 8. Conſimiliter ſanxiſſe alias gentes bene multas. At *Arabum* jus, quod *Muhammedes Alcor. Sur.* IV. firmarit, tuliſſe, *ut filius cum filia unica divideret hæreditatem. Idem ergo videri obtinuiſſe in iis locis inde a Jobi ætate, quum in Arabia inde ab antiquiſſimis temporibus Fæminas imperaſſe, ac ſucceſſiſſe, conſtet.* Subjungit, *hujus rei intuitu factum, ut Scriptor Hiſtoriæ Jobi exertim meminerit æqualis illius diſtributionis* &c. *Siquidem, quicunque tandem ille, Hebræus fuerit, Moſe poſterior, lata jam, quo hæc ſcriberet tempore, de* ſucceſſione Maſculorum *Lege* &c. Juſtis Diſſertationibus hæc delegantur.

Verſ. 16. Ingens diſſidium circa *numerum annorum Jobi*. Varias opiniones diſcuſſit *Celeb. Spanh. Cap.* XII. In *defectu* I. peccatum a nonnullis, qui hos CXL. *annos*, ad *totum vitæ Jobææ ſpatium* retulere. In *exceſſum* II.

abiin

17 Mortuuſque eſt Jobus ſenex, & ſatur dierum.

17 וימת איוב זקן ושבע ימים׃

abiit *Bolduc.* CXL. *annos vitæ felicioris* inchoans, poſtquam *Familia Jobi* lætiſſima hac ſobole refloruiſſet, quin *Filiæ*, *plenis nubiles annis*, *jam maritis cum Hæreditatis parte traditæ eſſent.* Ut nihil non iſti ingenio pervium, intervallum XXX. *annorum* his aſſignat: atque ita *Vulgatum*, ſcilicet, cum *Sept. Int.* conciliat, qui *Annos* CLXX. ævi reſtituti *Jobo* dant; atque vitam ad CCLV. annos, & ultra, extendunt: quamvis nonnulli Codices non perveniant ad tantam ſummam. Mitto alios adhuc calculos de CCXX. vel CCXVII. annis vitæ, & venio III. ad computum *Judaicum*, quem *de Pined.* aliique comprobarunt. Is exhibet annos CCX. ita ſubducendos, ut *Septuagenarius* fuerit Noſter, quum *calamitates* ingruerunt. Has *unum* modo *annum* duraſſe ponunt: adduntque, ut & *ætas conduplicetur*, bis LXX. Placuit numerus *Rabbinis*; ut Viri ætas exactiſſime reſponderet manſioni *Iſraëlitarum* in *Ægypto*, quæ CCX. annis circumſcribi ſolet; quaſi natus eſſet Noſter ipſo anno deſcenſus, denatus ipſo anno adſcenſus. Poſterius frivolum. Prius forte defendi poſſet. Saltem *Petaviana* ſubductio IV. quæ CLXXXIX. finit, magis adhuc arbitraria, & libera, videtur. Ea ſupponit *tentationes ingruiſſe* ad *annum* L. eaſque unius anni ſpatio terminatas. Prudentior ratio III. *Grot.* & *Spanh.* V. qui *indefinitum ambitum* tenent, *ad Ducentos annos* excurrentem. Supponitur *Quinquagenario* haud multo majorem fuiſſe Noſtrum, quum conflictari cœpit; & *aliquot annos in calamitate tranſactos.* His aliiſque, quæ ad *univerſam Jobi Hiſtoriam* pertinent, aliæ curæ debentur, quæ, Deo dante, Acceſſionem, & Complementum, facient hujus Commentarii.

F I N I S.

I N D E X
LOCORUM S. SCRIPTURÆ.

Qui obiter illuſtrantur.

GENESIS.

Cap. III: 8. רוח היום *ſpiramentum diei* i. e. *veſpera.* pag. 189
14. כי ὥς μοι *ut mihi* i. e. *quandoquidem.* 13
IX: 14. ענן *compactio nubium.* 52
XXVIII: 14. פרץ *prorumpere* inſtar *fluvii.* &c. 20
XXIX: 34. ילוה προσπτύξεται *Circumplicabitur.* &c. 59
XXXI: 30. כסף *impalleſcere deſiderio.* 359
XLII: 18. חיו *vivite*, pro *vivetis.* 617
XLIX: 3. פחז כמים *tumidus fervor ut aquarum.* in libidine. 688
6. עקרו שור *ſubnervarunt taurum.* fig. in libidine. 551

EXODUS.

Cap. XIV: 3. נבוכים הם בארץ *perplexi hærent in terra.* 1085
XV: 2. תמלאמו נפשי *implebitur iis anima mea.* i. e. *ſatiabo me eorum cæde.* 1011
8. נצבו *cum firmitate erecta ſtabant.* 14
XX: 4. המונה *ſpecies ſubtilior*, *effigiatio.* 107
XXIII: 8. סלף in *lubrico præcipitare.* 318
XXXII: 25. פרע לשמצה *diſturbavit ad modum ſphærulæ.* 101
XL: 35. שכן *nubes tentorium figebat.* 52

LEVITICUS.

Cap. XI: 43. ונטמתם בם ut *obturemini* per illa. 438

NUMERI.

Cap. IX: 7. נגרע quare cogeremur abeſſe, *abſorpti* veluti. 1026
XXII: 32. ירט *perplexa* eſt *via.* 403
XXVII: 4. יגרע *reſorberetur* i. e. deficeret. 1026
XXX: 6. הניא *crudum* i. e. *irritum fecit.* 906

DEUTERONOMIUM.

Cap. IV: 12. תמונה *ſpecies ſubtilis.* 107
VII: 10. אל פניו infert *inſultationem* in *os.* 21
25. עליהם pro אשר עליהם *quod ſuper illis.* 655
XXVIII: 61. יעלם עליך ſuper te *ſignabit* omnem plagam &c. 338
XXXII: 11. יעיר קנו *æmulabitur nidum ſuum.* 217
24. מזי רעב *Exſucti famis.* 155
31. פלילים *Arbitri* 861

INDEX

JOSUA.

Cap. XIII. 24. אל part. *ad* pro *inter.* Pag. 402
XXIII. 13. לשטט ad *urendum ſtimulis pungentibus.* 16

JUDICES.

Cap. V: 16. חלף *trajecit* pro *tranſverberavit.* 536

RUTH.

Cap. III: 12. אם per pleonaſmum exprimendum. 302

1 SAMUELIS.

Cap. I: 6. רעם proprie in *tremente naſo.* 1129
16. לפני ad *faciem.* i. e. *ad inſtar*, ad *modum.* 121
28. & II: 34. כל הימים in *perpetuum.* 13
XIV: 47. רשע *turbido æſtu jactari.* 72
XV: 2. שם לו *impreſſionem dedit in ipſum.* 23
XXIII: 27. פשט *ſpoliorum cauſſa graſſari.* ibid.
XXV: 10. המתפרצים qui *rupturam faciunt*, *deſciſcentes.* 20
XXVI: 12. נפל de *ſopore divinitus immiſſo.* 103

2 SAMUELIS.

Cap. VI: 6. ישלח pro ישלח יד *laxavit* manum. 20
Ibid. גרן נכון *area percuſſionis.* Unde? 307
XII: 17. [illegible] noluit *panem comedere* i. e. *noluit genio indulgere* &c. 38
XVIII: 12. שמרו בנער *cavete in puero*, pro *a puero.* 32

1 REGUM.

Cap. V: 1. כל הימים de præterito. 13
VII: 23. ים מוצק *mare fuſum* e metallo. 612
37. מוצק אחד *una ſolida fuſio.* ibid.
XIV: 10. גלל *[illegible]rcus*, ad *contemtum* & *ignominiam* tranſlatum. 506
XVIII: 21. סעפים in *affectibus* gravioribus. 103
XIX: 12. דממה דקה *complanatiſſimus aëris ſtatus.* 108

2 REGUM.

Cap. I: 2. שבכה *opus cancellatum.* 442
III: 19. תכאבו באבנים facta lapidatione ſub *plagis luridis quaſi conficietis.* 152

1 CHRONICORUM.

Cap. XIII: 9. גרן כידון *Area exitii.* 307

2 CHRONICORUM.

Cap. XXI: 7. כל הימים *in omnem perpetuitatem.* Pag. 13

ESDRAS.

Cap. IX: 4. אשבה משומם *ſedi ſideratus.* 38

NEHEMIA.

Cap. I: 4. & II: 4. ישב *ſedere*, in graviſſimo luctu &c. 38
7. חבל חבלנו *omni pignore* ad *pœnam obſtricti ſumus.* 965

PSALMI.

Ps. VII: 5. שולם *deditor.* i. e. hoſtis. 642
VIII: 4. כי ὥς μοι *ut mihi.* 13
XII: 6. אשית בישע ponam in *laxitate ſpatioſa.* 145
XIV: 4. לא *non* pro *nihilo.* 124
XVII: 12. יכסף לטרף Leo *appetit* ad lacerandum. 358
15. Satiabor תמונתך *imagine tua* i. e. *immediato* Dei *conſpectu.* 107
XVIII: 9. אש מפיו *ignis* ex *ore ejus* exiens. 148
10. ויט שמים de *cœlo nubibus obducto* & *prætexto.* 236
36. צעד *greſſus ampli* i. e. *fortuna proſpera.* 440
XXI: 6. הדר תשוה עליו *gloriam æquas ſuper eo* i. e. *ad culmen eam provexiſti.* 390
XXXI: 21. נסתר *abſcondi*, pro *defendi*, *protegi.* 80
22. ריב לשונות *Terror concutiens linguarum.* 156
4. נהפך *inverti* i: e. *in malum converti.* 516
XXXIII: 10. הניא *crudas* efficit *cogitationes* i. e. *irritas.* 906
XXXIV: 1. טעם *ſapor ſuavior*, ad ingenium transfertur. 172
6. הביטו אליו ונהרו *vibrantem oculum intenderunt ad eum*, & *liquido diei lumine perfuſi ſunt.* 49
13. יום *dies.* abſ. pro iis *in quibus* quid *læti evenit.* 255
XXXI: 2. חזק *tenere*, uſu militari. 29
XXXVII: 1. קנא ſpeciatim infert *zelum* adverſus *improbos florentes*, a primaria notione *flammeum rubentis.* 129
3. הסכנת omnes vias meas *diſpenſas.* 617
33, 34. ראיתי *vidi ego.* eſt *confirmatio* præcedentis *per experientiam.* 130
XXXVIII: 9. שאגתי מנהמת לבי *rugio* præ *fremitu cordis mei:* grandis figura. &c. 81
12. קרבי מרחוק & מנגד נגעי Phraſes a *leproſis* tranſlatæ. 36
XXXIX: 6. נצב *conſtitutus firmiter* & *eminenter.* 14
12. עש *tinea.* Emblema *lentæ tabis* & *conſumtionis.* 120
XLIII: 4. אל שמחת גילי Deus *lætitiæ choreæ meæ:* amant duo hæc vocabula conjungi. 78
XLVI: 3. מור *ultro citroque moveri.* 390
4. חמר *effervescere fermentando.* 408
L: 19. שלח *laxato freno inmittere.* 20
LI: 8. בטחות varie expoſitum. 1100. & 1102
11. הסתר פניך מחטאי *abſconde faciem* tuam *a peccatis meis.* i. e. *noli ea*

 no-

notare &c. Pag. 64

Ps: LII: 7. *convellet te quo minus ſit tentorium.* 449

ibid. אהל *tentorium*; grandi fig. *univerſus hominis ſtatus.* 470

LVIII: 4. מלתעות *mordices*, vel *mandibulæ.* 96

LXII: 3. רבה abſolute *ruina gravior.* 881

11. שת לב *ponere cor* i. e. *erigere* cum *confidentia.* 208

LXVIII: 22. מחץ abſolute, pro *gladio* in viſcera *adacto cruorem hauſit.* 153

LXXIII: 12. שלוי עולם *liquide opimi hujus ſeculi.* 572

14. & CI: 8. לבקרים *ad matutina.* infert *quotidianam inſtantiam judicis.* 209

LXXV: 5. הלל *ſplendide ſe efferre.* 113

9. חמר יין *vinum fermentavit.* 408

LXXVII: 3. יד *manus Dei* i. e. *plaga.* 63. 629

LXXXIV: 3. כסף *palleſcit* anima *deſiderio* &c. 359

LXXXVIII: 16. גוע מנער *expirans præ excuſſione.* 1005

XCIV: 17. שכן דומה *Habitare in ſilentio.* de *mortuis.* 417

XCV: 4. תועפות הרים *caligationes montium.* i. e. *altiſſima cacumina.* 624

CII: 5. עשב *herba*, aliquando *evanidam & defloreſcentem* adfert *ſpeciem.* 161

6. בשר *exterior cuticula.* 477

CIII: 14. עפר *pulvis* cum *mortalitate* ſimul *originem corruptionis* Indicat. 118

CVII: 9. שביע *ſaturavit.* i. e. *reſtinxit* ſitim. 1094

29. דממה *aura levis*, *ſilentium*; comparatione *tempeſtatis.* 108

41. אביון *egenus*, exprimit characterem *hominis religioſi.* 150

42. קצף פה *συσφίγγειν*, *conſtringere os.* ibid.

CIX. 24. כחש *ſicut ſtipula*, unde gravi fig. *caro mea ad inſtar ſtipulæ* &c. 398

CXV: 17. ירד דומה *deſcendere* in *ſilentium.* i. e. *perire.* 417

CXIX: 16. חשתי *feſtinavi.* i. e. *ſtrenuus promtus fui.* 502

84. כמה *quotnam*, *quantum*, habet vim *minuendi.* 337

113. סעפים in *affectibus gravioribus.* 103

CXL: 9. וממו אל תפק *capiſtrum ejus ne laxes.* 834

CXLI: 5. אל יני &c. non *crudum faciet* &c. 905

CXLVII: 17. כפתים *ligamina*, *vincula rigidiſſima.* In *frigore.* 1096

PROVERBIA.

Cap. I: 17. רשת *rete* ſparſum *ante oculos volucrium.* Inſignis imago. 442

III: 8. שקוי לעצמתיך *rigatio oſſibus* tuis, ſignat *jucundiſſimam tranquillitatem.* 575

IV: 11. צעדיך *greſſus tui* i. e. *fortuna tua.* 441

VI: 11. מהלך *graſſator.* 17

30. מלא נפש implere *animam.* i. e. *appetitum vorandi.* 533

IX: 18. רפאים *Orcini ſocii.* 707

XII: 19. עד ארגיעה *donec oculo nictem.* 201

XIII: 13. חבל *oppignerari* ad *pœnam.* 965

XVI: 7. ישלים *pacem petere faciet* i. e. in *deditionem venire.* 159

XVIII: 20 Ex *fructu oris* cujuſque *ſaturabitur* venter ejus. Allegorice. 533

XIX. 13. הוה *Ægrimonia vaſta ineluctabilis.* 166

XX: 25. ילע קדש *laqueus eſt homini ut exæſtuet ſanctum* h. e. tanquam *ſanctum* Deo *voveat.* 168

XXI: 16. בקהל רפאים ינוח in cœtu *manium damnatorum quieſcet*, *reſidebit.* 707

18. Idem. ibid.

XXIII: 2. לוע *aviditas & ardor edendi.* 168

XXV: 19. מבטח בוגד graviter ſonat *confugium perfidum.* 181

Cap.

Cap. XXVI: 4, 5. אל תען כסיל ne *reſpondeas ſtultum*, pro *reſpondeas* ſtulto. Pag. 235
XXX: 2. בער מאיש *brutus præ quam vir.* i. e. *ſtupidior quam ut vir cenſeri poſſim.* 294
4. בשמלה in *ſacco percolatorio.* 713

ECCLESIASTES.

Cap. III: 14. גרע *demere ſorbendo.* 1026
15. בקש *requirere*, pro מצא *reperire.* 41

CANTICUM CANTICORUM.

Cap. I: 6. שזפתני *ſol perſtrinxit me* i. e. radiis *uſſit.* 507
VIII: 6. רשף *vibramen coruſcum.* 142

JESAIAS.

Cap. I: 7. זרים *Torrens* de *monte præceps actus.* 654
25. אצרף כבר conflabo *ſecundum puritatem ipſum.* 260
II: 6. מלאו מקדם *pleni ſunt ex Oriente.* i. e. *Philoſophia inani Orientalium.* 368
III: 8. למרות עיני ad *oculos obſtrigillandum.* 418
14. *depaſti* eſtis *vineam.* metaph. a feris in vineam irruentibus. 652
VIII: 6. אט *murmur lenius.* 373
15. לכד *viſco* vel *glutine capere.* 146
IX: 7. שלח & נפל gravi ſignificatu *fulminis cadentis.* 22
XIII: 8. *Tormina* יאחזון *apprehendent* ſc. *eos.* vel *illi apprehendent tormina.* citra ellipſin. 457
20. ישב *ſedere* pro *tranquille* & *proſpere habitare.* 386
XIV: 10. ſub te יצע *ſternetur*, ut *lectus*, *putredo verminans.* 577
14. ſcandam על במתי עב *ſupra celſos vertices nubis.* 239
18. שכב בבית *recumbere in domo.* i. e. *monumento. ſepulcro.* 70
XVI: 9. קיץ וקציר *aeſtivi* & *autumnales fructus.* 134
XVIII: 7. קין & חרף *Æſtivos* & *Autumnales fructus collegit.* 802
15. קציר *maturitas autumnandi in uva.* 134
XXI: 4. נשף חשקי *Crepuſculum deſiderii mei.* 63
12. בעה *bullivit &c.* 426
XXIII: 1. נגלה *revelari*, pro *prodire*, *emicare.* 321
10. מנוח *quieta & tranquilla ſtatio.* 68
XXIV: 17. Grandi, & venuſta ſimul, alliteratione, פחד ופחת ופח *Terror* & *Fovea prærupta* & *laqueus.* 138
XXV: 4. זרם *torrens* de *monte præceps actus.* 654
10. Moab triturabitur תחתו *ſub ſe.* i. e. *in loco ubi jacet* conculcabitur. 956
XXVI: 14. רפאים *Orcini Socii.* 706
XXVIII: 2. שער קטב *porta excidii.* 133
24. פתח *incidere ſulco.* Prima aratio. 1117
Ibid. שדד *offringere.* Secunda aratio. ibid.
XXX: 3. לא *non* pro *Nihil.* 323
19. חנון יחנך *intime miſerando inclinatus tibi erit.* 475
XXXIII: 1. נלה, הנלה *conſequi vota.* 387
XXXIV: 11. extendet ſuper eam קו תהו *Lineam Tohu*; אבני בהו *Lapides Bohu.* i. e. *rediget in merum chaos.* Oxymoron. 765

Cap. XXXIV: 19. אבני בור *Lapides putei*, ſunt *fundamenta* & imæ *ſedes*. Pag. 766
XXXV: 4. נמהר ad *feſtinationem adigi*. i. e. conjici in *conſternationem*. 147
XXXVII: 38. יצא *exire* dicuntur *executores judicii* 21
XXXVIII: 12. מיום עד לילה a *die ad noctem* i. e. *breviſſimo ſpatio*. 122
12. *a tenui trama* מדלה *reſecat me*: a *textura* ad vitam tranſlatum. 200
14. דלו *ſitulas agite* oculi mei *in cœlum*, a דלה. vel *attenuati* & *exhauſti languent* &c. a דלל 768
XL: 10. הוק abſolute ſignat *potentem invictum*. 149
27. סתר *velavit*, *velo prætexit*. 79
XLIII. 21. נלמורה *dura inſtar ſilicis* i. e. ſterilis. 57
9. מהוללת gravi *ſtrage profanans* &c. 725
19. שר *vaſtatio*, pro *inedia* & *inopia*. 157
21. ולא *at non*, eleganter infert *gradum* majorem. 853
23. poſuiſti כארץ ſicut *terram* tergum *tuum* &c. i. e. *obſequentiſſimum* te *præbuiſti*. 145
LIII: 3, 4. מכאבות *lividæ* & *luridæ plagæ*. 152
11. יראה ישבע *inebriabitur*, *exſaturabitur*. 278
LVII: 9. ותשרי & *Cantitas* regi &c. 925
LIX: 3. חפץ *oblectatio* e *commodo* aut *lucro*. 598
LX: 6. שפעת גמלים *agmen*, *impetus citatus camelorum*. 1099
LXVI: 5 ראה ſeq. ב cum *adſpectu* infert *jucundum fruitionem*. 62

JEREMIAS.

Cap. II: 11. כבודו *gloriam ſuam* per ſpeciem ἐπανορθώσεως. 212
III: 5. שמר *ſervare*, gravi ſignificatu *iræ memoris*. 211
9. קל זנותה *fama ſcortationis*. 1138
IV: 14. תלין *pernoctabunt* cogitationes &c. 461
V: 1. שוטטו *effuſo curſu circumagimini*. 17
30. על ידים *ſuper manibus* i. e. *ad morem ſolemnem*. 22
VII: 29. גזי נזרך *mete Naziræatum tuum* i. e. *comam votivam detonde*. 25
IX: 17. מקוננות *Lamentatrices Næniarum*. 58
XIII: 15. הרי נשף *montes nocturnæ caliginis*, pro *mole ingruente tenebrarum*.
XV: 8 עיר *vindicta Divinitus exigenda*. 659
XVII: 8, 9. עקב הלב מכל *lacunoſum eſt cor præ menſurare*. 111
XVIII: 21. הרגי מות *interfecti mortis*, ſunt *peſte ex fame oriunda conſumti*. 155
XXIII: 9. רחפו עצמתי *colliqueſcendo emollita ſunt robuſta mea oſſa*. 104
XXVI: 2. גרע *ſorbere*. i. e. *ſubtrahere*. 1026
XXXIII: 15. לא ſubſtantive. τὸ μηδὲν. *nihil*.
XLVIII: 26. ספק *plaudere humum*. 971
LI: 27. סמר *horripilare*. De locuſta. 105

THRENI.

Cap. I: 20. & II: 11. חמרמרו מעי *fermentuerunt* admodum *viſcera mea*. 408
II: 14 תפל *ſalivans*. 27. 171
III: 43. 44. סכך *prætexere* i. e. *aditum præcludere*. 80

EZECHIEL.

Cap. III: 15. אשב משמם ſedi *ſideratus*. i. e. attonitus. 39
VII: 5. אחת רעה *Unicum mali*, emphatice. 251
10. צפירה *Circulus*, *ordo*, *ſeries*. 89

Cap. VIII: 17. אל אפם *ad naſum eorum*, per ſpeciem ἐπανορθώσεως. Pag. 212
IX: 5. על *ſuper*. i. e. *non obſtante* &c. 268
XIII: 10. תפל *ſalivans*, *in calce fluida* & *diluta*. 27. 171
XVI: 57. השאטות *flagellato velut impetu incurſantes*. 17
XVII: 7. שום פנים *ponere vultum ſuper aliquem*. i. e. *hoſtilem impetum intendere*. 18
XXI: 13. aut 18. לא τὸ μηδὲν *nihil*. 91
16. & 21. השים abſolute *uſu bellico*. ἐπιτίθεσθαι. 18
27. שום כרים *ponere arietes bellicos*. ibid.
XXV: 6. & 15. שאט odium *rancidiſſimum* & *inuſtum*, a primaria notione *urendi* &c. 15
XXVI: 2. אמלאה *implebor* i. e: *ſatiabor vindicta*. 1011
XXX: 9. יצא *exire*, de angelis *executoribus judiciorum Dei*. 22
18. חשך היום *inhorruit dies*. *Denſis tenebris ingruentibus*. 46
XXXVI: 29, 30. רעב *Fames* complectitur *omnia judicia Dei eidem annexa* &c. 155

DANIEL.

Cap. IV: 1. רענן *patulis ramis diffuſus*. 131
XII: 4. ישטטו *percurrent* i. e. diligenter perluſtrabunt. 17

HOSEAS.

Cap. II: 5. שך בסירים *Obſepire ſpinis*. 19
V: 12. עש *Tinea*, emblema *lentæ tabis* & *conſumtionis*. 120
VII: 9. שיבה זרקה *canities* ſeſe *ejaculata eſt* i. e. *promicuit*. 37
11. יונה פותה *columba facilis ad ineſcandum*. 860
IX: 1. שמח אל גיל *lætari ad choream uſque*. 78
6. שר *vaſtatio*, pro *fame*, *inopia* &c. 157
X: 11. שרד *offringere*. in iterata aratione. 1117
XI: 8. נכמר *æſtu intus adurente atrorem contraxit*. 53
13. חרשתם רשע *Araviſtis improbitatem*. grandi fig. 94
XIII: 12. צרור עון *Ligata* eſt tanquam in *ſacco* iniquitas. 360

AMOS.

Cap. II: 7. דרך ענוים יטו *viam manſuetorum faciunt deflectere*. 649
ibid. שאף *noxio flatu imminere*. inſtar ſerpentum. 1212
V: 8. חשך *inhorruit dies denſiſſimis tenebris*. 46

OBADIAS.

Vers. 11. יום *dies* abſolute, *dies prælii*. 54
16. Bibent, & לעו *ardore* & *æſtu* calicis venenati intus *adurentur*. 168

MICHA.

Cap. I: 8. Ibam שולל *ſpoliatio* & *nudus*. figura ſummum gradum *ſpoliationis* exprimens. 317
16. גז *metere*. i. e. *detondere*. 25

NA-

NAHUM.

Cap. I: 3. ענן *coagmentatio nubium.* Pag. 53
11. וכן *etiam ſic attondebuntur* &c. 691
III: 16. ילק פשט ויעף *Locuſta ſpoliabunda graſſatur & avolat.* 23

HABACUCUS.

Cap. I: 4. נצח *Veritas.* ex origine *mera & ſincera puritas.* – 970
10. *Ridere munimentum, collectoque pulvere* i. e. *raptim, id capere.* 157
II: 13. כדי אש *ad ſufficientiam ignis.* vel ad *ignem ſatiandum.* 433
16. *Satiatus es ignominia* מכבוד *a gloria.* Structura abrupta. i. e. *nulla tibi gloria reliqua.* 550
III: 13. חמר מים *Lutum fermenteſcens aquarum.* 408

ZEPHANIA.

Cap. I: 17. לחם *Caro.* 532

HAGGAI.

Cap. II: 19. יעוד & עד venuſte junguntur, *adhuc* & *uſque.* 24

ZACHARIA.

Cap. IV: 10. *Oculi Jehovæ* משוטטים *citatiſſimo curſu* terram *circumluſtrant.* 17
VII: 5. וזה שבעים שנה & *his* ſeptuaginta annis. non *nunc* vel *hoc tempore.* 459
IX: 3. proverbiale quid. 750
XI: 14. אחוה *nexus fraternitatis.* 8
16. הנצבה &c. *Perſtantem* laſſitudine, *ægrotam, non ſuſtentat.* 14

F I N I S.

IN-

INDEX
VOCUM HEBRÆARUM, &c.

Quibus aliquid lucis adfunditur.

א

אבב Arab. اب prop. *micare*, *emicare*. Hinc

אב & اَبٌّ *micans viror*. ſp. *gramen & pabulum*. nec non, *quicquid viroris terra producit*. p. 223

אבד *perire*, prop. *abire e conſpectu ſine ſpe redeundi*. Hinc pro *mori*, *emori*. it. *diſſolvi*, *deſtrui* ac *deformari*, uſurpatur. p. 123

Speciat. de *die*, eſt, *ævo excidere*, *non exſtare quaſi*, atque *omnibus diris oneratum manere*. p. 47

It. de *homine*, eſt *graviſſime affligi*. p. 92, 95

diſperire; de hominibus, cum *ſiti & laſſitudine*, *vaſtum deſertum* circumerrantibus. p. 185

אבד מנוס *periit effugium* ab aliquo; per ὀξύμωρον plus exhibet, quam *negationem & ademtionem effugii*. p. 301

ابن *conſtitit*, *ſubſtitit*, prop. *perennavit*. Unde? p. 825

אובד *periens*, pro *calamitoſo*, qui *inopia & aliis miſeriis* conflictatur. p. 866

אבה *prono impetu ferri*, ſecundum *originem*. p. 256

אבה עבד *velle*, vel *approbare ſervire*, aut *ſervitutem*; in *bove*, jugi patientiſſimo. p. 1116

אב *pater*, pro *omni homine*, qui *alterius gerit curam*. Hinc ابى الايتام *pater orphanorum*, pro eo, *qui eos fovet*. p. 810

אבה Arab. ابآء *arundo*, *arundinetum*, *papyretum*. it. *pronus rei alicujus impetus*. Hinc אניות אבה *naves* ſunt, vel *arundineæ*, *ſeu papyraceæ*, vel, *prono impetu*, *ſecundoque*, tum *flumine*, tum *vento*, *latæ*. p. 256

אביון *egenus*, pro *Deum reverente & vero virtutis cultore*. p. 149

אבן *lapis*, proprie, *maſſa concreta firmius*; de *omni lapide*, tum *vulgari*, tum *pretioſo*; it. de *metallo*. p. 771

pro *libella*, *perpendiculo*. p. 765

אבני השדה *lapides agri*, pro *ſaxis majoribus*, *minoribus*, *ſcopulis*, *ſcrupulis*, &c. p. 159

pro *fundamento* rei alicujus *imo*. Hinc אבן אפל וצלמות eſt *ipſum terræ centrum*. p. 766

אבר in *Hiphh*. האביר non tam eſt *volare*, quam *ala forti gaudere*; ab אברה *ala major & firmior*. p. 1134

אגם اجم eſt *ferbuit*. p. 1195. it. *ſtagnavit*; quod tum ad *aquæ alterationem*, *corruptionem*, & *fœtorem*, tum ad *animum tabe mœroris affectum*, transfertur. p. 851

אגם اجم *ſtagnum*, *palus*, *arundinetum*; a *fervore*. Hinc

אגמון proprie, pro *ſtagno fervente*, improprie, pro *aheno vaſtiore ad inſtar ſtagni*. p. 1172. & 1195

אהל in Hiphh. האהיל *tentorium habere*; de ſtatione *lunæ*, quam in campo ætheris tenere ſolet. p. 696

אהל & اهل *tentorium*, pro familia, ſocietate, communitate, ſecta, univerſaque denique re. p. 233

It. *univerſo hominis ſtatu hac in terra*, *cum omni re*, *ſpe*, *ope* &c. qua ſtatus iſte ſervari, aut propagari queat. p. 470

אוב vel איב اب *aquatum ivit*, *ultro citroque*. Hinc

אוב *uter*. Arab. ايـاب q. eſt سقاء. p. 898

או vocula *exclamandi*, per ſonum ipſum *adjutata*. Arab. اى & اا p. 606

Item, *aut potius*, *quin*. ibid.

אור *curvari*, *inflecti*, *flexo* & *curvato corpore conniti*, dat

מאר *admodum*, *valde*, *vehementer*, pro pleno במאר *cum niſu*. p. 39

אוה cujus Der. אות *ſignum*, Arab ايـة *omne monumentum*, etiam *cippus ſepulchralis*. p. 550

אול Arab. آل med. vaw, *incraſſuit liquor*. id. q. خـثـر

אויל *incraſſatus*, *craſſeſcens*, pro *ſtolido*, cui *judicium turbatum*, *corruptum*, ac q. *incraſſatum*. p. 131

אולי *forte*; in religioſa ſollicitudine p. 12

און *vanitas*, h. e. *homo vanus* & *improbus*. p. 140

dolor; it. *pœna iniquitatis*. p. 509

אור *omnis lux*, & vel *minimus* ejus *radiolus*. p. 60. Spec. *lumen ſolis*. p. 1060. metaph. *felicitas*, *lætitia*, & *gloria*. p. 439

in *nubibus*, eſt earundem *fluxus*. Arab. الاوى. p. 1050.

לאור *ad diem*, pro *in pleno lumine*. p. 664

אזה Chald. אדה ex ſe profeminat, *it*

אז *tunc*. Arab. اذ p. 67. cujus מאז *à tunc*, pro *inde ab æterno*. p. 1090

אזז Arab. أز in *olla*, quum *vehementius bullit*. it. *ſuccendit ignem*, *remque omnem fortiter commovit*, Rad. ℣

אז *bullitus*, *æſtus*, h. e. *pulſans dolor* venarum & vulnerum. p. 67

אזל *dilabi & abire e loco*, *ſine ſpe reditus*, *diſparere*; de *lacu* vel *fluvio*, ſemel *emiſſo*, qui dilapſis aquis, perpetua ſiccitate extinguitur. p. 353

אזר Rad. cujus אזור eſt *cingulum*, ſ. *ſemicinctium ſervi*. Arab. ازار. p. 317

אחד *Unus*, nomen abſolutum *Dei*. Arab. احد & الاحد. p. 640. & 864

אחת pro אחרת in re miranda & inuſitata, *ſingulare quid*; *unicum quid*. Arab. احدي. p. 251

אחה pro אחו vel אחי Arab. اخا *firmiter nectere*, *nexuque arctiore jungere* & *religare*. p. 7

אח & اخ *frater*, proprie, *nexu ſacratiore junctus*. p. 3. it. *omnis rei familiaris* ac *aſſuetus*. p. 854

אחוה *fraternitas*, prop. *nexus neceſſitudinis ſacratior*. p. 8

אחו *ulva*; a *religando*, ut *juncus*, a *jungendo*. p. 222. Hinc Prov. אחו בלי מים *ulva ſine aquis*, pro *hypocrita*. p. 221

אחז *apprehendere*, Arab. اخذ ſpeciatim transfertur ad *effectionem*, qua *quid coagulatur* vel *rigeſcit*. Hinc אחז שער 1. *coagulari*, *congelari horrore*, vel *horrorem*. 2. *apprehendere horrorem*; de eo, qui *in horrorem penitus defixus* & *demerſus eſt*. p. 457

אחח Arab. أح *æſtuavit*, cudit

אח *focus*. p. 222

אחר *alius*, *alter*, opp. ad חנף, eſt *genus juſtum*; q. d. *aliud genus*. p. 231

אטט Arab. أط a primaria *lenioris murmuris* notione, ad *teneriorem amoris & commiſerationis adfectum*, transfertur. p. 373

אט *lente*, *leniter*. Hinc לאט *ad lenitudinem*; de *verbo*, quod leniſſime & clementer *dictum*. p. 373

אי prop. *ubi*, ſecundum *Ludolfum*. hinc pro *non*, invaluit, in אי נקי *non inſons*, *neutiquam innocens*. p. 627

איה *ubi*, non eſt *ſpernentis* tantum & *inſultantis*, ſed etiam *quærentis* & *anhelantis*. p. 985

איפה *ubinam*, vi compoſit. *ubi hic*, in *diſputationibus*, eſt *provocantis*, ad exemplum aliquod adferendum. p. 93

איד Arab. ايد in *re*, cujus *moles prægravat* & *opprimit*, Rad. ℣

איד *grave exitum*, *coſtas* ſpeciatim *infringens*. p. 446. & 560.

item, *gravis moles*, pro *majeſtate di-*

divina. p. 868

איש ايس *vi & robore polluit.* hinc

איש *homo vir, fortior*, quam אנוש. p. 1. & 2. it.

אישון Arab. ايسان forma productiori, *pupilla*, h. e. homo oculi. ibid.

אכל *comedere*, pro *vexare*. Arab. اكل *turpe lucrum captare & parare*; in ſpec. *concuſſione & vexatione ſubjectorum uſus eſt princeps.* p. 527

אכף اكف reliquit אכף pro *clitella, ſarcina*; fig. *graviori vexatione*, & *moleſtia*. p. 902

אל *ad*, pro, *una cum*, ut εἰς, vel etiam, *inter*. p. 402. אל מן *uſque ex*; الى من Arabiſmus. p. 135

אלה اله prim. *pavere*, *ſtupere*; ſecund. *colere*, *venerari religioſe.*

אלוה *Deus, numen tremendum*; a *cultu* ſc. *religioſo*. in *pl.* אלהים p. 3. & 4

אלח الخ in Niphh. נאלח *aceſcere*, *acore corrumpi fermenteſcente*; de *infectione univerſali*, quæ maſſam generis humani pervaſit. p. 376

אלל Arab. الّ & ولّ ex ὀνοματοπεποιημένοις, ὀλολύζειν & ἀλαλάζειν, *vociferari altius & exclamare*, ad *calamitatem ingruentem*. Inde

אללי Arab. الليه prop. *geminatum*, vel, *multiplex væ mihi.* p. 278

אמה امه unde אמהות pro *famulis*. p. 472

אמם Arab. امّ *intendit*, pro *certo deſtinavit.* p. 1224

אם *profecto*; in *aſſeverationibus.* p. 230

אם *ſi*, & אם לא *ſi non*, in *dejerationibus graviſſimis*, eſt *jurantis*, *ſeque devotantis.* p. 21. & 417

אם *mater*, pro *materno ſolo*, ubi aliquid progerminat. p. 229. prout ام pro *manſione & habitaculo omni*, apud Arabes. p. 230

אמן امن *firmo ac ſtabili fuit greſſu.* in *Hiphh.*

האמין *firmum, ſtabilemque cenſuit*, i. e. *credidit*, *confidit*. *ſeq.* ב. *firmitatem agnovit.* p. 112

לא האמין *non credit*; in *nimio gaudio.* p. 1133

אמונה *firmitas pedis*, & *greſſus non fallentis*; opp. ad תהלה. p. 114

נאמן *verax* ſimul, & *eloquens homo.* p. 319

אמנם ab אמן cum ם affix. *ſane*, *profecto*, *veritas eſt*, *certum eſt.* p. 302

אמץ a *contentione nervi* ſive *tendinis in femore*, aſſumta poteſtas *corroborandi* ac *confirmandi*; in *genubus firmis.* p. 89

אמץ ב פי *validius inſurgere* in aliquem *ore*, eſt *declamatoris* magna & fortia *ſonantis.* p. 395

אמיץ כח *prævalidus virium*, proprie, *prævalido nervo* aut *tendine præditus*, cui nihil reſiſtat. p. 236

אמר *dicere*, *loqui*; in *nocte*, quæ tanquam *conſcia* rei alicujus, inducitur. p. 42

אמר & امر cum *ſermone*, complectitur *rem*, *negotium*, *ſtatum*, & *conditionem.* p. 544

אנן انّ *fudit*, *effudit*, fundit, adſumpto ש שלה

שלאנן contracte שאנן *liquidiſſime defæcatus*; de *ſecuritate liquidiſſima & feliciſſima hominum carnalium.* p. 571, 572

אנף Rad. unde אף انف *naſus*, pro *irato*, *ſævo* & *ſuperbo impetu.* p. 400. & 438
pro *majeſtate terribili.* p. 244
pro *ſuperbia* & *faſtidioſo contemtu.* p. 189. ſeq.
pro *ſuperiori promuſcidis parte* ſ. *radice*, unde *prominere* incipit anterior *cauda.* p. 1168

אנש انث exhibet אנוש *homo*, *mortalis*; ab *imbecillitate.* p. 2
κατ' ἐξοχ. *homo* per *peccatum cupiditati*, *corruptioni*, *morti obnoxius.* p. 118
It. *homo*, qui ſe *debilem & imbecillem perſentiſcit* in ſomnio ad *majeſtatis divinæ præſentiam* ſuſtinendam. p. 103

אסף in Niphh. נאסף *colligi*; in *morte obita*, itemque, *ſepultura* ei *annexa*, eſt, *ſtatus ani-*

nimæ a corpore disjunctæ, ſive *abitus ad plures.* p. 755

אסר in part. paſſ. אסיר *vinctus*, ſp. *bello captus*, *captivus.* p. 74

אסר אזר *alligare* alicujus lumbis *ſemicinctium*, pro *aliquem ad ſervorum vilitatem detrudere.* p. 317

אף *jam vero*, pro אף כי. p. 117

אף כי proprie, *etiam quod!* vel, *jam vero ut!* per ſpeciem reticentiæ, ſive Ellipſeos. p. 245

אפל Arab. افل prop. φθίνειν, *conſumi decremento & tabe continua*, *exhauſto omni ſucco* & *vigore*; fig. in *ſolis & ſtellarum occaſu.* p. 55

אפל *occaſus*, φθίναςμα; de fummo *caliginis nocturnæ* gradu. p. 54, ſeq.

אפל צלמות *tenebræ umbræ mortis*, pro, ipſo quaſi meditullio mortis. p. 284

ערפל ex ערב & אפל flatum, quid? ſub ערב.

אפס quod & פסס فش *cum flatu exſpiravit*, dat

אפס *exſpiratio*; de *trama* quam ocyſſime deficiente. p. 201

אפק Arab. افق *excelluit nobilitate*, *liberalitate*, & *munificentia.* Inde

אפיק Epitheton *hominis ſanctiſſimi.* Vid. & ſub פוק.

אפיקי נחושה *alvei æris*; in quibus ſc. *æs* fluit. p. 1153

אפיקי מגנים *robuſta clypeorum*, pro *conſerta ſcutorum teſtudine.* p. 1190

ארב Arab. ارب *nectere* & *nodare*. p. p. 1108 fig. in *oculis ſubſeſſoribus*, ex inſidiis nexis, acie intenſiſſima, in prædam imminere ad inſtar animalis eſcam captantis. p. 860

ארב *inſidiæ*; non a *ſedendo*, ut Latinis, ſed a *nectendo.* p. 1108

ſp. pro *locis ad inſidiandum aptis.* p. 1047

ארח *viavit*; inde ארחה *caterva viantum*, vel *cœtus commeantium.* p. 185

ארך cujus Hiphh. dat האריך נפש *prolongare animam*, pro *longam patientiam exercere.* p. 177

ארץ *terra*, pro *homine obſequioſiſſimo* & *ſubmiſſo.* p. 145. it. *reptilibus terræ.* p. 310

ארר *abigere* & *expellere.* ſecund. *maledicere*, *deteſtari*, *exſecrari* & *abominari*; prout ἀνάθεμα ad *abominationem* traductum. p. 58

אררי יום *execratores*, ſive *imprecatores diei*, ſunt certum genus hominum in Oriente, ad *diem aliquem luctuoſum execrandum.* ibid.

אש *ignis*, abſolute, *fulmen.* p. 142

אש לא נפח *ignis non ſufflatus*, vel qui *non ſufflatur*, periph. ſive *fulminis*, ſive *mali morbi*, ſive generalius, *iræ & maledictionis divinæ.* p. 540

אשר pron. *quia*, *eo quod*, crebrum pro על אשר. p. 957

אתה *venire*, pro *ſupervenire* & *necopinato invadere.* p. 82

venire; de *tot annis*, eſt, *tot annos vivendo implere.* p. 414

ב

ב *in*, pro *inter.* it. *pro*, *loco ac valore* rei alicujus. p. 622

caſui recto datur, ad *interiorem* rei *conditionem*, *qualitatem*, *naturamve*, deſignandum. p. 204. 622. 640. ب Arab. *comparationi* inſervit, adeoque pro כ ponitur, niſi quod *fortius* quid ſignet. p. 970

בגד *perfide agere*, tribuitur *omni rei*; ut *torrenti*, qui in neceſſitate *deſtituit* & *deludit.* p. 180. ſq.

ברד Rad. unde בר *vectis*. pl. בדים de *ferratis orci portis* & *formidoloſis clauſtris*, *refringi neſciis.* p. 433. ſpeciat. *membris ramoſis*, *toriſque* validiſſime *conſertis* corporis alicujus. p. 1186

בדי עור *vectes cutis*, pro *corporis roboribus* & *firmamentis*, tum *externis*, tum *internis.* p. 447

בדה Arab. بدا ult. *Waw* & *Je*, eſt *excedere modum*, tum in *factis*, tum in *ſermonibus.*

בדה unde pl. בדים *jactantiæ*, *ſermones exorbitantes*, forma ex *Pihhel* deducta. p. 287

בהל Arab. بهل *temere* & *ſolute ferri*, va-

vagari, ἀλύειν. ſecund. ad *animum impotenti mœrore conſternatum*, quin imo *externatum* transfertur. p. 89. 444. & 643.

בהם بهم *obſtructis fuit ſenſibus*, Rad. ש

בהמה *pecus brutum.* p. 437

בהר بهر in *luce acrius micante*, ita ut prægravet quodammodo, vel ordinariam lucem vincat. hinc בהיר *candidus*, *ſplendidus*; de *lumine ſolis.* p. 1060

בוא *venire*; imperſonaliter, *aliquid grave* adfert, per *ſpeciem reticentiæ.* p. 89
de *ſubito & celeri eventu*, *adventuve rei poſtulatæ.* p. 174
intrare; verbum *rei ruſticæ* dicatum. p. 163

שוב ובוא *redire & venire*, priſca formula. p. 426

בוא לפנים *venire ad* alicujus *faciem*, eſt, ſiſtere ſe *ad ejus thronum*, ibique cauſam ſuam agere. p. 333

הביא אלוה בידו *gerere*, vel *adducere*, *inferre*, *introducere Deum in manu ſua*, pro, *manum ſibi ſuam conſtituere numen.* p. 308

תבואה *proventus*; fig. *fortuna*, adeoque *res & ſpes omnis*, qua quis gaudere poteſt. p. 862

בוב *cavus fuit.* hinc ביב *canalis*, ap. *Talm.* qui & بيب *Arab.* nec non בוב باب *porta*, *foramen cavum & pervium.* p. 294

איש נבוב *vir cavus*, quid ſit? ſub נבב

בון بين in Hiphh. הבין non tantum eſt *intelligere*, ſed etiam *facere intelligere*, *diſtincte docere*, *clare explicare*, *diſerte loqui.* p. 437

התבונן ut Arab. بيّن & تبيّن *cogitabundus hærere & cunctari.* p. 643

בוץ vel ביץ Them. ש ביצה بيضة *ovum*, quod *Prov.* traductum in اذل من بيضة البلد *vilior ovo terræ.* p. 1120

בוש *confundi*, *perplexum & confuſum fieri*, cum *arefactione* quaſi & *mentis conſternatione*, plus eſt, quam ſimplex *pudefieri.* p. 186

בחן id. quod بحن ex origine, *terere*; ſpeciatim, *terere ad coticulam*, explorandi gratia. it. *tentare malis*, *vexare*, *affligere.* p. 209
adhibetur *figurate* in *aure* ſapientis, *ſermones* alicujus *probante*, *explorante*, & *aurificum more ad coticulam terente.* p. 311. & 930. nec non, in *palato diſcernente.* p. 312

בחר originaliter *emedullare*, quadrat egregie, *in profundam*, *exactamque cauſæ excuſſionem.* p. 930

בחר דברים *emedullare verba*, pro, *exaſciata & lectiſſimis ſententiis adornata proferre.* p. 245

בטח proprie, *in planitie verſatus fuit*, *habitavit in plano.* improp. *confidit*, *ſecurus fuit.* p. 299

בטח *fiducia*, pro, quicquid ſuperbæ & arrogantis fiduciæ cor carnale implet. p. 449

בטחה unde בטחות *res ſecura*, vel *ſecuriſſima*; forma ex *Pihhel* ducta. p. 308

בטן *uterus maternus*; fig. *gremium terræ*, *communis mortalium venter.* p. 26
it. *venter*, tam *externus*, quam *internus*, h. e. *animus tumidus & inflatus.* p. 368
it. *veſpilloni*, qui fœtum immaturum ſepulchro mandat, comparatus. p. 283

בית quod & בות *pernoctare*, cujus בית *domus*, eſt *ſepulchrum.* p. 69, 70, & 430
κατ' ἐξοχ. *domus opulenta*, potentia & gloria eminens. p. 549. it. *famula turba*, cum inſtrumento & apparatu reliquo. ibid.

בית חמר *domus luti*; fig. *corpus mortale.* p. 117. *ſeq.*

בית עכביש *domus aranei*; fig. *rei omnium infirmiſſima.* p. 225

בית אבנים *domus lapidum*, pro *agro lapidoſo*, vel *loco petroſo.* p. 228

בכה *flere*, vel *complorare*; de *leſſo funebri*, in publico cœtu, *ſolenniter edito.* p. 854

בכי *fletus*, pro *ſudore*, *madore*, tribuitur *fluminibus.* hinc بير بكي *puteus flens*; qui ſc. tenui aqua eſt præditus. p. 778

בכר Arab. بكر cujus בכור in formula בכור מות *primogenitus mortis*, quid? p. 447

בלג Arab. بلج *de ſereno vultu* proprie. In Hiphh. הבליג *renidere*, *renideſcere*, in mi-

malum, pro *reſtrictis labiis ringi præ dolore.* p. 257

בלד بلد *ſolum, terra,* pro *nido ſtruthiocameli.* p. 1120. *ſeq.*

בלה Arab. بله in Conj. V. تبله *errabundus ivit ſine ductu,* aut *percunctatione.* p. 444

בלהה *diræ, mentem* ſpeciat. *exterrentes,* atque adeo *externantes.* ibid. & p. 667. item, *pœnæ* vel *furiæ, pœnarum exactrices.* p. 451

בלל Rad. *deriv.* בליל *pabulum viride & recenti vigore humectum.* p. 171. fig. *copia & tranquillitas.* ibid.

בלם non *capiſtrationem,* ſed *tumorem,* & *inflationem labii,* continet, *cum obturatione oris.* p. 711

בלע & بلع *abſorbere*; de *voragine terræ cuncta ſorbente ſubito.* it. de *occaſu & ruina triſtiſſima omnium fortunarum.* p. 30

pro *dilaniare, deglutire, concerpere & membratim dilacerare* aliquem, *more leonum.* p. 269. *ſeq.*

בלע ריק *deglutire ſalivam* i. e. paululum reſpirare. Arabice ابلعني ريقي *deglutire me fac ſalivam meam.* Proverb. p. 210

במה. Rad. hinc במה *vertex, collum,* figurat במתי־ים *celſi vertices maris,* pro *aquis plus minuſve tumentibus.* p. 239

בנה in בנה חרבות *ædificare vaſtitates, deſolationes,* pro *res collapſas & ruina longa dejectas reſuſcitare,* per ἐξύμωσιν, quid? p. 69

בן *filius*; metaph. *ovum & pullus jam excluſus.* p. 1125

בן רשף *filius corruſcationis,* eſt, *fulmen, coruſcum.* p. 142

בן קשף *filius arcus,* eſt, *ſagitta.* p. 1103

בן שחץ *filius ferociæ,* vel *proceritatis animoſæ, acri & intento oculo ſeſe inferentis,* quid? p. 1214

بنو المنايا *filii mortium,* vel *fatorum,* pro *morbis, præcurſoribus mortis,* it. *omnibus malis graviſſimis.* p. 447

בעל idem quod صاحب *dominus,* late patet, & *relationem omnem* involvit. p. 887

בעת بغت *ſubito opprimere, invadere,* in Pihhel, *terrere, perterrere.* p. 54

בצע *avaritiam exercere, lucrum per fas & nefas corradere.* p. 738

in Pihhel, *finire, conficere aliquem & ejus exitium quaſi abſolvere.* p. 175

בצץ Arab. بضّ *paululum emanavit aqua.*

בצה *uligo, paluſtris, ſtagnum.* p. 222

בצר cujus *Segolat.* בצר Arab. بصر & بصرة בצרה eſt *lapis candicans*; vel latiore adhuc uſu, *terra ſpiſſior, terra rubra.* Hinc, *gleba auri, argentive.* p. 622

בקש in *Pihh.* בקש *quærere, reperire,* idem quod מצא. p. 47

ברה Arab. بري *purgare, nitidare, polire, concinnare,* aſcia, dolabra &c. ad *nitorem raſilem* uſque, origo ברי *raſilis nitor.* p. 1050

ברח. in Phra. נחש בריח *ſerpens ominoſus, infauſtus & peſſimi augurii.* p. 725

ברך *benedicere,* καὶ ἀφήμισαι, *valedicere, rejicere, parum curare.* p. 12

ברך אלהים *valere Numen jubere,* pro *exſolvere ſe cura religioſa Numinis.* p. 33. & 34

ברר cujus بُرّ eſt *triticum*; ſc. a *puritate*; it. بَرّ Hebr. בר *ager,* q. d. *campus purus & patens.* p. 1111

בשר *caro,* ſpeciatim, *extima,* & *ſuperficies quaſi corporis,* quæ *palpatur.* p. 477 fig. *fama.* it. *vita.* Hinc phraſis, *comedere alicujus carnem,* dupliciter, vel *lacerare ejus famam,* vel *vitam lacerare,* ejuſque *cruciatu* ac *ſupplicio ſemet paſcere.* p. 480

ג

גאה *efferre ſe, erigere ſe in altum*, Arab. غاي. ſp. *de junco ſeſe erigente ſine uligine.* p. 222
de *inceſſu*, ad inſtar leonis; tam in *bonum*, quam *malum*. p. 279

גאל ex origine ſua πάλλειν, Arab. جال de *irrequieta agitatione ultro citroque itantis.* ſecund. *polluere, profanare*, nec non *vindicare*; tam in *bonum*, quam *malum*. p. 50, 51

גבב Rad. deriv. inde גב prop. *convexum, gibboſum.* p. 384. ſp. *dorſum*; figurate *robur, præſidium, propugnaculum.* p. 330

גבה ut جبه proprie *altiſrontem eſſe*, i. e. *frontem attollere.* p. 980

גבן Arab. جبن *coagulari*; de *lacte*, vel potius, *concreſcere*, & *conglobari in maſſam ſpiſſiorem.* p. 272
גבנה cum *Dageſch* in *Nun*, eſt Arab. جبّن & جبّنة *caſeus.* p. 272

גבר Arab. جبر *ſolidari, in ſolidum revocari.* p. 126
התגבר *ſemet efferre*, Arab. تجبّر *ferocius*, & *inſolentius ſe gerere.* p. 382
גבר *vir*; a *ſoliditate.* p. 126. it. *maſcula proles.* p. 43

גבש جبس primario videtur notaſſe, *frigore concrevit.* Hinc
גביש nomen proprium *gemmæ*, forte *curalium*, aut potius κατ' ἐξοχὴν, *unio.* It.
אבני אלגביש *lapides grandinis.* p. 783

גדל & جدل proprie, *firmiter torquere*, vel *torqueri & implicari ex multis funiculis in denſiorem funem..* improp. *adolere, increſcere, viribus & robore invaleſcere.* p. 208
גדל כאב *intenſius invaleſcit luror tabidus*, tam *animæ*, tum *corporis.* p. 39
Pihhel, ſemet *implicare* & *intorquere*, poteſtatem adſcivit, *vehementis colluctationis*, q. d. *colluctando ſe implicare.* it. *colluctando ſternere* aliquem. p. 208

גדש Arab. كدس eſt *accumulavit*; In Partic Paſſ.
גדיש *acervus, tumulus omnis omnino rei*; ut *frugum, ſepulchri*, &c. p. 163

גוו جوّ debuit exhibuiſſe

גו Arab. جو & גוה ſ. جوة *medium, cavitas media cujuſque rei*, ſp. *interior* pars *domus, vallis*, &c. p. 829

גוח vel גיח Arab. جاخ & جاح in *aquis magno impetu prorumpentibus.* Hinc גיחון *Gichon*, fluvius. p. 1071. & p. 1168

גול & جال δινεῖν, *circumvolvi, in orbem rotari.* p. 50
Spec. de eo, qui *vertiginem* q. *doloris, ac luctus patitur.* p. 78
גיל *chorea.* p. 78. it. ætas ὁμηλίκων. p. 79

גוע *exſpirare*, ex ὀνοματοποιΐᾳ. *ipſo ſono, deficientem & exhauſtum, ore aperto, ſpiritum*, exprimit. Arab. جاع. p. 65

גור *peregrinari*, parens גר Unde
גר בית *peregrinus domus*, pro *cliente.* p. 471
מגור *territorium*, in quod peregrini, pauperes, clientelæve indigi, recipiuntur. p. 455

גוש idem quod גיש Arab. جوش & جيش *æſtuare, fervere, efferveſcere.* thema eſt ג
גיש vel גוש *æſtuatio*, quod pulchre cum עפר in unam ſententiam conjungitur. p. 199

גזז & جزّ *metere* potius eſt, quam *tondere*, aut *vellere*, etiam in *capitis coma detondenda.* p. 25

גזע Arab. جذع & جزع *ſecuit*; ſecund. *trajecit & permeavit.*
גזע *truncus ſuccisus*, vel *truncus ſine ramis*; ap. Arab. ſpeciatim جذع *caudix palmæ.* p. 351

גחל *pruna*; a *rubro colore.* p. 1195

גלד

גלד جلد *excoriare*, proprie; improprie *flagello lacerare.* Hinc
גלד *lacera.* it. *ulceroſa cutis*; prop. *pellis detracta carni*, *corium animali dereptum.* p. 407
גלה *revelare*; de *malo*, quod necopinato *oritur*, ſummaque celeritate *ſe diffundit.* p. 321
גלל *volvere*, Arab. جلّ ſpeciat. *ſtercus camelinum colligere*; quod גלל q. d. *globus excrementi*, appellatur. p. 506
גלגל & جلجل *globus nubium convolutarum* dat
התגלגל *volvere ſe turbinis in modum.* p. 838
גמא *haurire*, *ſorbere*, fig. in גמא ארץ *curſu celerrimo conſumere terram.* p. 1133
גמא *juncus*; a *ſorbendo humore.* p. 222. Proverbialiter גמא בלא בצה *juncus ſine uligine.* p. 221
גמד جمد *compactus & congelatus fuit*, adſcito גלד جلد *durus*, *robuſtus fuit*, conflavit
גלמוד *ſaxum duritie compactum* ac *congelatum*; fig. *vaſtiſſima deſolatio*, &c. p. 56
גמם Arab. جمّ *ſcatuit*, *ſcaturivit.* it. *implevit menſuram*, *cumulo adjecto auxit.* Hinc
גם *etiam*, part. *augentis.* it. *itane vero*, *etiamne?* p. 34. Nonnunquam *illationem & concluſionem*, etiam adferens. p. 412
מגמה *impetus ſcatens*, & *perennis.* p. 34
גנב *furari*, κλέπτειν; in *necopinato & rapido turbine.* p. 561
דבר גנוב *verbum furtim allatum*, κλεπτόμενον; de revelatione per ſingularem gratiam *alicui facta.* p. 98
גנן Arab. جنّ *tegere*, *protegere*; cujus גן & גנה eſt *hortus*, *viridarium muro cinctum*; per excellent. *vinea*; abſolute Arabibus جنّة *Paradiſus.* p. 227
געה *boavit*, *mugivit*; de *bove*, per ὀνοματοπ. p. 171
געל *faſtidire*; in *bove fœmina*, *ſemen* vel *concipiendum*, vel jam *conceptum*, reſpuente. p. 551
גרד in *Hithpah. ſcalpendo ſemet deradere*, *excoriare ſemet ſcalptura multo vehementiſſima.* p. 33
גרם *os*; de *majori*, ut עצם de *minori.* p. 1153
גרע *trahere*, Arab. جرع Inde *attrahere*, *ſorbere*, *in ſe reſorbere.* it. *ſubtrahere*, *diminuere*; de alicujus ſapientia q. in ſe defecta. p. 371
in *aqua*, idem ferme eſt, quod בלע cum *aliquo* tamen *diſcrimine.* p. 1026
גרע נטפי מים *ſubtrahere ſtillationes aquarum*; in *ſole*, aquarum guttulas, ad ſe trahente. p. 1027
גרר جرّ *traxit*, veſtigium ſui reliquit, in
גר Arab. جرّ *pes montis*, ejuſque *baſis.* p. 769

ד

דבק Arab. دبق *tanquam glutine adhæſit.* p. 859
Speciat. *de duriſſima cohæſione & compactione rerum*, quam *ferruminationem* vocamus. p. 1106. p. 1191. & 1198
דבר *loqui*, ex origine, *ſeriem ſtructam & deductam*, continet. p. 144
דבר על לב *loqui ad cor*, pro *verbis ſolantibus alloqui.* p. 39. it.
דבר דבר אליו *loqui verbum ad aliquem*; eodem forte adſpectu. ibid.
דבר *ſermo longiori ſerie ſtructus*; ſp. *lis*, *conteſtatio*; it. *integer ſenſus.* p. 86. it. *verbum revelationis excellentius.* p. 99
in *Pihhel*, pro *cauſam agere.* p. 288
דברה *diſſertatio*, ſive *ſermocinatio longiuſcule deducta.* p. 144
דוה Arab. دوي *intus corrumpi*, *tabeſcere*, *putreſcere.* Hinc
דוה forma partic. præſ. *intus corruptum & putreſcens quid.* p. 173. *ſeq.*
דוך *tundendo terere & comminuere.* Arab. داك med. *Vaw* & *Je.* p. 120

דוץ Arab. داص *ultro, citroque agitari.* it. *exultare, protervum ſe gerere.* p. 1197

דוש داس *triturare*; ad *conculcationem* & *contritionem* ſub pedibus, pulchre traducitur. p. 1122

דחה & دحا *impellere cum disjectione*; in *imbre, equo*, &c. p. 1101

דכא proprie, *tundendo terere & comminuere*, idem quod דוך & דכך Arab. دكا p. 120

דלה Arab. دلا *Rad.* ex cujus

דלה vel דלת ſunt

דלתי פנים *valvæ vultus.* p. 1188.

דלתי בטן *valvæ uteri*, prop. p. 63. per *grandem figuram* inde,

ים בדלתים *mare valvis* obſeptum & incluſum, eſt, *perpetuo tumens & veluti uterum geſtans*, &c. p. 1071

דמם & دم proprie, *complanare oblinendo*; tum in *fluctu, vento, ſtrepitu, voce*, poſt motum *reſidente, ſtrata, complanata*; tum in *excidio*, quo *quid extinguitur, deletur, ſolo æquatur, oblitteratur.* p. 108

tral. *altum in ſilentium dare.* p. 818

דממה *ſtatus aëris ſedati, mariſque ſtrati*, & *tranquilliſſimus.* p. 108

דעך cujus *Niphh.* נדעך *extingui*; in *torrente*, quum ita deletur, ut ne guttula quidem ejus reperiri queat. p. 184

דקק Arab. دقّ *contundere minutiſſime*, in *pulverem* veluti ac *farinam*. Hinc

דקה egregium Epitheton & דממה. p. 108

דרך *calcare*; in celſis verticibus maris, eſt, elatiſſimos & celſiſſimos maris fluctus non minus *domare*, quam *tollere & excitare.* p. 239

דרך *via*, pro *vita præſenti.* p. 591

דרש primar. ut Arab. درس *terere*; ſecund. *ſtudioſe quærere*, quin &, *diſquirere, diſſerere enucleatius.* p. 144

quærere, eleganter pro, *invenire, reperire*, & *deprendere.* p. 47

דשא *herba denſa* ſimul & *tenera*; fig. *copia, abundantia*, & *tranquillitas.* p. 170

ה

ה *interrogativum.* p. 90, 91. 128. & quidem *cum affirmatione.* p. 222. Hinc,

ſane, profecto. p. 124. 90. 610

item, *ecce.* p. 128. 221. & 504

הגה *meditatio.* it. *murmuratio meditantis.* it. *fulmen*, proprie, *halitus ex ore cum ſono protruſus.* p. 1040

הדך Arab. هدك id. q. هدم *diruere* aliquid; prop. *comminuere* & *conterere.* p. 1144

הדף *propellere*; in *expulſione* alicujus, cum *dedecore publico, conjuncta.* p. 454

הוא *ipſe*, pro *idem, eodem loco habitus.* p. 74

מי הוא *quis ille*; *provocantis* eſt, ad nominatim illum *deſignandum, de quo* agitur. p. 93

הוה Arab. هوي idem quod היה prop. *cadere ex alto, cum impetu delabi*, &c. p. 165. 166

הוה χάσμα, *ruina profundius acta.* it. *vaſtus mœror*, quo *mens* alicujus *attonita cadit* in vaſtum aliquod *chaos.* p. 166, & 837

vana cupiditas, omneque malum. p. 192

היה proprie, *cadere*; inde, *eſſe, extare inter vivos.* p. 71

eſſe, exſtare, ſubſiſtere; de *bona conſcientia*, graviſſime dicitur. p. 175

היה *eſſe* למשא *oneri*, vel לטרח *ſeq.* על vel אל eſt, *incommodare.* p. 212

היה עם לבב *eſſe cum* alicujus *corde*, eſt, *in animo fixum ſedere.* p. 275

יהוה *Jehova*; ad *majeſtatem & perfectionem Entis ſupremi* deſignandam, dedita opera, adhibetur. p. 310

הכר & هكر *obriguit, diriguit.* Hinc ad *ſtuporem mentis*, itemque *corporis, profundo ſomno correpti*, venuſte traducitur. p. 460

הכרת פנים *perfrictio impudentiſſima frontis.* p. 460

הלה Arab. هلي idem quod الا & الهي. Hinc

תהלה ſemel lectum, *omiſſio officii*, *defectus impar officio.* p. 115

הלך Arab. هلك *ire*; ſecund. *celebrare* conſuetudinem multis annis continuatam. p. 6
graſſari. p. 17. & 18
perire, *abire abſque ſpe redeundi.* p. 365
in *Pihhel*, *diſcurſare*, *ultro citroque ire*; proprium *famulorum*, ampla *in* domo, *ſervitutem obeuntium.* p. 656

הלל & هلّ *ſplenduit*, *eminuit lætius.* p. 799

המה *Rad.* proſeminavit
המון proprie, *turba* ſive *tumultus*; ſecund. *multitudo*, vel *ſtrepitus tumultuans.* p. 881

הן *ecce*; *demonſtrantis* eſt, vel *demonſtrationis.* p. 112
in *Ironia.* p. 558

הפך افك in *Niphhal* נהפך *inverti*, pro *alterari*, atque *in malum converti.* p. 515
in *Hithp.* התהפך *convertere ſe*; de *cera*, eſt, *novam faciem induere*, ſive in *malum*, ſive in *bonum.* p. 1081

הרג *necare*, *occidere*, ſive *gravi ægritudine diſcruciare*; de *indignatione*, invidentem aliorum fortunis, *enecante*; it. de *pœna graviori* tali homini publice *inflicta.* p. 30

התל *amarulentam illuſionem*, expingit; licet ejus *origo* haud liqueat adhuc. p. 417

ז

זה pronom. fœm. זאת idem, quod Arab. ذات *ipſa res*, *ejuſve eſſentia.* p. 164

זהב reſp. Arab. ذهب Hinc
זהב *aurum*, a *colore fulvo*, aut *rutilo.* p. 70
ſpeciat. *aurum oculos præſtringens.* p. 1062
tralate, *ſerenitas.* item *oleum flavum* & *ſplendens.* &c. p. 1061

זהם & زهم *ſorduit*, *fœtuit præ pinguitudine* in Pihh. *fœtidum cenſuit*, *ut ſordidum averſatus eſt*, *faſtidivit*, *nauſeavit.* p. 913

זוח thema obſoletum, ex *Syriaſmo*, ubi eſt, *magnificentiam præferre in celebritate*, reſtituendum, ob
מזח vel מזיח *cingulum*; metaph. *decus*, *ornamentum*, *dignitas.* p. 319

זור prop. *divertere*, *declinare.* Arab. ذار & زار improp. *cum tædio & faſtidio averti*; in *alienatione & averſione hoſtili.* p. 471
de *pede*, eſt *comprimere vehementius.* p. 1122

זחל & زحل *retrocedere.* it. *ſubducere ſe*, *latitare in cavo*, quod دحل. Hinc pro *timere*, apud *Chald.* p. 891

זכך prop. *limpidus*, ſive *pellucidus*, tralate adhibetur. p. 217

זכר & ذكر *memorare*, & *commemorare*, vel *corde*, vel *lingua.* p. 92. 329. & 548
זכר מלחמה *memor eſto belli*; formula militaris, qua *Mars* accenditur. p. 1179
זכרון omne *id*, *quod quis commemorat*, aut *ut memorabile expromit.* p. 329

זמם *deſtinavit*; prop. *alligavit capiſtro*, eſt زمّ Arabum. Hinc
זמה *deſtinatio*, *cogitatio fixa*, quam quis *cum animo ſuo deſtinavit*, & *unde avelli nequit.* p. 427

זנב & ذنب *cauda*, pro *parte prominente Elephanti*, quæ alias, *naſus* & *roſtrum.* p. 1165

זעף σκύπτειν, quod זעק Arab. زعق, صعق & زعج In Niphhal
נזעף *cum fragore increpitus*, vel *attonitus fuit*; in *graviſſimo excidio*, quo omnes *ſpes*, *opeſque vitæ*, funditus deletæ. p. 416

זעק *cum fragore erumpere*, vel *rumpere querelas.* Arab. زعق In Niphhal, *conclamari*, ſive *undique convocari*, ad opem ferendam &c. Unde in *Hiphhil*
הזעיק *conclamare* vel *ſub præcone advocare* ad *opitulandum*; &c. &c. p. 983

זקן ذقن in Hiphh. הזקין *ſeneſcere*; de *arbore*, jam *annis gravi* & *enecta.* p. 351

זקק زق *conflare, conflando purgare*; in *aquis*, per ſolis calorem, *attractis* undique, atque imbrem *efficientibus*. p. 1027

זרב idem forte in *origine*, quod צרב Arab. ضرب *icit*, *percuſſit*. In Pihhel

זרב de *torrente*, qui *æſtu vehementiore ſolis percutitur*. p. 183. ſeq.

זרח ذرا *ſpargere*; in *ſole* eſt, *ſpargere radios*, abſolute. p. 238

זרע cujus זרוע Arab. ذراع eſt *brachium*; unde form.

ציק זרוע Arab. ضيق الذراع *anguſtia brachii*, pro *impotentia*, atque *inopia*. p. 604

זרק & زرق *jaculari*. it. *ejaculari vehementius* & *preſſius* quid; in *ſanguine* radiatim, aut *pulvere* verſus cœlum, *jacto*. p. 37

ח

חבא in origine eſt, *occultavit*, tanquam *ſub vaſe ſuperinjecto*; inde latius, ut خبا *occultatus fuit ignis*, pro *reſedit*, *reſtinctus fuit*. p. 808, & 1095

קול נחבא *vox occultata*, pro *compreſſa*, *cohibita*, *extincta*. p. 808

מים התחבאו *aquæ ſemet occultant*; in aquis ſemet ſub glacie, ejuſque cruſta marmorea, *omni illa ignea mobilitate*, quæ *aquas præſtat fluidas*, *extincta*, recondentibus. p. 1095

חבל *corrumpere*, *conturbare*, in *genere*, ut خبل denotat *corruptionem rei cum mutilatione*; in ſp. *corporis*, *truncatis manibus*, *pedibus*, *aliiſve membris*; nec non *animi*, qua ſui ipſius uſu privatur, &c. p. 415

pignerari, حبل i. e. pignore accepto ſibi *devincire* & *obſtringere*. it. *obligari*; nec non, *ſemet obligare* & *obſtringere* dato pignore. p. 964

חבל *funis*, vel *aucupis* vel *venatoris*, quo *rete* attrahitur, ipſumque adeo *rete jaculum*. metaph. *omne* omnino *malum*, & quidem *necopinatum*, *prodigioſum*. p. 443

dolor ineluctabilis. p. 560

Sp. *dolor partus*, & tandem *ipſe fœtus*. p. 1110

حبل Arab. *ſuperior capiſtri pars*, quæ manu tenetur. p. 835

חבר in origine eſt *coagmentari*, *conſeri*. Hinc tralate, ex *Hiphhil*

החביר במלים *coagmentare ſermones*; cum contemtu ponitur. p. 395

חבש *ligavit*, *ligando repreſſit*, *vincivit*; verbum medicum, *in obligatione vulnerum*. p. 153

حبس *vincire* & خبس *manu capere*, & *ſpolium auferre*, ſunt quoad *originem* eadem. p. 778

חבש אף *ligare naſum*, vel *frenare*, eſt *iram*, *impetum iratum*, nec non, *faſtum comprimere*. p. 945

מבכי נהרות חבש *a fletu flumina religare*; pulchra phraſis. p. 778

פנים חבש בטמון *faciem* alicujus *obligare in abſcondito*; quid? p. 1145

חגה *gaudere*, *lætari*; de die *annuo orbe redeunte*. p. 55

חדל & خذل *flacceſcere*, *flaccidum pendere*. ſecundario, *remittere*, *omittere in totum*. p. 72. it. *ceſſare*, pro *officium prodere*. p. 471. ſpeciatim infert, *ceſſationem vitæ*, quum *vigor* omnis *remiſſus* & *extinctus* jacet; tum in *homine*, p. 283. tum in *propagine*. p. 351

חדר Arab خدر *latuit poſt velamentum*, à

חדר *latibulum* terræ *depreſſius*. p. 242. ſpeciatim, *auſter* partim, partim *cœlum madidum*, & *nubibus imbribuſque* inde venientibus *madidum*; q. d. *velum nubium* & *imbrium*. p. 1047

חדרי תימן *penetralia velata auſtri*; pro *polo Antarctico cum ſideribus ei circumfuſis*. p. 242

חדש حدث in Pihhel, *renovare*; aliquando *in malum* inclinat; veluti quum *dira* & *nefanda*, appellantur, *nova*. Hinc Arabibus

חדשה حادثة *novum*, pro *infortunio*, &c. &c. p. 281

חוה unde אחוה *demonſtratio*, lucem fœneratur ex Arabum وحي per *Metatheſin.* p. 334

חוין *platea*, pro *homine humili*, & *ſubmiſſo*, inſtar plateæ, à *ſuperbis calcato.* p. 145

חויש Arab. حاش med. *vaw* & *je.* inter alia, *terrore inquietus*, *præproperus fuit*, & *feſtinavit.* Hinc

حوش الغوان *acris & præſtrenuus*, uſu biblico concinente, in חוישים *ſtrenuis, promtisque*, & חויש *promtitudine* & *ſtrenuitate.* p. 502

חזה *videre*; in *arbore*, *plantave*, eſt *ſentire.* p. 228

חזז eſt Arab. حز cujus

חזיז eſt, *corruſcatio*, *fulgur coruſcum* & *crenatim quaſi inciſum.* p. 794

חזיז קולות *corruſcatio tonitruorum.* p. 1093

חזק حزق *corroborare*, proprie, *revincire*; in ידים רפות *manibus flaccidis*, eſt *cohortari ad pugnam.* p. 88

החזיק in *Hiphh.* uſu militari, pro *manu firma*, tanquam ſtrenuus pugnator ad verſus hoſtem irruentem, *retinere clypeum*; vel etiam, *obtinere tanquam victor*, &c. p. 29

חזק abſolute, *potens & invictus bellator*, *robuſto* & *forti brachio pollens.* p. 149

חטא Arab. خطأ primario, *erravit*, *aberravit a ſcopo*; ſecundario, a *felicitate*, h. e. *in omnem infelicitatem*, *malamque fortunam*, *incidere*; *ſcopo*, *quem* quis ferire ſperabat, *non tacto.* p. 160

חיד Arab. حاد *deflexit a via.* Hinc

חידה *parœmia*, *oratio flexa*; Synon. ꝑ מליצה. p. 413

חיה proprie, *coagmentatus fuit* & *compaginatus*, impr. *vixit.* opp. ad מות *mori.* p. 125. & p. 902

חית הארין *fera terræ*, pro *ſerpente*, *omnique venenatorum animalium turba*; quum concurrens cum חית השדה paululum inter *hoc* & *illud* ciſlinguit. p. 158

חיל fœm. חילה *ſtrenuitas*, *virtus animi*, *magnanimitas.* Arab. خيلة. p. 176 abſolute, *opulentia.* p. 523

חין vel חון حان radix obſoleta, quæ originem dedit vocabulo

חין *opportunitas.* p. 1186

חכה Arab. حك *nectere*, *nodare*; ſpeciatim, *in modo quodam aſſidendi.* Hinc ſecundario, partim ad *moram*, partim ad *exſpectationem*, *præſtolationemque*, conſignandam, traductum. p. 76. ſeq.

חכך حك *fricuit*, *raſit*, *ſcalpſit.* Hinc

חכה *hamus.* p. 76.

חך *palatum.* fig. *judicium.* ibid. p. 191. & p. 900

חכם حكم primario, *ſolide compactus*; ſecundario, *ſapiens fuit.* p. 125

חכם *callidus homo.* p. 146

חכם לב πυκινὸς τ καρδίαν; de *inſigni ſapientia* p. 236, & 1063

חכמה unde חכמות σοφαί, *Præficæ mulieres.* p. 58

ſolida compactio, ſapientiæ & virtutis, ſcilicet. p. 125

animalibus tributum, quid? p. 1125

חלב حلب *lac*, pro, *rerum lautarum ubertate* & *affluentia.* p. 574

חלד خلد Hinc

חלד non *tempus*, in genere, ſed in ſpecie, *tempus felicius*, *vita jucunda* & *luminoſa*, cum *virore* & *vigore ſenectutis*, &c. p. 298

חלה Arab. حلا *terere*, τείρειν, corporaliter; Phraſis hinc prognata

חלה פנים *terere faciem* alicujus, pro *ſupplicex aliquem adire*, quin *frequentare*, ad *præſidium* & *protectionem implorandum.* p. 300

חלל حل in origine, *ſolutus*, i. e. *profanatus* ad omnem injuriam, rapinam, vexationem, cædem, & in prædam avibus projectus. p. 661

חליל *profanum*; mox *nefarium* & *abominandum.* Hinc חלילה לו מ. p. 937

חלם & خلم *valeſcere*; in *fœtibus concreſcentibus* & *pingueſcentibus junioribus.* p. 1110

חלף Arab. حلف & خلف *ſuccedere* in alicujus *locum*, *ſubſtituereve*; eſt *primigenia notio*, quæ quicquid *aliarum* eſt, ex *ſe* propagavit. p. 282
identidem pertranſire, *impetu* quodam identidem *repetito* & per *vices continuato tranſire.* p. 536
hoſtiliter invadere. p. 292. ſpeciat. *de arcu.* p. 536
in *arbore*, eſt *nova germina emittere.* p. 351

חליפה *vices adoriendi turmatim*, vel *ipſæ turmæ & copiæ ſibi invicem ſuccedentes*, ad inſtar militum. p. 282
vigor revireſcens; de *homine*, qui in integrum reſtituitur. p. 357

חלק *pars*, *portio*; proprie *lapillus*, ψῆφος, κλῆρος. p. 421

חלקה fœm. *ager*; fig. *genitale arvum.* p. 688

חלש *infirmari*, *domari*, ſive rei *infirmatio* & *infractio graviſſima*, *ſpem ſolidandi nullam relinquens*, unde profluxerit, ignoratur. p. 353

חמל Arab. خمل *mollis fuit*; Hinc

החמיל על *indulgere alicui*, prop. *mollem ſe exhibere ſuper* &c. p. 514

חמם حم *gravidum æſtum*, præſertim *ſolis*, infert. p. 184
in *Pihh.* חמם eſt *calefacere*, quod pro *incubare ovis*, ſpeciatim. p. 1121
in *Hithp.* התחמם in *calefactione fovente*, eleganter. p. 867

חמס حمس proprietas *cruditatis immaturæ*, peperit *violentiam*; ſpec. *immatura abjectio.* p. 391

תחמס *Struthio*, quare? p. 1119

חמר & حمر *rubuit*, efferbuit, &c. Hinc

חמר Arab. خمر *lutum*; itemque, *vinum*; a *fermentando*, utrumque. p. 408

פנים חמרמר *facies fermenteſcit*; pulcherrima phraſis. ibid. & ſeq.

חנה & حنى *flectere*, *flecti*, *clinari*. it. *inclinari tenerrimo adſectu amoris* in liberos. p. 475. & 1166

חנך Arab. حنك unde, *eliſo Nun*, exiſtit

חך *palatum*, p. 76. Metaph. *judicium*, *intellectus.* p. 312

חנן & حن primario, *argutum*, *ſtridulumque*, *ſonum edidit e gutture*; ſecundario, *complorare*, *miſereri*, *pietatem*, & *gratiam monſtrare*, &c. p. 474. & 479

חנם *immerito*, *gratuito*, *gratis.* p. 30

חנף Arab. حنف & خنف *intorto pede claudicavit*, transfertur ad *hypocriſin*. Hinc

חנף *hypocrita*, propr:e *loripes*, vel *loripedans.* p. 223

חנף לב *loripes cordis*; de eo, cujus *cor fermento* hypocriſeos & propriæ juſtitiæ *turgidum*, &c. &c. p. 1004

حنيف *veram religionem colens*, *Moſlimus*, & ſimul *loripes*, quomodo inter ſe cohæreant. p. 223. ſeq.

חנק quod *Arabibus* حنق *omnem ſuffocationem* pingit. p. 205

מחנק *præfocatio quæcunque* & *gutturis præcluſio*, qua anima intercipitur, &c. p. 206

חסד حشد in *part. paſſ.*

חסיד *pius*; prop. *ubertate ſucci præditus*, oppoſ. ad נבל. p. 34

חסד *benignitas*, *pietas*; prop. *confluxus lactis in ubera*. Tralate, *ubertas bonitatis*, *caritatis*, *gratiæ*, *omniſve officii.* p. 179

אברה חסידה *penna pietaticulatrix*, quid? p. 1119

חפף per omnes *Dialectos* eſt, *fricando polire*, *lavare*, *tergere*, *mundare*, *comere*, *ornare*. Hinc

חוף *portus*. it. חפה *thalamus*. nec non حافة *margo*, *ora*, *extremitas*, *littus maris*, q. d. *pars fricans*, quæque perpetuo *fricatur.* p. 904

חפץ Arab. حفض *volo*, *cupio*; proprie, *inclinor*, adfert *lubentiam*, & *voluntatem promptam* ac *pronam.* p. 324

flectere, pro *evertere* aliquid. p. 1165

חפץ *ſtudium, occupatio, negotium*, quo afficeris. p. 566

oblectatio, e commodo & lucro. p. 598. item *res concupita, oblectamentum, cimelium*. ibid.

חפר حفر *fodere*; metaph. *avide inbiare*. p. 78

it. *protegere*; foſſa ſc. ducta *circummunire quaſi*, ad aliquid prohibendum. p. 299

de *equo*; *nobilis ipſius ardoris* præbet *indicium:* unde

חופר حافر *ungula equina*, prop. *fodiens*, abſolute dicta. p. 1131

חפש in *Hithp.* התחפש *mutare habitum*, ad exploratoris modum; *induere ornatum* cognoſci nolentis. p. 842

חצץ Arab. حصّ *habere ſortem*, *dirimere litem*, &c. &c. a חצה *ſors*, quod eſt à חץ *ſagitta*. p. 566. ſeq.

חקה id. quod Arab. حقي quo *dolores & tormenta ventris* ſignantur, ... Hinc eximia phraſis, ex *Hitph.* propagata

על שרשי רגלים התחקה duplici ſub adſpectu. p. 341. & ſeq.

חקק حق Unde

חק *terminus*, vel *finis deſcriptus*, tum in *mari*, tum in *cœli ambitu* decircinato. p. 718 & 1074. Latius, pro *omnibus iis*, quæ alicui, jure debentur; uno nomine: *demenſum quid*. p. 639. & 642. Arab. eſt حق unde

اسلم حقك & قام بحقه. ibid.

חקר *ſcrutinium*; cujus

חקר אבות *ſcrutinium patrum*; pro eo, *quod patres conſtanter obſervarunt*, atque ut *ſibi exploratiſſimum*, *poſteritati tranſmiſerunt*. p. 219

חרב *gladius*, fig. de *ore*, quid? p. 149

בנה חרבה *ædificare vaſtitatem* i. e. *monumentum ſepulchrale*, morti ipſi, ejuſque deſolationi q. reſiſtens. p. 69

חרה cujus

חרון אף *æſtus naſi*, de Deo, eſt, *procella iræ e cœlo demiſſæ*. p. 533

חרס Arab. حرش & خرش *ſcalpſit, ſcabit*; nec non *aſpera fuit cute*, q. d. *ſcabioſus fuit*. Hinc

חרס *ſcabies aſpera*. item

שער החרסות *porta figlina*. p. 32

חרף quod *Arabibus* حرف & خرف *carpere*, *carpendo ſtringere* vel *ſtringendo carpere*. figur. *obtrectare & meritis detrahere*. p. 734

חרף *autumnus*, quare? p. 802. it. *autumnitas*. Tralate, *ætas virilis*, *vigens & fructus ferens*. p. 803

חרץ Rad. cujus חרוץ cum *acutis teſtarum* conjunctum, *tribula ferrata*, & *acuminibus horrida*, dat figuram *cutis ſquamoſæ*. p. 1206

חרר *incandeſcere*, Arab. حرّ *ferbuit*, *canduit*. it. *nobili ſtirpe natus fuit*; Hinc

אחר pro אחרר *calidior*, *nobilior*, *nobiliſſimus*; pro *nobiliori & juſtiori genere*, quod ... חנף opp. p. 231

حرور *ventus urens*, & *venenatus*, *nocturnus*. p. 757

חרש حرش & خرش *ſcalpere*, *ſcabere*, ferro, unguibus, &c. propagat ...

חרש *teſta*, qua *ſcabitur*. p. 32

חרש *arare*, fig. in חרשי און *aratores vanitatis*. p. 93. ſeq.

חשב حسب unde מחשבה *computatio*, *calculatio*; vocab. Arithmeticum. p. 146

חשך حشك *inhibere*, *ſeque retro colligere*. ſecund. *retinere parcendo*. p. 46

compeſcere & cohibere; in comploratione labiorum, eſt, *ei parcere*, h. e. ab eadem abſtinere. p 396

חשך حسك *horrere*, *inhorrere*, φρίσσειν Græcor. diverſum quid, a חשך p. 46. figur. de *die*, denſis tenebris ingruente. it. *crepuſculo* ejus *veſpertino*. p. 60

החשיך עצה *tenebrare conſilium*, per Oxym.

xym. quid? p. 1067
חשך *horrens & craſſa caligo*, *tenebræ denſiſſimæ*; tam quod *horrorem* incutiant, quam quod *ipſæ horreant*. p. 46. & p. 147. Speciatim, *antiquum chaos*. p. 47

חתם ختم *ſignare*, *ſigillum imprimere*, tralate, idem quod حتم *inſpirare*; prop. *obſignare*; in revelationibus divinis. p. 910
obſignare; in criminibus. p. 360
יומם חתמו in Pihhel, *ſemet obſignant de die*, pro *torpidi ſemet includunt*, latitantes, & lucem reformidantes. p. 666
חתם ביד *obſignare* alicujus *manum*, quid? p. 1045
ختم علي قلب *ſigillum imprimere cordi*, quid? ex *Camuſo* enotatatur. 419
חותם *ſigillum*; figurate, *os*. p. 1190
חמר חותם *lutum ſigilli*, pro *cera ſigillari*. p. 1080. *ſeq.*

חתף & خطف *raptim invadere*, *fulminis inſtar*. it. *violenter tractare*, *raptare*. Hinc
خاطف *rapiens*, Epitheton *fulminis*. p. 243

חתת & حتّ *ſtringendo*, *radendo*, *fricando*, quin & *friando attrivit*, *decuſſitive*, vel &, *attritus fuit illis modis*; ſecund. *conſternatus* ac veluti *terrore confriatus fuit*. p. 555. & 895. it. p. 1210

ט

טוב طاب *bonum*, pro *hilaritate convivali* & *reliqua voluptate* hominis, genio ſuo litantis. p. 553

טוח *vagari*, Arab. طاح *oberrare ſine certa lege*, &c. Forte hinc
טחות *jactus temerarii*, *vagationes*, *errores*, vel *res errantes*, *vagantes*, huc illuc *latæ & impulſæ*. p. 1101. quod tamen nec incommode à טחה.

טול طال cujus Hoph. הוטל *projici ex-porrectus in longum*. p. 1180

טוש in *origine*, forte idem, quod طاش *agilis*, *levis fecit*. Hinc, *volavit*, *avolavit*, *involavit*, *agili* nempe *impetu*; ſpeciat. de *aquila*. p. 257

טחה طحا *vagari*, *abire ſine certa lege*. it. *jaculari temere*; produxit.
טחה *jaculatio*, *jactus vagus*, fulminum ſc. tonitruorum & imbrium; it. מטחוי קשת. p. 1101, & 1102

טחן طحن *molere*, *permolere*; de nefando crimine. p. 860

טמה & طما idem ferme, quod طمّ
טמם *obturavit & opplevit puteum*; fig. in *obſtructo corde & ſenſibus*. p. 437 *ſeq.*

טמן Arab. طمر *abdere*, *abſcondere*, in *locum* ſcil. *obſcurum*; ſp. *ſubterraneum*. p. 71 & p. 444
in *theſauro* & *penu recondito* frequentatur. p. 540
טמון *abſconditum*, pro *fovea ſepulchri*. p. 1145
נפל טמון *deciduus fœtus*, *occultus* ſimul & *occultatus*. p. 71
מטמון *theſaurus in gremio terræ defoſſus*. p. 78

טעם طعم *guſtare*, prop. de *palato*. metaph. *judicare* & *diſcernere*; de *aure ſapientis*. p. 312
טעם *ſapor*, ſpeciat. *ſuavior* & *appetitum movens*. fig. *ingenium*, *judicium* & *interna facultas*, opp. ad שפה quod *externam* reſpicit. p. 172, & 319

טפל Arab. طفل ex origine forte eſt, *linire*; figur. *elaborare*, *ſermonem ſtudioſe concinnare*. Hinc
טפל שקר *incruſtator fuci*, *linitor*. p. 324
طفل, *Arab.* ſpec. *importune viſitare*; de *paraſitis*. Hinc
טפל עלי עון *allinire ad iniquitatem alicujus*, pro, *alicujus iniquitatem calumniis & quæſitis criminibus augere*. p. 361

טרה

טרה vel طري *recens fuit*, conflavit, adjecto פרש *quadril. Arab.*
טרפש طرفس quod ſignate de *pullo* adhibetur, quum in *nido ſeſe alacrius movere incipit.* p. 922
טרח طرح in Hiphh. הטריח cujus
הטריח עב *diſpellere nubem denſam*, quid? p. 1050
טרף *diſcerpere*; de *naſo*, h. e. impetu ſævo. p. 400

י

יאל cujus *Hiphhil* infert, *inductionem in animum*, & *propoſitum*, in *quo quis ſibi placet*, aut *gratulatur.* p. 175
יבש يبس *exareſcere*; quam decentiſſime teritur in *aquis*, ſenſu populari, quum in *fontibus ſuis* velut *extinctæ* ſunt, &c. p. 315
יגע Arab. وجع & نجع prop. κόπτειν; improp. *fatigare*, *laceſſere*, *laborare*. Hinc
יגיע *laborans*, vel *laborare factus*; de *eo*, cui *vires exhauſtæ fatiſcunt*, ſub pondere q. laborum, dolorumque. p. 73
יגע *merces operariorum.* p. 522
יגר & وجر *formidare anxius*, *expaveſcere valde*, in *formidine graviore* & *angente.* p. 83
יד *manus*, ut Arabum يد *de omni re*, eſt ejus *vis*, *robur*, *potentia*, *dominatio*, *violentia*. p. 156. hinc
יד חרב *manus gladii.* p. 155.
יד קדים *manus venti.* p. 758
ſp. *vulnus alicui inflictum.* p. 629
in *ſupputatione*, pro *aſtutorum artibus*, & *machinis.* p. 146
laxius, pro *operibus omnibus.* it. *avaritia.* p. 509
על יד *ad manus*, pro *more ſolito.* p. 22. it. *ad latera.* p. 402
ביד *in manu*, vel *ad manum*; pro, *in præſentia*, *ad faciem.* Arab. بين يدي p. 381
הביא אלוה ביד quid ſit, vid. ſub. בוא:
ידע *cognoſcere*, pro *experiri*, *experimento perſentiſcere.* p. 160. ſpeciat. in *experientia graviſſimarum pœnarum.* p. 381. & 562
ידע יודע *noſcens*, pro *notore.* p. 470
ידע בינה *pollere intelligentia.* p. 1068
ידע על *rem bene notam*, *perſpectam* & *exploratam habere.* p. 1054
לא ידע *nihil eſt*, *quod ſcit*; ſcit τὸ μηδὲν. eleganter. p. 220
τὸ μηδὲν *nihilum*, h. e. pleniſſimam abolitionem *ſentit*, *experitur*, *ſubit*; de *montibus*, &c. p. 236. *ſeq.*
necopinato, de *improviſo*, abſque ut quiſquam tale ſuſpicaretur. p. 237
דעת רוח *ſcientia venti*, pro *ventoſa.* p. 368
מדוע *quare*, proprie, *an ſcire licet? an ſciri poteſt?* ex מה & ידוע. p. 549
יום *dies*, abſol. *dies natalis.* p. 7. & 41
annus; unde כל הימים latiſſimi eſt uſus, tum in *futuro*, tum in *præterito tempore.* p. 13
νυχθήμερον. *ſpatium viginti quatuor horam*, ſive νυχθήμερον. p. 48. & 55
dies prælii. p. 53. it. *dies fatalis* & *luctuoſus.* p. 58
abſol. *tempus lætum.* p. 255
dies laboris vel *vitæ.* p. 349
judicium & *exitium.* p. 456
נכון היום *culmen meridiei*, proprie, *firmum diei.* p. 380
ארר יום *execrator diei*; quid ſit? vid. ſub ארר.
יומם *interdiu*, *lux diurna*. fig. *ſucceſſus*, *felicitas.* p. 147
יחד *ſemel*, pro, *quam accuratiſſime* & *completiſſime.* it. *ſimul*, *una*, &c. p. 166. it. *uniter*, i. e. *unitiſſime.* p. 270
יחל ex origine, *lenta ſpe uti*; *lentas & tenaces nectere moras.* p. 177
יין *vinum*, οἶνος; à *fermentatione.* p. 895
יכח Arab. وضح *albus*, *clarus*, *manifeſtus* & *evidens fuit.* in IV. Conj. quod *Hiphh.*
הוכיח *ad evidentiam demonſtrare*, *arguere*, h. e. *evincere*, *convincere* ſimul & *emendare.* p. 151. & 188. & 414. item, *increpare*, & *conviciari.* p. 188
in *Niphhal* נוכח *commiſſus in deceptationem cum altero*, vel *ſolidis argumentis* de-

demonſtratus juſtus & *victor declaratus.* p. 635

ילד Arab. ولد *naſci*; in *Niphhal*, *fieri*, *evadere*, *renaſci*, *reddi.* p. 293 & p. 295

ילה Arab. وله *furere*, *mentem attonari.* p. 115

ילך *ire*, pro *perire*. p. 203 & p. 268. it. *ire in malam rem.* p. 757

הוליך שולל *abducere* aliquem *ſpoliationem*, pro *traducere in triumpho.* p. 316. ſeq.

ילל Arab. ولّ inter *Onomatop.* eſt ὀλολύζειν, *ululare*; idem quod אלל unde אללי p. 278

ים *mare*; latiori uſu, pro, *flumine majori*, ut *Nilo*, &c. p. 353

ימן unde תימן *dextra*, vel *ad dextram inclinans*, h. e. *meridies*, &c. p. 242. item *auſter*. p. 1134. Hinc

חדרי תימן *penetralia velata auſtri*; quid? vid. ſub חדר

ינח Arab. ينخ idem quod נוח *procubuit.* Hinc graviter על עפר ינח. p. 434

ינק in Part. יונק & יונקת proprie, *ſugens*, *pullus lactens*; improp. *ramus propullulans*, *viviradix*; ſpeciat. *vitis lætæ* & *luxurioſius increſcentis.* p. 226

יסד unde יסד *fundamentum*, pro, *quicquid in aliquare maxime firmum* & *ſolidum cenſetur.* p. 118

יסף *addere*; formula hinc illuſtri traductum

אל תוסף *ne addas*: quæ *hoſtem uno ictu conficere* jubet. p. 1179

יסר *vincire*, pro, *erudire* aliquem, *officii* nempe *ſui*; quin &, *caſtigare*, h. e. *increpare.* p. 87

יסור *caſtigatio*, h.e. *convictio*, ſ. *evictio* adverſæ partis. p. 1137

מוסר *diſciplina vinciens* & *optimis legibus continens*, *ac coërcens ſubjectos.* p. 317

יסת Arab. وسـت idem quod סות & נסת. p. 30

יעד in *Hiphh.* הועיד *citare* aliquem, *condictum dare alicui locum*; itemque, *diem judicii.* p. 248

יעל in *Hiphh.* הועיל *profecit*, *utilis fuit*; ex *origine* dat, *culmen tenuit*, vel *tenere fecit.* p. 837

יעף *delaſſari*, *defetiſci*; proprie ἀναῤῥέω; unde, *motus celer*, qui ſub وعف; & *caligatio viſus*, quæ ſub وغف *Arabibus* recepta. p. 623. ſeq.

כסף תועפות *argentum caligationum*, vel *vertiginum caput rotantium*, quodnam? p. 624

תועפות ראם *agilitates celerrimæ* & *rotatiſſimæ*, quales *Ibicum.* ibid.

יפע in *Hiphhyl* הופיע *ſplendidius adſulgere*, *radiare*, &c. de *magnifico* & *vibrantiſſimo lumine.* p. 49. & p. 266

יפעה *præradians jubar*; *pulchritudinis* ſcil. & *excellentiæ.* p. 49

יפת Arab. افت *vertit*; inde per ת exiſtit תופת æque ac מופת per מ. p. 423

יצא *exire*; proprie *micare*, *emicare*; e terra, idem quod צמח p. 140
verbum judiciale; in *miniſtris* & *executoribus judicii.* p. 21. it.
deſcendere in publicum, *prodire e domo ſua in forum.* p. 805
in Hiphhyl הוציא *expromere e penu*, *e theſauro.* Eleganter inde הוציא מלים *expromere ſermones*, ex *corde*, tanquam *divinitus* inditos. p. 220

מוצא *ſcatebra*; prop. *locus exitus*, tum *aquæ*, tum *rei alterius.* p. 762

יצב Arab. وصب *ſtatui*, *conſtitui*, ita ut *uni loco*, ſ. ad *tempus*, ſ. in *perpetuum*, aliquid maneat adfixum. p. 13
in *Hithp.* התיצב *ſiſtere ſe*; in *aſſiduitate* & *frequentia miniſtrorum*, Regi ſuo *adparentium*, ad juſſa capeſſenda. p. 13 & 28. Hinc

יתיצבו כמו לבוש de *aurora* & *diluculo*, elegantiſſime. p. 1081

יצג ex cujus *Hiphhyl* exiit

הציג למשל *conſtituere* aliquem *parabolam*; graviſſima ſub figura. p. 422

יצק in *ſumma duritie*, aut *ſolidiſſima firmitate*, qualis eſt *lapidis*, *petræ* &c. frequenta-

 ta-

tatur. p. 1106. Hinc ים מוצק it. ראי
מצק. it. porro יסוד יוצק. p. 612
אבן יצוק *lapis fuſilis*; fig. *fuſum*, *conflatumque metallum*, & quidem ἀκλιτῶ. p. 763
צור יצוק *petra fuſilis*: h. e. *metalli fuſi* inſtar *duriſſima*. p. 805
יצוק עליו *fuſum* quid *ſuper eo*; ad *carnes oſſa veſtientes*, & *inconcuſſam ſoliditatem habentes*, transfertur. p. 1199
לב יצוק *cor fuſum*, i. e. *ferreum* & *æneum*; fig *indomitum*, *ſævumque*. p 1200
מוצק *fuſus*, abſolute, *æris* nempe *inſtar*, eſt *nitidus* ſimul, ſimul *firmus*, ad inſtar *ſpeculi*, ex ære nitidiſſimi. p. 297
רחב מים במוצק *latitudo aquarum in firmo*, *fuſoque*; de *glacie dura* & *nitida*, *inſtar ſpeculi ex ære nitidi*; pulcherrime; niſi vel's, *in conſtricto*, a צוק per *Oxymorum venuſtum*. p. 1048
יצר in Part. paſſ. יצור *forma*, *figuraque corporis*, per *omnia ſua membra*. p. 424
יקף & وقف ἅπαξ, *necti*, & quidem *nexu*, qui *in ſe rediens*, *orbem efficit*. In Hiphhyl, *cingere*, *circumdare*, *facere*, vel *nectere orbem circumeuntem*. p. 9
ירא proprie, *retroagere*, *ſeque ſubducere*; improp. *revereri*, *timere*; *triplicem* cum
אלהים admittit *ſtructuram*. p. 3
אל תירא *ne timeas*, pro, *cave timeas*; *prohibentis* eſt & quaſi *increpantis*. p. 158
ראה וירא *vidit* & *extimuit*; in *homine parum forti*, &c. p. 185
יראה φόβος, *timor*; pro, *religione*, ſ. *reverentia Numinis*. p. 369
ירח *menſis*; unde ירחי־ישוא fig. quid? p. 195
ירט Arab. ورط *dejectionem* proprie notat, tanquam in *ſalebram inextricabilem*, aut in *barathrum lutoſum* & *profundum*, ubi quis ita *ſidit*, ut *emergere* nequeat. p 403
ישב *ſedere*, pro, *inſidere* & *inſilire*, prout وثب *Arabibus*, item *ſedit*, eſt *ſaliit* & *inſilit*. p 1108
fig. *lugere* in *ſacco* & *cinere*. p. 38. Hinc preſſius ישב לארץ *ſedere in terra*, pro *lugere*, in *luctu* & *mœrore jacere*, omnia *gravioris triſtitiæ* ſigna edendo. ibid.
eleganter, in *urbibus*, *domibuſque*, *florentibus* & *quieta ſede beatis*. p. 386
in *Hiphh.* הושיב *ſedere facere* quem, pro eum *conſtituere Regem*. p. 998
ישה Arab. وشي & اشي *ſolidari*. p. 146.
Hinc
יש *ſolidum*, vel *ſoliditas*; ſubſt. ntive. p. 128
תושיה *ſolida ſumma*; in *Arithmetica arte*. p. 146
ישח & وسخ *computruit ſordibus*, forte originem dedit
שחת *ſtatus* vel *locus putridæ corruptionis*. p. 261
ישן & وسن *ſenſuum*, *animique obſuſcationem pati*, *obdormiſcere*, & *ſomno profundo conſopiri*; de *mortuo*. p. 66.
Inde
שנה *ſomnus*, *ſopor*; prop. *obfuſcatio*, *ſenſum* quaſi ſui *adimens*. ibid.
ישע unde ישע *ſalus*; ad literam, *laxitas ſpatioſa*, omnium *rerum bonarum*, quæ *hominem beare poſſunt*. p. 132 & p. 145
ישר *rectus*; ſpeciat. *Deum ſincere colens*, etſi non *immunis plane a peccato*. p. 92
יושר *rectitudo*; pro, *recto impetu* fulminis, *cui nihil reſiſtere queat*, quin imo, *qui momento totum cœlum metiatur* ac *pervadat*. p. 1040
יתח Arab. وتخ originaliter poſſidet *contuſionem*, *qua quid ſubigitur*. Hinc
תותח *clava*, qua *caput commitigatur*; vel &, *baliſta*, qua *muri quatiuntur* & *contunduntur*. p. 1204
יתן id. quod *Arabum* وتن *perennis fuit*, *jugi* & *inexhauſta fluxit vena*. Inde
איתן *perenni vigore præditus*; fig. *doctor* & *uber veritatis fons*; itemque *fundamentum religionis*. p. 318
רוב עצמים אתן *multitudo oſſium*, *perenne*; dupl ci ſub adſpectu. p. 912
יתר & وتر proſeminarunt
יתר *nervus*, *funis*; figurate, *vis corporis* & *animæ*; ubi *vigor* ſcil. *recens eſt*. p. 124.
it. *reverentia*, *religio*, *obedientia*; Hinc
פתח יתר *ſolvere funem* alicujus; in *eo*, *qui*

qui nullo Dei, hominumve, reſpectu coërcitus, in omne nefas effrenato impetu fertur. p. 834

כ

כאב & كأب in *gravi dolore & mœrore tritum, colorem fuſcum, nigreſcentem & luridum*, pro ſua agnoſcit origine. Inde in *Hiphhyl.*

הכאיב *luridas infligere plagas.* p. 152

כאב *tabidus luror*; prop. in *corpore plagis excarnificato & confecto*; improp. *in animo vi dolorum fracto plane & contuſo.* p. 39

מכאב *livida & lurida plaga.* p. 152

כבר reſpondet τῷ Arabum كبر cujus *Hiphhyl*

הכביר procudit **הכביר אכל** *multiplicare cibum*, vel potius, *magnifice & munifice largiri* illum. p. 1033

כביר *grandis, magnus*, pro *ſene grandævo.* qui شيخ كبير Arabibus. p. 372

It. abſolute, *opulentum quid*, τὸ μέγα: id quod omnes aliorum *opes* quaſi *obſcurat* & præ ſe delet. p. 869

רוח כביר *ſpiritus vehemens*, ſive *ventus*; gemino ſub adſpectu. p. 215

כדר Arab. كدر *impurus, obſcurus, turbiduſque fuit*, liquor, color, &c. item, *incommodis & adverſæ fortunæ caſibus conturbata fuit vita*; thema τοῦ

כידור θολὸς, θόλωσις, *ſtatus turbulentus, tumultus bellicus.* p. 382

כה *ſic*; prop. *ſicut hoc* vel *illud*; ex כ præf. & affix. maſc. ה p. 13

כהה *hebeſcere*; in *oculis* ſenio *feſſis*, vel per mortem *fractis*; hinc **תכהה מכעש עין** quid? p. 423

כהן ex origine idem, quod جهن *appropinquare, accedere*; in Part. præſ.

כהן *appropinquans, accedens*, pro, *viro principe*, ac *ſacerdote*, ordinis ſc. eccleſiaſtici; cujus oppoſ. **יועץ** *vir princeps, conſiliariis*, in ordine politico. p. 317

כוד & كاد ad literam, *excuſſit ignem ex fomite igniario*, vel *ſilice.* Hinc

כיד Arab. كيد *fraus, circumventio, ſtratagema, pernicies, exitium*, &c. p. 564. it.

כידון prop. *excuſſio ſcintillarum*; quod *lanceæ* nomen imponere potuit. p. 1132 nec non

כידוד *ſcintillatio, excuſſio vehemens ſcintillarum*, in phraſi, **כידודי אש**. p. 1194

כוח *vis, robur*, pro, *facultate & divitiis.* p. 186. & 690

כום Arab. كام pro كوم *conſcendit* femellam & *ſubegit.* p. 241 Hinc

כימה *ſidus calidum, ad auſtrum divergens, caloris & æſtatis prænuncium.* p. 242

כון Arab. كان *eſſe, exiſtere, ſtare, conſtituere*; inde

כן *ſic*, pro, *ſic conſtitutus*; it. pro, *ſimiliter, ad hoc exemplum.* p. 194

על כן *pro certo.* p. 957

לכן *profecto*; proprie, *pro certo.* p. 500

נכון היום *firmum diei*; figur. *culmen ejus, meridies.* p. 380

תכונה *tribunal divinum*; ad *judicandum*, vel *juri reddendo, aptatum.* p. 630

כזב uſu judiciali, *ſuccumbere*, qui ex phraſi, **אם אכזב** *ſi mentiar*, h. e. *neutiquam ſuccumbam*, traluceat. p. 191

כזר & كسر *fregit, perfregit*; cujus

אכזר eſt, *maximus perfractor, violentiſſimus & implacabilis hoſtis.* p. 845. & 1182

כחד inde **לא כחד** *non celavit*, per λιτότης, eſt, *publice profeſſus fuit & omnibus inculcatum ivit.* p. 377. in *Niphhal.*

נכחד prop. *deleri, exſcindi*; de *ſubita & gravi clade*, fortunas *evertente.* p. 92

כחש *macies* nullibi, ſed locorum ubique *mendacium.* Hinc

כחשי *mendacium meum*, paſſive, quo *ego circumvenior*; *perfida & perjura circumventio.* p. 398

כי *ut, cum, quoniam, nam*; proprie, *ſicut mihi,*

bi, ut mihi. p. 13
affirmativum, pro, *enimvero, ſane profeſto.* p. 129 & 526
illativum, pro, *quod autem*, ſat crebrum. p. 977
novam, nonnunquam, *inſtantiam rei* alicujus indicat. p. 218
כך & cum ה parag. ככה *ſic, ita*; prop. *ſic tibi*; notione, ex כ *præf.* & affix. ךְ deducta. p. 13
כלה *conſumi*; de *nube evaneſcente.* p. 203
ſeq. עין vel נפש &c. quid? metaph. ducta, à *tabe* & *intabeſcendo.* p. 497
תכלית *conſummatio exacta*; de *variis* rebus, ſi non *omnibus*, adhibetur. p. 715
כלח Arab. كلح *deſtringere dentes*; vel in *bono*, vel in *malo*, vel etiam, *medio uſu.* p. 162
כולח كالح Epith. *hyemis & frigoris.* ibid. & p. ſeq.
כלח *hyems ſævior vitæ humanæ*, h. e. *decrepita ſenectus.* ibid.
decrepitus oris rictus, prop. p. 825
כלל *completus, conſummatus, omnibus partibus & numeris abſolutus fuit.* Hinc
כל *omnis, univerſitas*; fig. *abſoluta & cumulata proſperitas.* p. 691
quidvis, diſtributive; & collective, *quicquid.* p. 21
cum *Perſarum* كل *roſa*, an ſit conferendum? p. 686
כלם in *ſummo ignominiæ gradu* locatum, ex *Arabum* كلم *ſauciare*, & جلم *ſecare*, illuſtrandum. p. 459
כמר cujus *Niphhal* נכמר *æſtuare, uri vehementius, æſtu intus æſtuante atrorem contrahere*; de *die, viſceribus, cute*, &c. p. 53
כנה in *Pihhel*, כנה *circumloqui, blandiloquum agere*; in *blandiori circumlocutione*, quæ ex כנן potuit emanaſſe. p. 899
כנן كنّ *texit, fovit, obumbravit*; ſp. *animo condidit* quid; in *bonum*, & *malum.* p. 219
in *obumbratione* & *confotione* fœtus in *utero materno*, eleganter. p. 864

כנע Arab. كنع *contractis ex ariditate digitis, manibuſve, torpuit, jacuit, impos hæſit*, ſecundariam vim dedit & *Hiphhyl*
הכניע *deprimere, incurvare, humiliare*; prop. *contuſis & contractis facere manibus.* p. 1144
כסה Arab. كسي *tegere, obtegere*; *veſtire*, tralate, de *verme* vel *putredine verminante*, quæ *cadaver operit.* p. 577
כסה פנים בחלב *obtegere faciem adipe*, quid? p. 384
על־כפים כסה אור *geminam manum veſtire fulmine*, quid? p. 1138
כסה *ſolium*, idem quod כסא vel à *tegendo*, vel à *conſtruendo* & *congerendo*, quod كرس כרס p. 715
כסל & كسل *affectus fuit in lumbo, elumbis & ignavus fuit*; ſecund. *ſtultus*, &c. hinc
כסל *ſtultitia*; it. alio flexu, *fiducia, robur, firmamentum.* quare? p. 224
כסיל *ſidus torpidum*, vel *conſtellationes frigidiores Boreæ.* p. 241. ſeq.
כסף *deſideravit, vehementer appetit*; ſecundum originem, *pallidus & luridus fuit.* Hinc ſp. *auſtero imminere vultu, impalleſcere.* Arab. كسف p. 359
כסף *argentum*; à *pallore.* p. 70
כעש *indignatio, ægrimonia indignans.* p. 129
Deo tributum, eſt, *juſtitia ejus vindicatrix.* p. 130
It. *miſeria irritans & prægravans.* p. 165
כפן Arab. كفن Radix &
כפן *fames*, ſpeciatim, *privata, eſuritio, extrema penuria*; oppoſite ad רעב quæ *publicam* pingit. p. 157
כפף Arab. كفّ propagat
כף *vola*, pars & יד *manus totius cum brachio*, quæ à corpore incipiens, *ſe flecti & curvari patitur*, ope digitorum; improp. *plaga*, h. e. vola gravi nexu opprimens. p. 336
כפה *manus curvata*, pro, *ramo*, collective. im-

improp. *res*, *ſpes*, *opeſque omnes familiæ.* p. 391

כפת كفت *ligavit*; hinc

כפת in pl. כפתים *ligamina & vincula rigidiſſima frigoris.* p. 1096

כרה & كرا *fodere*, abſolute, *terram quatere pede.* p. 1131. metaph. *ferocius inſultare*; deſumta ſimilit. *ab equo, pede terram quatiente.* p. 190. it. de *accuſatione improbitatis*, quam quis alicui intendit. p. 190
in *fluvio*, eſt, *renovare foſſionem ejus*, apud *Arabes.* p. 1176
epulari; unde? ibid.

כרע كرع prop. in *extremas partes corporis cum niſu procumbere.* p. 1109
incurvare ſe toto pectore ſuper genubus, ad *adorandum*, ſive ad *aliud quid agendum.* p. 88
ſpeciatim, *in genua procumbere* ac *curvari ad aquam ſorbendam*; figurate, in *compreſſione & ſubactione mulieris.* p. 860

כרס كرس *congeſſit*, *conſtruxit*, forte exhibuit τὸ

כסה vel כסא pro *ſolio*, *throno*, *ſuggeſto*, contractum ex כרסה vel כרסא p. 715

כשל *impingere ad ſcandalum*, & *gravem lapſum minari.* p. 88

כתב Arab. كتب *ſcribere*; ſpeciat. *conſcribere exercitum.* it. *diſponere exercitum* ac *ordinare.* Hinc pulchra phraſis.
כתב עלי מררות p. 338
כתב *liber*, pro, *commentario publico.* p. 480
כתר *coronare*, pro, *finem*, *facere.* p. 994

כתת quod eſt *Arabum* كت *tundere*, *contundere*; in *Hophhal*, de *lentis ictibus* ac *contuſionibus indeſinenter rodentibus.* p. 121

ל

ל Arab. ل *ſimilitudini* inſervit. p. 101. *ad inſtar*, *ad modum.* p. 450. & 1533. ita tamen comparat, ut ſimul *veritatem ipſam*, ſ. *conditionem reapſe*, conſignet. p. 851
officium infert, & per, *neceſſe eſt*, vel *oportet*, reddendum. p. 911
nominativum format, *emphatice.* p. 179 & p. 189. it. *accuſativum.* p. 219

לא ſubſtantive, *nuſquam eſt*, οἴχεται, *abiit*, *evanuit.* p. 83. οὐδὲν, τὸ μηδὲν *nihil*, *nihilum quid*, itid. *ſubſtant.* p. 91, 186, 202, 237, 429, 755, 1065. Hinc

לא נסע *nihil convulſum*; de *homine*, qui nil, niſi *ipſa vanitas.* p. 124. ſeq.

לא נכחד *nihil exciſum*, vel *extirpatum*, pro, *nihil nihiliſſimum*, & peſſime a Deo eradicandum. p. 616

לא נדע *nihil eſt*, *quod ſcimus.* grande. p. 220

לא שמר *nihilum ſervare*, pro *parvo*, quod *nullius momenti*, vel, *quod non apparet*, *quod ignotum.* p. 360

לאה *laſſari*, *defatigare*, *fatiſcere*, *adfligi*, κάμνειν, κοπιᾷν, μοχθεῖν, forte a primario *conſtringi*, vel *conſtrictum teneri & ligari*, profluxit. *Arab.* لاي p. 86. & 87

לבב Arab لبّ *affixus uni loco adhæſit*, Radix τῷ

לב *cor*; a *fixo* & *compacto*; Metaph. *nucleus*, *medulla* arboris, plantæve, *interior.* p. 294. it. *conſcientia.* p. 734

לבש Arab. لبس *induere*, tum *rem*, tum *perſonam*; ad *familiariſſimam conſuetudinem* transfertur. p. 809. Hinc

לבש רמה *induere putredinem verminantem.* p. 198. & ſeq. it.

הוד והדר לבש *majeſtatem & gloriam induere.* p. 1143

לבוש *veſtis*, pro, *lorica.* p. 1187. metaph. pro, *commodis* & *ſubſidiis* omnibus *neceſſariis valetudini tuendæ.* p. 868
apud Arabes, لباس الجوع *indumentum famis*; it. الفرق

 con-

conſternationis; nec non الشدة &c. &c. pro, *ſummo gradu & cumulo mali*, quod *nullam partem immunem* eſſe patiatur. p. 843

לדד Arab. لدّ *pertinacius obſtitit litigando*, reſtituendum *Hebræis*. p. 143

לדע لدغ *pungere*, *mordere*, *icere*; de *ſcorpione*, *ſerpente*, &c. *punctu*, *morſu*, *ictu*, *urentibus*. Inde Particip. præſ.

לדע in *fœmin.* לדעת *ictus pungens*, *mordens*, *urenſque plaga*, pro pleno מכה

לדעת p. 1046

להב *flamma purior*, *citra fumum*. لهب *Arabibus*. p. 1196

להב חנית וכידון *flamma haſtæ & lanceæ*, pro *flammante haſta & lancea*. p. 1132

שלהבת *flamma*, pro, *fulmine*. p. 142. ſpeciat. *flamma cœleſtis*, vel *venti urentis*, vel *fulminis*, φλὸξ. p. 388

להה Arab. لهي *luſit*, *fefellit* tempus, curas; *animo a negotiis avocato*, *divertit ad jocos*, &c. exhibet

מתלהלה *ludibundus*, *animumque relaxans*. p. 115

להט ut لهط prop. *percuſſit*: inde *uſſit*, *urente adflatu icit*. p. 1196

להן لهن *cibo & potu reficere quem*, *ante prandium vice jentaculi*, quod

להנה لهنة Hinc

להן ישוע *refectio gutturi levando*. p. 850

לו *utinam*; prop. *ſi*. Arab. لو p. 165

לוד idem quod لود *perverſus & contumax fuit*, agnoſcendum in ארם לעמל יולד *homo ad improbitatem obſtinate perverſus erit*. p. 143

לוה Arab. لوي *circumvolvi*; *implicari flexibus*, *orbibuſque*; *indivulſu nexu adhæreſcere*, περιπλέκεσθαι. p. 59. hinc

לויתן *Leviathan*; vel ut per *productionem formæ* ſit, *tortuoſus*, *flexuoſus*, vel ut תן *draco*, cum לוי conflетur, in *tortilem draconem*, *cetum*, *crocodilum*. ibid. & p. 1170

לון *pernoctare*, forte eſt, a primario, *mollis fuit*, quod *Arabibus* لان & لين خشن opponitur. p. 1116

לנה עין *pernoctat oculus*, aliqua in re; inſigni ſub figura, quam *Græci* in συνικᾶν & συνωλίζειν adſciverunt. p. 418

לנה משוגה *pernoctat error* cum aliquo; eleganter. p. 462

לון על־אבוס *pernoctare ſuper area*, vel *patientiſſimum jugi*, *domitumque ſe præbere ad præſepe*; phraſis ruſtica. p. 1116

לוע *Arab.* لاع med. vaw, *accendi*, & quidem *æſtu interiore*, eoque *aduri*; fig. in *ardore edendi*, &c. &c. Hinc

דברים לעו ſunt, *verba æſtuantia illius*, *qui intus æſtu dolorum exacerbatur*. p. 167. & ſeq.

לוץ لاص med. vaw & je, *inflexit*, *per flexus & ambages duxit*, *intorſit*; tum ad *ſubſannationem*, tum ad *flexam orationem*, ſ. *in bonum*, ſ. in *malum*, pulchre applicatur. p. 413

מליץ *illuſor*; a *torto* ſimul *ſermone*, ſimul *ocello*. ibid.

לוש *depſuit*; Arabibus, *med. vaw*, لاث *ſubigere maſſam* convolvendo, φύρειν. Hinc

ליש φύρων, *leo prædator*, *robuſtiſſimus & formidoloſiſſimus*, qui crebro φύρει & φόρβαν. p. 97

לחם Arab. لحم inde

לחם *panis*, vel *cibus*, in genere, pro *nutrimento quotidiano*. p. 81

ſpecialius, *caro*. p. 532. proprie, ſecundum originem, *panis*, *pro ſtomachi fultura inſerendus*. p. 603. κατ' ἐξοχ. *caro mactata*; hinc

لحم على وضم proverbialiter. p. 532

ליל Arab. ليل fœm. לילה *nox*, & νυχθήμερον. p. 62
metaph. *quicquid horrendum*, *grave*, *adverſum*, *calamitoſum*. p. 986
ليل لايل *nox noctoſa*, quid *prop.* & *improp.* p. 62
לילה עורר לויתן *nox excitatrix Leviathanis*, pro, *dira diriſſimorum malorum matre*, quæ *execratione publica obrui* mereatur. p. 59

לכד *capere*, Arab. لكد proprie, *adhærere tenacius*, uti quum *viſco*, vel *glutine*, quid *capitur*. p. 146
מלכדת prop. *inſtrumentum captionis*; forte, *copula viſcata*. fig. p. 444

לעג & لعج proprie exprimit, *vibrantem nictationem*; ut *oculi*, *linguæ*, *flammæ*, &c. hinc ſecundar. *ſubſannare* & *illudere*; nempe, ab *oculo nictante*, &c. p. 253
שוט ילעג *flagellum ſubſannat*, vel *dolore afficit*. ibid.
הלעיג ſubſtantivum verbale: *ſubſannatio*. p. 546

לפת id. q. لفت *inflectere*, *intorquere*; in *Niphhal*, de *catervis*, ad *aquam* in deſerto *veſtigandam*, *extra viam abſtractis*. p. 185

לקח *accipere*, pro, *occupare* quid, & *ut raptum poſſidere*. p. 55. Arab. لقح in *conceptione* & *fœcundatione palmarum*, ſpecialius, teritur. p. 287
לקח באזנים *accipere auribus*; de *ſingulari attentione* & *profundiore* rei auditæ *ſenſu*. p. 101
לקח *doctrina*; vel ab *accipiendo*, vel a *tradendo*, ſecundum *Coccejum*, vel potius, a *foecundando* & *florem ſeminis immittendo*. p. 287
fig. *illibatus flos ſeminis*; *limpida virtutis indoles*. p. 288

לקש cujus כרם לקש *vineam vindemiare*, aut *racemare*, fig. eſt, *concuſſiones apertas exercere*. p. 652

לשן لسن quoad formam poſt ſe reliquit ...
לשון Arab. لسان *lingua*; tralate, *calumnia gravior*, *accuſatio* ac *condemnatio*, qua improbi potentes armati. p. 156

לתע id. q. *Arabum* لتغ *momordit*. ſecundario, in *Niphhal* נלתע *contundi*, *percuti*; in *ſanguinolenta oris mandibularumque contuſione*. p. 96. Nam
מלתעה eſt *mandibula*. ibid.

מ

מאום cum ה parag. מאומה *quicquam*, vel *tantillum*, *minimum*; ad literam, *tenuis pellicula* vel *membranula*. p. 859

מאם Arab. مأس *ulceribus hiare*, *fluere*, *contabeſcere ulceratus*; de *homine plagis penitus confecto*. p. 207. & 1221. ſecundario, *adſpernari*, *reprobare*, *faſtidire*; nempe à primario *ulcerationis* ſ. *diductionis ſubulceratæ*, p. 199. Hinc, de *contemtu graviori* & *ſtudio animi penitus averſi*, ſemper. p. 206. In *Niphhal*.
נמאם *perfluctare* & *ſuamet ulceratione corrumpi*. p. 199

מדר مدّ 1. *tendere*, *extendere in longum*, *latum*, & *profundum*. 2. *metiri*. p. 197. & 794. ex *Pihhel* inde
מדר ערב *extendit ſe veſpera*, vel *extenditur*. p. 197
מדה *dimenſio*; pro, *altitudine*, ſcil. *in corporibus*, & *menſuratione*, in *liquidis*. p. 794

מה Arab. ما *quicquid fuerit*, abſol. p. p. 330. *ſeq.*
quid? cum *admiratione* & *exaggeratione*, pro *quantum*. p. 728
ſæpe *inficiantis* eſt, vel *factum elevantis*. p. 498
כמה *quotnam*? *quantum*? *quoties*! *minuit*, adeoque *negat*. p. 337. & 560

מהר Arab. مهر *feſtinare*; in *Niphhal*
נמהר *ad feſtinationem* & *præcipitationem adigi*, vel *conjici in conſternationem*. Hinc
עצה נמהרה *conſilium adigitur* ſubito *ad conſternationem*, *cum deſperatione* & ἀπορίᾳ

conjunctam. p. 147

מוג *liquefieri*, vel potius, *fluctuari*, ماج med. vaw. Hinc

תמגגני תושיה *fluctuare me facis ſoliditatem*, veluſte, per *Oxymoron*. p. 846

מוה vel מיה cujus *fucati coloris* & *ſpeciei* notio, procudit

מו pro, *blanditiis*. p. 472

מוח Arab. مخ *medulla*, pro, *rebus lætis* & *lautiſſimis*. p. 575

מום Arab. موم *macula*; generatim, *omne id, per quod corporis integritas vitiatur* ac *dehoneſtatur*; ſpeciatim, *variolæ*, & quidem *confertæ*, *compactæque*, quæ *vultum* maxime *deturpant*, &c. p. 296

מין Radix; inde quoad formam

תמונה *ſpecies tenuior* & *ſubtilior*, *primis quaſi umbris adumbrata*; eleganter, de *ſublimiori apparitionis modo*, quo Divinitatis *inviſibile* ſe præbet *conſpiciendum*. p. 107. ſeq.

מור مار *ultro*, *citroque moveri*, dat

תמורה *viciſſitudo fluctuans*. p. 390. & 523

מוש ماش *tergere*; ſecund. *recedere*, *ſemovere*. p. 638

מות prim. *maceratione diſſolvi*, ut ماث *Arab.* ſecund. *mori*, quod eſt مات p. 65

fig. de *tota hominis mortalis vita*. p. 125

מתה חכמה *morietur ſapientia tecum*; de eo, quem *ſui plenum* atque *excellentioris ſapientiæ opinione turgidum*, confutatum volumus. p. 203

המית *emori facere*, vel *gravi ægritudine diſcruciare*. p. 130

מות & موت *peſtis*, *peſtilitas*, *omnis morbus lethalis*, *miſeriaque gravior*. p. 155

ממות vel ממית *mors*, & quidem, *gravior*, *terribilis*, *aculeo omnis maledictionis armata*. p. 914

בכור מות *primogenitus mortis*, pro, *exitiali morbo*, *cuncta membra depaſcente & excarnificante*. p. 447

מחץ مخض proprie *haurire aquam commotam*, aut *huc illuc jactata*, *urna*. p. 153. & 722. Hinc improp. *ad graviora* & *fœda vulnera* tranſlatum, eſt, *gladio in viſcera adacto cruorem haurire*; *profundiſſima infligere vulnera*. p. 153

מטל مطل *cudit*, *procudit* ferrum; The-

מטיל id. q. מטול *vectis*; prop. *cuſum ferrum* & *in longum extenſum*. p. 1153

מטר & مطر *pluvia*, non tantum quæ *cadit*, ſed etiam, quæ *lagenis* cœlorum *clauſa* adhuc continetur. p. 1027

fig *doctrina*, *ſententiaque*, *mentem rigans*, *recreans* & *fœcundans*. p. 819

מיה & מוה idem quod ماء *ſcatuit aqua*; in conj. II. *fucavit*, *illevit* colore falſo; q. d. *aqueo colore perlinivit*; Radix

מי quod Chald. מוי & Arab. ماء in pl. מים *aqua*, pro, *potu quotidiano*. p. 81
Metaph. pro, *calamitatibus diluvii in morem undique inundantibus*. p. 606

מכך مكّ *exſugere*; it. *perdere*, *attenuare*. p. 686

מלא ملا *implere*; abſolute, *gravidare*. p. 368

תמלא *implebitur*, *impletum eſt*; *diram* infert *necem*. p. 391

מלא בטן *implere ventrem*; in *inexplebili cupiditate*, *aviditateque vorandi ſatianda*. p. 553

מלא חיה *implere animam*, pro, *inexplebilem appetitum ſaturare*. p. 1107

התמלא על *ſemet implere ſupra*, vel *contra*, aliquem; elegans locutio. p. 401

מלח ملح propagat

מלוח Arab. ملّح *omnem plantam ſalſam & amaram*; *Halimum*. p. 828

מלט

מלט prop. ملط *glaber*, *lubricus* & *lævis fuit*; improp. ملص *evadere*, *elabi*, *liberari*. it. *excludere fœtum*: q. d. *lubricando eniti*, *parere*. p. 22 & 23

התמלט בעור שנים *elabi cum cute dentium*; proverbialiter, *in iis*, *qui plagis a capite ad calcem contuſi jacent*, & *ore fracto ſemianimes vix ſpirant*. p. 478

כידור אש התמלט *ſcintillatio ignis proſilit*; *celeri* nempe *impetu* ac *procurſu*. p. 1194

מלט *lutum cæmentariorum*; a *ſumma lubricitate*. p. 23

מנה Arab. مني ſpeciat. *aſſignare*, *præfinire* quid, *certa menſura*, alicui, *in portionem hæreditariam*. p. 196

מנן مَنّ *præcidere*; hinc forte

מן *ex*, *a*, *ab*; particula, nonnunquam, id. q. לפני p. 110
ſæpe *genitivum* format. p. 148
ab; *rem* plane *negat*. p. 867

אל מן *uſque ex*; eleganter. p. 134

מנע & منع *prohibuit*; exhibet

מנע בתוך חכו *cohibere aliquid in medio ſui palati*; de *ligurritore*. p. 515

מסס *tabeſcere*, *contabeſcere*; elegantiſſime figurat

מס חסר ſeq. מ *tabeſcens quod ad ubertatem a*, &c. p. 179

מסה *mulcatio liquefaciens*, ſive, *lento* ac *violento ictu abſumens*. p. 253

מעד *nutavit*, *vacillavit*; ex cujus part. præſ. formatur

מעד רגל *nutans pede*, vel, *vacillans*, pro, *calamitoſo*. p. 307

מצא & مضي *pergere*, *pervadere* & *interius penetrare*. 2. *invenire*; ſcil. *veſtigando* & *penetrando* tandem *attingere*, poſt *longum laborem*. p. 290
ſpeciat. *deprendere* aliquem, qui *ſe ſubducit* & *conſpici negat*. p. 631

מרה مري *ſtringere vehementius*, ſive, *renitendo*; unde, *rebellare*, &c. ſive, *feriendo*; unde *affligere*. p. 629
in *Hiphhyl* ſpeciat. *ſtringere ſe* & ad *curſum*, ſcutica incuſſa, *incitare*. p. 1227

מרי שיח *obſtrigillatio contumax*; i. e. ſtringens percuſſio querelæ, *querelas & lamenta* nempe *extorquens*. p. 629

מרץ Arab. مرس & مرض *validius ſtringere*; it. مرض & مرض ſecund. *ægrotare*; ex cujus *Niphh.* נמרץ phraſis

נמרצו אמרים dupliciter vertenda. p. 188
in *Hipphyl* המריץ eſt, *proritare*. p. 394

מרר Arab مرّ dat

מר נפש *amarus animæ*, pro, *deſperate triſtis ira* & *indignatione*. p. 76. it. ſubſtant. *amaritudo animæ*. p. 204

מריר *amarulentum*; cujus מריר יום eſt, *fatum acerbius*, *infortunium*. p. 53. ſeq.

מררה *fel*, Arab. مرارة proprie, *folliculus bilis*, qui *hepati adhæret*. p. 406. adeoque, *omnia* includit *vitalia*. p. 538

משך مسك cujus

משך *tractio*, ὁλκὴ, fig. eſt, *pondus*, *pretium*, *momentum bilancis*. p. 784

מושכה *trahens*, abſol. *vinculum*; de *temporis brumalis rigore omnia conſtringente*. p. 1096

משל مثل excudit

משל *parabola*, *proverbium*; h. e. *exemplum* rei alicujus *diriſſimum*. p. 422
comparatio, *aliquid ſimile*, *aut par*. p. 1212

משל אפר *ſimilitudo cineris*, eſt, *cineri quam ſimillima*. p. 329

מוש مسّ *palpare*, conſtituit

כלילה ימששו בצהרים *tanquam noctem palpant in meridie*; duplici ſub adſpectu. p. 148

אמש *palpatio*, *palpabiliter*. it. *heri*. Arab. امس a *palpatione*; q. d. *tempus proxime lapſum*. p. 827

מתה Arab. متّي 1. *extendit*. 2. *adfinitatem* & *ſodalitatem inivit cum aliquo*. p. 292

מתים *ſodales*, *ſodalitate juncti*; cum *contemtu*, ponuntur. p. 287

עיר מתים *civitas virorum*, eſt, *cum ſuis ſibi viris*, aut *incolis univerſa.* p. 661

נ

נבב نبّ *internodia produxit arundo.* it. *ſuperbius ſeſe extulit*, &c. inde, ex *particip. paſſ.*

נבוב exiit, איש נבוב *vir fungoſus, inſtar arundinis cavus, internodiiſque inanitatis indicibus præditus.* p. 294

נבט Arab. نبض *micuit, vibravit, tremulo* & *coruſco motu præditus fuit*; in *Hiphhil.*

הביט *tremulum vibrare, vibrantem oculi aciem contendere, exercereque*, ἀτενίζειν. p. 793

נבך نبك *implicitus, perplexus* & *ſalebroſus fuit.* hinc figurate

נבכי־ים *ſalebroſa maris.* p. 1085

נבל *marceſcere, ſucco & vigore caſſus*, quoad *originem*, differt à נפל p. 34 in *monte cadente*, eſt, *dilabi* ita, *abſque ut reſurgere queat, ulliſve moliminibus denuo excitari.* p. 362

נבל *emarcidus*, tral. *ſtultus homo*, qui, vel, ad *virtutem*, vel, ad *ſapientiam*, emarcuit; opp. τῷ חסיד & נדיב. p. 34

נבלי שמים *utres cœli*, pro, *nubibus aqua gravibus*; eleganter. p. 1104

נגד نجد *eminuit ante oculos*; unde in *part. paſſ.*

נגיד *eminens* vir, *princeps, anteceſſor*; fig. *ſtrenuus pugnator* ac *ductor*. Arab. نجيد p. 885

הגיד חלק *indicavit, vel, ob oculos poſuit hæreditatem*; pro, *in cenſu profeſſus eſt*, venuſtiſſime format הגיד לחלק *cenſui annumerare*; ut &, *pro hæreditate* & *portione eximia cenſere.* p. 421

נגר idem quod *Arabum* نغر *bulliendo efferbuit*; ſecund. ad *æſtus bullientes* & *vulnera æſtuantia*, transfertur.

נגש نجش in *part. præſ.* p. 543

נוגש ἐργοδιώκτης, *verbo & verbere urgens*, pro, *exactore.* p. 1112

נדב & ندب *uberavit, ſponte fluxit, humoremque miſit.* metaph. *voluntarius, liberalis fuit.* p. 839
ſpeciat. *in impetu voluntario ad pugnam capeſſendam.* p. 319

נדיב *pius*; prop. *præ ubertate ſucci ſponte fluens*; opp. ad נבל p. 34
epitheton *hominis ſancti, ingenua virtutis indole præditi.* p. 319. ſeq.

נדיבה *ingenuitas, indoles ingenua*; *ſpiritus generoſus*; cujus

רוח נדיבה eſt, *ſpiritus ingenuus*, principium *vitæ ſpiritualis, virtutis & ſanctitatis*, poſſidens. p. 839

נדד ندّ *abigere*; in *ejectione & abactione* hominis, ex *ſocietate, cum dedecore publico conjuncta.* p. 455

נדם ejuſdem forte eſt notionis cum דמם *complanare, in altum ſilentium ſternere* velut ac *componere.* p. 818

נדף ندف *diſpellere, diſcutere*, & quidem proprie, *mollem materiam*; ſpeciat. *folia*, ſub *vento vehementiore* non tam, *decuſſa*, quam, *per aërem, excuſſa & diſſipata.* p. 337

נהם نهم *fremere*; de *leone prædæ incubante obſcuraque volvente murmura.* p. 81

נהק نهق *rudere*; verbum ὀνοματοπεποιημένον p. 171

נהר & نهر *fluere, copioſe manare.* fig. *liquido diei lumine perfundi* & *præ gaudio inde diffluere.* p. 48 *ſeq.*

נהרה *lumen diurnum limpidiſſimum & liquidiſſimum*, ab *aurora*, uſque ad *ſolis occaſum.* ibid.

מנהרה *caverna*; à *flumine.* ſp. *locus fluxu aquarum cavatus*, vel potius, φάραγξ. ibid. & ſeq.

נוא vel ניא Arab. نىء *cruda*, vel, *ſemicocta*

cta fuit *caro*, unde venerit, an à *motu ſanguinis vitali* quaſi, an aliunde, dubium. figurate, hinc, inter alia:

הניא לב *cor crudum reddere*, & *malis ſuſpicionibus ſubulcerare*, vel *cor inconſtans reddere* & *infirmare*. p. 905. ſeq.

תנואה *affectio cruda*, ſ. *cruditas animi ſubulcerati*. ibid.

נא aliis *quæſo*, aliis *nunc*, à ئـــــا

נוא *aſſurrexit*, *ſurgere ſtuduit*, commodiſſime; unde, forma *imperantis* נא pro, *age*. p. 20

נוד نـــاد *moveri*, *agitari*, &c. cujus

ניד prop. *agitatio*, *motitatio*, *tremulus motus*, format.

ניד שפתים *agitationem labiorum*, pro, *tremula commiſerantis voce*. p. 396

נוה نـــوي cujus

נוה eſt, *manſio amœna* & *pulchra*. p. 129

נוח Arab. نـــاخ *procubuit in pectus*; hinc graviter

על עפר נוח *ſuper pulvere procumbere*. p. 434 ſecund. *quieſcere*, quod נד *commoveri*, *conturbari*, oppoſ. *omnem omnino quietem* arguit. p. 83. inde in ſpecie, de *ſedato bulliente dolore*. p. 68 it. de *mortuo*; *quietam manſionem obtinere*; aut *quietam ſtationem contingere*. ibid.

נול Arab. نـــال *conſecutus eſt*, *obtinuit ſcopum*, *votumque*; id. q. נלה p. 387

נוף نـــاف ex cujus *Hiphhyl* prodiit.

הניף יד על *motitare manum ſuper* aliquem; *in minaciis*, p. 867

נזל نـــزل *defluxit*; in *imbre clementiori*. p. 1028

נחה & نحـــي *ducere*, *minare*; verbum paſtoritium. fig. de, *ſideribus omnibus* in *ſpacioſiſſimum ætheris campum eductis*. p. 1097 ſpeciat. *removere*, *abducere*, e *medio ſuſtollere*, & in *angulum* quaſi *removere*. p. 322

נחל *Arabice* نحــل & نخــل prim. *cribravit*, *excrevit*, *ſecrevit* farinam à furfuribus; ſecund. *lectiſſimam portionem excerpſit*, *hæreditario jure poſſedit*; non *de bonis* tantum, ſed & de *malis* adhibetur, quæ in *propriam quandam* ac *perpetuam poſſeſſionem alicui veniunt*. p. 195

נחל *vallis*, *convallis uliginoſa*, quam effecit *torrens*, de *monte actus*. p. 1159 *alveus*, *canalis*, pro, *canali deorſum acto*, *in monte metallifero*; item, *vena metalli ipſa*, *in monte aurifero*. p. 769

נחלה & نحـــلـــة *portio adſignata*, *hæreditas lectiſſima*; de *ſuppliciorum* & *pœnarum veluti perpetua poſſeſſione*. p. 544

נחם نحـــم ex *Pihhel*, per ὀξύμωρον producit

נחם הבל *conſolari* aliquem *vanitate*, q. d. *pro ſolatio vendere id*, *quod dolorem ejus irritat*, ac *vulnera venenat*. p. 592

נחמה *conſolatio*; fig. *bona conſcientia*. p. 175

מנחם עמל *conſolator moleſtiæ importunæ* & *injuriæ*; ὀξύμωρον animandus eſt, qui *verba mordentia* pro *ſolantibus venditat*. p. 394

נחר & نخـــر *ronchos edidit*, *ſonum vehementiorem per nares emiſit*, dat

נחר fœm. נחרה *ronchus*, *fremitus per nares emiſſus*. prop. *fremitus e naſo venti prorumpens*. p. 1130

נחת *deſcendere*, figurat

נחת שלחן *deſcenſus menſæ*, pro, *quicquid in menſam e cœlo ipſo dimittitur* quaſi, *omni benedictione cumulatum*. p. 1010

תחת *ſub*, pro, *inter*; it. *pro*, *tanquam*, *eadem conditione*; nec non, *in loco*. p. 956

נטה نـطـا *tendere cum inclinatione*; ſpeciat. in *tenſo*, *cum expanſione* & *inclinatione*, *tabernaculo*, &c. Hinc

נטה שמים *tendere cœlos*. p. 238. it.

נטה צפון על־תהו *extendere Aquilonem ſuper chaos*. p. 712. at

נטה לארץ *tendere in terram*; de *radicibus*, pro, *eas altius figere*. p. 388

נטף نـطـف *ſtillavit aqua*, *quocunque tandem modo*, præſertim per *exſudationem* & *exhalationem*. Hinc

נטפי מים *ſtillationes aquarum*, pro, *illis aquæ partibus*, quas *calor ſolis undique attrahit.* p. 1027

נטר Arab. نطر *inſpicere*, *ſpeculari*; ſecund. *obſervare*; ſpeciat. *occaſionem ulciſcendi captare.* p. 210

מטרה *ſcopus*, in *quem* & *corde* & *oculo iram fovente*, *vindictamque captante*, *imminetur.* Arab. منطرة & منظرة p. 405

נכד نكد prim. *parum aquæ habuit*; de *puteo.* ſecund. *miſerrimam* & *difficilem egit vitam*; originem dedit נכד

נכד *nepos*, *poſteritas*; item, *calamitas.*

نكد Arab. p. 857. *ſeq.*

נכה Arab. نكا *ult. Hamz.* & نكي *ult. Vaw* & *Je*, *percutere*; in *ictibus perſcindentibus omnia*, quæque *coaluerant reſcindentibus.* p. 306. adeoque, in *gravioribus* tantum *vulneribus* & *plagis.* p. 32

metaph. de *lingua*, violenter *alios omnes lacerante* & *proſcindente.* p. 306

נכון *percuſſio flagellans*, ſubſtantive; Hinc

גרן נכון *area percuſſionis*; quæ & גרן כידון *area exitii.* p. 306. & 307

נכר نكر *agnoſcere*, *cognoſcere*, præbuit ex *Hiphh.*

הכיר פנים *cognoſcere vultum*, pro, *accipere perſonam in judicio*; opp. ad הכיר מעשה aut מעבד. p. 955

נכר ſægolat. *infandum*, *portentoſum*, *prodigium*; fig. *calamitas gravis*, *aliena*, *inuſitata*; ferme id. q. منكر *prodigioſum malum*, pro, *morbis* & *plagis fœdioribus.* p. 857

נכת thema ex *Dialectis* reſtituendum, pro, *pungere*, *compungere*, *ictu impreſſionem facere*, in rem, quod & وكت ſecund. *mordere*, &c. ap. *Chald.* & *Syr.* p. 122

נלה id. q. נול نال & نيل *conſecutus eſt*, *obtinuit ſcopum*, *votumque.* p. 387.

מנלה *proſperitas*, *ſumma votorum*, *culmen felicitatis.* p. 388

נמר Arab. نمر *protervus* & *contumax fuit.* p. 418

נסה prop. ut نشا *odorari*, ſ. *odorem naribus attrahere*; improp. *explorare*, *tentare*, *experiri.* p. 85. & 86

נסע prim. *vellere*, *evellere*, ut نزع de, *tentoriis revulſis.* ſecund. *proficiſci*, quod نسع p. 124. & 1203

מסע pro מנסע منزع *telum*, *ſagitta.* it. *hauſtio*; de *lancea* altius *penetrante.* p. 1203

נסת unde הסית *inſtigavit*, *irritavit*, *proritavit*, idem in *origine*, quod סות, יסת & סתת verba per ὀνοματοποιΐαν, ex *ſono* illo *naturali* & *ſibilo*, quo ſolemus *canes in prædam*, *pugnamve inſtigare*, ducta. p. 30

נער *excuſſit*; in *graviſſima exterminatione.* cujus

נער *excuſſio violenta*; de *anima moriente*, &c. p. 1005

נפח نفح & نفخ non ſolum, *flavit*, *ſpiravit*, ſed etiam, *inflatus fuit*, *intumuit*, cum *flatu crepuit.* Inde

הפיח נפש *animam crepare facere*; in *ſpe fruſtrata.* p. 857

מפח נפש *crepatio animæ*; de *ſpe improborum* vel *firmiſſima*; quo ſenſu, per ὀξύμωρον? p. 301

נפל *cadere*, pro, *ad morem fulminis*, vel *turbinis*, *irruere.* p 22

de, *immiſſo divitus ſopore.* p. 103

נפל מן *cadere ab*, vel, *præ* aliquo; quid? p. 303

הפיל abſolute, *ruinam moliri.* p. 190

נפל *caducus fœtus*; *fœtus matri poſt primam formationem* & *ſigna vitæ elapſus.* p. 71

נפיל *Gigas*, forte a נפל *aboriri*; q. d. *monſtrum abortivum.* p. 708

מפל *prociduum*, vel, *deciduum*, dat

מפלי בשר pro, *partes molliores* & *laxiores carnis.* p. 1198

נפש نفس *ſpiravit*; cujus *derivatum*

נפש *anima*, eſt, τὸ ἐπιθυμητικὸν & ad *appetitum* refertur. p. 173

anima oris. p. 206. ſive *halitus*, *vita animæ*-

malis. p. 366. & 1195
anima, quum in חללים *quæritur*, habet vim *ſanguinis profuſi & vindictam poſcentis.* p. 661

האריך נפש *prolongare animam*, eſt, *patientem trahere ſpiritum.* p. 177

מפח נפש *crepatio animæ*, quid ſit, vid. ſub נפח

נצב Arab. نصب id. q. יצב intranſit. *erectus ſtetit*; tranſit. *erectum conſtituit.* p. 13
in *Niphhal* נצב *ægrotus*, *laſſuſve* fuit. p. 14

נציב *res quævis erecta*, p. 13. item *præſidium militare.* ibid.

מצב fœm. מצבה *præſidium*; *locus ubi quid ſtat erectum*, *principium firmum*, *radix*, *ſtatus eminentior*, *dignitas*, *munus*, *præfectura*, *cippus.* ibid.

נצה نصي in *part. præſ. fœm.*

נצה quæ *Arabibus* ناصية *coma*, vel, *pluma pendula*, *cæſaries.* p 1119

נץ *accipiter*; a *volando.* p. 1134

נצח Arab. نصح *ſincera & pura puta* fuit res; radix ש

נצח ſægol. *purum putum*, *perpetuum*, *etiam atque etiam*, *mera & ſincera puritas*, nec non, *veritas* cauſæ victricis. p. 123 & 970

נצל نصل in Hiphhyl

הציל *eripere*; de *vindice*, ſpeciatim, *aliquo præſente & præpotente*, qui *manu fortiſſima aſſerere valet oppreſſos.* Hinc

אין מציל *nullus eſt vindex*; phraſis, in *atrociſſimis calamitatibus*, frequentata. p. 133. & 154

נצץ Arab. نض *motitavit* alas, & نص *emicuit in altum*, forte exhibet ש

נץ pro, *accipitre.* p. 1134

נצר Arab. نظر prop. *inſpicere* improp. *cuſtodire*; in ſpecie, *ſervare iram*; inde

נצר אדם *obſervator hominis*; de eo, qui *oculum vigilem & vindicem* in *omnes* alterius *actiones* figit. p. 210

נקב نقب *defigere nominatim*, *devovere cum execratione*, & *tanquam notis vilipendii* ac *abominationis compungere.* p. 58 & 131

נקד نقد *punxit*, *momordit.* p. 122

נקה نقا *mundus*, *purus fuit*; th. ש

נקי *innocens*; qui Deum ſcil. ſincere colit, etſi non immunis plane a peccato. p. 92

נקט Arab. نقض de *domo*, *dorſo*, *oſſe*, &c. eſt, *cum ſonitu & fragore diffindi*, aut *diſſilire*, ita, ut *quid* plane *diruatur*; adeoque fortius, quam قاض קוט p. 264

נקטה נפש בחיים *dirupta & diruta crepat anima in vitis*, prop. *coagmentationibus*; de eo, qui ita *onere* ſibi *incumbente* gravatur, ut *diſſiliat & diſrumpatur*, abſque tamen, ut *rumpatur & mortem* deſideratam *invenire* queat. ἐξόμωρον. ibid.

נשא نشأ *tollere*, *tolli in altum.* ſpeciat. ἐπαίρεσθαι, *tollere ſe*, *creſcere*, *educari.* p. 553. *tollere in altum*; de *libratione* vel *ſublatione bilancium* ad *collibrandum.* p. 166. hinc, *rationem habere*, *æſtimare*, in *phraſi*

כמעט נשא *ſicut parum*, *tanquam nullius pretii*, *pro re contemtiſſima*, *tollere* quid. p. 899
ferre, *portare*, *ſuſtentare*, ſeq. ב de *cubili*, *partem oneris*, quod *alicui* incumbit, *portante.* p. 205
tollere, abſolute, pro נשא קול. p. 553. inde, *in ſermonibus magna confidentia elatis.* p. 730

נשא משל *attollere ſermonem parabolicum*, *figuratum*, &c. in *inſpirationibus & ſententiis*, Deo impellente, *prolatis.* p. 730

נשא עינים *ſuſtollere oculos*; in *rebus gravioribus & fortius advertentibus.* p. 37

נשא פנים *accipere vultum* alicujus, pro, *honorare*, *ſingulari favore*, ac *honore*, *proſequi*, *nihil eorum quæ petierit negando.* p. 1224

נשתי לא אחבל *tollo*, *non capiam pignus*; h. e. præſentibus gaudio; pignora parum curans; vel, *accepi*, *cujus pignus non cepi*; i. e. luo, quod non contraxi; pœnas,

nas pendo innocens; proverbialiter. p. 964

נישה *fœnerare*, egregium locum tenet in phraſi

נישה מעון *fœnerare* alicui *de*, vel *ex*, &c. *iniquitate* ſua. p. 290

נישם نسم *flavit*, *ſpiravit*, *aſpiravit*; cujus

נשמה *flatus*, *halitusque*; de *Jehova*, eſt ejus *potentia*, *ira*, per *ſævam tempeſtatem ingruens*. p. 94

נשמה & نسمة *aura ſubtilis*, præſertim, *frigida* & *penetrans*, qualis ferme ſpirat, ubi vehementiſſimum regnat gelu. p. 1048

נישף *flavit vehementius*. Arab. نسف *ventilavit*, *diſperſit*, *diruit*; q. d. *difflavit*; hinc

נשף *crepuſculum veſpertinum*, cum quo *ſtellæ incipiunt apparere*. p. 60 *crepuſculum matutinum*. fig. *lætioris fortunæ auſpicium*. p. 197

נתב Arab. نتب *eminuit*; unde

נתיב non eſt, *ſemita*, ſed, *via ampla*, *conſpicua*, *eminens*, *regia*. p. 444. & 837

נתך نتك *fundi*, *effundi*; verbum grave, ex *liquatione fuſi & candentis metalli*, ad *iræ candentis*, *ſuſpiriorumque ardentium effuſionem*, tranſlatum. p. 81

הִתִּיךְ *fundendo eliquare*; de *lacte fuſo*, h. e. *prima hominis formatione*, quum in *embryonem*, ex *utriuſque parentis ſemine*, *coaleſcit*. p. 271

נתן *dare*, pro, *exhibere*, *præſtare*. p. 347 it. pro *emittere*, in נתן תפלה *dare ſalivationem*, h. e. *jejunam fatuitatem* ex ore, ex corde *emittere*. p. 27

נתע Arab. نتغ & نتع *ſanguinem immodice profudit e naſo*, aut *ore*, cum *vomitu vehementiore*; hinc, in *Niphhal* ננתע ad *ſanguinolentam oris*, *mandibularumque*, *contuſionem*, applicatur. p. 96

נתץ نتض *diruit*, *deſtruxit*, &c. in *graviſſimis minis & ſubverſionibus* ædium, urbium, *inde a fundamentis*. p. 468

נתק نتق *avulſit*, *evulſit*, &c. de *ſpe*, *opibuſque fundatiſſimis*, radicitus *extirpatis*. p. 449

נתר نتر originaliter adfert, *vibramen tinnulum* & *tremulum*, vel *chordæ*, vel *nervi ſalientis*, *diſſilientiſve*, &c p. 175

לב יתר ממקומו *cor diſſilit*, vel *ſubſultim trepidat e loco ſuo*. p. 1039

התיר יד *vibrantem & alte penetrantem admovere plagam*, quæ in *ipſum* q. *cor deſcendat*; phraſis ſignata. p. 175

ס

סבך شبك *implicari*, *intricari*, apprime quadrat in *radices* arboris *impeditas* & *lapidibus obhæſas*, ita ut *altius comprehendere* nequeat. p. 228

סגר سجر *clauſit*, *incluſit*, & quidem, *obice*, ſeu *collari injecto*. p. 63

סגר על *vinculum collare injicere alicui*, pro, *aliquem miſeriis*, tam *opprobrii*, quam *horroris*, *afficere*. p. 314

סגר בטן *obſtruere ventrem*; tam de *ſatu*, quam de *partu*. p. 63

הסגיר *in collariam compingere*; *includere cippo*; de *gravi ſupplicio* & *ignominioſo*. p. 292. & 412

סגור *clauſum*, abſolute poſitum, pro πεφραγμένον, *obſtructum* quid, & *denſiſſime conſtipatum*; quod *Leviathanis*, non minus aptum *dentibus*, quam tergo. p. 1190

סדד سدّ *obſtruere*, & quidem *obice*, *graviore* & *inſuperabili*; Thema ☿

סד *cippus*, *nervuſque*, quo, *pedes furum ſolent vinciri*; prop. *obex pedibus additus*. p. 340

סדר Arab. سدر *præſtrictos habere oculos ex fulgore*; inde

סדר *præſtrictio oculorum* & *vertigo capitis ex fulgore*; quod in *phraſi elegantiſſima* dat

ארץ סדרים *terram præſtrictionibus e lumine oriundis obnoxiam*. p. 285

סוד ساد *clanculum in aurem loqui*; cujus

סוד *ſecretum*, exhibet

שמע בסוד *audire in* alicujus *ſecreto*, pro, *conſiliarium* ejus *intimum agere*. p. 371

סוס ساس med. vaw; dat

סוס *equus*, pro, *equitatu*. p. 105

סור سار *diſceſſit*, *declinavit*; inde

סור

סור מן *deſciſcere ab* aliquo; de *iis*, qui a *religione ſemel recepta deſciſcunt*, vel *minus ſincere ei adhærent.* p. 958

הסיר שפה לנאמנים *removere*, *auferre labium veracibus*, pro, *eos mœroribus* & *calamitatibus* ita *confundere*, ut nequidem *præſentiam animi* inveniant, nedum *præſentiam in dicendo.* p. 319

סות ex ὀνοματοπεποιημένοις, id q. נסת in *Hiphhyl*

הסית *inſtigavit*, *irritavit*, *proritavit*, *provocavit*; in *animalibus inſtigandis*, inter *comploſiones manuum*, *oriſque ſibilos*, ut *incurrant*, *mordeant*, *devorent.* p. 30

סכך *texit*, *intexit*, *prætexit*; in *bonum* & *malum.* p. 79, 80

סכה *tentorium*, *tugurium*, pro, *leonis cubili.* p. 1108

סכסך *armare*, *horridum in jaculis*, *teliſve*, *facere*; a שכך شك. p. 1178

סכן ταμιεύεσθαι, uno verbo; nam סכן eſt ταμίας; unde partim, *recondere in cellam promtuariam*, *apothecam*, partim, *expromere in uſum & utilitatem aliorum*: h. e. *utilitatem capere* & *dare.* p. 595

נסכן *periclitari*, quomodo cum *Kal* cohæreat? p. 617

סלד Arab صلد *terram pede percuſſit*; de *equo ſuperbo*; metaph. in *Pihhel*, de *viro magnanimo*, &c. p. 176

סלה & شلا *elevare* & *tollere in altum*, ſecundario, ad *librationem* & *bilances* traductum; q. d. *æſtimare.* p. 782

סלף proprie, ὀλισθαίνειν, ἀπολισθαίνειν, *lapſante greſſu cadere*, aut, *præcipitem ire in lubrico*; ex *Pihhel* dat

סלף איתנים *perenni vigore præditos agere præcipites*, vel, *perennia fundamenta veritatis & religionis* tanquam *in lubrico* & *præcipiti* ita *impellere*, ut ſibi ipſis *excidiſſe*, atque *ſuamet ſub firmitate ruinam traxiſſe videantur.* p. 318

סמר سمر *horripilare* & *clavorum inſtar comas erigere*, *clavare*, ut ita dicam. p. 105. ſeq.

ילק סמר *locuſta horripilans*, *pilos ſuos arrectos protendens.* ibid.

סעף id. q. شعف cujus

סעיף *vertex*, *cacumen*, in *petra*, in *monte*, in aliis, figur. eſt, *cogitatio gravior*, totum cor *occupans*, *idque* intime *adficiens* atque ad ſe *trahens*; tum in *amore*, tum in *ecſtaſi.* p. 102. ſeq.

ספה Arab. سفي *radere*, de vento; dedit

סופה *turbo radens* & *verrens.* p. 561

ספח سفح *fudit*, *effudit*, *perfudit*; in phraſi

התחת חרול ספח *ſub ſpinam*, vel *congregari*, vel *ulcerari*, vel *perfundi*, ſive *aquis torrentibus*, ſive *ſanguine.* p. 830. ſeq.

ספיח in pl ספיחים *ſponte naſcentia*; q. *fuſa*, *profuſa*, a terra. it. *fuſa aquarum*, *eluviones*, *inundationes.* p. 364

ספק idem quod سفق & صفق originaliter adfert, *ſubitum ictum*; itemque, *ſonum* ab *ictu*, *cum repercuſſione.* p. 956. & 972

plaudere, *complodere*, *explodere*, ſpeciat. *in exploſione*, & *effuſione liquori cum fonitu vehementi*, quod *Græcis*, πίτυλος

ספק אמרים *cum* πιτύλῳ, ῥοθίῳ, κόμπῳ, *ſtrepitu profudit ſermones.* p. 972

ספר سفر *ſcribere*; in *Pihh. ſcribere facere*; de *nubibus* eſt, *largo imbre radere*, vel *arare*, ac quaſi, *perſcribere* terram *ſulcis.* p. 1105

ספר *liber*, pro, *libro publico*, *in quo acta illuſtriora* enotantur. p. 481

מספר *numerus*, conſtructum cum *rebus aliis*, nunc *paucitatem*, nunc *multitudinem*, infert. p. 378

שנות מספר *anni numeri*, pro, *perpauci.* p. 414

מספר שניו *numerus annorum ejus*, pro, *longum duxit ævum*; *numeroſi ſunt ejus anni.* p. 1025

סתר Arab. ستر prop. *texit*, *obtexit velo*, *velavit.* p. 64. ſecund. *defendere*, *protegere.* p. 80

סתר פנים *abſcondere faciem*; de *Deo*, indicat, *ſubductionem gratiæ*, cum *negatione acceſſus ad thronum ejus.* p. 337

לא סתר *non abſcondere ſemet*; λιτώπις, *aperto & erecto capite incedere.* p. 335

דרך נסתרה *via velo ſepta*; de *aditu*, qui ne-

negatur oppreſſo, ad *jura ejus*, coram judice, *tuenda*. p. 79. *ſeq.*

הסתיר דבר מעינים *velare rem ab oculis*; pro, *eam ab oculis plane ſecludere & abdere*, *interjecto velo*. p. 64

סתר *latibulum*, *ſecretum*, adfert, vel *colluſionem & conſpirationem clandeſtinam*, vel *prætextum ſpecioſum*. p. 328

סתה unde הסתה in origine idem eſt, quod נסת & יסת, סות per ὀνοματοποιΐαν efficta verba. p. 30

ע

עבד & عبد *deprimere & ſubigere terram*, pro, *colere & exercere*. p. 6. & 1116. intranſ. *premendo ſubigi*, pro, *ſervire*, *ſervum eſſe*, &c. p. 5 & 6
abſol. *cultum præſtare*, *religioſiſſime vivere*, ut *ſervum Dei decet*. p. 1002
עבד *ſervus*; pro, *quocunque mortalium*. p. 1002
item, pro, *angelo domicilium ſuum ſervante*. 112
עבדה *agricolatio*; it. *familia*. p. 5

עבה Arab. عبا *inſtruere*, *locoque ſuo diſponere*, exercitum; hinc
עבי *denſitas*; prop. *conſtipatio farta*; in *inſtructione & denſatione* aciei, quum *ſtant junctæ umbonibus phalanges*; it.
עבי גבי מגנים *denſitas dorſorum clypeorum*. p. 384

עבר & عبر & غبر *tranſire*, pro, *graſſari cum contagione*. p. 377
dilabi, partim, in *aqua evanida*, partim, in *amico*, talis inſtar, *evaneſcente*. p. 181
ſeq. על in *malis invadentibus & penitus obruentibus*. p. 330
שור עבר *bos fœmina concipit*; it. *bos mas concipere fecit*. p. 550. *ſeq.*
עובר השביל عابر السبيل *tranſitor viæ*; fig. *mortalis*, vel, *homo ex trivio quivis*. p. 591
עברות אף *efferveſcentiæ naſi*; metaph. deſumta a *tranſiente flumine* & q. *extra ripas efferveſcente*. p. 1144
בעבור *propterea quod*; *eo quod*. p. 503

עגם id. q. Arab. عجم *mordere*; cujus *part. alt. paſſ.*
עגים *mæſtus*, quaſi, *morſus*, forte; dat
עגמה נפש *ægrimonia & triſtitia mordebatur anima*. p. 852

עדה عدي in origine idem, quod اعدّ *paravit ſe*, *accinxit ſe paratu & ornatu*. ſecund. *magnifice*, vel *animoſe ſe intulit*. p. 775. & 1143
ſpeciat. in *audacia accedendi* leonis, *fame & cupiditate prædæ* ſtimulati. p. 775
עדה pro quo deinceps עדי *ornamentum*, *inſtrumentum*, *apparatus*; tral. *rete*, *venabulum*, reliquuſque *apparatus venatorius*. p. 281
עד *uſque ad*, vel, *dum adhuc*, diverſum a עוד *adhuc*. p. 24
ut ſaltem; *eo uſque ſaltem ut*; *donec*. p. 349
עד־ירח *uſque ad lunam*, pro, *vel ipſa luna*. p. 696

עדן id. q. Arab. غدن cui ineſt, *delicata & tenera mollities*, primario; hinc
מעדנה in pl. מעדנות *amœnitates*, ſp. *deliciæ verni temporis*. p. 1096

עוג Arab. عاج 1. *torſit*. 2. *depſuit*; vel *tortam*, vel *placentam formavit*. p. 851

עוד عاد *iterari*, & *continuo repeti*. Unde in *Hiphh*.
העיד *teſtari*; q. *iterum iterumque aſſeverare*. p. 803
עוד *amplius*, pro, *ullo pacto*. p. 952

עול *Arab.* عال *propendit* in alteram partem *lanx*, *judex*, &c. ſecund. *injuſtus*, *iniquus*, *improbus fuit*. p. 150
עויל *cliens egentiſſimus*; *familia*, *turbaque parvulorum*, ab aliquo q. *dependens & ſuſtentata*; a عال *ſuſtentavit*. it. *multos ſuſtentandos habuit*. p. 475. *ſeq.*
עולה *iniquitas*, in judicio; a *propenſione lancis*, *ad alteram partem*. p. 326

עון & عان *juvit omni commoditate*; præbet מ

מעון fœm. מעונה Arab. معونة *locus commodus & juvans.* p. 1108 ſpeciat. *lar penitiſſimus* ferarum ; *abditum luſtrum*, & *cubile*, *in quod prædas convectant ſuis catulis.* p. 1046. & 1108

עוף عاف primar. *gyrari*, *rotari*; ſecund. *volare*; it. *vertiginoſa caligine laborare*; nec non, *laſſari ad diliquium uſque.* p. 284. & 298

עיף *vertiginoſus*, cui *caput laſſitudine rotat & oculi caligant.* p. 603

עיפה *vertigo capitis*, *ex horridis tenebris*, *oriunda*, formât ת

ארץ עיפה *terra caliginis vertiginoſæ*; pro *terra*, quam qui intret, *perpetua* quaſi *vertigine jaceat conſopitus.* p. 284. *ſeq.*

עפעף plural. עפעפים *palpebræ*; de *aurora*, pro, *ejus ex nubibus primulum emicantibus radiis.* p. 60

על עפעפים צלמות *ſuper palpebris eſt umbra mortis*; in, *mœrore feraliſſimo*, & *ineluctabili*; ſub quo quis *moribundum* ſe, ac *depoſitum jacere*, indicat. p. 409

עור id. q. עיר Arab. غار *æmulari*; it. *vigilare*, &c. ſpeciatim, cum *æmulatione & adſectu ardentiori*, ſeq. על *ſuper.* p. 217 *excitari*; in *malis & horrendis rebus*, ſubito *immiſſis*, *productis & ſuſcitatis.* p. 59

התערר *excitare ſemet ipſum*, ad *ſtrenuitatem & vigorem*: itemque, *zelum vigilantiſſimum*, ad *veritatem & juſtitiam*, vel *tuendam*, vel *vindicandam.* p. 425

עיר *vindicta*, *divinitus exigenda.* p. 659

עיר Arab. عير *pullus aſininus*, magis *domeſticus*, quam *ſylveſtris*; hinc, per *appoſitionem ſalſam*

עיר פרא *pullus onager*; fig. quid? p. 294

עוש Arab. عاس med. vaw, *circuivit*, *gyravit in noctu*; prop. de *lupis prædam circumeundo captantibus*; hinc

עש *nocturnus circitor*, περιπόλων, vel *nocturna circatio poli*, πόλος; pro, *univerſo polo ſidereo*, ſ. *hemiſphærio boreali.* p. 240

עיש *circatio*; non tam pro, *polo arctoo*, quam *hemiſphærio boreali*, ſ. *polo noſtro ſidereo univerſo.* p. 1097

עזב *relinquere*, *deſerere*, &c. ſpeciatim, ut Arab. عزب in *terra incolis vacua* & q. *viduata.* p. 439 ad *cibos tranſlatum*, eſt, *abhorrere*, *abſtinere*, & *faſtidii* notionem, ſecum fert, ex *repletione nimia oriundi*, ut *Arab.* عذب p. 515

עזב פנים *miſſum facere vultum* ſuum, *nube mœroris gravem & tetricum*, pro, *deſinere querelarum*, vel potius, *vultum triſtem vadere ſinere quo velit & procul a ſe ablegare.* p. 257

עזב שיח *liberæ evagationi permittere querelam* ſuam; pulchre. p. 265

עזב לארץ ביציה *relinquere terræ ova ſua*, de *Struthiocamelo*, dupliciter; vel, pro *deponere*, *mandare ea*, vel, *ea jam poſita*, *derelinquere.* p. 1121

עזז Arab. عز *roboravit*, *robore & rigore polluit*; inde

עז *robur & rigor*; de *inclementi* anni *tempore.* p. 1043

עזר Arab. غزر & عزر *copioſum & abundantem eſſe*; ſecund. *auxiliari*, *opem ferre*, *promptiſſime*; hinc

עזר *auxiliator*, abſolute, *vindex promtiſſimus.* p. 244

לא עזר *non auxiliator*, vel, *nullus adjutor*, tribuitur *homini perditiſſimæ rei & ſpei*, quem *nemo ſua cura dignari velit.* p. 837 & 838

עזר רהב *adjutor*, *vindex ferox & præpotens.* p. 244

עטן & عطن *macerando fovit*, ut *aliquid molleſcat*; ſpec. de *camelis*, quum *a potu in genua procumbunt circa aquas*; inde

עטין *camelus circum aquas cubans*; vel, *locus riguus*, *lætum & aquoſum paſcuum*; metaph. *ampliſſima ſedes hominis divitis*, &c. p. 573. & 574

עטף Arab. عطف 1. *inflexit*, *du-*

 pli-

plicavit; 2. *circumflexit pallium* corpori, ſ. *amicivit* ſtolam, *operuit amiculo.* p. 636 & 1166

עטש عطس *ſternutavit*; inter ὀνοματοποιημένα, quæ ad *ſonum naturalem* efformata, locum habens, pulchre ad *auroræ*, *ſoliſve* exortum, transfertur. p. 1193

עין Arab. عين *oculus*, κατ' ἐξοχ. *ſol*, aut,' *ejus jubar radians.* p. 61. it. *externa ſpecies corporis*, ejuſque *adſpectus.* p. 423

עין ראי *oculus viſionis*, pro, *ſomnio*, ſ. *adſpectu ſomnii*; h. e. *ipſiſſimo ſomnio.* p. 102. ſeq.

עיני בשר *oculi carnis*, pro, *invidis* & *maligais.* p. 266

עכב عكب *alacer*, *agilis fuit*, &

עכש عكش *texuit telam*, conflarunt τὸ

עכביש *Chald.* עכבות & *Arab.* عنكبوت *aranea*; q. d. *agilis textor.* p. 225. ſig. hinc

בית עכביש *domus aranei*, quid ſit, vid. ſub בית

עלה علا *adſcendere*, *ſuperare*, pro, *ſurgere in cumulum*, & *coacervari.* p. 163

עלה *folium*, figurate dat

עלה נדף *folium excuſſum*, pro, *miſero mortali*, &c. p. 337

על & على *ſuper*, pro, *etiamſi*, *non obſtante*, *quantumvis.* p. 268
it. ὑπὲρ, *pro*, *vice*, *ad valorem*, &c. in *rationibus*, præſertim, & *æſtimationibus.* p. 360. 410 & 622
it. *per*; de *ramis* על h. e. per *hortum longe lateque explicitis*, atque *diffuſis.* p. 227
in *veſtitu* crebrum; itemque *carne*, corpus, oſſa, *veſtiente*, *tegente*; unde per *Ellip.* ש אשר *quod ſuper aliquo*; *quo tectus eſt quis.* p. 655. 656 & 1199. *ſtatum*, eleganter adfert, *præſentem* & *cum maxime vigentem.* p. 268

על מה *ſuper quid*, pro, *ſuper quicquid fuerit*; *ſuper quocunque tandem eventu.* p. 338

עלל & علّ *haurire*, *iterato bibere*; metaph. *repetitis plagis* & *ictibus haurire.* p. 407

עולל *puer*; pro, *ſœtu perfectiori* & *jam in lucem erumpere geſtiente.* p. 71

עלעל & contracte, ל abjecto, עלע *affatim bibere ad ſatietatem.* p. 1135

עלם *Arab.* علم *ſigno impreſſo notare*, *obſignare*; in *part. paſſ.* exhibet

עלום *obſignatum*, *ſignatum*, pro, *crimine hypocriſeos velo tecto*, & *clanculum patrato.* p. 511

התעלם de *nive*, quæ, vel *ſeſe obſignat*, aut *obſignata jacet ſuper torrentem*, vel *juvenatur*, h. e. *fervido impetu ac æſtu in eundem colliquefacta*, *ruit*, *decurrit*, &c. p. 182

עלס σφαδάζειν, *vibrantem motum edere*, *irrequieta jactatione agitari*; de *alis Struthionis.* p. 1119

עלע thema ὀνοματοποιημένον, quale ولغ *inſerta lingua in aquam*, eaque *motitata*, *lambere* & *ſorbere*; inde, *lambere*, *lambendo haurire*, *ſorbere*, cum *motu linguæ*, *ſtrepituque.* p. 1135

עמד عمد *ſtare*, pro, *ceſſare a loquendo.* p. 806
in *imperiis* & *præfecturis*; eleganter. p. 953

עמד *copula arctiſſima*, qua *quid proxime adſtat*, *inſtat*, *adhæret*, *infixum eſt.* p. 168 & 281

עמוד Arab. عمود & عماد *columna*, pro, *baſi* & *fundamento omni.* p. 237. hinc

עמודי הארץ *columnæ terræ*, pro, *imis terræ fulcris* & *firmamentis.* ibid.

עמל عمل *laborare*, &c. in *graviori opere*, *laſſitudinemque adſerente*; in *part. activ.*

עמל *laborans*, *laborioſus*, pro, *ærumnoſo.* p. 75

עמל *moleſtia diſcrucians.* p. 64. it. *improbi-*

bitas; fig. *homo vanus* & *improbus*. p. 140

עמם عمّ Radix ℨ

עם *populus*; ſp. *ingenuus*, *liberaliter eruditus*, & *liber*. Arab. عميم p. 303

familia, *numeroſa cognatio* & *proſapia*. p. 456

עם *cum*, pro, *in*. p. 275
pro, *penes*, vel, *apud*, in עמנו *nobiſcum*, deſignat, *cognitionem penitus comprehenſam*, ut Arab. مع p. 272
in *comparationibus* & *contentionibus*, eſt *collationis*, cum *prælatione*. p. 257

עמק عمق *profundus fuit*; inde

עמק *vallis*. it. *profundior ſulcus*. p. 1117. nec non, *campus*, &c. p. 1131

ענג Arab. غنج in *Hitpah*.

התענג *deliciari*; in *delicato* & *ſuperbo* q. *gaudio*, quale eſt *amatoris*, ſperatam ſuam *poſſidentis*. p. 741

ענה *fluere*; in *utre*, eſt عنى *perfluere*, *liquorem non continere*; ſecund. *erumpere in verba*, *clara voce edere* & *recitare*, *reſpondere*. p. 41. & 898
verbum juridicum, quo *univerſalitis conteſtatio*, a parte illius, qui *compellatur* & *accuſatur*, continetur. p. 128 & 246. hinc *refutare* & *refellere*. p. 235. 286. & 894. abſolute, *vim facere*, *opprimere*, *injuſteque vexare*. p. 1063

בפנים ענה *in faciem reſpondere*, pro, *audacter* & *impudenter falſum dicere teſtimonium*. p. 399

ענו *manſuetus*, *inops*; fig. *pius*, pro עָנוּ, dat in *plur*. עֲנָוִים. p. 650

עני *adflictio*; ex origine, *ſucci vitalis expreſſio*, *effuſiove*. p. 840

ענן Arab. عنّ *cum latitudine* & *expanſione apparuit quid*, *ſeque videnti obtulit*; in *Pihhel*

ענן *effecit*, *expanditque nubem*. p. 52

ענן fœm. ענגה *coagmentatio nubium*, ſubito *oriens*, & *faciem cœli quaquaverſum cooperiens*, *procellis gravida*. ibid. & ſeq. it. *nubilatio*, *nebula fumoſa*, ſubito *apparens* & *diſparens*. p. 103

ענק عنق *longo collo præditus*, proſeminat τὸ

ענק *Anakæus*; prop. *longicollis*. p. 583

עפר عفر *pulvis*, pro, *terra ipſa*. p. 140.
it. *terrarum orbe*. p. 231. Spec. *mortem* figurat. p. 483
it. *gleba*, unde *aurum excoquere* calleat *homo*. p. 772
it. *ſuper pulvere verſri*, dicuntur ſignate *reptilia*. p. 1212

עפר ארץ *pulvis terri*, pro, *ipſo* terræ *corpore*. p. 364

עצב عصب 1. *coſtringere*. 2. *colligare*, *contexere*; de *corpore humano*, *ſuis nervis* & *tendinibus*, in pulcherrimam formam, *colligato* ac *contexto*. p. 269

עצבה *dolor*; prop. *ſtringens*. p. 258

עצה πλέκειν, vel potius, πρίειν, propagat

עץ *lignum*; ſecund. *baculus*, *virga a trunco præciſa*; fig. *virga virilis*. it. *totum corpus humanum*. p. 689

עצם عظم *magnus*, *validuſque fuit*; formativa *radix* ℨ

עצם *os*, ſpeciat. de *minori*, ut גרם de *majori*. p. 1153
numerus ſolidatus; in *ſummis* ſcil. *computandis*; hinc fig.

עצם תם *os integritatis*, pro, *incolumitate corporis*, *fortunarumque omnium*, *omnibus numeris undique abſoluta*. p. 571

עצם יד *robur manus*; prop. *oſſea durities ejus*. p. 845

עצר Arab. عصر primar. *premere ſtringendo*, *comprimere arctius*; ſecund. *continere*, quin & *imperare* ac *moderari*. p. 87
in *aquis* ſ. *cœleſtibus*, ſ. *terreſtribus*, infert *eam cohibitionem* & *compreſſionem*, qua *conſtrictæ* q. *fluere* nequeant. p. 314

עצר במלין *comprimere* & *retinere verba*, vel, *iiſdem imperare*. p. 87

עקב *tardare*, *differre*, id. q. *Arab*. عقب *pone venire*, &c. &c. p. 1041

ערב *veſper*, *occaſus*; fig. *caſus adverſus*. p. p. 197. inde, aſſumto אפל conflatur *quadriliterum*

ערפל *ſpiſſa caligo*; prop. *nebuloſus ille aër*, qui *mundum inferiorem circumvallat*, & *a ſerenitate cœlorum diſcludit*, ſecundum

 Coc-

Cocceium. p. 608

ערר عـرّ *fugit*; prop. *micuit*, *emicuit*, *celeriter proſiluit*; originem dedit, τῷ

ערוד *aſino ſylveſtri.* p. 1111

ערה عـرِي *nudus fuit*, *nudavit*; hinc forte

עור *cutis*; figurate, *corpus hominis*, *vita*, *fortunæque omnes.* p. 448 & 493

עור בעד־עור *cutis pro*, vel, *ſuper cutem*; proverbialiter, quid? p. 31

ערץ id. in *orig.* quod عـرص *tremulum eſſe*, *palpitare*; ſecund. *vehementius expaveſcere*, *totus*, *quantus quantus*, *conſternari.* p. 881

ערוץ נחלים *terror torrentium*; periph. *locorum torrentibus infeſtorum.* p. 830

ערק Arab. عـرق *rodere*, & quidem, *oſſa*, ſpeciatim. p. 826

עורק *rodens*; fig. *vermis corroſor*; it. *morbus*, nec non, in ſpecie, *terror*, oſſa ipſa *tundens.* p. 841. ſeq.

עשב radix in *Bibliis* non occurrens, lætum ac latum tenet campum in *Arabia*, ſub عـشـب cujus *derivatum formale*, eſt,

עשב *herba*, *gramen*, *pabulum virens*; metaph. *lætiſſima rerum ſpecies*: it. *earundem evanida natura.* p. 160 ſeq.

עשק *injuſte ſævire*, *injuſte agere*; de *fluvio*, quum *excreſcit* ſupra modum, & *multa aqua obruit.* p. 1167

עשש Arab. عـشّ *rodere*; hinc

עש *tinea*, *blattaque.* p. 119. fig. *lenta tabes* & *conſumtio*, &c. p. 120 & 752

עשת *nitidus eſt*, *ſplendeſcit*; radix, *ſemel lecti*

עשתות *nitor*, *ſplendor*; de homine in *opulentia*, & *ſecuritate*, vivente. p. 306

עשה *facere*; ſenſu judiciali, eſt, *agere.* p. 637

עשה פימה *facere pinguedinem*; eleganter. p. 384. ſeq.

עתד Arab. عـتـد *excelluit* & *quam intentiſſimus fuit in ſua arte*; in *part. paſſ.*

עתיד *paratiſſimus*, *promtiſſimus* in *ſua arte*; præſertim, *leſſo lugubri.* p. 59

it. *paratus*, *in perpetuum deſtinatus.* p. 382

עתק عـتـق *durare*, *permanere*; de *homine*, tum *firmitate corporis*, tum *opum*, *fortunarum*, & *gloriæ*, florente. p. 549

צור יעתק ממקומו *petra veteraſcit e loco ſuo*; duplici ſub adſpectu, quid? p. 362 ſeq.

עתר Arab. عـطـر quin & قـتـر *nidorem*, ſ. *odorem ſuavem exhalare*; ſecund. *precari*, *deprecari*, *exorare.* p. 624

עתת Radix; inde

עתה quod partim, *adfirmat* & *concludit fortiter*, partim, per *notationem temporis præſentis* innuit, *nunc.* p. 167

פ

פגע & فـجـع *offendere* in aliquid & *incurſare*, ſive *lædas*, ſive *lædaris*; hinc

מפגע *incurſaculum*; gemina ſub facie, in phr.

שם למפגע *ponere* quid alicui *in occurſaculum.* p. 211

פגש *occurrere*, *obviam fieri*; in *origine* forte, *offendere*, *offendendo allidi* & *impingi in aliquid*; inde

פגש חשך *offendit tenebras*, ad *eaſque* q. *caput allidit*; metaph. a *cæco* ſumta. p. 147

פדה & فـدي *redemit*; ſp. in *redemtione*, vel, *liberatione captivi*, quæ fit, *ſoluto pretio*, vel &, *ſubſtituta anima*, loco *animæ*, *vita* loco *vitæ.* p. 921

פוק *Arab.* فـاق *excelluit nobilitate*, *liberalitate*, & *munificentia*; proſeminavit per א *ſervile*

אפיק *promtiſſimus*; epith. *hominis ſanctiſſimi*, qui *ſummum munificentiæ*, &c. *gradum attigit.* p. 319 & 320

פוץ *Arab.* فـاض *excrevit*, *exundavit*, extra *ripas efferbuit* aqua; inde ex *Hiphh.*

הפיץ metaph. הפיץ עברות אף *effundere quaquaverſum efferveſcentias naſi.* p. 1144

פור

פור *Arab.* فار *æſtuavit*, *ebullivit*, *ollæ ſpumantis inſtar*; in *Pihhel*

פרפר *fœcibus turbulentis*, tum *corporis*, tum *animæ*, *facere* quem *æſtuare*; oppoſ. ad שלה p. 404. in *Hiphhyl*

הפר *commovere*, *conturbare*, *frangere*; hinc *Phraſ. Arithmet.*

הפר מחשבה in *computationibus* [& *calculationibus*, trita. p. 146

פוש & فاش *turgere*; ſecund. *animoſus*, *ſuperbus*, *fortis fuit*; Rad. ₰

פיש *turgor*, *inflatio turgens*. p. 992

רטפש ex רטב & פוש conflatum, vid. ſub רטב *viruit* &c.

فاش & טרה طري ex טרפיש طرفش

פוש junctum, quid ſit, jam dictum, ad טרה *recens fuit*.

פזז فز *levis*, *agilis fuit*; radix ₰

פז *aurum*; cujus *phraſis* eſt כלי־פז *vas aureum*. p. 783

פחד فخذ *paveſcere*; *ita percuti*, ut *ſudor* ὄρρον *occupet*. p. 603

פחד *femur*; it. *id*, *quod eſt*, *inter* שוק crus & ירך femur, *ſuperius*. p. 1152

pavor; proprie, ὀῤῥωδία, *ſubſtrictio caudæ ſubter femora*. p. 103

ſoboles & *familia*; & quidem, *ex femore prognata*, *propria*. it. *ſolicitudo pia* & *metus pavidus parentis*. p. 1125

pernicies ſubita & *necopinata*. p. 605

פחח incertæ *Radix* originis; cujus

פח *laqueus*; convenit cum *Arab.* فخ *pedica*, *decipula*. p. 443. fig. *plaga cœleſtis*, *ſubito injecta* & *ineluctabiliter ſtringens*. p. 605

פטר Arab. فطر *fidit*, *diffidit*, *erupit*, *protuberavit*; inde

פטדה nomen *gemmæ*, ſcil. *gemmarum ampliſſimæ*, quæ *Topazius* audit; a *protuberatione*, qua, *oculi inſtar*, *extuberat e ſede*, in qua naſcitur, appellationem inveniens. p. 785

פיד فاد *maceravit* & *liquefecit per aquam*; origo ₰

פיד *exitium*, *plaga feralis* & q. *macerans*, *diſſolvens*. p. 850. 873. & 306

פיה vel פוה id q. فاه *ore edidit*; *amplo ore fuit*, &c. hinc quoad formam

פה in regim. פי *os*; fig. de *gladio*, eſt, ejuſdem *acies*. p. 148

de *tunica*, ejus *orificium*, cingens collum. p. 844

de *mari*, ejuſd. *ora*, *littuſve*. p. 1075

כפי *ſicut*; conflatum ex כ & פה prop. valet, *ſecundum os*, *rationem*, *proportionem*, *modulum*, in *phraſi*

אני כפיך *ego ſecundum os tuum*, pro, *planiſſime ſum ego tui ſimilis*. p. 902

פים فام id. q. فئم *med. Hamz. farcire*, *infercire*, *pingueſcere*, *adipe impleri*, &c. cujus

פימה eſt, *fartura*, *culcitra mollis pinguitudinis*. p. 384. ſeq.

פלא *Arab.* فلا *findere*, *diffindere*, *ſeparare*; ſecund. in *Niphh. Hiphh.* & *Hithp.* *mirabile quid facere*, *ſtupendum ac portentoſum quid patrare*; ſp. in *vulneribus altius adactis*. p. 280

פלח & فلح *ſecare*, *diſſecare*, *arare*, *ſulcare*, *ſulcos ducere*; inde figurate

פלח כליות *ſulcare renes*; in *vulneribus ad vitalia adactis*. p. 405

פלח ילדים *fœtus effindere*, *effringere*, vel *findendo excludere*; in *parturitione gravi*, ejuſque *violentiori niſu*. p. 1109. *ſeq.*

פלח *mola*; it. *catillus*, ſ. *inferior ejus lapis*. p. 1200

פלט *evadere*, Arab. فلط & فلت quorum proprietas eſt, *celer lapſus*; in *Pihhel*, non tantum *tranſitive*, ſed etiam *intranſitive*, pro, *liberari*, vel *liber abire*. p. 635

פלל فل *rupit*; pec. *crenatim*, ſeu, *rimoſe aciem* enſis; ſecund. *judicavit*, *oravit*; &c. cujus

עון פלילי eſt, *crimen arbitratorium*; quod ſcil. *arbitri* vel *mitiſſimi condemnare de-*

beant. p. 862
פנה *reſpicere, vertere ſe*, ſeq. אל *ad*; in *ope & defenſione ſibi comparanda.* p. 128
פנה ב *vultum figere* in aliquem; *animoſæ* eſt *provocationis.* p. 150
פנים *vultus*, pro, *terrore & faſtu.* p. 989
אל פנים vel על *in faciem*, pro, *palam, aperte, in os quaſi.* p. 21. & 332
לפני *ad faciem, ad modum, ad inſtar.* p. 80. & 120 *ſeq.* *ante, in conſpectu.* p. 223
לפני־שמש *in conſpectu ſolis*; de eo, qui *benigno ſolis fotu, lætus creſcit.* p. 226
פעל Arab. فعل *fecit*; inde
פעל *opus*; it. *operis finis*, vel *merces.* p. 193. *ſeq.*
פער فغر *diſpandere, diſtendere*, quid, *ad inſtar ſpeluncæ*; ſpeciat.
פער פי *diſpandere os*; in *ſiti aviliſſima*, & *ſacra quadam admiratione.* p. 819
פער פי על *diſpandere os contra*; in *opprobriis*, in aliquem *conjectis*, vel *judiciis & pœnis* ei *denunciatis.* p. 401
פצץ Arab. فض *fregit, cum divulſione partium*; *diffregit* minutatim, *diſſilientibus partibus.* p. 404
פקד Arab. فقد *viſitare*; in *gravioribus pœnis & ultionibus.* p. 209
ſeq. על eſt, *injungere* alicui *provinciam*; *mandare munus*; *regionis præfecturam tradere.* p. 940
פקח *Arab.* فقح primar. non eſt, *acuere*, ſed, de *flore, calycem aperire*; ſecund. *apertos vibrare oculos*; quod *acerrimi cenſoris* eſt *& vindicis.* p. 345
פרא id. q. فري *ſecuit, fidit*; ſecund. *trajecit, celerrime pervaſit, tranſcurrit*; Radix פר
פרא *onager, aſinus Sylveſtris, laliſio.* Arab. فرا. p. 1111
it. *pullus* ejus; metaph. *homo contumax & pertinax.* p. 294
פרא במדבר *onager in deſerto*; proverb. *de paupere prædæ expoſito.* p. 651
פרד *Arab.* فرد *ſeparare, disjungere*, &c. in *Hithp.*
התפרד *lacerari violenter*; *collo, oſſibuſque confractis, diviſiſque.* p. 97
פרח فرح 1. *micare.* 2. *lætum eſſe & protervum.* p. 835. hinc
פרח فرخ *pullus*; fig. quem σκότου ἔγγονον μήτηρ. it.
פרחח *pulities*; fig. *pueri nequam*, vel *ex nequam nati, viliſſima pullorum ſoboles, ex volgivaga Venere oriunda.* p. 835. *ſeq.*
פרס *dividere*; apud *Arabes* فرس *diſcerpere violenter.* p. 97
פרע in *Orig.* non eſt, *nudare*, ſed id. q. فرط *diſſolvere, diſſipare, diſturbare ſeriem nexam, compoſitamve*; ut *crinium, ordinis, diſciplinæ*, &c. p. 100
פרץ ut فرص & فرض in genere, *findere cum laceratione, frangere*, ita, ut vel *inciſura* fiat, vel *apertura & foramen*; inde, tum ad *propagationem*, tum ad *rebellionem*, tum ad *alia*, facilis tranſitus. p. 19. & 20
פרר فر *rumpere, frangere, conſcindere rem*; cujus in *Arabia* extat *quadrilit.*
פרפר فرفر ſub *ſignificatione eadem.* p. 404
הפר *irritum facere, abolere*; de יראה *religione*, ſ. *reverentia Numinis*, quam quis *infringit.* p. 368
פרש Arab. فرش *expandere*, aulæum, velum, rete, &c. p. 1031
פרש כנפים *expandere alas*; in *forti & indefeſſo volatu.* p. 1134
פשט prop. *concerpere, carpendo & tundendo deripere*; improp. *nudum excutere, ſpoliando graſſari*, &c. *notionibus*, in *Arabia*, tum ſub فسد tum ſub فسط etiam *aſſervatis.* p. 23. & 24
פתא radix פת

פתאם

פתאם *necopinato*, *de improviſo*, *deſubito*. p. 131 & 252

פתה in *deceptione* & *illectione avium*, frequentatum; in *Pihhel* ſpeciat. invaluit, pro, *rebus*, vel *verbis illecebroſis*, *capere* & *ineſcare*. p. 860

פתה *juvenis facilis ad illicem*, ſ. *illecebras voluptatis*. ibid. it. *fatuus*, *ſimplex*, *rerum imperitus*; ſp. *improbus fortuna proſpera confiſus*. p. 130

פתח Arab. فتح *ſolvere*, *aperire*; ſpeciat. *incidere ſulco*; de *prima aratione*. p. 1117

פתח פיו *aperire os ſuum*; in *liberioribus* & *vehementioribus vocibus*, non ſine fiducia bonæ cauſæ *prolatis*. p. 40. ſeq.

פתח יתר *ſolvere funem*; in *freno excuſſo*; quid fig. p. 833. ſeq.

פתח מוסר *coërcitionem*, ſp. *regiam diſſolvere*; pro, *diſciplinam* vincientem & optimis legibus *continentem disjicere* & *irritam facere*. p. 317

פתל *Arab.* فتل *torſit*, *intorſit*; hinc ſeq. من *a*, ſpeciat. *detorſit quem ab inſtituto*. p. 147

נפתל *contortus*, *tortuoſus*; tral. *homo verſutus* & *tortuoſis conſiliis ſeſe implicans*. ibid.

פתת فت *comminuit*; cudit ־ת

פת *fruſtulum*, *comminutum quid*, pro, *exigua buccella*. p. 865

צ

צאל ضال *tenuis* & *exilis fuit*; origo ־ת

צאל *lotus ſylveſtris*, in deſertis copioſe proveniens; in ſp. *lotus Cyrenaica*, ſive, *connarus Alexandrina*. p. 1158. ſeq.

צבא & صبا *micare*, *emicare*; ſp. de *ſtella oriente*; it. *exercitu in aciem prodeunte*; cujus

צבא *exercitus*, fig. eſt, *malorum agmen conglobatum*. p. 281

militia, *ſtatio militaris*, cum *labore*, *lucta* & *acie quotidiana*; emblem. *mortalitatis laborioſiſſima conditio*. p. 192

צבר ضبر *congeſſit*, *conſtruxit*; in *Conj*. 2. *coacervavit*; *citra pondus*, aut *menſuram*, *accepit quid*, *per cumulum*. p. 750

צדק *Arab.* صدق prim. *rectus* ſimul & *rigidus fuit*; ſecund. *verus*, *juſtus*, &c. in uſu judiciali, pro,
juſtificari, *juſtus deprehendi*. p. 191. it. pro,
juſtiſſimam habere cauſam. p. 277. nec non, pro,
juſtificare, *juſtum facere*, *ſententia ſua*. p. 928

צדק *juſtitiæ rigor*, ſ. *recto-rigida regula juris* & *juſtitiæ*, ſecundum *quam* judicia exerceri debent. p. 215

צהר *Arab.* ظهر *conſpicua*, *manifeſta fuit res*; *liquido apparuit*; in *dorſo* & *culmine verſatus* eſt, &c. &c. in *Hiphhyl*

הצהר quod eſt *Arabum* اظهر *meridiari*, *meridiem tangere*, *ad meridiem pervenire*. p. 657

צהר Arab. ظهر prop. *dorſatio*, cujus dualitas

צהרים *dorſationes*, pro, *illo diei tempore*, quo *ſol* in *dorſo* ac *culmine cœli verſatur*, ſive *culmen meridiei*: hinc illuſtrem figuram, *culminis ſapientiæ* & *felicitatis*, præbet. p. 147

צוא *Arab.* ضاء idem, cum יצא وضا *micuit*; Thema ־ת

צאצא *germen micans*, *emicans*; tral. *ſoboles*. p. 160 & 549

צוה id. in *Orig*. q. وصي *jungere arctius*, *injungere*; ſecund. *præcipere*, *mandare*, ſeq. part. על ſp. *interdicere*, *conſtituere*, *ſancire quid contra aliquem*. p. 1038

צוק *Arab.* ضاق *arctus* fuit; format ex *oppoſitione*, quæ

מוצק *arctatum* inter & רחב *latitudinem*, per *Oxymoron*

רחב מים במוצק *latitudo aquarum in conſtricto*. p. 1048. ſeq.

צור Arab. صار & ضار *vertere*, *arctare*, &c. dat

צואר *cervix*; metaph. *ſuperbia ferox*, *erectis ſemet cervicibus efferens*, *inferenſque*. p. 383

דבר

דבר בצר רוח dupliciter; vel, *loqui in anguſto ſpiritus* ſui, vel *loqui anguſtatus ſpiritum* ſuum. p. 204

צלל *Arab.* ظل *obumbrare, umbellam obtendere*; it. صل *tinnire*, &c. cujus

צל *umbra*; pro, *veſpera & nocte*. it. *refrigerio & refocillatione*. p. 193. it. pro, *ſpectro & vana ſpecie*, tum *vivi*, tum *mortui*. p. 424. nec non, pro, *vana & evanida* dierum hominis *brevitate*, in qua *nihil ſolidi*. p. 220

צלצל *ferramentum tinniens*, quales *ſuſcinæ, harpagones*, & *alius piſcantium paratus*; hinc plene

צלצל דגים *ferramentum piſcatorum*. p. 1176

צלמות *umbra mortis*; pro, *locis obſcuriſſimis*, in *centrum* velut *terræ pertinentibus*. p. 1086. it. *calamitatibus & miſeriis ex orco* quaſi *excitatis*. p. 321

צלע *coſta*, dat *novum verbum*

ضلع quod *Hebræis*, ſecundum *Eſraidem*,

עלע *incoſtare*; *cibo & potu ad coſtas uſque ſe diſtendere*. p. 1135

מצלעה مضلعة *infortunium ingens, caſuſve atrox*; prop. *coſtas infringens*. p. 446

צמח *floruit, effloruit*; prop. *ſplenduit, exſplenduit*; Arab طمح p. 140

צמם id. q. *Arab.* طم & صم nec non ضم *plectendo implicare & intorquere*; hinc

צמה *coma plexa, tortaque in cincinnos*, adeoque, *ornata*. p. 136. ſeq.

צמים *everriculum*; prop. *rete nodatum*, vel *laqueus intortiſſimus*; figurate, *infortunium gravius*. p. 137 & 443

צמת *Arab.* صمت cujus *Conjug. Nithpahal*

נצמת *aboleri, ſilere, exſcindi*; cothurnate in *aqua, ictu* ſolis *ſilente*, ac *penetrante*, *confecta & conſumta*. p. 184

צנן rad. obſol. & notionis incertæ, ſervavit

צן *ſpina*; pl. צנים *ſpinæ*; fig. *potentia*, qua quis *ſeſe intactum & illæſum* præſtat. p. 135

צעד & صعد *gradi, ſcandere, invadere* quem, *gradu grandi, audaci, terrifico* non minus, quam *magnifico*. p. 450

צעד *greſſus*; fig. *vitæ ſtatus*; ſ. cum רחב *amplus, laxus*, pro, *fortunis ampliſſimis*, ſ. cum צר *arctus*, pro, *anguſtiis vitæ, miſeriiſque ineluctabilibus*, jungatur. p. 441

צער Arab. صغر in *orig.* id. q. cogn. זער

صغر cui ineſt, *raritas pili*, aut *plumæ*; ſecund. ψιλὸς, *parvus, tenuis*, &c. prop. *raro pilo prœditus*. p. 218

מצער ſubſt. *exiguitas, exiguum quid*. ibid.

צפה *ſpeculari*; e *ſpecula captare*, atque ita, *ex alto alicui imminere*. p. 379. *ſeq.*

צפון *aquilo*; pro, *noſtro hemiſphærio*, *toto* adeoque *cælo*. p. 712

צעק *Arab.* صعق κεραυνοῦσθαι, frequentat

צעקה صاعقة pro, κεραυνὸς, ſ. *fulmine, cum vehementi tonitru deorſum ruente*; figur. *malo omni divinitus immiſſo, cum terrore publico*. p. 416

צפן prop. *abſcondere in loculo*, ſ. *involucro craſſo & coriaceo*. p. 420 *recondere*, abſol. pro, *reponere quid in theſaurum*, ut *inde* ſuo tempore *expromatur*. p. 647

צפן לב *abſcondere cor* alicujus, ſeq part. מן *quominus*; figura illuſtris. p. 419. ſeq.

צפן בלב *recondere in corde*, pro, *alta mente repoſitum habere*. p. 275

נצפן θησαυρίζεσθαι; de *numero annorum*, i. e. calamitatum, pro *theſauro* alicui *recondito*. p. 378

צרב *Arab.* ضرب *icit, percuſſit*; ſecund. in *Niphhal*

נצרב *aduri*; q. d. *æſtu vehementiori percuti*. p. 184

צרר & صر *ſtrinxit*, ſpeciat. *inſtrinxit*, *nodavitque* crumenam, ſacculum, qui

صرار צרור & צרה صرة hinc

צרר־־מים בעבים *inſtringere aquas in nubibus*; pulchre p. 713

ק

קבל *accipere*, ut *gratum* & *conveniens*; in *Pihhel*, ut Arab. قبل *gratanter* & *reverenter*, obviam q. eundo, *excipere*; ἀσπάζεσθαι. p. 35

קבר *Arab.* قبر ut *Syr.* ܩܒܪ *acervare*, *tumulare*, *in cumulum congerere*; ſecund. *ſepelire*; q. d. *tumulare*, *humo aggeſta*; inde

קבר *ſepulchrum*; prop. *tumulus*, *acervus*. p. 163

קברים לי *ſepulchra mihi*, vel, *ſepulchra mihi ſint*, aut, *opto mihi*; per *grandem cothurnum*. p. 416

קדם Arab. قدم *anterior fuit*; in Pihhel, *prævenire*, *excipere*, & quidem, *officioſe*; de *obſtetrice*, vel, *nutrice*, fœtum a matre cadentem *excipiente*, *lavante*, *fovente*. p. 65 *prævertere*, *incurſare*; de *animoſo* & *hoſtili impetu*. p. 850

הקדים quod Arab. اقدم itidem pro, *prævertere*; in *animoſa aggreſſione*. p 1183 ſp. *prævertere*, & *prævenire beneficiis*. ibid.

קדם *longum olim*, *ſecula*, atque adeo, *æternitas antegreſſa*. p 798

קדים *Eurus*, ſ. *ventus orientalis*; fig. *ſubtilis*, *noxia*, *vehemens*, & *turbinis inſtar pergens*, *ratiocinatio*. p. 368

קדר Arab. قذر *ſorduit*, *illuvie* & *ſqualore fœdatus fuit*. p. 146 figurate in, *torrentibus*, gelu & nive, *in eos* reſolutis, *exæſtuantibus*, atque *profundam* ſimul, *turbidamque*, *aquam trahentibus*. p. 183

קדש *Arab.* قدس *ſanctus fuit*; cujus *princeps notio*, in *munditie*, *lotionibus*, *luſtrationibuſque*, *parata*, haud dubie, collocanda. p. 11

קהל *congregare*; ſpeciat. in *Hiphhyl* הקהל *in comitium vocare*, & *in judicium publicum adducere*. p. 292

קוה *Arab.* قوي *torquere* & *complicare*; unde קו *funis*; &c. ſecund. *exſpectare*, prop. *ſpem intendere*, ſeq. ל; de *ſpe*, cum *fiducia*, quæ *recta tendit* ad aliquid, atque in illud, *exſpectatione* quaſi *prominet*. p. 185

קוה פעלו *exſpectare opus ſuum*; de *mercenario*; fig. de *homine mortali*, qui *laborare cogitur per totam vitam*; *atque uno opere abſoluto*, *aliud tamen mox exſpectat*, *quo victum ſibi comparet*. p. 194

תקוה *filum*, vel, *trama*. p. 200. fig. *ſpes*, non tantum, *religioſa*, ſed etiam, *ſperata benedictio*. p. 432

יש תקוה *datur ſpes*, *eſt ſolida exſpectatio*; venuſta phraſis, qua, *virtutem* tandem *ex omnibus anguſtiis emerſuram* & *læto exitu coronandam fore*, inſinuatur. p. 150

קוט *Arab.* قاض prim. *diſſilire cum fragore*; ſecund. *faſtidire*, *tædio affici*; q.d. *tædio diſrumpi*, aut, *diſſilire*. p. 224. adeoque, ferme idem, cum נקט نقض niſi quod *illud*, fere *tranſitivum* ſit, & paulo mollius, *hoc* autem, *intranſitivum*, & graviſſimum. p. 264

קול *Arab.* قال *dixit*; cujus derivatum

קול *vox*; ſp. de *tonitruis*. p. 1098. & *murmure leonis*. p. 95

קול דממה דקה dupliciter; vel, *ſuſurrus tranquillitatis complanatiſſimæ*, vel, *oraculum cœleſte ex complanatiſſima* aëris *tranquillitate emiſſum*. p. 108

קום Arab. قام *ſtare*; ſpeciatim, *attonitus ſtare*, *hærere*. p. 806. *adſtare præſens*. p. 476 *ſurgere*, vel, *ex miſeria emergere*. p. 197. *aggredi* quid *ad agendum*, *ſtudio quodam* ac *impetu*. p. 24. *ſupremum tenere culmen*. p. 298. ſeq. ב non *inſurgere* tantum *in*, ſed etiam, *ſtare contra aliquem*, quin imo, *vincere* & *triumphare*. p. 399

קם *obſiſtens*, & קים *oppoſitus*, pro, *perpetuo adverſario*, genere nempe in proborum. p. 616

קום על *ſtare ſuper*; in *regimine*, *moderamine*, *præfectura* & *præſentiſſima cura*. p. 694

על ימין קום *ad dextram conſurgere*, vel, *ſtare*; in iis, qui *reum* quem *agebant*. p. 836

הקים *erigere*, non tantum, ſed &, *corrigere*, atque *dirigere*. p. 88

קין *lamentari*, *deplorare*, &c. geminum exhibet, tum

קינה pro, *planctu* & *lamentatione funebri*, tum

מקוננה pro, *lamentatrice* & *præfica muliere*. p. 58

קוף *Arab.* قاف prop. ἅπλιαξ, *nexu* ſcil. *in ſe*, apte & arcte, *redeunte*. p. 10 in *Hiphhyl*

הקיף *circumdare*, ſpeciat. *rete venationis*, & quidem *violentioris* illius, in qua, *indagine*, & *formidine*, late *circumfuſa*, quicquid eſt ferarum in aliqua regione, *clauditur*, *ad incitas redigitur*, *teliſque tandem conficitur*. p. 465

קוף *ſimia*; ab *ambiendo*, vel, *proxime veſtigiis alterius inhærendo*. p. 10

תקופה *periodus*; ad literam: *nexa ſeries temporis in ſe redeuntis*. ibid.

קטט قط *reſecuit*, *ſuccidit*; Radix, ſecundum quoſdam, ob

נקטה נפ׳ש בחיים *ſucciditur anima in vita*, tribuenda *Hebræis*. p. 264

קטל *Arab.* قتل *occidere*, *necare*; prop. id. q. قطل *amputare*, *exſcindere*, *radicituſque ſternere* arborem; de *graviore excidii genere*. p. 332

קטף & قطف 1. *carpere manu*, vel, *falce*. 2. *vindemiare*. p. 223

קלה *Arab.* قلي *uſſit*, *torruit frigendo*, *frixit*; cujus eſt

קלון *ignominia*, prop. *inuſta*; ſp. *infamia publica*, *capiti ſcelerato infligenda*. p. 279

קלל id. q. قل *levis*, *vilis*, *exilis fuit*; ſp. de *die*, qui citiſſime, vel, *deſecatur*, vel, *decurrit*. p. 200. it. de *homine*, qui, vel, *in omnem libidinem profuſus*. p. 658. vel, *ad ſummum vilitatem*, per *plagas ignominioſas*, redactus, &c. &c. p. 1138

קמט id. q. *Arabum* قمط *conſtringere*; ſpeciat. in *captivo*, qui *quadrupes conſtringitur*, ſicque *ſupplicio traditur*. p. 399

קנא *zelotypia arſit*; prim. id. cum قنا *intenſius rubuit*, *inflammata fuit rubedine*; unde, ad *adfectum inflammantem*, *æſtuque indignationis fervidum*, tranſlatio facta. p. 1037

קנאה *Zelus*, *invidentia*, contra fortunas aliorum, ſpeciat. *concepta*. p. 129
Zelus, de *Numine*, eſt, *juſtitia ejus vindicatrix*. p. 130

מקנה אף *rubedo flammans naſi*, ſive, *flammata*. Fig. indignis p. 1038

קנה *Arab.* قني *acquiſivit*, *poſſedit*, vel *emptione*, vel *generatione* quid, ut *peculium privum*, *carum*, *votis reſpondens*, *omni cura cuſtodiendum*, *neque unquam alienandum*; cujus p. 5

מקנה eſt, *grex & poſſeſſio pecudum*, *peculium*. ibid.

קנן قن Thema, cui ineſt, *firma compactio*, qualis eſt *funis*, *ex fibrillis palmarum*, *plexi*; natales dedit קן

קן *nidus*; qui, non aliunde, quam, *a fibris firmiter connexis & compactis*, dictus videtur. p. 1014

קנץ *Arab.* قنص *venari*, *aucupari*, *laqueos & retia tendere*; metaph. de *ſermonibus* q. *intertextis & internexis doloſe*; unde egregie dictum,

ישם קנצי למלים *ponere laqueos venatorios ſermonibus*, pro, *ſermonum*. p. 437

קפץ *Arab.* قفص σφίγγειν, συσφίγγειν, *ſtringere*, *conſtringere*; ſecund. *in ſe corrugari*, &

& *contrahi*; de *rebus* q. *ambuſtis*. p. 686 it. σφαδάζειν, quod *ſaltare* eſt, in *lætitia*; it. *jacere moribundum*, cum *jactati n: pedum*. p. 691

קפץ פה σφίγγειν τὸ στόμα, *conſtringere os* & *obturare*, *alligato camo*. p. 151

קצץ *Arab.* قص *ſecuit*, *præſecuit*; origo ☞

קץ *finis*. p. 437

קצר قصر *truncare*, *truncari*, *breviorem reddi*; unde

קציר *vindemia*; quæ q. *meſſis eſt arborum*, qua, *metuntur* & *demetuntur*, *fructus autumnales*; figurate, *fortunæ*, ad *maturitatem*, jam *productæ*. p. 134

קרא قرا ult. *aleph*; *legere*, *appellare*, *vocare*, eandem cum קרה قرا ult. *vaw*, vel *jod*, *occurrere*, *obviam ire* alicui, tenens originem, ſpeciatim eſt, *irruere*, *invadere*. p. 104 verbum judiciale, quod, *univerſam litis conteſtationem*, a parte illius, qui *alium in jus vocat*, complectitur; q. d. *in jus vocare*. p. 128 & 246

קרב *Arab.* قرب *appropinquavit*; hinc *phraſis*

מקרוב *e propinquo*, pro من قريب *ad breve tempus*. p. 505

קרן قرن Thema ☞

קרן *cornu*; fig. *opes*, *vires*, *potentia*, *dignitas*; cujus

קרן בעפר *cornu eſt in pulvere*, quid? p. 407 & 408

קשה Arab. قسا *induruit*, *obduruit*, &c. in *Hiphhyl*

הקשה *durum ſe præbere*; in *litigioſa contentione* & *obſtrigilatione*; it.

הקשה ערף *obdurare cervicem*; metaph. a *jumento refractario* & *obſtrigillante*, deſumta. p. 236

קשח *Arab.* قسح & قشح *prædurum* & *rigidum eſſe*; ex cujus *Hiphh.* exiit

הקשיח בניה ללא־לה *duriter habere pullos ſuos pro non ſuis*; de *impietate univerſi generis Struthocamelini*. p. 1124. ſeq.

קשט قسط cujus primaria vis, in *rectitudine pedis*, *nulla curvatura flexi*, unde *veritas* ducta, cudit τὸ

קשיטה *maſſula auri ad ſtateram exacti*; fig. *ſymbolum virtutis* & *fidei*, quæ, *inſtar auri*, *e fornace emicuiſſet*. p. 1229 & 1230

ר

ראה *Arab.* رأي *videre*, pro, *experiri* & *non uno exemplo dedicere*. p. 130

ראה טוב *videre bonum*, pro, *dias luminis auras percipere*. p. 202. it. de *diebus*, i. e. fortunis temporalibus, pro, *afferre ſenſum boni*. p. 255

ראה אור *videre lucem*; in *fœtu perfectiori*, & jamjam *in lucem erumpere geſtiente*. p. 71

ראה ב duplicem admittens vim, quæ, vel *ſimplicem* adfert *adſpectum*, vel *jucundiorem* quoque illum *fruitionis*. p. 62

לא ראו אור *non viſibile lumen*; i. e. *non patitur ſe acri & inconnivo oculo adſpici*. p. 1060

אל ירא *ne videat*, vel, *viſurus ſit*, pro, *abſit*, *ut videat*, &c. p. 519

ראה ויירא *vidit & extimuit*; in *homine parum forti*, *atque ad conſpectum periculi trepidante*, poſtquam præclara omnia eſſet minatus. p. 186

ראה *ſpectans*, abſolute, pro, *ſpectatore publico*, in

ראה עניי *ſpectator adflictionis meæ*; venuſte. p. 279

ראי *viſio nocturna*, quin, *ſomnium ipſum*; fig. *homo mortalis*, qui nil niſi, σκιᾶς ὄναρ. p. 202

מראה *adſpectus*, *ſpecies*, modo viſibili, *expreſſa*. p. 107

ראם رام *coaluit* & *conglutinata fuit res*; Radix ☞

ראם *bubalus*, *præ pinguitudine nitens*, ſ. *bos ſylve-*

veſtris; Arab. رَبِيمٌ p. 1115. nec non

ראמות nomen *gemmæ*. p. 783. quæ forte *curalium*, cui, à *conglutinatione*, nomen inditum. p. 1115

רבב Arab. رَبَّ prim. *denſus*, *ſpiſſus* & *compactus fuit*; ſecund. *multus*, *copioſus*, &c. p. 160

רב דברים *multitudo ſpiſſa verborum*. p. 286. quæ alias

רב שפתים *ſpiſſitudo labiorum*. p. 325

רב עצמות *compactio ſpiſſa oſſium*. p. 104

רוב adverbialiter, *multum*, pro, *omne*, *univerſitas*. ibid.

רב *multum*, vel, *multitudo*, pro, *ſufficit*, *ſat eſt*, *ſatis ſuperque*. p. 1137

רבץ Arab. رَبَضَ *cubuit*, & quidem ſp. *complicatis pedibus pectori incubuit* ovis, &c. unde, in *partic. paſſivo*

רביץ Arab. رَبِيضٌ *grex pecudum cum ſuis paſtoribus*, *dominiſve*, hoc, vel illo in tractu, *recubans*. p. 300

רגב *thema cæcum*, quod formam dedit τῷ

רגב *gleba mollis*, vel, *terra molliter æquabilis* & *multa pluvia rigua*; id. q. Arab. رُغَابٌ cuj. *phraſ.*

רגבי נחל *glebæ molles*, *molliter in valle irrigua ſtratæ veluti*. p. 587

male, cum *Arabum* رَجَبٌ *pedamentum*, omnis arboris, *vitis*, &c. *ad ramos ejus ſuffulciendos*, collatum. p. 1106

רגז *Arab.* رَجَزَ *tremuit*, *intremuit*, *fremuit*, *commotus fuit*; proprie, *in tremulo motu nubis tonantis*, *fragoremque edentis*; unde p. 72

רגז رَجَزٌ prop. *fragor nubis tonantis*; imp. *calamitas divinitus immiſſa*; it. *anxietas tremebunda in querelas cum fragore ac fremitu erumpens*. p. 73

רגז קול *fremitus vocis*, ſive, *primus ille* & *lentus fremitus*, nubis *murmurantis* & *tonitrua meditantis*. p. 1039

רגע رَجَعَ id. in *Orig*. q. *Arab.* رَجَّ *tremuit*, *vibravit*, *circumtremuit*, prop *fulmen*, *lumen*; improp. *cutis*, *putredine* & *tabe q. diffluens*. p. 198

רגע *momentum*, *tenuiſſimum temporis punctum*; prop. *vibramen*, *nictus oculi*. p. 209

רדם Arab. رَدَمَ *obturare*, *obſtruere firmiſſime*; ſecund. in *Niphhal*,

נרדם *altiſſimo ſomno opprimi* & q. *obſtructum jacere*, tum *naturaliter*, tum ἐκστατικῶς. p. 103

תרדמה *ſopor divinitus immiſſus*, ſ. *tam profundus*, *arctuſque*, ut *ordinarium* naturæ *curſum* videatur excedere; character *extraordinariæ revelationis*, *cum ſomnio* & *ſomno divinitus immiſſo*. p. 102

רהב *Arab.* رَهِبَ origo formalis τῷ

רהב in genere, *formidoloſum*, vel, *formidabile quid*; in ſp autem, *formidoloſa moles*, qualis eſt *monſtri marini*, nec non, *tumoris* & *ſuperbiæ fluctuum marinorum*. p. 721. ſeq.

רוה *Arab.* رَوِيَ *rigavit*; in *nubibus* frequens; unde

רי رِيٌّ & ריה رِيَّةٌ *rigatio nubium*. p. 1050

ראה pro רוה *ebrius*; in *phraſi*, ראה עניי *ebrius afflictionis meæ*; venuſte. p. 278

רוח *Arab.* رَاحَ *reſpirare*, *admiſſo aëre laxari*, *perflari*, *refrigerari*; ſignate exhibet

ירוח־לי *laxius erit mihi*. p. 898

רוח *Arab.* رُوحٌ *ſpiritus*, pro, *motu animi vehementiore*. p. 504

רוח אף *ſpiritus naſi*, pro *Dei potentia*, *ejuſque ira*, per *ſævam tempeſtatem ingruens*. p. 49

רוח פי *ſpiritus oris*; de *Deo*, eſt *tempeſtas divinitus immiſſa*; de *homine* autem, *ſuperbia* & *contumacia*. p. 389

רוח היום *ſpiramentum*, vel, *reſpiramentum diei*, pro, *veſpera*. p. 189

רוח כביר *ſpiritus vehemens*, qui *verbis* tributus, eſt 1. *ex ore turbinis inſtar prorumpens*; 2. *animus ſuperbus*, tantum *turbinem* contra aliquem, *proflare* auſus. p. 215

רוח זרה *ſpiritus vitalis*, ſ. *halitus oris computruit*, vel, *alienus factus eſt*; quid? p. 473

רוח

רוח אלוה באף *ſpiritus Dei in naſo*; de co, qui, cum *vita animali* naribus divinitus infuſa, ſpiritum quoque *ſanctificantem*, & *veritatis*, *virtutis*, *religionis ſenſu vitali adflantem*, poſſidet. p. 732

לרוח אמרי נואש dupliciter; vel, *ventus ſunt verba deſperati*, vel, *ad ſpiramentum ſunt dicta deſperati*. p. 189

רום *altus*, *excelſus*, *fuit*; &c. cujus

מרום *altitudo*, ad *proceritatem* & *ſtaturam altam corporis*, æque transferri poteſt, ac רם p. 1126

רוע *malum eſſe*, vel, *videri*; pandit

רעה רבה *improbitas dominans* & *nullo Dei timore coërcita*. p. 601

רוף q. e. *Arab.* رأف potuit exhibuiſſe, tum

תרופה *lætus*, *viridiſque honor frondis*, vel, *commoditas*, *jucunditas* ac *recreatio* inde *redundans*; tum

ריפה in pl. ריפות quod vulgo, *contuſa*. p. 720

רזם *Arab.* رزم cujus primaria, *compactionis denſioris*, ſ. *congeſtionis in ſarcinam*, notio, ſecundariam, *oculorum attonitorum*, non tantum, ſed &, *attonantium*, ut ſic dicam, & *truci ac nubiloſo ſupercilio terrentium*, propagavit; q. d. *pangere*, *conſtipare nubes*, *fremitum*, *minas*, *murmura*, in aliquem *volventes*. p. 373 & 374

רחב Arab. رحب *amplus*, *ſpacioſus* & *dilatatus fuit*; Radix ✠

רחב *ſpacioſitas*; fig. *felicitas*, *tranquillitas*, *pacata & lauta vitæ conditio*. p. 1009

רחב ארץ *amplitudo terræ*, *ejuſque ambitus*. p. 1087

רחק *longe recedere*, *procul abeſſe*; cujus

רחק מישע *longe abeſſe a ſalute*, per λιτότητα eſt, *anguſtiis & miſeriis ineluctabiliter obrutum jacere*, *cum publica*, omnium hominum, *execratione*. p. 132

רחק מן *longe recedere*, ſ. *procul abſtare ab*, &c. in *re* tanquam *impuriſſima*, cujus *contagionem* quis *metuit*. p. 558 & 833

הרחיק *longe removere* quid, pro, *amovere* tanquam *impurum*, cum *abominatione* & *execratione*. p. 295

מרחק *e longinquo* ſtare, vel, videre quid, dicitur is, qui, *metu contagionis contrahendæ*, propius, *accedere*, non audeat. p. 36

רטב *Arab.* رطب *humidus* & *recens fuit*; dedit

רטוב *ſuccoſus*; in *arboris*, aut *herbæ*, *humecta* ac *recente viriditate*. p. 226

רטפש *revireſcere* & *augeſcere*, more plantarum, aut germinum; ex רטב & פוש p. 922

רטה *Arab.* رطا ult. *vaw* & *je*, idem in *origine*, quod ירט *ſidere in lutum*; unde ſecund. *dejicere* quem, *in barathrum horrendum exitii ineluctabilis*. p. 403

ריב *Arab.* ريب id. q. רוב راب *intus concuti* & *commoveri cum ſtrepitu*; prop. de *lapillo*, qui in *vas* injectus *ſtrepit*; improp. de *rixa* & *dubitatione*, quæ in *cor* injecta, *inquieta commotione agitat mentem*, *ſtrepitumque reſonantem* ubique *excitat*; Radix ✠

ריב *lis*, *rixa*, *contentio*; cujus

ריב עצמים *rixa oſſium*, pro, *oſſa luxata*, cum *concuſſione* & *trepidatione membrorum*. p. 913

ריח id q. רוח Arab. راح *odorari*; in *Hiphhyl*

הריח quod *Arab.* اراح *captare auram*, *naribus attrahere odorem*, præſertim *gratum*; in *equo*, *auram prælii*, jamjam committendi, *captante*, &c. p. 1134

ריח *odor*, pro, *exhalatione & aura tenui*, fundit

ריח מים *auram vel tenuiorem aquarum*. p. 352

ריע *Arab.* راع med. *je*, prim. *tremulum vibravit*; ſecund. *tremulum ſonuit*, *fracto & iterato ſono clanxit*, propagat non tantum תרועה ſed etiam ריע pro *clangore*. p. 190

ריר *ſalivare*, *fluere*; cujus *deriv.*

ריר *Arab.* رير eſt, *ſaliva*; prop. *aqua manans ex ore*; unde

ריר חלמות *ſaliva ſomnolentiæ*, quæ, vel, *infanti*, vel, ſi mavis, *ſeni*, *ſponte effluit*; fig. *jejunus ſermo ſomniantis* veluti, ſ. præ *torpore* ingenii, ſ. præ *ſenio*, ſ. alia de cauſa. p. 172

רכב Arab. ركب *equitare*; ſignata phraſi ſiſtit

רכב רוח *equitare ventum*; pro, *leviſſime & velociſſime circumagi ac rotari per auras.* p. 846

רכך *Arab.* ركّ *mollis, debiliſque fuit*; ſpeciat. *cito liqueſcens* adeps; ſig. in *Hiphhyl*

הרך לב dupliciter; vel, *molle reddere*, ſ. *colliqueſcere facere cor*, *ad inſtar ceræ*, vel, *emollire* liquefactum *cor.* p. 643

רמה *Arab.* رمي *Radix*; cujus

רמיה *fallaciam* adfert, *qua quis ſupplantatur & evertitur.* p. 326

רמם رم *computruit*, *exeſum* fuit os, *verminavit.* p. 198 & 568. in *part. paſſ.*

רמים *carioſus*, *vermibus eroſus*, vel, *rodendus*; de *mortuo.* Arab. رميم p. 568. & 577

רמה quod *Arabibus* رمة *putredo verminans*, vel, *vermiculus roſor*, ſ. *teredo.* p. 198

רנה *Arab.* رنا *ſonum tremulum* ſimul & *tinnulum edit*; de *arcu* ſ. *pharetra*, *excuſſa ſagitta.* p. 1132

רנן رن id. in *orig.* q. רנה *ſonum tremulum* ſimul & *tinnulum fundere*; unde

רנן *Struthio fœmina*; in pl. רננים a *tremulo* & *tinnulo*, quem fundunt, *ſono.* p. 1119

רננה *cantus tinniens*, *tremuluſque ſonus.* p. 57

רסן رسن *capiſtro*, ſ. *fune*, qui naſo incumbit, *conſtrinxit equum*; cujus *deriv. ſægol.*

רסן *capiſtrum*, ſ. potius, *inferior* ejus *pars*, quæ *naſo incumbit*, *cumque ſtringit ac coërcet.* p. 834. ſeq.

רעב Arab. رغب *ampla ventris cavitate fuit*; ſecund. *eſuriens* & *famelicus*, &c. origo, tum *formæ*, tum *ſignificationis*, F

רעב *familicus*; prop. *cavo ventre præditus*, een hollebuyk. κατ᾽ ἐξοχ. *lupus*, κοιλογάστωρ; fig. *prædo inexplebilis.* p. 134

רעב *fames*, *caritas annonæ*, eique *annexa mortalitas extraordinaria.* p. 155. ſp. *fames publica*; in oppoſ. τῷ כפן, quo *privata* innuitur. p. 157

און רעב *dolor avidiſſime vorax*, adeoque, fere *famelicus* & *inſatiabilis.* p. 445 & 448

רעד رعد prim. *tremere*; ſecund. *tonare*, nube ſcil. *tremente.* p. 1129

רעדה *tremor*, & quidem, *vehementior*, quo *membra* q. *torpent* & *rigeſcunt.* p. 103

רעה *Arab.* رعي *paſcere*, pro, *depaſcere*; in *igne*, cuncta, *delente.* p. 541

רעם رغم *intremuit*, *inſremuitque*, *naſo commoto.* p. 1041. ſecund. *de mari*, fluctibus *commoto*; it. *vultu*, quem *ira* occupat. p. 1128

רעמה *tremor alacris*, *ſcapularis horror*, *ardoris bellici*, in equo, *index.* p. 1129 ſeq.

רען رعن *prominuit*, *cum laxitate*; cujus *quadrilit.*

רענן *valde prominuit* & *propendit*; in *arbore* læte *creſcente*, *ramiſque prominulis*, ac *propendulis ſuperbiente*, non *viroris* tantum, ſed &, *vigoris ſummi*, indicibus. p. 391

רעע *conterere*, *conquaſſare*, cui forte, *vis ferri ſubacti*, *dumque candet malleis domiti*, ineſt; th. F

رعاع רעוע *plebs viliſſima* & *fæx vulgi.* p. 953

רעף id. q. رعف *præ copia humorem effudit* uter, *exſtillavit*; eleg. in *nubibus*, tenuem pluviam, *deſtillantibus.* p. 1028

רעש Arab. رعش & رعس *tremuit*, *trepidavit*; inter alia, *alacritatem* & *motum ſubſultantem* locuſtæ, adfert. p. 1130

רפא *ſanare*, *mederi*; in *orig.* id. q. رفأ *ſarcire*, *conſuere*; plane ut ἀκέομαι, a *ſarciendo*, ap. *Græcos.* p. 153

רפא אליל *conſutor nihili*; tripliciter, vel, de

de *eo*, qui ut τ̃ μηδευτὸς *medicator*, quod in ſe *falſum*, *ægrumque* veluti, conquiſitis *linimentis* vult *ſolidum* & *ſanum* reddere, vel, qui tanq. *magiſter emplaſtrarius*, vitioſæ ſententiæ, *aliquid pigmenti*, aut *coloris*, illinere ſolet, vel, qui *ſarcinat* & *ſuit dolos*. p. 325

רפא unde רפאים *Rephaim*, vid. ſub רפה

רפד *Arab.* رفد non tam, *ſternere*, quam, *fulcire*, *ſuffulcire*; ſecund. *ſubſternere pro fulcimento.* p. 1206

בחשך רפד יצוע *in tenebris fulcire ſtrata* ſua; illuſtris figura. p. 430

רפה *Arab.* رفا ult. *vaw*, cui *originaliter* ineſt, *flaccida emiſſio*, nonnunquam idem, cum רפא *ſarcire*, *reſarcire vulnus*. p. 154

רפה τ̃ ἀπὸ רפאים nil aliud ſæpe, quam *gigantes*; it. *orcini*, ſive, *manes* eorum, qui *orco*, ſub maledictione divina, *traditi*. p. 705--708

רפף رف *motitare*, *palpitare*, *tremulum vibrare*; in *Pihhel*, ſecund. *contremiſcere*, *in tremulum vibramen conjici*; de *columnis cœli*, *tremefactis*. p. 720

רפת رفت *comminuit*, *confregit*; Radix

הריפות ut ſit, *cannabis contuſa*, vel, tale quid. p. 720

רצה *Arab.* رضا cujus *proprietas*, in *adhærendo*; unde eleganter,

רצה עם אל *adhæreſcere Deo*, *cum ἀδείᾳ*, pro, *ſe totum dedere Deo*, *religioni*, &c. p. 936 ſecundario eſt *conciliari*, *gratum habere*, *contentum eſſe*; oppoſ. ad سخط p. 349. ſpeciatim, *patienter ferre* quid, *eique velut contentus acquieſcere*. p. 509. inde *phraſis*,

רצה יומו *reconciliari diei ſuo*, *diem ſuum pati poſſe*, *eumque* quodammodo *gratum habere: non deſpondere animum ſub ejus moleſtiis ac laboribus*; de *mercenario*, &c. p. 349

רקב *putreſcere*, de *ligno* & *oſſibus*; in *orig.* forte, *corrodi*, *erodi*, & quidem, a *vermibus*, qui σήζουσι; unde

רקב non tam, *putredo*, vel, *res putrida*, quam, *vis corrumpens* & *erodens*. p. 343

רקח quod *Arabibus* haud dubie رقح profundit

מרקחה *olla*; vel potius, *coctio unguentaria*, ſ. *ars unguenta decoquendi*; cui, *ebullitio fervens*, in *mari*, *excitata*, & quidem *lentior*, comparatur. p. 1108

רשע prop. *turbido motu jactari*; ſecund. *improbus eſſe*; Arab. رشع *cupiditate vehementiore jactatus*. p. 72. judiciali uſu: *malam & injuſtam habere cauſam*; oppoſ. ad צדק quod *juſtiſſimam*. p. 277 in *Hiphhyl*.

הרשיע judiciali itidem uſu: *ſontem facere*, *reum peragere*, *condemnare*. p. 891

רשע *improbus*; prop. *irrequieto motu jactatus*, *turbulentus*, aut, *turbidus*; non *moraliter* tantum, pro, *homine irrequieto* & *adſectibus indulgenti*, verum, *phyſice*, etiam, pro, *miſero* & *calamitoſo*, qui *lutulentam* degit *turbidamque vitam*. p. 72

רשף cui originaliter, *ardor vibrans* & *coruſcus*, ineſt; dat

רשף *vibramen coruſcum*, ſ. *coruſcatio*, ſc. fulminis; cujus

רשפי קשת *coruſcationes arcus*; pro, *jaculationibus fulmineis*; &

בני רשף *filii coruſcationis*, pro, *fulminibus coruſcis*. p. 142

רתח *Arab.* رتخ cujus primigenia, vis in *turbatione*, vel, *æſtuatione luti*, locanda, transfertur ad *bullitum*, præſertim *materiæ fæculentæ*, *craſſæ*, *lutoſæ*; fig. *cordis & viſcerum*, cœno fæculento, *conturbatorum*. p. 852

רתם *alligare & jungere*; plane ut رتم *vincire*; inde

רתם *geniſta* potius, quam *juniperus*; *frutex* ſcil. cujus *virgæ ad flexum*, *nexumque*, *faciles*, *firmas* præſtant *ligaturas*. p. 828

ש

שבך *Arab.* شبك *inſeruit, plexuit opere reticulato*; thema τȣ̃
שבך fœm. שבכה *reticulum implexum*, vel, *rete*, & quidem, *tale*, ſuper quo læta *ſpatiatur* ales, neſcia ſe *pernicie* mox involvendam. p. 442
שבע *Arab.* شبع *ſaturari*; ſp. in *reſtinctione ſitis.* p. 1094
שבע קלון *ſatur ignominiæ inuſtæ*; de *capite ſcelerato*; pulchre. p. 278
שגב *exaltari*, *ſublimari*, &c. conſtruit venuſtum
שגב ישע *ſublimari ſalute*, pro, *in arce ſalutis conſtitui*, vel, *ſublimari ſalutem*, *eamque, ut arcem ſuam, occupare ac inſidere perpetuo.* p. 145
שגה prop. *implicari & perplexum eſſe*; in *denſitate comæ luxurioſa & in ſe implicita*; id. q. شجن & شجا Arabum; improp. *multiplicari*, *creſcere*, *amplum reddi*, *abundare*, &c. p. 218
שדד Arab. سد in *Pihhel*, quæ *Arabum* سدّد reſpondet, non eſt, *occare*, ſed cum פתח, eſt, *offringere*; de *iterata ſulcatione.* p. 1117
שהד شهد 1. *præſens fuit*, *coram adſpexit.* 2. *teſtimonium perhibuit*, & quidem, *ſanctiſſimum* ac *jurejurando firmatum*; origo τȣ̃
שהד *teſtis oculatus*, vel, *præſens & juratus*; oppoſ. ad עד *teſtis auritus.* p. 412
שוא id. q. נשא *in altum tolli*; cujus
שיא *celſitudo faſtuoſa*; in *homine*, qui ſublimi ferit ſidera vertice. p. 505
שוב *Arab.* شاب pro شوب *miſcere*, *caneſcere*; hinc
שב *canus*; *ſenex*, *qui canis incipit ſpargi*; cui ſc. شيب *prima canities.* p. 372
שוח vel שיח ſeq. ל tum *dativi*, tum *accuſativi* nota, eſt *alloqui*, vel *colloqui.* p. 309
שיח *precatio*, *querela*, *preces querulæ & ſubmiſſæ.* p. 369
it. *diſſertatio* ac *meditatio liberior*; in *origine*, ſi valeret, *ſpatiationem*, ſ. *exſpatiationem*, egregie diceretur עזב שיח. p. 265
שוך *Arab.* شاك pro شوك 1. *punxit*, *transfixit* ſpina, *ſpinoſus fuit*, *ſpinis horruit*; 2. *obſepivit*, *ſpinis circummunivit*, *in acceſſo munimento protexit*, 3. *interſepivit & obſtruxit.* p. 19
שום vel שים *Arab.* سام *ponere*, in *form. judic.* abſolute, *ponere pignus.* p. 419
שם על *cohibere*, *inhibere*, *manum imponere.* p. 1054
שם לב על *adjicere animum ad*, *diligentius attendere*; it. *affectum*, *impetumque hoſtilem dirigere*, ἐπιτίθεσθαι. p. 23. 29 & 633
שים אף *ponere naſum*, pro, *ſuperbiam & contumaciam adhibere.* p. 1004
השים abſolute, pro, *affectu iniquo invadere* quem. p. 952. it. *onus imponere*, aut, *injicere aliquid ſarcinæ*; *gravare.* p. 123
השים ב *animadvertere*, vel, *imputare alicui* quid. p. 114
השים קנצי למלין *ponere laqueos*, vel, *retia ſermonibus*, pro, *captioſe diſſerere*, vel, *ſtrophas verborum nectere* atque *implicare.* p. 537
לא השים τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι; *pro nihilo ducere* quid; id. q.
השים לאל *ponere in nihilum*, pro, *efficere*, *ut* quid *nihili ſit.* p. 661
השים דברה *inſtruere ſermocinationem*, tanq. *aciem.* p. 144
שוש *Arab.* شاس pro شوس prop. *obliquo & limo ocello eſſe*, ſ. *limis ocellis obtueri*; improp. *lætari ferociuſcule*, *ſui vix potens & obliquato ocello exultans*; in *ſummo* lætitiæ *gradu.* p. 78, 231 & 1131
משוש *gaudium ſuperbum*, *feroculum*, *exultabundum*, quo alios, *obliquato ocello*, *præ nobis*, quaſi *deſpicimus.* p. 231
שחק *ridere*; ex *Orig.* quam *Arabum* ضحك conſervat, *renideſcere*,

ri-

fronte *exporrecta & levigata* quaſi. p. 820

שחק לכפן לשד *adverſam fortunam & eſuritionem ridere*, pro, *ſecurus* ea mala *contemnere*, nunquam ab iis *circumveniendus*, aut *opprimendus*. p. 157

שחק לרעהו *ludibrium ſocio ſuo*; proverb. de *homine ſtolido & vili*, quem *ſocius* quoque *ſuus ludibrio habeat*, atque *aliis deridendum propinet*. p. 304

שטם .*infeſto animo adverſatus fuit*; nova, per ם adjectum, a שוט propagata Radix. p. 15

שטן *Arab.* شطن *adverſari animo*, & *vultu obſtinatiſſimo*; novum per ן a fine adjectum τῷ שוט *urere*, *adurere*, itaque *excandeſcere* formatum Thema, dat τὸ.

שטן *Satanas*, *omnis adverſarius pervicax*; ab *odio* & quidem *injuſto* quaſi, cum *rancore penitus inſidente*. p. 15

שכה id. forte, cum شكه *ſimilitudinem retulit obſcuram*; cujus·

שכוי *phænomenon cœleſte*; q. d. *ſpecies apparens*, *figura externa*, *ſpectabiliſve*. p. 1102

שכך *Arab.* شك 1. *texere*, *prætexere*. 2. *tegere*, *tanquam ſepimento prætegere*; &c. in elaboratiſſima *corporis humani*, *oſſibus & nervis contexendi*, ſtructura. p. 273

שך in *plural.* שכים σκόλοπες, *ſpinæ denſiores*. p. 13

שכה Arab. شكة plural. שכות *ſpinæ*, pro, *aculeis*; it. *aculei*, pro, *armis aculeatis*; ut, *cuſpidibus*, *ſpiculis*, &c. &c. p. 1178

שכר *Arab.* شكر, cujus

שכיר *mercenarius*, in ſpecie, *miles mercenarius*. p. 193

שמח in orig. id. quod سمح *enodis fuit*; ſecund. *lætatus eſt*; in *animo*, *omnibus curis*, tanquam, *nodis exſoluto*, & in *lætitiam diffuſo*. p. 78

שמל شمل *ſinu involvere*; dat

·שמלה *amictus*, *operimentum*; nec non

שמאל *ſiniſtra*, ſinu fere *involuta & operta manus*. p. 637

שעף *Arab.* سعف & شغف id. q. סעף cujus

שעיף *cogitatio gravior*, *cura totum cor occupans*, idque *intime adficiens*, atque *ad ſe trahens*; tum in *amore*; tum in *ecſtaſi*. p. 102 & 103

שער شعر *percuſſit eum* fervidus ventus; it. *percuſſus fuit* fervore, *ſideratus horruit*, &c· Radix ℨ

שערה *turbo*, *procella ardens & æſtuans*. p. 247 & 757

שפה id. haud dubie, quod شغي *eminuit*, &c. Radix in *Bibliis* obſoleta; inde autem

שפה *Arab.* شفه *labium*; fig. *eloquentia*, & *præpollens ſuada*. 318

איש שפתים *vir labiorum*, f. *labroſus*, *vaſtis labris præditus*, *chilo*; fig. *loquax*, *blaterator vanus & tumidus*, cui *improbiora* ſunt *labra*. p. 286

שפף *Arab.* شف 1. *pellucere*, *atteri & tenuari uſque eo*, *ut res tranſpareat*. 2. *emaciatum* fuit corpus, &c. illuſtri figura figurat

שפו עצמות לא ראו *oſſa tranſparent*; *non videntur*. p. 914

שרד *Arab.* شرد cujus

שריד unice eſt, *ſuperſtes ex clade*, vel, *elapſus ex clade communi*; non autem, *omnis reſiduus*. p. 527

ש

שאג *rugiit*, *mugiit*; proprium *leonibus prædæ incubantibus*, *cum ſonoro rugitu*. p. 81. improprium autem, *tonitrubus vehementiſſimis*. p. 1040

שאגה *rugitus ſonorus*; in *corde*, ſemet *laniante*, *gravemque fremitum* intus, *rugitum* extus, *ciente ex ore*, *lacrymis ſimul profuſis*. p. 81

שאגת אריה *rugitus leonis*; fig. *aviditas divitiarum*, in *rege*, vel *principe*, *per fas*

& nefas rapiendarum. p. 95

שאה *Arab.* ثاي *rupit cum fragore*, pannum, &c. cujus *Pikkel*, per *formam* inde ductam, *pluraliter* dat

תשאות *fragores*, *ſtrepitus* veluti *ruptarum nubium per tonitrua.* p. 1031

שאה ומשאה *vaſtitas vaſtiſſima*; periphraſis, *terræ incultæ & deſertæ*, elegantiſſima. p. 1094

שאט *excandeſcere ira*; id. in *orig.* q. שוט p. 15. hinc ſecund. *flagellato veluti curſu incurſare.* p. 17

שאט נפש *odium rancidum & injuſtum animo.* p. 15. it. *impulſus*, *impetus*, & *excitatio animi.* p. 17

שאל *Arab.* سال *rogare*; ſeq. ל ſpeciat. *conſulere*, *tanquam oraculum.* p. 219

שאול *inviſibilis manium ſtatus*, ſ. *vitafunctorum*; inde, *orcus*, ſ. *infernum*; it. *profunda terræ*, *ejuſque abditiſſimi receſſus.* p. 355

בדי שאול *vectes orci*; pro, *ferratis* ejus *portis & formidoloſis clauſtris refringi neſciis.* p. 433

שאן *Syr.* ܫܝܢ *pacificavit*, *tranquillavit*; propagare potuit, per *ſimplicem Conjugandi modum*, quadriliterum

שאנן in *ſumma tranquillitate*, *conjuncta cum profunda ſecuritate*, frequentatum; niſi ex שלאנן, quod ex שלה & אנן contractum, magis adriſerit; q. d. *eliquata abundare tranquillitate.* p. 74

שאף *Arab.* ساف & سوف *anhelare*; prop. *auram trahere ad veſtigandum*, *captandumque*; uno verbo, *venari.* p. 138 ſp. *interitu univerſo involvere & abſorbere.* p. 139

שאף צל *anhelare umbram*; de *ſervo.* it. *homine mortali*, κατ' ἐξοχ. dupliciter. p. 193 & 194

שבב شب *micuit*, *exarſit ignis*; Radix ✝

שביב *ſcintilla* non tam, quam *vivida vis ignis ardentis*; quod plenius, שביב אש *flagrantia ignis.* p. 440

שבר *Arab.* شبر *dimetiri*; it. *frangendo metiri*, *conſtituere*, *præfinire*; prop. *frangere*; in *fluctibus marinis infractis*, *ad cœlum conſurgere molientibus.* p. 1074

שדד شد *cucurrit*, *incurrit*, *incurſavit*, impetum faciens vehementem; ſecund. *vaſtavit*, &c. thema ✝

שד *incurſatio vehemens*; de *lingua ſæva*, quæ *ſuo* q. *flagello degraſſatur*, atque longe lateque omnia *incurſat*, ac *populabunda perſultat.* p. 156. it. *vaſtitas*, h. e. *res afflicta*, *anguſta*, *ad extremam miſeriam*, *inopiam*, *inediam*, *redacta.* p. 157

שהם شهم cujus *origo* eſt, *igneus ardor*, proſeminavit

שהם nomen *gemmæ*; prop. *lapis coruſcis micans ignibus.* p. 782

שוא سوء *malus*, *vitioſus fuit*, ſecundario; cujus

שוא *vanitas*, in primario uſu, forte ה אמת *firmitati*, ac *veritati*, oppoſitum fuit; ut ſit, *inſtabilitas vaga & vana.* p. 390

שוב *Arab.* ثاب *rediit*, *reverſus eſt*, ſæpe eleganter *rei exitum* deſignat. p. 191

שב אף *rediit naſus*, pro, *reſedit ira*, vel *detumuit.* p. 244. 356 & 502

שוב רוח *laxavit*, vel *reciprocavit*, *identidem obvertit & refundit ſpiritum*, h. e. *adfectum* ſ. *iræ*, ſ. *ſuperbiæ*, adverſus aliquem. p. 374

שוב ובוא *rediit & venit*; priſca *formula*, quid? p. 426

השיב *reſtituere fecit*; in *bonis amiſſis.* p. 244 it. *refutare*, ſc. *repellendo & refellendo.* p. 292 *penſare*, vel *tributum reddere.* p. 509 *æſtuare facere* quem; de *cogitationibus anxiis.* p. 502.

השיב רוח *reducere ſpiritum*, pro, *reſpirare*, vel, *ad ſe redire*, & *colligere animum.* p. 248

לא השיב אף *non remittere naſum*; de ſummo Numine; duplici ſub adſpectu. p. 244

שוה *Arab.* سوي *æquare*; eleganter, in

in *ſole, culmen cœli tenente*; fig. in *homine*, ad *culmen felicitatis* & *gloriæ*, *evecto*. p. 389

שׁר *culmen fortunæ & felicitatis*, ſ. *ſummum & tanquam æquatum fortunarum faſtigium*. p. 390

שׁוט Arab. شط 1. *urere*, *adurere*. 2. *vehementius currere*, ſeu, *effuſo impetu decurrere*, &c. &c. p. 15 & ſeq.

שׁוט Arab. سوط & شوط *flagellum*, *ſcutica*, *nervus male urens*. p. 16. fig. *dirum aliquod malum*, *inflictum ad terrorem*; cujus *phraſis* cothurnata

שׁוט ימית וילעג *flagellum enecat & illudit*. p. 252. ſeq.

שׁיט *remus*; a *flagellando*, duplicem ob rationem. p. 17

שׁוע cui ineſt, *vociferatio*, vel *quiritatio oppreſſi*, תשׁועה *ſalutem*, *opemque implorantis*, a vindice juſto. p. 845. & quidem, ſub formula ſolenni, השׁע *leva mihi guttur*, egregiam ex *Arabum* ساغ pro سوغ fœneratur lucem; cujus derivatum

שׁוע eſt, *laxitas*, vel *præcluſi levatio gutturis*. p. 850

שׁוף Arab. ساف med. *Vaw* & *Eliph*, *conterere*, *perimere*, &c. in *malo lethali*, quo quid ſubito *involvitur* & *perimitur*, tanquam *a venatore ex inſidiis captante*. p. 247

שׁור *in Kal*, pro *cantare*. p. 925

שׁר *cantor*; fœm. שׁרה *cantrix*; in ſp. nomines, *ſolenni complorationi & planctui*, ad *leſſum aliis præeundum*, præfecti. p. 58

שׁור *Arab.* ثور Epicœn. *bos mas & fœmina*. p. 550

שׁור fœm. שׁורה *Arab.* سورة *murus*, ſ. *ſtrues*, *ſerieſve lapidum in muro*; q. d. *muratio*; in ſpecie, *ſeries pergulata vitis*, *pedamentum*. p. 658

שׁות vel שׁית *ponere*, pro, *obicem ponere*; de *ora maris*. p. 1076

שׁת לב *ponere cor*; tum in *bonum*, quam in *malum*. p. 208

שׁות עם *ponere cum*, pro, *apponere*, *addere inſpectorem*. p. 823

שׁות על *ponere*, h. e. *æſtimare pro*, *ad valorem*, hujus, vel illius rei. p. 621. ſeq.

ישׁית ממני *ponatur a me*, pro, *abſiſtatur a me*, *remittatur impreſſio hoſtilis*; egregie, per *vim intranſitivam*. p. 283

שׁזף *ſtringere*, *perſtringere*; in *rigore penetrante*, atque adeo *perſtringente*, tum *ſolis*, tum *oculi*; qui *Arabibus* شسف & شزب quin & شصب nec non شطب itemque شظف quod שׁצף *Hebr*. p. 507

שׁזר شزر *torſit funem*, *a dextera ad ſiniſtram*, *fila inter ſe implicans*; cujus شزر *intortio*, *implicatio funis*; fig. *gravis calamitas & moleſtia inſuperabilis*. p. 138

שׁחח *ſidere*, *ſubſidere*; de *leonibus inſidiantibus* & *inſilire paratis*. p. 1108

שׁחל *leo ferocior*, vel *nigricans*, rex animalium, cum *Turcico* چقال *Ciakal*, pro quo *Perſæ* شغال *Sjigal*, ignobile animal, *Thos*, minime confundendum. p. 755

שׁחן سخن *incaluit*, *calore correptus fuit*, ſpeciat. *inflammatus fuit* ex ictu; originem dedit

שׁחין *ulcus*, ex *inflammatione*, & quidem, *peſſimus*. p. 32

שׁחץ *Arab.* شخص *efferre ſe*; ſpeciat. in *oculo ſublato*, *intento* & *acrius fixo*; ſecund. *intrepide pergere*, & *recta quaquaverſum tendere*, *inconniva* velut *acie*; unde phraſis

בני שׁחץ *filii viſus inconnivi*; *obtutus aperti*, *fixi*, *adverſuſque terrores omnes offirmati*; epith. *ferarum animoſiſſimarum*, præſertim *leonis*, cujus *vis* præcipua, in *oculis*. p. 774 & 1214

שׁחק id. quod *Arabum* سحق *conterere in pulverem*, & quidem, *cum vehementia*, ut *aliquid complanetur & ſolo æquetur*. p. 363

שׁחת *perdidit*, *corrupit*; Arab. سحت prop. *rupit vellendo*, ac *radendo*; hinc

שחת *ſtatus*, aut, *locus putridæ corruptionis*; proinde *vocab.* cui, locorum ubivis, *aliquid dirum*, adhæret. p. 261

שטח *Arab.* سطح *ſternere æqualiter*, & *humi expandere*; id. q. بسط & مهد quæ fig. in *ſedibus commodis*, *lateque fuſis gentium* ac *populorum*; cujus *phraſis* eximia

שטח לגוים *expandere nationes*, non utique pro, *ſpargere in exilium*, ſed pro, *commodas & amplas ſedes iis porrigire ad inhabitandum.* p. 321. ſeq.

שטף شطف *inundare*, non ſimpliciter, ſed, *vehementi aquæ fluxu ſulcare* & *terere*, quod *Arabibus* شطب p. 1092. hinc, *abluere*, *proluere*, *gravi aquarum impetu obruere.* p. 364

שטף *imber inundans*, *ſulcos*, præ vehementia, *imprimens* quaſi & *poſt ſe relinquens tractus.* p. 1092. ſeq.

שטר سطر *delineavit*, *ſcripſit*, &c. *Radix formativa* ש

משטר *præfectura*; it. *ordinatio deſcripta.* Arab. مسطرة *canon* & *linea geometrica.* p. 1098

שכב *Arab.* سكب in *Origine* eſt, *fundere*, & *fundi*; indeque *fuſus jacere*; atque inde porro, *cubare*, *quieſcere*, *dormire*, &c. p. 300 & 841. figur. *decumbere*, *jacere in miſeria.* p. 197 it. *mortem oppetere*, κοιμᾶσθαι, *mori.* p. 592 & 754. quod *plenius* alias, vel
על־עפר *ſuper pulvere.* p. 576. vel
לעפר שכב *in ſ. ad pulverem procumbere.* p. 213

לא ישכב *non cubare*; in *conj. Pihhel*, eleganter de ערקים *rodentibus*, h. e. *vermibus corroſoribus* corporis, vel & *morbis*, itemque, *terroribus* oſſa ipſa *tundentibus*, *continuoque infeſtantibus*, adhibetur. p. 841. ſeq.

נבלי שמים השכיב *utres cœlorum effundere*; in *larga imbrium defuſione*, earundemque *fluxu in terras deſcendente.* p. 1105

שכן *Arab.* سكن *tentorium*, *ſedemque figere*, *erigere*; figur. in *atris nubibus*, *veli inſtar*, aut *tentorii*, *expanſis & diffuſis*, ad *moram* q. & *habitationem.* p. 52

שכן ערים נכחדות *habitare urbes deletas*; per *Oxymoron*, pro, *in ignominia & inopia jacere.* p. 386

שוכן בית חמר *habitator domus luti*; fig. *homo*, qui *corpus mortale* ex *argilla*, poſſidet. p. 117. ſeq.

שלה *Arab.* سلا pro שלי vel שלו unde *perfectè* conjugatum שלותי p. 83. proprie, *pinguem*, *eliquatam opulentiam ac ſecuritatem*, *nullis curis*, *nullis fæcibus turbatam*, continens. p. 308. in *Kal*, non *tranſitiva* tantum, ſed *intranſitiva* etiam *notione* pollet, *eliquari* & *eliquare*, *tranquillari ad liquidum* & *tranquillari.* p. 738

שלו *tranquillus*; prop. *defæcate liquidus*; *interna* nempe & *externa* fruens *ſecuritate.* p. 404 & 971

שלאנן quinqueliterum, *liquidiſſime defæcatus*, ex שלה & אנן conflatum, vid. ſub Rad. אנן.

שלח *mittere*, abſolute pro, *arceſſere*, *evocare*, quod alias שלח וקרא plene. p. 11. in *Pihhel* ſpeciat. *emittere*; in *grege laxato* & *effuſo*, ad *perſultanda paſcua*; it. in *homine petulante & laſcivo*, qui *laxata diſciplina* & *educatione*, nullis legibus *coërcita*, in omnem *ſolutam*, *lætamque*, *libertatem*, emiſſus; q. d. *laxato freno ſibi permittere quem.* p. 553

שלח מים *emittere aquas*, oppoſ. ad עצרם *coërcere eaſdem*; non *ſimplicem* innuit *emiſſionem*, e *nubibus*, e *fontibus*, ex *alveis*, verum etiam, *effuſionem*, quæ fit, *admiſſis* veluti *habenis*, omnique *freno ſoluto*, ut quaquaverſum *diluviem*, *ſtragemque* ferant. p. 314. ſeq.

שלח ביד פשע *permittere*, vel potius, *projicere* aliquem *in manum prævaricationis* ſuæ; pro, *ejectum* & *expulſum a* Deo, *tradere ſuomet crimini* in *plenam poteſtatem*, ut pro *arbitrio* eum *rapiat* in *perniciem* p. 216

שלח חבל *emittere dolorem* ſuum, pro, *fœtum multo dolore editum, dimittere laxatum*. ὠδίνειν. p. 1110

שלח ברשת ברגלים *miſſum eſt reti*, vel *jactus factus eſt reti, ad pedes* alicujus; elegans locutio, *jucunda* pollens *imagine*. p. 442

שלך in *Hiphhyl* השליך *dejicere*; in *immatura dejectione*; ut *Arab.* سلبق & سلق *quod decidit, defluitque de arbore*; ſcil. *folia* &c. p. 391

שלם *Arab.* سلم *integer, ſalvus fuit*; ſpeciat. *ſalvus evadere*; de *iis*, qui *elabuntur e prelio*. p. 236

השלים *ſe dedere, ſubmittereque imperio, venire in deditionem, pacemque petere*, eamque *ultro ambire, ſeque victum fateri*. Arab. اسلم p. 159

השלים חק *tradere jus* alicujus; pro, *eum non deſendere*, ſed *hoſtibus tradere vexandum, lacerandum, conculcandum, omni cura & tutela ſui abjecta*; metaph. a *deditione* deſumta. p. 642

שמה *altum eſſe, eminere, imminere cum elatione*; notio deperdita quidem *Hebræis*, at *Arabibus* ſub سما pro سمو & سمي conſervata; quæ origiginem dedit שָׁם

שם *nomen*; q. d. *nota extans, ſignum diſtinguens, titulus*; it. *omne ſignum editum & eminens*. p. 2 & 3

שם *Arab.* ثم *ibi*; q. d. *locus ante oculos extans*. ibid. it. *idem dignitatis ſtatus*. p. 74

שמי vel שמה cujus *pluralis* שמים *cœli*; ab *altitudine*, ſuper *caput expanſa, & imminente*. p. 3

שמם *vaſtari, ſtupere*; prop. *ſiderari, peſtilenti ſidere, fulmine*, vel, *vento urente adflari*. Arab. سم p. 396

שמום سموم *ventus peſtifer & venenatus diurnus*; opp. ad حرور

חרור *ventus æſtuoſus*, qui *noctu flare ſolet*. p. 757

שמע *Arab.* سمع *audivit*; cujus

שמע בסור *audire in* alicujus *ſecreto*, eſt *conſiliarium* ejus *agere intimum*. p. 371

שמעה לי *auſculta mihi*, vel, *audientia mihi ſit*; id. q. اسمع لي *detur mihi audientia*, ſ. *attendatur*; abſolute. p. 893

שמע אזן *auditio auris*; pro, *revelatione* cum *ordinaria*, tum *extraordinaria*. p. 1220

שמין incompertæ *Radix* notionis propriæ; cujus

שמין fœm. שמצה cum *Arab.* سمط collatum, eſt *linea*, ſ. *ſphærula, nexave ſeries*; fig. *ſermo elegantior, digniorve, pulchra nexus ſerie*. p. 100 & 101. unde plenius

שמץ דבר *ſphærula verbi*, ſpeciat. pro, *nexa veritatum cœleſtium* & *ſalutarium ſerie*. p. 727. ſeq.

שמר *Arab.* شمر prim. *ſubſtrinxit laciniam*; ſecund. *ſuccinctus negotio attendit, vigilavit, obſervavit*; abſolute, *ſervare iram & rancorem*, ſ. *animum ulciſcendi*. p. 276 & 360
in ſpecie, *cuſtodivit*, & quidem, per *obices & repagula*. p. 204. hinc fig.

שמר כל־ארחות *cuſtodire omnes vias* alicujus, pro, *cuſtodia rigidiore omnes* ejus *exitus tenere obſeſſos & obſtructos*, ne ullo pacto *ex* ſuis *miſeriis elabi* detur. p. 340

שמר את־נפשו dupliciter; vel, *caveto animam tangas*, vel, *caveto cum anima te miſceas*. p. 32

שנה *Arab.* ثني 1. *flectere*, ſ. *plicare*. 2. *duplicare, iterare, mutare*; Radix שָׁנָה

שנה *annus*; tralate, *calamitas & miſeria longa*. p. 378

שנן *Arab.* سن *acuere*, &c. exhibet

שן *dens*; q. d. *acutus*; fig. in שני כפירים *dentes leunculorum*, pro, de *ſuperbis tenues* quaſi, *commolentibus*. p. 95

שן־סלע *dens petræ*, pro, *eminentia* ejus *inacceſſa*. p. 1135

שעה *reſpexit*, &c. conſtructum cum מן vel מעל dedit

שעה מעליו *aciem avertere acrem & vibran-*

brantem, *de ſuper illo*, atque *aciem ſuper illum defixam*, emphatice innuit. p. 348

שער *Arab.* ثغر *fiſſus fuit*, *rixam egit*, &c. poſt ſe reliquit

שער *porta*; prop. *rima major*, *fiſſura*; metaph. *judicium publicum & tribunale*, tam *divinum*, quam *humanum*. p. 133

שפט *judicavit*, ab *æquando*, profluxit. p. 215. in *Conj. Pohel*, quæ 3. *Arabum* reſpondet, atque *actionem inter duos* infert, ſpeciat. eſt, *in jus cum aliquo ire*, *diſceptare cum aliquo*. p. 245

משפט *actio judicandi*, ſ. *judicium ipſum*. p. 215

שפע *Arab.* سفع *plaudere*, *plangere*; ſp. in *aquis littora plaudentibus*, *plangentibuſque*, vel, *inter ſe colliſis fluctibus ſonum reddentibus*; hinc

שפעת־מים *impetus effuſus*, ſ. *agmen aquarum ſonantium*, ſ. *nubium aquis gravium*. p. 606 & 1099

שפר *Arab.* سفر prim. *nitere*, *renidere*, *clareſcere*, *diluceſcere*; ſecund. πρέπειν, *pulchrum eſſe*; ſpeciat. in *cœli diſſerenatione & pacatiſſima ætheris tranquillitate*. p. 725

שקד *vigilare*, cui ineſt, *ſedula aſſiduitas*, an idem cum *Arab.* شقذ *inſomnis fuit*, *maligno petiit oculo*, &c? p. 585. ſeq.

שקט *ſidere*, *ſubſidere*, atque ita, ex *commotione turbulenta*, ad *liquidam tranquillitatem redigi*. p. 66. adeoque, *minus* exprimit, quam שלה; & *plus* dicit, quam נוח p. 83. ſeq. in *Hiphhyl*

השקיט *quieſcere*, *non iraſci*. it. *tranquillare*, *ſedare*, &c. opp. ad הרשיע p. 960

שקל *Arab.* ثقل & شقل *libravit*, *ponderavit*, *appendit*, *trutinavit*; nomen impoſuit τῷ

שקל *Siclus*. p. 1230

שקר *Arab.* سقر & شقر *rubedine*, ſ. *colore fuit rubro*; ſecund. *mentitus eſt*, &c. Radix τῷ

שקר *mendacium*; prop. *ruber color*, mox *fucus*. p. 324. hinc ad, *pigmenta oratoria*, facile traduci ſe patitur. p. 949

שרה *Arab.* ثرى prop. *ſolvere*, ſp. *adfuſa aqua*. p. 1040. improp. شرى *micuit*, *corruſcavit* fulmen, q. d. *ſolvit illud & ſolutum*, *ſuis* q. *vinculis*, *projecit*. ibid. & p. 1203. inde

שריה *coruſcatio*; Arab. سرية *ſagitta*, & quidem, *lati cuſpidis*, ſ. *ſpiculum*. ibid.

الثريا *Pleiades ſtellæ*, ob *multitudinem*, q. d. *pluſculam*; a ثرى ſecund. *multus*, *copioſus fuit*, &c. p. 241

שרר *Arab.* سر cujus

שרירי בטן *lineæ cancellatæ ventris*, in quibus *Behemoti* reſidet און *robur*. p. 1165

שרש in *Hiphhyl* השריש *radices agere deorſum & ramos ſurſum diffundere*; metaph. de *homine*, qui ita conſtitutus, inſtar *celſæ arboris*, caput effert, *perennemque promittit vigorem*. p. 131

שרשי הים *radices maris*, pro, *profundiſſimis aquarum conglobationibus*, *per calorem ſolis in* aërem *attractarum*; pulcherrime. p. 1032

שתה *bibere*, *ebibere*; fig. de *venenato telorum ardore*, quum *medullas* alicujus, *ingenti cum cruciatu*, haurit & conſumit. p. 169

ת

תהה *Arab.* ته pro تيه *vacuus fuit*; &c. Radix τῷ

תהו *deſertum*, prætert. *Arabiæ vaſtiſſimum*; Arab. تيه p. 185. fig. *ſuperbia*, *faſtus*, *ambitio*; in *qua*, *improbi*, tanq. in *deſerto* in perniciem *abducturo*, oberrant. p. 322

תהל تهل *humi ſterni*, aut, *expandi*; Radix *Hebræis* vindicanda, ob

תהלה quod *lapſationem*, quin & *lapſionem*, dicit, quæ τῷ אמונה *firmitati pedis* & *greſ-*

greſſus non fallentis, opponitur. p. 114

תור *Arab.* تار id. q. دار *circuire*, *circumluſtrare*, &c. format יתור

יתור הרים *circumluſtratio montium*, pro *herba luſtrando undique conquæſita*, non tam, quam pro, *quicquid eſt montium*, quod, *Onagri*, animalis vagabundi, *paſcuum*. p. 1112

תחת *Arab.* تحت *ſub.*, vid. ſub *Th.* נחת *deſcendere*

תכן *librare*; ſp. *exigere* & *examinare*, ad *libellam*; hinc ſtructum

מים תכן במדה *librare aquas dimenſione*, quæ in *longum*, *latum* & *profundam* tendit, *ad omnem proportionem* æquilibrii, *quam* ſemper ac ubique *obſervare* cogantur. p. 794

תלם incompertæ ſignificationis *Radix*; cujus *derivatum formativum* dat

תלם تلم *ſulcus*; unde *proba phraſis*,

תלם עבתו *ſulcus lori ejus*, pro, *qui ad lorum moderatoris ducitur recta linea*, abſque ut quicquam *dileretur*, ſive *a lira deflectatur.* p 1116

תלע تلع *prominuit*; origo יתו

תלעות *molares*; prop. *dentes*, qui *longius ex ore eminent*; quales *ferarum* fere, ac præſertim *aprorum.* p. 811

תמל cujus *derivatum* eſt

תמול *heri*, ſ. *heſternum quid*; fig. *homo mortalis*, cui nempe, *vita breviſſima.* p. 220

תמם *Arab.* تم *perfectus*, *finitus fuit*, &c. inde

תם *integritas*; quod egregie, tum *corpori* hominis floreutiſſimi, tum ipſius *fortunis invidendis*, tribuitur. p. 570. ſeq.

תנן *Arab.* تن unde תנין *draco*, *cete*; videtur, primariam *ſorbendi*, *abſorbendi* aquam, *diductis faucibus*, antiquitus obtinuiſſe vim. p. 1170

תפל id. q. تفل *ſalivare*, *ſputare*; fig. tum, de *calce fluida* & *diluta*, tum, de *inſipido*, *jejuno*, *temerario*, *futilive ſermone*. p. 26. ſeq. in *part. præſ.*

תפל *ſalivans*, ſ. *jejunum quid*, *ad inſtar ſalivæ*, aut, *ſputi*. p. 171

תפלה *ſalivatio* & *ſalivatum*; fig. in genere *jejunus*, *futilis*, *inſulſuſque ſermo*, *temere ex ore*, *cordeve ejectus*; in ſpecie autem, *amara expoſtulatio* & *acerbiſſima querela ex pectore exulcerato*, hominis miſeriis adflicti, *erumpens.* p. 27, 28 & 660

תפת Radix *Hebræis* reſtituenda, tum ob

תפת *Tophet*, nom. prop. *loci*; ingen. *abominatio deſpuenda*, ſ. quæ *ſputatur* ſ. *deſpuitur*; tum præc. ob

תפתה *Tophtee*, apud *Eſajam*, pro תפת *Tophet*, occurrens. p. 423

תקע *figere*, *infigere*, &c. in *Niphhal* dat

ליד נתקע *manui huic pangi*, *impingi*, *cum eaque complodere audere*; in *ſponſionibus*; quod *geſtu* adjutum, *innocentiam puriſſimam* & *fiduciam victoriæ certiſſimam* oſtendit. p. 419

תקף *Arab.* ثقف *prævalere*; prop. συφιλίζειν, *invicta duritie ſuperare* quid, *domare*, vel *valide opprimere*. p. 365 & 381

תרף *Arab.* ترف potuit olim extitiſſe, & ſimul propagaſſe, תרופה

תרופה non *ſanatio*, non *contritio*, ſed *lætus*, *viridiſque honor frondis*, vel *commoditas*, *jucunditas* ac *recreatio* inde *redundans*. p. 720

F I N I S.

COR.

CORRIGENDA.

In Præf. p. 6. l. 1. lege *ſubminiſtraverit.*
P. L. 27. *col.* b. l. 10 & 13. tollatur Dagesh ex פ.
33. a. l. 6. *lucta*, lege *luctu.*
63. —— in verſione, lege, & ſecluſerit.
70. b. l. 22. pro *detexam*, lege *detextam.*
71. a. l. 11. pro *qaem*, lege *quam.*
126. a. l. 16. pro *juſtiſſimos*, lege *juſtiſſimas.*
133. b. l. 24. pro 37. lege 7.
140. a. l. 6. pro *proſopopoea*, lege *proſopopœia.*
218. a. l. 29. رُغس lege رُعس
245. a. l. 1. *nullus*, lege *ullus.*
257. a. l. 15. dele 28.
294. b. l. 1. pro *onageri*, lege *onagri.*
307. —— in verſione. *gaudens*, lege *gaudent.*
—— a. l. 5. lege I. Chron.
381. b. l. 1. pro כמלד lege כמלך
429. b. l. 38. dele *ſit.*
468. a. l. 22. pro *minis*, lege *ruinis.*
473. b. l. 8. pro *boneſtat*, lege *boneſtati.*
508. a. l. 22. pro *ſpeci* lege *ſpecie.*
672. a. l. 12. pro ἀλληγορίζει, lege ἀλληγορεῖ.
693. —— in textu Hebr. lege מספר.
—— a. l. 22. pro *ibid.* lege *Verſ.* 2.
781. —— in verſione, pro *pretioſu*, lege, *pretioſo.*
814. a. l. 30. pro *abs re* lege *non abs re.*
831. —— in textu, lege נכאו.
—— —— in verſione, pro *flagelliti*, lege *flagellati.*
883. —— in verſione, pro *coronamento*, lege *coronamenta.*
904. a. ſub fine, pro αἰγίαλον, lege αἰγιαλὸν.
9'9. a. l. 2. pro *tyrannorum*, lege *tyranni.*
1109. —— in verſione. 1. pro *numeros*, lege *numeras.*

T Y P I S

ISAACI VANDER MIJN.

LUGDUNI BATAVORUM.

M D CC XXXVI.